DE CONTRACTIBVS LICITIS, ATQVE ILLICITIS,

Tractatus

CONRADI SVMMENHART,
DE CALVV, ART. AC S. THEOL. DOCT.
In Academia olim Tubingen. publicè profitentis.

In quo De

- *Mutuatione,*
- *Obligatione,*
- *Vsura,*
- *Negotiatoribus,*
- *Mercatoribus,*
- *Emptione,*
- *Venditione,*
- *Redditibus variis,*
- *Locatione,*
- *Conductione,*
- *Societate,*
- *Cambio pecuniario, & eius vtilitate, æquitate, atque iniquitate.*

SVBTILISSIME DISPVTATVR:

Nunc demum post multorum vota ab innumeris, quibus scatebat, mendis purgatus, & denuo ad studiosorum commodum excussus.

num. 12. caxo
6. num. . 16



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

VENETIIS, Apud Bernardum Iuntam. 1580.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM. sala libreria

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO D. D. FELICI PERETTO, S. R. E. AMPLISSIMO CARDINALI,

Franciſcus Zilettus, S. P. D.

QVI amant, ſemper verentur, ne, quem diligunt, eius exiſtimationem vſquam offendant. Ad hoc enim diligendi ſenſus, & beneuolentiæ charitas in nobis à Natura gignitur, vt amicorum, eorum præſertim, quos veneramur, gloria nobis, dignitasq; non minus charafit, quàm noſtra. Hinc, Cardinalis ampliſſime, factum eſt, vt, licet Ioannes Martinellus propter tua innumerabilia, & diuina propè, quemadmodum is vbiq; prædicat, in eum beneficia tui amantiſsimus, literis à me ſæpius contenderit, vt aliquem librum tuo nomini conſecrarem, nunquàm tamen ipſe & ob reuerentiam, quam Iordanus Zillettus Patruus meus magnam aduerſum te ſemper cenſuit, & nunc maximam adhibendam cenſet, & ob magnum tuum in me amorem, quem iamdiu ſingularem expertus ſum, ſui, & quoad viuam, tui obſeruantiſsimus ero, hactenus id facere inſtitui, non quòd nollem, ſed quia è numero illorum, qui mea cura ſingulis diebus imprimuntur, quem te magis dignum exiſtimarem, nunquàm adinuenire potui. Tuarum enim virtutum magnitudo tanta creuit, vt excogitari non poſſe arbiter vllas, etiam maximas, quibus cum tuas rectè conferam; Vnde fit, vt ipſe in magna, quam ex hoc meo officio capio voluptatem, ea tantum de cauſa nunc vehementer perturber, quòd neque locus hic, neque tempus ea me tibi dignè perſoluere patiuntur, quæ plurima mihi in hoc genere, & quidem grauiſsima ſuppetunt. Sed, cum ſuperioribus menſibus me quamplurimi rogauerint, vt Corradum de contractibus, temporis diuturnitate de hominum quaſi memoria omni ſublatum, denuò excudendum curarem, & in ſuam priſtinam dignitatem, ſtatumq; reuocarem. & illorum deſiderio ſatisfacere decreui, & excuſſum, à multisq; erroribus purga-

tum, quia propter operis vtilitatem, summamq; præstantiam à studiosis huius scientiæ iuris summopere desiderari perspiciebam, tuæ Amplitudini dicare volui, quòd & tenui hâl magis optare, quàm eius generis hominibus te munificum præbere, & librum tui tanti nominis honore decoratum omnibus gratiorem fore cognoscerem. Ne grauetis igitur, Cardinalis amplissime, Corradum sic excultum, atq; expolitum, sub tuo nomine scilicet in lucem prodire, & studiosi, quicquid correctionis, & exornationis in opere inuenerint, totum id tibi uni acceptum referant. Vale, & me, & Martinellum semper commendatos habeas, & quos semel in tuam fidem suscepisti, in perpetuum tuearis. Vale. Venetijs.

EPITOME.

PRIMO etenim ponitur, cur in operis huius exordio eorum, qui de contractibus scripserunt, commemorentur nomina: quadruplex causa introducitur.

Secundò, quòd non impertinens, nec alienum sit theologis contractuum tractari materiam, ostenditur.

Tertiò, prudentia atq; moderatio, quæ respondendo in foro conscientiæ ad casus contractuum seruanda est, quibusdam documentis exponitur.

Quartò, studium eius theologiæ, quam practicam (quamuis vniuersa talis sit) appellamus: puta, quæ ad resoluendum Christi fideles, & ad consulendum eisdem super materia rerum agibilium atq; moralium casuum & peccatorum in foro conscientiæ dirigit, lectori consulitur.

Quintò, quòd â theologo in præfata theologia canones, immo & leges opportunas (parcè tamen) introduci congruum sit, atque expediens: tangitur.

Sextò super eo, quòd operis huius stilus minus cultus est atq; comptus, vt puta, qui scholasticus esse debuit, excusatio præmittitur.

Septimò & vltimò, opus præsens in septem tractatus, & centum quæstiones discinditur.

PROOEMIVM.

BENIGNVM & plenum ingenui pudoris est fateri, per quos profeceris: timoxij autem profecto animi & infelicis ingenij est, malle furto deprehendi quàm mutuum reddere, inquit Plinius ad Vespasianum Imperatorem in proœmio naturalis historiæ. Hac igitur aliisq; tribus ex causis eorum nomina in huius operis exordio memorabor, qui in materia contractuum scripserunt: in quorum labores pro mea, aliorumq; vtilitate atq; profectu introiui: quibus gratias habeo: quia ex eorum sententijs vsq; eo profeci, quo ad præsentis operis compilationem perueni. Dehinc ad studium quo quisq; agibilium rerum, moralium quoq; casuum decisiones addiscat: veluti maxime necessarium & vtile, quinimmo & subtile exhortabor. Eam quoque modestiam atq; prudentiam exponere curabo, quæ seruanda est in consulendo & respondendo ex hoc opere vel aliorum tractatibus ad casus, qui pro foro conscientiæ in materia contractuum fuerint oblati. Denum inculcatum operis stilum excusabo, librum quoque ipsum in tractatus atque quæstiones discindere, & seorsum ipsam aggredi studebo. Prædicta itaque præmittendo com-

memorationis prima causa hæc est, ne me quispiam tot, tantorumq; ac tam variorum contractuum siluam, quorum est abyssalis vorago, nullo præuio duce semitam monstrante existimet ingressum fuisse: prout in simili beatus Hieronymus in epistola ad Paulinam de omnibus sacræ scripturæ libris ex aliarum artium professoribus docuit, minus ei enim fidei in sic confecto remaneret. Secunda, ne superfluum laborem adijsse videar: qui post tot, tantosq; etiam ipse hac in re quidpiam scribere voluj, siquidem qui ex nostris magistris fuere, veknon: nisi de una, vel de paucis speciebus contractuum, & de his quidem admodum breuiter, & nonnunquam iure improbanda determinauerunt, nec ita ad sauritatem emergentes difficultates demessuerunt, quin multas spicas post terga metentium iuxta legis edictum pauperibus & egenis cum Moabitide reliquerint: nonnulla quoque demessuerunt, quæ forsan ordinatius posthac componi debuerant. Stamina enim & fila (vt inquit Hieron.) nonnunquam ponunt priores, vt posteri vestem inde conficiant, & (vt cum eodem Hieronymo in præfatione commentarij epistolæ ad Ephesios loquar) nemirem manu conserta: vt nostra transcribat, vel legat, in ius trahere volo, me imperitior quisque lecturus est; tua forsitan dicta, se scripseris; Tullius admirabitur. Nunquid aut Tertullianus beatum martyrem Cyprianum, aut Cyprianus Lactantium, aut Lactantius Hylarium à scribendo deterruit? Magna eminere non possunt: nisi parua fuerint. Primum non dicitur, nisi secundum sequatur & tertium, ad summa non scandimus, nisi per ima gradiamur. hæc ille. Si alijs quod scripsero non placet: mihi ipsi tamen cecinisse iuuabit, hoc dicturus, quod beatus August. in prologo tertij libri de trinitate ait. Multa nesciebam, quæ scribendo didici. & primo libro, capitulo quarto. Donabit Deus, vt eis ministrando quæ legam, ipse quoque proficiam, & cupiens respondere quærentibus, ipse quoque inueniam, quæ quærebam. hæc ille. Nec si alij quidpiam scripserint, ipse flere debeo. vnde idem primo de trinitate, cap. iij. Vtile est plures libros à pluribus diuerso stilo etiam de eisdem quæstionibus fieri, vt ad plurimos res ipsa perueniat, ad alios sic, ad alios autem sic. Eidem in prologo tertij libri ait. Tanto facilius inuenietur, quanto plura talia esse potuerunt. Tertia causa, vt his, in quorum labores prius pro meo, aliorum q; profectu introiui, atq; dehinc ad præsentis operis qualemcunque compilationem perueni, non ingratus videar, neque furti suorum dictorum argui queam, & compendij, ma uorisq; veritatis causa semel pro multis vicibus, eos ibi possibile atque vtile fuit commemorasse sufficiat. ita enim nemo mihi ob id indignari valebit, quòd ibi non eorum attexuerim nomina, vbi nec possibile (salua veritate atque compendio dicendorum) fuisset. nec si fieri posuisset: id expediuisset: sed longè plus laboris quàm vtilitatis, quinimmo dispendium non parum lectori atq; operi attulisset, neq; enim verum est hanc illius fuisse conclusionem, probationem, argumentationem, solutionem, aliamue qualemcunq; sententiam, qui nec vniuersa illa posuit, quæ in eadem conclusione, probatione, & sic de alijs, tanquam ad veritatem eiusdem, vnà ad efficacius munimentum illius requisita ab alio quopiam in vnum colligata atq; contexta fuerint, neq; eius dicenda est, esse illa syncera veritas, quam ipse nequaquam purgatam, sed falsis fermentatam atq; permixtam, aut forsan indigesto, crudoq; ordine, ac diminutius, quam necesse esset, comportauerat. Hanc autem eorum, ex quibus quisq; profecit, memoriam, & si non sit usquequaq; necessarium, etiam si id à principio operis fiat præmittere, sicut neq; in processu eij qui compendiosiorem, utiliorem, ac magistraliorem modum procedendi seruare voluerit, expedient, vel possibile est, illam passim attexere, tum plu-

rimi

rimi ex primoribus atq; dehinc ex recentioribus, potissimumq; nostræ professionis doctoribus nequaquam, vel hoc, vel illud egerint, quinimmo nonnulli ex illis multas per columnas, crebrasq; per paginas etiam forma dicendorum, & qualitate, ac quantitate eorundem inuaziata, aliorum ponentes sententias nullatenus eorundem apposuerint nomina, nec saltem à principio operis eorum, vnde ex quibus profecerint, præmiserint memoriam. Id tamen & si non necessarium, benignum tamen simul & cautum fieri arbitror. Benignum quidem propter supra dictam Plinij sententiam. Cautum verò aduersus obtrectatorum maledicta, qui, cum ipsi torpescant ocio, alijs laborantibus inuidere solent, & in eo se scire aliquid arbitrantur, si alienis operibus detrahant, qui si stilum figerent & tria verba (vt Hieronymus inquit) componerent, seq; metipsos experirentur, forsan ex labore proprio discerent laborantibus ignoscere. Hi sunt, qui vel aliorum dicta non peruident, aut his peruisis, nec vetera cum nouis de thesauro suo proferunt, nec ex antecessorum stamine & litio vestem conficiunt, nec præinuentis quidpiam adijciunt, nec ex aliorum manipulis (& si demessis, non tamen colligatis) vnà cum spicis post terga metentium relictis fasciculum componunt, sed potius cæteros huiusce modi vtilem laborem exhibentes furti arguunt, sicq; alij ante eos scripserant inserta suis operibus inueniant, quasi vel ipsi, vel vlli alij sint, quibus dici nequeat. Quid habes, quod non accepisti. nec eorum maleuolentiæ obstat, quantumcunq; talia, quæ ab alijs accepta suis inseruerint libris, à falsitatis ac impugnabilitatis scoria magis purgata, & additionibus necessarijs amplius stipata, propugnaculis quoque pluribus, quàm ante fuerit munita, ac ad meliorem formam redacta compererint. Hinc forsan & Hieronymus crebro eorum, qui ante se hos, quos ipse exponendos sumpserat libros, commentati fuerant, & ex quibus ipse profecerat, recensere in præfationibus commentariorum suorum nomina assolet, atque volumina, quæ & se vidisse memorat, vt in præfatione commentarij Esaiæ, Oseæ, Matthæi & epistolæ ad Galatas est cernere. furti enim eum calumniabantur æmuli, tanquàm qui aliorum sententias suis commentarijs insereret. vnde in principio operis sui de hebraicis quæstionibus (quod nouum tam græcis, quàm latinis vsque ad id locorum inauditum, in præfatione alterius libelli, scilicet de interpretationibus nominum hebraicorum appellat) ait. Id quod Terentio accidit fastidioso, qui comediarum prologos in defensionem sui scenis dabat, vrgebat enim eum Lucius Lauinius, nostro Lucio similis, & quasi publici erarij poetam furem criminabatur. Hoc idem passus est ab æmulis & Mantuanus vates, vt cum quosdam versus Homeri transtulisset ad verbum, compilator veterum diceretur, quibus ille respondit, magnarum esse virium, Herculi clauam extorquere de manu, sed & Tullius, qui in arce eloquentiæ Romanæ steterit, rex oratorum, & latinæ linguæ illustrator repetundarum accusatur à græcis. non mirum ergo si contra me paruum homunculum immundi sues grunient, & pedibus margaritas conculcent, cum aduersus doctissimos viros, & qui gloria inuidiam superare debuerant, liuor exarserit. hæc ille. Quam verò expediens, atque vtile lectori pariter & auditori sit in processu operis ita (vt præmissum est, quod & hic seruabitur) agere, quòdq; is sit modus procedendi compendiosior, quem & nostri magistri priores atq; posteriores seruauerint, in cuiusdam alterius operis prologo deductum, si quæsieris, forsan inuenies. Quarta causa: vt me non insolitam à theologis tractari materiam aggressum fuisse appareat, quam tot, tantique ex magistris nostris disputauere, ex quibus, qui sequuntur, fuere, scilicet doctor irrefragabilis Alexander de Ales in tertia parte summæ. q. xxxvij. & lxvj.

Doctor solemnis Henricus Gandensis in diuersis quæstionibus quodlibetorum suorum, nominatim in quodlibeto primo q. xxxix. & sequentibus, & quodlibeto octauo q. xxiiij. & quodlibeto sexto quæst. xxij. Sanctus etiam Tho. ij. ij. q. lxxvij. per quatuor articulos. & q. lxxviij. per quatuor articulos. Item in epistola quadam ad lectorem Florentinum missa, & in quodlibetis, quodlibeto secundo, articulo x. & quodlibeto tertio, articulo xix. Richardus etiam de Mediauilla in quarto. distinct. xv. artic. v. q. v. & vj. Præterea doctor subtilis Scotus paululum diffusius quàm supra memorati multum subtiliter de contractibus differuit in quarto dist. xv. q. ij. Petrus de Palude in tertio. distinct. xxxvij. Ioannes Neapolitanus in quodlibetis suis. Ceteri denique in scriptis suis circa magistrum in tertio libro nonnulla scripserunt de contractibus. Sed hi omnes pauca quidem, vtputa, vel de vna tantum specie contractus, vel si de pluribus: tamen transitorie atque raptim: nec tanta quanta dici poterant, immo quanta necessitas exigit, scripserunt. nec ab re: quoniam circa sententiarum libros eis desudantibus, aliarum tantarum rerum maiestas eis occurrens emersit: vt vix pro illis eorum sufficerit etas atque studium. Ob quod & post illos Gregorius de Arimino, Henricus de Hoyta, Henricus de Hassia, Ioannes de Ripa ordinis minorum, Ioannes de Gersona cancellarius Parisiensis: sanctus etiam Bernardinus, ac Ioannes Nider speciales super hac materia tractatulos ediderunt: considerantes forsan, quòd quia contractuum materia, immo vorago foret quasi mare magnum & spaciosum manibus, in quo reptilia, quorum non est numerus, non indignum esset super ea specialem facere indaginem. Insuper vtriusque iuris textus in his titulis qui ad materiam contractuum reprobandorum, vel approbandorum, aut defensandorum quantum ad forum animæ & theologicum attinet aliquid vtilitatis conferre videbantur, diligenter consideraui vna cum lecturis quorundam dominorum iuristarum desuper, nominatim in canonico iure domini Panor. in variis titulis tertij libri decretalium, & in v. lib. in tit. de vsuris: simul & in quadam eius disputatione, quæ incipit, Augerio. Similiter & repetitionem domini Lauren. de Ridol. super cap. consuluit. de vsuris. Et in ciuili iure aliquando lecturam domini Pauli de Castro, aliquando Bartoli & Baldi: accedente sæpe super eisdem textibus atque scriptis viua voce cum dominis iurisperitis collatione. Summistas etiam, & dominorum iurisperitorum de contractibus tractatulos aliquos, & nonnullorum super talibus præstita consilia, quorum aliqui satis vtiliter atque particulariter scripserunt, videre curaui, atque vidi, in hoc nostros imitatus magistros: quoniam & ipsi tam iura quàm summas iurium sæpe conspexerunt. Testantur illud Alexandri de Ales & Richard. de Mediauilla iuribus plurimum referta opera, ac sancti Tho. & Scoti super iiij. lib. scripta: quanquam nostri magistri suo more eorum, ex quibus hauserunt, vel profecerunt, soliti fuerint reticere nomina. Raymundi summam atque Hostiens. viderunt, & tamen vix vltra illud semel inuenies Raymundum ab Alexandro commemoratum, quod ponitur in quarta parte summæ. q. cxiij. in fine. Forsan autem eo permoti fuerunt: quoniam (vt iura inquiunt) omnia ea nostra facimus, quibus auctoritatem impartimur: vt in cap. si Apostolicæ. de præben. lib. vj. Non enim ideo: quia precedentes magistri ita senserunt, ideo sic per posteros sentiendum est: sed quia ratione probabili, aut auctoritate solida ita esse conuincitur: prout in simili docet beatus Augustinus in epistola ix ad beatum Hieronymum, de quo in c. ego. dist. ix.

Non igitur rem à theologis tractari insolitam aggrediar: neque etiam falcem mittam in messem alienam de contractibus scribendo: sicut nec supra memorati theologi terminos, quos posuerunt

posuerunt patres eorum transisse censendi sunt, de contractibus differendo: quoniam & si iurisperitorum sit de contractibus scribere quantum ad forum attinet contentiosum, quibus scilicet modis super contractibus agatur, quæ actio actori competat, qualiter denique lites super illis dirimantur, quantum tamen animæ forum contingit & conscientiæ ad theologum recurrendum censeo simul & moralem philosophum naturali legi innitentem. Primum equidem ex eo patet, quoniam ille contractus vt iniquus in foro conscientiæ damnandus est, qui charitati, quæ ad proximum est, aduersatur. & quis, vel quid charitati ad proximum aduersetur melius nouit quàm theologus, cuius uniuersa lex, quam profitetur, & prophetæ pendent in ea, vt diligat homo Deum ex toto corde, & proximum sicut seipsum. Matth. xxij. Numquid non theologus noster Paulus præcipit. Ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negocio fratrem suum. j. Thes. iiij. Aut vnde scis, quod fraude initus, aut circumuentus contractus in foro conscientiæ pœnam meretur, nunquid non ex eo quod Paulus post predicta vbi supra subiecit dicens. quoniam vindex est dominus de his omnibus? Est præterea diuina lex sufficiens illuminatrix in his, quæ ad forum conscientiæ pertinent. alioquin Christus suam politiam insufficienter instituisset, immo in necessarijs ad salutem defecisset, quod longè sit à mentibus fidelium. Ad professorem igitur diuinæ legis etiam attinet de contractibus quantum ad conscientiæ forum spectat ex principijs theologicis atque naturalis legis differere. Diuina denique atque naturalis lex talis, tantaque est, vt qui eius principijs paruis quidem in quantitate, magnis autem in virtute (quoniam innumeras in se claudunt conclusiones) innititur, atque sic de casibus loquitur haudquaquam sine lege loquitur. etiamsi iura humana omittat, ita vt non opus sit illud ei dicere. Erubescimus, cum sine lege loquimur. Secundum verò liquet, quoniam fere omnes contractus sunt de iuregentium. quod verò quidam de iure ciuili esse perhibentur, id quoad ad formam quandam positiuam seruandam & solennitates quasdam, & quædam alia, quæ circunstant contractum extrinsecus, veritatem quidem habet, ipsa tamen eorum æquitas & radicalis natura à iuregentium est deriuata. Quis autem quæ iuris gentium sunt melius nouit, quàm moralis philosophus naturalis innitens lumini rationis? Nam quæ iuris gentium sunt, legis naturalis sunt, cum iusgentium species sit iuris naturalis. Diuiditur enim apud magistros nostros nominatim Alexandrum de Ales in tertia parte sum. q. xxvij. membro quarto, artic. j. ius naturale in ius naturale natiuum, & naturale humanum, & naturale diuinum, & per secundum intelligit iusgentium, vt ibidem patet. Quæ autem legis naturalis sunt sanctiones, moralis philosophus contemplatur, sicut theologus diuinæ legis præcepta, & iurisperitus humani iuris decreta rimatur. Si insuper iuris canonici atque ciuilis scientiæ contractus, si iusti, uel iniusti sint, dijudicant, nunquid non scientiæ, quibus illæ subalternantur, certius indicabunt? Vtiqi teste Arist. j. Posteriorum. iuris autem canonici scientia theologiæ subordinatur, & quodammodo subalternatur. prout tangit Papa in cap. qualiter. de accusa. dicens. Ex auctoritatibus. ve. & no. testamenti processerunt canonicæ sanctiones, quasi prætendat eas quodammodo corollaria fore diuinarum conclusionum. Iuris verò ciuilis scientia morali philosophiæ subordinatur, adeo vt philosophia moralis etiam ciuilis scientia nominetur ab Arist. j. ethic. Vnde rite Aristoteles finem impositurus suæ ethicæ ad legislatiuam descendit, vt insinuet, quia legum scientia a moralis philosophiæ sede deriuatur. Propterea adhortandi sunt iuristæ, vt in condemnando vel iustificando aliquem contractum, non adeo fixi, adeo præsi suis inhæreant textibus, quod deiectis oculis in membranas, in animalium scilicet pelles, non assurgant,

gant, consenti tantum, quòd sic sciant esse scriptum, vel quòd talis doctor ita sensit in lectura sua, quasi hoc eis sufficiat, si non exerceant intellectum, rationemq; consulant inuestigando propter quid est condemnatus vel iustificatus, & resoluendo effectum in causam & conclusionem (vt pura constitutionem canonicam vel ciuilem, solum dicentem, quia est) reducende in principia theologica, vel philosophica moralia vnde deriuatur. Non enim ratio ex lege, sed lex ex ratione processit. Vnde sæpe id accidit, quòd si homo dimitteret capitula humanorum iurium, & oculos rationis in principia charitatiua atque naturalis legis attolleret, longè citius, facilius, atq; serenius super contractibus & alijs moralibus atque agibilibus iudicaret. sicut etiam sæpe dum in allegationibus iurium veritas impugnari videtur, si homo dimitteret glosas super glosas, & recursus fieret ad nudam textus literam, apertior sibi pateret intellectus: vt Pe. de Alcaco sæpe sibi accidisse refiteatur. Omnis quippe lex inilis rationi immittitur suo modo. Nec leges summa æquitate & ratione ordinatæ forent: nisi naturalis rationis lumine legislatores ac iurisconsulti philosophando eas decreuissent. Ob quod cancellarius Parisien. in tract. de solicitudine ecclesiasticorum, non immerito illos fugillat, qui ad sola singularia se totos dant: nullam ad prima principia resolutionem facientes, quia vel illa nesciunt, vel negligunt, aut toti literales & sine spiritu carnales sunt, vel excecat eos malitia hæc, vel illa, alios verò econtra commendat, qui singularia caute colligunt, & sapienter ad regulas resoluunt generales: colligentes pariter, quæ fuerit ratio datæ legis: quandoque per eleuationem mentis ad regulas diuinas, quandoque ad humanas. Hæc ille. Vnde sæpe dominis iuristis non resoluentibus: quia est, in propter quid, accidit in talibus quòd quæ in humano iure admissa inueniunt, credant dispensatiue esse admissa, & in illis specialitatis rationem habere locum, qui si ad theologica principia leuarent oculos, longè aliter, sicut deberent, sentirent, prout in q. xxxv. & xciiij. patebit, & in alijs. Despiciebant sapientes mundi nostri exachoreta magni Antonij sapientiam, eo quòd literas non didicerat. At ille. Respondete, inquit mihi, quid prius est: sensus an litera? & quid eius exordium? sensus ex literis, an literæ oriuntur ex sensu? Illis asserentibus, quia sensus auctor atque inuentor esset literarum, ait. Igitur si cui sensus incolumis est, hic literas non requirit. Sic etiam hic quæri potest, an hoc, quòd humana iura contractus in se iniquos condemnarunt, & in se licitos approbarunt, ex lege diuina & naturali processerit, vel econtra. ideo lex diuina & naturalis eos condemnauit, vel approbauit, quia sic humana iura de eis decreuerunt? Sanè, nequaquam respondebis secundum. ergo theologicis principijs atque naturalis legis fundamentis institutus eorundem deprehendere poterit approbationem, aut condemnationem. Diuina enim lex eius, quod in se iustum, vel iniustum est, quantum ad theologicum forum attinet, doctrix est, atque inuentrix sufficiens. Ad taliter enim iusta vel iniqua iura humana declaratorio se habent modo: ita vt non præcisè, ideo mala sunt: quia sic de eis decretum est, sed ideo de eis sic decretum est, quia ex diuinæ & naturalis legis principijs reperti fuerunt tales. Quid autem nobis obstare poterit, si pauculi quidam contractus in medium adducantur, qui nec ex diuina lege, nec naturali lege à philosopho vt iniqui condemnari possunt, quos tamen iurisperitus condemnare poterit, eo quòd iure positiuo forte tantum videantur prohibiti. Nam quod modicum est, pro nihilo reputatur. Denique, quòd tales (si qui sint) prohibiti sunt, plerumque venit ex eo, quia vel speciem mali præferunt, vel mali præstant occasionem, vel maleuolis atque malitiosis negociatoribus sunt spelunca latronum. Vnde autem scies, quia merito tales prohibendi. immo etiam lege diuina actu prohibiti sunt: nisi

nisi quia lex diuina ait: Ab omni specie mali abstinete vos 1. ad Thes. v. & Vbe mundo à scandalis. Matth. xviij. & hoc quoad secundum. & si manus tua & pes tuus scandalizat te, abscinde eum & proijce abs te. ibidem. & hoc quoad tertium. Ad hæc pro nunc sufficiant: quoniam quòd ad theologum de contractibus determinare in suo foro spectet, latius tractabitur infra q. xlix.

Est autem mihi animus Deo duce & docente duo facere, scilicet iniquos contractus, legi diuinæ & charitati ac naturali æquitati aduersantes contra eorum defensores condemnare, & eos tales ostendere (est enim via, quæ videtur homini recta, & nouissima eius ducunt ad mortem. Proverb. xiiij.) atque econtra contractus illis legibus atque humanis sanctionibus non aduersantes contra condemnantes eos iustificare. Nam non tantum sunt impij contractus condemnandi: sed etiam ne super iustis contractibus conscientia iusti viri inquietetur contra illud in pace factus est locus eius, iusti contractus sunt defensandi. Vnde ad iudicem in foro conscientiæ præsidentem vtrumq; attinet. Ad quod audi Esaiam dicentem. Vbe qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Esa. v. Audi & sapientem dicentem. Et qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, abominabilis est vterq; apud Deum. Proverb. xvij. Ezechiel etiam. xiij. cap. vtrumq; condemnat dicens. Vbe qui consuunt pulvillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas. & hoc quoad primum. & infra. Pro eo quòd merere fecistis cor iusti mendaciter, quem ego nō contristaui &c. propterea eruam populum meum de manu vestra. & hoc quoad secundum. & vtrunq; simul complectens fugillat eos, qui animas, quæ non viuebant, viuificabant, & animas quæ non moriuntur, interficiebant. Regia itaque via in primis eundum est: vt non declinetur ad dexteram, ne nimis emungendo, sanguinem eliciamus, & conscientias infirmorum fratrum percutiamus, neque ad sinistram, ita vt iniqua iustificemus. Refert Ioan. Gerson Cancell. Parisien. præceptorem suum Cardinalem Cameracensem dixisse, quòd super contractibus humanis, qui præsupposito peccato sunt naturales atque necessarij, non debet leuiter reprobatio fieri, seu restrictio vel ad vsurariam prauitatem reductio. Hæc ille. Debinc super hoc sollicite quemuis lectorem obsecro, vt cum me senserit contractum aliquem iustificare, non statim in hoc prosiliat, vt me absolutè tum iustificare dicat, immo neq; credat, sed conditiones plurimas & circunstantias ad eum requisitas, quas subijciam diligenter consideret, nec quod plurimis circumspectis sententijs traditur, ipse vnius credat sententiæ contextu diffusitum fore. Bonum enim ex integra causa est, secundum Dionysium. malum verò ex defectu cuiuslibet causarum. & Aristo. ij. Ethic. Bene agere contingit vno modo, peccare autem multifariam. Tertiò etiam quemlibet in hoc circumspectum esse volo, vt cum me intellexerit nonnullos contractus & casus iustificare, non ob hoc credat id etiam cum circunstantiarum & conditionum requisitarum expressa adiectione passim sine discretione loci, temporis, ac personarum audientium prædicandum, non quia verum non sit illos esse iustos, sed quia non omnibus pro omni tempore & loco prædicanda est qualiber veritas. Nam etiam bona opera intermitti debent: si inde scandalum emergat infirmorum, iuxta illud. Si dextera tua scandalizat te &c. ideò opus bonum, etiam bona intentione factum est intermittendum, dummodo non sit necessitatis. Non sunt etiam margaritæ proijciendæ ante porcos. Profectò nonnunquam accidit, quòd ruditas auditorum tanta sit, vt cum prædicator aliquid esse licitum dicat expressè, adijciendo circunstantias & conditiones requisitas, mox vel nullas auscultant

sculeant circunstantias & conditiones, vel non intelligunt, vel si aliquas capiunt, reliquas considerare prætermittunt; quasi ad sui excusationem sufficiat eis audisse factum ipsum ex genere esse licitum, ad nullas circunstantias arrectis auribus, vel aliquas audiuisse, & reliquas omnes omisisse. Sæpe etiam malevoli pallium excusationis & scutum defensionis suarum fraudum callide ex eo sumerent, dicentes etiam se quæ agunt, non nisi illis circunstantijs seruatis esse. Sunt enim plerique circunstantiæ, quæ non patent homini, sed Deo. Homo enim videt ea quæ patent, Deus autem intuetur cor. j. Reg. xvj. Vnde potius talia & consimilia secretius in confessionibus tractanda sunt & consilijs, vbi etiam confessor & conscientia consultus diligentius cuncta rimari, & sic iustificare iustificanda poterit. Siquis enim existimat se aliquid scire, nondum cognouit quemadmodum oporteat eum scire, ait Apostolus j. Cor. iiij. Supple, si non prudenter, atque circunspectè illa scientia vsus fuerit, vel eam alios docuerit. Et bene dixi, cuncta rimari &c. nam in morali negocio non monoculum, nec binoculum, immo Argum esse oportet, qui in talibus respondere debet. Putant enim sæpe (vt ait cancell. Paris. de sollicitudine ecclesiasticorum) aliqui aliquos casus similes esse alijs, quos tamen ex vnica quandoque circunstantia addita, vel remota, vel non attenta constat esse prorsus dissimiles, vel aduersos. quemadmodum apud medicinum patet hoc vitium, dum vnus sibi visus arroganter peritus in hac medicina danda applicabit vnam receptam ad morbos ex causis oppositis ortos, non attendens, quòd illud, quod sanat calcaneum, non sanat sed excecat oculum. Hæc ille. Vnde rectè ait Arist. Ad pauca respicientes facile enunciant, atque sic erant. Vna enim circunstantia variata, etiam iudicium sapientis variari sæpe necesse est. Quæsiuit vnus anachoretarum à patre quodam Pater, debeo tentationes admittere, aut protinus eas abijcere? Admitte inquit. Accessit alter cum eadem petitione. Abijce, inquit, nec admitte. Sic apud sapientem Prouer. xxvj. Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam. Et ibidem. Responde stulto secundum stultitiam suam. Sic in euang. de ostendendis operibus bonis atque occultandis. Quarto insuper consideretur, non satis esse contrahenti ad hoc, quòd contrahendo immunis sit à peccato, quòd contractus non sit contra iustitiam commutatiuam iniquus, oportet enim illam etiam non speciem mali habere, ne suum infamet actorem, aut latibulum queat esse latronum, aut iniuriam præbeat malevolis. Aduertatur denique summopere ad secum contrahentis inopiam, stat enim, quòd ille, cum quo contrahit, sit in ea egestate constitutus, quòd contrahens secum non gratuito contractu, deberet secum gratuito contractu contrahere. Namque si tibi quippiam donare vel mutuare teneor, quamuis iusto precio tibi vendam, & non donem, vel mutuem pecco, non quidem, quia iniquum contractum venditionis agam, sed quia gratuitum contractum debitum non impendo. & hoc sæpe natum est contingere in emptione reddituum, immo & aliarum rerum tempore famis & caristiæ, vt dicam in tract. iiij. q. lxxxiiij. & idem natum est contingere in casu quæstionis xxx. & multarum aliarum quæstionum, quæ dependent ex eadem.

Est autem mihi animus paululum diffusius cæteris materiam contractuum per argumenta quamplurima, vbi opus fuerit, examinare, & emergentes difficultates rimari, nec me pigebit temporis. Audientem enim illud sapientis. Ea quæ tibi præcepit Deus, illa cogita semper, & in multis operibus eius non fueris curiosus. Eccl. iij. Et mordacem illam Senecæ sententiam. Necessaria nesciunt, quia superuacua didicerunt. quomodo viuebit paululum

solet, sed totius pellis, immo vniuersi corporis & animæ vertitur salus & interitus, vbi non de lana caprina, sicut satyricus, sed de anima, non de paupere regno, vt Statius loquitur, sed de his, quæ vitam beatam consequendam & non amittendam respiciunt, disputatur. Si Socrates omnem philosophiæ rationem ad mores & morale studium transtulit, & hinc laudatus est à Tullio, Seneca, & Augustino. si præterea philosophi ferè omnes, præsertim Stoici, immo & ipsi (quod vix credideris) epicurei solam bene viuendi cognitionem cæteris præferrent, tanquam ea sola (teste Apuleio) vituperabiliter ignoretur, quid aget Christianus, cui repromittitur æternitatis spes pro præmio bonæ vitæ, quo pacto superuacuis & inutilibus inuestigandis se totum impendit, omissis, quæ ad vitam sunt, necessarijs. Sapiens etiam ait Eccl. vij. Quid necesse est homini maiora se quærere, cum ignoret, quid conducat sibi in vita sua numero dierum peregrinationis suæ. Et maximè non pigeat quemquam huius rei, si non piget plerosq; nostrates in quæstionibus atque materijs illis, quæ solo nomine theologicæ, re autem ipsa potius à theologia longè in regione dissimilitudinis sunt positæ, summo labore & ætate multa dies & ingenia sua cõtriuerse, cum nec se, nec proximum ædificare queant, quæstionem enim præstant magis, quàm ædificationem, vt Paulus ait, quos idem Apostolus dicit, languentes circa quæstiones verborum, & pugnas legis, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspitiones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum. Horum theologiam Cancella. Paris. in sermone dominicæ xix. post Penteco. dicit verbosam sophisticam & loquacitatem esse, & ad chimerinam, inquit, mathematicam esse redactam. Cur insuper (inquit) ob aliud appellantur theologi nostri temporis sophistæ & verbosi, immo & phantastici? nisi quia relictis vtilibus intelligibilibus pro auditorum qualitate transferunt se ad nudam logicam & metaphysicam, aut etiam mathematicam, vbi & quando non oportet. hæc ille. Sanè cum tales super casibus discrimen conscientiæ respicientibus consulti habentur in confessione, vel extra, irresoluti inueniuntur. Non itaque subtilibus sed vtilibus, & plus prodesse quàm admirari studendum est. Mineruæ enim (quam deam sapientiæ fingunt) inuisæ & odiosæ sunt araneæ. Nec quisquam stomachanti voce respondeat. subtilitatibus contentiosis & scholasticis, quæ laborem requirunt, & ingenium longiori tempore incumbam: hæc autem moralia, & quæ conscientiarum discrimina & resolutiones concernunt: quia facilia & plana sunt, nec perplexa: cum voluero sine labore apprehendam. Quicunque enim ille sit: audiat Cancellarium Paris. Ioannem de Gersona, qui aduersus tales, vel consimiles loquens in tract. de oratione & eius valore, ait, Hanc sapientis admonitionem. Quæ tibi præcepit Deus: illa cogita semper, non obseruant multi theologorum nostri temporis, qui de moralibus quasi de rudibus materijs studere vel inquirere non dignantur: scimus (inquiunt) talia cum volumus, cum tamen nulla sit ad cognoscendum bene & resolutè scientia difficilior propter circunstantiarum innumeras varietates. Nec est aliquis tam excellentis ingenij, nec à puero in hac scientia tam exercitatus, qui non, & quidem noviter quotidie inueniat, quod prius non ita plane cognoscebat. Hæc ille. Idem etiam de consolatione theologiæ lib. iiij. prosa. iiij. dicit. Infinitam difficultatem habet morale negocium, dum prosequi quæritur: quia non satis est intelligere, quid verum sit, & quid rectum, sicut cadit sub arte tradere: sed particulares circunstantias, quæ variabiles sunt, neque sub arte, neq; sub doctrina veniunt. Hæc ille. Et in lib. de vita spi-

aciem rationis velim, suum hic ingenium exerceat, affirmo multam hic esse profundam & uberem studiosissimis: quantalibet ingenij laude præditis perscrutationis materiam: etiam super eas steriles, quas nonnulli solas mirari solent imaginationum varietates. Hæc ille. Cum insuper omnia suum habeant tempus, & eo tunc, quo hæreticorum pestis circa fidem sæuiret: catholicorum doctrina & labor his, quæ credenda erant, defudabat, consequens est, vt eorundem perfidia sublata & pace reddita ecclesiæ: cum circa operanda & moralia negocia dubia emergunt, his animum nostrum applicemus. Vbi enim periculum maius intenditur, ibi proculdubio est plenius consulendum: vt ait Papa in cap. vbi periculum. de elect. lib. vj. Sicut quippe mundo oriente & ascendente creuit luxuria, quæ iunioribus magis amica dinoscitur: sic mundo senescente & ad occasum vergente (quoniam in nos fines seculorum deuenerunt) naturale est (naturæ quidem corruptæ) vt crescat auaritia: quæ senescentibus familiarior esse perhibetur. Aristot. teste iiij. Ethic. qui ait. Videtur enim senectus & omnis impotentia illiberales facere. Itaque contractus iniquos, eo quòd ex auaritia procedunt, vel si non iniqui sunt in se: eius tamen pietatis, quam egenis etiam ex præcepto debemus, prorsus exortes sunt: magis nunc multiplicari quàm vnquàm acciderit, formidandum est. Huic igitur ætatis morbo præcipue occurrendum est, vt lepra à non lepra discernatur.

Theologiam autem illam, quæ in altioribus apicibus residet, & ea, quæ ab humanis agibilibus plus distare videntur, pertractat; scholasticam atque speculatiuam appellamus, quanquam in veritate theologia tota ipsa practica sit. quemadmodum & medicinam quandam theoricam, quandam verò practicam dicimus, eo quòd vna quidem ea quæ à praxi distantiora, alia verò quæ eidem viciniora sunt pertractat, cum in veritate tota ipsa practica sit. prout in sententia vult doct. subtilis in fine prologi scripti primi libri sententiarum. Cum itaque eam theologiam, quàm scholasticam & speculatiuam appellamus, pertractamus, multas gentilium philosophorum. puta Arist. cæterorumq;, immo & Auerrois fidei nostræ hostis acrioris, ac Auicennæ mahumetistæ sententias, atque auctoritates in medium pro nostrarum sententiarum confirmatione ac declaratione adducere non uereamur, aut si quæ eorum philosophicæ sententiæ nostris videantur repugnare doctrinis, non dedignamur eas non solum pertractare, verumetiam (quod amplius est) non eas repudiare, sed cum labore cum nostris concordare. Et non quidem prorsus inutiliter hæc fiunt, prout doct. subtilis in iij. circa di. xxiij. tradit inquiens. Exponere scripturam sacram & conclusiones eius explicare per alias scientias (ad quem modum vltimò deuenerunt doctores immiscendo philosophiam scripturæ sacræ) sine dubio multum valet. Hæc ille. Quod sine dubio ueritatem habet, dummodo in primis obseruetur, ne quid nimis, scilicet ne tantum aquæ uino misceri contingat, quòd quasi uini perdat saporem. secundum illud Esa. j. Vinum tuum mixtum est aqua. atq; secundo illud curemus recolere sapientis. ea, quæ tibi præcepit Deus, illa cogita semper, & in multis operibus eius non fueris curiosus. Cur non ergo licebit theologis in materia agibilium, immo perutile erit nonnunquam (parcè tamen, nec vltra quàm necessitas, aut utilitas exposcit) moralem atq; practicam, quæ casus conscientiæ attingit, theologiam tractantibus quarundam legum humanarum auctoritatem in medium adducere pro alicuius moralis casus iustificatione, uel reprobatione, aut si quas contrariari nobis uideri contigerit, citra dedignationem earundem respondere auctoritati. Fecerunt quidem id nonnunquam Alexan. de Ales. sanctus Tho. Richar. atque Sco. ut eorum summæ testantur & scripta. Nec mirum.

Nam

Nam & pleræq; leges primum quidem responsa prudentum atq; ita moralium philosophorum particulares sententiæ fuerunt, quibus quando auctoritas principis, aut populi accessit: legis nomen acceperunt, quarum aliquæ etiam si non prius prudentum responsa: à prudentia tamen ipsius moraliter philosophantis principis processerunt. à principe quidem auctoritatem: sed ex naturalis ac philosophicæ rationis dictamine testimonium æquitatis acceperunt. Esto in quibusdam legibus à via veritatis & morum erratum esse: vt in q. xxij. patebit. ita sanè etiam in speculatiuis ac moralibus philosophorum sententijs (quos tamen reuereamur) errores inuenimus: immo & magno cum fudore talibus incumbimus, vt veritates ibi compertas reiectis erroribus acceptemus. Quòd si id in legibus ipsis licitum & vtile fore ostensum est, multo amplius id de quibusdam sacris canonibus (parcè tamen adductis) licebit, ac perutile erit. Nam illi non ab aliegenis: vt pleræq; leges, nec de Egypto: sed à nostratibus, ac de nostræ scripturæ sacræ fontibus processerunt: vt in cap. qualiter. de accusat. Et parcè quidem dixi. Vt quid enim etiam apud iurium professores tanta, tamq; imundana super vna re: etiam aliquando vulgatissima sit iurium allegatio, quorum etiam pleraque cum à casu ipso distantissima sint, eundem minimè attingunt, atque adeo cum à longinquo respiciunt: vt plus utilitatis de papyro atque ingenio absumunt, quàm utilitatis ad eundem casum decidendum afferant, utilius quidem longè foret, quæ tam longinquum & fere inanem habent respectum rescindere: & vnum vel duo solida atque stringentia adducere iura, & superfluis concordantijs omissis diutius radici decisionis immorari. Propter quod recte ait doct. subtilis in iiij. dist. vj. quòd in multis locis in iure canonico apparet inutilis occupatio glossarum: quia multiplicant concordantias & auctoritates ad vnum vocabulum, & postea in fine nihil ad propositum. & alibi, vbi est verbum magni ponderis, ex quo dependet sententia totius capituli, transeunt ficco pede. Hæc ille.

Nemo autem (oro) aduersus voluminis huius stilum stomachetur: si aliquando minus cultus, aut carpi posse videbitur ab his, qui verborum obseruatores existentes, eorundem sunt assueti lenocinio. Sed materiæ qualitatem considerans, & quòd stilus scholasticus esse debuit aduertens, veniam mihi præster, cui plus curæ fuit, vt solidæ & cautæ, quàm verbis tersæ ac redimitæ essent operis huius conclusiones & sententiæ: amplius acrioribus & stringentioribus, quàm politioribus ac pulchrioribus gaudens earundem probationibus. studiosius quoque quærens fasciculoso more in re intricata atque perplexa (vt est vorago contractuum) planis atque claris sermonibus lectoris pariter & auditoris intellectum eruere, atque resoluere, quàm verborum à scholastico stilo peregrinorum prurigine, aut parcionibus, vel truncationibus, quàm incipientibus in hac materia expediat incedendo sententijs: eorum aures demulcere, qui potius concinnè audire ac oblectari, quàm se resolutos & rerum intelligentia satiatos abire eligunt. Vix quis cautam pariter & solidam rerum obscurarum ac periculosarum resolutionem tradere, & simul verborum limam ac elegantiam obseruare poterit: potissimum in agibilium & casualium negociorum tradenda notitia (quæ lis præsens est) quæ docentem pariter & audientem (eo quòd hæc multis semper vestienda sunt circumstantijs) Argum esse requirunt. Thesaurus inuisus & sapientia abscondita (qualis est, quæ verborum fastu est obumbrata) quæ utilitas in utrisque? inquit sapiens. Dominus quoque per Moysen præcepit, vt altare de impolito ac informi sibi strueretur lapide. Lapideum ergo altare struendum domino, atque ita firmum esse debuit, quod tamen ille politum nequaquàm esse voluit.

Librum

Conradi de contractibus.

Librum autem præsentem, quem septipartitum opus contractuum appellandum censui, in septem tractatus ac centum quæstiones distinguo. In primo tractatu dicetur de rerum dominio diffinitiue & diuisiue, vtputa de variis diuisionibus atque speciebus dominiorum, tandemq; specialiter de dominio ciuili, eo quod illud specialiter respicit materiam contractuum, per quos transferuntur dominia rerum, & ibi dicetur de eius distinctione facta, si licita fuerit, & si per legem naturalem, vel humanam fuerit facta. Insuper de diffinitionibus vsus, vsufructus, proprietatis ac possessionis, & de conuenientijs & differentijs eorundem, de diffinitione etiam contractus in generali & variis diuisionibus eiusdem, & continet xvij. quæstiones. In secundo specialiter de illa specie contractus, quæ dicitur mutuatio per xxxij. quæstiones. In tertio de negociatoribus, seu mercatoribus, ac emptione & uenditione in generali, & continet xxij. quæstiones. In quarto specialiter de emptione & uenditione redituum tam temporalium: utputa uitalitiorum & aliorum, quàm perpetuorum redimibilium & irremedibilium per xv. quæstiones. In quinto de contractu locationis animalium atque aliarum rerum per quinque quæstiones. In sexto de contractu societatis animalium atque pecuniarum per sex quæstiones. In septimo & ultimo de contractu permutationis & cambij per tres quæstiones. Quibus per 100. quæstiones consumatis finis optatus aderit in eo, qui est omnium consumatio sermonum, cui sit honor & imperium per secula cuncta. Cuius sanctæ ecclesiæ & eius præsuli summo, uniuersisq;, quorum interest, præsens opus offero pie corrigendum paratus stare sententiæ cuiuslibet melius sentientis.

OPERIS HVIVSCE COMPENDIVM,

In lecteris gratiam ab ipso Auctore indicis alphabetici vice concinnatum. In quo summo (vt aiunt) digito, quæ in centuria quæstionum continentur, exarantur.

Additamenta quædam, quæ in operis ipius compilatione auctoris mentem fugerant, postmodum inter studendum inuenta ex professo asscribuntur.



OTIVS subsecuturi operis summa num ad hoc profuturum præmittere placuit: vt lector in promptu & quasi fasciculorem more eas singularum questionū conclusiones inueniat, ad quas tantùm ad sedes reflectat. Scias me ueram mihi uiam resoluisse sniam, quatenus cum quilibet primo contigit summarie singularum qōnum conclusiones sub cōpendio didicerit, & ueluti primæ digestione eas sibi in corpus uerit, atque in se traxerit, postea quasi ruminando & librum ipsum pertractando, ac per conclusionum singulas clausulas atque circumstantias particularius discurrendo etiam rationes plurimas, cur ita sentiendum sit: ac ideo propter quid & particulariorem simul & cautiorem notitiam earundem consumationi examine comprehendat. Id enim quasi natura fert: vt in uastam siluam intricatioris materiæ (sicuti estant cōtractuum negocia) primo aspectu quilibet oculos deflectens a uastitate rerum suspirans quasi desperet, atque retrocedat. At si compendioso more sibi primò singularum rerum conclusiua resolutio proponatur: magis aspirabit, atque usque ad finem eius: etiam si ut magnum appareat, non labet.

IN primo tractatu itaque huius septipartiti uoluminis per centum quæstiones digesti agitur diffinitiue & diuisiue de contractibus in generali, & de his, quæ tanquā prænia, atque præparatoria requiruntur ad tradendam notitiam contractuum in speciali, & ad cognoscendum, qui ex eis liciti, vel illiciti sint iudicandi. Exquo autem per complures contractus transferuntur dominia, atque iura, quæ homines habent in rebus commutabilibus, & quiditatiua rerum cognitio est principium omnis artis & scientiæ ideo ante omnia declarantur qui dicatiue dominia, iuraque rerum, quid uel quæ entitates sint, assignando diffinitiones eorundem, atque diuidendo dominium, & ius in varias species, donec perueniatur ad eam speciem, quæ dicitur dominium ciuile, de qua est ad propositum. De appropriatione quoque, atque distinctione dominiorum in rebus facta agitur, & continet ille tract. aus. 17. quæstiones.

QVÆSTIO. I.

VTRVM duæ descriptiones iuris, & vna descriptio dñij sint a magistris bñ ac magistraliter posite, qui bus dicitus est potestas, vel facultas propinqua uenies alicui sm dictamē primę institię. Et iterū. Ius est potestas, vel facultas propinqua ueniens alicui sm dictamē rectæ rationis. Dicitur autem est potestas vel facultas propinqua assumendi res, aliàs in sui facultatem, vel vsum licitū: sm iura vel leges rationabiliter institutas.

Solutio. q. stat in quatuor suppositionibus, & ses cōclusionibus.

In suppositionibus distinguitur de duplici acceptione iuris, & declaratur quō ius (ut in proposito capitur) quiditatiue sit relatio, & sit dominium, & an dominium & ius sint conuertibilia, vel habeant se sicut inferius & superius. & vtrum prędictæ descriptiones, quæ sunt positæ n Ioanne de Gersona redeant in idem.

Quinque cōclusiones respondentur ad qōnem in summa dicunt, q prędictę descriptiones sint bene & magistraliter positæ: & quomodo in eis (sicut in diffinitionibus relationum fieri debet) ponantur extrema, seu fundamentum, & terminus eiusdem relationis, quę dicitur ius & dominium, q descriptiones prędictę redeant in idem, quę & per singulas clausulas declarantur. Quædam quoque dicta atque exempla Ioannis de Gersona partim impugnantur, & partim limitantur, & quid intelligendum sit quiditatiue per titulum, quando fit sermo de titulo alicuis iuris, vel dominij.

QVÆSTIO. II.

QVOT modis diuiditur dominium. In hac quæstione declaratur primus modus inter quatuor modos diuidendi dominium, & continet ille primus modus sex species, quarum vnaquæ hic diffinitur, & diffinitiones earundem diffuse per singulas clausulas, per uarie quoque exempla declarantur.

Sex autem species dñij sm primum modū diuidendi sunt illæ. i. Beatificum, Originale, Gratificum, Euangelicum, Canonicum, & Ciuile. Circa originale partim impugnant, & partim limitantur duo exempla posita a Ioanne Gersona. Circa euangelicum impugnatur diffinitio quædam eiusdem. deinde ponuntur septem diuisiones, ac subdiuisiones dñij euangelici sub nomine potestatis ecclesiasticę, eo q in proposito dominium euangelicum idem est, quod potestas ecclesiastica a Christo instituta, ubi multa uulia inserta sunt, & soluuntur tria dubia, & totidem argumenta.

QVÆSTIO. III.

VTRVM primus modus dividendi dominiũ cum descriptionibus suarum specierũ sit bene positus.

Duæ conclusiones, vel duo dicta responsiua huius quæstionis dicunt in summa, ꝙ primus modus dividendi deficit sex modis, & ꝙ tamen descriptiones specierum eiusdem diuisionis sunt bene positæ.

QVÆSTIO. IIII.

VTRVM secundus modus dividendi dominium sit bene positus, qui talis est. Dominiorum quoddam fundatur in titulo gratiæ gratificantis, quoddam in titulo alicuius gratiæ supernaturalis sed solũ gratis date, non tamen gratificantis. Tertium in titulo alicuius boni puré naturalis, sicut est electio, vel naturalis successio in aliquem principatum.

Solutio. q. stat in quatuor suppositionibus & duabus conclusionibus.

In suppositionibus reducitur prædicta trimembris diuisio ad bimembrem, & declarãtur singula membra variis exemplis: vbi inter cætera agitur de dominio patris in filium, & de iure patriæ potestatis.

Prima conclusio. Membra primi modi dividendi possunt comprehendi sub tribus membris secundi modi dividendi.

Secunda conclusio. Secundus modus dividendi licet deficiat in aliquo, non tamen in tot in quot primus modus defecit.

QVÆSTIO. V.

VTRVM tertius modus dividendi dominium ẽt trimembris existens sic bene positus, quo sic dividitur. Dominium quoddam est diuinum, quoddam naturale & quoddam humanum.

Solutio quæstionis stat in tribus suppositionibus & duabus conclusionibus.

In suppositionibus distinguit duplex acceptio cuiuslibet illorum trium dominiorum.

Prima conclusio. Ille tertius modus licet in aliquo deficiat non tamen in tot, in quot primus.

Secunda conclusio. Dominium diuinum debet subdiuidi consequenter nouem diuisionibus, quarum posterior est semper subdiuisio secundi membri præcedentis diuisionis. Et ibi varia exempla & species diuinorũ dominiorum recensentur.

QVÆSTIO. VI.

QVIS est quartus & vltimus modus dividendi dominii, & an sit bonus? Rñdetur per duas conclusiones.

Prima conclusio. Quartus modus dividendi continet 17 diuisiones, quarũ semper posterior est diuisio vltimi membri precedentis diuisionis dempris duabus vltimis diuisionibus. Et ibi inter cæteta agitur de dominio demonum per tria dicta.

Primum dictum est, In damnatis angelis oportet cõcedere aliquod dominium, probatur quintupliciter.

Secundum dictum. Quicquid sit de legitimo dominio superioritatis & iurisdictionis coercitiuæ, an illud sit in demonibus inter se, tamen tali prætermisso oportet ponere in demonibus aliquod aliud legitimum dominium tã superioritatis, q̃ nõ superioritatis fundatũ in gra gratis data vel dono naturali. probat quintupliciter.

Tertiũ dictũ, beati Angeli etiam habent diuinũ fundatum in gratia gratis data alia a gratia gratum faciente, quo vnus dñatur alijs, tali imperando. probatur dupliciter: & pñ ponuntur variæ species dominij ciuilis.

QVÆSTIO. VII.

VTRVM dominium ciuile fundetur in charitate. & idẽ quærit de dñio euangelico capto pro potestate ecclesiastica: sit de canonico. Hic tangitur hæresis eorum, ꝙ ques præsens quæstio mouet & defenditur.

Solutio. q. stat in 12. conclusionibus, & quatuor prima reiiciunt dominium ciuile, & alle sex euangelicu, & tres vltimæ canonicum.

Prima conclusio. Ciuile dominium nõ fundatur in charitate sic, ꝙ perdendo charitatẽ per lapsum in mortale, eadat quis a dñio ciuili rerũ suarũ, probatur septupliciter, & ibi de Saul, an perdiderit suum dominium regale a tempore vocationis Dauid in regem.

Secunda conclusio. Licet per aliqua peccata nõ ipso facto perdat ciuile dñium rerum, nouit. per illa peccata perdit illud, ꝙ ium quo ad executionem & solutionem illarũ rerũ, vide sententia subscripta. Prima pars, probat septem exẽplis: secunda aũt pars probatur pliciter.

Tertia conclusio. Quamuis ex illo, quando dominium ciuile quis perdit propter crimina prædicta, non deberet auferri sententiam promulgatam tali criminoso sic tuliter auferri, tamẽ perdidit dominij rerũ duos effectus operatur, viam ante latam sententiam.

Quarta conclusio. Dominium ciuile etiam non fundatur in fide, probatur tripliciter.

Quinta conclusio. Dominium euangelicum etiam non fundatur in charitate, quin retineri possit perdita charitate. probatur tripliciter.

Sexta conclusio. Dominium euangelicum etiam nõ fundatur in gratia prædestinationis.

Septima conclusio. Dñium euangelicũ quoad illam speciem, quę dr potestas ordinis, ẽt non fundat in fide.

Octaua conclusio. Sicut id verum est, & pro certo tenendũ de potestate ordinis: ita est etiam probabile de potestate iurisdictionis in foro exteriori. ita ꝙ prælatus, ut Papa, vel episcopus incidens in hæresim non ipso facto sit depositus a tali potestate.

Nona conclusio. Dominium euangelicum etiã non fundatur in alijs donis gratuitis, latentibus in anima.

Decima conclusio. Dominium canonicum etiã non fundatur in charitate.

Vndecima conclusio. Dominium canonicum etiam non fundatur in gratia prædestinationis.

Duodecima conclusio. Dominium canonicum etiã non fundatur de per se in fide.

QVÆSTIO. VIII.

VTRVM rerũ dominia fuerint aliqñ indistincta.

Solutio. q. stat in tribus suppositionibus & quinque conclusionibus. In suppositionibus ponuntur varij sensus tituli quæstionis.

Prima

Prima conclusio. Capiendo titulum quæstionis in primo sensu primæ suppositionis: dominia rerum nunquam fuerunt indistincta.

Secunda conclusio. Capiendo titulum quæstionis in secundo sensu primæ suppositionis aliqua dominia olim fuerunt indistincta: & etiam talia hodie sunt indistincta. probatur quinque exemplis.

Tertia conclusio. Capiendo titulum quæstionis in secundo sensu primæ suppositionis aliqua dominia nunquam fuerũt indistincta, nec hodie sunt indistincta.

Quarta conclusio. Tempore naturæ humanę integræ dominia fuerũt indistincta.

Quinta conclusio. Tẽpore naturę humanæ corruptæ etiã aliqua dominia fuerunt & hodie sunt indistincta.

QVÆSTIO. IX.

VTRVM cum rerum dominia primum fuerint indistincta & communia: ipsa potuerint postea licitè & rationabiliter distingui, seu appropriari.

Solutio stat in vna suppositione, quatuor conclusionibus, & sex argumentorum solutionibus.

Prima cõclusio. Pars affirmatiua quæstionis est vera.

Secunda conclusio. Non expediuisset omnibus omnia esse communia pro statu naturę lapsæ. probatur dupliciter.

Tertia conclusio. Sicut iã oñsum est, ꝙ non fuisset expediens: sic & est dicendũ, ꝙ nõ fuisset rationabile.

Quarta. Prædicta damna & incommoda non inimisuissent rebus manentibus cõibus in statu innocentiæ. Postea formantur & soluuntur quatuor argumenta & inferuntur quatuor corollaria.

QVÆSTIO. X.

VTRVM distinctio dominiorum fuerit facta per legem naturalem, vel humanam.

Solutio. q. stat in tribus suppositionibus, & quinque conclusionibus.

Prima conclusio sanè intelligendo titulũ quæstionis qõ nullam habet difficultatem, quin certũ sit, ꝙ dominiorũ distinctio tm̃ est fm̃ legẽ ciuilem & humanam.

Secunda conclusio. Dominiorum distinctio non est facta secundùm legem naturalem.

Tertia conclusio. Dominiorum distinctio ẽt pro statu naturæ lapsæ non est secundùm legẽ naturalem. & ibi enacuatur probatio 3co. & Ioannis de Ripa, & ponuntur aliæ atque soluuntur quatuor argumenta contra eandem conclusionem procedentia.

Quarta conclusio. Dominiorum distinctio non est secũdùm legem diuinã. Et ibi auctoritas est ratio Augustini probatio conclusionis inuitur, & examinatur, quo modo sit efficax ad propositum.

Quinta conclusio, distinctio dominiorum est tantũ secundùm legem humanam.

QVÆSTIO. XI.

EX QVO dominiorum distinctio licitè fuit facta, & non alit per legem positiuam, quæritur quis & quot tuplex potuit fuisse modus, quo per legem positiuam talis distinctio fuit iustè facta.

Solutio. q. stat in quinque suppositionibus & duabus conclusionibus.

In suppositionibus declaratur quid requiratur ad legem positiuam iustam, & de potestate paterna & politica: & de duplici politica.

Prima conclusio. Licet videri possit alicui, ꝙ cũ res essent primũ oibus communes, nõ potuerit poimodè humanõ gñe lapso fieri p legẽ positiuã iusto mõ eatũ distinctio & appropriatio: tamen oppositum est verum.

Secunda pclo. Modus, quo per legem positiuam est facta distinctio dominiorum, potuit esse triplex.

QVÆSTIO. XII.

VTRVM descriptiones vsus & vsufructus sint bonæ, quibus dicitur. Vsus est ius vtendi alienis rebus salua rerũ substantia. Vsufructus verò est ius vtendi & fruendi rebus alienis salua rerum substantia.

Solutio quæstionis stat in octo suppositionibus & duabus conclusionibus.

In suppositionibus ponuntur duæ acceptiones vsus, & secunda acceptio subdiuiditur, & vnum membrum illius subdiuisionis iterum subdiuiditur: & simili modo fit de usufructu.

Prima conclusio. Descriptio vsus est bona, salcis rebus circumstantijs. Et illæ ibi enumerantur: clausulæ quoque diffinitionis declarantur, atque quatuor argumenta soluuntur.

Secunda conclusio. Descriptio vsus etiam est bona, si seruentur tres circumstantiæ. Et ibi enumerãtur clausulæ diffinitionis vnà cũ eo, scilicet vbi vsufructus (cũ sit accidens respectiuũ) sit subiectiuè, declarãtur, atque duo argumẽta soluuntur: vbi inter cætera examinatur illa difficultas, an vtile dominium sit aliquid, & si sic: an sit aliquid quidditatiuè & intrinsecè distinctum ab vsufructu, vel solùm distinguatur ab eo penes quædã extrinseca aut accidentalia, & an diffinitio vsufructus conueniat dominio vtili.

ADDITIO.

POTEST etiam ad idem argui sic. Quia si quis locat alteri prædia ad 10. annos, transfertur in conductorem vtile dominium: quia est locatio longi temporis: & si minus quàm ad 10. annos locet ea, transfertur vsufructus in eundem: & tamen cõstat, ꝙ quidditatiuè & intrinsecè non differunt ius vtius conductoris & ius alterius: sed solum extrinsecè, scilicet penes durationẽ & forte quædam alia. igitur. Nec obstat, ꝙ vsufructus alicui concessus finitur morte vsufructuarij. & dominium vtile potest transmitti ad hæredes: quia hoc etiã non arguit intrinsecam distinctionem quidditatiuam. immo aliquando etiam vsufructus non finitur morte naturali vel ciuili: vt ostendit Iaso. Institut. de vsufructu, in additione post Porcium.

QVÆSTIO. XIII.

QVALITER differunt & conueniunt vsus & vsufructus inter se.

Hic primò ponuntur tres conuenientiæ & tres differentiæ inter ea. Secundò ponitur cõuenientia & differentia

ferentia illorum duorum ad alia quatuor, scilicet ad jus, dñium, & possessionem : & hoc per quatuor dicta.

QVÆSTIO. XIIII.

VTRVM descriptiones proprietatis & possessionis sint bene positæ, quibus dicitur, Proprietas est dominium rei iustis modis quæsitum. Possessio est corporalis rei detentio corporis & animi iuris adminiculo interueniente.

Prima conclusio, Diffinitio proprietatis non esset bona, si caperetur dominium generaliter : ut scilicet concertitur cum iure.

Secunda conclusio. Descriptio proprietatis esset bona, si caperetur dominium stricte pro eo dominio, atque inter quod est simpliciter ius in re. Dehinc tria argumenta contra diffinitionem proprietatis: etiam intellectum illo secundo modo procedentia solumtur.

Tertia conclusio, Descriptio possessionis posita videtur aliqualiter bona, & declarantur clausulę eiusdē. Postea soluuntur quinque argumenta contra eam procedentia, & recenſentur quinque diffinitiones possessionis a varijs doctoribus positæ post quas tandem ponitur alia & plenaria diffinitio eiusdem, quæ simul est formalis & causalis dicens: quid sit quidditatiue possessio simul, & vade causetur, vel acquiratur, atque quid ipsa efficiat, vel pariat.

QVÆSTIO. XV.

VTRVM dominia rerū ab initio iustè distincta possint iustè a primis dominis transferri : & quot modis.

Solutio quæstionis stat in quatuor conclusionibus, & uno corollario.

Prima conclusio. Dominia rerum distincta possunt iustè a primis dominis transferri in alios.

Secunda conclusio. Duobus modis potest fieri iusta translatio dominiorum distinctorum a primis dominis in alios, scilicet auctoritate priuata & publica, & primus modus ostenditur dupliciter. Secundus modus etiam probatur atque subdiuidituir in præscriptionem & vsucapionem.

Tertia conclusio. Translatio dominij rei de eo, ptra quem præscribitur, vel vsucapitur in præscribentem vel vsucapientem legitimè, scilicet seruatis conditionibus seruandis, est iusta, probatur dupliciter, & transito rè tangitur aliquid de hoc, si legitimè præscribens acquirit dominium directum, vel solum vtile.

Quarta conclusio. Legislator potuit licitè talem legem statuere: scilicet præscribens rem immobilem vel vsucapiens aliquam rem mobilem seruatis debitis conditionibus incipiat esse dominus eiusdem rei completa præscriptione, vel vsucapione, atque is cuius res prius fuit desinat esse dominus.

Corollariū. Is q̄ statis ꝺditionib. requisitis ad legitimā ꝓscriptionē vel vsucapionē ꝓscripsit vł vsucepit rē aliquā, nō tenet illā rem restituere & in foro cōsciētię.

QVÆSTIO. XVI.

VTRVM descriptio contractus sit bona, qua dicitur, est vltro citroque obligatio.

Solutio q. stat in una distinctione, & quatuor conclusionibus.

In distinctione præambulationis triplex acceptio cōtractus, scilicet, propria, impropria, & magis impropria.

Prima conclusio. Prædicta descriptio stantibus duabus conditionibus est bona.

Secunda conclusio. Quæcunque prædictarum cōditionum desit, descriptio non esse bona.

Tertia conclusio. Alia datur descriptio contractus a Ioanne de Gers. cane. Parisin. tract. suo de contractibus, in principio, & est talis. Est communicatio ciuilis & legitima: sed hæc impugnatur tripliciter.

Quarta conclusio. Contractus etiam posset sic diffiniri. Est actus, qui est re, literis, verbis, vel consensu celebratus, quo transfertur res de vno in alium : quoad aliquale dominium, uel vsum, vel aliam speciem iuris supra diffiniti, vel si debens transferre non transferat, obligatio succedit ad interesse.

QVÆSTIO. XVII.

QVÆ & quot sunt species contractus.

Solutio q. stat in recitatione quatuor modorum ponendi enumerantium species contractus : tres primi erunt theologorum & summistarum tractantium de contractibus.

Primus modus est Ioannis de Gers. ponētis octo species, sed impugnatur quadrupliciter.

Secundus est domini Antonini ponentis 12 species & impugnatur quintupliciter.

Tertius est Scoti, ponentis octo species, sed impugnatur tripliciter.

Quartus & completior ponitur enumerando. 30. species cum exemplis suis, vbi inter alias ponunt quinque spes ℣ctus innominati, & quare sic vocent, de permixtione quoq; inominatorū ℣ctuū cū nōminatis. Itē de differentijs ℣ctus cēsualis, superficiarij, feudalis, emphiteutici & libellarij. Item de differentijs ℣ctus precariæ, & precariarum, atque precarij inter se, & quo ad alios contractus, & de modis contractus precatię precariarum. Circa pignorationē quoniam propter quosdam ostenditur quadrupliciter, q̄ is, cui fit pignoratio acquirit aliquod ius in pignore, ita q̄ ille contractus non est prorsus sine omni trāſfusione cuiuscūq; iuris.

Et quamquam 30. hic recensuerim species ℣ctuum nōn nisi decem ex eis in speciali diffusius ꝛequētibus resctaribus huius voluminis agēſ statui. Lector cū q̄ fundamētū ex hoc ope de illis sex ſpēbus iecerit, facile ex illis, atque ex dictis in hac q. ſese circa oēs alias ſpēs quātū ad forū anię attinet inuare, atq; resolueē valebit.

IN secundo tract. agitur specialiter de vna ex prædictis. 30. speciebus contractuum, scilicet de mutuatione. & hoc per 33 sequentes quæstiones.

QVÆSTIO. XVIII.

VTRVM mutuū bene notificet sic. Est actus, vel ℣ctus quo quis pecuniā, vel speciem i. rē vtilem cuius vsus est eius ꝓsumptio, fm q. ordinat ad talē vsum pcedit alteri non tm trāſferēdo vsum eius in illum alterū sed etiam dominium: illo tamen altero obligato ad reddendum post lapsum temporis idē in genere, & equiualens vel tantundem in numero, pondere & mensura.

Solutio quæstionis stat in una ſuppositione, & una conclusione.

Conclusio responsiua est. Mutuum bene notificetur prædicto modo, ubi declarantur octo clausulæ eiusdē diffinitionis, & inter cætera impugnatur descriptio data a Bartolo: soluuntur quoque quædam argumenta contra præſentem diffinitionem procedentia, tangitur etiam diuersitas modorum loquēdi theologorum & philosophorum ex vna parte, iurisperitorum ex alia de eodem genere & specie.

QVÆSTIO. XIX.

VTRVM in aliquibus casibus homo teneat sub pœna peccati mortalis ad mutuandum proximo.

Solutio q. stat in tribus ſuppositionibus, decem conclusionibus, & sex dictis.

In ſuppositionibus distinguitur de duplici superfluo, & de duplici necessario, de triplicibus quoque hominibus indigentibus, ac triplici necessitate eorundem.

Prima conclusio. Homo non in omni casu, nec pro semper tenetur mutuare proximo, probatur quadrupliciter.

Secunda conclusio. In aliquibus casibus tenetur homo ad mutuandum proximo sub pœna peccati mortalis, probatur tripliciter.

Tertia conclusio. Duo sunt casus, de quibus non debet dubitari, quin in illis teneatur homo ad donandū proximo suo elemosynam.

Quarta conclusio. In eisdem duobus casibus tenetur homo ad mutuandum proximo suo sub pœna peccati mortalis, & postea soluitur argumentum contrarium & quartam conclusiones procedens.

Quinta conclusio, præter prædictos duos casus est tertius casus dubius, in quo non videtur simpliciter diffinitiuum, hominem sub pœna peccati mortalis obligatum ad donandum elemosynam proximo, scilicet si homo habet superfluum tam naturæ suæ, quam personæ, & suorum, & proximus constitutus est in necessitate: licet citeriori extrema necessitate: sed tamen arcta, seu magna & notabili, probatur allegando ad hoc tres doctores, scilicet Durandum, Thomam, & Alexandrum de Ales.

Sexta conclusio. Licet non videatur simpliciter diffinitiuum in tali casu, tamen aliqualiter probabile videtur, & non improbabile dicere, q̄ in tali casu sit obligatio sub pœna peccati mortalis. Secunda pars probatur octopliciter.

Septima conclusio. Satis probabile videtur, q̄ in casu quintæ & sextæ conclusionis hō teneatur sub peccato mortali ad mutuādū proximo, probatur tripliciter.

Octaua conclusio. Licet præter prædictos tres casus, in quibus homo sit probabile est, tenetur ad mutuandum proximo sub pœna peccati mortalis, ponantur adhuc tres casus, in quibus etiam cadere obligatio ponitur homo obligari : non tamen videtur, quòd omnes illi tres casus sint probabiles, & tangitur sententia sancti Bernardini, & impugnatur.

Nona conclusio. In illis casibus, in quibus homo tenetur ad mutuandum, & in quibus tenetur ad donandum proximo bona temporalis fortunæ : tenetur etiā homo alia bona, in quibus abundat, proximo similiter indigenti donare & mutuare, concurrentibus circūſtantijs proportionabiliter se habentibus ad circūſtantias prædictorum casuum, & ponitur quadruplex exemplum.

Decima conclusio. Dabiles sunt multi casus, in quibus homo nō tenetur ad mutuandum proximo : patet enumerando octo.

Post has cōclusiones ponuntur sex dictę pro maiori elucidatione conclusionum.

Primum est pro decima conclusione, & dicitur ſes quid loquendo, seu ſuppoſita infirmitate imperfectione & malitia hominum melius sit, q̄ indigentes non habeant copiam mutuū assequendi a diuitibus, quàm quòd habeant: tamen ſimpliciter loquendo melius esset, q̄ haberent, quàm q̄ non haberent.

Secundum dictum pro eadem decima cōclusione licet hō in octauo casu decimæ ꝓclusionis constitutus non sit obligatus ad mutuū bonorū fortunæ reſpectu, hoīs proximi, de quo idē casus ſonat, tñ ob hoc nō est eino ab oñi mutuo reſpectu eiusdē ꝓne desobligatus.

Tertiū dictū. In illis casibus, in quibus homo tenet mutuare proximo sub pœna peccati mortalis, aliquādo non oportet conſyderare, an recipiēs mutuū sit iustus uel iniustus, bonus vel malus, pius uel impius, fidelis, vel infidelis, hæreticus, vel catholicus, excōicatus, uel non, & sic de aliis. in aliquibus verò oportet conſidera re. Da prima parte huius dicti ponuntur duo exempla.

Quartum dictū. Homines constituti in casibus ſuprādictis, in quibus hō obligatur mutuare proximo, non debent faciliter credere proprio iudicio, quo ſe iudicant excusibiles ab obligatione mutui, quantumcunque videantur habere coloratas excusationes, probatur tripliciter, & ponunt desuper exēpla formidāde.

Quintum dictum. Cum hō valet iudicare, an ne bona, quæ habet, ſint neceſſaria naturæ ſuæ & ſuorum, vel personæ; ut ſic dijudicet, an ſit obligatus ad mutuā dum uel non: licet poſſit reſpicere non tantum ad ea, quæ nunc ſibi incumbunt, ſed etiam ad ea, quæ ſibi incumbent in futuro tempore, nō tamen est licitum, velle metiri bona ſua ſecundùm quoſcunque caſus futuros poſſibiles ſibi & ſuis accidere.

Sextum dictum. Licet in tertio caſu tacto in quinta & ſexta concluſionibus homo teneatur ad mutuandū: poſſet tamē excuſari a peccato in duobus caſib. Poſtea ſoluuntur tria argumenta.

QVÆSTIO. XX.

VTRVM in caſibus, in quibus homo tenetur ſub pœna peccati mortalis mutuare proximo, requirantur aliquæ circunſtantiæ ad hoc: quòd mutuatio ſit actus virtuoſus.

Prima concluſio, uel dictum eſt, q̄ ad hoc requirūtur ſeptem circunſtantiæ, quę ibidem etiā declarantur.

Secūda concluſio. Debitus modus mutuandi, conſiſtit in 11. punctis, quæ ibi enumerantur & probantur.

Tertia concluſio. Debitus ordo ſeruandus in mutuo conſiſtit in nouem punctis, quæ ibi enumerantur.

QVAESTIO. XXI.

VTRVM mutuare non gratis, nec propter Deum, sed propter lucrum temporale consequendum ex mutuo, seu mutuatione rei vltra sortē, sit descriptio bona ipsius vsurę: prout vsura est peccatum, & melior aliis tribus descriptionibus vsurę solitis assignati.

Solutio. q. stat in duabus suppositionibus, & octo cōclusionibus. In suppositionibus recensentur tres aliæ descriptiones datæ ab Amb. Hostiens. atque ab aliis magistris. ponitur quoque duplex acceptio vsurę.

Prima conclusio. Prædictæ tres descriptiones non essent bonę, si darentur de vsura, qua vsura est peccatū.

Secunda conclusio. Capiendo vsuram materialiter descriptio eius ab Hostiensi posita est bona, probatur & declaratur per sex clausulas eius. Et soluuntur aliqua argumenta, & impugnatur descriptio a Panor. posita.

Tertia conclusio. Capiendo vsuram etiam materialiter, descriptio eius posita a beato Amb. si legatur per modum descriptionis, non esset bona, si non aliqua supplerentur, quę etiam Amb. subintellexit, probatur instando contra eam sextupliciter, & tandem completur eius diffinitio.

Quarta conclusio. Descriptio vsurę ab Ambro. posita hoc modo completa est sufficiens descriptio, & bene posita.

Quinta conclusio. Descriptio magistralis vsurę etiā capiendo vsuram materialiter, non esset bona, si nihil supplereretur, & similiter si principaliter indistinctè caperetur. probatur instando contra eam, & postea soluitur quoddam argumentum.

Sexta conclusio. Hæc descriptio suppleta & intellecta modo iam dicto est sufficiens & bene posita, scilicet usura est lucrum temporale ex mutuo principaliter intentum intentione non mutua.

Septima conclusio. Descriptio posita in titulo licet non sit bona capiendo vsurā materialiter, tamen est bona capiendo formaliter.

Octaua conclusio. Descriptio posita in titulo nō est dicenda melior aliis tribus. Et soluitur quoddam argumentum contra septimam conclusionem.

QVAESTIO. XXII.

VTRVM mutuatio vsuraria sit peccatum. & hoc omni lege damnatum atque mortale.

Solutio. q. stat in 25. conclusionibus, & 10. argumentorum solutionibus.

Prima conclusio. Mutuatio vsuraria est peccatum, probatur quintupliciter.

Secunda conclusio. Mutuatio vsuraria est contra legem naturalem. probatur. 25. rationibus, de quātū vsi ditare patebitin seq. quæstione.

Tertia conclusio. Mutuatio usuraria est contra legē diuinam. probatur. 10. probationib. fundatis in auctoritatibus, & octo primæ fundantur in auctoritatibus veteris testamenti, nona in auctoritate noui testamenti, decima in auctoritatibus ecclesiæ & doctorum.

Quarta conclusio. Mutuatio vsuraria est contra legem humanam, canonicam. probatur allegando pro nunc octo constitutiones canonicas, in quibus prohibetur, in quaqne primis ipsis clericis singulariter: in alijs autem indistinctè omnibus.

Quinta conclusio. Mutuatio usuraria rationabiliter fuit & est prohibita, siue hoc sit lege humana, siue diuina. Et ibi habetur de incommodis, quæ sequerentur si vsuraria mutuatio admitteretur.

Sexta conclusio. Aliqua mutuatio vsuraria est ꝑ legē humanā ciuilem, probatur. Et ibi de usura usurarum.

Septima conclusio. Dēpta mutuatione ad vsurā vsuratū ois alia mutuatio vsuraria fuit cōcessa de iure ciuili pretio in libro. ff. Et hoc capiendo concessionē oibus tribus modis, quibus capi solet. Prima pars probat discurrēdo p leges eiusdem lib. in tit. de vsuris positas; & distinguendo triplicem acceptionem concessionis.

Octaua conclusio. Quantum est de iure ciuili contento in C. aliqua mutuatio vsuraria: etiam alia ab ea, quæ fieret ad vsuram vsurarum est prohibita. Preter autē has duas, mutuationes vsurarias aliæ mutuationes vsurariæ sunt concessę in eodem lib. etiam concessione omnibus tribus modis capta.

Nona conclusio. Mutuatio vsuraria cōcessa de iure ciuili Codicis fuit sextuplex sm quòd vsura, quæ fiebat, erat sextuplex: diuersis tamen personis concessa.

Decima conclusio, Quamuis alicui videri posset ꝙ prædictæ leges Codicis cōcedentes vsuras prædictas essent reuocatę per aliam legem eiusdem lib. tamen non sunt reuocatæ per aliquā legem eiusdem lib. quāquam sint virtualiter reuocatę per aliā constitutionē alterius libri iuris ciuilis, scilicet libri authenticorum. Hic latè examinatur. l. cūctos populos. an per eam reuocauerit Imperator leges, quibus concesserat usuras. Postea inferuntur quatuor corollaria, vnum contra Bartolum, & vnum contra Baldum.

Undecima conclusio. Iustinianus non videtur excusabilis de hoc, ꝙ leges concedentes vsuras capiendo cōcessionem modis tactis, in septima & octaua conclusionibus edidit, probatur tripliciter.

Duodecima conclusio. Dato ꝙ omnes leges per se & alios editas concedentes usuras, non tantum virtualiter, sed expresse & formaliter reuocasse per prædictā constitutionem in lib. aut. de ecclesiasticis ti. nec vnquam postea aliquam legem vsuras peccatę in nouo testadhuc non potest propriè loquendo dici, ꝙ omnis mutuatio vsuraria sit contra legem ciuilem.

Postea inferuntur duo corollaria, & magna gloria iuris canonicum iuri ciuili præferendum predicatur.

Tredecima conclusio. Mutuatio usuraria est peccatum mortale, probatur quadrupliciter. Postea decem argumēta conantia probare mutuationem usurariam non esse peccatum, & signanter non esse contra legem naturalem soluuntur.

QVAESTIO. XXIII.

VTRVM omnes rationes intendentes probare mutuationem vsurariam esse contra legem naturalem sint efficaces.

Solutio quæstionis stat in duabus suppositionibus & una conclusione.

In suppositionibus ostenditur expediens esse, si quæ rationes enasibiles adducantur ad conclusionem ueram aliquam probandam, ꝙ earum euasiones recitentur: quatenus si huiusmodi euasiones sint cauillationis excludantur, si non, ꝙ lector rationibus illis omissis, solidioribus ad eandem conclusionē inhærere studeat fundamentis.

Conclusio respōsiua ad quæstionem est. Quamquā indubitanter tenendum sit, ꝙ mutuatio vsuraria sit cōtra legem naturalē, tamen non omnes rationes ad hoc in præcedenti quæstione adductæ sunt ineuasibiles nerè, uel apparenter: quamuis aliquę ex eis sint efficaces sufficienter.

Primæ duæ partes conclusionis patent ex precedenti q. 3. probatur discurrendo per omnes. 25. rationes ponendo euasiones dabiles ad easdem, & aliquas ut cauillatorias excludendo, reliquas lectoris arbitrio relinquendo. Tandem verò in quarta parte cōclusionis eligent aliquę ex prædictis ut efficaces ad damnandū usuram tanquam contra naturalem legem existentem.

QVAESTIO. XXIIII.

VTRVM ante legem euangelicam Iudęis fuerit peccatum mutuare ad usuram hominibus siue suę nationis, siue alterius, & an idem iudicium sit de Iudęis a tempore legis euangelicæ vsque hodie.

Solutio. q. stat in quatuor conclusionibus.

Prima conclusio. Iudęis ante legem euangelicam fuit peccatum mutuare ad vsuram hominibus suę nationis, scilicet Iudeis, vel melius ipsis Israelitis.

Secunda conclusio. Iudęis ante legem euangelicam peccatum fuit mutuare hominibus ad usuram etiam alterius nationis. puta gentilibus etiam quibuscunque probatur quinque rationibus. & ibi inter cætera soluitur argumentum, quod Iudæi pro se faciunt ad probandum, ꝙ licet eis mutuarēad usuram, & ponuntur duæ solutiones, quarum secunda est quorundam iurisperitorum dicentium, Deum Iudęis usuras concessisse concessione simplicis tolerantiæ, non autem concessio ne dispensationis; & hæc solutio improbatur sextupliciter: postea etiam quędā additio ad eandem solutionem, quæ quidā dicunt Moysen illā concessionē postea reuocasse, improbatur tripliciter. Tandē quoniam sententia Panor. in c. post miserabilē. impugnatur. & soluūtur quatuor argumenta vel replicæ, quæ de concessionibus & dispensationibus veteris legis fieri possunt.

Tertia conclusio. Iudęis a tempore legis euangelicę nunquam fuit licitum mutuare ad usuram etiam hominibus alterius nationis, vel professionis utputa christianis. probatur quinque rationibus.

Quarta conclusio. Pertinaciter credens hanc propositionem. iudæis non est peccatum mutuare christianis, vel alijs ad vsuram, est hæreticus. probatur tripliciter. postea soluuntur duo argumenta.

QVAESTIO. XXV.

VTRVM potestas secularis ac prælatus ecclesiasticus possit atque debeat prohibere iudæis mutationem vsurariam: atque iudęos contrauenientes prohibitoni possit ac debeat punire.

Solutio q. stat in duabus suppositionibus, duabus cōclusionibus: & quatuor argumentorum solutionibus.

Prima conclusio. Potestas secularis & prælatus ecclesiasticus potest & debet iudæis sub se degētibus prohibere mutuationem vsurariam christianis facientibus & si contrauenerint prohibitioni, eosdem punire, probatur quatuor rationibus.

Secunda conclusio. Non est verum, ꝙ ecclesia licitè do iudæos compelli ad remittendum christianis vsuras: id faciat tantummodo, vt caueat christianorum indemnitati. & non etiam ideo: quia sibi sit, uel debeat esse cura de peccatis Iudęorum, quibus peccant exigendo vsuras. probatur octopliciter. Postea soluuntur quatuor argumenta.

QVAESTIO. XXVI.

VTRVM potestas secularis ac prælatus ecclesiasticus licitè possit in aliquo ex seq. casibus tolerare mutuationem vsurariam iudęorum, atque consentire in eandem, scilicet ad vitandum maius malum, & ad cōsequendum maius bonum.

Solutio. q. stat in tribus suppositionibus, & octo conclusionibus, ac sex corollarijs, & trium argumentorum solutionibus.

Prima conclusio. Potestas secularis & prælatus ecclesiasticus nunquam potest licite consentire in mutuationem vsurariam iudęorum, probatur octo rationibus.

Secunda conclusio. Nec propter maius, immo maximum spirituale, uel temporale malum vitādum nec etiam propter maius immo maximum bonum consequendum temporale uel spirituale est licitum cōsentire in mutuationē vsurariam. probatur. 10. rationibus.

Tertia conclusio. Potestati seculari & prælato ecclesiastico non est licitum tolerare mutuationem vsurariā iudęorum. probatur quadrupliciter. Et intelligitur conclusio regulariter loquendo propter ea, quæ dicētur in sexta & septima conclusionibus.

Quarta conclusio. Prædicta tolleratio non est eis licita: etiam propter quodcunque bonum temporale aſe, uel ab alio consequendum maius, quàm sit damnum temporale, quod per vsuras inferat christianis. probatur tripliciter.

Quinta conclusio. Prædicta tolleratio est illicita, etiamsi fiat propter temporale malum vitandum. probatur tripliciter.

Sexta conclusio. Potestati seculari & prælato ecclesiastico licitum est tolerare iudęorum mutuationē vsurariā propter uitare aliquod malū spirituale maius, quàm sit illud malū spirituale, quod est mutuatio vsuraria, quod maius aliàs verisimiliter vitari non posset. probatur quintupliciter.

Septima cōclusio. Potestati seculari & prælato ecclesiastico licitum est tolerare iudęorum mutuationē vsurariā propter assequi bonū spirituale maius, ꝙ sit illud bonū spirituale, quod per eorū vsuras nollit, denumero illud bonū spirale sit debitū, seu præceptū, vt assequatur, dummō aliàs assequi nō posset. probat duplicater.

Octaua conclusio. Licet ꝙ Moyses in lege permisisset permissione tolerantiæ Iudęis usuras respectu gentilium, propter maius malum vitādum (scilicet ne tam murent ad usuram suis fratribus (licet oppositum sit uerum) non sit nunc esset id eis permittendū propter simile malum vitandum: ērsi eos suis fratribus mutuare ad vsuras esset maius malum: quàm mutuare ad vsu-

ras aliis, puta christianis, vel etiam paganis.

Circa prædictas conclusiones ponuntur vtilia corollaria, & postea soluuntur eis argumenta.

QVÆSTIO. XXVII.

VTRVM Potestas secularis & prælatus ecclesiasticus possit indeis dare licentiam mutuandi ad vsuram christianis, vel aliis cum pacto tali eos conducendo, vel recipiendo ad ciuitatem.

Solutio, q̃ stat in duabus suppositionibus, & septem conclusionibus.

In suppositione secunde ostenditur, quòd cõtractus, de quo in titulo quæstionis fit sermo, non est propriè conductio: licèt sic nominetur.

Prima conclusio. Capiendo dare licentiam pro concedere primo modo: tunc in eodem casu, in quo potestati seculari & prælato ecclesiastico licitum est tolerare mutationem vsurariam Iudeorum, etiam est licitũ eis dare licentiam mutuandi ad vsuras.

Secunda conclusio est trimembris, & est hæc. Capiendo dare licentiam pro concedere secundo modo, non est licitum potestati seculari & prælato ecclesiastico dare licentiã Iudeis mutuandi ad vsuram, etiam pro quo cunq; malo vitando, siue temporali, siue spirituali, vel etiam pro quocunq; bono consequendo temporali vel spirituali.

Tertia conclusio, sicut secunda cõclusio, quæ sonat de dare licentiam capta pro concedere secundo modo est vera quoad omnia tria membra ita eadẽ conclusio quoad omnia tria membra est vera: si capiatur dare licentiam pro concedere tertio modo. probatur sex rationibus. Et ibi enecuãtur aliquæ exclusiones, quas cõtingeret fingi per dantem licentiam indeis tertio mõ.

Quarta conclusio. Non est licitum potestati seculari, vel prælato ecclesiastico conducere Iudeos cum pacto de dando secundo vel tertio modo eis licentiam mutuandi ad vsuram, probatur dupliciter.

Quinta conclusio. Non est licitum potestati seculari, vel prælato ecclesiastico conducere Iudeos taliter, q̃ potestas eis prohibendo maiores vsuras, concedat minores concessione secundo vel tertio modo accepta, probatur tripliciter.

Sexta conclusio. Potestas secularis vel prælatus ecclesiasticus dans secundo vel tertio modo eis licẽtiam mutuandi ad vsuram, taliq; pacto eos conducens, vltra mortale peccatum videtur esse excõmunicatus: quamuis hoc non sit omnino clarè ostensibile.

Septima conclusio. Non est licitum potestati seculari cuicunq; cõdere statutum, vel decretum, vel legem, quo disponatur, q̃ compelli debeant ad solutionẽ vsurarum illis, quibus sub vltris mutuauerunt vsurarii, siue christiani, siue indei, & q̃ non debeant vsurarii compelli ad restitutionem vsurarum perceptarum. Et intelligitur conclusio, etiamsi illud statutum, vel decretum fiat cum expressa consensu populi, cui præiudicatur in hac parte, & qui cogitur soluere vsuras, & soluras non repetere. Hæc conclusio probatur tripliciter. Debinc soluuntur duo argumenta.

QVÆSTIO. XXVIII.

VTRVM Papa possit dispensare cum potestate seculari, vel prælato ecclesiastico: vt talis potestas, vel prælatus ad vtendum malis malum, vel consequendum malus bonum licitè & ẽ impune valeant conducendo, vel recipiendo indeos eisdem dare licentiã mutuandi ad vsuras. Et loquor in hac conclusione tantum de dare licentiã fcdo vel tertio modo, non primo modo.

Solutio quæstionis stat in duobus suppositionibus, & duabus conclusionibus.

Prima conclusio est quinmembris, & est, Papa non potest dispẽsare cum Iudeis: vt simpliciter licitè valeãt mutuare ad vsuras, neq; ẽt vt simpliciter impune illud valeant: sed aliquo modo loquendo de posse Papæ, põt dispensare cum eis, vt secundum quid licitè id valeant: & ẽt quid impune id valeant: aliquo verò modo loquendo de posse, non potest illud Papa, prima pars probatur quinque rationibus.

Secunda conclusio. Sicut prima cõclusio quoad oĩa sua membra est vera de dispensatione, quam Papa facere cum Iudeis super illo actu, qui est mutuare ad usuram: sic etiam eadem conclusio quoad omnia quinq; membra est vera, si formetur de dispensatione, quam faceret Papa cũ prãto seculari, vel prælato ecclesiastico super illo actu, qui est dare fcdo vel tertio mõ licentiã mutuandi ad vsuras. Postea soluuntur duo argumenta, vbi pro primo assignantur duæ solutiones, sed prima, quæ est cuiusdam iuris periti, improbatur quadrupliciter, & diffusè examinatur hoc, an Papa possit modificare ius diuinum: & ip sum in parte tollere: aut contra ip sum dispensare, & soluuntur multa argumenta possibilia fieri in contrarium, & ibi de dispensatione Papæ circa obseruationẽ diei dñicæ, & dispensatione Papæ circa obseruationẽ diei dñicæ, & dispensatione de numero testiũ, vbi Papa videtur contra ius diuinum fecisse.

QVÆSTIO. XXIX.

VTRVM Mutuanti ex beneuolentia, vel propter beneuolentiam licitum sit postea recipere aliquid oblatum non exactum vltra sortẽ a mutuatario citra hoc, q̃ mutuatio facta fiat vsuraria.

Solutio quæstionis stat in duabus suppositionibus, & sex conclusionibus.

In suppositionibus ponit dña inter mutuare ex beneuolentia: & propter beneuolentiã, & quid sit beneuolentia declaratur.

Prima pcõ. Licitũ est mutuare ex beneuolentia, & ẽt propter beneuolentiã: si pp dicit causam effectiuam.

Secunda conclusio. Si propter, dicit circumstantiam causæ finalis, licitũ est mutuare propter beneuolentiã, si ibi fiatur: non autem si ibi non fiatur, & beneuolẽtia vigeritas ad temporalia ordinetur.

Tertia conclusio. Si quis mutuauit ex beneuolentia, vel pp beneuolentiã eo modo, quo dictũ est licere: tali licitũ est in duobus casibus postea recipere aliquid vltra sortem a mutuatario citra hoc, q̃ mutuatio pter ita reddat vsuraria, in quattuor verò nõ est sibi licitũ tale quid recipere, & enumerantur casus per ordinem.

Quarta pcõ. Duo casus liciti tertiæ pcõnis differũtiabat, & quoddã argumẽti in contrariũ sõlutione ficta soluit.

Quinta pcõ. Quattuor illiciti casus tertiæ conclusionis differunt. probat, dando tres differentias.

Sexta pcõ. Si qs aliquã ex bñuolẽtia, vel pp bñuolẽtiã mõ licito mutuauit: & ẽt postea in aliquo quattuor casuum

casuũ illicitorũ recipit illicitè ab se aliquid vltra sortem sibi oblatũ: talis licet peccauerit recipiẽdo taliter propter hoc præterita mutuatio amplius non redditur vsuraria. probatur, & soluitur argumentum in contrariũ.

QVÆSTIO. XXX.

VTRVM mutuatori liceat tempore mutuationis vel post, exigere a mutuatario vltra sortem aliquid pro suo interesse damni emergentis: & etiam lucri cessantis, atque exactum recipere citra hoc, q̃ mutuatio red datur vsuraria.

Solutio quæstionis stat in quatuor suppositionibus, & octo conclusionibus.

In suppositionibus describitur quid sit interesse, & quotuplex, quot denique modis contingat mutuatorem tale quid pati.

Prima conclusio. Quamuis de rigore scholastico & iustitiæ seruatis septem conditionibus licitum sit mutuanti tempore mutuationis exigere a mutuatario vltra sortem aliquid pro suo interesse damni emergentis ante moram mutuarii, tamen quæcunque, harum conditionum defecerit, mutuatio redditur illicita, & ibi singulæ conditiones cum suis rationibus enumerantur.

Secunda conclusio. Sicut prima conclusio est vera de interesse ante moram mutuatarij: sic est vera de interesse damni emergentis accidente ex mora mutuatarij, probatur quadrupliciter.

Tertia conclusio. Sicut prima & secunda conclusiones de utroque interesse damni emergentis, scilicet ante moram & post moram sunt uerè quò ad exactionem, quæ fieret in mutuatione sic eedem sunt veræ de exactione, quę fieret post mutuationem, probatur dupliciter.

Quarta conclusio. Quamuis de rigore scholastico & iustitiæ liquendo & seruatis octo conditionibus licitum esset mutuanti tempore mutuationis exigere a mutuatario vltra sortem aliquid pro suo interesse lucri cessantis: si illud cessat ei ante moram mutuatarij: tamen quæcunque harum conditionum defecerit, redderet illicitum, & si denique aliquis contendat conditiones velle obseruare, habeat ille, cui talis casus proponitur, oculum ad documentum, quod in fine huius quæstionis amplectitur. Probatur quò ad primam partẽ quatuor rõnibus, & octo auctoritatibus, postea soluuntur ita argumenta contra eam procedentia. Et hæc cõclusio cum suis circumstantijs caute in singulis ponderanda, immo tota quæstio: quia in sequentibus quæstionibus huius libri fit sæpe remissio ad hic determinata, quatenus nihil hic dictorum negligatur.

Quinta conclusio. Sicut quarta conclusio fuit uera de interesse lucri cessantis ante moram mutuatarij: sic etiam est uera, si formaretur de interesse lucri cessantis post moram, probatur tripliciter.

Sexta conclusio. Sicut quarta & quinta conclusiones sunt veræ de exactione facta in mutuatione, sic est uera de exactione facta post mutuationem.

Septima conclusio. Sicut licet exigere aliquid pro interesse, sic licet illud recipere.

Octaua conclusio. In casu, in quo non licet exigere aliquid pro interesse, exactio reddit ipsam mutuationẽ usurariam, si exactio fiat tempore mutuationis. ante autem si post mutuationem fiat illa exactio. Postea ostenditur salutare documentum per confessores & confessores in foro animæ obseruandum, quod ad innumeros casus, qui ex hac quæstione pendent, deseruire potest. Quoddam quoque uelut expectans pro republica, quatenus desuper aliquid disponatur, apponit.

QVÆSTIO. XXXI.

VTRVM mutuanti ad certum terminum licitum sit obligare mutuatarium ad dãdum sibi ultra sortem aliquid nomine pœnę, si non in præmisso termino restituerit sibi sortem, & an idem incrementum nomine pœnę dandum liceat sibi in casu defectus exigere, aut recipere.

Solutio quæstionis stat in tribus suppositionibus & 12. conclusionibus.

In suppositionibus distinguitur de triplici pœna, scilicet conuentionali, iudiciali, & legali, quam contingit mutuatarium incurrere.

Prima conclusio. Titulus quæstionis est licitus quò ad primam eius partem, quæ est de obligando mutuatarium, & hoc seruatis tribus conditionibus, probatur conclusio quadrupliciter, & enumerantur conditiones.

Secunda conclusio. Titulus quæstionis est etiam licitus quò ad secundam partem, scilicet de exigere, & quò ad tertiam partem, scilicet de recipere tale incrementum nomine pœnę, & hoc seruatis prædictis conditionibus.

Tertia conclusio. Prædictæ conditiones autem sufficiunt ad hoc, q̃ titulus quæstionis sit licitus quò ad omnes illas partes. Et hic excludantur tres aliæ conditiones, quæ forte inderenter aliquibus tanquam necessariæ, & postea ponitur moderamen salutare diligenter obseruandum circa prædicta.

Quarta conclusio. Mutuatarius licitè potest obligari ad pœnam iudicialem, si deficiat in termino sibi prefixo, & hoc seruatis quatuor conditionibus.

Quinta conclusio. Si desint prædictæ tres conditiones, tunc etiam licitè poterit iudex pœnam exigere, ac recipere a mutuatario deficiente in termino præfixo.

Sexta conclusio. Si adsint prædictæ conditiones, tu non oportet ad ueritatem illius conclusionis requiri tres alias.

Septima conclusio. Mutuatarius licitè potest obligari ad illam pœnam legalem, de qua sonat primum exemplum tertiæ suppositionis, & hoc seruatibus quatuor conclusionibus, non obstante q̃ illa pœna cedit mutuatori.

Octaua conclusio. Legislator & etiam mutuatarius licitè potest exigere & recipere illam pœnam legalem a mutuatario, de qua præcedens conclusio fuit seruatis conditionibus ibidem tactis.

Nona conclusio. Ad hoc ut liceat legislatori, uel pupillo exigere illam legalem pœnam, non requiruntur res alię.

Decima conclusio. Mutuatarius licitè potest obligari ad illam pœnam legalẽ, de qua sonat secundũ exẽplũ tertiæ suppositionis, si adsint quatuor conditiones.

Vnde-

Vndecima conclusio. Legislator & etiam mutuator licitè potest exigere & etiam recipere illam primam legalem, de qua secundum exemplum seruati, seruatis illis quatuor cõditionibus tactis in decima cõclusione.

Duodecima conclusio. Ad hoc q̃ liceat id, quod dictum est in 10.& 11. conclusionibus non requiruntur tres alię conditiones: scilicet similes illis, de quibus in tertia, sexta, ac nona conclusionibus dictum est.

QVÆSTIO. XXXII.

VTRVM mutuanti liceat recipere a mutuatario pignus detinendum, donec soluatur sors.

Solutio quæstionis stat in duabus suppositionibus, & sex conclusionibus.

Prima conclusio. Si mutuans tantum recipit pignus ad securitatem, licita est receptio.

Secunda conclusio. Si mutuans recipit pignus, non tantum ad sui securitatem: sed etiam ut interim, quo caret sorte, percipiat fructus pignoris: & tamẽ pignus est de iure ipsius mutuantis: & dumtaxat ipsius mutuatarii inuitè detinentis licitè recipit illud pignus, ac fructus eiusdem: etiam non computando illos fructus in sortem etiam sine restitutione fructuum seruatis duabus conditionibus, probatur tripliciter.

Tertia conclusio. Si mutuans recipit pignus non tantum ad sui securitatem: sed etiam ut interim percipiat fructus pignoris, & pignus est de dominio mutuantis tanquam directum dominium habentis, & est de dominio utili mutuatarii: tunc in casu, quo ille res pignorata est feudalis, licitè percipit mutuator fructus pignoris non computando eos in sortem non curando, an mutuator sit clericus, vel ecclesia, vel laicus: & hoc stante vna conditione. Probatur auctoritate & ratione, & soluitur argumentum in contrarium, atque impugnatur glossa in c. conquestus. de usuris & inferuntur quædam corollaria de vasallo & domino suo.

Quarta conclusio. Si mutuans recipit pignus: non tantum ad securitatem sui: sed etiam ut interim percipiat fructus pignoris: quos tamen intendit computare in sortem, & pignus sit de dominio dumtaxat mutuantis, adhuc licitè recipit illud pignus, dummodo perceptio fructuum fiat de consensu mutuatarij.

Quinta conclusio. Si mutuans recipit pignus: non tantum ad securitatem: sed etiam ut interim percipiat fructus pignoris, quos non intendit computare in sortem, & pignus est tantummodo mutuatarii, tunc mutuans illicitè recipit illud pignus ac fructus eius, demptis quatuor casibus.

Sexta conclusio. In casu quintæ conclusionis tenetur mutuator restituere fructus perceptos: & etiam illos, quos percipere potuisset, & hoc in quatuor casibus.

QVÆSTIO. XXXIII.

VTRVM mutuari irrenocabiliter duo milia flo. licitum sit cum pacto recipere a mutuatario aliquam possessionem valentem annuatim importare. 100 flo. in redditibus, vel fructibus, pacto, vel intentione percipiendi fructus illius possessionis sine illorum computatione in sortem: donec ei a mutuatario soluatur sors mutuata, scilicet duo milia flor.

Solutio quæstionis stat in quatuor suppositionibus, & nouem conclusionibus.

In prima suppositione recensentur septem circumstantiæ, cum quibus solet vestiri cõtractus quæstionis.

Deinde in secunda suppositione multis exemplis ex diuina & humana lege prolatis ostenditur, q̃ nõ sequitur, contrahentes nominant contractum aliquo nomine, igitur eorum contractus est talis.

Additio post finem secundæ suppositionis legendæ.

Confirmatur secunda suppositio sic. Quia si ex ipso, quo homines contrahendo nominarent suum contractum aliquo nomine, ille eorum contractus esset verè & substantialiter talis, tũc sequeretur, q̃ fidelibus etiã quòd ad interitum salutis æternę captiosissimum esse, contrahendo simul verbotenus nominare contractum aliquo nomine: consequens est inconueniens, sequela probatur dupliciter. Primò: quia de necessitate salutis æternę est, q̃ fideles mutuando nõ contrahant contractu non gratuito. Sigitur contrahendo vero contractu emptionis etiam iusto & iustitiæ commutatiuæ per omnia conformi, simul verentur vocabulo mutui: & ita oporteret illum contractum eorum esse mutuum: cum tamen non esset gratuitus contractus: sequeretur, q̃ ex ipso, quo iusta emptione emendo aliquid, dicerẽ motivo, peccarent mortaliter: consequens est inconueniens. Primò: quia constat, q̃ non peccassent mortaliter, si solum ab eo vocabulo abstinuissent, quantumcũque in re omnino, & per omnia idem egissent, ac eodẽ modo contraxissent: quomodo igitur solius illius vocabuli expressio posset facere eos peccasse mortaliter quòd ad contractum: cum aliàs omnino eundem actũ fecissent? Secundò: quia ceteri fideles literati in omnino simili contractu non peccarent mortaliter, qui sciẽtes naturas contractuum & eosdem appropriatè appellare, non sic eum nominarent, igitur nec illi peccarent. Secundò probatur principalis sequela sic: quia de necessitate salutis æternæ est, q̃ fideles non committant simoniam, nec nitantur dona spiritualia acquirere contractu non gratuito, scilicet emptione & huiusmodi: & tamen si ex ipso, quo contrahentes nominarent aliquem contractum aliquo nomine, oportet illum contractum esse talem, qualis per nomen importatur: tũc omnes simpliciani fideles impropriè loquẽtes de actu suo meritorio, quo acquirunt spiritualia donar peccarent toties mortaliter, quoties sic acquirendo nominarent suum actum tali nomine: quantumcunque intentio eorum esset syncera, & mens nequaquam verborum rigori consona: quia loquentes de illo situatur eo cabalo contractus non gratuiti: unde cum acquirunt literas confessionales per opus pium, puta porrigendo manum adiutricem ad aliquam piam causam dicunt: se emisse tales literas, seu facultates & gratias ibi contentas, scilicet eligendi confessorem & absolutionem consequendi a reseruatis, vel non reseruatis. Item dicunt se redemisse, & per consequens emisse indulgentias, quando per aliqua opera pietatis impensa sponsę Christi, scilicet ecclesię merentur a Vicario sponsi eiusdem de thesauro eidẽ sponsę relicto remunerati. Similiter dicunt se emere anniuersaria, quando per rempublicam stipendia pietatis impensa personis ecclesiæ merentur

ab eisdem recipere spiritualia beneficia: sic mo etiã propheræ vruntur vocabulo emptionis & uenditionis, quando loquuntur de consecutione meritoria spiritualium, quasi opus bonum sit precium, & spiritualia sint ut merx. Vnde Esaias de spiritualibus donis & gratiis, & specialiter de eucharistia sub nomine panis & potus dicit. Omnes sitientes venite ad aquas, & qui nõ habetis argentum emite & comedite &c. quasi actus de congruo, vel condigno meritorius alicuius spiritualis doni sit vt precium, & donum vt merx, & elicitio actus, & selatio eiusdem ad illud donum sit vt emptio & precii solutio. Relinquitur igitur secunda suppositio sufficienter ostensa. Finit additio. Possent post tertiam suppositionem solui argumenta, quæ ex humanis possunt contra secundam suppositionem proferri legibus.

Additio post eorundem argumentorũ solutiones legẽdæ.

Pro confirmatione autem solutionis datæ ad primũ ex prædictis duobus argumentis notandum est, q̃ in l. sed & si quis impediat. §. si cui. ff. de religio. & sumptibus funerum. dicit iurisconsultus ita. Si cui funeris sui curam testator mandauerit, & ille accepta pecunia funus non duxerit, de dolo actionem in eum dandam Mela scribit. hæc ibi. Ex qua lege patet apertè, q̃ mandatum mandatario iniunctum & ab eo susceptum non parit actionem mandati contra mandatarium, qui mãdatum non fuit executus: sed actionem de dolo, quæ secum actionem mandati non compatitur. l. ideoque. ff. de dolo. Et licet communiter doctores in l. mandati. C. mandati. dicant, q̃ hoc mandatum expiret, ideo nõ detur mandati actio, sed de dolo. Salicetus tamen videtur prædictum texum melius ponderasse alijs, & huic non placet aliorum dictum dicentium, mandatũ prædictum de sepeliendo funus morte testatoris expirasse: quis si hoc esset verum, vtique non deberet ipse tutus obligare mandatarium, scilicet q̃ ipse non sepeliẽdo, & sic propter non implementum mandati injuncti & per eum suscepti de dolo teneatur, cuius contrarium dicit textus ille, propter quod Salicetus dicit, q̃ mandatum illud durat & obligat mandatarium mortuo testatore ad funerandum: non tamen producit actionem mandati: sed actionem de dolo. & huc ideo: quia ipsum facium sepeliendi simpliciter consyderatũ non recipit æstimationem: & sic nec interesse intrinsecum. ergo prætexto eius non competit actio mandati. l. si remunerando. §. 1. cibi. & l. si procuratorem. §. mandati. ff. man. Interesse autem extrinsecum ipsius facti non extimationẽ bene recipit, pro quo datur actio de dolo. & subiungit Salicetus dicens, & per illa potes intelligere illud textũ habẽ̃ sensum eius occultũ. Hęc ille. Patet ergo ex prædictis, q̃ sit, q̃ aliqui prohibẽt aliquo actu, qui verè & substantialiter est actus talis speciei: & tamẽ tenti non computat actio illa, quę aliàs de iure ptenuit tribui regulariter pro tali specie actus: immo aliqua alia actio sibi ex dispositione iuris competit, ideo non sequit: ius ciuile tribuit actionẽ talis contractus pro aliquo contractu: igitur ille contractus est talis. Posset etiam contra prædicta obiici per aliam legẽ, prout tangam quæstione 83. argumento tertio.

Finit additio.

Conclusiones autem responsiuæ ad quæstionem sunt illæ.

Prima conclusio. Esquo A. dicendo ad B. mutuo tibi duo milia, adiecit circumstantiam illam, scilicet q̃ mutuarer ei irrenocabiliter, talis contractus nõ est mutuum. Probatur dupliciter.

Secunda conclusio. Si A. in mutuatione prędicta vltra circumstantiam irrenocabilitatis nullam adiceret circumstantiam, nel pactum, scilicet quòd A. haberet castrum in pignus & percipiat fructus eius: esset vera donatio.

Tertia conclusio. Exquo A. in mutuatione prędicta vltra circumstantiam irrenocabilitatis adiecit etiam tertiam & quartam circumstantias, scilicet q̃ A. haberet castrum ipsius B. & percipiat fructus eius etiam non cõputando eos in sortem: talis contractus est censendus emptionis, vel saltem contractus innominatus, do ut des. Probatur & declaratur, quod horum potius dici debeat.

Quarta conclusio. Exquo A. in prędicta mutuatione ultra prędictas quatuor circumstantias addit septimã, scilicet q̃ A. sit obligatus restituere ipsi B. castrum quando B. restituat ipsi A. sortem mutuatam, scilicet duo milia flor. tunc debet censeri ex parte A. contractus emptionis cum pacto retrouendendi, & ex parte B. contractus venditionis cum pacto redimendi. probatur.

Quinta conclusio. Receptio, qua A. recipit castrum ipsius B. & assignatio, qua B. assignat ipsi A. castrũ non est necessariò dicenda pignoratio, quando sit cũ quinta & sexta circumstantijs, seu cõditionibus tactis in prima suppositione, probatur.

Sexta cõclusio. Prædicta assignatio & receptio castri potest sustineri & dici esse vera pignoratio.

Septima conclusio & responsiua ad conclusionẽ est, q̃ casus quæstionis vestitus illis circumstantijs, quæ in titulo sunt posite, & latius declarate in prima suppositione, videtur esse licitus: sic q̃ non est usurarius, probatur quadrupliciter: sed quarta probatio inualidatur & consequenter sententia doctoris Ioannis de Francfordia impugnatur.

Octaua conclusio. Dato quòd in prędicto contractu esset vera mutuatio in datione. 2. milium flore. & vera pignoratio in castri assignatione & perceptione fructuum pignoris: adhuc posset saluari miles in perceptione aliquorum fructuum castri etiam non computandorum in sortem: quamuis non omnia, probatur dupliciter.

Nona conclusio. Si in contractu quæstionis esset vera mutuatio & pignoratio non posset miles quòd ad id, quod reciperet vltra expensas & interesse modo tacto in precedenti conclusione sufficienter excusari, sicut tamen quidam nititur eum excusare per hoc precisè, quòd ille contractus communiter obseruatur inter principes tam ecclesiasticos, quàm seculares, eliosque potentes, & palam frequentatur, qui huiusmodi contractum credunt licitum, & cum bona fide quotidie tanquam licitum celebrant, possimque absolui nitur a confessoribus, & (quod plus est) taro eiusdem de super conscientia formatur, probatur & declaratur, quid communis obseruantia & consuetudo in excusandis delictis, & signanter illis, quæ sunt contra diui-

nam legem, valeat, & examinatur casus. c. finalis, de ipō sa duorum.

QVÆSTIO. XXXIIII.

VTRVM ipsi A. vtputa alicui mutuanti irrenocabiliter ipsi B. vtputa alicui principi duo milia flore. licet ipsum B. obligari ad dandum tibi ex camera sua annuatim centum flor. donec restituatur tibi integraliter sors mutuata, non computatis in sortem illis centum flor. quos annuatim percepit data facultate principi & suis successoribus sese liberandi, & censum prædictum extinguendi per restitutionem sortis mutuatæ.

Solutio. q. stat in quattuor suppositionib. tribus cōclusionibus, & sex argumentorum solutionibus.

In suppositionibus declarantur conuenientiæ & differentiæ huius casus ad casum præcedentis quæstionis.

Prima conclusio. Casus conclusionis nostrus illis circunstantijs, quæ in titulo & prima suppositione sunt positæ videtur licitus, probatur tripliciter.

Secunda conclusio. Dato, quòd esset ibi vera mutuatio, adhuc A. posset saluari quò ad aliquos flore. annuos perceptos, quos nollet restituta sorte tibi computare in sortem, probatur.

Tertia conclusio. Dato, quòd esset ibi vera mutuatio ipsi A. percipiendo aliquid vltra sortem & vltra interesse non posset saluari per hoc, quòd est communis obseruantia in terra nostra & bona fides in contrahentibus.

Contra primam conclusionem arguitur sex argumētis, & ibi de præstationibus ad montem Florentinorum, & improbatur solutio cuiusdam multipliciter, & datur alia cum remissione tamen ad latiorem determinationem fiendam infra. q. 65. ubi multa tanguntur, quæ ad præsentis quæstionis determinationem poterunt conducere. Ad eandem etiam vide, quæ dicam argumento primo, & tertio in q. 83.

QVÆSTIO. XXXV.

VTRVM in sequenti casu sit mutuatio, & si sic, an sit mutuatio vsuraria, scilicet socer promisit nomine dotis genero suo mille flor. tradocta filia in domum periti, a socero suo mox sibi dari dotem promissam: socer non vult dare, eo quòd vel non habet, vel si habet, vult ille mille vti ad alia, & gener petit sibi dari pignus in valore mille flore. valens importare annuatim 50. flore. vtputa aliquam possessionem valentem tantundem importare. Hanc itaque possessionem socer pignorat genero: gener etiam donec dos promissa sibi soluatur, fructus pignorum percipit non imputando eos computate, nec computando eos in sortem, ita quod nulla dotem promissam nihilominus sibi integraliter soluia socero.

Solutio. q. stat in sex conclusionibus, & quinque dubiorum emergentium per octo conclusiones decisionibus.

Prima conclusio respondet primæ parti quæstionis, scilicet, an sit ibi mutuatio vel non. In prædicto casu cōtingit non esse mutuationem in duobus casibus: & etiā contingit esse mutuationem secundum varietatem circunstantiarum casus.

Secunda conclusio. In primo casu, in quo prædictus contractus non est mutuatio: quamuis gener nō committit peccatum usuræ: tamen contingit eo alio peccato peccare: & etiam contingit eo nullo peccato peccare.

Tertia conclusio. In secundo casu, in quo prædictus contractus non est mutuatio, gener nec peccato usuræ, nec alio peccato peccat: si igitur contractus eodem modo quo formatus est in titulo.

Quarta conclusio. In casu, in quo prædictus contractus est mutuatio, casus quæstionis esset illicitus: ita q. ibi esset mutuatio usuraria, & hoc si gener percipit prædictos fructus ratione mutuationis.

Quinta conclusio. In casu quartæ conclusionis non esset mutuatio usuraria, nec illicitus contractus, quando gener non ratione mutuationis: sed ratione interesse reciperet prædictos fructus: & idem si ratione pœnæ conuencionalis acciperet.

Sexta conclusio. In casu, in quo prædictus contractus est mutuatio, casus quæstionis etiam est licitus, si fructus possessionis non computandos in sortem reciperet ratione onerum matrimonialium: attamen illa ratio reduci debet ad rationem alicuius interesse iam in quinta conclusione tacta. Prima pars probatur in cap. solubiter. Secunda pars probatur duabus rationibus. Postea soluuntur quinque dubia per sequentes conclusiones.

Septima conclusio. Si socer fuisset mox a principio traductionis filiæ constitutus debitor dotis mille flore. quos tamen mille gener dimitteret apud socerum, nō quidem irreuocabiliter imo reuocabiliter, & per consequens censeretur mutuasse eos socero: gener tamen pro sui securitate reciperet non pignus: puta possessionem aliquam: ut prædictum est, sed cautionem tantum: obligando tamen socerum, quòd interim, quo differret sibi soluere dotem, deberet sibi annua tim certam soluere pensionem pecuniarium: puta de centum quinque, seu de mille. 50. si uo nihilominus capitali dotis in sua integritate tanc in duobus casibus est illa receptio annuæ pensionis illicita, & in aliquo casu est licita, & recensentur casus per ordinem, & soluuntur quattuor argumenta quorundam iurisperitorum tenentium contrarium.

Octaua conclusio. Quauis iurisperiti dicant, non licere hæredibus mariti, seu generi iam mortui hoc, quod dictum est licere genero: tamen illa opinio non videtur rationabilis, neque uera: immo videtur, quòd illud idem, quod dictum est tam in casu quintæ & sextæ conclusionis, quàm in casu septimæ conclusionis licere genero: etiam liceat hæredibus eius.

Nona conclusio. Quamuis quidam iurisperitorum dicant, mulieri relictæ non licere illud respectu hæredum sui mariti, qui obligati sunt sibi restituere dotem, quod licuit suo marito, scilicet genero respectu soceri: tamen illa opinio non uidetur rationabilis, neque uidetur uera: immo illud, quod genero in obligatione dotis licuit respectu soceri in casu quintæ, sextæ & septimæ conclusionum, etiam ipsi mulieri in obligatione dotis licet respectu hæredum mariti sibi obligatorum dotem soluere.

Decima conclusio. Si relicta accipit illos denarios pro

pro suo interesse, quod in rei ueritate patitur propter carentiam dotis sibi debitæ licita est sibi illa receptio, saluis tamen conditionibus requisitis ad receptionem interesse tactis in q. 50. & si aliquo harum defecerit, nō est sibi illa receptio licita ratione interesse.

Vndecima conclusio. Si relicta accipit illos denarios non pro interesse, eo quòd nullum patitur interesse vel non tantum: attamen accipit nomine pœnæ legalis, quam sibi lex illa municipalis applicat: licita est illa receptio: saluis tamen conditionibus requisitis ad recipiendum quid nomine pœnæ tactis in q. 31.

Duodecima conclusio. Si statuentes id statuerint tanquam pœnam licitè id egerunt, & circa incursum excommunicationis: dummodo adsint conditiones requisitæ ad statuentes pœnam legalem tactæ in quæstio. 31.

Tredecima conclusio. Si aliquis tertius, puta Ioannes mutuaret ex charitate genero prædicta mille, & non motus propter lucrum fructuum obtinendorum ultra sortem, & gener etiam Ioanni liberaliter ex amicitia donaret fructus: licitè posset Ioannes fructus percipere.

Decimaquarta conclusio. Si etiam gener non per modum doni liberalis donaret illos fructus Ioanni: nec Ioannes ut sic reciperet eos: adhuc licitum est Ioanni illos fructus percipere eo modo, quo genero licuit: non obstante opinione & ratione quorundam iurisperitorum in contrarium.

QVÆSTIO. XXXVI.

VTRVM ad mutuationem usurariam requiratur, quòd incrementum vsurarium vel temporale commodum, quod re, vel spe consequitur mutuator usurarias: consequatur a mutuatario, vel ab aliquo alio loco ipsius hoc modo, scilicet quòd mutuatarius, ad alius incipiat carere tali temporali: ita quòd prius habuerit illud, vel sub alijs terminis, an oporteat, quòd mutuatarius, vel aliquis alius damnificetur in hoc, q mutuator assequitur incrementum usurarium.

Conclusio responsiua ad quæstionem est unica & negatiua, & probatur octo exemplis. & ibi de mutuantibus frumentum uetus pro nouo. de mutuante quoque rustico, ut sit suus colonus, tangitur sententia Gregō. de Arimino & impugnatur atque soluitur eius motiuum. & ibidem etiam de mutuante uineatoribus.

QVÆSTIO. XXXVII.

VTRVM mutuatio facta principaliter propter uitationem damni iniusti, aut uexationis iniustæ sit usuraria.

Solutio stat in duabus conclusionibus.

Prima conclusio. Si damnum est iniustum similiter vexatio est iniusta, mutuatio non est usuraria.

Secunda conclusio. Si damnum est iustum, similiter si uexatio est iusta: mutuatio facta principaliter propter talis damni, vel vexationis vitationem est usuraria. Postea impugnantur sententiæ quorundam iurisperitorum, scilicet Laur. de Ridolfis, Speculatoris & Ioan. Andr. & aliorum.

QVÆSTIO. XXXVIII.

VTRVM A. mutuans ipsi B. ipsum G. restituendū in tempore D. in quo tamen tempore ipsum G. plus valebit, quàm valuerit tempore mutuationis committat mutuationem usurariam.

Solutio. q. stat in uno exemplo & quinque conclusionibus.

Prima conclusio. Si consecutio illius pluris, quod valebit G. restituendum in tempore D. ultra id quod ualuit tempore mutuationis: fuit principale motiuū, propter quā A. instituit ipsi B. mutuatio fuit usuraria.

Secunda conclusio. Si consecutio illius pluris non mouit A. ad mutuandum, sed sola charitas: attamen verisimiliter erat G. plus valiturum in tēpore D. quàm tempore mutuationis valuerit: illa mutuatio non erit usuraria verè: attamen poterit esse præsumptiuè usuraria præsumptione tenui, vel forti secundum circunstantias personæ ipsius A.

Tertia conclusio. Si consecutio illius pluris non mouit A. ad mutuandum, sed sola charitas: & etiam non fuit verisimile, q G. erat. valiturum plus in D. quàm tēpore mutuationis valuerit, illa mutuatio nec verè erit usuraria, nec etiam præsumptiuè: etiamsi in effectu plus valebit.

Quarta conclusio. Si consecutio ipsius pluris non mouit A. ad mutuandum, sed sola charitas: & tamen verisimile fuit, q G. erat plus valiturum in D. quàm tēpore mutuationis, quod plus etiam ipse A. intendebat consequi: non erit mutuatio verè usuraria, quamuis posset esse aliqualiter præsumptiuè usuraria. & ibidem de hoc, quomodo illa duo stent simul, scilicet quòd consecutio illius pluris non mouerit A. & tamen & intenderit ipsum.

Quinta conclusio. Si quis frumentum hoc tempore, quo est caristimum, vel sub estimatione precij nunc currentis mutuat, obligans mutuatarium ad restituendum sibi aliud frumentum futuro tempore, quo erit vilissimi precij, sed tamen in tanta quantitate, q tantū valeat, quantum modo valet frumentum, quod ei tradit: & ita obligat eum ad dandum sibi plus frumenti in quantitate, quàm mutuauerit, non committit usurā. Postea impugnatur sententia Ioannis de Fräckfordia.

QVÆSTIO. XXXIX.

VTRVM Paulo liceat Petro nauigaturo, vel ituro ad nundinas mutuare centum tali pacto, q Paulus recipiat in se periculum illorum centum, & pro hoc det Petrus Paulo aliquid ultra sortem, scilicet quinque.

Solutio. q. stat in duabus suppositionibus, & quatuor conclusionibus.

Prima conclusio. Si hoc refert dumtaxat ipsum mutuare, mutuatio Pauli est usuraria.

Secunda conclusio. Si hoc refert dumtaxat ipsum recipere periculum, mutuatio Pauli non est verè usuraria de lege diuina vel naturali, probatur dupliciter. Deinde soluitur argumentum quoddam, & postea impugnatur glossa in prædicto ca. & soluitur quoddam aliud argumentum.

Tertia conclusio. Si pronomen hoc refert vtrūque, mutuatio Pauli est usuraria.

Quarta

Quarta conclusio. In casu huius tertiæ conclusionis non oportet Paulum totum, quod recipit vltra sortem reddituere Petro. Postea mouetur dubium, quod remittitur ad sextum tractatum.

QVAESTIO. XL.

VTRVM quando Paulus mutuauit Petro centum, & Petrus cogitur habere aliquem fideiussorem, & Ioan. pro Petro fideiubet, liceat Ioanni a Petro pro hoc recipere aliquid de illis centum, vtputa quinque.

Solutio. q. stat in duabus distinctionibus, quatuor conclusionibus, & vno corollario.

Ex distinctionibus colligunturin toto quatuor casus, secundùm quos contingere potest id, de quo in titulo quæritur, & secundùm hoc erunt quatuor conclusiones quæsitenis.

Primus casus est, quando Ioan. est factus fideiussor, & in veritate mutuator Petri. Alij tres sunt, quando est verus fideiussor.

Secundus igitur est, quando Ioan. est verus fideiussor, & exigit aliquid pro futura mutuatione impendenda Petro.

Tertius est, quando quid exigit pro damno vitãdo, quod timet se incursurum ex futura mutuatione eidẽ impendenda.

Quartus, quando quid exigit pro susceptione periculi capitalis.

Prima conclusio. In primo casu Ioanni nõ licet exigere prædicta quinque a Petro, nec Paulo licuit in tali casu mutuare Petro.

Secunda conclusio. In secundo casu Ioan non est licitum exigere prædicta quinque.

Tertia conclusio est trimembris. & est. In tertio casu licitum est Ioanni exigere prædicta quinque a Petro saluis circunstantijs requisitis ad hoc, q̃ licitum sit mutuatori aliquid recipere pro interesse damni emergentis, vel lucri cessantis, quę tactæ sunt supra q. 50. Si autẽ aliqua earum defecerit, non erit licita ipsi Ioanni exactio prædicta, nisi in vno casu.

Quarta conclusio. In quarto casu non est vsura Ioanni exigere prædicta quinque a Petro, dummodo præcisè & dumtaxat pro illa receptione periculi ea recipiat. An tamen sit ibi alia species peccati, remittitur ad q. 71.

Postea soluuntur tria argumenta Laure. de Ridolfis dubitantis de contractu quæstionis, & unum scilicet Bernardini dicentis contractum quæstionis esse omnino illicitum.

QVAESTIO. XLI.

VTRVM Petrus, cui Paulus sub vsuris. 5. flo. mutuauit centum, possit licitè illos centum mutuare Cõrado cum tali pacto, q̃ Contadus soluat Paulo prædictam sortem & vsuram. 5. flor.

Solutio. q. stat in tribus conclusionibus.

Prima conclusio. Stantibus duabus conditionibus licitum est Petro mutuare Contado cum illo pacto, de que quæstio sonat.

Secunda conclusio. Quæcunque harum conditionum defecerit, mutuatio prædicta erit illicita.

Tertia conclusio. Quamuis Laur. de Ridolfis omissis, vel non tactis prædictis duabus conditionibus ponat quasdam alias duas tanquam requisitas sufficientes ad hoc, vt prædicta mutuatio Petri sit licita, tamẽ eius determinatio impugnari potest.

QVAESTIO. XLII.

VTRVM Paulo liceat mutuare ad vsurã suis hostibus.

Solutio. q. stat in quatuor conclusionibus.

Prima conclusio. Paulo non licet mutuare ad vsurã suis hostibus, siue iniustè eum persequentibus, siue iustè. probatur tripliciter.

Secunda conclusio. Si Paulus suis hostibus, qui iniustè eum persecuti sunt, & damnificauerunt, mutuet ad vsuram: quamuis graviter pecet: tamen vsuram talẽ receptam non tenetur eis restituere, si eam dimittere decreuerit, non vt vsuram: sed vt refusionem damnorum sibi iniustè illatorum ab eis: dummodo scandalum nõ emergat ex illa detentione, & dummodo alias decreuerit non posse illorum damnorum refusionem via iuris obtinere. probatur quadrupliciter.

Et ponuntur causæ adiectionis clausularum conclusionis.

Tertia cõclusio. Licitum est Paulo suis hostibus, qui eum iniustè persecuti sunt damnificando mutuare intendendo aliquid recipere ab eis vltra sortem, non ratione mutui eis impensi: sed ratione debiti, quo ei debent. & hoc stantibus duabus conditionibus. Et ibi exponitur auctoritas Ambrosij multipliciter.

Quarta conclusio. Paulo non est licitum suis hostibus, qui iustè eum damnificauerunt, vel hodie damnificant mutuare, quatenus cessent ab illa persecutione intuitu mutuationis.

QVAESTIO. XLIII.

VTRVM contractus factus in sequenti casu sit vsurarius, scilicet A. dedit c. flor. ipsi B. sibi restituendos certo termino hoc pacto, q̃ sicut R. mercator habens. 100. flor. cum illis lucrabitur, vel perdet: sic & A. sentiat consimile lucrum, scilicet tantundem recipiendo ab ipso B. vel consimile damnum in dando tantundem ipsi B.

Solutio. q. stat in tribus suppositionibus & quinque conclusionibus.

In suppositionibus declaratur, quomodo cõtractus quæstionis potest esse mutui, depositi & societatis secundùm diuersam eius intelligentiam & cõtingentiã.

Prima conclusio est trimembris, & est. Si contractus dationis c. celebratus inter A. & B. est contractus mutui: tunc in una intentione ipsius A. eius datio est vsuraria: in alia verò intentione non est vsuraria, quamuis tunc posset esse ibi alia species peccati in A.

Secunda conclusio, quæ est quadrimembris, est talis. Si contractus dationis centum celebratus inter A. & B. sit contractus depositi veri, vel non veri: in vna intentione est illicitus, non vsurarius: in alia est illicitus & vsurarius. In tertia verò non est ille cõtractus dationis vllo modo illicitus: quamuis cõtractus adiectus possit esse illicitus.

Tertia

Tertia conclusio. Si contractus dationis c. celebratus inter A. & B. sit contractus societatis, non est illa datio vsurarius contractus: potest tamen alias esse peccatum in A.

Quarta conclusio. Quocunque horum trium modorum, scilicet mutui, depositi, vel societatis sit prædictus contractus dationis, viderur, quod & in se possibile esse eum fieri licitè: posset tamen per Papam, vel alium rectorem reipublicæ indistincte prohiberi. & etiamsi non prohibetur: tamen debet diffiteri.

Quinta conclusio. Modus respõdendi dominj Laur. de Ridolfis ad eandem quæstionem, vel similem videtur insufficiens, & ibi tria eius motiua impugnantur quadrupliciter.

QVAESTIO. XLIIII.

VTRVM ciuitas, vel dominus ciuitatis indigens pecunijs possit licitè compellere ciues, vel subditos ad præstandum, vel mutuandum ei centum quantitatem pecuniæ offerendo illis ad dandum quilibet ciuium mutuantium annuum prouentum, vel annuam pensionem, donec ei fors soluatur. dummodo tamen dando. 8. flo. tenore reddituum loco sortis centum flor. mutuatorum, cum quibus circunstantijs soler fieri in quibusdam ciuitatibus Italiæ, nominatim in Florentia, Ianua, & Venetijs, quæ circunstantiæ statim enumerabuntur.

Solutio. q. stat in quatuor suppositionibus, sex conclusionibus, duobus corollarijs, & sex argumentorum solutionibus.

In suppositionibus enumerantur. 1o. circunstantiæ, cum quibus fit prædicta compulsio. Et octo accidentia, quæ contingunt circa contrahentes cum ciuitate prædicto modo. Appellationes quoniam diuersæ, quibus veniunt loquentes de prædicto contractu, quę tamen reducuntur in idem.

Prima conclusio. Ciuitas licitè potest ciuibus suis imponere tantum præstantiam, quantum eget pro amotione illius mali, quod reipublicę ciuitatis imminet: dummodo illud malum sit peius, vel permitiosius reipublicę, quàm sit hoc, quod est ciues cogi ad talem præstantiam. probatur dupliciter.

Secunda conclusio. Aliquando posset talem præstantiam, de qua prima conclusio loquitur, ciuitas imponere ciuibus absque assignatione cuiusconqua pẽsionis, & absque omni specie restitutionis sortis.

Tertia conclusio: Illam præstantiam, quam iuxta primam conclusionem potest ciuitas imponere, deberet ciuitas aliquando non imponere nisi cum assignatione magnæ, vel paruæ pensionis annuæ sine vlla obligatione restitutionis sortis in toto, vel in parte. Aliquando verò cum assignatione pensionis: & etiam cum obligatione restitutionis sortis in toto, vel in parte.

Quarta conclusio. Ciuitas libera habens proprios annuos prouentus, obuentiones, siue fructus, sibi iustè prouenientes de prędijs, possessionibus, cattis, nillis, iuribus ad eam pertinentibus, vel de pedagijs, guidagijs, celonciis, vel vectigalibus iustis: vputa ex causa iusta & auctoritate habentis instituere instituta. potest volentibus emere vendere ius percipiendi annuas pensiones de prædictis eius obuentionibus, si ciuitas habet causam rationabilem, quæ eam urget: vtputa urgentem pro bono reipub. ad habendum. 10. millia in prompta pecunia: quæ ipsa habere nõ potest de suis obuentionibus, quæ annuatim sunt tantum mille, & hoc potest facere cum pacto redimendi, quando placuerit.

Quinta conclusio. Si ciuitas illa, de qua loquitur precedens conclusio, non posset inter sibi non subditos inuenire emptores iuriũ prædictarum pensionum: ipsa posset suos ciues compellere ad emendum iura ea tantum ab ea taliter precio iusto, immo etiam aliquãdo precio excedente valorem mercis.

Sexta conclusio. Quando emens dat ciuitati. 800. pro tuto percipiendi annuatim quinque. remanente apud ciuitatem facultate redimendi illud ius pro 100. quando placuerit: tunc censetur dari iustum precium. Si autem apud ciuitatem manet facultas redimẽdi pro 78. non est proportio æqualitatis.

Primum corollarium responsionum. Stantibus septem conditionibus ciuitas vel dominus ciuitatis potest licitè facere illam compulsionem, de qua sonat tertius quæstionis. restant cum circunstantijs primo suppositionis.

Secundum corollarium. Si aliqua prædictarum sex, vel septem conditionum deficit, non est licita compulsio prædicta, patet inductiuè.

Contra primum corollarium arguitur sex argumentis, quæ soluuntur, vbi & impugnantur aliqua dicta Laur. de Ridolfis & sancti Bernardini.

QVAESTIO. XLV.

VTRVM ciues præstantes ciuitati prædictæ præstantias possint licitè a ciuitate recipere prædictas pensiones annuas sine obligatione restitutionis earundem, eique etiam tandem recipere sortes suas modo prædicto, cum ciuitas placuerit redimere iura pensionum.

Solutio. quæstionis stat in recitatione trium modorum dicendi cum improbatione duorum primorũ.

Primus modus dicendi est Gregorij de Arimino, cuius sententia reducitur ad sex dicta, ex quibus sequitur finaliter & colligitur, q̃ sin cum vt communiter, & ut in pluribus peccarent ciues, & tenerentur restituere & ut in pluribus, vel rarò essent immunes a peccato, & ab obligatione restitutionis. Ille modus improbatur in septem punctis, in quibus deficit, & euacuantur motiua eiusdem.

Secundus modus dicendi est sancti Bernardini & Laur. de Ridolfis & aliorum. vt ibidem. & ille reducitur ad duas conclusiones. In prima ponuntur quinque casus, in quibus ille modus iustificat prædictos ciues. In secunda ponuntur quatuor, in quibus dicit, eos peccare, & fundamenta eiusdem modi ponuntur, quæ & postea in fine euacuantur. Ille modus probatur in 24. punctis, in quibus deficit.

Tertius modus dicendi continet septem conclusiones.

Prima conclusio. Ciues sponte præstantes, etiam si principaliter speculeri, scilicet pensionum percipiendarum præsentj, non peccant peccare vsurę in præstando, nec in recipiendo pensiones. Et in primus casus, quem

quem præcedens opinio in sua secunda conclusione re
putat illicitum: non est licitus saltem illa specie pec
catj, probatur duabus rationibus & duplici confir-
matione.

Secunda conclusio. Inter quatuor casus secundę con
clusionis secundi modi dicendi tres vltimi casus, quos
idem modus dicendi reputauit illicitos, sunt licite pro
batur dupliciter.

Tertia conclusio. Oēs quinque casus, quos secundus
modus dicendi in sua prima conclusione reputauit lici
tos, sunt licitissimi: non vlis via iustificant illi quinque
per illum tertium modum dicendi, quàm fecerint iusti
fica ti per secundum.

Quarta conclusio. Si ciui præstanti centum ciuis
tas daret pensionem maiorem, quàm quinque, sta
ret, quòd ciuis, dando centum ipe recipiendi quin
que, non peccaret præstando: nec etiam recipiendo
talem pēsionem staret etiam oppositum, scilicet quòd
peccaret.

Quinta conclusio. Quamuis si teneremus, quę præ
statio ciuium esset vera mutuatio, adhuc aliqui ciues
possent aliqualiter excusarj: non tamen ita vniuersali
ter, sicut tenendo, q̄ non sit mutuatio, sed emptio. Et
multo plura requirerētur ad cōū iustificationē, quàm
tenendo, q̄ non sit mutuatio, ita quod difficilius est,
ciues iustificare per secundum, quàm per tertium mo
dum dicendi.

Sexta conclusio. Tenendo, q̄ præstatio sit emptio
minor difficultas est iustificandi ciues quàm ciuitatē:
sed tenendo oppositum, scilicet q̄ non sit emptio, sed
mutuatio, minor difficultas est iustificandi ciuitatem
quàm ciues.

Septima conclusio. Tenendo, q̄ sit emptio, stat, q̄
ciuitas non peccet recipiendo nomine precij centum a
ciue pro iure percipiendi annuatim quinque, tanquam
pro mercede non obstante q̄ centum sint nimis ma
gnum precium pro tali merce, suppositis circunstan
tijs illius contractus, quæ tacte sunt in quæstione præ
cedenti. stat etiam quòd peccet. Si autem tenetur,
quòd sit mutuatio, potest ciuitas etiam quandoque
excusari.

Postea soluuntur septem argumenta aduersariorum
primę conclusionis: & in fo', tione septimi argumenti
euacuantur responsiones eorūdem, quas dant ad octo
probationes, quas aliqui adducunt ad primam conclu
sionem probandam, & quamuis tales probationes alio
rum sint inualidæ, ob quod non eorum rationibus, sed
illis, quæ sunt supra ponte, est inhitendum: tamen nec
illæ aliæ probationes bene inualidantur ab aduersarijs
ideo solutiones ab eisdem datę euacuantur per ordinē.

QVAESTIO. XLVI.

VTRVM mutuantem recipere vltra sortem, seu
mutuare ad vsuram sit in aliquibus casibus licitum, &
eisdem casibus, in quibus est licitum, etiam liceat
ei pacisci cum mutuatario super illo incremento re
cipiendi.

Solutio. q. stat in quatuor conclusionibus.

Prima conclusio. Multum differunt mutuare ad vsu
ram & mutuantem recipere vltra sortem.

Secunda conclusio. In nullo casu est licitum mu
tuare ad vsuram vltra diuinam dispensationem.

Tertia conclusio. In multis casibus licitum est mu
tuanti recipere vltra sortem, probatur enumerādo. 14.
casus, quorum 12. primi comprehenduntur in his qua
tuor versibus.

Feuda, stipendia pro dote, stipendia cleri,
Venditio fructus, emptio vellus iure mouere.
Vendens sub dubio, precium post tempora soluens.
Pœna nec in fraudem legis commissio gratis.
Dans focijs pompa, plus forte modis datur istis.

Attamen non in omnibus illis modis est vera mu
tuatio.

Quarta conclusio. Non in omni casu, in quo licet
mutuanti recipere vltra sortem: licet etiam ei pacisci
cum mutuatario super tali incremento recipiendo.

QVAESTIO. XLVII.

VTRVM potere atque recipere mutuum sub vsu
ris sit semper licitum, vel semper illicitum.

Solutio. q. stat in tribus conclusionibus.

Prima conclusio. Concurrentibus tribus conditio
nibus licitum est petere mutuum sub vsuris.

Secūda conclusio. Quacunque harum conditionū
defecerit, non erit licitum petere mutuum sub vsuris.

Tertia conclusio. Petere mutuum absolutè: puta nō
petendo recipi a se vsuras, & etiam non offerendo se in
terpetendum ad soluendum vsuras: non est illicitum
si petens audita responsione petiti dicentis non uelle
nisi sub vsuris mutuare, offerat se ad soluendum vsu
ras, & hoc stantibus solis primis duabus cōditionibus.
Et impugnantur modi dicendi aliorum & soluuntur
tria argumenta.

QVAESTIO. XLVIII.

VTRVM ciuitas, atque respublica subsistere pos
sit sine mutuatione vsuraria.

Prima conclusio. Ciuitas, atque respublica potest
etiam salua temporali salute sua subsistere sine mutua
tione vsuraria. probatur decem rationibus, & in 9. ra
tione enumerantur. 11. conditiones vsurariæ mutuatio
nis, ex quibus perpenditur pernicietas eiusdem.

Secunda conclusio. Plurima commoda, vel vtilita
tes tam temporales, quàm spirituales prouenīunt ex
hoc, q̄ non exercetur, nec toleratur mutuatio vsuraria
in ciuitate. Et enumerantur sex vtilitates.

Tertia conclusio. Plurima incommoda & damna
temporalia & spiritualia prouenīunt reipublicæ ex mu
tatione vsuraria, probat enumerādo. 12. Et in octauo
damno enumerantur. 16. genera hominum, quæ occa
sione vsuratiæ mutationis maculantur mortali pecca
to. Item de multis, qui occasione eiusdem obligatio
nem restitutionis & censuras ecclesiasticas incurrunt.

Postea soluuntur tria argumenta in contrarium.

QVAESTIO. XLIX.

VTRVM mutuatio vsuraria magis spectet ad fi
derationem theologi, q̄ ad cōsiderationem iurisperiti.

Solutio. q. stat in tribus suppositionibus, & quatuor
conclusionibus.

De

De causa autē quare quæstio moueatur, & de quibus
theologis intelligatur, remittitur lector ad finale co-
rollarium quæstionis.

In suppositionibus distinguitur, quomodo eadem
res diuersimodè a diuersis consideratur, scilicet in ra-
tione prędicati, uel in ratione subiecti, & hoc in ordi-
ne ad diuersa prædicata. Distinguitur etiam de duplici
contractu vsurario.

Prima conclusio. Contractus vsurarius, qui scitur
in se esse vsurarius talis quò ad hoc prædicatum, quod
est ipsum esse peccatum mortale, magis est de consi-
deratione theologi, quàm iurisperiti, probatur septem
rationibus. Et ibi inuestigatur, unde actus lege ca-
nonica prohibitus contrahat rationem mortalis pec-
cati, & de comperatione theologi & iurisperiti in co-
gnoscendo de hæresi, & de his, quæ ad legem naturalē
spectant.

Secunda conclusio. Si aliquis contractus sit non in
se vsurarius, sed tantū ex iure positiuo ipsum ut talē
prohibente, adhuc talis in ordine ad hoc prædicatum,
scilicet esse mortale peccatum, est magis de considera-
tione theologi, quàm iurisperiti.

Tertia conclusio. Si de contractu in se vsurario sit
tractandum tanquam de prædicato, quod deberet prę-
dicari de aliquo contractu, utpota si de aliquo contra-
ctu quęratur, uel dubitetur, an sit in se vsurarius,
non minus pertinebit consideratio contractus vsura-
rii ad theologum, quàm iurisperitum: immo ad mi-
nus æquè poterit hoc resoluere theologus, sicut iurif
peritus: & si alter eorum altero melius posset, plus
esset dicendum, quòd theologus esset ille, quàm iu-
risperitus.

Quarta conclusio. Si de contractu non in se vsura-
rio, sed aliunde contrahente nomen usurarij contra-
ctus sit tractandum: an uerè prædicetur de aliquo actu
uel non: tunc consideratio contractus usurarij magis
ad iurisperitum spectabit, quàm ad theologum, & si
caperetur iurisperitus pro perito in iure cōmuni siue
ciuili, siue canonico, aliquando magis spectaret ad pe-
ritum in statutis municipalibus, aut statutis prouincia
libus & synodalibus, siue ille esset alias iurisperitus,
siue theologus, siue neutrum illorum. Postea angit de
pœnis usurariorum ad uidendum, quis quò ad illas
magis ualeat confyderare de contractu usurario. Tan-
dem infertur corollarium contra Petrum de Ancho-
na præferentem iurisperitos theologis in decisionibus
dubiorum de contractibus vsurarijs, & impugnatur
eius sententia.

IN tertio tractatu agitur de contractu emptionis & venditionis, de mercatoribus & negociatoribus, & hoc per 22. quæstiones, cuius prima quæstio est quinquagesima in ordine quæstionum huius operis.

QVAESTIO. L.

VTRVM actus negociandi sit licitus.

Solutio. q. stat in tribus suppositionibus & quatuor
conclusionibus.

In suppositionibus declarat, quomodo dupliciter
contingit intelligi aliquem actum esse licitum uel illi-
citum: scilicet positiuè, uel permissiuè, & capiuntur
hic illa uocabula positiuè & permissiuè eodem modo,
quo accipiuntur in metaphysica, quomodo dicimus,
quòd ens in suo conceptu non sit positiuè finitum, uel
infinitum, substantia, uel accidens, creatum, uel incre-
atum: quamuis sit utrunque permissiuè. & similiter de
quolibet alio superiori respectu diuidentium ipsum.
Item subdiuiditur hoc, quod est aptum esse permis-
siuè licitum.

Prima conclusio. Non est dicendum, q̄ indistinctè
actus negociandi sit illicitus. probatur septem
auctoritatibus, tribus rationibus & duabus confir-
mationibuss.

Secunda conclusio. Non est dicēdum, q̄ indistinctè
actus negociādi sit illicitus. probatur quatuor auctori-
tatibus, & una ratione.

Tertia conclusio. Actus negociandi si nihil ultra ad
datur, nec est positiuè licitus, nec positiuè illicitus.

Quarta conclusio. Actus negociandi, si nihil addā-
tur, est permissiuè licitus, & etiam permissiuè illicitus.

QVAESTIO. LI.

QVOT modis negociatio redditur illicita.

Solutio. q. stat in duabus suppositionibus & duabus
conclusionibus.

In suppositionibus declaratur, quę res quidditiuè
sit circunstantia. & ponuntur ac declarantur tres de-
scriptiones eiusdem, eo q̄ oportet hic declarare, quo-
modo negociatio ex circunstantijs depranetur: postea
ponitur numerus circunstantiarum secundùm tres mo
dos enumerandi easdem, scilicet Aristotelis, Tulij, &
aliorum, & concordantur adinuicem.

Prima conclusio. Prima diuisione duobus modis
redditur negociatio illicita, scilicet ex obiecto & ex cir-
cunstantia: & quia res, quas contingit emi & uendi,
sunt obiecta negociationis: ideo declaratur ibi multi-
pliciter. & hoc per octo exempla, quæ res sint prohibi
tæ emi, uel uendi, & hoc uel simpliciter, uel quò ad alī
quos emptores.

Secunda conclusio. Secundaris diuisione octoplici-
ter redditur negociatio illicita, scilicet ex obiecto, & ex
defectu septem circūstantiarum debitarum: ubi de sin
gulis circunstantijs ponuntur uaria dicta & exempla:
ut pateat, quomodo ex cuiuslibet circūstantiæ defectu
reddatur illicita. De ubi, scilicet si negociatio fiat in
loco sacro, ponuntur quinque dicta, quando & qua-
le peccatum sit. De quando, declaratur per duo dicta,
quando peccetur, si die festo negociatio agatur, & po-
nuntur duo corollaria ad limitandum sententias Petri
de Pal. & Henrici Gandensis. De cur, declaratur per
quatuor dicta quomodo, & ex cuius causa finalis præ-
stitutione negociatio depranetur, uel non. De cui, po-
nuntur sex exempla depranationis. De quibus anxi-
lijs ponuntur tria exempla: & quia unum illorum est,
siquis negocietur per mendacia & iuramenta, ideo per
octo dicta declaratur, quando in tali casu negociatio
reddatur mortalis, uel uenialis. De quomodo, ponun
tur quatuor exempla, & quia unum illorum est, si ne-
gociando committat monopolium: ideo declaratur,
quid sit monopolium, & quomodo sex modis contrahi
tatur capiendo ipsum generaliter, malitia quoque eius
ostenditur per legem naturalem simul & positiuam.

QVÆSTIO. LII.

VTRVM negociatio, seu mercatio sit indistinctè clericis illicita.

Solutio.q.stat ſ quinque ſuppoſitionibus,uel diſtinctionibus,& ſex concluſionibus.

In ſuppoſitionibus ponuntur tres modi accipiendi negociationē, ſcilicet generaliſſimè, generaliter, & ſpecialiter, & ſubdiuiditur ſpecialis acceptio in lucratiuā & non lucratiuam: quæ autem dicitur non lucratiua: ſubdiuiditur in œconomicam & politicam. Lucratiua quoque ēt ſubdiuiditur in pecuniariam & non pecuniariam,ſeu in ſtrictè & non ſtrictè captam.

Prima concluſio. Nō eſt indiſtinctè & uniuerſaliter dicēdum,q negociatio ſit illicita clericis: probatur, & adducuntur quinque auctoritates.

Secunda concluſio.Non eſt indiſtinctè & uniuerſaliter dicendū,q negociatio ſit licita clericis,probatur,& adducuntur ſex auctoritates.

Tertia concluſio. Si negociatio capiatur ſpecialiter, negociatio quò ad duas eius ſpecies eſt clericis licita,& ibi de artificiolis clericorum.

Quarta concluſio. Negociatio ſpecialiter capta eſt clericis quò ad duas alias ſpecies eius illicita. Et ibi de ratione duplici, quare eis eſt interdicta negociatio lucratiua propriè dicta, & improbatur ratio quorundam.

Quinta cōcluſio. Si negociatio capitur generaliter, prout ad alios cōtractus,acquiſitiones,uel lucrationes extendit ſe, quàm ad emptionem & uenditionem,ipſa eſt quoad aliquas ſpecies eius licita clericis, & quò ad aliquas illicita.

Sexta cōcluſio.Si negociatio capitur generaliſſimè, aliqua eſt eius illicita,aliqua licita.

Poſtea declaratur quale peccatum, an mortale, uel ueniale ſit clericis illa negociatio, quæ dicta eſt eis eſſe illicita.

QVÆSTIO. LIII.

VTRVM negociatio illa ſit licita, quæ ſequuntur res enumerat, uel eſſiciuntur,uel aliter acquiruntur,ut uendantur, aut aliàs diſtrahātur,ſcilicet uenena,arma, ornamenta ſecularia,atque omnia inſtrumēta luſoria: utpote taxilli, cartæ luſoriæ & aleę.

Soluti.q. ſtat in ſex ſuppoſitionibus & nouem concluſionibus.

In ſuppoſitionibus diſtinguitur de duplicibus uenenis, & de aliis rebus, ex quibus damna oriuntur in republica. De duplici quoque genere ornamentorum ſecularium,& uaria exempla uariſque ponuntur,qua rēnus particularios valeat quiſq; ſe reſoluere in huius quæſtionis materia. Ponuntur inſuper uaria exempla, quando uſus ornamentorum ſecularium eſt mortalis, uel uenialis,uel nullum peccatum.

Prima concluſio.Negociatio,qua quis uendit uenenum primi generis eſt illicita,probatur tripliciter.

Secunda concluſio.Negociatio,qua quis uendit uenenum ſecūdi generis, eſtan duobus ſequentibus caſibus,quantum hic ſufficit,mortale peccatum.

Tertia concluſio. Negociatio, qua quis uendit arma offenſiua: ut baliſtas, ſagittas, uel gladios, quantum ad propoſitum ſufficit, eſt etiam mortale peccatum in duobus caſibus ſimilibus illis, qui in ſecunda concluſione ſunt poſiti.

Quarta concluſio.Negociatio, qua quis ornamenta ſecularia facit, uel emit, ut uendat, vel tradat alijs, eſt mortale peccatū in duobus caſibus ſimilibus illis, qui in ſecunda concluſione ſunt poſiti.

Quinta concluſio. Ad hoc, quòd negocians uendēdo illa ornamēta ſit immunis a peccato mortali,requiruntur duo.

Sexta concluſio. Ad hoc,quòd uendens illa ornamēta ſit immunis a mortali, non uidetur ultra prædictas conditiones requiri pro tertia conditione, quòd probabiliter credat oppoſitum prædicti mortalis abuſus.d. q probabiliter credat ementem non abuſurum mortaliter, ſed bene uſurum.immo ſufficit, quòd prquia conſyderationē qualitatis perſonæ & aliarū circūſtantiarū habita non conſeceerit, nec debuerit coniicere ementem mortaliter eis abuſurum.

Septima concluſio.Sicut quarta concluſio, quinta, & ſexta ſonantes de mortali ſunt uerę,ſic ſi proportionabiliter formarentur de uenialibus eſſent etiam verę.

Octaua concluſio.Si negociator illorum ornamentorum ſit extra duos caſus quartæ concluſionis & extra duos ſeptimæ concluſionis, & habeat cōditiones quin tę concluſionis,erit eius negociatio non culpanda ſinguliter.

Corollarium. Non eſt negociator abſoluendus, qui non uult deſiſtere a negociatione ornamentorum, uel armorum, uel uenenī in duobus primis caſibus.

Nona concluſio. Negociatio, qua quis uendit inſtrumenta luſoria eſt in duobus caſibus mortalis, & in duobusvenialis proportionabiliter, ſicut in quarta & ſeptima concluſionibus de negociatione ornamentorum dictum eſt: & vt negocians ſit immunis a peccato mortali, requiruntur eędem conditiones, quę tactæ ſunt in quinta concluſione. Et ſoluitur obiectio poſſibilis fieri de armis, & ibi de uendente ramos palmarum iudeis, & ſoluitur obiectio poſſibilis fieri.

QVÆSTIO. LIIII.

VTRVM negociatio illa ſit illicita,qua quis mercem defectuoſam uendit non propalando eius defectum.

Soluti.q.ſtat in una ſuppoſitione,quatuor concluſionibus & ſex corollarijs,quæ quaſi exemplariter declarabunt concluſiones.

In ſuppoſitionibus diſtinguitur, quomodo contingit mercem aliquam eſſe defectuoſam tripliciter, ſcilicet in ſubſtantia, quantitate & qualitate, & impugnantur exempla aliquorū de defectu in ſubſtancia.

Prima concluſio . Si merx eſt defectoſa quocunque prædictorum trium modorum, & uendens ignorat de fectum non affectata, nec craſſa ignorantia, non peccat tunc uendendo eam & non propalando eius defectum, etiamſi pro tanto precio, acſi eſſet non defectuoſa, uenderet. Et dantur rationes adiectionis clauſulatum concluſionis: & ibidem aliquid tangitur de hoc, ab is, qui etiam tantum infra dimidium iuſti precii decepit contrahentem, compelli poſſit, non ſolùm

ſolùm in foro animæ ſed etiam exteriori ad reſcindendum contractum, aut ad reducendum eum ad equitatem.Sed de illo etiam inferius tāgetur in ſequentibus quæſtionibus,ſcilicet 56.& 57.

Secunda cōcluſio.Si merx eſt defectuoſa aliquo prædictorum trium modorum,& tam vēdēs, quàm emēs ſcit defectum, vel ſaltem uenditor probabiliter credit emptorem ſcire, veputa quia eſt defectus manifeſtus, quem quiliber præſumitur cognoſcere, nō peccat pro tunc vendendo & non propalando defectum,dummodo venditor deſcendat in precio mercis proportionabiliter ad defectuoſitatem mercis, & dant rationes adiectionis clauſularum concluſionis.

Corollarium primum. Quædam dicta ſancti Tho. & etiam Io. Gerſon cancella. Pariſien. de uendente rem defectuoſam indigeat moderamine, & recitatur ſententia utriuſque, & impugnatur,quatenus limitetur.

Secundum corollarium. Quamuis in aliquo caſu.ſim dicto liceat venditori defectum reticere,non tamē propter hoc in eodem vel alio licetet ſibi verbo uel facto ſignificare defectum non ineſſe.

Tertia concluſio . In pluribus caſibus peccat vendēs rem defectuoſam aliquo illorum trium defectuū, & in paucioribus caſibus eſt immunis a peccato.

Quarta concluſio. In caſibus ſupradictis, in quibus peccat vendens mercem defectuoſam, eius peccatum eſt aliquando mortale, aliquando veniale.

Tertium corollarium. Quamuis aliquando a peccato poſſit excuſari vendens mercem mixtam alia re: tamen aliquando non poteſt, & declaratur per duo exempla.

Quartum corollarium . Quamuis aliquando excuſari poſſit a peccato vendens mercem deficientem in quantitate, etiam ſi ſcienter illud faciat, tamen aliquā do non poteſt, & ponuntur quatuor exempla de prima parte corollarij : & ſoluitur ibidem quædam quæſtiuncula.

Quintum corollarium. Quamuis vēdens pannum in qualitate deficientem, puta pannum malè textum, uel malè tractum,uel ruptum ad tractorium & reemēdatum, poſſit aliquando excuſari : tamen aliquando non poteſt.

Sextum corollarium . Quamuis ueſtem uenderem, quam renouaui in apparentia purgando carzando aliquando excuſari poſſit, tamen aliquando non poteſt: & ponuntur exempla de utroque.& ibi de arte reemendandi rupturam pannorum an ſit damnanda. & ibidem de quodam documento pro predicatoribus circa materiam huius quæſtionis & conſimiliū ſeruando.

QVÆSTIO. LV.

VTRVM mercatio,uel emptio illa ſit illicita,qua emptor precio defectuoſo emit mercem.

Solutio quæſtio. ſtat in una ſuppoſitione, quatuor concluſionibus, & quinque corollarijs.

In ſuppoſitione diſtinguitur,quomodo cōtingit precium eſſe tripliciter defectuoſum.

Prima concluſio . Si precium eſt defectuoſum aliquo trium predictorum defectuum, & emptor ignorat eius defectum ignorantia non affectata aut craſſa, non peccat tunc emendo, vel ſoluendo & non propalando eius defectum: ſi non eo plus in numero addat in precio, neque recipiat eo minus in merce. immo ſi tantum recipiat, acſi precium in nullo deficeret,& dantur rationes adiectionis clauſularum concluſionis.

Secunda concluſio . Si precium eſt defectuoſum aliquo prædictorum trium defectuum: & tam emptor, quàm uenditor ſcit illum defectum, uel ſaltem emptor conjdit probabiliter, quòd uenditor eam ſciat: puta quia eſt manifeſtus, quem quiliber præſumitur ſcire, non peccat protunc emendo, uel ſoluendo, non propalando defectum eius : dummodo emptor tanto minus de merce recipiat, uel tanto plus precij addat in numero, quatenus eſt talis defectus precii: & dantur rationes adiectionis clauſularum concluſionis.

Primum corollarium . Sicut S. Tho. & Io. Gerſon dixerunt, manifeſtos defectus mercis poſſe reticeri, ſi deſcendat venditor in precio proportionabiliter: ſic ijdem docto. dixiſſent, manifeſtos defectus precij poſſe reticeri, ſi aſcendatur proportionabiliter in precio, uel deſcendatur in quantitate mercis recipiendæ. Ideo ſicut eorum ſententia de merce defectuoſa indiguit moderamine: & ſine illo non eſſet uera, ſic etiam ſimilis ſententia de defectuoſo precio,uel numiſmate indigeret ſimili moderamine, & ſine illo non eſſet uera.

Secundum corollarium . Quamuis in aliquo caſu liceat reticere defectum precii, non tamen licet uerbo, vel facto illum defectum abſcondere ſaltem per ſuperpoſitionem tegentem defectum, uel ablationem ſigni eum ſignificantis uolendo ſignificare eum non ineſſe.ſecus ſi dum taxat intenderet eum tegere, uel facere eum latere venditorem, & faceret hoc in illo caſu, in quo licitum eſt reticere defectum.

Tertia concluſio.In pluribus caſibus peccat emptor ſoluendo precium defectuoſum, & in paucioribus eſt immunis a peccato.

Quarta concluſio . In caſibus ſupradictis, in quibus peccat emptor ſoluendo defectuoſum precium, vel numiſma, aliquando peccat mortaliter, aliquando uenialiter.

Tertium corollarium . Emptor ſoluens precium deficiens in caſu proportionabiliter ſe habente ad ſecundum exemplum primi corollarij precedentis quæſtionis, non poteſt ita excuſari a peccato , ſicut ibidem fuit excuſatus uenditor mercis deficientis in qualitate mixtæ : & ibi de radentibus & balneantibus florenos ad diminuendum eorum bonitatem.

Quartum corollarium . Emptor ſoluens precium, uel numiſma deficiens in quantitate ponderis, uel numeri, poteſt aliquando excuſari, aliquando non, & ponūtur quatuor exempla de prima parte, & ibi de ſoluētibus per numiſma falſum, liſſum, & peregrinos nummos mixtos vtilibus, & de eodem etiam in ſequenti corollario.

Quintum corollarium . Emptor ſoluens precium vel numiſma defectuoſum in qualitate, de quo defectu multipliciter exemplificarum eſt in ſuppoſitione præambula, poteſt aliquando excuſari, aliquando non.

QVÆSTIO. LVI.

QVÆ & quot poteſt & debet conſyderare venditor, ex quibus cognoſcat, quantus ſit valor mercis ſuę, quatenus ipſe agnoſcat, quantum precium licitè exigere te valeat.

Solorio. q. ſtat in duabus ſuppoſitionibus, & ſex concluſionibus.

In ſuppoſitionibus diſtinguitur de duplici valore, ſcilicet naturali & vſuali, & oſtenditur, ꝙ ſit poſſibile cognoſcere valorem vſualem rei.

Prima concluſio. Cognoſcere valorem naturalē rei ſecundū ꝙ eſt talis, non iunat venditorem ad hoc vt exigat precium, quod licitū ſit exigere, nec requiritur: ſed bene cognoſcere valorem vſualem.

Secunda concluſio. Quamuis æſtimatio currens in communitate hominum ſit vnū ex illis manuductiuis, penes quæ poteſt cognoſci valor vſualis: & ſic etiā conſequenter preciū licitum exigi, tamen non eſt ſufficiens manuductiuum ad cognoſcendum illa, & probatur vtraque pars tripliciter, & ibi declaratur quid ſit intelligendum per communem æſtimationem.

Tertia concluſio. Quindecim ſunt manuductiua, ex quibus poteſt vēditor vſualem ualorem mercis cognoſcere, & enumerantur per ordinem: & circa tredecimū quod eſt taxatio alicuius conſtitutionis ciuilis, vel municipalis, vel conſuetudinis ponuntur quatuor inſpicienda per rectores in taxando valorem rerum ad precia earundem.

Quarta concluſio. Ob vtilitatem prouenturam emptori ex merce, & eius induſtria: non licet venditori mercem eo carius uendere, & idem de preſeruatione a malo & conſequenter ſiunt quinque argumenta cōtra concluſionem, quæ dimittuntur inſoluta.

Primum corollarium. Minus periculoſa eſt negociatio illius, cuius merces ſunt taxatæ per cōſtitutionem aliquam municipalem, ſeu rectores ciuitatis, uel per conſuetudinem modo dicto in 13. manuductiuo, quàm illius, cuius merciū taxa eſt relicita ſuo arbitrio. Et dico mercium: ita enim ſcilicet per ium, ponitur. ff. ad. l. rodiam de iactu. l. 1. & l. 2. & in l. nauis, quæ dico ne forte quiſquam alicui regulæ innitens credat nō ſic debere dici uel poſſe.

Secundum corollarium. Minus periculoſa eſt negociatio illius, qui habet merces, quas etiam plerique alij habent in eadem ciuitate, quàm illius, qui ſolus habet merces huiſmodi.

Quinta concluſio. Valor mercis non conſiſtit in indiuiſibili, ſi ualorem eius conſiſtere in indiuiſibili ſic intelligeretur, ſcilicet ꝙ merx adeo præcisè ualeat tantum precium, ꝙ ſi aliquantulum vltra exigeretur, dicere retur uenditor contra æqualitatem iuſtitiæ commutatiuæ exegiſſe precium excedens ualorem mercis, & ibidem tractatur de hoc, an lege dederint, immo an potuerint dare licentiam excedendi latitudinem iuſti precij. dummodo eſſet excęſſus citra dimidium iuſti precij. & quomodo ſit intelligendum, quod canones deſuper loquentes habeant locum iure fori, non iure poli: & impugnatur ſententia Baldi, atque auctoris tractatuli, qui intitulatur. 12. doctorum, & reſpōdetur argumentis eiuſdem.

Sexta concluſio. Penes eadem cognoſcitur, quātum liceat & debeat eſſe precium, penes quæ cognoſcitur, quantus ſit ualor mercis.

QVÆSTIO. LVII.

VTRVM illicitum ſit uendere mercem pro precio qđ excedit ualorem mercis, ſiue exceſſus ſit citra dimidiū iuſti precij, ſiue ultra: & ſi citra, ſiue ſit magnus, ſiue paruus.

Solutio. q. ſtat in duabus ſuppoſitionibus, & quinque concluſionibus.

In ſuppoſitionibus diſtinguit, quō dupliciter poſſit intelligi preciū excedere ualorē mercis. Et primus modus ſub diuidit in tres modos, & ibi de tribus gradibus latitudinis iuſti precij. Dehinc diſtinguitur, quō dupliciter poſſit intelligi mercē uendi ultra dimidiū iuſti precij, & improbatur ſecundus modus intelligendi.

Prima ꝛcłō eſt ſexmembris & talis. Vēditori eſt illicitum mercē uendendo exigere pro ea precium, quod uendens probabiliter credit, uel credere deberet ſimpliciter, uel ſm quid excedere ualorē mercis in illo loco & tpe, in quo paratus eſt uēdere. Probat quadripliciter, & ibi dat documēta aduerſus eos, qbus forte uideret, qualiqne ꝛclūſiones nimis emungerent. Ponitur & ibidem quædam deſcriptio æqualitatis ſimpliciter dictę: ſed impugnatur, & dantur rationes clauſularum concluſionis per ordinem cum caſibus ſuis.

Secunda cōcluſio. Prima concluſio eſt uera, etſi uēditor æquilibri dubio dubiter illud ꝑciū excedere ualorē.

Tertia concluſio. Prima concluſio eſt uera, ſiue precium ſit excedat ualorem, qđ ſit ultra dimidium iuſti precij, ſiue citra, & ſi citra, ſiue in modico, ſiue in multo. Et contra illam arguitur poſtea quatuor argumentis, ubi declaratur, quomodo intelligenda ſint illa uulgaria dicta, ſcilicet res tantum valet, quantum uendi poteſt, & nunſquiſque in re ſua eſt moderator & arbiter, & an allegatio iuris ciuilis admittentis aliquē actum ſtringat ad tenendum eundem eſſe illicitum. & ibidem iterum de hoc, ꝙ utrunque ius humanum uideatur admiſiſſe, exceſſum iuſti precij: dummodo ille exceſſus ſit citerior dimidio eiuſdem, & an quis cōpelli poſſit ad uendēdum rem ſuam, & an poſſit per aliquē imponi preciū rei alienę inuito domino eiuſdē, & quid ad præſides locorum ſpectet in talibus.

Quarta concluſio. Venditor, qui ſcienter ſecundum tenorem primę cōcluſionis recepit exceſſiuum preciū, ſiue ſit ibi exceſſus ultra dimidium, ſiue citra, & hoc ſiue in multo, ſiue in modico, tenetur illum exceſſum reſtituere, ſed differenter. & ibi quando uenditor ſub mortali peccato, & quando ſub uenali ſit ad reſtituendum exceſſum obligatus.

Quinta concluſio. Quamuis quatuor concurrentibus poſſit uenditor etiam ſcienter recipere precium excedens ualorem mercis in magno, uel paruo, tamen quodcunque horum defecerit, non ſolum exactio eiuſdem, ut precij cenſenda eſt ſibi fuiſſe illicita: ſed etiam receptio.

HABITIS prædictis concluſionibus conſequenter reſtat & ponere tres ſequentes diſtinctiones, & 14. dicta, quatenus clareat, quando ꝛcłus aliquis uenditionis, uel emptionis, in quo cōmiſſa eſt deceptio teneat & qñ nō, & ſi tenet, ad quid teneatur decipiēs decepto. & hoc

& hoc principaliter pro foro conſcientiæ. Pro foro autem contentioſo non niſi accęſſoriè: quatenus, ſcilicet aliquis certius de hac re valeat diſſerere: cum de vtroque fuerit inſtitutus.

PRIMA igitur diſtinctio eſt. Contractus, in quibus contingit fieri deceptionem ſunt duplices. Quiēā ſunt ſtricti iuris, de quorum numero eſt contractus mutui. Alij dicuntur contractus bonæ fidei: vt eſt vēditio & emptio: & de hoc ſcilicet, qui ſint bonæ fidei, & qui ſtricti iuris, & cur ſic appellentur, videatur glo. in c. cum venerabilis. de excep. Dimiſſis pronunc contractibus ſtricti iuris, loquamur ſolum de illis, qui ſunt bonę fidei, nec tamen de omnibus illis: ſed ſolum de venditione & emptione: quia de illis eſt ad propoſitum in præſenti tractatu. Et quia ſicut contingit, quòd venditor decipit emptorem, ita econtra: ideo habito quomodo & quàm diuerſimode contingat, quòd venditor decipit emptorem, & quā do talis contractus tenet, & quando non: & ad quid teneatur decipiens decepto, habentur talia proportionabiliter etiam de contractu, in quo emptor decipit venditorem: quamobrem cauſa breuitatis, & ne diſtinctio & deciſiones poſtea ponendæ ponantur intricatè, loquamur gratia exempli ſolum de venditore decipiēte emptorem.

SECVNDA diſtinctio. Quod venditor decipit emptorem, hoc contingit dupliciter. Primò in hoc, ꝙ ei vendit mercem vitioſam, vel morbidam, & de illa deceptione pronunc prætereamus. Alio modo in aliquo alio: puta in hoc, quòd induxit eum ad emendum id, quod alias non erat empturus, vel ſuperuendit ſibi mercem, ſcilicet carius, quàm res valeat, & ſic decipit eum in precio, & de illa deceptione conſequenter extat loquendum in ſequēti diſtinctione, quæ complurimas habet ſubdiſtinctiones, & ſubdiuiſiones, membraque atque caſus.

TERTIA diſtinctio. Si A. vendendo mercē ſuam ipſi B. decipit prædicto modo B. hoc contingit fieri dupliciter: quia aut A. hoc egit ſcienter, aut ignoranter, & ſi ſecundum, tunc deceptio dicitur fieri re ipſa. igitur non a propoſito. Si primum, hoc eſt dupliciter: quia aut A. egit hoc aliquo dolo intercurente, aut ſine dolo. Non eſt enim intelligendum, ꝙ copioſe, ꝙ A. ſcienter, ſeu a propoſito ſuperuendit rem, dicuntur in præſenti materia loquendo eam dolo ſuperuendere, quamuis dici poſſit, ꝙ res ipſa contineat in ſe dolum, etiamſi non a propoſito fierēt per Hoſt. Vnde ſi A. tenēdo forum rerum ſuarum, nō aliquid dicit, vel agit quo modo prouocet B. ad emendum eas, quin B. nihilominus eas fuiſſet empturus, ita ꝙ ſi etiam A. aliquid talo dicat, vel agat, quo aptatur prouocare B. tamen B. nihilominus non illis, ſed alijs ex cauſis permotus fuiſſet illas res empturus, nec etiam A. aliquid dicit, vel agit, quo prouocet, vel alliciat ad emendū eas pluris, quàm valeant, nec alijs aliquis tertius; puta profonetæ tale quid dicit, vel agit, non dicetur A. decipere B. dolo intercurente quantumcunque A. ſciat ſe ſibi ſuperuendere: vtputa ſimpliciter dicit. tanti tibi vēdo eas, ſi placet emere: etiamſi reticeat, vel nō aperiat tale quid, quod ſi aperiret, vel detegeret, alius non tanti emeret, dummodo etiam non poſitiua actione illud occultauerit, ſed tantum priuatiua. Si detur primum, ſcilicet quòd dolus aliquis intercurrat, hoc eſt dupliciter: quia aut illa dolus dat cauſam contractui, aut non, ſed incidit in contractum, tunc autem dicitur dolus dare cauſam contractui, quando B. non fuiſſet empturus eam rem, ſi non fuiſſet dolo inductus ad emendum. vtputa A. dixit B. ꝙ hæc res eſſet vilis ad emendum talem ſegnitudinem, cum tamen falſum ſit, nec B. emiſſet, ſi ſciiſſet eam rem non uſuram ad talem effectum. Tunc autem dicitur dolus incidere in contractu, quando B. quidem fuit alias empturus eam rem, ſed non tanto precio, dolo autem inductus fuit, quòd tanti emit, puta commendabatur ſibi plus, quàm valebat, vel falsè illa gabatur, quòd prius etiam tanti vēdita fuiſſet, vel alij ſibi tantundem dare voluiſſent. Si itaque dolus dat eam ſam contractui, hoc eſt dupliciter: quia vel dat ea cum miſſus eſt ab A. vel ab aliquo tertio tanquam a mediatore habēte ſe per modum profonetę. Si primum hoc eſt dupliciter, quia vel loquimur pro foro cōſcientię, vel pro foro contentioſo. Si verò dolus non dedit cauſam contractui, ſed incidit in contractu, hoc eſt dupliciter, ſcilicet quia vel loquimur pro foro conſcientiæ, vel pro foro contentioſo. Si verò ſolo dolo intercurrente ſicut a proposito & ſcienter, quantum eſt ex parte A. ſit commiſſa deceptio, hoc eſt dupliciter: quia vel B. fuit rem non tantundem valere, & tamen paſſus eſt eam ſic ſibi ſuperuendi. Aut B. ignorauit rem non tantundem valere, & quamuis primum illorum membrorum poſſet conſequenter ſubdiuidi multipliciter, ſecundum quòd illam ſuperuenditionem, quæ ſit B. ſcienti ſibi rem ſuperuendi, contingit fieri vel vltra dimidium iuſti precij, vel non vltra. & ſi non vltra, hoc eſt dupliciter, quia vel ad dimidiam, vel citra, & ſi citra, vel in notabili, vel non notabili. & ſi in non notabili, hoc eſt dupliciter, quia aut egreditur latitudinem iuſti precij, aut non, ſed tantum indiuiſibilitatem eius, ſed non opus in illo membro facere talem ſubdiuiſionem, eo quòd in deſcindendo illud membrum omnia illa pari paſſu ambulabunt quoad hoc, quod eſt contractum talem tenere, & A. non eſſe obligatum ipſi B. ad aliquam reſtitutionē &c. Si autem B. ignorauit rem ſibi ſuperuenſi credens rē tantundem valere: hoc eſt dupliciter, quia vel A. vendidit eam vltra dimidium iuſti precij, aut non vltra, & ſi nō vltra, hoc eſt dupliciter, quia vel ad dimidiam, vel citra, & ſi citra. hoc eſt dupliciter: quia vel in notabili & multo, vel in non notabili, ſed modico, & ſi in modico, hoc eſt dupliciter: quia aut illud egreditur latitudinem iuſti precij, vel non, ſed tantum indiuiſibilitatem iuſti & preciſi precij. Quod ſi A. ſuperuendendo mercem ipſi B. nec dolo vllo intercurrente, nec etiā a propoſito, ſeu ſcienter immo ignoranter decepit B. & ita ex parte A. contingit actiua deceptio tantum re ipſa. hoc eſt dupliciter: quia vel B. etiā ignorauit, ſicut & A. mercem non tantundem valere, aut B. ſciit (licet A. ignouerit) & tamen B. nihilominus emit. Si primum hoc eſt dupliciter: quia uel A. ſuperuendidit ultra dimidium iuſti precij, uel non ultra, & ſi non ultra, hoc iterum eſt dupliciter, & diuide ꝑut, & ſubdiuide eodē mō, ſicut ſupra fuit ſubdiuiſio facta, qñ A. ſcienter ſuperuendidit. Similiter aliud membrū. ſ. q. ignoranter ſe ſuperuendere B. ſciuit rem ſibi ſuperuendi, poſſet etiam eodē modo ſubdiuidi, ſicut quando ñ A. quàm

B. sciuit fieri superuenditionem: sed non est opus: quia qualisconque, seu in quantocunque fiat talis superenditio: omnia pari passu ambulabunt quòd ad hoc, q̃ est contractum tenere, vel non tenere. & A. esse obligatū, vel non obligatum ipsi B. sic scienti sibi superuendi rē. Et possent hæc omnia reduci ad quandam dimembratam figuram, vt amplius res elucesceret. Quæ autem dicentur in sequentibus dictis de uenditore decipiente emptorem, possunt non solùm econtra proportionaliter intelligi in emptore decipiente venditorem &c. sed etiam in alijs contractibus bonæ fidei: ut in locante, conducente, permutante: & sic de aliis. ideo hæc etiam deseruire poterunt ad quintum & septimum tractatus.

PRIMVM dictum. Si A. scienter & etiam dolo per seipsum intercedente & dante causam contractui decepit B. vendendo sibi aliquid: tunc in foro conscientiæ contractus est nullus. & non tenet etiam in fauorem decepti aliquādo: & si deceptus passus est aliquod interesse ex intentione talis contractus: tenetur A. sibi pro illo interesse satisfacere. Prima pars huius dicti probatur sic: quia quando aliquis contractus est in foro conscientiæ validus & tenet: tunc vltro, citroque oritur obligatio: vt patet ex diffinitione contractus habita supra quæstione. 1. 5. Modò in prædicto casu non oritur obligatio ex parte B. in illo foro: & vt ostendam in secunda parte huius dicti etiam aliquando non ex parte A. oritur in eodem foro: igitur prædictus contractus est dicendus nullus. minor pro prima parte probatur: quia nemo incurrit obligationem priuatam, nisi intendat & velit se obligare: & ita consentiat in obligationem: ut vult Scotus in 3. distin. 39. tractando de iuramento doloso. Modò in prædicto casu B. non intendit se obligare: quia qui aliquem actum natum inducere obligationem agit ex tali & tanto errore, quòd si ille error non esset, nullatenus eum actum ageret: talis non intendit etiam contrahere obligationem illam, quam aliàs ille actus natus esset inducere, eo quòd errans tali errore non consentit in actum illum. voluntariè, & per consequens nec in obligationem natam induci per eundem: quia talis error causat inuoluntarium. 3. Eth. sine autem volitione & consensu non contrahitur priuata obligatio, igitur in prædicto casu non obligatur B. ipsi A. ratione prædicti contractus: igitur cōtractus est nullus ex parte B. ita q̃ sana conscientia potest B. nolle stare contractui, & nolle ipsi A. ea facere, quæ aliàs teneretur agere, si contractus teneret. Confirmantur prædicta a simili: quia Rich. in 4. li. di. 38. tractando de votis. art. 1. q. 1 dicit, quòd si quis facit se ordinari sb illo, quem credit ordinem posse conferre, & non potest: virtute credit eum episcopum esse, & nō est: si vouet castitatem: quia credit se recipere sacrum ordinem, quod nisi crederet, castitatem non voueret, talis non consentit absolutè in votum castitatis. Vnde postquam sibi notum est, quòd ille ipsum ordinare nō potuit, non obligatur voto castitatis: sed posset licitè matrimonium contrahere. Hæc ille. Et idem tangitur in glo. in c. vnico. de voto & voti reden. li. 6. in verbo approbatis. Ergo eadē ratione sic erit hic, vbi emptor dolo uenditoris inductus credidit merces eius valere ad talem vel talem effectum: atque ideo emit, aliàs nullatenus empturus, quòd non tenebitur in foro conscientiæ stare contractui, cuius veritas illi causæ defuit. Vt de illa causa videtur tacitè & virtualiter transisse in conditionem. Ideo non exstante illa conditione nō exstat, quod sub ea gestum est.

Secūda pars dicti probatur: quia dato, quòd B. post dolum passum vellet stare contractui: tamen aliquando non teneretur A. stare eidem in illo foro, & hoc in tali casu dabili. Nam stante quòd A. animo suo intēderet se non obligare ipsi B. nisi B. reciprocè equa lance obligaretur sibi: alioquin intendebat equè liber esse ad resiliendum sicut B. Modò B. ex illo contractu & virtute eiusdem non obligabatur ipsi A. igitur tunc nec A. intendebat se virtute illius contractus obligare ipsi B. igitur nec obligabitur A. ipsi B. tenet hæc vltima consequentia: quia nemo obligatione priuatam incurrit, nisi qui intendit, & quomodo intendit eam incurrere, & per consequens si B. qui non obligatur ipsi A. ex illo contractu vellet sua sponte stare contractui: non oporteret propter hoc in illo foro etiam A. eidem stare in casu, quo A. non voluisset plus obligari ipsi B. quàm econtra: ideo sicut non ex vi contractus, sed sponte B. vellet stare contractui: & sic obligaretur se ipsi A. ita etiam non nisi sponte, & non ex vi contractus A. in prædicto casu obligaretur ipsi B. ideo in voluntare A. esset, an etiam sponte vellet stare contractui, sicut in voluntate B. esset. Dixi autem notanter aliquando &c. quia staret, quòd A. intendisset se obligare ipsi B. si B. vellet eidem etiam non ex vi contractus: sed postea, sponte sua stare. Et tunc contractus in illo foro teneret in fauorem decepti. Dixi etiam notanter, in illo foro &c. quia etiam stante prædicto casu teneretur A. stare contractui in fauorem decepti: etiam in conscientia, quando res iam esset deuoluta ad forum contentiosum: & sententia contra eum lata esset de stando in fauorem decepti: quia in conscientia sua tenetur parere iudicis decreto: tunc enim A. obligaretur non priuata obligatione: sed publiciuris. secus autem ante sententiam iudicis.

Tertia pars dicti probatur: quia dās occasionē damni, damnū quoque dedisse videtur. c. si culpa. extra de iniurijs & dam. dat. ergo si damnum dedit, tenetur damnificato ad refusionem damni.

SECVNDVM dictum. In foro contentioso casus præcedentis dicti est secundùm communem opinionem etiam nullus: sed regulariter tenet in fauorem decepti: & si B. est passus aliquod interesse ratione initionis illius contractus: tenetur A. sibi ad illius refusionem. Prima pars probatur per glo. in c. cum dilecti. de cap. & uendi. & per glo. in l. 2. C. de rescin. vendi. & in l. eleganter. ff. de dolo. & per Bartolum in eadem, l. eleganter. vbi inter cætera motiua adducit hoc, scilicet quia dolus dans causam contractui manumissionis reddit illum contractum ipso iure nullum: ut in d. l. eleganter. si ergo contractum ita fauorabilem annullat, multofortius contractum minus fauorabilem. Et dixi secundùm communem opinionem: quia Petrus de Bellapertica tenet contrarium dicens, q̃ dolus dans causam cōtractui nullum ꝺctum annullat ipso facto etiam bonæ fidei: sicut nec stricti iuris (prout ēt aduc stricti de contractu stricti iuris concedunt) & cum illa opinione dicit Panormitanus transisse Ioannem Andreæ in ca. cum dilecti, de emptione & uenditione. Hostiensis de hoc loquens dicit, q̃ contractus est nullus, si deceptus hoc allegare velit, aliàs agere potest ex hoc contractu contra decipientem. ff. de dolo. l. eleganter. Sed si deceptus ignorans tradiderit, repetet actione de dolo. Vnde B. ait processisse uendicio vt firma secuta traditio ut infirmanda. Secunda pars probatur. Quia nullitas, quæ in illo foro inest tali contractui, caulatur in fauorem B. decepti, & non A. decipientis: quia non decipientibus: sed deceptis iura subuenire voluerunt: igitur si B. deceptus renunciet illi fauori, & sic velit stare contractui obligabitur A. stare eidem. alioquin dolosus reportaret commodum de suo dolo, scilicet quia præxtendo li vellet se defendere, quo minus teneretur decepto ex parte contractus sic secum initi. Et si dicas, exquo A. noluit obligari ipsi B. nisi B. reciprocè obligaretur pariter sibi, sicut contingere potest, quæ conditio non extat: quomodo igitur, vel vnde venit, q̃ A. obligabitur B. in fauorem eiusdem, cum nemo contrahat priuatam obligationem (cuiusmodi est obligatio, quæ ex cōtractu oritur, nisi qui consentit in eandem: vt in præcedenti dicto fuit deductum, cuius ratio videtur etiā hic in hoc foro militare, si alibi valuit. Dicendum, q̃ A. virtute iuris communis contrahit illam obligationem standi contractui in illo foro in fauorem decepti: eo quòd ius commune disponit, quòd nullus de suo dolo reportare debeat commodum: igitur ius vult A. esse obligatum ipsi B. si B. velit stare contractui. Modò bene potest aliquis etiam inuitus, vel non consentiens contrahere obligationem intis communis, secus de priuata obligatione. Et ob hoc etiam notanter dicebatur in maiori probationis secundæ partis huius dicti. nullitas, quæ in illo foro inest contractui &c. quia præter nullitatem, quæ in illo foro inest ei, haberet nullitatem etiam in foro conscientiæ, quę eidem ex alia lege, scilicet naturali & ex natura rei conuenit, secundùm quam naturam rei. sicut nullitas inest ei ex parte B. ita staret, q̃ inesset ei ex parte A. ut dictum est: secus autem est de nullitate ei conueniente ex dispositione iuris positiui: quia talem non habet ex parte A. in casu quo B. vult stare contractui. Et in hoc patet ratio diuersitatis huius casus ad præcedentem, seu vnius casus in diuersis foris. Secundò etiam potest eadem secūda pars huius dicti sic probari: quia nisi dolus dedisset causam contractui, teneretur B. deceptus stare contractui in illo foro, ergo quòd nō tenetur in illo foro stare est: quia verè propter dolum, quem passus est, noluerunt ei succurrere. & per consequens cum talis ratio, scilicet doli passio non habeat locum in A. decipiente: quia ille nō est dolum passus, quinimo dolum egit: sequitur, q̃ ei iura nō volunt subuenire: sed potius compellere eum ad standum contractui, inquantum B. vellet stare eidem. Nec eum releuabit dolus intercurrens: quia non eum passus est, sed egit. Dolus autem suo actori patrocinari non debet: licet passo eum iura subuenire disponant.

Tertia pars dicti probatur eodem modo sicut tertia pars præcedentis dicti. Dictum est etiam notanter in secunda parte regulariter loquendo: quia fallit in casu, quo contractus esset a lege prohibitus: vt in glo. in l. a diuo. ff. de ritu nup. quòd etiam Panor. dicit fallere in dolo dante causam contractui in spiritualibus & matrimonio: indigeret latiori examine quàm præsens materia pariatur.

TERTIVM dictū. Si A. scienter & ēt dolo intercedente, non quidē per seipsum: sed eo inscio per aliquē tertium commissō, cuius dolus ēt dedit causam ꝺctui, decepit B. vendendo sibi aliquid: tunc loquendo pro foro cōscientiæ dicendum vt per omnia: sicut dictum est de casu primi dicti, vbi ēt dolus talis fuit per A. cōmissus. Probatur: quia in illo foro rationes, quæ ad ea sum primi dicti sunt posite, equè militant in prīo casu: igitur si alibi, concludunt ēt hic. Antecedens patet applicando eas vtrobique. Nec apparet aliqua esse dispositio iuris humani positiui, quæ in hoc casu pro foro conscientiæ stringat B. ad aliqua, ad quæ non sit aliàs astrictus iure diuino, vel naturali, modo ex diuino vel naturali iure contractus talis non teneat: ut ostendunt rationes vtrobique applicabiles. ergo re nondum deuoluta ad iudicem, nec lata sententia desuper videtur B. esse liber.

QVARTVM dictum. Loquendo pro foro cōtentioso de casu dicti immediate præcedentis contractus tenet: ita tamen, quòd licet B. deceptus teneatur stare contractui: tamen A. tenetur ipsi B. dolum passo intantum, quantum factus est locupletior per huiusmodi contractum & non plus. poterit quoque B. agere ꝑ dolosum mediatorem. Ratio primæ partis dicti est: quia culpa solum suum debet tenere actorem: & ita alienus dolus, scilicet mediatoris non debebit in præiudicium ipsius A. infirmare & annullare contractum, quē A. sine suo dolo iniit, maximè cum ipsi B. si in aliquo grauetur, sit de sufficienti remedio prouisum, quo sui grauaminis refusionem a mediatore valeat obtinere. Nec A. cum fuerit bonæ fidei venditor, tenetur de dolo mediatoris: vt ff. de dolo. l. eleganter. Ratio autem secundæ partis est: quia nemo debet de aliena iactura locupletari.

Tertia pars patet per l. 2. & 3. de professis. ff. de professis. & per d. l. eleganter. Et nota, quòd si non fit soluendo: deceptus habet recursum contra secum contrahentem ꝑm glo. ver. in hoc ipso. & ibi doctores d. l. eleganter, circa prin. Posset tamen esse difficultas hic, an A. sana conscientia posset in foro contentioso asserire gere ipsum B. ad standum contractui, quando sufficienter constaret ipsi A. quòd B. fuisset dolo etiam dantis causam contractui inductus per mediatorem ad contrahendum, ita quòd B. aliàs nullatenus contraxisset quantumcunque certum sit, quòd A. in foro eodem, scilicet contentioso obtineret intentum. Ratio autem difficultandi est: quia videtur ꝑ bonam ꝓcientiā esse, q̃ aliquis suū proximum inuitum velit ad quippiam cōpellere, ad quod constat illū non teneri: sed liberū esse ab eodem. Nā talis vtitur re sibi pro re stā in proximū, vt vt supra, quā cōcessum sit sibi a diuo. Nisi forte dicatur, q̃ non ꝓcise virtute ꝺctus: sed virtute iuris cōmunis dantis ipsi A. facultatem talē cōpellendi B. ad standum ꝺctui, astringat B. ad standum eidem: & hoc fieri potest: quia ius cōe potest aliquem liberum ab aliqua re facere obligatū ad eandem, ēt si inanitus sit. Et certè si iura sic voluerunt disponere ēt in casu, quo constaret ipsi A. q̃ B. dolo mediatoris ēt dante causam contractui inductus fuisset ad contrahendum: nunc cessat difficultas prædicta: sed de hoc transeo.

QVINTVM dictum. Si A. uendédo scienter & a proposito & etiam dolo per se intercuniente, non quidem dante causam contractui: sed incidente in contractu, decepit B. tunc contractus prædictus etiam non curando, an deceperit B. vltra dimidium iusti precij, vel citra: tenet tam pro foro conscientiæ quàm pro foro contentioso, ita ꝙ non est nullus. Ratio autem cur pro foro conscientiæ (de quo minus videretur) teneat, est quia B. in tali casu vere consenserat ad contrahendum quòd ad substantiam contractus: ita ꝙ dolus, quæ pallius est, non induxit eum ad contrahendum: sed solum induxit eum ad talem quantitatem precij dandã: ante enim omnem dolum pallium intendebat B. emere hanc rem: licet non tanto precio, ergo firmum esse debet, in quod liberè & lyncera voluntate: nullo dolo nato causare inuoluntarium occasionatus consensit. Quod enim semel illo modo placuit, amplius displicere non debet, nec vtile debet vitiari per inutile: vt in reg. iur. lib. 6. & per consequens, quod nullo dolo gestum est, non debet infringi propter illud, quod dolo actum est: si enim ab altero separari queat: sicut hic fieri potest: quia firmo remanente contractu remediũ dari potest ipsi B. pro eo quòd dolo ad tantam quantitatem precij expendendum inductus est. Habito ergo, quòd contractus tenet, tenetur in foro conscientiæ: & multo magis in foro contentioso videndum est. quid tamen vel quale remediũ ipsi B. talem dolum passo cõperat in illo, vel alio foro contra A. & hoc tangetur per duo sequentia dicta, quæ sunt accipienda etiam sine distinctione illa, scilicet non curato, an deceptio fuerit vltra dimidium iusti precij, vel citra.

SEXTVM dictum. Loquendo pro foro conscientiæ: tunc in casu præcedentis dicti A. tenetur ipsi B. absolutè ad reducendum contractum ad æquitatem volente id B. sibi fieri: ita inquam absolutè, quòd ab illa tentione non potest A. se liberare volendo inuito B. rescindere contractum, ita quòd inuito B. nõ est in optione A. vtrum horum faciat. Patet: quia A. contra iustitiam commutatiuam grauauit B. non solum scienter & a proposito: sed etiam adhibito dolo, atque ita dolosè, ob quod & dupliciter peccauit: igitur nisi reducat eum ad æquitatem, per tenebit in illa iniustitia cõmutatiua & cõtinuabit eandem. Modò ita peccat iniustus detentor volendo detinere aliquid contra iustitiã commutatiuam: sicut primo acquirendo illud contra eandem. Item abstulit iniustè illud, in quo superaccepit: igitur tenetur illud restituere, nisi B. sibi remittat. Ratio autem secundæ partis est: quia contractus tenet ex parte utriusque: igitur inuito B. non potest A. nelle rescindere contractum, nisi id faciat auctoritate & fauore superioris, vel iuris publici dantis sibi optionem, quod horum faciat. Quod addo: quia dabilis est casus, vbi in foro exteriori prædicta consequentia non tenet, scilicet cõtractus ex parte vtriusque tenet igitur vnus: puta decipiens nõ potest inuito altero, scilicet decepto, rescindere contractum: immo decipiens denique potest, & est in optione sua superacceptũ: puta si nullus dolus etiam incidens cõtractui interueniret, & deceptio esset facta etiam ultra dimidium iusti precij ex parte vendentis, vel infra ex parte emptoris: ut patet in c. cũ dilecti. de empt. & uen. Sed hæc optio competit sine dolo decipienti: quam tamen optionem nõ oportet in foro contentioso, vel etiam conscientiæ competere ei, qui vltra scientiam etiam dolo adhibito incidente contractui decepit proximum. Non enim ita fauore a iure publico prosequendus est dolosus, sicut non dolosus: immo prosequendus est. Sed diceres hic primò: quia videtur, quòd in casu illius sexti dicti stare possit, quòd A. nihil super acceptum restituere teneretur, nec rescindere contractum. Nam secundùm Sco. (ut supra. q. 56. habitum est) nõ paratus rem suam hoc tempore, quo parum valet, vendere: sed statuens eam in aliud tẽpus, quo multum speratur valitura, seruare, potest eã nunc pluris vendere, quàm nunc valeat. Hoc inquam adeo potest, quòd postea nec tenebitur rescindere contractum, nec superacceptum restituere. Ad hoc dicendum, quòd Sco. loquitur in casu, quo A. non inducit nullo dolo: immo nec ullo modo alium ad emendum illo vel alio precio: immo loquitur in casu, quo A. inducitur pernimiam instantiam emptoris, ut sibi vendat, & A. mallet esse supportatus a nenditione nunc temporis. secus autem est in proposito, vbi A. induxit B. etiam dolo adhibito ad emendum excessiuo precio: & ita constat, quòd non disposuerat suam rem seruare in aliud tempus: alioquin non induxisset B. ad emendum: & maximè adhibendo dolum. Si secundò dicas. Videtur, quòd A. possit se liberare a restitutione superacceptí per rescissionem cõtractus: quia stat, quòd A. statuerit apud se, quòd nulli uellet uendere, nisi pro sic excessiuo precio: quamuis non disposuerit, se rem uelle seruare usque in aliud tempus. igitur potest uelle rescindere contractum. tenet consequentia ex dicendis in 1. dicto, ubi decipiens potest sic se liberare a restitutione superacceptí, quæ facultas ei ex illa causa competit: quia stat, ꝙ A. aliàs non minoris voluisset vendere rem suam. Dicendum dupliciter. Primò, quòd illud, quod adducitur ut simile, non est simile: quia est in casu, ubi nullus dolus erat adhibitus: secus igitur hic, ubi dolum adhibuit A. Secundò dicendum, quòd uelle ipsius A. de quo argumentum loquitur, erat inquam ideo illud (saltem dolo adhibito) non suffragabitur ei, quin uolentem B. debebat absolutè sibi restituere superacceptum & non diuertere ad rescissionem contractus.

SEPTIMVM dictum. Loquendo pro foro contentioso: tunc in casu quinti dicti datur ipsi B. actio ex eo contractu contra A. ita quòd etiam si A. non ultra: sed citra dimidium iusti precij etiam in non notabili: puta in vno nummo, ut dicit Hostien. superacceperit, tenetur, & compelletur in illo foro restituere superacceptum. Hoc probatur per l. Iulianus. §. si uenditor. ff. de ac. emp. & uen. & §. idem Iulianus. & per l. si quis affirmauerit. ff. de dolo. Nec in hoc casu habet A. optionem rescindendi contractum, ut sic se liberet a restituendo superacceptum: sicut haberet, si non adhibitus fuisset dolus, saltem quando deceptio esset facta ultra dimidium iusti precij. Consequenter uidendum est de eo, quando uenditor sine dolo decepit emptorem in precio: puta sibi superuendendo mercem. Et dico notanter in precio: quia aliquando decipit eum etiam in quantitate rei. & hoc contingit dupliciter: quia vel res est mobilis. & tunc deceptio fit in pondere, vel mensura, vel est immobilis: ut cum uendit fundum quatuor modiorum, qui est duorum tantum. Sed de illa deceptione

ptione prætermimus, de qua pro foro conscientiæ patuit. q. 54. Pro foro autem exteriori uide Hostien. in ti. de emp. & uen. §. quibus modis & c. & §. qualiter rescindatur. uer. hoc vbi. Consequenter ergo tantum loquamur de deceptione in precio.

OCTAVVM dictum. Si nullo dolo per se, vel aliũ interuenientem: & tamẽ scienter & a proposito A. decepit B. superuendendo sibi mercem: tunc A. peccauit, & hoc vel mortaliter, vel uenialiter secundùm diuersitatem quantitatis excessus precij & intentionis A. in decipiendo, prout patuit in tertia conclusione principali huius quæstionis. & multo magis patet, ꝙ tunc peccauit eodem genere peccati, quando ultra scié tiam etiam dolũ adhibuit, immo staret, ꝙ ubi superuẽditio sine dolo facta fuisset tantum uenialis, ipsa ratione doli adhibiti fieret mortalis: puta si ad hoc ut induceret emptorem ad emendum rem pluris, quàm valeat: falsò iuret rem tantundem valere, vel se prius tanti vẽdidisse: licet superuenditio sit in excessu ita modico, quòd aliàs superuenditio non fuisset nisi venialis: iam enim rationc doli periurio commissi: redditur mortalis. Nunc uidendum est de contractu huius octaui dicti an teneat. & de hoc in sequenti dicto. & ad quid tenentur A. ipsi B. & de hoc in aliis tribus sequentibus dictis.

NONVM dictum. Si A. nullo dolo interueniente: & tamen scienter & a proposito superuendidit mercem ipsi B. contractus pro utroque foro non est nullus immo tenet etiam indistinctè quoad superuenditionẽ: ideſt non curando, an superuendiderit sibi ultra dimidium iusti precij vel non. De foro exteriori patet per ca. cum dilecti. de emp. & uen. ubi hoc in simili, scn de correlatiuo, scilicet de emptione facta infra dimidium iusti precii habetur, quòd talis contractus non est nullus: immo tenet. Ob quod & Papa improbat sententiam iudicis, qui talem contractum censuit ut nullum non tenere. Idem etiam patet per ca. cum causa. eo. ti. Item per glo. in l. in causæ. 2. §. idem Pomponius in precio. ff. de minori. ꝙ si uenditio etiam ultra dimidium iusti precij facta tenet: multo magis non ultra: sed ad dimidium vel citra facta tenebit. De foro conscientiæ patet per rationem positam ad quintum dictum. Vnde si ibi, ubi ultra scientiam etiam dolus incidit, & interuenit, conuincit illa ratio pro foro conscientiæ tenere contractum: multo magis ubi nullus dolus accessit: & ex hac potest sumi ratio communis pro utroque foro: quia ubi etiam dolus incidit in contractum, tenet contractus prædictus: etiam in foro exteriori & conscientiæ: ut patet ex quinto dicto. igitur magis ubi dolus non incidit in contractu.

Sciendum est autem hic, quòd quando fit sermo de nullitate contractus, & de hoc, quod est contractũ nõ tenere, theologi (saltem aliqui habent aliam modum loquendi, quàm domini iurisperiti. Nam Ioannes de Gersona cancellarius Parisien. loquens de contractu, in quo res vltra dimidium iusti precii venditur, vel sub dimidio eiusdem emitur, dicit, quòd talis contractus, uel consensus est lege irritatus: ut patet in tractatu suo de contractibus. & sic prætendit, quasi sit ipso iure nullus, & cassus: & tamen talem modum loquendi nec iurisperiti, nec iura admittunt, quæ dicunt, contractum talem tenere & non esse nullũ, prout etiam ratio quincit, ut ostensum est. Sed in excusationem prædicti Ioannis & sequendum eum dicendum est. quòd per nullitatem ipsi non intelligunt eam, quæ ipso iure & ipso facto inest contractui: sed ad quam, ut inferatur contractui, potest agi: sicut aliqua dicitur excommunicatio late sententiæ, aliqua ferendæ. Illa igitur nullitas, de qua prædictus Ioan. loquitur, seu irritatio est rescissibilitas, ad quam agi potest. non inquam, quòd ad eam possit absolutè: sed sub disiunctione, & tantum alternatiuè agi, scilicet, ut contractus uel rescindatur, uel ad æquitatem reducatur: optione existente apud decepturn horum horum faciat. Et quamuis eius dictum posset saluari etiam de rigore, scilicet loquendo de nullitate simpliciter dicta, quæ est ipso iure, per hoc quòd diceretur, quòd eius dictum habet veritatem, quando dolus dedit causam tali contractui, in quo res sic superuenditur ultra dimidium iusti precij: tamen hæc saluatio non esset ad mentem eius: quia tunc suum dictum æque haberet veritatem, quando quis non ultra dimidium: sed citra decepisset proximum superuendẽdo: quia etiam tunc non tenet contractus, & est nullus si dolus dedit causam contractui: ut patet ex primo dicto. Non ergo illo sed alio & supradicto modo intelligenda & saluanda est prædicti magistri sententia. Vnde & in alio loco, scilicet in regulis moralibus dicit, quòd leges interimant talem contractum &c. quasi præteriret, quòd non esset ipso iure nullus, alioquin diceret interemerunt: sed quia compellunt ad rescindendum eum non absolutè: sed aut ad rescindendum, aut ad reducendum eum ad æquitatem. Vnde dicendo interimunt, supponit, quòd tenent. Non enim potest interimi, nisi quod præsubsistit & tenet, nec rescindi potest, quod non prius fuit consurum, & colligarum, aut quod non tenuit. Præterea prædicti magistri modus loquendi non prorsus est extra rationem ita dicendi. Nã contractum esse nullum: & eum esse irritum, coincidunt. igitur sicut duplex est irritum esse, ita duplex est nullitas. Quod autem irritũ esse sit duplex, patet: quia ratum esse, uel ratitudo contractus est duplex, seu dupliciter contingit contractum esse ratum: etiam adeo, quòd ius ciuile uidetur tãgere duplicem ratitudinem. Quædam enim est ratitudo imperfecta, quo modo omnis ille contractus dicitur ratus, qui tenet: non curato ꝙ possit agi ad eius rescissionem, vel resolutionẽ, siue absolutè, siue sub disiunctione, uel alternatione possit agi, scilicet quòd aut rescindatur, aut reducatur ad æquitatem, & hoc modo uenditio etiam ultra dimidium iusti precii scienter facta est ratus contractus, &, per consequens non est ille modo irritus, uel nullus. Et hæc ratitudo opponitur illi nullitati & irritationi, quæ est irritatio ipso facto, seu quæ est ipso iure nullitas. Alia est ratitudo perfecta, qua contractus aliquis est ratus, ꝙ non solum tenet: sed etiam quòd non potest agi ad eius rescissionem, vel resolutionem: siue absolutè agatur ad illam, siue sub alternatione ad reductionem contractus ad æquitatem: immo & iurisperiti vocant illo modo loquendi, quo dicunt, aliquem contractum tenere tam ipso iure, quàm in effectu. aliqui verò tenere solum ipso iure: sed non in effectu, & sic illum, qui tenet tantum ipso iure, & non in effectu habent pro aliquo modo non rato, sed irrito, uel aliquo modo nullo. Nam aliquo modo non tenere est quædam

nullitas,

nullitas, vel irritatio. Loquendò igitur de illa secunda & perfecta ratitudine, venditio vltra dimidium iusti precij facta non est rata: ergo est illo modo non rata, sed irrita, seu nulla: nullitate, vel irritatione opposita prædictæ perfectæ ratitudini: quia de quo vnum oppositorum verè negatur, de eo alterum verè prædicatur, loquendo de oppositis immediatis. Quod autem talis duplex ratitudo aliquo modo possit fundari in re probatur: quia de illa secunda loquitur Imperator in l. si voluntate. C. de rescindenda vendi. Nam ibi loquens de ratitudine contractuum dicit, q contractus factus non vltra dimidium iusti precij nulla ratione potest esse rescindendus, seu non ratus. Et constat, quòd non vult sequi solum de ratitudine primo modo: quia sic etiam contractus factus vltra dimidium iusti precij est licitus: & tamen factus non vltra dimidium est magis ratus & hoc adeo, quòd ibi cum quadam exaggeratione verborum, quæ denotant maiorem ratitudinem, quàm sit in quibusdam aliis contractibus: dicit, quod nulla ratio patitur, quòd sit rescindendus, vel non sit ratus. & hoc non est nisi quia non potest agi ad eius rescissionem, siue absolutè, siue sub alternatione reductionis ad æqualitatem. Hæc pro aliquali defensione modi loquendi Ioannis de Gersona & aliorum cautelæ, qui se huo modo loquendi forsan conformarent. Sed frustra contenditur de nominibus, quando cõstat de rebus. si igitur constat, Ioannem nõ sic intellexisse, quòd sit ipso facto nullus: quia tunc frustra ageretur ad eius rescissionem, qui non esset prius tanquam tenens firmus & constans, ergo eundem exeusemus: & ramen in modo loquendi iuribus nos conformemus. Tenè enim sententiam, & corrige linguam, inquit Augu. 5. de trin. c. 1. Nunc autem consequenter videndum est, licet cõtractus prædictus teneat, ad quid tamen teneatur A. ipsi B. decepto, & hoc pro vtroque foro, & de hoc in sequentibus tribus dictis.

DECIMVM dictum. Si A. nullo dolo interueniente & tamen scienter & a proposito mercem suam ipsi B. superuendidit, & B. scuit eam sibi superuendi, & libere consensit, atque donare potuit: tunc siue illa superuenditio fuerit facta vltra dimidium iusti precij, siue cetra: non tenebitur A. ipsi B. ad restituendum superacceptum, aut ad rescindendum cõtractum. & hoc habet veritatem pro vtroque foro, dummodo pro foro conscientiæ loquendo ipsi A. constet, q B. sic sciuerit excessum, & libero consensu dederit. & B talis fuerit, qui potuit non solum cum effectu donare tantundem venditori: sed etiam cum virtute: & licitè. & etiã dummodo pro foro contentioso loquendo iudici sufficienter constet de prædicta scientia, voluntate, ac conditione emptoris quò ad facultatem donandi cum effecto. Ratio huius dictiest: quia donationis in nullo foro tenetur restituere donum sibi datum ab eo, qui prædicto modo voluit & potuit cum effecta & virtute sibi donare. Modò in prædicto casu, in supponitur B. donauit ipsi A. illud, quod A. accepit ultra iustum precium, nec potest B. conqueri de dolo vel iniuria: quia scienti, vel volenti non fit iniuria, neque dolus. Dicitur primò notanter, dummodo &c. quia si ipsi A. non constaret de illa scientia B. non posset sua conscientia transire, quin durante illa sua ignorantia teneretur, aut rescindere contractum, aut restituere superacceptum in foro conscientiæ: etiam si citra dimidium superaccepisset, secus si sibi superueniat scientia, de scientia emptoris. Dicitur secundò notanter: qui potuit non solam &c. quia A. teneretur in foro conscientiæ restituere superacceptum, aut rescindere contractum: si B. etiã quem sciuit scire excessum: non potuit donare simpliciter, seu cum effectu, immo etiam si cum effectu potuit donare, ita quòd teneret donatio: non tamen cum virtute & licitè potuit, sed solum illicitè: vepura quia prodiga fuit talis excessiua solutio, tunc dubium esse posset (licet hic nihil diffiniam) si in foro conscientiæ possit creditor retinere a tali prodigo emptore superacceptum: quia regulare videtur, q ubi receptio est illicita: etiam retentio est illicita, ita quòd recipiens debet restituere sic receptum. Constat autem, quòd recipiendo ab eo peccant, vt in quinta conclusione patuit. igitur Angelus etiam in summa huic parti fauere videtur in verbo emptio. §. 7. Et dico notanter, vbi receptio est illicita &c. quia secus est, vbi receptio est licita: licet illud, pro quo recipitur, sit illicitum: ut receptio precij meretricij est licita, non enim peccat recipiendo precium, nec alius dando: cum ibi sit contractus locationis & conductionis: sed peccat in actu, pro quo illa recipit, vt dat. Dicitur tertiò notanter, & etiam dummodo &c. quia si non constaret iudici de illa scientia emptoris, aut si emptor non posuit cum effectu (nõ curando in illo foro de virtute) donare: non esset A. in illo foro liber tam a restitutione, quàm a restitutione superacepti: saltem si vltra dimidium iusti precij fuit acceptum.

VNDECIMVM dictum. Si A. nullo dolo interueniente: & tamen scienter & a proposito superueñdidit mercem ipsi B. ignoranti excessum precij. & sit excessus vltra dimidium iusti precij: tunc A. pro vtroque foro tenetur, aut contractum rescindere, aut superacceptum restituere, seu contractum reducere ad æqualitatem. De foro conscientiæ patuit in quarta cõclusione principali. De foro contentioso patet per iura allegata in nono dicto. Item per c. cum causa. de emp. & per l. 2. C. de rescindenda vendi. & per l. ite. §. quèad modum. ff locati. & in l. scio. ff. de in integrum restitu. Et intelligitur deceptus illud remedium habere, nisi renunciauerit eidem. Optio autem quòd horum fiat: scilicet rescissio contractus, vel reductio eius ad æquitatem est apud decipientem: puta in prædicto casu est apud superuenientem, vt patet in prædictis iuribus. & est hoc verum indubitanter in foro exteriori. Sed in foro conscientiæ videtur hoc fallere, quando A. fuit paratus rem suam pro precio currenti vendere, ita q non omisisset venditionem: etiam si B. non nisi currés precium obtulisset: tunc enim videtur, quòd non sit liberum ipsi A. vtrum prædictorum duorum faciat. Vnde non videtur posse sana cõscientia differre ad rescissionem contractus inito B. quia ex quo contractus ex parte vtriusque tenet, & B. voluit hanc rem emere, & forte sua interest contractum non rescindi: & A. fuisset contentus etiam pro currenti precio vendere, si B. non fuisset deceptus ad vltra dandum: sequitur, quòd A. debet stare contractui absolutè, & superacceptum restituere. Secus autem quando A. ex aliqua iusta causa stat ad rem suam non vendere pro precio tunc currenti: quamuis alias esset paratus eam tunc vendere: tunc

tunc enim æquum est, quòd liberum sit sibi contractum rescindere, aut restituere superacceptum. Quod si quis dicat, quòd etiam in prioti casu debet A. decipiens liber esse in foro conscientiæ, ad rescindendum, vel restituendum &c. eo quòd illam libertatem habet ex publici iuris dispositione. igitur B. conqueri non habet, si inde grauetur: cum hoc vt naturale insit contractui immo generaliter loquendo vendens non est obligatus præcisè ad tradendum: sed ad ipsum tradendum, vel ad soluendum interesse. maximè ergo posset. A. in prædicto casu velle habere optionem, etiam in foro conscientiæ, si ipsi B. patienti interesse ex rescissione vellet satisfacere pro eodem. Dicendum, quòd ius commune dat sibi prædictam optionem pro foro exteriori, non conscientiæ: saltem in casu, quo grauaretur B. nisi A. vellet ipsi B. satisfacere pro grauamine tesi etiam loquendo de grauamine affectionis suę. Nec est verum, quòd generaliter loquendo venditor sit liber simpliciter ad tradendum mercem, vel soluendum interesse, immo si potest tradere, tenetur, & potest sibi auferri manu militari: vt tangetur q. 70. quamuis si non possit: satis sit, quòd soluat interesse. Et nota, quòd illa, quæ dicta sunt in hoc dicto, de hoc. s. quòd B. possit agere contra A. ad reducendum contractum ad æquitatem, vel ad rescindendum eum, intelligendum est, nisi contractus fuisset vallatus iuramento per matorem, & nomine suo de non contraueniendo. Quia si sic: tunc non potest contrauenire: quia illud iuramentum potest seruari sine detrimento saluis eorum, per ea. si verò. de iureiurando. Dixi nomine suo: quia secus si nomine ecclesiæ, vt in ea. peruenit. primo, de iureiurando. Et idem est, si contractus fuit vallatus fide. Si autè per minorem fuisset vallatus, adhuc ille poterit agere prædicto modo ad rescindendum &c. sed non ad restitutionem sui in integrum: quia per iuramentum intelligitur renunciasse beneficio restitutionis in integrum: non prædicto remedio. tamen in foro conscientiæ respondet ex intentione iurantis vsque quo intenderit se obligare, & an vtrique voluerit renunciare.

DVODECIMVM dictum. Si A. nullo dolo interueniẽte, & tamen scienter & a proposito decepit B. superuendendo sibi mercem: non quidem vltra dimidium iusti: sed ad dimidium, vel citra: & hoc in notabili quantitate: & B. ignorauit excessum. tunc licet pro foro contentioso loquendo nõ tenetur A. ad aliquod horum, scilicet nec ad rescindendum contractum: nec ad restituendum superacceptum: tamen pro foro conscientiæ tenetur ad alterum prædictorum duorum. Secunda pars huius dicti patuit in quarta conclusione principali. Et præter ibi dicta & etiam inferius post solutionem duodecimi argumenti dicenda confirmatur hic amplius: quia sicut A. tenetur ad non violandum iustitiam commutatiuam. cum notabili grauamine B. ita tenetur ad non detinendum aliquid contra iustitiã commutatiuã cum notabili grauamine eiusdem. Cum ergo notabiliter grauauerit A. ipsum B. in superaccipiẽdo notabilem excessum. sequitur, quòd nisi restituat superacceptum, vel rescindat contractum, perseuerabit in tali grauamine. Vnde sicut fur non solum peccat actu furripiendo: sed etiam postea nolendo furreptum restituere: ita in proposito. Apud autem quem sit optio patuit in precedenti dicto. Quid autem sit dicendum, quando scieret, sed non nisi in modico superacceptum an teneatur restituere vel non? Et si sic: quia tentione teneatur, & an possit excusari, dando illud pauperibus. patuit in conclusione quarta principali.

Primo verò pars huius dicti patet per glossam primam in l. 1. C. de rescindenda venditio. & per l. in ea ff. 2. §. idem Pompo. sit in precio. ff. de minori. & per glo. in ea. cum dilecti. Et pro illo foro dicitur, quòd licitum est contrahentibus seipsuicem decipere naturaliter, idest sine dolo vsque ad dimidiam. vt dicit glossa prima in l. 2. C. de rescindenda vendi. Et hoc dicunt doctores (vt Hein. Boich. in ea. cum dilecti.) procedere iure non poli: sed fori. Vade in foro poli & conscientiæ etiam si fiat sine dolo, sed tamen sciente: non est licitum decipere etiam si non vltra dimidium fiat: immo nec si citra etiam in modico fiat. Nec tunc hy naturaliter, exponendum est in illo foro sic: idest sine dolo: sed sic idest bona fide, & ex ignorantia. vel idest nata est talis deceptio contingere ex humana ignorãtia, qua ignoratur valor mercis: fallit tamen prima pars huius dicti in minoribus & ecclesijs. deceptis & graviter lesis: quia possunt petere restitutionem in integrum. Ide in fisco, seu camera principis.

TREDECIMVM dictum. Licet quò ad peccare, vel non peccare differant illi casus, in quorum vno A. sciens superuendidit mercem, & alius, in quo ignoranter superuendidit: tamen quò ad obligationem restituendi superacceptum, aut rescindendi contractum in illo, vel alio foro, postquam ipsi A. superuenit scientia illius excessus, nulla est differentia: sed per omnia de A. ignoranter superuendente postquam sibi supervenit scientia, est eodem modo in singulis casibus dicendum, ficut dictũ est de A. quando a principio sciuit excessum, & sic scienter & a proposito superuendidit: dempto vno casu. Prima pars huius dicti patet: quia quando A. ex ignorantia superuendidit, non peccauit. secus autem quando scienter. Secunda pars probatur: quia rationes & probationes atque allegationes positæ ad illos casus, vbi A. scienter vendidit: habent quòd locum in alijs casibus, in quibus cum primum superuenditio esset ex ignorantia facta, postea supervenit scientia: ita quòd illa supervenies scientia facit cessare huiusmodi cum scientia precedente: & hoc quò ad prædicta. scilicet obligationem restituendi superacceptum, vel rescindendi contractum: immo etiam ante aduentum scientiæ post ignorantiam supervenientis ipsi A. fuit habita obligatus ad eadem, quę post aduentum scientiæ est obligatus: licet ante aduentum scientiæ nõ peccet, si omittat facere executionem eiusdem obligationis: quia ignorantia facti eum excusat, nisi esset affectata, vel aliàs culpabilis. Tertia pars scilicet, dempto vno casu, probatur: quia si A. ignoranter & bona fide superuendat, & hoc solum in modico & vili atque nõ notabili: & postea supervenienti sibi scientia illius modici, atque vilis superacceptæ, non est dicendum (saltem indistincte) quòd oporteat ipsum A. illud restituere: etiam loquendo de tentione sub veniali culpa, aut rescindere contractum, aut etiam dare pauperibus, & tamen quando scienter sic superaccepisset, oporteret eũ agere modo expresso in quarta conclusione principali. ergo &c. Assumptum pro prima parte probatur: quia videtur, quòd humana ignorãtia & defectibilitas, quæ multi-

multiplex est, bene possit in re modica & non notabili rationabiliter efficere, quòd quis non contrahat obligationem restituendi illud, quòd est bona fide & in eo contractu superacceptum, qui vtrique est accommodus, & sine quo præsens vita & humana conuersatio transigi sit potest. Vnde præter omnium trium prædictorum concurrentium, scilicet modicitatis ipsius superacepti & ignorantiæ, seu bonæ fidei in accipiendo, atque necessitatis contractuum, videtur, quòd possit ꝺ. illud sic superacceptum retinere, tanquam id, quod B. sibi donauit, vel donasse debuit, sicut ipse in simili contra posset velle sibi donatum esse id, in quo minoris emeret, quàm deberet: si illud esset modicum & vile & ignoranter bonaque fide sic emisset, & tamen hęc suffragia retinendi & libertatis a restituendo non haberent locum in eo, qui scienter superuenderet etiã in modico, quia deberet modo tacto in quarta principali conclusione restituere: non enim hoc meretur scientia, quod ignorantia. Dixi autem notanter in probatione huius tertię partis non indistinctè &c. quia quicquid sit de eo modico, quod est vltra latitudinem iusti precij acceptum (de quo statim infra dicam) saltè posse Scotum tenuit potest, ꝙ non teneatur restituere, quando illud modicum solum vltra indistinctum valorem fuit bona fide superacceptum, eo quòd potest illud prædonato sibi retinere, vt vult Scotus: etiam si posset cõpetere illum excessum. Dixi etiam, postquam est superacceptum &c. quia si superuendidisset rem prædicto modo, sed priusquam imbursaret precium, superueniret sibi scientia, non liceret sibi illud accipere, quin teneatur illud eodem modo restituere: sicut si a principio scienter superuendidisset in tanto. Potest etiam prędicta pia & humana sententia, etiam forte vlque eo extendi, quòd intelligatur non solùm quando illud modicum superacceptum egressum fuit indiuisibilem valorem mercis & precium iustum precium: sed etiam quando egressum fuit latitudinem iusti precij, dummodo in modico & vili æstimatione & bona fide cooperante: quamuis tutius sit restituere, & maximè quãdo egressum fuit (licet modicã) latitudinem prędictã. & etiã ideo tutius: quia facile propter affectionẽ, quã homo habet in causa propria, indicat aliquid esse modicum, quod non est modicum, immo si conscientiam probabilem, vel æquilibrem haber de hoc, ꝙ sit obligatus, & eam deponere non possit, debet restituere, ita ꝙ stante illa conscientia, si nõ restituat, peccat. & hoc sic, vel sic, secundum quòd conscientia ei dictat de obligatione sub veniali, vel grauiori peccato: quia conscientia ædificat ad gehennam, si est de mortali, aut retardat a gloria, si est de veniali, vbi nihilominus ei contrauenitur. Et illa, quæ supertus dicta sunt de venditione pro portionabiliter debent intelligi secundum doctores de aliis contractibus bonæ fidei, in quibus contingit deceptio aliquo prædictorum modorum, cuiusmodi sunt permutatio, locatio, conductio, societas, depositũ & alij. Et quia dictum est sufficienter pro foro conscientiæ, immo etiam aliquid pro foro contentioso accessoriè tantum, quantum theologo sufficit ad certius loquendum pro suo foro de venditione, in qua venditor decepit emptorem in hoc, quòd ex dolo, vel sine dolo superuendidit merces, & sic in precio decepit eum vel induxit eum dolo ad emendum, quod alias omnino non erat emturus: restat & expedit etiam dicere de eo contractu, vbi A. decepit B. in aliquo alio, quam in precio & superuenditione prædicto modo: puta quando decepit eum in hoc, quòd ei vendidit merces vitiosas, vel morbidam. Vnde vltra ea, quæ dicta sunt pro foro conscientiæ desuper in q. 54. conclusione prima, ponendum est hic.

DECIMVMQVARTVM dictum. Si A. vendidit rem morbidam, vel vitiosam vitio latẽti ipsũ B. ignoranti illud vitium, talis contractus in foro contentioso tenet, sed decepto datur actio redhibitoria, si emptor nullatenus emturus fuisset rem propter illud vitium, si sciuisset, & per illam actionem compellet venditorẽ ad restituendum sibi precium redhibita sibi re vitiosa. Si autem denique emisset rem, si sciuisset vitium eius: sed non tanto precio, tunc datur sibi actio dicta quanti minoris, & per illam compellet venditorem ad restituendum hoc, quod in precio accepit vltra id, pro quo de communi foro potuisset talis res fuisse vendita. Vnde si equus morbosus venditus sit, potest emptor actione redhibitoria sibi competentem intentare infra sex menses vules computandos a die traditionis facte, actionem autem quanti minoris infra annum viitem, de illis habetur in ff. sciendum. §. rẽpus. ff. de ædi. edic. Et in re animata: vt in libro etiam locum habet vitis redhibitoria secundum Hostien. in summa, si liber talis sit, quòd potius expediret non habere, quàm habere. Albericus tamen dicit, quòd doctori & etiam professi non conuenit talis actio in libro defectuoso, si de fectus est patens: quia tales sunt experti. secus in scholare. Item licet Hostien. prætendat in fundo pestilenti uenditio non competere redhibitoriam, sed quanti minoris tamen contrarium uidetur uerum: ut patet per Iulianum in fundo. de ædi. edic. ubi dicitur. Etiam in fundo uendito redhibitionem procedere nequaquam incertum est. & glo. in l. 1. eod. dr. Et cum dicitur hic, ꝙ contractus tenet, debet intelligi siue ignoranter, siue scienter uenderit. A. talem rem, etiam si dolus incidisset contractui: dummodo non dedisset causam contractui: quia si dedisset ei causam, contractus non teneret: sed esset nullus, sicut est semper in contractu bonæ fidei. Item quòd dicitur, quòd datur actio, intelligitur, nisi emptor sciens & volẽs emisset sic vitiosam, aut morbidam rem. Nam tunc non solum tenet contractus ipso iure: sed etiam in effectu ita, quòd ipsi emptori non datur actio contra uenditorem ad rescindendum contractum: l. 1. §. si intelligatur. de ædil. edic. Notanter, quòd fiscus non patitur redhibitionem: sed ciuitates & populi sic: sed sola camera Imperatoris vel Papæ dicitur proprię fiscus: inferiores autem non habentes forte priuilegio, consuetudine, uel præscriptione: ut in tracta. Petri de Vral. de successione fisci. in fine dicitur. & glosa in rubri. C. de iure fisci lib. 10. In foro uerò conscientiæ ad quid teneatur uenditor emptori ignoranti uitium, habitum est supra. q. 54. quæ etiam possunt latius patere ex fundamentis naturalis rationis illorum dictorum, quæ posita sunt hic paulò ante pro foro conscientiæ de ea uenditione, in qua B. in aliquo alio decipitur, quàm in uitio rei &c. Et quia quantum hucattinet, satis dictum est de contractibus bonæ fidei, in quibus quis decipitur, restat per duo sequentia dicta modicum dicere de contractibus stricti iuris,

iuris, in quibus quis decipitur, ad quid alter alteri contrahentium, scilicet decipiens decepto teneatur.

PRIMVM dictum. Si deceptio contigit in contractu stricti iuris, & dolus dedit causam contractui, contractus tenet in foro contentioso: sed elidetur ope exceptionis: & tamen in foro conscientiæ videtur talis contractus dicendus nullus, nec tenere: etiam adeo ꝙ aliquando in fauorem decepti non tenet, & si deceptus est passus aliquod interesse, tenetur decipiens decepto ad refusionem eiusdem. Prima pars & secunda patent per l. si quis cum alter. ff. de verborum obligationibus. & C. de pactis. l. cum postea. Ratio autem diuersitatis, quare in foro exteriori contractus bonę fidei non tenet, si dolus dedit causam eidem: & tamen contractus stricti iuris dolo causatus tenet in eodem foro est quia sic voluerunt iura disponere de vno, & non de alio: ideo nimirum, ꝙ nisi B. excipiat contra A. compelletur B. stare contractui stricti iuris, etiam cui dolus dedit causam, non sic in contractu bonæ fidei: licet vtrobique consensus sit nullus, ita quòd ille consensus non sufficeret se solo priuatam obligationem inducere in B. respectu A. Et per hoc patet solutio ad argumentũ Petri de Bellapertica dicentis. Si dolus dans causam contractui bonæ fidei faceret, quòd contractus ille ob id esset nullus ipso facto, eo quòd ille dolus impediret consensum: tunc etiam dolus dans causam contractui stricti iuris faceret illum contractum esse nullum: quia etiam ibi dolus impediret consensum, consequens est falsum. igitur &c. Sed dicendum, quòd bene probaret, si nullitas conueniens contractui bonæ fidei in foro cõzentioso conueniret sibi præcisè ex illa causa, ex qua sibi conuenit in foro conscientię, scilicet ex natura rei. Sed quia præter hoc inest sibi etiam ex dispositione iuris positiui volentis prędictum contractum bonæ fidei esse nullum. & hoc non voluit de contractu stricti iuris, vt supponitur: ideo in illo foro non est ille contractus nullus, sed bene alius: licet in foro conscientiæ vtrque sit nullus propter defectum consensus, ita conuincit argumentum prędicti Petri. Tertia verò & quarta ac quinta partes huius dicti possunt probari eodem modo, quo similes partes sunt probatæ de contractu bonæ fidei in primo dicto superius habito: quia rationes pro foro conscientiæ vtrobique æquè habent locum: vt patet intuenti.

SECVNDVM dictum. Si dolus solum incidit in contractu stricti iuris: tunc in foro contentioso licet contractus teneat: tamen obstat exceptio de dolo, & si per exceptionem vel alio modo consuli non potest, datur decepto actio de dolo, ne moretur in damno. & in foro conscientiæ decipiens tenetur absolutè ad reducendum contractum ad æquitatem: ita inquam absolutè, quòd non est in optione decipientis, quod rescindat contractum, vel reducat eum ad æquitatem. Et ita eodem modo dicendum est in illo foro de deceptione illa in illo contractu: sicut pro eodem foro dictum fuit de deceptione consimili in contractu bonæ fidei: ubi dolus etiam incideret contractui, scilicet in sexto dicto superpositos: quia rationes ibi positæ æquè habet hic locum in eodem foro. & sic secunda pars huius dicti, scilicet de foro conscientię patet. Sed prima pars, scilicet de foro contentioso probatur. C. de inutili. stipul. l. dolo vel metu. & ff. de dolo. l. eleganter. §. ferunt. & l. ferunt. Et idem secundùm Hostien. in contractu facto vt des. ff. de prescript. verbis. l. naturalis. §. quòd si facio. Ex quo autem cõsideranti nonnullos ex iurisperitis vsque eo descendisse, qui dixerunt, quòd ille, qui rem scienter superuendit, & immoderatè accipit, non teneatur etiam pro foro conscientię restituere superacceptum: etiam si contractus posset expugnari per restitutionem in integrum ante contractus rescissionem: immo aliqui videntur voluisse dicere, quòd etiam talis si sit negociator, non peccet: sicut sensit Petrus de Ancha. in regula. peccatum. de re. in. 6. ut refert cũ & alios Franc. de Aretio in cap. cum causa. de testi. fixui adhuc latius & per alia argumenta, quorum aliqua iuris possent videri apparentia, examinare materiæ veritatem: cum etiam nonnulli theologi fuerunt, qui quò ad restitutionem etiam eidem sententiæ faueret pro foro conscientiæ, ut de eis meminit Io. de Gers. vt patuit in corollario tertiæ conclusionis huius quæstionis. Cõtra igitur precedentia dicta & specialiter contra duodecimum & tredecimum

PRIMO arguitur sic. In sequenti casu non tenetur A. restitutionem facere superacepti. & hoc ex duabus rationibus. igitur nec in casibus prædictorum duorum dictorum. Tenet consequentia dupliciter. Primò a simili, eo quòd non videtur ratio diuersitatis. Secundò: quia ratio, cur in casu antecedentis tam formando non teneretur æquè habet locum in casu consequẽtis. igitur. Antecedens patet in tali casu. Si A. esset officialis temporalis, uel annuibilis, nec tamen haberet salarium, & consuetudine permittente pro ministerio suo exigeret, siue extorqueret immoderatè ab his, quibus in officio seruit: tunc enim non teneretur illud sic immoderatè extortum restituere. Probatur dupliciter. Primò: quia Augu. in cap. non sanè. 14. q. 3. dicit, quòd magis reprehendendus esset, qui talia reperet, quàm ipse, qui accipit. igitur prætendit, quòd non conuenit repetitio ei, a quo superaccepti, immo quòd culpabiliter (quia reprehensibiliter) ageret repetendo. Hoc autem non esset, si teneretur restituere. quia si teneretur superacceptum restituere in aliquo foro. igitur superacceptum deberetur alteri in aliquo foro. igitur alteri falsum in aliquo foro competeret ius repetendi. consequentia autem probatur dupliciter. Primò: quia uiderur vbique simile. Nam A. agendo officium locat operas suas, & immoderate extorquendo recipit mercedem immoderatam ab eundem. Modò omnis locans rem suam ad usum, uel personam suam ad operas uirtualiter uendit id, ad quod locat locatum, scilicet uendit usum rei, si rem locat, uel uendit operas suas, si locat personam suam ad operas. igitur A. etiam est in hoc casu uenditor, & tamen est superaccipiens. igitur. Secundò probatur consequentia prędicta: quia ratio, cur Aug. in casu antecedentis vult, quòd a prædicto officiali non sit repetendum superacceptum: immo quod id sit, sibi relinquendum est: quia per tales personas subuenitur multis necessitatibus humanorum adhuc quod fieri non posset, si talia ab eis repeterent. q. d. quamuis illud superacceptum sit turpe lucrum in se consideratum, & quòd malè fecerint, uel faciant sic superaccipiendo & extorquendo ab hominibus, tamen propter communem bonum sit, ut nuspiam agentes non debeant compelli ad restitutionem, aliquin re-

dicta

dem nemo subiret talia officia tam necessaria reipublicæ. Ad propositum modò etiam mercatores & negociatores sunt necessarij & vtiles reipublicæ. ergo ipsi pro bono communi non sunt obligandi ad restitutionem: sed permittendi retinere superacceptum. Nam commercia non solum deseruiunt bono publico simpliciter, sed etiam conseruationi socieatis totius humanigeneris. Vnde lex ad vtilitatem publicam ius tuũ potest transferre in alterum sine tuo consensu, vt in. l. Lucius. de euiction. & plenè in ca. quę in ecclesiarũ. de constitu. & in 1. constitutione. ff. per Bar. Ad hoc dicendum, quòd indubitanter tenendum est, quòd si of ficialis aliquis siue minor, siue minor, sint sic de publico per stipendium salariatus, sine non sit salariatus de publico: sed ab his, quibus seruit, colligere habeat stipendium vltra condignum sibi vel constitutum, vel debitum exigit & accipit sine libero & liberali consensu eorum, a quibus accipit: si est quid notabile, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem. De salariato patet quia Luce 3. dicitur. Estote contenti stipendijs vestris, & neminem concutiatis. Quod & si ad milites dictum sit: tamen ad omnes stipendiatos conducios extendendum intelligitur: quia ratio est eadem. De non salariato autem dicendum, quòd ex quo a subditis, quibus seruit recipere habet salarium: ipse eadẽ ratione debet non vltra condignum accipere ab eisdẽ: quia vterque officialis non minus a parte rei & virtualiter vendit operas suas (si saltem sunt prophanę) quàm locator domus vendit vsum domus suæ. Ideo sicut locator domus superaccipiens notabiliter in lecagio teneretur ad restitutionem: sic etiam in proposito. Nequaquam ergo est intelligendus Augu. illo modo, vt introducitur in argumento: sed loquitur Augusti. ibi de eo officiali, qui non insolenter ideo non prætet consuetudinem, seu debitum vel solitũ recipi exigit ab illis, quibus seruit. Exigit inquam non aliquid vltra condignum, vel aliquid vltra sibi debitum: immo solum recipit sibi debitum: sed tamen quia in exigendo non seruat discretionem, seu debitum modum: utputa cum nimia importunitate exigit: ideo exactio cum illa indiscretione & indiscreta instantia vocatur ab Augu. extorsio. per immoderatam improbitatem facta, & de sic extortis uult, quòd soleant repeti, reperi inquam supple non iure, sed de facto, vt glo. dicit in verbo repeti, & Archidiaconus ibi dicit. Nota, quòd litera nõ dicit, quòd exigant & extorqueant vltra debitum, sed quod sibi debetur extorquent, & petunt cum nimia instantia & importunitate secundum Hugo. quia si extorqueãt vltra debitum, posset repeti, nec reprehenderetur, qui repeteret. Hæc Archid. ibi. Ex quibus patet, quòd incõgruè & prorsus non ad mentem Augustini adducitur prædictum capitulũ, & de sic extortis potest fieri elee mosyna, vt ibidem patet, non ergo subiecta fuerunt restitutioni. Quamuis itaque prædictus tex. Aug. videatur in superficie notabiliter facere pro opinione opposita, tamen mirari quis potest, quòd opinio opposita non cogitauit, quòd nequaquam illa potuit fuisse mens Augustini, aut quòd latuit prædictam opinionẽ, prædicta tamẽ expositio Archidiaconi deinde nec laiorem intellectum verborum inuestigare curauit, cũ tamen prima facie illa verba Augu. videantur insustinibilia in superficie. Alia autem, quæ in eodem argumento tanguntur, non stringunt, scilicet quòd mercatores sunt etiam necessarij reipublicæ sicut officiales prædictis quia non est concessum, quòd officialibus prædictis liceat superaccipere vltra debitum, aut q̃ non sint obligati restituere acceptum vltra debitum. Quod etiam tangit, quòd lex potest auferre uni, & dare alteri, verum est: sed in proposito casu non fecit, vt patebit latius in solutione septimi, noni, & decimi argumentorum.

SECVNDO arguitur contra eadem duo dicta sic. Quia in predicto casu etiam ubi venditor rem scit se per superuendit, dominium totius precij, uel pecuniæ est translatum in mẽditorem de consensu partis. igitur non tenetur restituere. Et multo magis habet hæc ratio locum, quando venditor a principio ignorauit se superuendere rem: tunc enim acquisitio dominij semel facta, est etiam sine peccato. igitur illa acquisitio debet tenere, sicut in simili dicitur de præscriptione bonæ fide facta. Dicendum, dato quòd antecedens sit verum (de quo tamen potest esse dubium, vt postea dicã) tamen consequentia non valet. Nam quilibet mutuatarius efficitur dominus sortis: & tamen teneretur restituere sortem: licet non eandem in individuo. Secundò: quia usurarius secundum opinionem multorum efficitur dominus lucri usurarii, & tamen tenetur restituere illud. Tertiò quia ultra dimidium iusti precij si peracceptum efficitur de dominio venditoris saltem secundum illos aduersarios, & tamen etiam in foro exteriori cogitur restituere, si non velit rescindere contractum. Item in casu, quo minor, uel ecclesia ita læditur, quòd competit sibi restitutio in integrum: cogitur lædens restituere acceptum: etiam si factus fuisset dominus rei restituendæ. Secundò dicẽdum, quòd dubium habet antecedens quòd ad partem superacceptam. Nãdans; ex quo ignorans dat: & si sciret, nullatenus daret, nidetur pon nisi mixta uoluntate dare, & sic error ex quo dat, causat inuoluntarium. igitur non aderit ibi sufficiens consensus ad transferendum dominiũ, proue nonnulli tenent ex simili radice de incremento vsurario, quòd non trãseat in dominium usurarij, eo quòd dans non dat consensu nisi mixto. & etiã quia lex diuina restituit illi acceptioni, ita ut irriter illam acceptionem. ideo nulla fit translatio, ita etiã dicerem in proposito, q̃ amb̃ illæ causæ habent locũ in casu superuẽditionis, quæ in solutione incrementi vsurarij allegantur. Ad illud, quod additur in secundo argumento de præscriptione bonæ fidei; patebit solutio in solutione septimi argumenti.

TERTIO arguitur per auctoritatem Innocentij. in c. quia plerique, de immu. eccles. qui de officialibus tenet illud, quod in primo argumento est tactum, & conformiter textui Augu. ibidem introducto tenet, q̃ uenditor etiam sciens superuendens rem nõ tenetur in foro conscientiæ restituere superacceptum: sed relinquere potest hæredibus. Item eiusdem sententię est Baldus in authen. ad hæc. C. de usu. pe. carra. ubi etiam dicit idem esse in aduocatis & medicis, nimis magna salaria extorquentibus. Item eadem sententia placet Fran. de Aretio in c. cum causa. de testibus. Dicẽdum, quòd Innocentius senfit met oppositum illius, & hoc in ca. in ciuitate. ut enim refert iden Fran. de Aretio in eã. cum causa. de testibus. ubi etiam refert dominum Anton.

Anton. in ca. in ciuitate. & Ioannem Cal. in ca. nauiganti. de vsu. & Abbatem modernum in c. quia plerique. oppositum sentire. Et dato etiam, quòd Innocentius non sensisset ullibi oppositum sui dicti, tamen non sequitur, ipse ita sensit. igitur ita est. Nec in problematicis materijs sunt allegandæ glosse & doctores, vt alibi dixi: sed rationibus & textibus solidis certandum est. Ita enim contra eorum opinionem præter prædictos doctores allegari possunt glosse: & doct. non solum theologiæ: sed iuris dicentes, illicitũ esse superuendere scienter, etiam non vltra dimidium iusti precij, & quòd restituere tenetur: ut Salice. in auctor. ad hæc. de usu. Item in l. semper in conuentionibus. ff. de re. iu. dicit glo. Non congruit honesto viro circumuenire alium infra dimidium iusti precij. Et Bald. in c. cum causam. de empt. & uen. dicit. Non licet in foro conscientiæ partibus se fallere in minori quãtitate quàm dimidia: quia conscientia est bonus iur: sed hoc non conuenit bono uiro, pro quo allegat prædictam glo. Et subdit, quo ergo ibit anima mercatorum? hæc ille. ut eum refert Barba. in c. cum causa. de emp. & uen. Item Io. de Anania non solum censet talem superuenditionem illicitam & superacceptum in foro conscientiæ esse restituendum: sed etiam emptori posse in foro exteriori canonico subueniri saltem officio iudicis, & ad hoc præticam dedit ut eũ Barbatius refert in ca. 10. de empt. & vendi.

QVARTO arguitur. Quia si non maximè: quia sic superuendẽdo turpiter faceret: ut dicunt iuxta. 14. q. 4. quicunque. & 88. di. eijciẽs. & c. 1. de emp. & uen. Sed illa consequentia non valet, turpiter facit, vel turpiter acquirit. igitur tenetur restituere: quia multa sunt turpia lucra, quæ quis non tenetur restituere, vt precij meretricij: & lucrum, quod clericus negociando acquirit. & sic de alijs. aut lucrum, quod quis die festo acquirit laborando in casu, quo hoc non licet. Dicendum, q̃ non præcisè: ideo diximus venditorem teneri ad restitutionem: quia turpiter fecerit. Sed quia sic turpiter facit hoc determinato modo turpis actionis. s. quòd contra iustitiam commutatiuam, quam violauit, egit. ideo in foro conscientię tenetur reducere suum actum ad equalitatem, vel relcindere eundem: aliàs perseueraret in iniustitia commutatiua, & eam continuar. & sic turpis est non tantum in acquirendo: sed etiam in retinendo. secus est in multis alijs turpibus acquisitionibus, vbi non agitur contra iustitiam commutatiuam, vt sunt exempla, de quibus in argumento fit sermo. Nam contra iustitiam commutatiuam nec meretrix agit accipiẽdo consuetũ, vel sine fraude corporis sui locagium, nec scortator dando illud, licet in eo, pro quo illa accipit, & ille dat precium, peccet vterque. Eodem modo dicẽdum de clerico negociante, & alio laborante die festo pro mercede. stat enim illos seruare equalitatem iustitię commutatiuę.

QVINTO arguitur. Quia iurisconsulti in. l. item si precio. §. si. ff. locati. & in. l. in causa. q. § si. ff. de minori. dicunt, naturaliter concessum est, & permittitur contrahentibus se inuicem circumuenire atque circumscribere. Et hoc non videntur dixisse, nisi pro tanto, quòd voluerũt dicere, quòd hoc fuit tolerandum de iure gẽtium, ne impediretur commercia hominum, igitur. Dicendum, si hoc voluerunt iurisconsulti dicere, sicut in argumento prætenditur eos voluisse dicere, tunc intelligendi sunt illud pro suo foro. scilicet contentioso dixisse, ita quòd voluerũt dicere, quòd in eo foro non panictur, nec compelletur venditor superacceptum restituere, si non vltra dimidium iusti precij superaccepit. Sed per hoc nondum habetur, quòd ergo venditor sit liber a restitutione etiam in foro cõscientię. De illo enim ipsi non curauerũt, vel non dispensuerũt quippiã: nec etiam per hoc habetur sufficienter, quòd voluerũt venditorem ita esse factum dominum illius superacceptj, quòd non teneretur restituere in foro conscientię: sed solum quòd in suo foro non posset compelli ad restitutionem. Præterea constat, quòd iurisconsulti, vel leges multas vsuras non solum permiserũt, sed etiam cõcesserunt, vt patet. q. 2. ita quòd non solum concesserunt vsurarium non esse compellendum ad restitutionem, immo dispouerunt enim, qui recepit sub vsuris, compellendum esse ad solutionem earundem, nec tamen ex hoc potest sufficienter inferri. ergo vsurarij poterant in foro conscientię illas retinere, quantucunque imperator esset dominus, qui posset transferre dominia rerum de vno in alium. Et huius ratio est: quia hic resistebat lex diuina, quæ voluit irritam esse translationem factam per illam viam, scilicet mutationis, ita etiam in proposito diceretur in superuenditione facta contra iustitiam commutatiuam, & contra legem diuinam & naturalem. Nam naturalis dictat iustitiam commutatiuam, & diuina dicit, ne quis supergrediatur, vel circũueniat fratrem suum in negocio. Vnde est enim dominus de his omnibus. 1. ad Thessal. 4. Secundò dicendum, quòd nõ oportet admittere, quòd hoc voluerint dicere, quod in argumento assumitur, eos voluisse dicere, vt patet ex dictis alibi sed potius sic, quòd illud est naturale. i. natum contingere, & etiam est naturale naturę corruptę: quia emptor inclinatur ad remissius emendum, & alius ad superuendendum. Narum enim est contingere, quòd decipiantur contrahentes supposita humana ignorantia, & ideo voluerũt nõ dari passim actionem pro quacunque superacceptione, nisi esset vltra dimidium iusti precij.

SEXTO arguitur. Quia quandocunque aliqua lex positiua concordet cum equitate naturali, tunc illa ẽt in foro conscientię est seruanda, vt dicunt docto. in c. 1. de constitu. & in c. quia plerique. de immunitate ecclesiarum. Prædicta autem lex, scilicet quòd licitum est contrahentibus se decipere, est positiua, & concordat cum equitate naturali: quia naturalis equitas ad hoc inclinat, quòd malus bonum (eiusmodi est bonum publicum, cui deseruiunt tam officia, quàm negocia mercatorum) præferatur minori bono, cuiusmodi est priuatum. & per consequens quilibet priuatus debet nolle sibi fieri restitutionem superacceptj non vltra dimidium a venditore, ne volendo illud rehabere, turbẽt rur negotia & mercatorum officia plurimum reipubli ce necessaria & opportuna. Dicendũ, dato quòd maior sit vera, minor negatur propter duo. Primò: quia negãdum est, quòd ius illud positiuum dederit licentiam sese decipiendi etiam citra, nec potuit talem licentiam dare, loquendo saltem de deceptione a proposito & scienter facta, & de licentia simpliciter dicta. Et dico scienter facta. Nam de deceptione ignoranter facta homines non indiguerũt licentia eam faciendi: quia illa

non

non est peccatum, ideo non indigent hominesaliqua excusatione vel licentia faciendi eam. Sed de decceptione scienter &a proposito facta patet, quòd leges non dederũt,immo non potuerũt dare licentiam decipiendi scientem: quia nullus homo etiam imperator, vel Papa potest dare licentiam agendi contra legẽ diuinam prohibentem fraudem & iniustitiam commutatiuam.Et dico loquendo de licentia simpliciter dicta: quia bene verum est, quòd potuisset decisse licentiam secundum quid, hoc est potuisset pro suo foro impunitatem concessisse ei qui scienter (dummodo sine dolo adhibito) decepisset proximum, sicut & dedit. Secundò est prædicta minor negenda ideo: quia non est verum, quòd equitas naturalis habeat, quòd non teneatur in foro conscientię restituere: quia equitas naturalis non habet,ꝙ quis perseueret in iniustitia commutatiua,cũ lex naturalis, cui equitas naturalis non contrariatur, damnet iniustitiam commutatiuam. Et comprobatur: quia equitas naturalis habet, quòd maius bonum præferatur minus bono.Dicẽdum dupliciter. Primò quòd illa præfatio maioris boni minori potest fieri.& per cõsequẽs saluari potest bonum publicum, si pro solo foro exteriori permittatur venditor retinere illud superacceptum,nihilominus eo remanente obligato pro foro conscientię ad restitutionem,tunc enim adhuc satis multi reperientur,qui libenter negociabuntur,& mercantias exercebunt: secus forte quando pro quantulumcunque modico supraccepto viderent se compellendos ad restitutionẽ in illo foro. Sed propter hoc quòd dicitur eis, quòd nihilominus sint pro foro cõscientię obligati ad restitutionem notabilium etiam citra dimidium iusti precij scienter vel ignoranter superacceptorum non turbatur respublica, maximè quando etiam pro illo foro dicimus, vt Scotus loquitur,magnam esse latitudinem iusti precij & non paruam, vel strictam, immo magis saluatur : quia pro bono reipublicę & ad communem vilitatem hominum sunt cõtractus adinuenti. ergo quanto plus homines illo modo contrahunt,quo eorum cõtractus sunt equẽ in vilitatẽ vnius contrahentium sicut alterius,tanto melius stabit respublica. Secundò dicendum, quòd iustitiam commutatiuam scienter violare, aut etiam ignorater saltem notabili quantitate violatam, postea scienter continuare & in ea perseuerare, non est tale quid, quòd pro bono reipublicę oporteat eam sic violanti concedere pro foro conscientię libertatem a reductione communitatiuæ iniquitatis ad æquitatem.Cum enim aduersarij saltem aliqui fateantur illicitam esse talem superacceptionem scienter factam (quicquid sit apud eos de restitutione) & nihil illicitum promoueat rempublicam,nunquam enim malum, vel peccatum profuit, sicut nec bonum vnquam obfuit,sequitur,ꝙ prædicta superacceptio nũ quam fuit prædicto modo priuilegienda, aut ita fauore prosequenda, quòd saltem vitiosè & illicitè superaccipiens liberetur a iure publico, vt non teneatur sic superacceptum in quocunque foro restituere, immo eoipso, quòd sic fiat,teneatur vitiosè superaccipiens,prono catenus & inuitatenus homines ad peccata committenda,sicut in simili dicitur,quòd non valet lex,qua disponitur,quòd præscriptio malæ fidei sit translatitia rum de eo contra quem præscribitur,in præscribentẽ.

SEPTIMO arguitur. Quia qui præscripsit rem alienam non tenetur restituere eandem, non obstante quòd in hac parte damnificatur is, contra quem præscribitur,& tamen quòd illa libertas,vel non obligatio restituendi,seu facultas retinendi contenit præscriben ti,solũ est & oritur ex dispositione & auctoritate cuiusdam iuris positiui taliter se habentis,quòd cum eo concordat equitas naturalis, & quòd id fuerat institutum pro bono publico, ne scilicet fierent lites interminabiles, & turbaretur bonum reipublicę scilicet pax ciuiũ. ergo etiam sic erit in proposito. Et confirmatur : quia quod plus est propter bonũ religionis,admittitur præscriptio rei alienę contra conscientiam ad modum: vt patet per ca. 1. de præscrip.& ibidem notata. Dicendũ, quòd quoad primam partem potest retorqueri contra opinionem contrariam. Nam opinio contraria dicit,ꝙ etiam si scienter superaccipiat,potest retinere,licet peccauerit, vel turpiter egerit superaccipiendo saltem, vt aliqui dicunt. Et ramẽ qui præscribit mala fide scilicet scienter rem alienam ad se trahens & detinens,non solum malè agit. Primò eam rem accipiendo & ad se trahendo: sed etiam postea diu detentã non restituendo, etiam dato, quòd legitimo tempore eam detinuisset. adeo inquam malè agit,quòd non est tutus in foro cõscientię,etiam dato quòd leges voluissent in eum etiam mala fide præscribentem transtulisse talem rem, eo ꝙ canones non assistunt, nec concedunt robur tali translationi, vel legi sic disponenti, quin in foro conscientię teneatur restituere.Inefficax itaque redditur ciuilis lex disponens talem translationẽ fore efficacẽ,& enerua tur a resistentia canonum, quos facię leges non dedignantur imitari.ergo etiam sic erit in proposito, quòd saltem ille, qui scienter superuendit, non erit tutus in conscientia, quin renetur restituere,etiam dato quòd leges voluissent eum esse factum dominum superacceptι : quia supponendum esset, quòd canones non voluissent illas leges habere robur,sic transferendi res,co quòd ille leges nutrirent peccata, sicut in simili dicitur de præscriptione malę fidei. Vnde etiam ex hoc, quòd canones sic disponerunt in præscriptione malę fidei : summitur sufficiens indicium, quòd canones idipsum etiam voluerint seruari in omni lege nutritiua peccati, & sic fauorizante peccatis & iniquis hominibus scienter violantibus iustitiam in his contractibus, qui sunt pro communi vilitate adinuenti. Et quia hęc solutio satis euacuat argumentum, inquantum argumentum nititur procedere de scientes & mala fide superuendẽte: quia dicitur, quòd talis non potest prætextu legum (etiam si illę id voluissent) se tueri a restitutione in foro conscientię: sicut nec præscribens mala fide id potest, consequenter est etiam euacuandum quo ad aliũ venditorem, scilicet qui saltem bona fide superuendidit,& postea comperit se in notabili superuendidisse. Ideo secundò dicendũ, ꝙ non est sisle de præscriptione bonę fidei,& de superuenditione bonę fidei,quia super primo hñr nõ solum leges expresse,ꝙ volunt rem præscriptam esse sic præscribentis,sed etiam ad hoc habẽtur iura canonica idipsum ratificantia, vel saltem legibus non resistentia. & ideo nimirum, quòd talis est liber a restitutione in vtroque foro, etiam scientia quòd res fuerit aliena superueniente post legitimum tempus completum: quia auctoritate eius,qui potest dominia, vel iura rerum transferre,tetinet: nec eius dispositioni obstat

obstat ius canonicum,vel diuinum eneruans virtutem legis ciuilem. Sed non sic habemus legem imperialem, vel canonicam, quæ disponat & velit superuendentem, saltem in notabili,esse liberum pro foro conscientię a restitutione superacceptι: postquàm superuenerit sibi scientia superaccepti : sed illa iura habent se ad hoc tantum negatiuè.ideſt,non dant actionem pro foro contentioso contra eundem ad restituendum: cũ hoc autem stat, ꝙ nihilominus teneatur in foro conscientiæ, pro quo telinquit eum ius canonicum conscientiæ suæ, prout implerisque alijs negocijs & causis fieri solet: ut in matrimonialibus patet.satis igitur admittitur eis, si dicatur, quòd si superuenditioni ignoranter & bona fide factæ accedat præscriptio, vel usucapio, non teneatur in foro conscientiæ restituere post tempus legitimum bona fide completum: sed hic esset ratione, vel virtute præscriptionis,vel vsucapionis:nõ præcisè ratione contractus emptionis vel venditionis, aut presumptæ donationis. Ad confirmationem dicendum, ꝙ ille episcopus, qui laborat ad conuertendum plebem alterius negligentis & admoniti episcopi non mala:sed bona fide & cõscientię intromittit se de his, quæ pertinent ad illum alium episcopum: stante tempus cõpletum requisitum pro præscriptione: quia hoc facit de consensu ecclesiæ vniuersalis & concilij: ut patet ibidem.ideo non bene assumitur in argumento: cũ dicitur, contra conscientiam.

OCTAVO arguitur sic:quia conditor iuris canonici nullã dedit actionem: vel remediũ emptori ad recuperandum superacceptum,nec ordinauit aliquod remedium compulsorium, quo compelleretur venditor ad restituendum illud : si est non vltra dimidium iusti precij superacceptum: conditor autem canonis non omisisset remedium dare tali emptori, si sibi deberetur & restituendum esset superacceptum, nec omisisset ordinare aliquod compulsorium, quo compulsus fuisset venditor ad restituendum superacceptum, alioquin culpabiliter negligisset : non obstando iniquitatibus & delictis. igitur signum est, quòd conditor canonũ censuit, quòd auctoritate legum & imperialium iuriũ (quæ possunt transferre dominia rerum) fuisset dominium illius superacceptæ pecuniæ translatum in venditorem etiam irreperibiliter.Dicendum, cõcessa maiore negetur minor: quia in simili datur instantia. Nam conditor canonum debet pro suo foro etiam exteriori pœnas statuere contra delinquentes sibi subiectos : & tamen constat, quòd preterium multa peccata, de quorum pœnis nihil statuit pro foro exteriori, eo ꝙ non omnia peccata pertinent ad illum forum : etiam si de eis constare posset in illo foro sufficienter: & tamen nihilominus pro foro conscientię sufficienter prouidit de singulis, quomodo in illo foro debent puniri : quia statuit,ꝙ pro quolibet mortali debet septennis pœnitentia imponi,& in c. 1. de emp.& vend.vult,ꝙ non vltra iustum pretium vendatur in hoc,ꝙ disponit,ꝙ mondi sint fideles, ꝙ non carius vendant transeuntibus, quàm in mercato vendere possint.& 30. diertum pœnitentiam imponendam decernit in pane & aqua ei, qui causa lucri mutare præsumpserit iustas mẽsuras : & tñ æquè est iniquitas 5 commutatiuam iustitiam superaciendo in precio.Ita et super aliquibus restitutionibus malè perceptorum potuit licitè omittere dispositionem nihil disponendo, quõ tales essent in exteriori foro compellendi ad restitutionem:& tñ nihilominus sufficienter pro foro conscientię disposuit, ꝙ tales sint compellendi ad restitutionem, & hoc facit ius canoni cum in hoc,ꝙ pro foro conscientię illud dicitur seruandũ,quod ius naturale & diuinũ dictat seruãdũ.Ius aũt naturale & diuinũ dictat, ꝙ nemo debeat alteri facere 5 iustitiam commutatiuam scienter:dicens. Quod tibi fieri non vis, alteri non facias.Item Apostolus, ne quis supergrediatur, vel circunueniat fratrem suum in negocio. Nec distinguit , an ultra dimidium iusti precij, vel citra eum circunueniat, vel supergrediatur, quòd si ignoranter fecerit : æquè dictat, quòd postea superueniente scientia non debeat in illa iniustitia commutatiua perseuerare. Item iniustitiam commutatiuam proximo inferre, est ei malum facere. talis autem non ingredietur domum domini.psal. 17.si est notabile.igitur. Et per idem patet solutio, si arguatur.Lex ciuilis etiam in foro animæ & canonico valet, quando non est improbata a iure canonico. talis autem est prædicta lex ciuilis admittens decceptionem citra dimidium &c. Patet enim, quòd lex canonica acceptando legem diuinam & naturalem improbat prædictam legem, si concessisset talem decceptionem, aut retentionem.

NONO arguitur.Qui superuendit etiam scienter, & tamen non vltra dimidium iusti precii:facit hoc legis auctoritate. igitur non peccat, & si non peccat: multomagis non tenebitur ad restitutionem. Antecedens probatur: quia lex non punit sic superuẽdentem, nec compellit eum ad restitutionem.consequentia autẽ tenet: quia nemo legis auctoritate peccat. Lex enim est iusta:& in dubio præsumitur iusta. nemo autẽ peccat conformando se iustæ legi. Dicendum, antecedens est falsum, si loquatur de lege diuina : quia illa nullibi dedit auctoritatem supergrediendi fratrem suum in negocio scienter. Si autem loquatur de lege ciuili, dicendum dupliciter.Primò dato quòd antecedens esset verum: tamen debet negari consequentia. Nam non sequitur.lex ciuilis concedit licentiam: ucl dat auctoritatem homini hoc faciendi. igitur licitè hoc facit. Nam concessit licentiam, vel dedit auctoritatem vsuras exercẽdi:ut patuit quæstione. 22. & multo minus sequitur,lex ciuilis permittit hoc.igitur est licitũ: quia maius est legem permittere aliquid, quàm auctoritatem: vel licentiam illud faciendi præstare : vel illud vt fiat concedere. Nec est verum, quòd ille, qui facit aliquid lege ciuili : immo etiam canonica pro foro cõtentioso loquente & illud permittente non peccet. sed oporteret addere legem tali concedente : & cum hoc dummodo lex sit iusta, & diuinæ non dissona. Secundò dicendum, quòd antecedens non est verum : quia lex ciuilis non dat auctoritatem,nel licentiam scienter superaccipiendi.immo naturalis philosophus abhorreret hoc admittere:sed statim nominatum diceret id conuoluteam in nomine hñe malitiam ij. ethicorũ. sed hñ verũ est, ꝙ lex ciuilis nõ disponit de pena sic superacipienti infligẽda, nec de remedio eũdem ad restituendum cõpellendi, & sic tantum permittit & dissimulat iuẽ se hñt ad illam superacceptionem.nũ ergo dicetur pstare licẽtiã uel auctoritatẽ eidem. Quod si fortificeť argumentũ dicẽdo,ꝙ saltẽ lex canonica acedit illã sup-

acceptionem. Dicendum, quòd est falsum: sed solùm permittit, & denique non simpliciter: sed pro foro exteriori tantum. ideòst non punit: nec compellit eum ad restitutionem in foro exteriori sic. sed non sequitur. lex canonica non punit aliquid in exteriori foro. igitur homo id faciens non peccat: quia sic multa peccata non essent peccata, super quorum pœnis nihil disponit lex canonica pro foro contentioso.

DECIMO arguitur. lex ciuilis, immo canonica non improbat istum contractum, nec resistit ei. igitur est licitus. Dicendum, quòd lex canonica pro foro contentioso non improbat eũ, nec resistit ei: tamẽ improbat pro foro conscientiæ in hoc, ꝙ pro illo foro improbat omne illud, & resistit omni illi, quod improbatur, & cui resistit lex diuina & naturalis, cuiusmodi est iniustitia commutatiua. Item alius defectus argumenti est: quia non sequitur. lex non resistit ei. igitur assistit ei: vt patet de ſu: nã qui mihi nec est inimicus, nec amicus, non resistit mihi, nec tamen sequitur. igitur assistit mihi. Simili mó falsum est, si dicatur, ꝙ lex ciuilis & canonica approbant illũ cõtractum, vt patuit: sed bene verum est, quòd non improbant eum in foro exteriori: tamen hoc non est eundem positiuè approbare, vel assistere eidem positiuè: sed solùm priuatiuè & negatiuè, ideſt non resistunt eidem. non sunt autem idem affirmatio & negatio, cuiusmodi sunt assistere & non resistere. Nam etiam de chimera verum est dicere, quòd non resistit mihi: nec tamen verum est, quòd assistat mihi.

VNDECIMO arguitur. Si scienter & tamen nõ vltra dimidium iusti precij superuenadens tenetur restituere in foro conscientiæ superacceptum, vel saltem rescindere contractum: hoc esset maximè ex aliquo dictamine legis naturalis & rectæ rationis: quamuis non legis humanæ. sed illud est falsum. igitur. Maior probatur: quia nulla lex positiua ciuilis vel canonica est assignabilis, quæ eum ad hoc astringat: vt patet ex prædictis. Minor probatur: quia nulla recta ratio dictat, immo nec patitur, quòd prædictus contractus veniat vllatenus rescindendus: & tamen si teneretur restituere superacceptum, & nollet: teneretur rescindere contractum. igitur. Assumptum pro prima parte probatur per l. si voluntate. C. de rescindenda venditione. vbi imperator dicit, quòd nec bona fides: nec aliqua ratio patitur, quòd contractus isto casu sit rescindendus. Modo ibi loquitur de contractu, in quo res non vltra dimidium iusti precij venditur, vel in quo non sub dimidio eiusdem emitur. Loquitur etiam ibi de ratitudine illa, quæ opponitur cuicunque rescissibilitati, quo modo il le contractus dicitur ratus: qui non solùm tenet, seu non est nullus: sed qui etiã non est absolutè vel sub disiunctione rescindendus, ita quòd alter contrahentiũ non teneatur ad rescindendum eum: siue absolutè: siue sub disiunctione ad reductionem eius ad æqualitatẽ. Nam loquendo de illa imperfecta ratitudine tantùm, qua aliquis contractus dicitur pro tanto ratus: quia nõ est nullus: sed tenet, & tamen potest tolli ad eius rescissionem: saltem sub disiunctione & alternatione ad reductionem eiusdem ad æqualitatem: hoc est, quòd vel rescindatur, vel reducatur ad æqualitatem: tunc non sunt opus imperatorem cũm tanta exaggeratione rationum & verborum dicere, quòd nulla fides, vel ratio pateretur prædictum cõtractum irritari: seu quin prædictus contractus esset ratus: quia etiam si esset vltra dimidium iusti precij factus: nihilominus esset adhuc ratus illo modo. ideſt teneret, seu non esset nullus: & tamen ille, qui sit non vltra dimidium iusti precij, est aliqua victoria & maiori ratitudine ratus. & illa ratitudo maior vltra eam, quæ est contractum non esse nullum, seu eum tenere: non est nisi eius irrescissibilitas etiam absoluta. igitur imperator vult, quòd cõtrahens nulla ratione teneatur ad rescindendum eum: siue absolutè, siue sub disiunctione ad reducendum eũ ad æqualitatem: & tamen si in foro conscientiæ teneretur ad alterum illorum: iam subesset aliqua ratio eundem irritandi & non ratum habendi saltem sub disiunctione, vt dictum est. Dicendum primò, quòd non est dubium, quin nulla ratio subsit, quo minus ille contractus sit ratus ratitudine prima & imperfecta. ideſt quòd teneat sic, quòd deceptus teneatur contractui stare etiam in vtroque foro: quia non est deceptus in contractu absolutè, eo quòd supponitur, quòd nullus dolus dederit sibi causam contrahendi. Immo nec dolus inciderat sibi in contractu, licet deceptio a proposito interuenerit: ideo quod placuit semel, displicere sibi vltra non debet: sed quia non loquitur tantùm de illa ratitudine: vt probatum est: sed etiam de perfecta ratitudine: ideo. Secundò dicendum, quòd loquendo de secunda & perfecta ratitudine etiam nulla subest ratio eum absolutè non habendi ratum: seu eum absolutè irritandi: aut absolutè rescindendi: & hoc patet ex eadem ratione. Tertiò dicendum, quòd loquendo de prædicta perfecta ratitudine oppolita rescissibilitati non absolutè: sed capiæ cũm disiunctione ad reductionem eius æqualitatem: tunc in foro conscientiæ subest sufficiens ratio: etiam vrgens ad rescindendum eum, vel reducẽdum eum ad æqualitatẽm: vt patet ex prædictis. & si imperator de illa ratitudine & pro illo foro loquatur, neganda est eius assertio, nec oporteret stare eius dictis in hac parte: quia est contra legem naturalem, quòd talis contractus sit illo modo ratus habendus, ideſt quòd scienter superuendens notabiliter (licet citra dimidium iusti precij) non debeat aut satisfacere decepto de superacceptо ab eo: aut rescindere illum contractum, qui sibi tam inæqualis existit, & contra commutatiuam iustitiam secum initus. Nec oportet semper stare dictis legum ciuilium: cùm etiam illæ censuerint vsuras aliquas posse recipi, quas etiam dixerunt optimo iure deberi, & quòd ratio suaserit eas admitti & posse retineri: prout declaratum est quæstione. 12. in nono argumento. Quartò dicendum (quod plus est) quòd si etiam imperator loquendo de ratitudine prædicta, de qua vltimò diximus: vellet etiam pro solo foro contentioso intelligi suum dictum: adhuc si ita crudè intelligatur, non videtur simpliciter verum, quòd nulla ratio patiatur eum irritare, vel non ratum habere, seu rescindere: saltem subdisiunctione prædicta: quia constat, quòd imperator potuisset æquè etiam rationabiliter statuisse, quòd superuendens non vltra dimidium iusti precij: sed ad dimidium, vel paulò minus, quàm ad dimidium teneretur æquè rescindere cõtractum, vel restituere superacceptum. sicut ꝙ superuendẽs in vno denario solùm vltra dimidium iusti precij teneretur,

teneretur, aut rescindere contractum, aut restituere superacceptum: quæ enim ratio esse potest, ꝙ ille qui rẽ valentem tantum decem flor. venditor pro quindecim flor. & uno denario, teneatur rescindere contractũ, aut restituere superacceptum: quæ non æquè etiam posset induci, ꝙ si ille eandem rem venderet pro 15. flor. & non etiam pro 1. denario vltra: etiam teneretur aut rescindere, aut restituere superacceptum. Vnde dicendũ, ꝙ Imperator loquitur suppolita dispositione iuris ciuilis, ut sit sensus, ꝙ nulla lege ciuili cauetur, quòd sit rescindendus.

DVODECIMO arguitur. Quandocunque rationabiliter potest præsumi, ꝙ emptor donauerit venditori eam partem precij, in qua venditor sibi superuẽ didit rem: tunc venditor non tenetur in foro conscientiæ restituere superacceptum. Modò rationabiliter potest præsumi, quòd post conclusionem contractus emptor noluerit donare venditori eam partem, in qua sibi superuendidit. igitur venditor non tenetur restituere. Maior nota. Minor probatur: quia licet cum ad hoc ambo uersentur inter contrahendum & ante conclusionem contractus non præsumatur, quòd intentio ementis sit super id, quod dignum est soluere pro mercẽ si potest eam obtinere pro digno: quia nemo præsumitur iactare suum. l. cum indebito. ff. de proba. tamen postquam prædictus contractus est conclusus & consumatus, vel cum iam cõcludunt eum: potest hoc præsumi, & hoc ex eo fundamento: quia ideo inter contrahendum adinuicem tandiu disputant: puta vendens primum superexibet rem, & postea descendit. emens autem primò diminutè offert precium, & postea auget. quatenus permutuam disputationem & mẽtium suarum atque voluntatum explorationem: tandem (instar agentis & patientis naturalis, ubi non tantum passum patitur: sed etiam agẽs repatitur) quilibet in eam quantitatem descẽdat, quæ utrique finaliter placebit. & sic ex illa declinatione & concursu vtriusque in vnã sententiam. post talem disputationem præsumitur, ꝙ uterque uelit: si alter ab altero in aliquo etiam notabili & scienter, & multo magis in aliquo non notabili etiam scienter superaccipiat, ꝙ uelit sibi illam partem donasse. Et super illa præsumptione uidetur etiam prædicta lex se fundasse. dicit enim, quòd partes ad contractum ipsum ineundum accedunt diuerso animo. vnus ut vilius emat: alter, ut carius vendat. Puta venditor diminuit de precio, quod prius petijt, & emptor auget precium, quod obtulit, quousque conueniant in certam summam, & propter illam causam subiungit ibi Imperator, iniquum esse recedi a contractu, quę verba non possunt aliter exponi, si debent aliquid aptè inferre: nisi quia præsupponunt, ꝙ per illam præuiam mutuam agitationem partes tandem conuenientes, uideantur cõsentire: ut si quis eorum ab altero scienter, siue in notabili, siue in non notabili decipiatur: quòd ęquo animo ferat. & sic emptor præsumitur uenditori donasse a se superacceptum. Dicendum, concessa maiori negatur minor. si saltem intelligatur vniuersaliter, uel necessariò, quasi semper pollet hoc de emptore rationabiliter præsumi: etiam non accedente alia circunstantia expressiore, quàm sit illa, quam argumentum prętendit. Ad probationem dicẽdum, quòd sicut ante contractum & inter contrahendum non præsumitur ipse illius esse mentis, si uenditor scienter sibi in aliquo, & præsertim notabili superuenderet, quòd uellet illud sibi sic scienti illam inęqualitatem donare. Exemplum: sicut rationabiliter possum presumere, ꝙ si quis rem solum decem flor. ualentem vult a uenditore aliquo emere, quòd inter contrahendum, uel ante conclusionem contractus sit illius voluntatis. quòd si uenditor sibi rem in quinque uel quatuor flor. scienter superuenderet: non uellet eidem illos quinque uel quatuor flore. censeri donasse: puta si sibi uenderet pro 15. uel 13. flor. licet neuter excessus sit ultra dimidium iusti precij: sic æquè præsumit, quòd in cõclusione contractus, uel post conclusionem emptor non sit illius mentis, quòd si uenditor sibi scienter superuendiderit in tanto: uelit sibi donasse. Et cum probatur, quòd ideo sit ante conclusionem inter eos mura illa disputatio &c. Dicendum primò, quòd si uenditor scit latitudinem iusti precij, non est sibi licitum rem primò super illam exhibere emptori. probatur: quia aut uenditor est illius propositi, quòd si emptor ex ignorantia illico sic acciperet: uellet sic sibi dare. & tunc est in proposito violandi iustitiam commutatiuã, aut non est in illo proposito, & tunc mentitur dicens, sic dabo, uel simula taliter habens in corde, quàm in ore: sed quãdo exhibet eam intra latitudinem iusti precij, in qua sunt tres gradus, potest eam exhibere in rigido gradu, & uelle in corde conformiter ori sic uendere: si alius sic uelliet accipere. & postea si alius nolit in illo gradu emere: potest descendere ad mediocrem, uel pium & infimum gradum: secus autem de gradu scienter egrediente latitudinem iusti precij. Disputatio ergo illa præuia conclusioni contractus apud uenditorem scientem latitudinem iusti precii non potest licitè ad hoc esse, ut intendat scienter emptorem deducere ad pretium excedens aliquo modo: & maximè notabiliter latitudinem iusti precii. nec illa disputatio est adeo efficax, quòd poterit ex emptore prius non uolente donare: nec habente animum donandi facere, quòd uelit donare: aut habeat animum donandi. Et si dicis. cur ergo in præambulis contractus & inter contrahendum tamdiu disputant: si ęquè in fine contractus & conclusione eiusdem non habet emptor animum donandi sibi aliquid etiam notabile venditori, sicut nec habuit a principio: nam si sic, tunc ęquè in fine non concluderet contractum secum: sicut a principio non noluit concludere & descendere in sententiam venditoris. Dicendum, quòd ideo in præambulis sic disputat emptor cum uenditore sciente præsumpto scire valorem rei: quia emptor ignorans valorem rei timet lædi, & præsertim notabiliter, & inter duas læsiones minus fugitur minor, quàm maior. ideo laborat emptor, ut saltem non notabiliter lædatur. non ergo consentit, ut notabiliter etiam citra dimidium iusti precii lædatur: quia etiam illa, quę est dimidia, uel modicum infra eam, adhuc potest notabilis esse & enormis: ut patet in exemplo præmisso. Nec notabilitas est solum attendenda ex parte quantitatis precii: sed etiam ex parte paruitatis mercis, quæ emitur, quæ si sit parua: tunc etiam parua quantitas superaccepta in precio erit dicenda notabilis. patet ergo ex prędicta circunstantia sola præsumendum non esse de consensu emptoris do. recipiendo notabile

quid scienter superacceptum. Sed si venditor etiam non bene sciat valorem rei, atque ita etiam æquè reciprocè timeat lædi ab emptore: & ideo disputet, ne emptor (quem forte timet scire, uel melius se scire valorem rei) cum lædat: fatendum videtur tunc, quòd si in aliquo non notabili superuendat, possit præsume re de consensu emptoris, quòd consentiat in retentionem superacceptiuel etiam si non consentiret, tamen consentire deberet: sicut in simili casu econtra uellet emptor sibi fieri etiam discreta voluntate, si in aliquo non notabili diminutè cessisset ex ignorantia & bona fide. secus autem ubi venditor scit, & sic contra iustitiam commutatiuam a proposito & scienter superaccipit. ibi enim non est ratio, cur emptor debeat tali venditori consentire, ut retineat: quia in simili (etiam de uoluntate discreta & racionabili loquendo) posset nolle sibi id fieri.

EVACVATIS itaque prędictis. 12. fundamentis prędictorum aduersariorum: possunt adhuc regrediendo pro sententia superius posita in 12. & 13. dictis aliæ rationes induci, & postea iterum quorundam aliorum aduersariorum argumenta cassari. Pro prædicta igitur sententia arguitur. Primò sic. quæro enim ab aduersarijs, qui tam facile presumunt in fine contractus de mente donandi ex parte illius emptoris, qui supergressus est a venditore scienter supergrediente eum etiam in notabili quantitate, quæro inquam, quid essent in sequenti casu dicturi: puta vendis mihi rem pro 10. flore. prout & illud suppono iustum precium esse, & contractus est aliàs talis, quòd est utrique nostrum accommodus & opportunus: sed inter soluendum cum numero tibi illos 10. flor. in pecunia parua: lateret me inscio surripis mihi dimidium florenum: immo solum duos solidos uel unum: quæro inquam ab eis, an ipsi etiam præsumerent animum donandi in me esse, attento maximè quòd venditor tanquam utilis mihi mecum utili contractu contraxit, & profecto dicturos credo eos, quòd sicut si id alio tempore & extra omnem contractum faceres mihi, non præsumeretur, quòd consentirem: ita etiam presumeretur, q ego licet sim iam emptor tuus, & concluserim tecũ contractum mihi accommodum pro precio iusto, non consentiam, q ultra iustum scienter aliquid, maximè si est notabile a me ignorante accipies. nec teneor sic consentire: & tamen esset secus, si inter numerandum ignorantia contingeret per te modicum quid superaccipi: dummodo cum hoc numerato esset talis res, & talis actus, in quo ex natura rei indies & continuo natus esset contingere etiam ex utraque parte talis error: nunc in deficiendo ex parte numerantis precium numeratum: & adeo q emptor ẽt discreta voluntate deberet uelle tale quid sic ignorantcr superacceptum & modi cum remanere apud recipientem: sicut econtra uellet sibi tale fieri, si ex simili ignorãtia ipse inter numerandum minus & hoc in modico solueret: ut sic alter alterius onera portaret, quo ad implet lex Christi. Et dico notanter, & cum hoc numerato esset talis actus, in quo &c. quia de facto numeratio non est talis: ideo etiam de facto non est simile de numeratione & de emptione: quia longè minus natus est contingere error in numeratione, quàm in emptione uel estimatione vsualis valoris rei; quæ tñ estimatio ad emptionem requiritur. Secundò apertè pót confundi opinio aduersariorum per hoc. Nam quæro, si quis nenderet mihi scienter pro 150. flor. rem, quæ solum valeret 100. flor. quo iõ, aut æquitas posset hoc sustinere, q ille non teneretur mihi in foro conscientię: immo in nullo foro restituere 50. flor. & tñ si solum in uno denario ultra. 150. flor. cum nẽdidisset. puta pro flor. 150. & uno denario: ipse mihi reneretur in utroque foro restituere 50. flor. & unum denarium? quid em ille unus denarius in foro conscientiæ facere posset, q. 50. flor. essent in illo foro restituendi, & sine eodem denario superaccepto nõ fuissent mihi restituendi? nunquid ille unus denarius adeo præponderat. 50. flor. ut nisi ille superacceptus restituatur: plus notabiliter grauaret: quàm grauarer, si non esset superacceptus ẽt carendo. 50. flor. Propter quod quero a glo. & a Paulo de Castro & sibi similibus, qui in uerbo humanũ, in l. 2. C. de rescin. uend. dicunt, q si ẽt ultra dimidium iusti precii fiat deceptio, contractus de rigore iuris non esset rescindendus: sed q uenit rescindendus, uel saltem reducendus ad æquitatem est: quia ius ex humanitate & æquitate sic ordinauit. quæro inquam duo. Primò, an ne eadem etiã æquitas & humanitas suadere posset & potuisset, q cõtractus esset rescindendus, uel reducendus &c. ẽt si ad dimidium esset facta deceptio, & non in uno denario ultra? & constat aperte q sic. Secundò quæro, an per prædictam legem adeo sit prouiso facta ex humanitate & æquitate, q prorsus omnis rigor sit sublatus? & constat q non ita: quin adhuc satis: immo ęquè rigidè (dempto uno denario, qui pro nihilo computatur) negatur cum decepto ad dimidium, sicut actum fuisset cũ eo, qui solum in uno denario fuisset ultra dimidium deceptus: si sibi non fuisset (sicut nec alteri) datum prędictum remedium. Nec obstat verbum humanum: quia fateor, q est humanũ, q sic aliqua rigiditas: immo contra iustitiam commutatiuam aperta iniquitas est sublata. sed per hoc non oĩs rigiditas, immo iniquitas extat sublata. nec oĩs humanitas, quæ æquè ẽt impẽdi potuisset, fuit ordinata. nec hoc dico iõ, q prædictã omissionem inculpẽ, aut incusare velim: quia si ẽt idem remedium esset decepto ad dimidium cõcessum: adhuc non esset satis prouisum: quia tunc adhuc illud nõ sufficeret ei, qui minus uno denario, q in dimidio esset deceptum: sed hoc ideo dico, q exquo æquè subfuisset ratio statuendi illud idem ẽt pro foro exteriori in casu deceptionis ad dimidium, uel paulò infra. q ergo saltem illa ratio militabit pro foro conscientię, q saltẽ in illo sic fieri debeat per decipientem: quia prædicta ratio non innititur iustitiæ punitiuæ, quæ est species iustitiæ distributiuæ, in qua fateor illam consequentiã non uolerem eadem ratio, propter quã in uno casu aliquis est taliporta puniẽdus, habet ęquè locum in alio casu: ergo etiam in alio casu est sic puniendus. Sed in iustitia cõmutatiua bñ valet. Modò ad illam reducitur restitutio contra eandem superacceptã.

Tertiò sic. Nam si non in foro conscientiæ: immo in nullo foro tenetur prędictus venditor mihi restituere. si tantum pro 150. flore. nendidit: tunc uidetur idẽ uenditor nimis grauari, quando uendendo pro 150. flor. & uno denario: cogetur non tñ unum illum denarium restituere, sed etiam. 50. flor. uideret eñ uenditori satis

satis esse, q se reduceret ad eum statum, in quo aliàs in nullo foro esset debitor. & hoc esset, quando solum unum denarium restituere: esset enim tunc æqualis conditionis cum alio consimili venditore consimilis rei, quã ille pro 150. flor. uendidisset & non vltra: quia ille alius non tenetur in vllo foro sm aduersarios restituere. igitur nec primus post solutionẽ vnius solius denarii teneretur in ullo foro aliquid restituere: consequens est falsum ẽt pro foro exteriori: quia in illo foro tenetur non solum id, quod transcendit dimidium, sed etiam ipsum dimidium restituere: ut volunt doctores in uerbo. quod deest. l. 2. C. de rescindendo.

Quartò sic. Pono, quòd A. pro mille quingẽtis flor. scienter (sed sine vllo dolo) uendat rem valentem tantum mille. Alius verò, puta D. similem & æqualentẽ rem uendat pro mille & uno flore. scienter: & cum dolo simplici incidente contractui: puta solum dicendo simplici uerbo (licet n falso) prius tanr uendidi, uel valet tantũm: constat, q D. etiam in foro exteriori compellitur restituere illum unum flor. superacceptum, & hoc propter dolum simplicem, & quomodo verisimile est, q illam obligationem restituendi, quam ille simplex dolus sine periurio vllo adhibitus potest efficere: non posset in foro conscientiæ tam grauis læsio, scilicet in quingentis flor. efficere. Vnde dubilis est casus, in quo dolus est tantum uenialis, puta quando simplici uerbo sine periurio in re non notabili mentitur, & sic inducit emptorem ad superemendum in modico: & sic in eo tantum lædit, in quo læsio est uenialis tantum. Alius verò sine dolo in valde grati lædit proximum scienter: & mirabile esset, q primus esset obligatus etiam in foro exteriori, & compelli posset ad restitutionem & non secundus saltem in foro conscientiæ. Profecto hæc ita exorbitant, ut mirari quis possit, quomodo non sentiant tam sensati uiri, quemadmodum contraria tam apertè se quadrant rationi naturali, etiã in solo suo lumine naturali philosophanti, qui si fe legibus ad hoc permotos dicant ciuilibus: constat plenè illis satisfactum esse superius multiplicitèr in argumentorum solutionibus: quibus tamen etiam legibus non ita insistendum esset: etiam si expressè id licere diceret: cum nonnulla alia manifestè contra legẽ diuinam & naturalem concesserint: ut est nõ solum illud, quod de usuris supra deductum est: sed etiam q patribus olim filios occidere tribuerunt (quamuis id hodie sublatum sit) Vnde in l. in suis. ff. de libe. & posthu. inuit textus, q licet eos exheredare, quos occidere licebat, in l. fi. C. de patria potestate. ait textus, quòd patribus, quibus ius uitæ in liberos, necisque potestas olim erat permissa: eripere libertatem hodie non licet. Idem olim in seruis, quos hodie non licet occidere: instituit de his qui sunt sui, uel alieni iuris. §. 1. ut ibi per glo. & doctores, hodie habetur. C. de emenda. ser. lex a bdicatio, quæ græco more ad alienandos liberos vsurpabatur, & aporheon dicebatur, romanis legibus hodie nõ comprobatur, ut dicit textus in l. abdicatio. C. de patestat. & habet hodie pulchrè. C. de emenda. propinq. l. 1. & 2. C. de patribus qui filios distraxerunt. Denique & pro hodie loquendo admittunr & admiserunt tanquam existentem concubinatum licitum inter solutũ & solutam, inter quos matrimonium contrahi posset, ut in toto titulo. ff. & C. de concubinis. & habetur insti. de nup. §. fi. unde in l. ff. de concubinis. §. fidicitur. Cuiscunque ætatis concubinam habere posse palam est, nisi minor. 12. annis sit, & in lautissima dicitur concubinam ex ea prouincia, in qua quis aliquid administrat, habere potest: & tamen concubinatus est lege diuina damnatus, eo quòd mechiæ nomine damnatur omnis extra matrimonialis coitus.

Præterea sicut vagus coitus, ut sit in fornicatione simplici, est de lege naturali: saltem largè capta damnatus & illicitus, eo q est ꝑ bonum prolis, familię & ciuitatis, & ita etiam coitus concubinarius, qui si tum ea, a qua quis est solubilis: licet nõ sit uagus. est etiam sm rectam rationem illicitus & damnandus, eo q est etiã contra bonum prolis &c. atque ita est contra legẽ naturæ: saltẽ largè captam, de quo videatur Scotus in quarto, dist. 26. q. 1. & de acceptionibus legis naturalis in tertio libro. dist. 37. & Richar. in quarto, dist. 35. q. 1. ar. 1. Vnde uterque coitus licet non sit contra naturam generícam, exquo est maris cum fœmina: est tamẽ contra naturam specificam. ideò est diffonus dictamini rectæ rationis.

Item sm leges liberi ex coitu nephario: ut incestuoso procreati non sunt alendi a patribus, ut in aut. ex complexu. in fi. C. de incestis nuptijs. Vnde ait. ex complexu nephario, aut incesto, seu damnato liberi omnis paternæ substantiæ beneficio indigni habeantur: imũ nec a patre alantur: & tamen hoc est contra rectam rationem. Item leges concedunt ea tormenta merito, quæ ẽ uitæ humanæ sunt pernitiosa, ut in toto titulo. C. de spectaculis. & in toto titulo de expensis ludorum. li. 11. & in l. septitia. & l. Imperatores. in fine. ff. de politicatio. & tamẽ illa diuina & naturali lege sunt illicita. Et si dicatur. ea, quæ addueis, sunt ex illis, in quibus ius canonicum resistit legibus: ut de concubinatu patet in c. tanta. qui fi. sint legit. & 32. q. 4. §. his ita. & de liberis in c. cum haberet. de eo qui duxit in matrimonium quam &c. Et de tormentis in c. r. de tormentis. Secus autem est in proposito nostro in superueniditione: quia ibi ius canonicum non resistit. Dicendum, quòd immo illud resistit eidem pro foro conscientiæ: licet non pro foro exteriori, ut patuit in solutione octaui & noni argumentorum.

Præterea, ne aliqui forte nimis innitantur legibus ciuilibus in his rebus, quæ animæ, atque conscientię salutem, quid scilicet licitum sit, uel illicitum, respiciunt.

Notandum est, q S. Augu. (& habetur dist. 9. in can. si ad scripturas.) uult, q si in canone biblię inseritur vna falsa propositio, quæ ibidem vt vera esset assertа: non posset postea sumi validum argumentum ex scriptura sacra ad probandum quãcunque veritatem, eo quòd quæcunque alia propositio ex ea assumeretur ad probandum aliquid, diceret aduersarius, verum est ibi, sicut alibi. Ita contingeret dicti illis, qui ciuilibus legibus nimis inniti uollent. ex eis probando aliquid esse licitum. Nam etiam illis diceret aduersarius: non sequitur, leges hoc ut licitum determinauerunt, igitur est licitum: quia etiam in alijs errauerunt. Oportet ergo in materia peccati & iustitiæ illiciti non ad illas tantum, sed principaliter ad diuinam & naturalem legem atque canonicam ut tollere oculos: ut si leges ciuiles illis omnibus sint.

cõsonæ, nec saltem non dissonæ, tunc rectè eis inniti-mur, si quid concedant, vel mandent agendum, uel ui tandum. Nullatenus ergo propter leges (si quę prædi-ctum contractum tanquam licitum concederent) a su-pradictis conclusionibus recedendum, aut cum aduer sarijs sentiendum videtur: cum pro nostris militent diuina lex & naturalis ratio: nec pro aduersarijs habeã tur, uel textus, uel rationes efficaces, quia eisdem sa-tisfactum sit. Quòd præter superius memorata fun-damenta alius quidam aduersarius etiam quædam tan git, non concludunt, scilicet Babatius in c. 1. de emp-tio. & uen. arguit enim sic. Licitum est contrahenti-bus utilitatem propriam procurare &c. sed non sequi-tur. ergo qualitercunque illud agant licet: sed est fal-lacia a superiore ad inferius, & a propositione ha-bente plures causas veritatis ad alteram determinatè. Quòd idem allegat Baldum in rubrica. C. de usu. di-cente: usilius vendere non est donare, sed est damnosè contrahere. & idem dicit in diuisione, quòd damnosa diuisio non est donatio, sed sibi facit iniustum: profe-cto est contra allegantem: quia si uendens ignoranter rem minoris, quàm valeat, non censetur donare: ergo emptor scienter sic emens non potest illud retinere ut donum, nec apparet quo alio titulo id habeat, in quem uenditor consenserit perfectè, igitur.

Præterea si oportet auctoritati doctorum scholasti-corum satisfacere: profecto idem non satisfacit respon dendo auctoritati sancti Thomæ tenentis etiam id, quod supra defensatum est. Respondendo enim dicit, q standum erit decisioni canonistarum per id, quod habetur. 2 o. dist. c. de libellis. q. d. plus standum est de-cisioni factæ per canonistas aut canones, quàm senten-tię alicuius sancti theologi & doctoris, ut Thomas fuit. Sed profecto dupliciter deficit hæc responsio. Primò: quia quod præsupponit, non est uerum, scili-cet quòd conditor canonum, uel canones nullibi, decide-rint, quòd in foro conscientiæ liceat scienter seinui-cem etiam citra dimidium decipere, aut quòd liceat su pteraccepta scienter retinere in foro conscientiæ: sed de canonibus & eorum conditore solum illa negatiua propositio est uera, quòd nullus canon est editus, qui pro foro exteriori damnet talem contractum, aut compellat in illo foro ad restituendum superacceptũ: sed ex illa negatiua non sequitur illa affirmatiua. ergo in foro conscientiæ licitè sic contrahitur: aut licitè ta-le quid retinetur. huius enim consequentię defectus patuerunt in solutione octaui, noni, & decimi argu-mentorum.

Præterea secũdo deficit: quia differũt canonista & ca nonum conditor, uel canones, supradictum aũt capi-tulum non loquitur de canonistis, sed de conditoribus canonum, & de ipsis canonibus, quãnis ergo canoni-bus & conditoribus eorundem non sint sanctorum do ctorũm dicta vel commentarij præferendi: non tamẽ sequitur ergo canonistarum decisio est præferenda cõ-mentarijs aut determinationibus sanctorum doctorũ: quia canonistę non habent condere canones per suas glossas & lecturas: sed tantum scholastice & magistra-liter explanare. Dato ergo quòd aliqui etiam canoni-stæ dicerent, uel sic licere contrahere, uel saltem licere retinere sic superacceptа, non sequitur. igitur eorum decisio est præferẽ la dictis Thomę, uel similium: quia eorum decisio & sententia in hac parte non fundatur in aliquo canone, ut patuit. Item si glossis iuris certan dum esset & scholasticis doctoribus, ut illi solent, tunc contra prędictum Barbatium retorqueri posset illud, quod glo. dicit in prædicto ca. 1. dist. 20. dicens. Vbi di ctum alicuius sancti iuuatur auctoritate iuris diuini, potius eidem standum existit. Modò sententia sancti Thomæ iuuatur auctoritate legis diuinæ & naturalis: igitur cum nullus canonum decideri pro foro con-scientiæ talia licere & licitè retineri posse. sequitur, q etiam si canonistæ omnes contrarium dicerent: non eis, sed prædictæ sententiæ Thomę & similium innitẽ tium legi diuinæ standum existeret. De ueritate autem prędictæ glosse, & utrum bene probet prædictum suũ intentum per ca. placuit. 36. q. 2. transeo.

Item si in problematica materia glossis iurium est certandum, profecto glo. in ca. hoc iusto 10. q. 2. dicit, q ecclesia non plus iusto vendere debet: non satisfit ci-dem glosse dicendo, quòd hoc uerum sit in ecclesiasti cis personis propter honestatem & conscientiam ma-ximè clericis debitam. Nã si est ecclesiasticis illicitum: hoc est ex lege non humana uel positiua præcisè: sed ex diuina & naturali dictante seruandam esse iustitiã communitatiuam & honestatem, quæ bonum uirum decet. modò laici æquè subsunt legi diuinæ & natura li sicut clerici, quamuis si esset præcisè ex lege parè po sitiua, bene staret, quòd ecclesiastici peccarent superuẽ dendo, ubi laici non peccarent. Ioannes etiam de Fan turijs ibidem sensit idem esse in laicis quod clericis. Concludo igitur, nec cum Petro de Ancona, nec cum Francisco Aretino, nec cum Barbatio aut alijs (si qui sint) inquantum supraposĩtis dictis contradicunt, fore sentiendum, commendandus autem profecto est inter iuris peritos dominus Ioannes de Anania, quem præfa tus Barbatius nocat dominum suum, qui non solùm pro foro conscientiæ dixit illa non licere, & superacce-pta esse restituenda: sed etiam attentauit, si quo mo-do decepto etiam non ultra dimidium &c. posset in foro contentioso succurri saltem officio iudicis, ut ẽi refert idem Barbatius dicens: quòd practicam illam adhibuerit, quòd interrogari deberet talis uenditor, si erat bonus uir & honestus: quia eoipso quòd circunue nerit alium infra dimidium iusti precij, non erat hone stus homo, hæc ille. Et licet Barbatius dicat se contra rium consuluisse contra suum dominum, & multa in troducat, tamẽ maior pars introductionis est plus pro prædicto domino Ioanne, quàm contra eum: saltem quo ad hoc, an liceat sic superuendere, aut superacce-ptum retinere. Et hæc de præsenti materia sufficiunt.

Finit additio.

QVÆSTIO. LVIII.

VTRVM illicitum sit emptori emere merce pro precio deficiente a valore mercis, siue ille defectus sit sub dimidio iusti precij, siue citra, & hoc siue sit ma gnus, siue paruus.

Solutio quæstionis stat in duabus suppositionibus & quinque conclusionibus.

In suppositionibus distinguit, quomodo dupliciter contingat intelligi precium esse deficiens a valore mer cis, & secundus modus subdiuiditur.

Prima

Prima conclusio. Emptori illicitũ est emendo mer-cem velle dare pro merce preciũ, quod ipse credit pro-babiliter, vel deberet credere simpliciter, vel secundũ quid deficere a valore mercis in illa loco & tem pore, quo paratus est eã emere. Et dantur rõnes clausularũ conclusionis, & resoluuntur duo casus tanquam de ri-gore iuitię commutatiuę non illiciti, & ostenditur grauitas peccati eius, q agit sm tenorẽ primę actionis.

Secunda conclusio. Prima conclusio iam de empto-re formata esset etiã vera, si emptor equilibri dubio dubitet precium deficere a valore mercis.

Tertia conclusio. Prima conclusio est vera, siue il-lud precium sic deficiat a valore, quòd sit sub dimidio iusti precij, siue citra, & si citra, siue in multo, siue in pauco.

Quarta conclusio. Emptor, qui scienter secundum tenorem primę conclusionis dedit pro merce precium deficiens a valore mercis, siue ille defectus sit sub dimi dio iusti precij, siue citra, & hoc siue in multo, siue in pauco, tenetur supplere defectum, vel restituere partẽ mercis, sed diuerse. Et ibi de supplendo defectum precij i illo, vel alio foro, & de restitutione minutiarũ.

Quinta conclusio. Quamuis quatuor concurrenti-bus possit sana conscientia emptor etiam scienter dare precium deficiens a valore mercis in magno, vel in paruo, tamen quodcunque horum defecerit, non solũ prætensa oblatio eiusdem vt precij sufficientis censen-da est sibi fuisse illicita, sed etiam ipsa datio precij & re-ceptio totius mercis. Et postea quędam fallentia subiũ-gitur & corollarium quoddam annectitur.

QVÆSTIO. LIX.

VTRVM licitum sit venditori vendere mercem vni pro maiori precio quàm alteri, puta carius venden do ementi ad terminum vel expectationem, quàm ad promptam solutionem.

Solutio quæstionis stat in duabus distinctionibus & quatuor conclusionibus, duobus corollarijs, & triam argumentorum solutionibus, atque quodam documen to in fine & cauda quæstionis annectendo.

In distinctionibus distinguitur quomodo duplicitер contingat aliquem vendere mercem vni pro maio-ri precio, quàm alteri. & ibi de tribus gradibus latitudi nis iusti precij.

Prima conclusio. Venditor non peccat propter hoc, quòd vendit mercem vni pro maiori precio, quàm al-teri, si illa maioritas manet intra latitudinem iusti pre-cij, dummodo credat tam maius quàm minus preciũ esse iustum, probatur dupliciter.

Secunda conclusio. Venditor peccat mortaliter ven dens vni pro maiori precio, quàm alteri, vbi maioritas est extra latitudinem iusti precij, si eam exigit ratione expectationis, seu dilationis precij. Et ibi improbatur modus loquendi aliquorum, qui dicunt, quòd vendi-tor expectando solutionem & ob id exigẽdo eo maius precium vendit tempus.

Tertia conclusio. Si maioritas est extra latitudinem iusti precij, & venditor nullatenus ratione expectatio-nis exigit illam maioritatem, sed ratione interesse sibi prouenientis ex ipsa carentia precij expectandi, siue il-lud inter esse sit damni emergentis, siue sit lucri cessan-tis, venditor non peccat ob hoc, quòd carius vẽdit præ dicto tradendo, dummodo seruentur conditiones, quæ re quirantur ad hoc, quòd mutuanti licitum sit vltra sor-tem mutuatam aliquid exigere ratione interesse dam-ni emergentis, vel lucri cessantis, quæ conditiones fue-runt posite supra quæstione. 30. Probatur quinque ra-tionibus. deinde impugnatur consilium Panor. & post secundum corollarium annectitur quidam casus, qui potest iustificari, etiam si non adsint omnes condi-tiones prædictę, & hoc propter impositam aliquorum malignorum hominum.

Primum corollarium. Ex quo omnes septem condi tiones requiruntur, sequitur, quòd quamuis aliquan-do non tamen semper, vel indistinctè possint excusari illi mercatores, qui carius vẽdendo ad terminũ, quàm ad promptam solutionem, hoc faciant ex sola illa cau-sa: quia scilicet timent se oportere facere expensas & labores in repetendo ab emptore precium expectatum non allegantes aliquod aliud interesse.

Secundum corollarium. Non possunt etiam excusa-ri illi mercatores, qui dicunt, illud plus, in quo carius uendunt, apponere pro susceptione periculi sortis.

Quarta conclusio. Si maioritas egreditur latitudi-nem iusti precij, & uenditor non exigit eam ratione expectationis: nec ratione interesse damni emergen-tis, uel lucri cessantis sibi occasione expectationis, sed alia ratione: potest esse talis ratio, quòd non peccabit. & etiam talis, quòd peccabit. Et ponuntur exempla. Dehinc contra tertiam conclusionem arguiuntur tribus argumentis, quæ & soluuntur.

QVÆSTIO. LX.

VTRVM illicitum sit ab uno emere mercem eã dem precio, quàm consimilem ab alio, ubi merx hinc inde est æqualis. puta emit quis pro 51. ab eo, qui mox tradit mercem, & ab eo, qui post annum, vel duos tradet mercem, emit pro 50. tantum, uel etiam pro 49. uel aliter (& redit in idem) ab illo, cui anticipat solutio nem, emit pro 50. uel 49. & ab alio, cui non anticipat, emit pro 51. uel. 52.

Solutio stat in duabus distinctionibus & quatuor conclusionibus.

In distinctionibus distinguitur, quomodo dupli-citer cõtingat merce emi minori precio ab uno, quàm ab alio, & primus modus subdiuiditur.

Prima conclusio. Emptor non peccat propter hoc, quòd emit minori precio ab uno, quàm ab alio, si illa minoritas manet intra latitudinem iusti precij: dum modo credat tam minus, quàm maius esse iustum.

Secunda conclusio. Emptor peccat mortaliter, de-dendo minus precium ei, cui anticipat solutionem, seu ei qui non mox tradit mercem: ubi illa minoritas est ex tra latitudinem iusti precij, si ipse illud minus dat ratione anticipationis precij. & idem si illud minus dat ratione expectationis mercis: dummodo merx sit talis res, quòd eam expectando dicatur eam mutuare.

Tertia conclusio. Si minoritas precij est extra latitu-dinem iusti precij, & emptor dat illud minus non ra-tione anticipationis precii, nec ratione expectationis mercis: sed ratione sui interesse damni emergentis, uel lucri cessantis sibi ex huiusmodi anticipatione precii:

uel

vel ex ipsa expectatione mercis, siue merx sit res nata mutuari, siue non, emptor nō peccat, dummodo seruētur conditiones ferendæ in eo, qui mutuando vult re sperare aliquid vltra sortem ratione interesse sibi prouenientis ex mutuatione.

Quarta conclusio. Si minoritas egreditur latitudinē iusti precij, & emptor dat illud minus aliqua ratione, alia a rationibus tactis in tribus præcedentibus conclusionibus: tunc illa ratio alia potest esse talis, quòd non peccabit, potest etiā esse talis, quòd peccabit, & ponuntur exempla.

QVÆSTIO. LXI.

VTRVM liceat nunc vendedere mercem pro illa quantitate precij, ad quam peruenit posteriori tempore, si talis merx vsque ad illud tempus retineretur.

Solutio quæstionis stat in duabus suppositionibus & septem conclusionibus.

In suppositionibus distinguitur casus quæstionis in septem casus, & tempus, in quo venditur merx vocatur A. & tempus, in quo merx peruenireț ad aliam quā tūtem precij vocatur B.

Primus casus. Venditor vendit mercem A. & non proposuerat aliàs eam seruare vsque ad B. & vendit pro precio currenti in A. & non pro maiori.

Secundus. venditor vendit in A. & non proposuerat aliàs eam seruare ad B. & vendit pro precio maiori, quàm currat in A.

Tertius. venditor proposuerat eam seruare ad B. quia sperabat se tunc habiturum maius precium, quod curat nunc in A. & tamen vendendō in A. determinat certum precium, quod vult habere pro merce: & hoc non maius quàm nunc currat in A.

Quartus. venditor proposuerat &c. vt prius: & tamē vendendo in A. determinat certum precium, & hoc maius, quàm valeat nunc in A. nō tamē in tāto maius, quin pro B. ad quod erat mercem reseruaturus, verisimiliter sit merx plus valitura, licet quandoque etiam solum tantundem, & quandoque minus valeat.

Quintus. venditor proposuerat &c. vt prius, & tamē vendendo in A. non determinat certum precium in A. sed reliquit pendere ipsum ex valore futuro, ita tamē quòd determinat illud tempus futurum sine vlla diffinitione volendo habere tantum quantum in illa determinatione, scilicet in die B. valebit.

Sextus. venditor proposuerat &c. vt prius, & tamen vendendo in A. non determinat certum precium in A. sed relinquit pendere ipsum ex valore futuro, ita tamē quòd non determinat illud tempus futurum, sed sub disiunctione relinquit ipsum, volens habere tantum, quantum valet in B. vel alio die præcedente vel sequente vno, vel pluribus, & hoc optione illius disiunctionis dierum existente apud emptorem.

Septimus. venditor &c. vt in sexto vsque ibi, & hoc optione &c. vbi ponitur aliter, scilicet optione illius disiunctionis existente apud venditorem.

Prima conclusio. Primus casus est licitus, & quandoque etiam gratiosus.

Secunda conclusio. Secundus casus licet dicatur a Scoto vsurarius, tamen illud eius dictum non est indistinctè intelligendum.

Tertia conclusio. Tertius casus est licitus, immo dupliciter gratiosus.

Quarta conclusio. Quartus casus est licitus.

Quinta conclusio. Quintus casus est licitus.

Sexta conclusio. Sextus casus est licitus.

Septima conclusio. Septimus casus est illicitus, non est tamen de peiore vsurario.

Postea fiunt quinque argumenta, quorum quatuor prima procedunt contra probationem quartę conclusionis, quòd sit inualida & nō ad propositum, & contra etiam casum eiusdem conclusionis probando quòd sit illicitus. & ibidem. S. ratione. in ca. nauiganti. de vsuris. cui probatio innititur, & etiā capitulum in ciuitate diffuse examinantur. Quintum autem vadit contra secundam conclusionem. & consequenter ponitur corollarium, in quo quintuplicitur impugnatur sententia glo. & Panor. super verbo dubitatur, in prædicto cap.

QVÆSTIO. LXII.

VTRVM parato vendere mercem in A. liceat eā vendere pro precio currente in A. non obstante quòd sciat, vel probabiliter credat statim superuenturas multas consimiles merces ad idem forum, propter quarū aduentum probabiliter credit, quòd decrescet precium suę mercis, & emptor si sciret earum aduentum, nō ita cārē emeret. Sub hac quæstione potest comprehendi etiam similis casus. puta aliquis ex ordinatione concepta in consilio eorum, qui præsunt reipublicę scit, quòd frumentum eras minus valebit, quàm hodie, ideo vendidit ignorantibus. & eodem modo respondēdum est ad eum sicut ad præcedentem. Ad quæstionem igitur propositam respondendo tangentur tres modi dicendi. primus & tertius sunt extremales: secundus est medius.

Primus est sancti Thomę, quòd liceat.

Secundus est, quòd duntaxat tunc liceat, quando solus venditor certat de damno vitando, vel quādo vterque certat de lucro consequendo, non autem quando venditor certat de lucro consequendo, & emptor de damno vitando.

Tertius est, quòd siue sic, siue sic certent, non liceat, qui modus probatur, & precedentes duo modi improbantur, atque fundamenta eorundem enarrantur.

QVÆSTIO. LXIII.

VTRVM parato emere mercem in A. liceat eam emere pro precio currenti in A. non obstante q sciat, vel probabiliter credat perijsse, vel statim peritutas multas consimiles merces, propter quarum perditionē probabiliter credit, quòd decrescet precium illius mercis vltra precium currens in A. Hęc quæstio eodē modo resolutur, & proportionabiliter per tres modos dicendi de emēte, sicut prędens de vendēte fuit resoluta.

QVÆSTIO. LXIIII.

VTRVM merces immutatas carius vendere, quam sint empte, sit illicitum.

Solutio quæstionis stat in vna distinctione & duab. conclusionibus.

In

In distinctione ponuntur. 12. modi, quibus contingit mercem mutari.

Prima conclusio. Mercem intrinsecè immutatam carius vendere, quàm est empta, non est illicitum, si est mutata extrinsecè: dummodo illa mutatio sit ad melius, & maioritas precij proportionetur illi mutationi ad melius.

Secunda conclusio. Mercem omnino & simpliciter immutatam tam intrinsecè, quàm extrinsecè carius vēdere, quàm sit empta: si est purè & iustè empta, est illicitum. Deinde soluuntur duo argumenta.

QVÆSTIO. LXV.

VTRVM tempore messis emens blada: vel tempore vindemiarum uina: & ea carius vendens peccet.

Solutio quęstionis stat in una distinctione & quatuor conclusionibus.

Prima conclusio. œconomicè emēs prædicta prædicto tempore non peccat: si postea cum illa carius solēt uendi, carius uendit.

Secunda conclusio. Si emens emerat tantum ea ad reuendendum: tunc adhuc in sex casibus potest excusari.

Tertia conclusio. Casus secundæ conclusionis non sunt liciti, sicut ponuntur: nisi apponatur eis triplex conditio, & quæcunque earum defecerit, eis erūt illiciti. Si autem adsint, erunt liciti. Et ibidem de uiuperabilitate præemptorum, immo præreptorum. Et soluuntur duo argumenta contra tertiam conclusionē possibilia fieri.

Quarta conclusio. Inducens quouis modo caristiā in bladis & similibus: puta impediendo, uel impediri faciendo, uel detinendo naues, uel nautas annonam conducētes: non solum incutrunt pœnam in foro Dei: sed etiam in foro ciuili.

QVAESTIO. LXVI.

VTRVM in sequenti contractu Paulus contrahēdo peccet, & Petrus inducendo eum ad talem contractum etiam peccet. puta Paulus tenetur Petro in termino unius anni dare. c. flore. (forte ex hoc, q Petrus venderat ipsi Paulo aliquam mercem pro 100. & expectauit sibi de precio ad annum.) Petrus postea indigens prompta pecunia petit Paulum sibi nunc dare. 95. & alia quinque uult sibi remittere. De hac quæstione quò ad primam eius partem recitantur tres modi dicendi, quorum duo primi sunt extremales, tertius est medius.

Primus dicit indistinctè, q Paulus peccet, & hęc opinio uidetur fuisse de mente sancti Thomę.

Secundus dicit indistinctè, quòd Paulus nō peccet. & hæc opinio est Ioan. de Ripa ordinis minorum: sed uterque modus dicendi improbatur: & specialiter etiam reprobatur distinctio distinguentium tempus particulare & uniuersale, quam distinctionem faciunt ad hoc: quòd consequenter dicunt licitum esse uendere tempus particulare: non autem vendere tempus uniuersale.

Tertius modus in uno casu condemnat Paulum, in alio saluat eum, obseruatis tamen quibusdam conditionibus & ibidem improbantur illi, qui dictum sancti Tho. ad illum tertium modum dicendi limitare nituntur. Tangitur quoque quædam insufficientia illius tertii modi dicendi quò ad casum, quem iustificat. Et eodem modo possent de secunda parte quæstionis recitati tres modi dicendi.

QVAESTIO. LXVII.

VTRVM in sequenti casu Ioannes emendo peccet, & Petrus eum inducendo ad illam emptionem & peccet. puta. Paulus tenetur in termino unius anni dare Petro 100. flo. Petrus indigens prompta pecunia petit Ioannem, ut emat illud debitum ab eo pro 95. promptis.

Ad primam partem quęstionis ponuntur quatuor modi dicendi, quorum duo sunt extremales, tertius & quartus sunt medij.

Primus indistinctè damnat contractum Ioannis.

Secundus indistinctè saluat eundem: sed ambo impugnantur multipliciter.

Tertius, qui supponit ibi esse mutuationem ex parte Ioannis, in uno casu saluat contractum Ioannis, & in alio damnat eundem.

Quartus etiam in uno casu saluat & in alio damnat eundē: sed aliter quàm tertius modus. & examinatur, an contractus Ioannis possit conferi esse pura emptio, ita quòd nulla esset admixta mutuatio ex parte eius, & fit etiam remissio huius negocij ad dicenda in quæstione. 80. Quod si etiam teneatur tertius modus dicendi adhuc ponuntur duo puncta, in quorum primo contractus Ioannis est saluabilis præter eum casum, in quo tertius modus eum saluauit: & ibidem tractatur summariè aliquid de cessionibus.

QVAESTIO. LXVIII.

VTRVM in sequenti casu quilibet contrahētiū peccet. puta Petrus pannifex vendidit Paulo pannifissori uulgariter gewandschnider. 10. pannos pro 500. flor. ad terminum vnius anni sibi dandis, uenit quidā tertius ex transuerso, scilicet Ioannes indigens prompta pecunia: & rogat Paulum, ut nunc sibi tradat. 400. & 50. flor. ob quod ipse se offert ad soluendum Petro loco Pauli quingentos in fine anni prædicti.

Solutio. q. stat in tribus conclusionibus.

Prima conclusio. Petrus in suo contractu accepto, ut in titulo ponitur, non peccat.

Secunda conclusio. Paulus aliquando peccat in suo contractu cum Ioanne facto, aliquando non peccat.

Tertia conclusio. Ioannes in suo contractu cum Paulo aliquando peccat: aliquando non. Et impugnatur modus dicendi Laur. de Ridolfis.

QVAESTIO. LXIX.

VTRVM uenditori liceat uendere aliquid usurarijs. Et similiter, an emptori licet aliquid emere ab eisdem, & specialiter pignora, quę ex lapsu temporis peruenerunt ad eos ratione usuræ eis non solutæ a pignorante ea.

Ad primam partem quæstionis respondetur per quatuor

quatuor suppositiones & duos modos dicendi.

In suppositionibus distinguitur de duplicibus usurariis, vbi & secundum membrum subdiuiditur: De hinc recitatur etiam problema de hoc, an usurarius acquirat dominium rei, quam per usuram acquirit, uel non. & qui doctores illam, uel aliam partem problematis teneant. Posthac ponitur primus modus dicendi, qui supponit, q̃ usurarius nõ habeat dominium rei usurariæ, & illo pro uero supposito possunt poni quatuor conclusiones.

Prima conclusio. Venditori non licet aliquid uendere usurario nihil habenti: nisi quod per peccatum usurę acquisiuit, excepto uno casu.

Secunda conclusio. Venditori non licet aliquid uendere usurario etiam habenti aliqua bona legitimè quæsita præter usuraria bona, si illud idem precium in numero, quod usurarius dat uenditori, est usurarium, excepto uno casu. Et ibi de fure dante eleemosynam de pecunia furtiua.

Tertia conclusio. Venditori licet aliquid uendere usurario habenti bona aliqua legitimè quæsita, si illud precium, uel numisma, quod soluitur sibi, sit legitimè quæsitum: dummodo illud numisma aliàs non requiratur pro restitutione usurarum eius.

Quarta conclusio. Si usurarius habeat aliqua bona legitimè quæsita: & illud precium vel numisma sit legitimè quęsitum, quod soluitur pro merce: attamen sit requisitum aliàs pro restitutione usurarum, tunc in aliquo casu non licet venditori aliquid ei uendere, in aliquo verò licet. Postea ponuntur tria corollaria cõtra recipientes dona ab usurariis: immo etiam contra recipientes mercedem quæcũdam etiam licitarum operarum ab eisdem.

Secundus modus dicendi supponit, q̃ usurarius habeat dominium rei per usuram quęsitæ, quo pro uero supposito poni possunt tres conclusiones.

Prima conclusio. Siue usurarius nihil habeat præter acquisita per usuram, siue habeat aliqua legitimè quæsita: & hoc siue illa eadem det pro precio, siue alia & etiam siue illa fuit requisita pro restitutione usurarum siue non: licitum est uenditori aliquid eidem vẽdere, si per illam uenditionem non redditur usurarius impotens ad restitutionem usurarum.

Secunda conclusio. Si per huiusmodi venditionem prædictus usurarius qualiacunque bona habeat, redditur impotens restituere suo creditori in toto uel in parte: peccat uenditor eidem quid uendendo: si illam impossibilitatem conijcit, vel conijcere deberet.

Tertia conclusio. Sicut dictum, est de contractu uẽditionis: sic simili modo sentiendum est de quocũque alio contractu, uel commutatione, siue gratuita, siue non, si per eam reddatur impotens restituere.

Ad secundã partem quæstionis ẽt ponuntur proportionabiliter duo modi dicendi sicut ad primam. Postea formantur sex argumenta contra primam conclusionẽ primi modi dicendi, & soluuntur, & ibi multa de commertijs cum Iudeis usurarijs, & de decimis ab eis requirendis.

QVÆSTIO. LXX.

VTRVM aliquis possit uendere rem alienam.

Solutio. q. stat in una distinctione, 9. cõclusionibus, quinque notabilibus, & aliquib. corollarijs, & de causa cur illa quæstio moueatur hic.

In distinctionibus autem distinguitur de posse facti & iuris, & de duplici posse iuris.

Prima conclusio. Aliquis potest de facto vendere rem alienam.

Secunda conclusio. Aliquis rem alienam, & quam uendens scit alienam vendere potest de iure. Et dantur rationes adiectionis quarundam clausularum conclusionis.

Tertia conclusio. Quod quamuis venditio rei alienæ teneat de iure sic, quòd talis venditor, quantum est de natura contractus venditionis, cogatur ad illa duo sub disiunctione, scilicet ad tradendum mercem, uel ad soluendum interesse emptori & principaliter & primò teneatur ad primum, si habet mercem, & sic tradere potest saltem de facto: a quo tamen, si non, potest de facto tradere, liberatur faciendo secundum: tamen si constaret iudici, rem illam esse alienam; non liceret ei cogere uenditorem ad tradendum illam rem emptori: etiamsi venditor de facto posset eam tradere. puta si eam domi haberet: sed tantum liceret sibi eum cogere ad soluendum interesse emptori.

Quarta conclusio. Secunda conclusio est uera, non solum in re aliena, non furtiua (puta: quia uendens eã non est furatus eam, nec alius quispiam: sed est apud uendentem ex commodato, uel consimili modo, uel nullo modo est apud eum: immo est apud dominum) sed etiam est uera in re furtiua: dummodo solus uẽditor eam sciat furtiuam sic, q̃ emptor ignoret. secus ubi res est furtiua, & utrique scit.

Quinta conclusio. Secunda conclusio est etiam uera, si non solus vendens: sed etiam emens sciat mercem esse alienam, dummodo non sit furtiua.

Sexta cõclusio. Secunda conclusio est uera tam in re mobili quàm in immobili quamuis differenter.

Septima conclusio. Aliquis de iure in secunda acceptione intelligendo, idest licitè & sine peccato potest uendere rem alienam, quam ignorat esse alienam. puta credit eam suam esse, ubi ignorantia non est culpabilis: & etiam quam scit alienam. sed tamen de mandato domini rei.

Octaua conclusio. Quamuis prima facie natum sit uideri, quòd illa sit falsa, saltem si aliquis rẽ alienam, quã scit alienam, & cuius non habet consensum a dño, ut uendat, potest uendere de iure sic, q̃ licitè & sine peccato: tamẽ ad certum sensum, quem etiam propositio habet de rigore inuitendo propriæ significationi illius vocabuli, uenditio ipsa est nera. Et ibi tanguntur motiua aduersariorum, & soluuntur & enumerantur tres casus, in quibus contingit venditionem rei alienæ depraui.

Nona cõclusio. Proportionabiliter etiam de emptione rei alienæ est dicendum.

Postea ponuntur quinque notabilia, in quibus declaratur quid sit quidditatiuè vendere, scilicet qualis actus sit, an interior, vel exterior: & quomodo differat uendere & tradere, emere & dare, & an per uenditionem, emptionem, & traditionem efficiatur emptor dominus mercis, & de duplici traditione, & an alienare possit obligari, sicut uendi. Postea opinio Henri. de Hoyta

Hoyta de præsenti quæstione impugnat multipliciter.

QVÆSTIO. LXXII.

VTRVM liceat alicui, puta Petro pro precio, uel mercede suscipere in se periculum mercis emptę per alium: puta per Paulum, & an Paulo liceat Petrum inducere ad suscipiendum taliter periculum illud. Ad primam partem quæstionis respondetur per duos modos dicendi.

Primus est Læur. de Ridolfis, q̃ cõtractus prædictus ex parte Petri non est usurarius: sed licitus. Sed ille modus impugnatur tripliciter, & soluitur eius fundamentum.

Secundus modus est distinctior, & hoc per duas conclusiones.

Prima conclusio. Si Petrus suscipiens periculum est etiam simul apponens operas pro uitandis periculis, licitum est ei pro precio, seu pro aliqua temporali merce suscipere periculum mercis emptæ per Paulum etiam principaliter spe lucri.

Secunda conclusio. Si Petrus suscipit periculum secundo modo, non est prędictus contractus licitus Petro: si eum facit principaliter spe lucri inde quærens emolumentum sum: & sic se nutrire uolens. Et ibi de fundamentis ex scriptura & ratione contra concertantes sub pęna, & contra ludentes ludo fortunæ taxillorum & ollæ, & huiusmodi. Dehinc soluuntur duo argumenta quorundam legistarum contra conclusionem secundam.

IN tractatu quarto agitur de uenditione & emptione reddituum ac censuum per. 15. quæstiones, in quarũ primis 6. agitur de hoc, quid tam ex genere, quàm ex circunstantijs liceat constituenti & uendenti alteri reddi tum. In nouem autem alijs quid liceat recipienti atque ementi ab alio redditum & uiuere uolenti de eodem. huius autem quarti tractatus prima quæstio est 72. in ordine quæstionum totius operis.

QVÆSTIO. LXXII.

VTRVM alicui liceat in re sua constituere alteri redditum fructuarium: ut puta bladi, uini, vel alterius rei utilis. de redditu autem pecuniario quæretur in quæstione. 75.

Solutio. q. stat in 9. suppositionibus, & tribus conclusionibus.

Ex quo autem scire quidditatem rei, est principium omnis artis & scientiæ de eadem: ideo declaratur in suppositionibus quid sit quidditatiuè redditus, & declaratur, quomodo est res corporalis, & significantes quo modo est ius, & relatio quædam non realis, sed rationis uel uoluntatis. ubi quoque sit subiectiuè, quod sit illius relationis fundamentum & terminus, quæ entitates sint seruitutes, & ubi subiectentur, & argumenta quædam contra declarationem quidditatis redditus soluuntur, & de correlatione redditus, & an cẽsus differat a reddit. De multis quoque speciebus redditu per sex diuisiones, & quid sit res utilis &c. De duplici etiam licito ex genere & ex circunstantia positiuè atque permissiuè.

Prima conclusio. Aliquem constituere in re sua alterius redditum bladi, uini &c. ut in titulo, est actus ex genere licitus etiam positiuè. Et deducuntur aduersarij conclusionis ad multa inconuenientia.

Secunda conclusio. Prædictum constituere, de quo in titulo, est actus etiam ex circunstantia licitus, & hoc permissiuè.

Tertia conclusio. Prædictum constituere, de quo in titulo, est actus etiam positiuè licitus ex circunstantia, quando uestitur omnibus prædictis circunstantijs. Postea impugnatur modus respondendi aliorum ad quæstionem.

QVÆSTIO. LXXIII.

EX quo constitutio redditus, prout est expressa in precedenti quęstione, est tantum ex genere licita positiuè: sed tamen iuta uestiri debitis circunstantijs, ex quibus ipse ultra bonitatem genericam nata est reddi bona bonitate circunstantionali etiam positiuè: inter aũt circũstãtias prima & potissima est circũstãtia finis. ió hic queruntur duo. Primò, an sufficiatio sequẽtiũ quinque generum personarum possit esse causa finalis congrua prædictę cõstitutionis, sic q̃ si constitutio fiat pp eã: ipsa nõ solũ non deprauet, immo contrahat bonitatẽ circũstantionalẽ circũstantię finis. & enumerantur ibi quinque genera personarum. Secunda pars quæstionis, an ne sit dabilis aliqua alia causa congruens cõstitutioni redditum.

Prima conclusio. Sustentatio omnium quinque generum prædictorum personarum est causa finalis nata congruere prædictę constitutioni. Hęc conclusio ostenditur indoctiuè de singulis generibus illarum personarum ex lege naturali, diuina, ueteri & noua, atque aliquando politiua, canonica.

Secunda cõclusio. Fundatio ecclesiarum, alteriorum, monasteriorum, hospitalium, & huiusmodi, propriè loquendo non est dicenda causa finalis nata cõgruere prędictę constitutioni, aut non est a precedenti omnino extranea.

Tertia conclusio. Præter prædictam quintuplicem causam finalem potest adhuc esse duplex causa finalis congrua ei.

Quarta conclusio. Incongrua causa finalis constitutionis prędictæ est, si fiat, ut ille, cui constituitur ad pompam seculi in immensum congreget diuitias. Aut ut inexplebilibus faucibus hiantis auaritiæ (quod impossibile est) satisfacere possit. Aut ut ille uoluptatibus laſciuiat, aut ut ocio vacet. Ibi quoque fit sermo de hominibus, qui nullo modo possunt reduci ad prædicta genera personarum, an liceat pro illis constituere redditus, & an eis liceat de illis uiuere. & si non: an sint eis ut usurarii imputandi, & an sint ipsi compellendi ad computationem fructuum in sortem.

QVÆSTIO. LXXIIII.

VTRVM liceat alicui homini singulari: & etiam cõmunitati hominum in se, uel suæ persona constituere alteri redditum alicuius rei utilis.

Solutio. q. stat in tribus suppositionibus, & quatuor conclusionibus.

In

In hac quęstione recitantur duo modi dicendi, quorum primus improbabitur per secundum, secundus autem habet quatuor conclusiones.

Prima conclusio. Persona etiam libera potest obligari. Probatur septempliciter. Et in septima eius probatione ostenditur duabus rationibus & decem exemplis, quòd liber homo possit fieri seruus inuitus, & etiam nolens, quatuor quoque argumenta fiunt in contrarium, quæ & soluuntur, & ibi diffusè de hoc, q̃ nemo est dominus membrorum suorũ, & q̃ liber homo non est in commercio nostro.

Secunda conclusio. Aliquis licitè potest in persona sua intransitiuè capta constituere alteri redditum alicuius rei utilis.

Tertia cõclusio. Aliquis licitè potest in persona sua transitiuè capta constituere alteri redditum alicuius rei utilis. Et ibi soluitur fundamentum primi modi dicendi: & agitur etiam de libero homine obligante se suo creditori ad carcerem: & de dando se uel alium in obsidem.

Quarta conclusio. Communitati, uel uniuersitati hominum etiam licitum est in se, seu sua persona in transitiuè & transitiuè capta constituere alteri redditũ rei utilis: & etiam aliter, hoc potest, quàm possit persona singularis.

QVÆSTIO. LXXV.

VTRVM constitutio redditus percipiendi de re, uel persona constituentis depraetur per hoc, quòd ille redditus est pecuniarius, & nõ redditus fructuarius, seu rei utilis: ut res utilis, seu fructus distinguitur a pecunia.

Conclusio responsiua est, q̃ nõ depraetur per hoc, & probatur septempliciter. & ibi de fructificatione dotis, agri, pecuniæ & huiusmodi.

QVÆSTIO. LXXVI.

VTRVM ad hoc, quòd constitutio redditus, siue fructuarij, siue pecuniarij non depraetur per circunstantiam quomodo, sic constituens, scilicet A. non pecunia in modo constituendi eum alteri, scilicet B. requirãtur sequentes quatuor modi. Primus, quòd non fiat illa constitutio pro precio, seu pecunia. Secundus, quòd etiamsi fiat licitè pro precio: non fiat tamen cum pacto redimendi. Tertius, etiamsi fiat sine pacto redimendi, q̃ A. ob hoc, q̃ non retineat sibi illam facultatem redimendi, nõ vendat eam eorum ipsi: quàm si sibi reseruasset illam facultatem redimendi. Quartus, quòd non fiat cum pacto adiectionis pœnę.

Conclusiones quatuor, quæ ponuntur ad quæstionem, sonant per ordinem, q̃ nullus prædictorum quatuor modorum requiritur, & circa primam soluuntur duo argumenta in contrarium, & declaratur, an in uenditione oporteat, q̃ res, quæ fuit uenditis: etiã eadem in individuo efficiatur ementis.

QVÆSTIO. LXXVII.

VTRVM ad hoc, quòd saltem non gratuita constitutio redditus siue fructuarij, siue pecuniarij non depraetur ex parte circunstantiæ quando, requiruntur sequentes duæ conditiones. Prima, quòd ille redditus non sit temporalis: sed perpetuus. Secunda, quòd etiã dato quòd liceret sibi tempotalem constituere etiam pro pecunia, tamen oporteret, quòd ille esset temporalis ad certũ tempus, scilicet ad decennium, uel huiusmodi: & non ad indeterminatum: utputa ad uitam hominis. Duæ conclusiones, in quibus consistit solutio quæstionis sonant, q̃ neutra prædictarum conditionũ requiritur. Et in hoc finiuntur quæstiones tangentes eum, qui constituit alteri redditum. Consequenter videndum est de recipiente, uel emente ab alio redditũ, quid illi liceat.

QVÆSTIO. LXXVIII.

VTRVM alicui liceat uelle sibi constitui ab alio in rebus alterius redditum alicuius rei utilis, seu fructuarium.

Solutio, q. stat in duabus suppositionibus & tribus conclusionibus.

Prima conclusio. Velle sibi constitui redditũ &c. ut in titulo, est actus ex genere licitus.

Secunda conclusio. Velle sibi cõstitui redditum (de quo in titulo) est etiam licitum ex circumstantia, & hoc permissiuè.

Tertia conclusio. Quando prædictum uelle (de quo in titulo) uestitur omnibus circunstantijs debitis, quibus natum est uestiri: tunc erit licitum ex circunstantia etiam positiuè: & sic erit actus simpliciter bonus bonitate morali, adeo q̃ si uolẽs sit in caritate: & ex eo uelit illud uelle, est etiam bonum bonitate meritoria. Et ponitur gratia exempli casus, in quo adsunt omnes debitæ circunstantiæ: & circa circunstantiam quis, sunt supponenda illa, quæ dicta sunt supra q. 73. conclusione quarta.

QVAESTIO. LXXIX.

VTRVM emptio redditus sit licita: & hoc non tantum fructuarij: sed etiam pecuniarij: & hoc siue ille sit constitutus in rebus: siue in persona eius. & siue in persona uenditoris: siue in alia persona. & siue sit de nouo constitutus, siue non de nouo constitutus. & siue sit certus, siue incertus.

Solutio. q. stat in duabus suppositionibus & decem conclusionibus.

In suppositionibus resolutur titulus quæstionis ad 11. puncta, & postea diffusè agitur de substantialibus & naturalibus atque accidentalibus contractus emptionis & venditionis cum remissione ad dicendo: etiã quæstione. 97. de equiuocatione illius uocabuli natura contractus apud aliquos: cum loquuntur de pactis contra naturam contractus. Et addendo hic aliquid. Nota, quòd licet in l. mercis appellatione. ff. de uerbo. sig. dicatur. Mercis appellatione homines non continẽri Mela ait. & ob eam rem mangones non mercatores uenalitarios appellari, ait & recte. Tamen contra hi l. pteres & licet mercis, ita dr. Licet mercis appellatio angustior sit: ut neque ad seruos sullones, uel furcinatores, uel rextores, uel uenalitarios pertineat: tamen Pedius li. 20. scripsit ad omnes negociationes porrigendum

dum edictum, hoc ibi. ideo etiam in proposito nostro possumus extensio uocabulo mercis ad redditus uti.

Prima conclusio. Emptio redditus est actus de se, idest ex genere licitus, ita quòd ille actus ut sit expressus, non includit aliquam ordinationem. Probatur decem probationibus.

Secunda conclusio. Emptio redditus talis & determinatis puta fructuarij, etiam est licita ex genere & de se. Probatur tripliciter.

Tertia conclusio. Emptio redditus pecuniarij etiã est ex genere, & de se licita. Probatur decem probationibus, & ibi diffusè examinatur multipliciter motiuũ doctoris solennis de inemibilitate pecuniæ. Post decem probationes ponitur corollarium contra doctorem solennem, & euacuatur eius sententia. 12. vijs.

Quarta conclusio. Emptio redditus siue pecuniarij, siue fructuarij, prædialis, seu constituti in rebus, vel prædijs constituentis, est licita de se seu ex genere.

Quinta conclusio. Emptio redditus fructuarij personalis, seu constituti in persona, etiam est de se seu ex genere licita.

Sexta cõclusio. Emptio redditus pecuniarij cõstituti in persona, etiam est de se seu ex genere licita.

Septima conclusio. Duæ conclusiones immediate præcedentes etiam veræ sunt, si redditus personalis sit constitutus in ipsomet venditore.

Octaua conclusio. In quelibet illarum emptionũ, de quibus præcedentes conclusiones sonuerunt, non refert, an redditus fuerit constitutus ante ipsam emptionem, vel an iam primum de nouo fuerit constitutus occasione illius emptionis: Probatur quadrupliciter. & ibi de opinione Innocentij, & Ioan. Andreæ.

Nona conclusio. Conclusiones iustificantes emptiones redditum sunt veræ, non distinguendo, an ipse redditus sit certus, an non. Et exponitur ibi, quid intelligatur per certitudinem & incertitudiem redditus.

Decima conclusio. Quod dictum est de redditu in quatuor vltimis conclusionibus, scilicet siue fructuario, siue pecuniario in persona constituto, & hoc siue ante contractum, siue in contractu, & hoc siue in persona venditoris, siue in alia persona constituto. Idem intelligendum est de actione, ita quòd est etiam licitum alicui emere actionem, quam tu habes contra B. siue actio sit ad pecuniam, siue ad fructus, siue illa competerit tibi ante illam emptionem, siue iam primum occasione illius oblatę emptionis sit constituta, & hoc siue in persona propria venditoris, siue in alia persona. Postea soluuntur quatuor argumenta, & in vltimo impugnatur sententia quorũdam iurisperitorum de hoc scilicet, quòd tutior via est eligenda.

QVAESTIO. LXXX.

VTRVM emptio redditus existens de se, seu ex genere licita (cuiusmodi est quælibet illarum, de quibus sonuerunt conclusiones præcedentis quæstionis) deprauetur per hoc, quòd ille redditus est temporalis determinata temporalitate, ideo soluendus tantum ad certum numerum annorum, vel temporum, & non vltra, vt ad quinque, vel decem annos. Et quia actio competens alicui contra aliquem ad exigendum aliquam summam pecuniæ vel alterius rei utilis æquipollet redditui tẽporali determinata temporalitate. ideo idem quæritur de emptione actionis, an sit licita.

Solutio quæstionis stat in quinque conclusionibus, & duorum dubiorũ solutionibus, & in vno corollario.

Prima conclusio. Emptio, de qua titulus sonat, non deprauatur præcisè per huiusmodi determinatam temporalitatem redditus.

Secunda cõclusio. Emptio, de qua titulus sonat, deprauatur per hoc, quòd illud tempus determinatum, per quod soluendus est reddit⁹, est tantum, vel redditus tam pinguis, vel precium emptoris tam exiguum, quòd verisimile est secundum communem cursum, q̃ emptor in illo tempore percipiet non solum pecuniã, vel aliam rem utilem æquipollentem pecuniæ solutæ nomine precij, sed etiam vltra illam summam tantum percipiet, quòd etiã deducto interesse, siue damni emergẽtis, siue lucri cessantis (si quod tale ipse fuisset passus ex carentia pecuniæ suæ, nomine precij soluti) ipse adhuc notabiliter vltra quãtitatẽ precij verisimiliter percipiet in illo tempore. Tunc enim emptio, de qua in titulo est, depranatur ex circunstantia quomodo emit: scilicet ex defectu debitę proportionis precij ad redditum emptum. Et ibi diffusè de hoc agitur, quòd forte aliqui ideo dãnarent prædictũ contractum: quia scilicet esset pallium mutuationis vsurariæ. vnde per multos sensus examinatur, quomodo possit hoc dictum habere veritatem, & an ille contractus possit saluari, quòd nullo modo sit mutuatio, sed sit pura (licet iniqua) emptio.

Tertia conclusio. Prædictę duę cõclusiones sunt veræ non distinguendo, an ille temporalis determinatus redditus sit constitutus ab antiquo, vel an de nouo cõstitutus, & etiam non distinguendo, si sit constitutus in aliqua persona, an sit constitutus in ipso venditore, an in aliqua alia persona, & hoc siue illa sit persona venditoris, puta seruus eius, vel huiusmodi, vel sit in aliqua persona alia, quæ non sit venditoris, licet illa alia persona constituat super se redditum illum, quatenus venditor possit quid vendere, & ibi impugnatur sententia Panor.

Quarta conclusio. Emptio, de qua in titulo quæritur, est licita tam ex genere, quàm ex circunstantia, si non fiat modo tacto in secunda conclusione, sed fiat q̃ precio adequato redditui. Ponitur autem dubium, an esset adequatio precij & mercis censenda, quando darentur. c. flor. pro redditu temporali. 10. flor. durante ro per 11. annos, & ponuntur ibi sex dicta tanquam de rigore iustitię & secundum scholasticam limam vera, & tantundem dicut saluture documentum consessoribus, quid in prædicto, & in quibusdam alijs similibus casibus eis extat ad consulendũ & agendum pro foro animę opportunũ. eiusdem quoque dubij decisio pũt etiam valere ad dicta in quæstione 66. & 67.

Quinta conclusio. Sicut dictum est de redditu per prædictas quatuor conclusiones, sic dicendũ de actione etiam proportionabiliter per quatuor conclusiones proportionabiliter se hãtes ad quatuor conclusiones præcedentes de redditu temporali.

Corollarium postea infertur, in quo quædam sententia Panor. impugnatur septempliciter quò ad duo dicta eiusdem.

QVAESTIO. LXXXI.

VTRVM emptio redditus existens de genere suo, seu de se licita depraueatur per hoc, quòd ille redditus est temporalis indeterminata temporalitate soluendus ad tempus indeterminatū: puta ad vitā emētis.

Soluto quæstionis stat in tribus suppositionibus, & quinque conclusionibus. Ex quo autem redditus ille, de quo in titulo, dicitur alio nomine vitalitium, ideo in suppositionibus diuiditur vitalitium simpliciter, & acceptatur illud, quod est ad propositum.

Prima conclusio. Emptio illa, de qua in titulo quæritur, non depranatur per illam temporalitatem, quæ in titulo exprimitur, immo nihilominus illa emptio manet, & ex de licita, vel sub alijs verbis, & redit in idem. Emptio vitalitij est ex genere suo & de se licita, & ibi ex contractu precariarum arguitur contra Raymundum & Goff. & euacuatur eorum motiuum quintupliciter.

Secunda conclusio. Emptio vitalitij multipliciter redditur per accidens illicita, scilicet per aliquam circunstantiam superuenientem, sed per hoc non debet emptio vitalitij reprobari tanquam in se illicita emptio. Et ponuntur exempla de defectu cuiuslibet ex septem circunstantijs moralibus, & spectaliter circa solam circunstantiam cur, ponuntur sex causæ, propter quarum quamlibet, si emptio ex ea fiat, depranatur. cuiusmodi sunt diffidentia de Deo, timor inordinatus, sollicitudo inordinata, prudentia carnis, & cupiditas, & alia quædam. De circunstantia autem quomodo, ponuntur quinque exempla: postea mouetur quoddam dubium, an ille teneatur ad aliquam restitutionem, autad cessationem perceptionis fructuum vitalitij, qui ipsum emit cum defectu cuiuscunque circunstantiæ debitæ, & impugnatur sententia cuiusdam doctoris, & ponitur alia sententia.

ADDITIO.

Et nota, quòd quando ibidem dicitur, quòd si emptor vitalitij non infra dimidium iusti precij decepit venditorem: tunc licet contractus non sit annullandus vel irritandus de iure humano: tenetur in foro animæ tenetur supplere illud, in quo minus dedit: siue a proposito, siue re ipsa interuenerit illa deceptio, quicquid sit de foro exteriori. hoc scilicet, quicquid sit &c. dicitur propter opinionem domini Ioannis de Anania, qui etiam pro foro exteriori attentauit dare remedium decepto, prout tactum est supra. q. 57.

Finit Additio.

Item mouetur & soluitur dubium, an emptio vitalitij dicenda de se prius fieri illicite, quàm licite.

Tertia conclusio. Emptio vitalitij potest taliter vestiri circunstantijs, quòd erit actus simpliciter licitus & bonus. & ibi pro exemplo proponitur quædam emptio vitalitij per omnia bene vestita & circunstantionata. Corollarium postea infertur, in quo quædam sententia Panor. impugnatur dupliciter. Aliud corollarium deinde ponitur, q aliud sit vitalitium, scilicet qd est dare tantum ad vitam tantum venditoris, sicut emi possit.

Quarta conclusio. Emptio vitalitij predicto modo vestita, non solum est simpliciter licita, sed vtra hoc etiam est expediens reipublicæ. Et enumerantur tres vtilitates illius emptionis.

Quinta conclusio. Emptio vitalitij non depranatur per hoc, quòd illud vitalitium est constitutum in bonis alicuius ecclesiæ, a qua quis emit illud, probatur quadrupliciter. Postea diffuse formantur atque soluuntur nouem argumenta, scilicet quinque contra primā conclusionem, tria contra tertiam, & vnū contra quintam. & in illis inter cætera discutitur quis timor desserendi & sollicitudo habendi, tanquam radices inordinate depranent emptionem. & quid ille radices sint quiditatiuè, & vt velle habere certitudinem sufficientiæ accessariorum huius vitæ. Item ibi ponuntur multa de differentia præsentis contractus a contractu ludi fortunæ, & vnde contractus ludi fortunæ contrahat semper malitiam. quòdque inuenibile sit precium adequatum vitalitio, & quòd non solo casu ipsum ettingi contingat. quomodò denique separari possint actus voluntatis ab inuicem. ita vt quis vellet, quod non vltra deberet soluere pensionem emptori, citra tamen hoc, quòd vellet morem eiusdem.

ADDITIO.

ET nota, ex quo in hac & sequentibus quæstionibus notanter sæpe sub disiunctione, dicitur, quòd redditus temporalis, immo aliquādo idem etiam dicitur de perpetuo &c. sit quidam vsufructus, vel aliquid ei quidditatiuè similliimum, quòd hoc ideo dicitur: quia quantūcunque iurisperiti ponerēt differentiam per extrinseca inter eos maximè, quando redditus est perpetuus, eo q vsufructus finitur morte vsufructuarij, vt institut. de vsufructu. §. finitur. tamen nihilominus stat, q intrinsecè & quiditatiuè sint simillima ad inuicem. & hoc sufficit nobis ad propositum, vt si vnum illorū sit precio estimabile & comparabile, etiam reliquū, quantū est ex lege diuina & naturali, nec apparet lex positiua prohibens potius redditum sic precio comparari. igitur. Ad idem vide dicta superius. q. 21.

Finit Additio.

QVÆSTIO. LXXXII.

VTRVM emptio redditus depranetur per hoc, quòd ille redditus est perpetuus & irredimibilis.

Solutio quæstionis stat in duabus suppositionibus, & quinque conclusionibus.

Prima conclusio. Emptio redditus non depranatur per hoc, quòd redditus est perpetuus & irredimibilis, quin adhuc ille emptio maneat de se, & ex genere licita. Probatur. 12. rationibus.

Secunda conclusio. Emptio redditus perpetui & irredimibilis potest multipliciter depranari per indebitas circunstantias. Probatur enumerando septem circūstantias exemplificando de eis.

Tertia conclusio. Emptio redditus perpetui & irredimibilis potest taliter omnibus requisitis circunstantijs vestiri, q emptio non tantum de se, vel ex genere licita, sed etiam simpliciter licita, & bona perfecta bonitate morali. probat diffuse tendo per omnes circunstantias.

Quarta conclusio. Emptio redditus perpetui & irredimibilis, predicto modo vestita est non

non solum licita: sed etiam expediens reipublicæ.

Quinta conclusio. Emptio redditus perpetui & irredimibilis prædicto modo vestita non depranat per hoc quòd est constitutus in bonis ecclesiasticis.

Postea formantur octo vel nouem argumenta contra primam cōclusionē, quorū aliqua procedūt ex imaginatione Henri. de Hassia, ac soluūtur, & impugnatur sententia cuiusdam iurisperiti. contra verò tertiā conclusionem proponuntur duo argumenta, & vnum cōtra quartam, quæ & soluuntur.

QVÆSTIO. LXXXIII.

Vtrū emptio redditus ppetui depranetur per hoc, q redditus est redimibilis, seu (qd idē est) An illa emptio depranet p pactū adiectū, quo vēditor obligat emptorē ad reuēdēdū redditū illū sibi, s. vēditoris vel suis successoribus, quando venditor vel sui successores restituerint æquale precium emptori vel eius successoribus.

Solutio quæstionis stat in tribus suppositionibus, & 14. conclusionibus.

Prima conclusio. Emptio redditus perpetui. sicut est ex genere suo licita: vt patuit. q. 79. quo ad redditū: & quæstione præcedenti quo ad perpetuitatem: sic nō depranatur per hoc, quòd redditus est redimibilis modo expresso in titulo quæstionis. Probatur primò auctoritatibus duorum summorum Pontificum, & quorundam episcoporum atque cardinalium, atque. 18. doctorum, & ibi ponūtur quædam subscriptiones. 12. doctorū ex prædictis, & 10. sine quæstionis ponuntur etiā copiæ duarū bullarū summorū Pōtificum. Quodque dictæ auctoritates nobis debeant sufficere (quantū cōclusio ex auctoritate poterit oīdi) deducitur. Deinde ponuntur. 20. rationes ad eandem conclusionem procedētes ex lege naturali, diuina, canonica, atque ciuili. & ibi diffuse examinatur ratio quædem, s. octaua, quæ adducitur ex dispositione vel legis. Leui. 25. an sit valida vel non, ponendo varios defectus eiusdem rationis. & rursum illos euacuādo, & an ille veteris legis cōtractus fuerit vera vēditio & emptio, vel tantū pignoratio. Ité diffuse examinatur nona rō, quæ est quorundā iurisperitorū varijs modis cam & eius munimenta euacuando. Nonnullæ quoque aliæ rationes quorundam apponuntur & invalidę rūdunt: quatenus lector sciat, quibus vt validis debeat adherere.

Secunda conclusio. Emptio redditus perpetui facta cū pacto reuenditionis nō depranatur per hoc precisè, q emens non dat precisè tantum preciū, quantū olim fuit datum, vel quantū dabitur. Probatur tripliciter. Et postea infertur corollarium, quid agere debeat hæres, qui comperit suos prædecessores ante multa tempora emisse redditus pro minori quàm soleant nunc vendi, & an resignare teneatur redditus, aut cessare a perceptione fructuum, vel supplere precij defectum.

Tertia conclusio, quæ ponitur contra quendā iurisperitū est. Emptio redditus ppetui facta cū pacto redēptionis & q precio currēti nō depranatur p hoc precisè, q ille redditus est constitutus in adeo copiosis aut magnis bonis, quòd bona longè præstantiora sunt importando quid annuum, quàm sit ipsa annua pensio reddibilis, ita quòd vix vnquàm, aut nunquàm potest casus, vel diffortunij euenire, quin semper emptor sit tutus de habendo suam pensionem. pura precium nunc currens & consuetum est 20. flor. pro redditu vnius flor. Probatur, & probatio aduersarij excluditur, atque ita tacitè tangitur causa, quare notanter dicatur in conclusione, per hoc precisè &c. eo quòd bene contingit eā depranari p precij (licet currētis) nimiā parvitatem, puta qñ preciū cōparatur ad qualitatē certitudinis obuētionis annuę, & ad copiositatem bonorum, in quibus constituitur redditus. Nam contingere posset vtrunque esse tantū, q vtrūque eorū notabiliter excederet illam certitudinem, sub qua & illā copiositatē, in qua consueuit aliàs cōiter redditus, p currēti precio cōstitui, & ideo in prædicto casu nimis parvū precium daretur: quia licet currēs daretur: non tamē p cōsimili ter qualificata merce. Et proportionabiliter dēt illa clausula, (precisè, vel p hoc intelligi, qñ ipsa ponitur in aliis cōclusionib. dicentib. q emptio non per hoc depranatur, vel nō precise p hoc redditur illicita &c. Vnde generaliter hoc tenēdū est, quòd qñ emēs redditū vult in eodē, vel circa eūdē habere aliquā cōditionem, quæ est in commoditatem & vtilitatē emptoris, quæ tamen cōditio nō consueuit aliàs in redditib. esse vel superaddit & est tantæ æstimationis, quòd nisi augeatur precij, propter eā; ipsum precium currens, & alias cōsuetum pro alijs redditib. dari, deficeret a latitudine iusti pcij, frustratus esset illiceitas, & iniquus cōtra iustitiā cōmutatiuā.

Quarta conclusio. Emptio redditus perpetui facta cum pacto redēptionis & pro precio currenti non depranatur per hoc, quòd emptor cū tot cautelis & munimentis: puta cum cautionib. iuratorijs, fideiussoris & pignoratitijs vallat, munit, & vtilit suum contractum, quòd vix vnquàm vllo diffortunio, aut nunquàm poterit carere pensione annua sui redditus: dummodo detur iustum precium attentis conditionibus existitis.

Corollarium. Si ille, contra quem ille duæ conclusiones ponuntur, fuisset motus precisè ex prædicto motiuo tacto in exactione, habuisset sua opinio apparentiam: sed quia ex alijs videtur motus fuisse, & interseruisse, quæ non procedunt: ideo non valet. Et probatur secunda pars septem rationibus.

Quinta conclusio. Emptio redditus perpetui facta cum pacto redemptionis non depranatur per hoc, quòd emens est in spe, quòd venditor statim redimat. Probatur dupliciter. Et postea ponitur fallentia illius conclusionis in clerico, vel etiam in laico in casu casu.

Dehinc inseruntur quinque corollaria contra sententiam illorum tūm doctorum s. Petri de Alcaco & Guilelmi cuiusdam, atque etiam Ioannis de Gersena saltem, quam ille in vno loco videtur probasse.

Sexta conclusio. Emptio redditus perpetui facta cū pacto redēptionis non depranatur per hoc, quòd emēs est persona ecclesiastica, vel religiosa. Hanc ponitur contra duos doctores. Primò contra iurisperitum illum; contra quem fuerunt positæ tertia & quarta conclusiones, & etiam contra magistrum Iacobum Erfordensem ordinis Carthusien. sacræ theologiæ professorem, quorum primus multos doctores iuris, & secundus multas pfusiones p se produxerunt. Sed illis nō obstitib. p̄batur p̄dicta cōclusio q tripliciter contra eos, inquātū eorū sententia vellet impedire nostræ cōclusioni positę, aut inquātū eorū sententia vellet procurare plenitudinem infirmorū fratrū periclitādo illos, qui de facto habent

tales redditus. Deinde diffusè respondetur ad auctoritates doctorum, quas primus, & ad suasiones, quas sols pro se adducit.

Septima conclusio. Emptio redditus perpetui redimibilis non deprauatur per hoc, quòd facultas redemptionis ducitur in pactum inter contrahentes, & non conceditur post contractum initum: vt quidam ex modo loquendi videntur voluisse dicere. Probatur triplici ter. Postea soluuntur duo argumenta, in quibus examinatur, quomodo redimibilitas redditus possit dici gratia: cum tamen non gratis acquiratur: sed implicitè in prædicto contractu comparetur precio in quantum tãto remissiori precio vẽditur redditus, quatenus redimibilitas sit venditori reseruata.

Octaua conclusio. Emptio redditus perpetui facta cum pacto redemptionis non deprauatur per hoc precisè, q̃ emptor in illo pacto determinat tẽpus redemptionis: dummodo aliàs detur iustum precium. Probatur cõclusio enumerãdo tres modos, quibus contingit fieri determinationẽ temporis, & de omnib. probando inductiuè, q̃ licitè fieri possint. Et soluuntur tria argumenta supradicti magistri Iacob. contrarium sententis. Et tangitur etiam ibi, an in illis determinationibus temporis sufficiat dare precium aliàs cõstitutum, ob quod notanter in cõclusione est dictũ, p hoc precisè &c.

Nona conclusio. Emptio redditus perpetui & redimibilis non deprauatur per hoc, q̃ emptor non acquirit proprietatem, vel dominiũ directũ in illis bonis, vel rebus, in quibus fundatus, vel cõstitutus est ille redditus. Hæc cõclusio ponit, ppter aliquos, qui vident voluisse, q̃ oporteat emptorẽ acquirere, pprietatẽ illorũ bonorũ, & directũ dñiũ, ꝓpter igit cõclusio duplicitèr.

Decima cõclusio. Nõ requirit etiam ad emptionem prædictã, vt licita sit, q̃ emptor per corporalem apprehensionem appehendat illam rem, in qua est talis red ditus cõstitutus. Probatur quadrupliciter.

Vndecima conclusio. Non requiritur etiam ad emptionẽ prædictam, vt licita sit, q̃ emptor sub proprijs cutis & periculis vtatur illa possessione. Probatur quadrupliciter. Hæ tres conclusiones ponuntur propter sententiam supradicti magistri Iacobi.

Duodecima conclusio. Emptio redditus perpetui redimibilis non deprauatur per hoc precisè, q̃ emptor vult etiam eo anno habere pensionẽ censuale, quo prædia vel alia bona, in quib. est ille redditus cõstitutus, nihil importãt: etiãsi talis nõ importãtia sine culpa vẽditoris proueniat, dũmodo talis nõ importãtia nõ sit nisi tẽporalis, vel particularis, & nõ vniuersalis & ꝑpetua. & dũmodo aliàs detur iustũ precium. Probat quintuplicitèr, & ibi tangit, an in casu cõclusionis sufficeret emptori dare precia consuetũ, propter quod notanter dictũ est in cõclusione, dũmodo aliàs det iustũ precia. Ibi differit ibi de casu, in quo ipse non importantia pluries accideret, quã euentibus æstimabatur tẽpore cõtractus. & de casu, in quo bona, in quibus est redditus cõstitutus, destruerentur simpliciter & perpetuò. Item si fuerũt æstimata simpliciter destructa: sed tamen præter spem post multa tempora redeunt ad fertilitatem: an rursus sint obligata emptori pro redditu, vt olim.

Tredecima conclusio. Non deprauatur etiam per hoc, q̃ prædictus redditus cõstituit in bonis & iuribus incertis, & solũ in gñe expressis. licet ipse redditus exprimatur in specie & determinata quantitate. Probat.

Decimaquarta conclusio. Non deprauatur etiã emptio redditus redimibilis per hoc præcisè, quòd emptor velit, q̃ si fundus ille, in quo cõstituitur redditus, quasi totaliter vel plurimũ deterioretur per incendiũ, ruinam, vel alio mõ, q̃ tunc venditor census debeat esse liber a pensione annua: dũmõ illum fundum, prout est, reliquet emptori, & aliquid (licet valde minutum) restituat de sorte precij recepti, dummodo aliàs detur iustum precium. Probatur.

Postea arguitur contra primam conclusionem. 22. argumentis, & in vltimo respondetur ad auctoritates Baldi, Hostiensis & Federici de Senis, & specialiter capitur modus dicendi eiusdem Federici.

QVÆSTIO. LXXXIIII.

Vtrũ emptio redditus redimibilis deprauet q̃ hoc, q̃ emens dat minus ꝓ tali reddit, quã daret, si esset irredimibilis. & si nõ, an ne ꝓ aliqua alia deprauet. Nã in præcedẽti q. sunt multa posita, ꝑ quę (vt ꝓbatũ est) nõ deprauatur. ió hic videndũ est de illis, ꝑ quæ deprauet: & quia quantitas precij põt esse illud, ꝑ quod deprauatur. ió primò de illo videndũ est, qñ nõ deprauet ꝑ eã.

Solutio. q̃ stat in octo conclusionibus.

Prima conclusio, p hoc precisè, q̃ emens dat minus pro tali reddit, quã daret, si esset irredimilis: non deprauatur prædicta emptio. Hæc cõclusio ponit contra plures, qui oppositum senserunt, cuiusmodi fuit Henricus de Hoyta in suo tract. in dubio quinto & sexto. Ad idem tenduntaliquę subscriptiones doctorum, quas vide in precedenti quæstione in cõclusione prima quæ fit circa principium. Hæc conclusio probatur quinque rationibus, & assignatur causa, quare in conclusione dicitur notanter minus, & non dicitur multo minus.

Postea contra conclusionẽ arguitur sex argumentis formatis ex motiuis eorũ doctorũ, cõtra quos præsens conclusio est posita, quorũ prima quatuor fuerunt Hẽrici de Hoyta, quæ soluendo diffusè destruũtur, & multipliciter deficere oñduntur, vbi etiam destruitur responsio eiusdem, qua nititur euacuare fundamentum conclusionis positæ. Quintum motiuum fuit doctoris Ioannis de Franckfordia. Sextum doctorum aliquorum ex illis, quorum subscriptiones fuerunt supra positæ in precedenti quæstione.

Secunda cõclusio. Emptio predicta deprauat ꝑ hoc, q̃ datur minus iusto precio ꝓ reddit redimibilis: tamen q̃ si illud precium sit longè minus iusto: tunc in duplo plus deprauatur illa emptio, quàm alia emptio, puta quàm emptio rei irredimibilis etiamsi alia fiat pro æquè longè minus iusto.

Postea soluitur argumentum, & differitur de hoc, quomodo ille de iure præsumi possit mutuator vsurarius, quem constat non illi mutuasse, cum vsure sedes sit mutuatio. declaratur etiam quare notanter dicitur in conclusione, longè minus.

Deinde infertur corollarium contra indiscretum zelum quorundam magistrorum & procuratorum fabricæ ecclesiarum, etiam in casu, quo de talibus redditibus aliqua diuina fundassent officia.

Tertia conclusio. Ad hoc, q̃ emptio redditus redimibilis,

mibilis, aut alterius rei redimibilis vltra rationem peccati, qua dicitur iniqua emptio: etiam deprauetur specie vsuræ præsumptiuæ, non sufficit vnum: sed tria requiruntur, & præter hæc quædam alia possunt concurrere augentia præsumptionẽ illius iniquitatis. Hæc omnia diffusè declarantur.

Quarta conclusio. Emptio redditus redimibilis etiã facta pro iusto precio deprauatur vna specie prauitatis per hoc, quòd in pacto redemptionis apponitur, quòd quando venditor velit redimere, debeat dare maius precium emptori, quàm emptor dederit vẽditori. Et si etiam hoc adiecerit emptor, quòd quando pro tali maiori redimet ipse velit computare fructus in sortem: tũc alia specie prauitatis deprauabitur.

Vtraque partis conclusionis probata consequenter examinatur, an illud pactum, de quo in secunda parte conclusionis est dictum, sit cõtra naturam emptionis: vt quorundam verba, quibus volunt assignare causam damnandi contractum prædictum, videtur prætendere. & arguitur, quòd cõtra nullius emptionis naturam sit illud pactum: capiendo naturam pro substantia, q̃ si capiatur natura pro naturali, seu naturaliter concomitante emptionem, arguitur, quòd etiam non sit illo modo contra cuiuslibet emptionis naturam: immo q̃ aliqua sit emptio, contra cuius naturam illo modo capiam seu naturalia non sit. Et consequentur assignatur vera ratio damnandi tam contractum in casu secundæ partis conclusionis, quàm etiam contractum capituli. illo vos. extra de pignoribus.

Postea mouetur quoddam dubium circa primam partem conclusionis in casu, in quo emptor obligasset venditorem, quòd redemptionis daret sibi precium tunc temporis currens, an liceat? & improbatur duo dicta. Deinde soluuntur duo argumenta procedentia contra secundam partem conclusionis & contra venditorem capituli. illo vos. de pignõ.

Quinta conclusio. Emptio redditus redimibilis deprauatur per hoc, quòd facultas reperẽdi precium, seu retinendi redditum, vel mercem est apud emptorẽ: & facultas redimendi non est apud venditorem. Hæc conclusio probatur quinque rationibus: sed prima ex illis impugnatur, & assignatur secunda vt fundamẽtalior, & simpliciter valida: immo etiam quarta & quinta impugnantur tanquàm non omnino fixæ.

Deinde citra omnem diffusionem & solùm disputatiuè loquendo (vt detur occasio latius deinceps cogitandi) diffusè differit de hoc, an emi possit redditus tam venditore reseruante facultatem redimendi quàm emptore reseruante sibi facultatem repetendi precium etiam non computatis per emptorem fructib. in sortem: sicut nec venditor computat in sortem ea lucra, quæ de precio, quo negociatus fuit, vel emerat possessiones, acquisiuit. Et arguitur, quòd saltem quãdo emptor iuxta condignum augeret precium pro habenda prædicta facultate ſ. repetendi precium citra computationem fructuum in sortem non esset cõtractus ille cõtra iustitiam commutatiuam, & producũtur ad hoc satis apparentia argumenta: sed finaliter & simpliciter concluditur talis contractus non admittendus vllatenus etiamsi argumenta quoad hoc, q̃ ille contractus non esset vllatenus contra iustitiã commutatiuã, verũ probarent: & assignatur causa illius non admissionis.

ADDITIO.

Et confirmo, nullatenus esse quidẽ admittendũ sic: quia tunc non appareret distinctio inter mutuũ. 2o. & nõ de precij soluẽdi tẽpore: si vtrique assignaretur ꝑ. dium, ſ. primò per modũ pignoris, de quo vellet recipere fructus non cõputandos in sortẽ: & secundo ꝑ modũ eius, in quo fundaretur redditus fructuarius: etiã enim non cõputandi fructus in sortẽ; nã vterque solvens. 2o. haberet facultatẽ reperẽdi suos. 2o. & nõ cõputaret fructus in sortẽ. & similiter cõtrahentes cũ eis: puta qui reciperent. 2o. haberent etiã facultatẽ sese liberandi, & prædia ad se retrahendi: ꝓquamuis quoad periculũ prædiorũ hinc inde posset poni differẽtia: tamen prius posset renunciare per pactum eidem, & sic assimilarentur omnino. vel saltem omnino esset aperta ianua vsurarijs, si illud admitteretur.

Finis Additio.

Sexta conclusio. Generaliter loquẽdo sex modis deprauatur emptio redditus redimibilis secũdùm sex circunstantias ad eius bonitatem requisitas.

Corollariũ. Quod si quis diues vel pecuniosus velit emere redditũ perpetuũ: siue redimibilẽ, siue irredimibilẽ, & cũ debitis circũstantijs, vt nõ per accidens deprauet emptio, vel saltẽ vt inter emẽdũ nõ peccet: valdeac sumrnè necessarium est, q̃ videat ad necessitatem vendentis, quæ in quatuor vel quinque casib. positis quæstione; 19. potest esse talis & tãta, q̃ emptor eidem mutuare deberet tantã pecuniã, quanta indiget, & ob cuius pecuniæ necessitatẽ vẽditor cõstituit & vendit ei redditũ super bonis suis. Et ibi introducẽdo sacrarũ literarũ sententias deducit diffusè, quomodo timendũ sit, q̃ multi ementes redditus seducant semetipsos in tali emptione: credentes ad hoc, quòd non peccent in tali emptione: satis esse, quòd dent confœtum & iustum precium pro redimibilitate & alterũ. Probatur tripliciter, & ponitur hæc conclusio contra magistrũ Ioannem de Franckfordia.

QVÆSTIO. LXXXV.

Vtrum emptio redditus deprauetur per hoc, quòd emptio obligat venditorem ad aliquam pœnã ꝓbatam sibi soluẽdã, si nõ soluerit sibi pensionem in termino præfixo.

Solutio qõnis stat in vna conclusione & in vno corollario.

Conclusio responsiua est, quòd non deprauatur per prædictam obligationem, dummodo adsint quatuor conditiones. Prima pars probatur quadruplicitèr. Postea enumerantur quatuor conditiones.

Corollarium sequitur, q̃ ꝛisio Henrici de Hoyta in tract. suo de contractibus dubio septimo, si indistinctè intelligatur, non esset sufficiens: vnde sanè est intelligenda, quando quis indistinctè condemnat illã emptionẽ redditus, in qua emptor contra venditorẽ (qui

angustiatus & necessitatus vendidit super se, vel bonis suis redditum) apposuit talem pœnam, quòd quandocũque venditor non soluit emptori in termino assignato, quòd ex tunc emptor agit super bona quatuor vicibus, & in quarto termino iuridicè sententietur sibi, q prædictus census iam amplius semper vitæ. 14. dies debeat duplicari tandiu, donec illa bona non plus valeant, quàm census nõ soluti sic multiplicatus, & tũc ipsa bona adiudicentur emptori obtinenda liberè & quietè pro censu suo non soluto. Et recitatur eius sententia cum tribus rationibus. dehinc quadrupliciter impugnatur eius sententia, si indistinctè intelligeretur, quatenus tandem ad debitam perueniatur eius limitationem.

QVÆSTIO. LXXXVI.

VTRVM emptio redditus depraetur per hoc, quòd emptor exigit a venditore, quòd venditor sibi obliget illa bona, in quibus est redditus constitutus, uel aliqua alia bona in pignus, vel hypothecam distrahendum, vel distrahendam secundum loci consuetudinẽ, si venditor in termino præfixo non soluerit pensionẽ debitam. Et differt illa quæstio a præcedenti pro tanto: quia in præcedenti obligatur debitor ad hoc, vt si in termino non soluat pensionem, quam soluere debet: soluat pœnam, etiam si non sit creditor passus interesse. Hic autem & si obligetur debitor ad hoc, vt si non soluat pensionẽ in termino patiatur distrahi pignus suũ, non tamen cogitur per hoc in illa distractione aliquid soluere vltra pensionem neglectam (nisi forte creditor sit aliquod interesse passus ex mora debitoris) vnde casus huius quæstionis uidetur mitior casu præcedentis quæstionis.

Solutio quæstionis stat in tribus suppositionibus & tribus conclusionibus.

In suppositionibus dicitur, quid sit pignus, & quòd sit quadruplex.

Prima conclusio. Emptio redditus non depraetur de per se & præcisè per hoc, quòd &c. vt ponitur in titulo. Probatur quinqupliciter.

Secunda conclusio. Licet emptio non depraetur per hoc, quòd &c. vt in titulo, tamen ad hoc requiruntur nouæ conditiones, ne depraetur in prædicto casu.

Tertia conclusio. Emptio redditus depraetur per quodlibet sequentium quinque pactorum. Et ibi de pacto legis commissoriæ, vbi, & quomodo, atque cur in pignoribus sit regulariter reprobatum.

IN tractatu quinto agitur de contractu locationis & conductionis in generali atque speciali quòad locationem animalium, & hoc per quinque quæstiones, quarum prima quæstio est. 87. in ordine quæstionum huius operis.

QVAESTIO. LXXXVII.

VTRVM contractus locationis & conductionis sine rei, sine personę sit licitus.

Solutio. q. stat in tribus suppositionibus, quatuor conclusionibus, & tribus corollarijs.

In suppositionibus ponuntur diffinitiones locationis & conductionis, & diuisiones atque subdiuisiones earundem in species. scilicet in locationem personæ & rei, & hoc mobilis & immobilis, incorporalis ac corporalis, vrbanę & rusticę. Item & diuersæ acceptiones, quibus illa vocabula contingit accipi stricte & generaliter, varijque modi, quibus quid locatur, aliquando cum æstimatione, aliquando sine, & aliquando putè, & aliquando impurè. & hoc vel per adinixionem subtilitę alterius contractus, vel saltem naturalium alterius contractus. Oiiendituir etiam impropriusmodus loquendi esse, cum dicimus, quempiam locare operas suas, aut fructus prædiorum, aut iurium suorum, vt decimarum & huiusmodi, & quomodo non sit simonia locare ius decimę, Item ibidem describitur, quid dolus, culpa lata, levis, levissima & casus fortuitus, eo quòd in præcedentibus contractibus sæpe alter eorum contrahentium grauat pactis, quæ sunt contra naturalia contractus, inter quæ est vnum, quòd alter alteri teneatur de vna culpa, & non de alia ex natura contractus.

Prima conclusio. Contractus locationis potest esse licitus ex genere & etiam ex circunstantijs.

Secunda conclusio. Contractus conductionis potest esse licitus ex genere & etiam ex circunstantijs.

Tertia conclusio. contractus locationis septempliciter depraetur, & declarantur omnes circunstantiæ exemplis, & ibi de rectore ecclesię conducente & subiiciente alium sacerdotem vt officiet ecclesiam suam.

Quarta conclusio. Multa sunt naturalia locationi, id est quæ ei ex natura illius contractus de iure gentium vel dispositione iuris humani sunt nata inesse, & de facto sibi insunt, si non excludatur aliunde. Et enumerantur. 12. naturalia eius diffusè cum multis dubijs, quæ circunstant illam materiam.

QVAESTIO. LXXXVIII.

VTRVM contractus, secundum quem traduntur animalia rusticis pro certo emolumento inde percipiendo sit contractus locationis, vel alterius speciei.

Solutio. q. stat in octo conclusionibus.

Prima conclusio. Contractus, de quo in titulo, est aliquando locatio rei ex parte tradentis animalia, & conductio rei ex parte iusticj recipientis ea, & hoc vel stricte, vel largè capiendo locationem & conductionem.

Secunda conclusio. Contractus, de quo in titulo, est aliquando econtra locatio personę ex parte rustici recipientis animalia, & conductio personę ex parte tradentis ea, & tunc etiam sit dupliciter.

Tertia conclusio. Contractus factus in casu secundę conclusionis differtur contractu facto in casu primę conclusionis, & etiam conuenit cũ eo.

Quarta conclusio. Contractus, de quo in titulo, aliquando nec est locatio, nec conductio, sed est vera mutuatio.

Quinta conclusio. Contractus, de quo in titulo, aliquando nec est locatio, nec conductio, nec mutuatio, sed est vera permutatio, licet quidam dicant, quòd sit quasi venditio modificata.

Sexta conclusio. Contractus, de quo in titulo, aliquando nec est locatio, nec conductio, nec mutuatio, nec permutatio, sed est societas, tunc sit multipliciter.

Septima conclusio. Quicunque prædictarum specierum fiat prædictus contractus, contingit eum fieri dupli-

dupliciter, scilicet in sua naturali puritate, ideſt sine pactis existentibus contra naturalia illius contractus. Ali quando uerò sit impurè ideſt cum talibus pactis.

Octaua conclusio. Prædictus contractus factus impurè in aliqua prædictarum specierum non mutatur propter hoc in specie essentiali contractus, licet aliquãdo in specie moris, ita quòd depraetur, qui eliàs licitus maneret.

QVÆSTIO. LXXXIX.

VTRVM contractus, secundum quem in specie locationis & conductionis traduntur & recipiuntur animalia, sit licitus.

Solutio. q. stat in una suppositione, quatuor conclusionibus ac duobus corollarijs, in quorum secundo ponuntur. 12. casus.

In suppositione declaratur quomodo, sicut in prædijs: ita etiam in diuersis animalibus varius vsus; vel vsusfructus potest constitui, & ad hoc locari.

Prima conclusio. Contractus, de quo in titulo, est licitus ex genere.

Secunda conclusio. Contractus, de quo in titulo, potest talibus circunstantijs vestiri, q erit etiam simpliciter licitus, & perfectè bonus.

Tertia conclusio. Contractus, de quo in titulo, contingit septempliciter depraui. Et ibi de fictis animalium, quæ quis locat alteri.

Quarta conclusio. Ad cognoscendum in foro conscientiæ, an in prædicto contractu, de quo in titulo, seruetur circunstantia quomodo, tam ex parte mercedis, quam exigit locans, & quam dare uult conductor, quàm ex parte pactorum appositorum, poterunt multum prodesse quinque regulæ sequentes, quæ ibidem recensentur.

Primum corollarium. Quòd in foro cõscientiæ propositò aliquo contractu locationis & conductionis animalium, non est ille mox condemnandus vt illicitus propter hoc solum, quòd locator eorum apposuit aliqua pacta existentia præter, vel eriam contra naturalia locationis & conductionis. Et ibi impugnantur modi respondendi quorundam iurisperitorum.

Secundum corollarium. Multi contractus locationis & conductionis animalium iustificantur: multi ẽt condemnantur, qui tamen non iustificantur & condemnantur, nisi ex tacita suppositione cuiusdam conditionis, quæ si exset, uel nõ exset, melius nouit uir rusticus rusticæ rei guarus & expertus, quàm doctor scholasticus rusticarum rerum inexpertus.

Postea formantur & proponuntur. 12. casus, & desciduntur, quatenus arte desciendi tales cõtractus per prædictas regulas & conclusiones traditas simul & practica, uel modo examinandi habito circa aliquot tales contractus: lector potest ex illis seipsum iuuare ad resoluendum se quo ad innumeros alios contractus, qui hic non ponuntur. Et in illis casibus ereb. impugnantur modi respondendi, ac desciendi, quibus alij respondent ad prædictos casus, & hoc ob id, q tales aut non sufficienter examinant, de cuius contractus specie sint tales casus, quod tamen ante omnia faciendum est. Aut quia non ex legitimo fundamẽto eos condemnant, uel iustificant.

QVÆSTIO. XC.

VTRVM contractus, secundum quem animalia traduntur in specie alterius contractus, quàm in specie locationis rei sit licitus, & nominatim quando traditur in specie conductionis personæ ad operas, & in specie permutationis, prout illi modi sunt exemplariter tacti in q. 88.

Solutio. q. stat in una suppositione & quinque conclusionibus.

Prima conclusio, talis cõtractus est licitus ex genere.

Secunda conclusio. Talis potest uestiri omnibus debitis circunstantijs, & sic fieri licitus etiam simpliciter.

Tertia conclusio. Talis potest septempliciter depraui ex defectu cuiuslibet septem circunstantiarũ.

Quarta conclusio. Ad cognoscendum si seruetur circunstantia quomodo, poterũt multum prodesse quinque regulæ sequentes.

Corollarium, in quo impugnatur responsio aliorũ ad tres casus, qui sunt tales &c.

Quinta conclusio, per quam respondetur ad secundam partem quæstionis, est ista. Traditio animalium facta in specie permutationis eo modo, quo casus expositus in q. 88. conclusione quinta est licita: dummodo æqua sit conditio tradentis & recipientis.

QVÆSTIO. XCI.

VTRVM traditio animalium facta in specie mutuationis: prout exemplificatum est in quæstione 88. sit licita.

Solutio quæstionis stat in duabus conclusionibus, duobus corollarijs, & sex argumẽtorum solutionibus.

Prima conclusio. Ad hoc, quòd traditio animalium fiat licitè, quando fit in specie mutui, prout exemplificatum est in q. 88. conclusione quarta, requiritur, quòd tradens non tradat ea propter spem ullius lucri, vel mercedis.

Secunda conclusio. Si tradens animalia prædicto modo, æstimat ea, quando tradit, tunc quamuis A. possit dici animalia vendere, & B. ea emere: tamen non potest dici, q ibi sit para venditio & emptio: quietã interueniat mutuatio.

Postea inferuntur duo corollaria de duobus casibus traditionis animalium, quorum primus iustificatur, secundus vt usurarius condemnatur.

Contra secundum corollarium arguitur sex argumentis satis fortiter conantibus probare secundum casum non esse vsurarium, uel illicitum, & soluuntur.

IN sexto tractatu agitur de contractu societatis tam in animalibus quàm pecuniis, cuius prima quæstio est. 92. in ordinatione quæstionum totius operis.

QVAESTIO. XCII.

VTRVM traditio animalium facta in specie societatis sit licita.

Solutio. q. stat in una suppositione, & sex conclusionibus, & uno corollario.

In suppositione ponuntur duo modi contrahendi

societa-

societatē in animalibus, præter illos tres modos, qui possint esse quæstione. 88.

Prima conclusio. Traditio animalium facta in specie societatis est ex genere suo licita.

Secunda conclusio. Traditio animalium facta in specie societatis potest vestiri omnibus debitis circumstantijs, ideo quæ erit etiam simpliciter & perfecta licita.

Tertia conclusio. Traditio animalium facta in specie societatis depravatur simpliciter.

Quarta conclusio. Ad cognoscendum si seruetur debitus modus, multum prederunt sequentes quinque regulæ.

Quinta conclusio. Quando societas animalium est contracta sine pactis expressis, pura non fecerunt quentionem quantum vtilitatis vterque percipere quantum que periculi sustinere, aut quanto tempore durare debeat, tunc standum est consuetudini illius loci, dummodo illa cōsuetudo sit æqua nō nutriens inæqualitatē.

Postea formātur & proponūtur sex casus tanquā societatis animalium, & resoluuntur, quatenus arte descindendi casus societatis animalium per prædictas cōclusiones & regulas tradita, & practice vel modo examinandi eosdem in propositis casibus habito, consequenter lector valeat se iuuare ad resoluendos quoscūque alios innumeros casus societatis animalium. Impugnantur etiam aliquando modi respondendi aliorum ad eosdem.

QVÆSTIO. XCIII.

VTRVM trāditio pecuniæ in specie societatis cōtingat fieri illis modis, quibus contingit fieri traditionem animalium in specie societatis.

Solutio. q. stat in tribus suppositionibus & duabus conclusionibus & sex corollarijs, scilicet duobus circa primā conclusionē, & quatuor circa secundam, & septem argumentorum, seu dubiorum circa secundam conclusionem emergentium solutionibus.

In suppositionibus describitur quid sit alteri tradere pecuniam in specie societatis. Et dividitur societas in pecuniā in puram & impuram, & in pura subdividitur, ponuntur etiam tres modi, quibus contingit contrahi societatem in pecunia.

Prima conclusio. quamuis videatur posse dici, quòd societas in pecunia etiam possit cōtrahi illis duobus modis, quibus in suppositione vnica præcedentis quæstionis dictum est, societatem fi animalibus contrahi, tamen tutius est, vt dicatur, eam in pecunia non posse contrahi vtroque illorum modorum. Et hic declaratur, quid sit interusurium, & an possibile sit, quòd quis communicet alteri pecuniam quoad interusuriū retenta sibi proprietate pecuniæ, & ibi producuntur cō stitutiones Ioannis xxii. in contrarium. Postea inferuntur duo corollaria contra Alexandr. Alexandria & contra Baptistam in summa sua, eo quòd modus eorum imaginandi non valet, quo volunt declarare, quomodo fieri possit, q̄ liceat tradenti alteri pecuniā velle inde habere fructum. & improbatur eorum distinctio octupliciter.

Secunda conclusio. quamuis non contingat A. pecuniam suam quoad commoditatem inde prouenibilem communicare socialiter ipsi B. citra hoc, quòd communicet eidem etiam proprietatem eiusdem, immo si ei eam communicat quoad commoditatem, oportet q̄ ēt eam communicet quoad proprietatem, tamen nihilominus illa communicatio facta simul tam quoad dominium, quàm quoad commoditatem pecuniæ potest contingere dupliciter. Et circa primum modum contrahendi societatem pecuniariam examinatur per tria argumenta & dubia, quomodo sit possibile, q̄ ex quo pecuniaria societas non potest contrahi quoad interusurium, nisi simul etiam contrahatur quoad dominiū pecuniæ, possit is, qui posuit pecuniam velle in fine eādem totam solus rehabere, si supermanserit, & nullam partem eiusdem dimittere ei, qui posuit operas, qui tamen etiam fuit condominus eiusdem, & maximè cum fierent quòd nullum lucrum obuenerit, & sic prorsus nihil habebit, qui operes posuit, & sic suum capitale perderet, & tamen ille, qui posuit pecuniam, non perderet suum capitale. Ité quomodo si pecunia fuisset perdita a fortuna, non deberet etiam is, qui posuit operas, sufferre partem damni & periculi eiusdem pecuniæ cuius tā quam condominus habuit cum alio dominium. Et similiter circa secundum modum contrahendi societatem pecuniariam, scilicet vbi capitalis pecunia est in fine dividenda, & cessura partim etiam ei, qui posuit tātum operas, examinantur quatuor dubia, vel argumenta quomodo illud sit possibile saltem licitè, cum tāmē etiam capitale pōentis operas non sit in fine dividendum, scilicet sua persona. Item de periculis personæ pōnentis operas, quomodo supportari debeāt ab vtroque. Et quomodo illa duo sint compossibilia, quòd primus modus societatis sit licitus & etiam secundus.

Postea concordantur opiniones sancti Bernardini & glossę. c. 4. q. 1. plerique. Et descinditur quidam casus, & impugnantur tres decisiones aliorum desuper, scilicet glo. in. l. 1. C. pro socio. & Iacobi de Aretio atque Angeli de Perusio.

Postea diffusè examinatur ille casus, in quo in fine societatis pecunia capitalis fuit perdita sine culpa pōnentis operas, vel per culpam eiusdem, an qui posuit operas, teneatur illius damni partem sufferre. Et ponūntur ad illam partem duo dicta, & postea impugnantur tres responsiones aliorum, scilicet glo. in. l. si non fuerint. ff. pro socio, & Iacobi de Aretio & aliorum. Ad secundā verò partem respondetur per sex dicta & impugnatur sententia Angeli quintupliciter.

QVÆSTIO. XCIIII.

VTRVM traditio pecuniæ facta in specie societatis sit licita, & qualiter cognoscetur, an sit licita.

Solutio quæstionis stat in quatuor conclusionibus & vno corollario.

Prima conclusio. Traditio pecuniæ facta in specie societatis est ex genere suo licita.

Secunda conclusio. Talis etiam potest vestiri circumstantijs, quòd erit simpliciter licita.

Tertia cōclusio. Talis potest septēpliciter depravari.

Quarta conclusio. Ad cognoscendum specialiter, an seruet circumstantia quomodo, idest debitus modus cō trahendi societatem, valent sequentes septem regulę. Et ibi inter cętera de expensis, an communiter debeāt ab vtroque supportari. Postea formātur & proponuntur

tur septem casus, tanquam sint societatis, & descinduntur quatenus tradita per prædictas conclusiones & regulas arte descindendi contractus societatis simul & practica vel modo per responsionem ad illos septem casus habito: possit lector consequenter seipsum instruere ad descindendum alios innumeros casus formabiles, & circa vnumquenque illorum casuum excepto uno, impugnantur modi respondendi aliorum.

QVÆSTIO. XCV.

VTRVM sequens contractus societatis sit licitus ipsi A. scilicet A. communicat B. socialiter. 50. flor. & B. recommunicat A. operas suas negociando cum illis 30. flore. Ita tamen, quòd A. vult habere tertiam partem lucri prouenientis ex negociatione, & etiam sustinere solum tertiam partem damni prouenientis in eadem, & per consequens vult. 20. ex prædictis florenis sibi esse salvos, ita quòd qualitercunque illi pereant, vult B. esse obligatum ad restituendum eos sibi.

Solutio. q. stat in quatuor cōclusionibus, & quatuor argumentorum solutionibus.

Prima conclusio. In prædicto casu A. a parte rei mutuat B. 20. flor.

Secunda conclusio. A. reliquos. 30. nō mutuavit B. sed ipsum B. duxit ad negociandum sibi cum illis.

Tertia conclusio. A. censendus est B. conduxisse ad operas suas impendendas circa illos. 30. flor. negocian do cum eis.

Quarta conclusio, prædictus contractus est illicitus ipsi A. Probatur dupliciter.

Postea fiunt quatuor argumenta in contrarium, quę & diffusè soluuntur.

Dehinc declaratur illud, quòd sæpè superius extitit suppositum, scilicet quomodo contingere possit, operas vnius sociorum æquivalere pecuniæ capitali alterius etiam tanquam in fine dividendę iuxta utrunque.

QVÆSTIO. XCVI.

VTRVM sequens contractus societatis sit licitus, scilicet A. tradidit. 100. flor. B. quatenus eos exerceat in negociationibus, & B. tantum ponit operas, & totū periculum. 100. flor. remanet in periculo A. ita quòd qualitercunque perdantur sine culpa ipsius B. nihil tenetur B. restituere A. pro illis. A. autem vult, quòd B. respondeat sibi de lucro fixo pro illis. 100. flor.

Solutio. q. consistit in quinque conclusionibus & trium argumentorum solutionibus.

Prima conclusio. Prædictus contractus est virtualiter duo contractus sese consequentes, hoc est includit duos contractus, qui quodam ordine censentur celebrati inter eos, scilicet societatis & mandationis iuris, quòd habet A. ad partem lucri socialis.

Secunda conclusio, Prædictus contractus quantū est ex genere suo & de se, est licitus.

Tertia conclusio. Si per contractum licitè intellige remus solum contractum, qui non continet iniquitatē contra institiam commutativam tunc prædictus casus etiam potest esse ex circumstantia licitus.

Quarta conclusio. quamuis quidam volentes casum, ut proponitur, probare esse licitum, dicant hoc multiplici ratione posse probare: tamen non omnes rationes eorum hoc efficaciter probant. Et enumerantur quatuor fundamenta eorum atque exacuantur.

Quinta conclusio. Prædictus casus, etiamsi feruetur in eo omnimoda æqualitas iustitiæ commutativæ inter A. & B. in utroque contractu incluso. & ita sit omnino æquus: tamen adhuc est illicitus ex aliis rōnibus.

QVÆSTIO. XCVII.

VTRVM ille contractus tanquam societatis sit licitus, scilicet A. tradidit ipsi B. 100. flore. ut eos exerceat in negociationibus, ita quòd B. teneatur ipsi A. reddere. 100. flor. qualitercunque pereant. & si quod lucrum inde obuenerit, debeat B. ipsi A. aliquot tam partem, quam A. pronunc specificat, scilicet mediatatem, vel huiusmodi, aut dimittit quātitatem eius pendere in placito ipsius B. si autem nullum lucrum obueniat, nihil teneatur B. ipsi A. dare nisi capitalem pecuniam.

Solutio quæstionis stat in recitatione diuorum modorum dicendi, & eorum improbationibus, & postea ponetur, ut videtur, fundamentalior modus dicendi.

Primus modus est Hostiens. & cōtinet tria dicta, sed improbatur tripliciter.

Secundus modus est Azonis, & quorundam aliorum, & continet etiam tria dicta: sed impugnatur septempliciter.

Tertius modus continet tria sequentia dicta, uel cō clusiones.

Prima conclusio stat, quòd in casu quæstionis sit substātialiter & essentialiter vera societas inter A. & B.

Secunda conclusio stat, q. in casu quæstionis etiam sit societas, quæ de se & intrinsecè non sit iniqua cōtra iustitiam commutativam, scilicet cōtinendo aliquam inæqualitatem inter A. & B.

Tertia conclusio. Casus quæstionis est illicitus ipsi A. etiamsi minimam partē lucri velit habere. Dehinc soluuntur motiua primi modi dicendi, & destruitur solutio aliorum ad vnum ex eisdem.

IN septimo & vltimo tractatu agitur de contractu permutationis & cambij, & continet tres quæstiones, quarum prima quæstio est. 98. in ordine quæstionum huius operis.

QVÆSTIO. XCVIII.

VTRVM permutatio sit contractus licitus.

Solutio. q. stat in quatuor suppositionibus & quatuor conclusionibus.

In suppositionibus distinguitur de triplici acceptione permutationis, scilicet generali, speciali & specialiori. Et capta secundo modo dividitur in permutationem numismatum & rerum. Et ea, quæ rerum est, dividitur in puram & impuram. Item in œconomicā & lucrativam.

Prima conclusio. Permutatio, ut in prepposito capitur, est contractus specialis ab alijs distinctus. Probatur inductiuè.

Secunda conclusio. Permutatio rerum est contractus ex genere suo licitus.

Tertia

Tertia conclusio. Permutatio rerum potest taliter vestiri circunstantijs, quòd erit contractus etiam simpliciter licitus.

Quarta conclusio. Permutatio rerum potest septem pliciter depravari, secundum quòd deficere contingit quamlibet septem circũstantiarum ad eius perfectam bonitatem moralem requisitarum. Declaratur inductiuè varijs exemplis in singulis circunstantijs.

QVÆSTIO. XCIX.

VTRVM cambium sit species permutationis, & licitè fieri possit.

Solutio. q. stat in sex suppositionibus, &. 12. conclusionibus.

In suppositionibus declaratur quis permutantium numisma dicatur in præsenti tract. cambire. Et dividitur cambium duabus divisionibus. Primò secundum diuersitatem & identitatem numismatum. & ostenditur, quòd saltem individualis distinctio numismarum est necessaria ad cambium. Et proponitur casus, in quo nequit sciri, an sit purum mutuum, vel cambium mixtum mutuo. Secundò dividitur penes paritatem & imparitatem.

Prima conclusio, Cambium est species permutationis primo & secũdo modo capiæ, nõ autẽ tertio modo.

Secunda conclusio. Cambium est contractus distinctus ab alijs. probatur enumerando aliquos, quibus magis videtur identificari, cuiusmodi sunt mutuatio, venditio, emptio. Et improbantur probationes Alexandri de Alexandria. Et examinatur etiam, an pecunia sit emibilis & vendibilis de facto, vel de iure.

Tertia conclusio. Cambium quantum est ex genere suo est contractus vtilis reipublicæ, & hoc siue sit purum, siue mixtum ex misto.

Quarta conclusio. Duas principales contingit sub esse causas, propter quas ipse A. scilicet qui est quasi ordinarius campsor pura dedituis talibus dans vnum numisma ipsi B. & recipiens aliud numisma: potest rationabiliter velle habere lucrum & plus velle ab ipso B. recipere, quàm ei in numismate dedit, seu in numismate ei minus dare, quòd ipse a B. receperit. probatur enumerando eas. Et in prima enumerantur sex modi, quibus contingit, campsorem obsequi, vel seruire campsuario, & declaratur ratione quorum obsequiorum licet sibi aliquid ab eo exigere, & ratione quorum non.

Quinta conclusio. quamuis ille, qui nõ est quasi ordinarius campsor, seu deditus campsionibus, nec colligit, nec dat extraneum numisma, sed solum currens in partia (sicut communiter vnus hic cambit alteri flor. pro moneta, vel econtra) non habeat tot causas & rationes accipiendi lucrum a campsuario, nec etiam habet causam accipiendi tantundem lucri, sicut ille, qui est talibus continue quasi ex officio deditus. Tamen talis potest nonnunquam habere etiam aliquantulam causam & rationem accipiendi parum quid a campsuario.

Sexta conclusio. Duobus modis contingit ipsum A. lucrari in cambio. scilicet ex solo diuerso cursu valoris monetæ & ex non solo tali.

Septima conclusio. Cambium est contractus ex genere suo licitus, & hoc siue sit purum, siue sit impurũ per admixtionem mutui.

Octauo cõclusio. Cambium tam purum quàm mixtum potest taliter vestiri omnibus debitis circunstantijs, quòd erit contractus simpliciter licitus.

Nona conclusio. Cambium tam purum, quàm mixtum mutuò potest septempliciter depravari.

Decima conclusio. Cambium depravatur multipliciter ex parte circunstantiæ, quomodo patet enumerãdo. 9. exempla.

Vndecima conclusio. Ad sciendum, si in cambio seruetur circunstantia quomodo, seu debitus modus, valent sex sequentes regulæ.

Duodecima conclusio. Cambium non depravatur per hoc præcisè, quòd A. accipit plus a B. quàm ei dedorit, seu per hoc, quòd luctatur, seu dat vilius numisma, & recipit melius, immo licitè potest hoc fieri. Probatur dupliciter. Et soluitur argumentum in contrarium.

Postea inferuntur. 11. corollaria, quibus impugnantur modi dicendi aliorum de cambio.

Primum est, quòd non valet divisio quorundam distinguentium cambium in tres (species, immo in quatuor, vel quinque. dicentes, quòd quoddam est, quod dicitur minutum. Secundò quoddam, quod dicit per literas. Tertiò quoddam dicitur siccum. Quartò quoddam, quod sapit naturam secundi & tertij. quoddã verò & quintò, quod a campsoribus romanis exercetur. Et declarantur membra illius divisionis per exempla, & improbatur illa divisio septempliciter.

Secundum corollarium. Quod non valet dictum Ioan. de Lignano in. c. finali. de vsuris. dicentis, q̃ quãdo campsor cambiendo recipit vnum denarium pro cambiendo flor. quòd non videtur campsor bene excusabilis, nec bene rutus in conscientia, nisi attento interesse, vel cursu monetæ.

Tertium & alia corollaria vsque ad. 11. inclusiuè declarant de secũdo, tertio, quarto & quinto cambijs, an quodlibet eorum possit censeri licitum, vel illicitum, & in quibus circunstantijs, ac ex qua ratione sint talia cambia condemnanda, vel iustificanda. Ideo improbãtur modi dicendi aliorum, qui vel indistinctè iustificãt aliqua talia, vel indistinctè dãnant, vel ex fundamentis non validis procedunt in iustificando, vel condemnando, & ibi de sententia scti Bernardini & Laur. de Ridol. atque aliorum. Ponitur etiam ibidem salutare documentum pro confessoribus & in foro animæ consultoribus, cum tales casus eis occurrerint, obseruandum.

QVÆSTIO. C. & vltima.

VTRVM quando de aliquo contractu doctores tenent contrarias opiniones aliquibus damnantibus eum vt peccatum mortale: alijs autem cum iustificantibus tanquam licitum. Et aliquis contrahit tali contractu. Vtrum talis cõtrahens peccet mortaliter. Et generalius potest hæc quæstio moueri de quolibet actu sic scilicet, Vtrũ quãdo de aliquo actu doctores tenẽt &c.

Solutio. q. stat in quatuor suppositionibus & tribus conclusionibus & 11. argumentorum solutionibus.

In suppositionibus præmittuntur tres distinctiones de agente & de agere eum actum, super quo sunt diuersæ sententiæ doctorum: & dantur multa exempla in his rebus quæ tangunt salutem animæ: super quibus tamẽ sententiæ doctorum extant contrariæ.

Prima

Prima conclusio. In septem casibus contingit, quòd agens talem actum, de quo (modo tacto in titulo) doctores tenent contrarias sententias, peccat mortaliter. Probatur enumerando eos, & in septimo casu recensentur septem causæ, propter quas aliquis potius debet adherere vni opinioni doctorum, quàm alteri aliorum, & ita vnam opinionem præferri alteri.

Secunda conclusio. In duobus casibus non peccat ille, qui agit actum, de quo doctores tenent &c. vt in titulo. Probatur enumerando eos, & secũdus casus probatur tripliciter. Vbi inter cætera etiam examinatur, an ad hoc q̃ homo dicatur fecisse, quod in se est ad sciendum in casu, de quo est doctorum varietas, quæ opinionum sit vera, sufficiat studium per intellectum adhibuisse, & non requiratur etiam Deum per affectum pro sapientia & sua illuminatione inuocasse. ubi quadrupliciter ostenditur, quòd etiam illud secũdum requiritur.

Tertia conclusio. Alicui confessori licitum est absoluere illum, qui secundum tenorem secundæ conclusionis egit actum, de quo (prædicto modo) doctores tenent contrarias sententias: & tamen alteri non est licitum illum absoluere. Probatur distinguendo de confessore ordinario & non ordinario, spontaneo, vel necessario. Postea arguitur. 11. argumentis, vbi inter cætera, scilicet in quarto examinatur, an diuini iuris ignorantia inuincibilis possit cedere in facietem, quod in se est. Et in sexto, septimo, octauo & nono examinantur illæ auctoritates, scilicet, Tene cerum & dimitte incertum &c. Qui amat periculum, peribit in illo. In dubijs tutior via est eligenda. Bonarum mentium est ibi culpam agnoscere, vbi culpa non est, & quædam aliæ auctoritates. Atque ita finis operi imponitur in eo, de quo dicitur. consummatio sermonum ipse est, cui sit laus & gloria per infinita secula seculorum, fiat, fiat.

Explicit Summarium a compilatore subsequentis operis, loco tabulæ alphabeticæ super eodem collectum.

INTER additiones confirmatorias ac amplius resolutorias, quas cõpilator operis Sumnario inseruit, potiores sunt tres, quarum duas lector inueniet in q. 33. vnam quoque satis diffusam in q. 57. de multiplici deceptione in contractibus vendicionis & emptionis, & nullitate ac rescissibilitate eorundem cum multorum argumentorum solutionibus de superuendente non vltra dimidium iusti precij, si restituere tenetur superacceptum. Cæteræ additiones paucæ sunt, atque breues.

FINIS.

CONRADI SVMMENHART
SACRAE THEOLOGIAE
PROFESSORIS PERSPICACISSIMI.

Tractatus de contractibus.

TRACTATVS I. Q. I.

VTrum Duæ descriptiones iuris & vna descriptio dominii sint a magistris bene ac magistraliter positæ, quibus dicitur. Ius est potestas vel facultas propinque conueniens alicui secundum dictamen primæ iustitiæ. Et iterum. Ius est potestas vel facultas propinqua conueniens alicui secundum dictamen rectæ rationis. Dominium autem est potestas vel facultas propinqua assumendi res alias in sui facultatem, vel vsum licitum secundum iura vel leges rationabiliter institutas. Solutio quæstionis stat in quattuor suppositionibus & sex conclusionibus cũ vno corollario.

Prima suppositio ius capitur dupliciter. Vno modo prout idem est, quod lex, quo modo accipitur, cum dicimus, præcepta Dei esse ius diuinum, & constitutiones imperatorum esse ius ciuile, vel imperiale. Et hoc modo accipitur ius in descriptione dominii, cum dicitur: secundum iura &c. Alio modo accipitur ius vt idem est quod potestas, quo modo accipitur, cum dicimus patrem habere ius in filium, regem in subditos, & homines habere ius in rebus & possessionibus suis, & etiam in personis aliquando. puta in seruis, quo modo capitur in iure ciuili: vt insti. de iure personarum: qd ius personarum diuiditur in ius patriæ potestatis, & in ius dominii respectu seruorum. Et hoc modo capitur quando describitur ius prædictis duabus descriptionibus. Et differunt illæ acceptiones: quia ius secundo mõ. est relatio: & habitudo fundata in illo, qui dicitur habere ius: & terminata in rem, in quam, vel in qua habet ius tanquam ad terminum remotum: & ad actionem, quam habet exercere in talem rem, vel circa eam tanquam ad terminum propinquum. Sed primo modo capiendo, est oratio mentalis, scripta, vel vocalis: quia omnis lex est oratio mentalis, scripta, vel vocalis. Et sic cum oratio creata sit qualitas pro denominato (quia si est mentalis, est species intelligibiles adinuicem coniũctæ pro rebus, quarum sunt species. Si est scripta, est figuræ aliquæ adinuicem coniunctæ. Si est vocalis, est voces: quæ omnia sunt qualitates) sequitur, q ius primo modo est res absoluta.

Secunda suppositio, capiendo ius secundo modo, est idem quod dominium, & verè & vniuersaliter prædicatur de dominio, sic q omne dominium est ius secundo modo. Probatur dupliciter. Primò: quia aliquem esse dominum alicuius rei est formaliter eũ habere ius in illa re, vel in illã rem. igitur dõium est ius: tenet consequentia a coniugatis. Secundò probatur: quia diffinitio iuris sedo modo capti conuenit formaliter dño: vt patet discurrendo per omnes tres clausulas diffinitionis iuris: quia omnes istæ tres ponuntur etiam in diffinitione dominii formaliter vel æquivalenter. vnde vt infra patebit in conclusione quarta, descriptiones iuris & dominii in sententia sunt eædem, ergo & diffinita sunt eadem. Attamen, cum dixi, ius & dominium esse idem, intelligendum est, si dominium non capiatur valde strictè & appropriatè. Nam appropriatè capiendo dominium, connotat vltra rõnẽm iuris etiam superioritatem, eo q dominus est relatiuum suppositionis. Dominium, & loquendo de ciuili dominio, esset minus cõe, quàm ius, & de ciuili iure loquendo, quia ciuiliter loquendo, aliquis habet ius in re aliqua, vt vsum in utendo retali, vel vsufructum, ius vtendi & fruendi re aliqua, qui tamen non habet dominiũ illius rei, nec directum, nec vtile: vt patebit in q. 12. Si igitur ita strictè acciperetur dominium tunc essent idẽ sed non conuertibiliter: quia ius esset in plus, & per cõsequens non omne ius esset dominium. Nã inferior habet ius in superiorem: quia superior tenet inferiori in multis. Et filius habet ius in patrem: quia pater in multis tenetur saltẽ naturaliter filio. Et vxor habet ius in virũ. Et tamen propriè non concederemus inferiorem habere dominium in superiorem, aut filium in patrem, aut vxorem in virum. Sed ita strictè hic non accipiemus. Quod autem possit ita largè accipi, vt conuertatur cum iure, probo: quia quicunque habet ius in aliqua re, potest dici dominus illius rei. igitur illud ius poterit dici dominium. Consequentia nota. antecedẽs probatur: quia quicunque habet ius in re si ei surriperetur, vel subtraheretur, rés illa eo inuito, surripiens diceretur furtum commisisse. & si sic, ergo surripiens cõtractauit rem alienam inuito dño. tenet cõsequentia p diffinitionẽ furti. Et per consequens ille, qui habet ius in ea re, portat aliquo modo dici dñs illius rei.

Tertia suppositio. prima descriptio iuris ponitur p Ioannem de Gersona in tract. de potestate ecclesia. consideratione. 13. quæ consideratio aliàs intitulatur, de origine iuris & legũ. Et dictamen accipitur in illa descriptione iuris pro lege. hoc dico: quia dictamen, qui uocè accipitur aliquando, p lege dictata, aliquando, p actu rationis dictantis. Secunda verò descriptio ponitur ab eodem in tractatu, de vita spirituali animæ, lectione tertia.

Quarta suppositio. secunda descriptio redit in idem, cum prima. Nam in secunda descriptione tres primæ clausulæ sunt omnino eædem in vtraque. Sed & quarta clausula licet secundum vocem aliter ponatur in prima & secunda, tamen in re est eadem etiophique, quod sic probatur. Recta ratio accipitur vel pro ea recta ratione, quæ primò originaliter & essentialiter est recta, & nunc idem est, quod prima iustitia, & sic il-

le clauſulæ omnino æquiualent in prima & ſecunda deſcriptionibus, aut recta ratio accipitur generaliter ad rationem rectam, ſiue illa ſit recta ratio eſſentialiter, qualis eſt in ſolo deo, ſine participatiuè, qualis reperitur in creaturis rationalibus. Et tunc illa clauſula ſecundæ deſcriptionis iterum redit in idem cum clauſula primæ: quia omnis dictamen illius rationis rectę: quæ eſt participatiuè recta ratio reducitur ad rationẽ rectam, quæ eſt eſſentialiter recta, ratio, & per conſequens reducitur ad primam iuſtitiam.

Prima concluſio. primæ deſcriptio iuris eſt bona, probatur per conditiones bonæ deſcriptionis. Reſtat igitur eam tantum declarare per ſingulas clauſulas, quę ſunt quattuor. Nam prima clauſula eſt poteſtas vel facultas, & illa ponitur pro genere: quoniam ius formaliter eſt poteſtas vel facultas, quod patet. Nam aliquem eſſe habẽtem ius in aliqua re eſt, eũ poſſe aliquid in illã rem, vel in illa re. ergo ius eſt poteſtas: tenet cõſequentia per locũ a poniugatis. Nota tamen, q̃ ſicut circa librum de anima, dici ſolet. Potentia, ſeu poteſtas animæ capitur dupliciter. Vno modo materialiter ſeu fundamentaliter pro realitate animæ elicitiua actuum, quomodo potentia animæ eſt res abſoluta, & non relatio: quoniam relatio non eſt entitas elicitiua. Alio modo formaliter & pro per ſe ſignificato. & ſic eſt habitudo animæ fundata in tali realitate, quam habitudinem habet anima ad obiectum & actus producibiles a ſe circa obiectum. & ſic potentia eſt relatio. Ita hic non debet capi poteſtas, vel facultas in deſcriptione iuris & dominii pro aliqua abſoluta entitate: ſi ſaltem debeat eſſe prædicatio formalis: quia ius & dominium formaliter ſunt relationes: ſed debet capi pro habitudine, vt dictum eſt: licet illa habitudo fundetur nonnunquã in re abſoluta: vt patebit, & ſemper ſubiectatur in re abſoluta, differunt autem fundari relationem, & eam ſubiectari. Et ſi quis dĩ. Exquo ſub diſiunctione ponitur pro genere poteſtas vel facultas, quod illorum conuenientius ponitur pro genere? Dicendum, vt placuit Ioãni de Gerſona, q̃ conueniẽtius ponitur facultas (pro, ut a fas deriuatur) pro genere, quàm poteſtas, ratione non aſſignata: ſed poſſet eſſe hæc. Nam hominem habere facultatem in aliquã re, eſt eum habere poteſtatẽ agendi aliquid in illam rem, vel in illa re: agendi (inquam) non qualitercunque, ſcilicet licitè, vel illicitè: ſed tantum licitè. facultas enim, vt a fas deriuatur, connotat licere. Poteſtatem autem habere in aliquam rem denotat poſſe agere aliquid in illa re, vel in illam rem, non præciſè licitè: ſed ſiue licitè, ſiue illicitè: ſaltem ſi reſtricte capiendo poteſtatem: quomodo dicimus, q̃ latro poſſit occidere: ſicẽ reſtricte capiendo ſolum hoc dicamus poſſe, quod de iure, ſeu quod licitè poſſumus. Hæc tamen cauſa præferendi illum terminum facultas, nõ cogit omnimodè: quæ etiamſi poteſtas ponatur loco generis: ſatis reſtringeretur pro victima clauſulam deſcriptionis ad ſtandum pro poteſtate, qua quis aliquid licite poteſt: quia victima clauſula dicit, conueniens alicui ſecundum dictamen rectæ rationis, vel primæ iuſtitiæ. Poteſtas autem ſecundum dictamẽ primæ iuſtitiæ alicui conueniens eſt, poteſtas licitè agẽdi aliquid. Secunda clauſula ſcilicet propinqua ponitur propter tria excludenda. Primò ad excludendum poteſtatem remotã conuenientem alicui ſecundum dictamen primæ iuſtitiæ: quæ ob hoc q̃ propinqua non eſt: ius dici non poteſt. Exemplum. Peccator mortalis habet poteſtatem merendi beatitudinem, & hoc ſibi conuenit ſecundum dictamen rectæ rationis: quia ſecundum dictamen diuinum & voluntatem diuinam habet illam poteſtatem. ſed illa non eſt propinqua poteſtas: quia non poteſt ſtatim exire in actum metendi: manendo in illo ſtatu, ſed præcquiritur tranſitio aliqua in eo de non habere charitatem ad habere: quare illa eius poteſtas non merebitur dici ius ad meredum. Ponitur etiam ſecundò propinqua ad excludendum poteſtatem, quæ eſt tantum obedientialis, quæ licet cõueniat alicui ſecundum dictamen primæ iuſtitiæ, vel rectæ rationis: tamen talis poteſtas non meretur dici ius. Exemplum. Minima ſtella eſt in poteſtate, vel potẽtia obedientiali ad diffundendum de ſe tantũ lumen, quantum diffunditur a ſole. Et hæc potentia conuenit ſibi ſecundum dictamen primæ iuſtitiæ. Nam prima iuſtitia dictat, & vult, q̃ ſtella debeat obedire in tali actu diffuſionis, ſi Deus eam ſibi conferret. Sed hæc eius poteſtas, ſeu potentia non eſt propinqua, ideo non dicitur ſtella ius habere ad diffundendum de ſe tantum lumẽ: quantum a ſole diffunditur. Ponitur etiam tertiò ad excludendum potentiam, ſeu poteſtatem logicalem, quæ non eſt repugnantia, quæ coincidit cum obedientiali: vt damnati habent potentiam logicalem ad beatitudinem: quia non repugnat eis, q̃ eripiantur de damnatione, & donentur beatitudine. Et hæc non repugnãtia conuenit eis ſm dictamen rectæ rationis. Sed quia non eſt propinqua potentia ad beatitudinẽ. iõ non dicuntur habere ius ad eã. Poſſet tamen & forte melius dici, q̃ potentia obedientialis, & potentia logicalis ſatis excluduntur per genus diffiniti, ſ. per facultatẽ, ſeu poteſtatẽ, ſi poteſtas propriè capiatur. Nã facultas ſignificat potentiam actiuè ſe habentẽ, i. potentiam aliquid agendi circa aliquid. Similiter & poteſtas, ſi propriè capiatur, ſignificat tantum potentiã actiuè ſe habentem. Vnde poteſtas quaſi ſpecies eſt potentiæ: quia potẽtia ſe extendit ad actiuã & paſſiuã. Mõ potentia obedientialis atq; logicalis non ſunt propriè potentiæ agendi: quia aliquem eſſe in potentia obedientiali ad aliquid non eſt ipſum habere potentiam agendi circa aliquid. Sed eſt potius ſe habere paſſiuè ad hoc, vt illud ſibi cõferatur, vel inſit: vt ſtellam eſſe in potentia obedientiali ad diffundendum de ſe tantum lumen: quantum a ſole diffunditur. eſt ſtellam non habere iam aliquam potentiam actiuam elicitiuam huius actus diffuſionis: ſed eſt eam poſſe ſuſcipere illum actum, ſi ſibi conferetur a Deo. Et tunc per idem genus diffiniti excluderetur potentia, quam damnati habent ad pœnas ſuas. Nam hæc eſt potentia paſſiua: non poteſtas vel facultas dicenda. ideo non dicuntur habere ius in eas pœnas. Et quamuis Ioannes Gerſon poſtquam dixerat: non dicimus aliquem ius habere ad eius nocumentũ, addat dicens: non eſt tamen penitus alienum a ſcriptura ſacra, quòd ea dicantur iuſta, quæ diuina prouidentia ſpecialiter ordinat, ſic. i. Regum dicitur. Hoc erit ius regis &c. Et demones dicimus habere ius ad punitionem damnatorum, de veritate tamen illius additi & exemplorum congruentia, dicetur in corollario huius concluſionis. Tertia clauſula, ſcilicet conueniens alicui, ponitur ad denotandum ſubiectum ipſius diffiniti,

niti, quod eſt accidens. Accidens enim debet diffiniri per ſubiectum ſuum, ſi in abſtracto diffiniatur. Et ſic fit hic. Quarta verò clauſula, ſcilicet ſecundum dictamen primæ iuſtitiæ; ponitur ad excludendum poteſtatem propinquam conuenientem alicui, quæ de propinquo poteſt aliquid agere in aliquam rem, vel in aliqua re: non tamen conuenit ei ſecundum dictamen rectæ rationis agere: vt latro habet poteſtatem, quæ de propinquo poteſt occidere hominem: ſed illa vt talis non conuenit ei ſecundum dictamen rectæ rationis. Et dixi vt talis: quia poteſtas illa, quæ id poteſt, quamuis ei conueniat ſecundum dictamen rectæ rationis: non tamen in ordine ad illud obiectum & cum talibus circunſtantijs.

Corollarium. Quicquid ſit de veritate prædictæ additionis, vel dicti Ioannis de Gerſona: tamen exempla non omnino videntur ambo congrua ad probandum, quòd in ſcriptura ſacra accipitur aliquando ius non pro iure ſupra deſcripto: ſed aliter. Probatur: nam primum non omnino congruit, quia ibi quò ad multa ibidem enumerata non oportet ius accipi pro punitione, vel pœna futura ipſi populo iſrael a ſuo rege: ſed poteſt quò ad multa ibi poſita accipi, etiam pro iure ſupra diffinito: quia voluit dicere, quòd rex eſſet habiturus facultatem propinquam aſſumendi res ſubditorum ad ſui vſum licitum ſecundum leges rationabiliter inſtituendas reducibiles ad primam iuſtitiam, quæ Deus eſt, qui voluit regi futuro conuenire hanc poteſtatem quò ad multa. Non enim credendum eſt, quòd reges Iſrael non potuerunt licitè res ſubditorum aſſumere ad ſui uſum. vide Nicolaum de Lyra ibidem. Secundò, quia dato, quòd ibi poſſet accipi ius aliter, quàm pro iure ſupra deſcripto: tamen non oportet accipi quo ad multa ibi poſita pro pœna futura filijs Iſrael a ſuo rege: ſed poſſet accipi ibi materialiter pro materia, circa quam ipſius iuris ſupra deſcripti, quæ materia eſt terminus illius relationis, ſcilicet iuris deſcripti: unde acciperetur pro rebus, in quas quis habet ius, vel pro actionibus, quas exercere poteſt circa res aliquas ille, qui dicitur habere ius ſupra deſcriptum circa tales res. Illas autem actiones non oportet pœnam dicere, vel punitionem. exemplum, temporalia ſtipendia quę plebanus prætextu beneficij ſui (quod eſt ſpecies iuris ſupra deſcripti) ſimiliter & acceptiones illę, quibus accipit talia temporalia ſtipendia, ut mortuaria, oblationes & fructus decimales prætextu iuris. illa (inquam) & illæ vocantur aliquando iura ſua parochialia, ideſt ſunt actiones, quas prætextu iuris ſupra deſcripti exercere poteſt circa res ſubditorum: nec tamen oportet dicere illas acceptiones eſſe pœnas, vel punitiones ſubditorum. Tertiò: quia dato quòd tales acceptiones, quibus licitè accipiuntur a ſubditis res aliquę, dici poſſent aliquo modo pœnę eo quòd ſunt eis graues, vel aliquo modo nolitę immo, quod plus eſt, dato quòd ibi ius acciperetur non tantum pro actionibus, quas prætextu iuris & dominij regalis licitè potuit rex exercere circa res ſubditorum: ſed etiam pro actionibus, quibus exorbitantur & tirannicè, & vltra quàm regali dominio competat, exercituras erat circa res ſubditorum. & ita accipiatur ibi pro pœna vel punitione populi: tamen ex hoc non habetur, quòd in ſcriptura ſacra habeatur, quòd ille terminus, ius, acciplatur pro potentia paſſiua, quam aliquis habet ad pœnam vel nocumentum ſibi futurum: quia actiones prædictæ pœnales non eſſent potentia paſſiua ad pœnam ſed mere eſſent pœna. & ſic ex illa ſcriptura non haberetur, quòd aliquando ius acciperetur ita largè, quòd potentia ad nocumentum, vel pœnam vocaretur ius. Sed tantum haberetur, quòd tales pœnę vocarentur iura. Et hoc eſt concedendum: ſed tunc ius acciperetur materialiter p̃ rebus, vel actionibus, circa quas verſatur ius deſcriptum. Nam ſi Deus ſua prouidentia vult, quòd pœnę, vel punitiones per regem infligantur populo: iam rex habet formaliter ius ſupra deſcriptum. & illę pœnę & punitiones ſunt materia, circa quam verſatur illud eius ius. Et ſic potuit intelligi illud dictum. hoc erit ius regis. Secundum exemplum etiam non congruit: quia illud exemplum præmittitur, quaſi ius, quod demones dicuntur habere in damnatos, ſcilicet ad puniendum eos, non ſit ius ſupra deſcriptum: ſed abuſiua acceptione dicatur ius. hoc autem non videtur verum. Nam illud ius eſt ius ſupra deſcriptum: ut patet per totam deſcriptionẽ. vnde de ſeruo ne quam dicitur Matt 8. Iratus dominus eius tradidit illum tortoribus, exponitur de demonibus, qui in hoc ſunt executores diuinę iuſtitię: ut ait poſtillator. Et confirmatur: quia executor iuſti iudicis habet ius ſupra deſcriptum in malefactorem ſibi traditum a iudice. demones autem ſunt executores Dei iuſti iudicis reſpectu damnatorum. igitur &c. fateor tamen, quòd illo iure non vtuntur licitè: ſed illicitè: quia non amore iuſtitię eo vtuntur, ſed inuidia & odio humani generis, ſicut lictor, vel ſpiculator habet ius occidendi reum ſibi traditum. licet occidendo abutatur iure ſuo: ſi ex auaritia exerceat illud officium, vel ex odio. Sed verum eſſet, quòd potentia; qua demones paſſiuè ſe habent ad ſuam propriam pœnam ſuſtinendã non eſt ius ſupra deſcriptum, nec etiam ipſę propriè pœnę, quas ſuſtinent, ſunt ius ſupra deſcriptum. Sed illę pœnę bene ſunt materia, circa quam iuris ſupra deſcripti, quod Deus in nos habet. ſimiliter & pœnę, quas demones inferunt damnatis ex diuina ordinatione. Et ſic patet, quòd additio prædicta Ioannis de Gerſona ſi debeat eſſe vera: non debet intelligi, quòd voluerit dicere, quòd alicubi in ſcriptura reperiatur ius accipi pro potentia, qua quis paſſiuè ſe habet ad pœnam ſuam ſibi inferendam. Hoc enim nõ apparet verum, nec exempla prædicta cõgrueront. Sed debet intelligi, quòd in ſcriptura aliquando accipiatur ius materialiter pro illa actione, quam quis exercere habet in res aliquas ratione iuris deſcripti: & tunc primum exemplum poſſet aliqualiter congruere, non autem ſecundum.

Secunda concluſio, ſecunda deſcriptio iuris etiam eſt bona. Probatur: quia prima eſt bona. igitur etiam ſecunda; quia ſunt eędem: ut probatum eſt in quarta ſuppoſitione.

Tertia concluſio, utraque deſcriptiones ſunt magiſtraliter poſitę. Probatur: quia quando diffinitum eſt relatio: tunc magiſtraliter deſcribitur, ſi per fundamentum & terminum deſcribitur. Hic autem diffinitum eſt relatio: ut patet ſupra ex prima ſuppoſitione. Et vtraque deſcriptio datur per fundamentum & terminum illius relationis. igitur &c. Mi-

tor probatur: quia illæ descriptiones habent explicitè vel implicitè omnes clausulas descriptionis dominij. Modo descriptio dominij datur per fundamentum & terminum dominij: vt probatur in conclusione sexta, & dominium est idem cum iure, igitur etiam prædictæ descriptiones iuris dantur per fundamentum & terminum iuris.

Quarta conclusio. omnes clausulæ positæ in descriptione dominij sunt etiam positæ in descriptione iuris: & hoc vel expressè, vel implicitè. Probatur discurrendo per quinque clausulas descriptionis dominij. Nam prima & secunda sunt facultas, vel potestas & propinqua, & hę duæ etiam sunt positæ in descriptione iuris: vt patuit. Tertia est, assumendi res &c. Et hæc implicitè etiam est posita in descriptione iuris. Nam potestas, vel facultas, quæ ponitur loco generis in descriptionibus prædictis, denotat potentiam non passiuam: sed potius habentem se in ratione agendi, & per consequens ius etit potestas propinqua ad agendum aliquid in illam rem, vel in illa re. Nam omne ius, atque dominium est habitudo illius, in quo est ad rem illam, in quam, vel in qua habetur. & hęc habitudo non terminatur ad illam rem: nisi secundum aliquem actum, vel actionem, quam habens ius vel dominium habet exercere in illam, vel in illa re. Exemplum, ius vel dominium, quod habet pater in filium, est ius in filium secundum quòd pater potest exercere actum correctionis in filium, & actum directionis circa eundem. Et ius, quod habet quis in domo sua, est ius secundum quòd tale potest exercere illos actus in domo, scilicet ingredi, egredi, & res suas inferre. Vnde tantum quisque habet iuris, vel dominij in aliquam rem: quantum actionis licet sibi exercere circa rem. Et actio circa rem exercenda innititur i tertia clausula, cum dicitur, assumendi res &c. idest exercendi circa illas res aliquas actiones. Et sic tangitur terminus illius relationis tam remotus, qui est res ipsa, in qua quis habet ius, quàm ppinquus, qui est actio agibilis circa rem. Quarta clausula tangitur, cum dicitur licitum. Et quinta, cum dicitur ſm leges &c. Et hę duę etiam satis innuuntur in tertia clausula diffinitionis iuris, cum dicitur: conueniens alicui secundum dictamen primę institię, vel rectę rationis. Nam si aliqua potestas exercendi aliquas actiones licitas circa rem conuenit alicui secundum leges rationabiliter institutas: tunc cõsequens est, vt etiam sibi conueniat secundum dictamen rectę rationis, & primę iustitię: & econtra: quia omnis lex rationabiliter instituta est dictamen rectę rationis, capiendo dictamen passiuè pro oratione vel complexione dictata per rationem. Et si sibi conuenit secundum tale dictamen, ergo secundum dictamen primę iustitię sibi conuenit, tenet consequentia ex deductis in quarta suppositione. Et hęc clausula ponitur ad tangendum fundamentum illius relationis, quę dicitur dominium, vel ius. Nam talis relatio fundatur super aliquo, ratione cuius lex voluit, quòd deberet ei conuenire talis relatio. Quòd autem ratione illius cõueniat sibi per legem talis relatio est propter primam iustitiam, quę voluit, quòd illud, in quo reperitur tale, inueniatur etiã huiusmodi relatio, scilicet dominium vel ius. Exemplum, hęc oratio homo, qui alium genuit: dando sibi esse: habeat ius & dominium exercendi in genitum actionem correctionis & directionis: est lex naturalis, ſm quam patri conuenit ius & dominium in filium. Hęc autem lex pro fundamento dominij collati patri ponit hoc, quod est eum genuisse filium, & sic genuisse, vel paternitas est fundamentum illius dñij. Sic ius & dominium, quod habet prælatus in subditos conuenit sibi rõne electionis, scilicet q electus est, electum enim esse est fundamentum, ratione cuius conuenit sibi ius illud: lege dicente. Oĩs qui electus fuerit legitimè in prælatum illius populi, habeat ius & dñium in populum illum: & sic de alijs. Et tale fundamentum vocatur titulus iuris, vel dominij: ut cum dicimus, ille titulo paternitatis habet dominium in illum. Iste titulo electionis habet dominium in istos &c. Vñ non bene videtur dictum, qđ Ioan. Gerson dicit, q potestas vel facultas, quę ponitur loco generis in descriptione iuris, vocetur titulus iuris. Nam illa facultas est met ipsum ius: sed potius debet dici, quòd titulus iuris sit illud, ratione cuius cõuenit tali ſm legem ipsum ius: ut dicimus. Iste possidet hanc rem: vel habet dominium huius rei titulo præscriptionis vel emptionis, idest ille ratione habet, quia eam præscripsit, vel emit. Et sic ipsa emptio, vel præscriptio est titulus illius iuris, vel dominij. Vnde idem met in lectionibus aliqñ dicit, titulos dominiorum fundare dominia. Non tamen accipio hoc fundamentum relationis strictè, quo modo accipitur in metaphysica, cum dicimus vnum in qualitate esse fundamentum similitudinis. ibi enim fundamẽtum dicitur esse res præsentialis in rerum natura cum relatione ipsa. Sed accipio, ut etiam se extendat ad aliquid, quod præexigitur relationi, vel ei præsupponitur: licet illud iam transierit in præteritum, quo modo genuisse dicitur fundamẽtum paternitatis, licet genuisse tranſierit in præteritum. Sic genuisse fundat dominium patris in filium, & electum fuisse dominium prælati in subditos, ac emisse dominium, quod per emptionem est acquisitum, & sic de alijs suo modo.

Quinta conclusio. descriptio dominij est bona. Probatur dupliciter. Primò per conditiones bonæ descriptionis. Secundò: quia descriptio dominij est eadem cum descriptione iuris: ut patet per quartam conclusionem, & diffinita etiam sunt eadem, scilicet ius & dominium: ut patuit in secunda suppositione. Igitur si descriptio iuris fuit bona: ut patuit in prima conclusione, sequitur propositum. Et hęc descriptio ẽt potest declarari eodem modo, quo declarata est descriptio iuris per singulas clausulas. Illa tamen clausula, scilicet res alias, vel ut alias, speciali indiget declaratione, quæ ponitur ideo: quia aliquando aliquis habet dominium, vel ius in aliquam rem, quæ tamen non est alia ab ipso dominio. Exemplum. Anima habet dominium super suas potentias inferiores, q sunt ipsa alia: & sic anima super seipsam habet dñium. Attñ anima habet illud in se quasi & quodam mõ vt in aliam rẽ: quia ſm q voluntas est, habet dñium in se ſm alias potentias. Hę aũt potentię ab inuicem distinguuntur aliquo mõ. Et anima etiam ſm q voluntas habet dñium in seipsam, ſm q voluntas seipsam transmutando de non agere ad agere: sed hoc est in seipsam vt pas siuam, a seipsa vt abactiua. Similiter libertas est quędam species iuris, & illud ius habet liber in seipsum scilicet agendi quòd libet. Vnde diffinitur ius in institi.

tuti. de iure personarum. §. 1. Est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi quod ui aut iure prohibetur. Et sic liber habet ius super suam personã, quamuis non sit dominus membrorum suorum ad ea abscindendum, aut ad alium abusum, de quo dicetur in qõ. 74. Similiter dicimus, quòd peccator pœnitendo exercet actum iustitiæ in seipsum, & per consequẽs habet ius in se tanquam in ipsum. hoc tamen est sub alia ratione: quia sub ratione ministri iudicis æterni habet ius in se tanquam in reum eiusdem.

Sexta conclusio, descriptio dominij & bene & magistraliter posita probatur: quia descriptio relationis bene & magistraliter ponitur, quando datur per subiectum fundamentum & terminum. Sed dominium est relatio, & eius descriptio datur per illa. igitur. Minor probatur pro secunda parte. Nam subiectum subintelligitur, quando dicitur conueniens alicui: fundamentum autem datur intelligi, quando dicitur secundum leges rationabiliter institutas. Hę enim leges ordinauerunt dominium alicui conuenire attento aliquo, quod in eo nunc est, uel præcessit, quod habet rationem fundamenti, uel tituli dominij. Terminus autem remotus relationis tangitur, cum dicitur, res alias, vel vt alias: quia in illas terminatur dominium. Terminus autem propinquus illius relationis est actio exercitabilis circa illam rem. Et illa actio tangitur, cum dicitur, assumendi ad usum &c.

QVAESTIO II.

Quæritur quot modis diuiditur dominium. In hac quæstione ponetur vnus modus diuidendi dominium in sex species, & singularum specierum descriptiones ac clausularum in descriptionibus positarum declaratio. quattuor quoque dubia & duo argumenta soluentur. Ad quæstionem igitur respondetur, quòd quattuor modis diuiditur dominium: quorum duo primi ponũtur a Ioanne de Gersona in de potestate ecclesiastica, loco supra dicto. Tertius autem ab eodem in tractatu de vita spirituali, lectione tertia. Primus igitur modus diuidendi est, quòd sextuplex est dominium, scilicet beatificum, originale, gratificum, euangelicum, canonicum & politicum. Beatificum describitur sic. Est dominium conueniens beato secundum leges glorię. Exemplum. Beatus habet tale ius, quòd suum corpus gloriosum potest peuerrare quodcunque aliud corpus non gloriosum sine resistentia illius alterius quamuis naturale sit cuilibet corpori resistere alteri volenti se penetrare. Similiter habet ius, quòd suo corpore glorioso potest esse in eodem loco cum quocunque non glorioso, non obstante quòd naturale est cuilibet corpori non admittere aliud corpus ad locum suum. Vnde illud ius vel dominium beatorum super corpora non gloriosa vocari potest dos subtilitatis eorum. Nam dos subtilitatis non est aliqua qualitas in corpore glorioso, ratione cuius sibi conueniat esse in eodem loco cum alio, & alia corpora penetrare. Sed est ius essendi cum alio corpore non glorioso & ipsum penetrandi. Similiter ius exercendi visionem corporalem circa ea quæ sunt adiutra in corporibus etiam in intimis eorum. Et illud dominium fundatur in beatitudine; ita quòd beatitudo est titulus illius dominij. Prædicta autem duo exempla de dominio beatifico, & multa similia dominia, quæ nos habemus, sunt dominia beatifica generaliter omnibus beatis conuenientia & fundata super beatitudine generaliter omnibus conueniente. Sic verisimile est aliqua esse specialia dominia beatifica aliquibus beatis singulariter conuenientia, quæ fundantur super speciali beatitudine specialiter talibus collata, ratione cuius tales habent speciale ius & dominium super res corporales, vel etiã spirituales. quemadmodum aliquis beatus habet dominium super quibusdam morbis auferendis a corporibus. Alius super impetu & actione elementorum ignis & aquę, vel super infestationibus demonum reprimendis, quæ iura & dominia eis in hac vita antequam haberent beatitudinem collata non fuerunt, sed primum edepta beatitudine generali ac speciali. Et si arguatur, ni ſtatu beatorum nulle sunt leges: igitur male dicitur in descriptione secundum leges glorię. Antecedens probatur, quia. 1. ad Timo 1. dicitur. Iusto non est lex posita: ergo multo magis non est ponenda lex aliqua illis, qui confirmati sunt. confirmatur: quia beati sunt impeccabiles. Modò lex non ponitur nisi peccabili naturę, igitur. Dicendum, quòd in eorum statu non est lex prohibitoria, nec etiam præceptoria: ut probatur argumentum, sed bene leges concessorię, quibus conceduntur beatis varia iura, ac dominia prærexus suę beatitudinis. Et quid mirum si varia dominia & iura consequantur eorum beatitudinem: cum ipsi inquantum sunt beati, iam sint in effectu cum Christo coheredes regni Dei. Si coheredes regni Dei: igitur (ut ita dicamus) cum Christo omnium creaturarum & totius mundi rege participantes iura & dominia regni Dei. Potest autem secunda descriptio poni dominij beatifici talis. Est dominium immediate a Deo conueniens beato ratione suæ beatitudinis secundum leges glorię vel beatitudinis pluribus competeris ex quo ac inabdicabile seruum beatitudine. Primò dicitur immediate a Deo, & per hoc diffinguitur a dominio canonico & politico: quia talia conueniunt his, quibus conueniunt mediate a Deo, scilicet mediante homine, a quo conceditur alicui tale dominium, sicut & ab homine conceditur sibi fundamentum talis dominij. Vnde sicut fundamentum dominij beatifici, scilicet beatitudo immediate a Deo conuenit ipsi beato. Sic etiam dominium fundatum in beatitudine immediate a Deo conuenit beato. Et in hac clausula conuenit cum originali, gratifico & euangelico: quia talia etiam conueniunt immediate a Deo suis subiectis, ut patebit. Secundò dicitur conueniens beato ratione suę beatitudinis. Et in hoc idem dĩ, quod in prædicta descriptione, cum dicitur, conueniens ſm leges glorię: quia leges glorię concedunt dominia beatifica beatis ratione beatitudinis. Et in hac clausula diffinguitur dñium beatificum ab omnibus alijs: quia nullum aliud habet pro fundamento beatitudinem. Vnde tangitur hoc proprium fundamentum vel titulus dominij beatifici: ratione cuius ipsum diffinguitur a dominio naturali beatorum. Nam & beati hñt aliqua dominia naturalia, quẽadmodum est dñium animę ſm q est uolũtas i potẽtias inferiores: ut in potentia moriuã: Nã tale dñium licet conueniat beatis non rõne beatitudinis: qa etiã sublata bũtudine adhuc maneret illud.

dominium: ſicut etiam aderat, antequam adeſſet beatitudo. Tale enim dominium conuenit beato ratione naturalis doni, ſcilicet liberatis ipſius voluntatis, & ratione diuinę dignationis, qua Deus dignatur generali concurſu concurrere ad actiones cauſarum ſecundarum. Et ſic per idem patet, quare æquiualens clauſula ponitur in prima deſcriptione dominij beatifici, ſcilicet ſecundum leges gloriæ. Vnde per accidens contingit dominia diuerſorum generum reperiri ſimul in vno ſubiecto: ſed habebant diuerſa fundamenta ſeu titulos, ratione quorum conueniunt illi ſubiecto. Dicitur tertiò: pluribus competens ex æquo, ut de mille beatis verum eſt dicere, quòd quilibet eorum habet ius tranſeundi ſuo corpore glorioſo per aliquod idem corpus non glorioſum: immo omnes beati reſpectu vnius corporis habent tale dominium ex æquo. Sic eſt etiam in dominijs beatificis conuenientibus beatis aliquibus ratione ſpecialis beatitudinis. Nam & talia poſſunt pluribus beatis conuenire ex æquo reſpectu eiuſdem rei, ut reſpectu vnius morbi auferendi ſtatim plures beatos habere dominium ipſum auferendi. Et in hac clauſula diſtinguitur a dominio ciuili: quia ciuile non competit ex æquo pluribus reſpectu eiuſdem rei: ſaltem in proprio & ſpeciali. Non enim poteſt vna res habere plures dominos, loquendo de ciuili dominio eiuſdem ſpeciei, quod dico: quia vnius rei poſſunt eſſe plures domini ciuiliter diuerſis dominijs ciuilibus, ſcilicet cum vnus habet dominium directum; ut habet dominus feudi, & dominus ipſius emphiteutę, alter utile, ut vaſallus, ſeu feudatarius, & ſimiliter emphiteuta. Quartò dicitur inabdicabile, in hoc diſtinguitur a dominio ciuili: quia hoc poteſt dominus a ſe abdicare: puta transferendo illud in alium per donationem, venditionem, vel permutationem, vel huiuſmodi. Quintò dr, ſeruata beatitudine, cuius ſenſus eſt, quamdiu habet quis fundamentum, vel titulum illius dominij; tamdiu habebit ineuitabiliter illud. In hoc diſtinguitur ab alijs dominijs: quia licet aliqua dominia alia etiam ſint inabdicabilia, ut eſt dominium originale, naturale & charitatiuum, ſeu euangelicum: non tamen conſiſtit eorum inabdicabilitas in retentione beatitudinis: eo quòd nō fundantur in beatitudine, ſed conſiſtunt in alijs fundamentis, ut gratificum, ſeu charitatiuum in charitatis retentione. Quamdiu enim illa adeſt, tamdiu durat dominium charitatiuum, ſiue adſit beatitudo, ſiue non. Sic inabdicabilitas dominij naturalis conſiſtit in retentione naturalis doni: quamdiu enim illud aderit: tamdiu aderit dominium naturale, ſiue adſit beatitudo, ſiue non.

Dominium originale etiam dupliciter deſcribitur. Primò ſic. Eſt dominium ſecundum leges iuſtitiæ originaliter, & ſubintelligitur, conueniens alicui, ſupple ei, qui eſt, vel eſſet in originali iuſtitia. Secundò ſic: Eſt donum Dei, quo creatura rationalis ius habet immediate a Deo aſſumere alias res inferiores in ſui vſum: & conſernationem pluribus competens ex æquo & inabdicabile, ſeruata originali iuſtitia. Exemplum, quando primi parentes habuerunt originalem iuſtitiam, ratione illius iuſtitiæ conueniebat eis ius edendi de omni ligno paradiſi, dempto ligno ſcientiæ boni & mali, & ibidem habitandi, & alia ibi agendi. Et hoc dominium fuit conceſſum primo homini, quando dixit ei dominus Geneſ. 2. De omni ligno paradiſi comedetis. Vnde & leges originalis iuſtitiæ hoc ius concedebant eis & quibuſcunque alijs poſteris eorum, qui habuiſſent originalem iuſtitiam, quandiu illam retinerent. ipſa verò perdita ſpoliarentur etiam illo dominio: ſicut & eis contigit: quia primi parentes amiſſa originali iuſtitia perdiderunt ius habitandi in paradiſo & comedendi de lignis eius. Vnde & inde expulſi fuerunt. Geneſ. 3. Quod autem in ſecunda deſcriptione dicitur. Eſt donum Dei, intelligendum eſt non per prædicationem formalem: quoniam fundamentum relationis non prædicatur verè de relatione prædicatione formali. Dominium autem eſt relatio fundata in dono Dei, ſaltem in illo, ratione cuius conuenit ei ius aſſumendi, & hoc ius eſt dominium originale fundatum in originali iuſtitia, quæ eſt eius fundamentum ac titulus. Sed debet intelligi prædicatione fundamentali & materiali: vt ſit ſenſus. Eſt donum, id eſt relatio fundata in dono Dei. Dixi notanter ſaltem in illo, ratione cuius ei competit ius &c. quia generaliter loquendo etiam illa relatio, quæ ius dicitur, poſſet dici donum Dei: ſicut & illud in quo fundatur: ſed non eſt tale donum ratione cuius ei competit ius: quod illud dominium non eſt illud ius. Melius igitur deſcriberetur ſic, & eſſet tertia deſcriptio. Eſt dominium conueniens immediate a Deo ſecundum leges originalis iuſtitiæ, ei, qui eſſet in illa ratione eiuſdem pluribus competens ex æquo & inabdicabile: ſeruata eadem, ſcilicet iuſtitia originali. Nam dominium eſt formale genus ad dominium originale, & alia dominia: nec oporteret tunc addere ad dominium alias clauſulas omnes, ſcilicet quo creatura rationalis habet ius aſſumendi res alias in ſui vſum: quia illæ clauſulæ omnes includerentur in illo termino dominium, poſito loco generis: quia illæ clauſulæ ſunt de diffinitione dominij in communi accepti. Alias autem clauſulas congruit addere, quarum prima eſt, conueniens immediate a Deo. Nam ſicut eius fundamentum, ſcilicet originalis iuſtitia eſt immediate a Deo: ſic & ipſa relatio dominij dicitur ei conuenire immediate a Deo ſolo. Etin hac clauſula conuenit cum alijs tribus, ſcilicet, beatifico, charitatiuo, & euangelico. Nam & illa a Deo immediate conferuntur ſuis ſubiectis: ſicut & eorum fundamenta, ſcilicet beatitudo & charitas. In hoc autem differt a dominio ciuili, & ab aliquo naturali dominio. Nam dominium ciuile conuenit ſuo ſubiecto mediate a Deo & immediate ab homine: ut quòd quis ciuiliter habet dominium equi empti eſt ſecundum leges ciuiles ratione emptionis & traditionis a domino eiuſdem, de quo tamen latius in quæſtio. 70. & alijs. Empto autem eſt actus ab homine immediate elicitus. Et ſic licet fundamentum, vel titulus illius dominij eſt non immediate a Deo: ſic nec ipſum dominium ciuile. Similiter aliquod naturale conuenit ſuo ſubiecto mediate a Deo, & immediate ab homine, ſcilicet illud, cuius fundamentum, vel titulus conuenit ſubiecto mediate a Deo, & immediate ab homine: ut dominium patris in filium conuenit patri ratione illius, quia genuit illum. Genuiſſe autem eſt conuenit patri immediate a ſe, & mediate a Deo. Et dico notanter aliquod dominiū naturale: quia aliquod naturale

rale dominium conuenit etiam immediate ſuo ſubiecto, ſcilicet illud, cuius fundamentum conuenit immediate illi a Deo: ut dominium, quod voluntas habet in potentias inferiores: eo quod natura voluntatis immediate eſt a Deo. Dicitur ſecundò ſecundum leges originalis iuſtitiæ, per quam clauſulam diſtinguitur ab omnibus alijs dominijs: quia alia dominia ſecundum alias leges conueniunt ſuis ſubiectis. Dicitur rectiò, vt quod eſt, vel eſſet in illa, vbi tangitur eius ſubiectum. Dicitur quarto, ratione eiuſdem, in hoc tangitur fundamentum, vel titulus illius dominij, in quo etiam diſtinguitur ab omnibus alijs dominijs: quia alia habent alios titulos, vel fundamenta: ratione quorum ſunt conceſſa per leges ſuis ſubiectis. Dicitur quinto, pluribus competens ex æquo. in hoc differt a ciuili, & conuenit cum beatifico & gratifico: quia etiam illa competunt pluribus ex æquo vt patuit de beatifico in præcedentibus, & idem patet de infra de gratifico, unde quotquot habuiſſent originalem iuſtitiam, quotes habuiſſent earundem rerum partem dominium illa quod quilibet illorum habuiſſet eadem ſpecie dominij dominus illius rei, cuius alius fuiſſet dominus, quamuis enim illud dominium collarum fuerit Adæ tanquam primo & principali patri familias in domo generis humani: ut dicit Alexan. in 2. parte ſummæ: tamen non ſic datum fuit, ut in aliquo præiudicaret communioni omnium, qua unuſquiſque eorum vſus fuiſſet ſecundum beneplacitum voluntatis ordinatę. Vnde illud non fuit dominium proprietatis poſſeſſorię: ſed præſidentię potestatię & prouidentię regitiuę. vt vult Vgo. Dicitur ſexto inabdicabile, & declaratur hoc, ut circa præcedens dominium eſt declaratum. Et in hoc patet, quòd illud dominium erat non neceſſariò fundatum in charitate: quia erat fundatum in originali iuſtitia. Hæc autem non habet neceſſariò annexam charitatem. Vnde hoc dominium infuit primis parentibus, quando habuerunt iuſtitiam originalem non dum habita charitate vel gratia, licet poſt adeptionem charitatis perderetur per perditionem charitatis: quia charitatem non erant perditum, niſi ſimul perderent iuſtitiam originalem.

Hic duo ſunt videnda. Primò, vtrum illud dominium etiam fuerit originale, quod contulit dominus primis parentibus, cum ait Geneſis 1. Dominamini piſcibus maris & volatilibus cęli: Dicendum, quòd quidam Ioannes Gerſon de hoc exemplificet: tamen ſimpliciter ſeu ſine addito loquendo, oppoſitum videtur: nec tum, quia ſi illud fuiſſet originale dominium: tunc illud per diuiſionem perdita originali iuſtitia: ſicut tunc perdiderunt ius habitandi in paradiſo, & comedendi de lignis eius, conſequens eſt falſum: quia etiam poſt expulſionem de paradiſo habuerunt ius capiendi piſces & aues in ſui vſum. Niſi dicatur, quòd dominus prædictis verbis contulit eis quoddam ſingulare dominium ſuper piſces & volucres, quàm habuerint poſt peccatum, ſcilicet quòd cum omni facilitate ad nutum eorum potuiſſent capiſſe, congregaſſe, & adnocaſſe omnia ad vſum ſuum non commeſtionis: quia non comediſſent carnes: immo nec alia animalia de carnibus eiuſdem animalium vtiſſent: ſicut tamen nunc accipitres & niſi ſuccunt: ſed ad vſum obſequij non laborioſi, ſed delicioſi: ſicut & Adam in paradiſo operatus fuiſſet non laboriosè, ſed deliciosè, ſecundum Aug. Quod autem habuiſſent talem poteſtatem ſingularem in animalia, tangit gloſ. Geneſi. 9. & eſt Bedæ dicendo: In reſtitutionem primę creationis legimus aues viris ſanctis ſeruiſſe, & virus bellicoſi & ſerpentium venenum ceſſiſſe: ſicut experimento ſcitur de ſancto Ruperto, in cuius inſulam aues innatantes, domeſticæ & manſuetæ fiunt: exemplo antiqui ſeruitij, ſilueſtres. hactenus. Vnde Adam quando impoſitionis erat nomina animalibus vocabula, poteſſet ea omnia congregaſſe ratione domini ſibi dati, ſed tamen de facto illa congregatio fuit a Deo ſacta miniſterio angelorum: quis citius potuit fieri illo modo, quàm per conuocationem Adæ. Illud autem ſequitur dominium quo ad prædicta fuit ei ſubtractum iuſto Dei iudicio: eo quòd ipſe inobediens factus fuit Deo: ut ſic etiam ſibi inobedientia fierent animalia. Vel dicatur, quòd locutus ſit dominus de dominio, quo parentes ſeruata originali iuſtitia habuiſſent: ius: ut nullum animalium eis nocere poſſet: ſic loquens tantum eſſet. Nam id etiam fuit fundatum in iuſtitia originali: unde ea perdita per inobedientiam ceperunt animalia tam inter ſe, quàm reſpectu hominis eſſe minus manſueta, & magis crudelia. Vnde gloſſa Bedæ Geneſ. 1. dicit: Ante peccatum hominis terra nihil noxium protulit, non herbam venenatam, non arborem ſterilem. Et infra. Tunc animalia animalium eſu non vinebant: ſed concorditer herbis & fructibus veſcebantur. hæc ibi. Et quamuis Auguſt. 1. contra Manicheos, nideatur dicere, quòd accipitribus, miluis, & aquilis non ſit ordinatum, ut viuant de herbis &c. ſed de carnibus: tamen ſecundum Alexandrum intelligendus eſt Auguſt. poſt peccatum non ante. Et ſic patet, quomodo illud dictum ſoluit. Gerſon poſſit intelligi. Secus autem ipſum intelligendo prædictum dominium debebit dici naturale, quod ſcilicet competit homini ratione naturæ ſuæ. Vnde & ibidem ſtatim poſſet tangitur aliud dominium naturale: etiam beſtijs tunc conceſſum: cum dicitur. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen &c. ut ſint vobis in eſcam & cunctis animantibus terræ: omnique uolucri cęli, & uniuerſis quæ mouentur in terra. & in quibus eſt anima uiuens, ut habeant ad veſcendum. Conſtat autem, quòd ius, quod beſtiæ & uolucres habent in terræ naſcentia, non eſt niſi naturale dominium: de illo autem dicitur in ſecundo modo diuidendi. Secundò notandum, quòd idem ſoto. Gerſon exemplificando de originali dominio dicit, quòd ad hoc dominium ſpectare poteſt dominium libertatis, quæ eſt facultas quędam liberè reſultans ex dono Dei liberaliter ſe donantis ad agendum, uel non agendum cum anima rationali, in productione ſuorum actuum elicitorum, uel eorum ſuſpenſione ad finem beatiſſimæ fruitionis obtinendum. Et hoc tanto liberius eſt & latius, quanto minus poteſt in malum: & quanto per bonos habitus eſt ad bonum, uel in bono habilitatum. Sed nec hoc dictum eſt ſimpliciter & ſine addito uerum: quia ſi illud fuiſſet originale: fuiſſet perditum perdita iuſtitia originali: ſed conſequens eſt falſum: quia etiam poſt peccatum primi parentes ex dono liberalis concurſus eis, & generali concurſu Dei, quo diſpoſuit ſe uelle cooperari creaturis ſuis, habuerunt facultatem dicendi actus

hominum, vel subtrahendi eos, eo quòd post peccatum adhuc haberentur liberum arbitrium, & posset ut peccare & bene agere. Vnde ista rerum debent esse, oportet illud intelligere de illo dominio libertatis, quo homo est super potentias inferiores & earum actus dominabatur singulariter modo quo nunc, scilicet sine tantæ rebellione & rebellione, quanta nunc est in viribus inferioribus. Hoc inquam dominium fuit originale. Vnde & perdita iustitia originali simul perdium est illud. Secus autem intelligendo prædictum dominium est species dominij naturalis.

Dominium gratiscum sic describitur. Est dominiū secundum legem gratiæ gratificantis. Et sic dominium gratiscum est illud idem, quod aliàs vocatur dominium fundatum in titulo gratiæ gratum facientis, seu in titulo charitatis, ideſt quod pro titulo seu fundamento habet charitatem. Et hoc dominium potest secunda descriptione & plenior sic describi. Est dominium immediatum a Deo, conueniens secundum leges charitatis & ratione charitatis ei, qui est in illa competens pluribus ex æquo, seu competens secum ex æquo pluribus dominis habilibus seruare charitate extendens se ad omnia. Exemplum, ecipso quòd quis est in charitate Dei, quæ cum facit gratum & amicum Deo, habet ius assumendi omnes res creatas ad sui ipsius secundum legem charitatis, quæ lex concedit propter charitatem, vel ratione charitatis habenti eandem certo modo vsum omnium rerum: vt eis ad Dei gloriam & sui salutem vtatur quantum sibi congruit secundum charitatem, iuxta illud Roma. 8. Diligentibus Deum (& ita existentibus in charitate) omnia cooperantur in bonum, adeo quòd etiam peccata eis proueniunt in bonum, quia fortiores & cautiores resurgunt. Et quid mirum, si existens in charitate Dei habeat aliquod ius & dominium in omnibus creaturis Dei: cum talis sit iam per charitatem factus amicus Dei. Amicorum autem omnia sunt communia, ait Aristo. 9. Ethi. cap. 8.

Hoc dominium & ius habebant ratione charitatis, Apostoli & cæteri in charitate existentes: cum in persona sua & aliorum dicebat Paulus 2. ad Cor. 6. Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes: scilicet dominio gratificō vel charitativo. Et iterum ad Roma. 8. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Et 1. ad Cor. 3. Omnia nostra sunt, vos autem Christi. Et 1. ad Timot. 6. Præstat nobis omnia abunde. Vnde ad titulum charitatis adiiciuntur omnia abunde ad fruendum & utendum, quæ in cœlis sunt, & quæ in terris, & quæ in omnibus abyssis. Dicitur primò in illa descriptione immediate: quia fundamentum & titulus illius dominij, scilicet charitas, est immediate per creationem a solo Deo. Sic & dominium fundatum in ea. Et in hoc conuenit cum dominio beatifico & originali: & cum aliquo naturali dominio, scilicet cum illo quale habet voluntas anima in potentias inferiores, & in proprios actus. Per eandem differt a dominio ciuili, & ab eo quo etiam naturali, qui patuit in præcedenti dicto. Dicitur secundò secundum leges charitatis. Et in hoc differt ab omnibus aliis dominijs: quia omnia alia conueniunt suis subiectis peccatis legis. Dicitur tertiò ei, qui est in illa, ad tangendum subiectum illius dominij. Dicitur quartò ratione charitatis, ad tangendum fundamentum proprium illius dominij, in quo distinguitur ab omnibus aliis dominijs, quorum nullum habet charitatem pro fundamento nisi habent alia fundamenta. Dicitur quintò competens pluribus ex æquo, in quo conuenit cum duobus primis, & differt a ciuili, vnde cum charitas non quærat quæ sua sunt, poterit dominium charitatis pluribus competere ex æquo sine sui diminutione. Et hanc clausulam intellige ut supra. Dicitur sexto, inabdicabile seruata charitate, per quod distinguitur ab aliis, quorum aliqua sunt abdicabilia seruata, vel non seruata charitate: vt ciuile & canonicum, & aliqua sunt inabdicabilia, scilicet beatificum & originale, non tamen conflikit eorum inabdicabilitas in retentione charitatis, inquantum talis: sed in retentione quorundam aliorum, scilicet beatitudinis & originalis iustitiæ. Vnde illud dominium sicut non habetur non habita charitate, sic non perditur nisi perdita charitate, quare sicut charitas perdi non potest ab inuito, sic nec illud dominium potest tolli ab inuito, in quo differt a ciuili dominio vel iure: quoniam & ciuile potest tolli ab inuito: nam ius possessionis tollitur aliquando inuito. vnde perdens gratiscum dominium fit proditor, & reus læsæ maiestatis, & infamis coram Deo, & angelis eius, & tota curia beatorum. Dicitur vltimò, extendens se ad omnia, in qua clausula habetur illius dominij latitudo, quæ tanta est, quòd prospera omnia & aduersa in eius ditione sunt ponenda: quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Vnde illius dominij latitudo excedit latitudinem omnium aliorum dominiorum: saltem conuenientium viatoribus. patet: nam originale dominium non extendebat se ad omnia, nec canonicum, nec ciuile se ad omnia extendit, sed nec naturale dominium conueniens creaturæ se ad omnia extendit. Et dico conuenienti creaturæ: quia naturale dominium conueniens Deo, quo Deus ratione naturæ suæ diuinæ dominatur omni creaturæ: est omnium dominiorum latissimum. Dixi etiā, saltem conuenientium viatoribus. Nam dominium beatificum etiam se extendit ad omnia, eo quòd ratione beatitudinis ipsi sunt coheredes Christi; sed nec illud est sine dono charitatis: sed includens ipsum, sicut nec est beatitudo sine charitate. Et nota (vt dicit Ioannes Gerson lectione vertit) Sacra scriptura transfert multoties suis metaphoricis tropis dominium ciuile cum suis attinentijs ad hoc dominium charitatis: dum nominat illic venditiones esse, & emptiones, & donationes, & communationes spirituales cum Deo, quasi videlicet mutuum legitimum sit charitas, dans precium actibus nostris, per quos etiam quasi digniſſimis, seu dignantissima Dei condescensione mercamur eam, unde de regno cœlorum cui favore multo. Et quæquis ois, quæ damus eidem, sunt de suo, & suscepimus ea de manu sua, & ita dare propria nequimus quid pro quo, nihilominus ipse totus desiderabilis acceptat bona nostra ex valore huius numismatis tanquam nostra essent appropriata, & non sua. reddit quoque absque vlla communione ciuili: sed emptione gratuita vinum compunctionis, ac deuotionis: imo & se ipsum & regnum cœlorum, ita quòd si ibi longa secundum comparatio quam in ciuilibus quoniam illud, quod venditur, sit amplius & multiplicius de possessione tendentis, quam ei reci-

neretur,

neretur, imo quanto plus communando datur, tanto potius eius & cumulatius possidetur.

Dominium euangelicum sic describitur. Est dominium secundum legem propriè euangelicum. Et Ioannes Gerson paulò post illam datam aliam dando sit. Describitur autem dominium, quod appellatur a multis euangelicum per appropriationem, quòd est dominiū immediatè a Doministratum cōpetens secum ex æquo quoslibet dominos, & inabdicabile, seruata charitate se extendens ad omnia. Circa hanc additam descriptionem pono tria dicta.

Primum, quòd hoc secundo modo describendo dominium euāgelicum, est idem adequatè cum dominio gratificō: quia hæc est eadem descriptio cum secunda descriptione dominij gratifici supra data. Secundum dictum. hæc descriptio dominij euangelici est inconueniens in hoc loco: quia in hoc loco loquendum est de euangelico tanquàm de dominio distincto specie a dominio gratifico: quia ponitur tanquàm species distincta, ex æquo cōtra alias quinque in hoc modo dividendi positas. Alias enim tantum esset quintuplex dominium in hoc primo modo dividendi. Tertium dictum, hi qui dominium in charitate fundatum vocant euangelicum dominium, volentes appropriarè loqui, potius censendi sunt impropriè loqui. Probatur: quia dominium in charitate fundatum non conuenit alicui propriè secundum legem euangelicam. igitur &c. Antecedens probatur: quia antequam emanasset lex euangelica, habebatur dominium fundatum in charitate: puta per totum tempus ante aduentum Christi. Nam & tūc plures fuerunt in charitate. Seruata autem charitate nō potest non haberi dominium in charitate fundatum. Nunquid enim solis his, qui a tempore Saluatoris in charitate fuerunt, cōueniunt illa, quæ supra dicta sunt conuenire habentibus tale dominium: Secundò probatur: quia dato, quòd aliquo respectu dominium charitatis fuerit perfectius post euāngelium legis euangelicæ: quàm fuerit ante pro tanto, scilicet quia nate legis euangelicam habentes charitatem non habebant potestatem in propinquam ad fruendum Deo fruitione patriæ (licèt bona fruitione viæ) nec post mortem venerūt ad locum beatorum: sicut habent in charitate existentes post legem euangelicam, quæ talia concessit seruantibus eam post legis illius emanationem: tamen propter hoc illud nomen, scilicet euangelicum dominium non debebat appropriari dñio charitativo plus quàm alijs dominijs concessis per legem euangelicam, qualia sunt dominia concessa Apostolis, quando eis potestas ecclesiastica fuit tradita: quam idem Ioannes aliàs vocat dominium ecclesiasticum, immo talia magis debebant dici euangelica, quàm dominium charitativum, eo quòd charitativum conceditur ab vtraque lege, scilicet vetere & nova: licèt per novam perfectius. Sed alia dominia euangelica cōcessa Apostolis cōcessa sunt, per solam legem euangelicam: ut potestas absoluendi a peccatis, & ligandi, ac transubstantiandi, excommunicandi, & ab excommunicatione soluendi.

Corollarium, si igitur velimus in hoc primo modo dividendi dominium loqui de euangelico, vitanda est æquiuocatio illius termini, dominium euangelicum. Nam accipitur aliquando per appropriationem (licèt, vt dixi, sit potius impropriata locutio seu acceptio) scilicet pront idem est, quod dominiū in charitate fundatum: sicut acceperant hi, qui ipsum describebant secunda descriptione posita, sed non sic capitur hic: quia sic coincidit cum tertia specie, a qua ipsum vt quarta species distingui debet. Alio modo non per appropriationem prædictam: sed sine ea. Et hoc modo idem est, quod dominium concessum alicui secundum legem euangelicam, & hoc modo dupliciter capitur. Primò generaliter, pront est dominium concessum alicui secundum legem euangelicam: non curando, an secundum legem, quæ sit propriè & purè euangelica, vel nō, & non curando, an secundum solam euangelicam legem, vel etiam secundum aliam. Et hoc modo etiam comprehendit sub se dominium charitativum: quia illud conceditur etiam secundum illā legem. Lex enim euangelica cōcedit dominium illis, qui diligunt Deum: vt patet per auctoritates Apostoli supra allegatas, qui & ipse fuit prædicator euangelicæ legis. Et sic iterum non capitur hic in hoc modo dividendi: quia tenet quartæ species non distinguerat ex æquo contra tertiam: sed quarta esset genus ad tertiam speciem, quod fieri nō debet in diuisione aliciuius in sua inferiora. Alio modo accipitur pro dominio conueniente alicui secundum legem purè euangelicam, & solum secundum legem euangelicam. Et per hoc, quòd dico solum: excluditur dominiū gratificum, vel charitativum. Et hoc modo dominium euangelicū nihil aliud est, quàm potestas ecclesiastica.

Hic igitur nota, ex quo potestas ecclesiastica datur ab ecclesia, quòd ecclesia capitur dupliciter. Vno modo pro congregatione quorumcunque hominum, qui sunt in signiti signaculo communi ipsis fidelibus, quod est character baptismalis, quo ardo etiam laici nulli characterem ordinalem habētes sunt de ecclesia, & per consequens dici possunt hoc modo personæ ecclesiasticæ. Alio modo pro congregatione tantum illorum, qui sunt insigniti quodam speciali signaculo, quo dedicati sunt specialiter ad Dei cultum, quod signaculū est character ordinalis. Et hoc modo laici non sunt de ecclesia, nec ecclesiasticæ personæ dicendi sed tantum ordinati aliquo ordine incipiēdo ab infimo ordine, vel clerico vsq; ad supremum ordinatum, qui est Papa. Et hoc modo capitur hic, quòd potestas ecclesiastica dicitur potestas a Christo concessa ecclesiæ, ideſt concessis ordinatis. Et ita licèt dominus cancellarius dicat hanc potestatem fundari in charactere baptismali: loquendo tamen de propinquiori fundamento eius, ipsa fundatur propinquius super characterem ordinalem: saltem mediante electione & confirmatione, vel alia æquipollente humana actione accedente characteri ordinali: licet etiam fundetur remotius super characterē baptismalem, eo quòd character ordinalis adeo præsupponit baptismalem, quòd nulli de lege communi suprimi potest ordinalis: nisi qui præhabet baptismalem, & ita baptismalis est fundamentum remotum & insufficiens. Ordinalis autem character saltem aliquando accedente lectione & confirmatione est propinquius fundamentū, ac titulus potestatis ecclesiasticæ, quæ vocatur dominium euangelicum, & adeo sufficiens, quòd licèt gratia gratum faciēs, seu charitas valde deceas sit in subiecto, is hoc dominium, vel iam habentibus: non est tamen necessaria ad fundandum hoc dominium: & multo minus gratia prædestinationis, cuius tamē oppositū Vuel-

deuis

mittendo sibi auctoritatem sententiandi in ea, vt si diceret. committo tibi auctoritatem examinandi istam causam, & referas mihi vt sententiem. Posset etiã conferre auctoritatem sententiandi sine auctoritate cognoscendi, vt si diceretur, committo tibi: vt sine omni cognitione causæ sentẽties, sicut placet (talis tamen cõmissio non esset ordinatè facta illi, cuius voluntas esset obliquabilis) ita posset Deus committere auctoritatem cognoscendi sine auctoritate sententiandi. Et illa commissio esset ordinata simpliciter, si esset etiam in humanis. Posset etiam de potentia absoluta alicui habenti voluntatem nõ obliquabilem committere auctoritatem sententiandi sine cognitione in causa. De potentia autẽ ordinata, sine de facto coniunguntur in quolibet sacerdote ecclesiastico cõpletè ordinato. Quartò: quia duæ primæ posteriùs tempore fuerunt collatæ, quàm potestas cõficiendi eucharistiam. igitur realiter ab ea distinguuntur. Antecedens patuit in quarta diuisione. Secundum dictum. Si etiam prædicta opinio intelligatur, q̃ sint idem cum charactere sacerdotali, est falsa: quia character sacerdotalis fuit impressus Apostolis in cœna: & tamen pro tunc non habuerunt prædictas duas claues. Item quia radix non est idem realiter cum radicato in ea. igitur &c. Tertium dictum. Si prædicta opinio intelligatur, quòd illæ potestates tres sint realiter & intrinsecè distinctæ, adeo quòd verbũ Christi loquentis in plurali. Tibi dabo claues &c. sit absoluta pluralitate verũ: tamen fundarentur super vno fundamẽto, scilicet charactere sacerdotali, qui est titulus omnium earum, & dispositio ad omnes eas, & sic est vera. Duæ etiam claues possunt aliqualiter dici vna vnitate ordinis: quia ambæ ordinantur ad vnum actum vltimum, scilicet aperitionis, & ad illum prima subordinaretur. vbi aũt vnum propter alterum, ibi aliqualiter vnum tantum dicitur. Et sic etiam videtur Rich. intellexisse &c. Hæc est etiã sententia Scoti. in 4. & in hac sententia contradicit opinioni sancti Tho. qui in 4. dist. 18. & 24. dicit, quòd claues sunt idem cum charactere sacerdotali. Septima diuisio. Ecclesiastica potestas iurisdictionis in foro interiori ad ferendum sententiam est duplex. Quædam est ad ferendum sententiam absolutoriam a culpa, & partim a pœna per collationẽ sacramenti pœnitentiæ. Quædam verò ad ferendum sententiam absolutoriam tantum a pœna per largitionem indulgẽtiarum. Et hæc potestas iurisdictionis in foro interiori: cũ vtraq; sua specie differt a potestate iurisdictionis in foro exteriori. Primò: quia ptãs iurisdõnis in foro exteriori non dicitur propriè clauis: q̃n claues fundantur super charactere sacerdotali. Potestas autem iurisdictionis in foro exteriori potest conuenire nondum habenti characterem sacerdotalem. Nam & archidiaconus habet illam potestatem iurisdictionis: qui tamen potest esse non sacerdos. Secundò in hoc, quòd illa non exercetur in inuitum. Quis enim diceret, quòd inuitus absolueretur a culpa & a parte pœnæ a sacerdote aut inuitus cõsequeretur remissionem pœnarum per largitionem indulgentiarum? Vnde quòd potestas conferendi indulgentias ponatur meritò pro specie potestatis iurisdictionis: patet ex eo, quòd doctores dicunt, quòd concessio indulgentiarum põt fieri dupliciter, s. per modum auctoritatis, & per modũ suffragij, & q̃ per primũ modũ fit, vel fieri potest ad viuos, & p secundũ ad defunctos, prout diffusè de his dixi in tractatu de indulgentijs, q̃ defunctis conceduntur, & de suffragijs eorundem, conclu. 22. Et nota quòd cancellarius Parisiensis, vbi supra, videtur minus propriè loqui: consideratione quinta, quãdo potestatem ordinis super mysticum corpus in illuminando per doctrinam prædicationis, & perficiendo per illa tria sacramenta, scilicet per eucharistiam cõfirmationem, & ordinem, & purgando per baptismũ vocat potestatem iurisdictionis. Quod probatur: quia nulla potestas debet dici iurisdictionis, nisi sit potestas ad ferendum sententiam aliquam, ita quòd exercere potestatem talem sit formaliter ferre sententiam, vel saltem præambulariter cognoscere super causam. Mõ exercere prædictam potestatem, idest prædicare, confirmare, ordinare, ministrare eucharistiam, & baptizare non est ferre sententiam in eo, cui prædicatur, & qui confirmatur & ordinatur, & sic de alijs. Et quamuis ad licitum exercitium illius potestatis requiratur subiectio canonica in illo, circa quem vult exercere illam potestatem, non tamen erit potestas ordinis super mysticum corpus Christi ob hoc dicenda ipsa potestas iurisdictionis in taliter subiectum. Vnde & non bene videtur dictũ per eundem, quòd potestas iurisdictionis in foro interiori (si saltem loquamur de ea, quæ est species ecclesiasticæ potestatis immediatæ a Christo institutæ) consurgat ex duplice radice. Vno modo ex parte hominis vltro se subijcientis tali potestati: sicut cum sponte constituens subijcit se presbytero, & ordinandus episcopo. Alius subiectionis modus consurgit ex auctoritate superioris, hunc, vel illum: tali, vel tali subijcientis, quod fieri potest, non ad arbitrium illius, qui subijcitur. hęc ille. Nam si qua potestas iurisdictionis innascitur illi, cui fit aliqua prædictarum subiectionum: non tamen dicetur talis potestas iurisdictionis species ptãtis ecclesiasticæ in proposito captę, sed erit humana. illa verò quam habet ex ordinis collatione: cum dicitur. Quorum remiseritis &c. erit verè species potestatis ecclesiastice in proposito nostro: licèt illa quo ad exercitiũ possit esse suspensa, vel restricta per humanam constitutionem, quæ contra etiam solui & ampliari potest, plebẽ ampliorem sibi subijciendo. Sed potestas ministrandi sacramentum absolutionis est propriè dicenda potestas iurisdictionis in foro interiori. Nam illam potestatem exercere est ferre sententiam, s. absolutoriam a culpa.

Et si quæras secundò. Si in collatione ordinis sacerdotalis conferatur sacerdoti nondum habenti plebem potestas iurisdictionis in foro interiori: atque potestas ordinis super mysticum Christi corpus, ipsum illuminandi, perficiendi, atque purgandi, modo dicto supra, quid ergo noui sibi confertur: cum tale sacerdos sine omni plebe subiecta prius ordinatus: post ordinationẽ eligitur, vel instituitur in plebanum alicuius plebis de nouo? q̃ enim aliquid noui sibi conferatur, probatur: quia ante eius electionem, vel institutionem in plebanum ministratio sacramentorum (si qua illi plebi ministrasset) fuisset ibi illicita: nunc autem est licita, immo ministratio sacramenti absolutionis, quam plebi ex voluntate se subijcienti impendissent: non solùm illicita, sed etiam nulla fuisset. Hoc autem non esset, si nihil noui iuris collatum sibi fuisset, q̃ autem illud nouum sit dominium quoddam dicẽdum, probatur. Nam tali de nouo plebs est subiecta, sed nouæ subiectioni correspũdet

det nota superioritas & dñium igit &c. Quòd aũt illud dñiũ nõ sit euangelicũ dicẽdũ, probatur: quia dñiũ euãgelicũ alicui collatum est inauferibile: illud autem est sibi auferibile, cum sit spoliabilis plebe. In contrarium, quòd non sit nouum arguitur: quia in collatione ordinum fuit sibi concessa superioritas & dominiũ in Christi fideles ministrandi eis sacramenta: ut absolutionẽ; cum sibi & alijs dictum fuit. Quorum remiseritis peccata &c. videtur ergo, quòd iam cum eligitur, vel instituitur: nihil noui sibi conferatur. sed per illam electionem, vel institutionem tantum remoueatur prohibens usum præconcessi dominij. Erat enim sibi lege canonica prohibitum: nõ exercere potestatem sibi in collatione ordinum concessam, ex quo plebem non habebat. Nunc igitur plebe concessa relaxatur illa prohibitio: vt ualeat eam exercere in plebem: sic quòd non nouum dominium sibi confertur: nec plebs noua subiectione ei subijcitur, sed usus utriusque prius prohibitus laxatur. Ad istam quæstiunculam dicendum, quòd & si utrunque videretur posse dici: primum tamen plus placet, scilicet quòd sibi nouum dominium cõferatur. sed illud licet ecclesiasticum dici posset: non tamen ecclesiasticum euangelicum: sed ecclesiasticum canonicum, scilicet canonicis legibus sibi concessum. Ratio autem, cur primum plus placeat, quàm secundum, est: nam ét nondum ordinatus in sacerdotem, si eligitur in plebanum ac instituitur, habet quandam superioritatem & dominium in plebem suam, & non euangelicum: cum nondum sit ordinatus in sacerdotem: licet infra legitimum tempus debeat ordinari ordine facto. igitur signum est, quòd illud dominium, quod per electionem sibi collatum est, est aliud realiter a dominio euangelico. Ad argumentum in contrarium dicendum, quòd si sibi fuit in collatione ordinis sacerdotalis concessum euãgelicum dominium tantum. Illud autem se solo non sufficit ad hoc, quòd licitè ministrentur prædicta spiritualia: nec quòd etiam efficaciter & uerè conferatur sacramentum absolutionis, & hoc supposita prohibitione ecclesiæ, quòd nullus dominio euangelico prædicto uti debeat in plebem non subiectam sibi: etiam canonica subiectione, quanquàm sibi foret subiecta euangelica subiectione: sicut & ipse habet euangelicum dominium. Nam illa prohibitione stante ipse quantuncunque habeat dominium euangelicum, caret materia debita sacramenti absolutionis: ideo nihil operabitur. sicut si habens potestatem conficiendi eucharistiam nullum omnino panem triticeum haberet, quandiu eo careret, non posset uerè conficere eucharistiam.

Et si tertiò quæras, dicens. Si ergo prius ordinatus in sacerdotem sine plebe, & postea electus in plebanum & institutus acquirit nouum dominium, ratione cuius erit sibi licita ministratio sacramentorum, quæ ergo ratio diuersitatis, quòd carentia illius dominij canonici non impediuisset, quin si sacramentum baptismi & eucharistiæ contulisset illi plebi, uerè ea contulisset: quanuis peccasset conferendo? Et idem est de episcopo non habente plebem, qui si conferat alicui ordinem & confirmationem, uerè erit confirmatus & ordinatus. & tamen illa carentia dominij canonici impediuisset, quòd si illi plebi contulisset sacramentum absolutionis, non uerè illud contulisset: quia hi non uerè fuissent absoluti. Respondetur. Ratio diuersitatis est ista: quia solum sacramentum absolutionis est tale, quòd eius ministratio formaliter est latio sententiæ, Modò sententia lata a non suo iudice, uel in non subditum, est nulla: ut in cap. quòd autem. de pœniten. & remisso. & eod. titul. cap. omnis. Sed aliorum sacramentorum ministratio non est formaliter latio sententiæ: quia eucharistiam alicui conferre, uel ordinem, uel huiusmodi, nõ est sententiam dare: quare non impediretur, quo minus teneret illa collatio. unde si cui concederetur a superiore potestas prædicandi alicui plebi, & ei ministrandi sacramentum baptismi & eucharistiæ: non tamen absoluendi, non deberet dici, quòd illi instituto concessa esset aliqua potestas iurisdictionis, etiam canonica: quia non esset ei concessa potestas ferendi sententiam in plebem illam: sed bene posset dici sibi esse concessam quandam potestatem canonicam, uel dominium canonicum. Sed ex hoc solo, quòd superior sibi concessisset potestatem ministrandi sacramentum absolutionis (& si potestatem aliam ministrandi non concessisset) diceretur sibi esse concessa potestas iurisdictionis, & hæc canonica. Attamen in hoc est simile, quòd sicut absolutis non habet suum effectum, scilicet deletionem culpæ in recipiente eam, eo quòd ponit obicem recipiendo eam contra prohibitionem ecclesiæ a non suo iudice, & protanto dicitur non uerè impendisse sacramentum absolutionis. Sic etiam eucharistia in recipiente eam a non suo superiore etiam non habet effectũ: cum ponat obicem, licet eucharistia in se sit uerum sacramentum. idẽ de confirmatione & ordine: quia illa non tenent in nõ subdito quo ad illum effectum, qui est gratia. licet teneat quo ad effectum qui est character impressus. sic forte ponentes absolutionem pro uno effectu habere ornatum, dicerent prædictam absolutionem impressile ornatum, licet non contulisset gratiam. Et si dicatur, plebem sibi euangelica subiectione subiectam non potest prohibitio ecclesiæ reddere non subiectam. igitur adhuc manebit subiecta: igitur cum debita materia sacramenti absolutionis sit peccator pœniteus subiectus, sequitur, quòd uerè absoluetur. Respondetur, quòd prohibitio ecclesiæ non tollit subiectionem euangelicam: sed facit, quòd plebs non est ei canonica subiectione subiecta, Modo canonica subiectio etiam est conditio requisita in plebe ad hoc, quòd sit debita materia absolutionis. Sicut ergo ecclesia non posset sacerdoti auferre potestatem conficiendi eucharistiam: posset tamen sibi cum effectu & realiter subtrahere omnem panem triticeum, & quandiu in tali carentia esset, non esset in propinqua potentia conficiendi eucharistiam: sicut ecclesia non aufert sibi euangelicum dominium absoluẽdi: sed aufert, uel non confert alicui dominium canonicũ & plebem canonicè subiectam.

Dimissa igitur secunda descriptione supra habita potest loco eius alia & plenaria sic dari. Est dominium immediate a solo Deo conueniens alicui secũdum legem purè uel propriè euangelicam, & secundum solam illã ratione characteris sibi immediate a solo Deo auctoritatiuè impressi & inabdicabile, seruato charactere. Dicitur primò a solo Deo immediate conueniens: quia est a Christo solo instituтum, & ab ipso solo confertur immediate ei, cui confertur. sicut & eius fundamentum: scilicet character a solo Deo confertur ei, cui cõfertur: loquendo de collatione auctoritatiua, licet cõferens ordinem

dinem conferat ministeriáliter characterem & dominium in eo fundatum. De hac tamen clausula vide in argumento, quod infra formabitur. Et in hac clausula conuenit & differt ab alijs dominijs: ut tactum est in præcedentibus speciebus. Dicitur secundò: secundum legem euangelicam, in hoc distinguitur ab alijs dominijs, quæ secundum alias leges conueniunt suis subiectis. Dicitur tertiò propriè euangelicam, ad excludendum dominia; quæ conueniunt alicui secúdum legem euangelicam: non tamen propriè euangelicam, quæ iō non debent dici euangelica. Exemplum; ius vel dominium, quod Apostoli prædicantes habuerunt ad accipiendum stipendia temporalia ab his, quibus prædicabant, non est propriè euangelicum dicendum: quia illud ius competit eis secundum legem naturalem, quæ hoc ius concedit seminantibus spiritualia. unde Christus eam legem ferendo, Matth. 10. & Luc. 11. miscuit legem naturalem suæ legi euangelicæ. Dicitur quartò: & secundum solam illam, & redit in idem, scilicet ad excludendum illa dominia, quæ licet conueniant alicui secundum legem euangelicam: sed non secundum solam illam: sed etiam secundum aliam. Exemplum: ut illud, de quo iam exemplificatum est. Namillud ius ēt concessit lex Moysi; quia illa dicit Deuter. 25. Non ligabis os bouis terentis in area fruges tuas, quam legem Paulus allegat. 1. Corinth. 9. tanquàm dictam de seminantibus spiritualia, quòd illis non essent neganda: sed concedenda temporalia stipendia. Sed neque illa lex fuit propriè & purè mosaica: sed lex naturalis inserta p Deum & Moysen ad textum legum mosaicarum. Sic etiam de dominio charitativo posset dici, quòd ipsum illi, cuius est, conuenit secundum legem: quæ non est propriè euangelica: quia illa lex secundum aliquid ēt fuit ante euangelicæ legis emanationem: licet illud dominium quantum ad illud, quod perfectius conceditur per legem euangelicam: posset dici euangelicum. Dicitur quintò: rationa characteris ad tangēdum titulum: seu fundamentum illius dominij. Eius enim fundamentum est character impressus a Deo. Et in hoc differt ab alijs dominijs: quia alia habent fundamenta: ut patuit. Quare autem hic non ponitur illa clausula: ut in descriptionibus præcedentium specierum, scilicet pluribus competens ex æquo: cum tamen etiam videatur conuenire huic dominio, dicetur infra. Dicitur sextò, inabdicabile: quia quandiu ordinatus retinet characterem: tandiu retinet prædictam potestatem in subiectos, adeo quòd per depositionem & degradationem non auferatur sibi illa potestas in essentia, licet aliquando non retineat eam quòd ad licitum usum: ut cum sibi interdictus est usus illius potestatis a superiori per excommunicationem, suspensionem, depositionem, vel degradationem. Tunc enim si exequitur potestatem suam, habet usum illius: sed illicitum: & hoc dupliciter. Aliquando enim ille usus ultra hoc quòd est illicitus, est etiam carens effectu: ut cum alicui interdicitur usus potestatis absoluendi in foro confessionali a peccatis; aut privatur plebe subiecta: talis absoluendo non utitur sua potestate licitè, & cum hoc nullum effectum habet illa absolutio in ipso soluto. Aliquando uerò ille usus habet effectum suum: ut cum habenti potestatem conficiendi eucharistiam interdicitur executio eius. Tunc enim si conficiat, peccat quidem: sed effectus cōsecrationis, scilicet transsubstantiationis sequitur. Et in inabdicabilitate conuenit: & differt ab alijs dominijs. Conuenit enim cum eis: quia ista prima etiam sunt inabdicabilia. Sed differt: quia aliqua, scilicet ciuile & canonicum sunt abdicabilia. & etiam illa, quæ sunt inabdicabilia, non habent suam inabdicabilitatem ex retentione characteris: sed ex retentione alterius dōni, vel rei: ut patuit.

Et si quæras quartò, quare in hac descriptione non ponitur: ut in descriptionibus precedentium dominio rum, illa clausula scilicet, pluribus competens ex æquo. Respondetur, ratio est: quia quælibet clausula descriptionis debet cuilibet contento sub diffinito competere. Modo non quodlibet dominium euangelicum, seu potestas ecclesiastica competit pluribus ex æquo: licet aliqua conueniat pluribus ex æquo. De secundo accipe exemplum. illa potestas ecclesiastica ordinis, quæ est ad consecrandum uerum corpus Christi, est æqualiter in omnibus sacerdotibus: tam in supremo (qui est Papa) quàm in infimo sacerdote: adeo ut respectu eiusdem hostiæ consecrandæ æqualem potestatem, habeat infimus sicut supremus: & non solum de facto est æqualis in eis, & in uno non est restrictior, quàm in alio: sed ēt est illimitabiliter. De primo autem accipe tria exempla, in quibus patebit non omnem potestatem ecclesiasticam esse æqualiter in omnibus. Primum, ecclesiastica potestas ordinis super mysticum corpus Christi in illuminando per doctrinam prædicationis, & perficiendo per collationem sacramenti confirmationis, eucharistiæ, & ordinis, atque purgando per sacramentum baptismi, non est æqualitèr in omnibus sacerdotibus. patet tripliciter. Primò: nam in sacerdotibus illis, qui non sunt episcopi, non est potestas conferendi ordines & confirmationem, adeo quòd etiam non solum de iure non possunt, sed nec etiam de facto: sic quòd si attentarent ordinare, vel confirmare, nihil facerent. Sed & secundò, nec illa est æqualiter in omnibus episcopis, qui tamen habent eam, quoniam maiorem habet illam Papa, quàm inferiores; quia Papa in omnes habet; sic nō alij, qui tantum habent in sibi subditos exercere illam potestatem. Similiter & tertiò patet de potestate prædicandi & conferendi eucharistiam & baptizandi: quæ non est æqualiter in omnibus sacerdotibus: quoniam licite illam non exercent quo ad hæc omnia, nisi habētes plebem subiectam. Et unus, ut episcopus, ampliorem habet, quanto ampliorem plebem habet subiectā. unde licet essentialiter illa potestas sit æqualis in omnibus habentibus, & quantum est ex parte habentium eam: tamen non est æqualis in eis in usu eius, quantum est ex parte eorum, in quos est exercenda: quia in uno est irrestricta: ut in Papa, in alijs est restricta. Vnde generaliter i Papa est plenitudo potestatis ecclesiasticæ, quæ etiam significatur per pallium. Cæteri autem sunt in partes sollicitudinis & non in plenitudinem potestatis vocati: ut in cap. ad honorem. de aucto. & usu pallij. Item etiam inter illos alios, in quibus est restricta, in uno est restrictior: ut in plebano, quàm in alio, ut in episcopo: quanto uni concessum est eam exercere in plures, quàm alteri. Et forte quo ad usum illius potestatis ecclesiasticæ sic euenit etiam ipsis Apostolis & discipulis, quia post concessionem illius potestatis factam eis immediate a Christo: postmodum crescente numero fidelium

fidelium fuit limitatio facta talis potestatis quò ad usum & hoc per Petrum summum Pontificem de consensu totius ecclesiæ primitiuæ, uel generalis concilij, ut non quilibet posset in quemlibet uti potestate sua attenta Christi ordinatione primaria, qui uoluit ecclesiam suā regi principaliter sub uno & ab uno monarcha: quoniam iste est optimus principatus, præsertim in spiritualibus ad conseruationem unitatis fidei. Secundum exēplum. Ecclesiastica potestas iurisdictionis fori exterioris non est æqualis in omnibus ecclesiasticis personis, nec in omnibus sacerdotibus: quoniam multi non habēt eā non solū de iure: sed ēt nec de facto, sic q si attentarent excōmunicare & absoluere ab excommunicatione nihil facerent. Sed nec est æqualis in omnibus habētibus eā. Nam inter habentes illā partem iurisdictionis vnus, vt Papa habet maiorem alio. Nā talis ēt ex Christi institutione habet eā super oēs Christi fideles, nullus aūt aliorū prælatorū habet tantā ex Christi institutione. Tertiū exemplū. Ecclesiastica potestas iurisdictionis fori interioris non est æqualis in omnibus. Nā Papa habet illā super oēs fideles, nō tantā habet eps: quia ille tm̄ super homines suę sedis. ut in cap. nullus. de parochijs & alie. paroch. Nec tantā habet plebanus quantā episcopus: quia plebanus tm̄ habet i suos parochianos ut in c. ecclesias. 15. q. 1. c. ecclesias. Si aūt essent duo, vel tres plebani dati eidē populo ex equo: iā æqualis esset potestas iurisdictionis fori interioris in eis respectu plebis. Contra prædicta arguitur tripliciter.

Primò arguitur, prima tonsura non imprimit characterē saltem ſm theologos: & tñ habens solū primā tōsuram potest hr̄e potestatē ecclesiasticam iurisdictionis in foro exterioris saltem suppositā electione & confirmatione tonsoristæ: uel alia æquivalenti humana actione circa ipsum. igitur potestas ecclesiastica iurisdictionis non fundatur semper super characterem ordinalem & per ꝯs illa clausula diffinitionis dñij euāgelici, seu potestatis ecclesiasticæ. Gratione characteris nō ꝙenit omni contento sub diffinito. Antecedens pro secūda parte probatur dupliciter. Primò: quia si alicui cōferat beneficiū curatum simplex, qui ipe inuestituræ non sit nisi tonsoristæ, seu clericus: ille iā inuestitus habet iurisdictionem in suos subditos. vñ potest, ut videtur, eos licentiare ad cōfitēdū alteri q̄ suo substituto, & ēt adiutores, in diuinis sibi assumere, & eos ad audiendū cōfessiones suorū subditorū destinare: quod non posset, nisi haberet iurisdictionē ecclesiasticā in illa ecclesia. Secūdò probatur: quia electus in episcopū, uel aliū prælatū, cui de iure, vel de cōsuetudine conuenit excōmunicare uel indulgētias largiri: statim ēt est ꝓfirmatus, habet iurisdictionē prædictā, nec ad hoc, q̄ possit prædicta, opus est eū habere ꝓsecrationē, seu episcopalis ordinis collationē: quia potestas excommunicandi, uel indulgentias largiendi, non est potestas ordinis. Ad primum dicendū, q̄ ex prædicta inuestitura nō habet prædictus tonsorista potestatē iurisdictionis euangelicæ, uel diuinæ, de qua sola nūc loquimur. vñ illa de qua procedit argumentū (si uera sunt, quæ assumit) est tantū canonica & humana. & illa pōt fundari in sola clericatura, uel prima tōsura ēt tenendo opinionē theologorū, q̄ prima tōsura non imprimat characterem, dummodo primæ tonsuræ accesserit electio & confirmatio, vel alia æquipalens canonica actio humana. Ad secundum dicendum, q̄ nullus de iure communi potest eligi: & per ꝯs nec confirmari in episcopū, aut ēt alium prælatum nisi sit ad minus subdiaconus, & de episcopo patet in c. nullus in episcopatū. dist. 60. & in c. multis. de ꝛta. & qualit. or. De aliis prælatis patet in c. dudum. & c. cum in canctis. de elect. & sic patet, q̄ aliquis character præsupponitur in eo, qui debet consequi potestatem ecclesiasticā iurisdictionis episcopalis: & q̄ prima tonsura non sufficiat. An aūt de plenitudine potestatis possit Papa alicui cōcedere potestatē iurisdictionis ecclesiasticæ diuinę, puta ad excommunicandū & ad indulgentias concedendum, qui solū esset tonsoristа: & per ꝯs qui (stante opinione theologorū de prima tonsura) nō haberet vllū characterē ordinalem, relinquo cogitandū. Si enim dicatur q̄ sic: oportet in diffinitione potestatis ecclesiasticæ, uel dominij euangelici, non ponere solum uel præcisè characterem: sed sub disiunctione characterem, vel clericaturā, nec oportet tenere opinionē canonistarum, q̄ prima tonsura sit ordo propriè loquendo. Vñ tenendo opinionem theologorum: & ponendo sub disiunctione in diffinitione dominij euangelici characterem, vel clericaturam, propter prædictum casum dicerētur, q̄ Christus conferendo ecclesiæ prædictā potestatem iurisdictionis dimisit in arbitrio ecclesiæ pendere applicationem eiusdem ad personas & modum applicandi eandem ad eas: ita ut si ecclesia conferret eam alicui etiam non habenti characterem ordinalem, teneret illa collatio, dummodo saltem ille esset clericus. Si aūt nollet conferre alicui nisi habenti characterem ordinalem, talem uel talem, non teneret collatio facta alicui non habenti characterem ordinalē. Sicut in simili dicimus, q̄ Christus instituit, q̄ ministet confirmationis sit ad minus sacerdos. An aūt debeat habere vlteriorem ordinem, uel cō secrationem, quàm sacerdotium, misit pendere in arbitrio ecclesiæ: adeo etiam, q̄ ecclesia nolente quòd simplex sacerdos confirmet, seu ungat in fronte, talis sit attentet, nihil facit. Item posset fieri difficultas, an ne posset consuetudine introduci & præscribi, q̄ simplex cui ratus haberet excommunicare, cùm si solum esset tonsoristа: sicut aliquis potest inuestire de simplici beneficio curato. ēt ipe quo solū est tonsoristа. Item de casu in quo laicus, vel saltem tonsoristа postularetur a Papa postulatione solenni, cuius admissio æquiualet electioni & confirmationi: ut tenet Panor. in c. 1. de postula. præla. sed de illis transeo.

Secundò arguitur, potestari ecclesiasticæ non conuenit descriptio dominij euangelici, igitur dominium euangelicum non est idem quod potestas ecclesiastica. Antecedens, probatur q̄ in descriptione dominij euangelici dicitur. est dominium immediate a Deo conueniens alicui. Modò potestas ecclesiastica tam ordinis quàm iurisdictionis conuenit personis ecclesiasticis mediate a Deo: quia potestas ordinis confertur eis mediante episcopo, a cuius ordines. Item potestas iurisdictionis mediante electione & confirmatione, uel institutione humana: quia potestatem iurisdictionis in foro exteriori, seu excommunicandi: & huiusmodi accipit prælatus per electionem & confirmationē, quantūcunque enim esset ordinatus in sacerdotem, nō haberet potestatem iurisdictionis exterioris: nisi haberet plebem subiectā: hæc aūt subiicitur q̄ electioni & electionis cō firmatio-

firmationē, uel ꝙ canonicā institutionē. Similiter potestatem iurisdictionis in foro interiori accipit humano ministerio, puta per hoc, ꝙ uel humana electione electus sit, uel canonica institutione, uel inuestitura in fidelitatis est super aliquam plebem. Dicendum, ꝙ potestas ecclesiastica consideratur dupliciter, quantum ad propositum nostrum sufficit. Primò in se formaliter ac absolute sine respectu, & hoc modo fuit & est immediata a Deo Christo: sic ꝙ a nullo altero fuit instituta: nec cōgregatio totius uniuersitatis hominum (seclusa Christo) potuisset sibi talem potestatem instituere: sicut tamē potuit vel posset instituere potestatem imperialem super omnes, & potestatem regalem: potestatē quoque ducatuum, comitatuum, baroniarum, & ita de reliquis potestatibus purè secularibus: non autem potuisset sibi instituere sacerdotium, nec papatum, sicut habet ecclesia, ita ꝙ sacerdos per eos institutus haberet potestatem certis verbis transubstantiandi panem in carnem, & uinum in sanguinem, aut remittendi culpas, & sic de aliis. Nec posset similiter delituere, sicut nec mutare legem Christi: quæ tamen legis mutatio sequeretur ad mutationem sacerdotij, prout arguit Apostolus di. ad Hebr. 5. Translato enim sacerdotio necesse est ut & legis translatio fiat. Alio modo consideratur potestas ecclesiastica materialiter, seu respectiuè: prout applicatur ad hanc, vel illam personam iure legitimo, & hoc modo in principio nascentis ecclesiæ collata est immediate a Deo, tam Petro, quàm aliis apostolis, quibus immediate Christus Deus & homo contulit sacerdotium super corpus suum verum: cum eis ait. Hoc facite in meam commemorationem. Lu. 22. & super mysticum, cum ait Petro. Pasce oues meas. Ioan. ult. & iterum. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos &c. Mat. & Mar. ult. Vnde & apostolus Paulus (qui tamen non fuit discipulus Christi eo tpe, quo Christus i carne mortali adhuc fuit) dicit ad Gal. 1. se accepisse euangelium non per hominem: quod nō tm̄ uerū est capiendo euangeliū pro notitia euangelicę legis & doctrinæ: sed & de potestate euangelizandi, illam enim a Christo accepit immediate: quia Act. 9. dicitur. Vas electionis mihi est iste: ut portet nomē meū coram gentibus &c. Et Act. 22. Ego in nationes longe mittā te. sed quòd ad successores Apostolorum & discipulorū Christi habentes potestatem ecclesiasticam, uerū est, ꝙ illorū potestas ecclesiastica eis collata est non immediate a Christo: sed mediate per homines eos eligentes, uel præcantes, uel aliter instituentes. Duobus ergo prædictis modis, scilicet addo ea absolutè, & ea considerando ea respectiuè, seu materialiter: & hoc quò ad personas illas, quæ primò receperūt illā potestatē, uerū est dicere, ꝙ potestas ecclesiastica est immediate a Deo instituta, & immediate a Deo aliquibus applicata. Secundo tm̄ mō. fuit considerata materialiter, vel respectiuè ad successores primarū personarū: non est immediate a Deo ea cōsecutis, saltem si immediate, neget omnē collatorē intermedium tam auctoritatium quàm ministerialem, in si solū negaret auctoritatium collatorem, tūc & talibus personis conuenit ea potestas aliqua ecclesiastica, scilicet ordinis & iurisdictionis in foro interiori immediate a solo Deo. Nam potestas ecclesiastica fundatur super characterem ordinalē, & character ordinalis est immediate auctoritatiue a Deo.

Tertiò arguitur 5 vltimam clausulā descriptionis. Potestas ecclesiastica iurisdictionis in foro exteriori est abdicabilis seruato charactere. igitur. probat: quia clericus & cōfirmatus in epm per confirmationē acquisiuit potestatē prædictā etiante cōsecrationē in episcopū: potuit igitur, ꝙ deponatur, vel degradetur, iā nō solū amitter potestatē illius iurisdictionis quò ad vsum, ut sibi nō liceat aliquem excōicare, uel quò ad hoc, ꝙ aliquid faciat excoicando: sed & essentialiter amittet eā: probatur: quia illa nō fuit fundata præcisè super charactere sacerdotali, uel alterius ordinis insuperficialis, sicut potestas ordinis, uel potestas iurisdictionis in foro interiori: sed super electione & p̄firmatione tāquā superfundamento ꝓximo. Modò p̄firmatio illa pōt cassari & annullari, & per pōs oīno auferretur & in essentie illa potestas ab epō, remanentibus alijs potestatibus. Et idē fieret, si ipsemet renūciet episcopatui: sicut enim per eius p̄sensum in electionem & cōfirmationē acquisiuit illā prātenitia per eius resignationē vt abdicare. Cōfirmatur. Nā sicut pātā iurisdictionis in foro exteriori attributa epō per canonicas leges & concessiones. s. potestas aliquem deponendi, degradandi, & priādi ei pōt auferri & essentialiter: ita etiā illa, quæ est ad excoicandū. probatur: quia utraque est sibi acquisita humanauis. Res aūt, per quas causas nascitur, per easdem dissoluitur. Dicendū ad primū, dato ꝙ cōcluderet, ꝙ oīno essentialiter posset ei auferri talis potestas, prout p̄sideratur materialiter & respectiuè: quia ut sic est variabilis & mutabilis, tn absolutè considerata non est abdicabilis ab ecclesia: quia quādiu manebit ecclesia, tandiū manebit ptās illa, & ea illa potestas p̄sideretur, ut fuit in Apostolis, fuit fortè illis inauferibilis: quā nō per humanā electionē & confirmationem, uel institutionem ea acceperūt; sed per diuinam. Ideo solū per diuinā destitutionem potuissent (ut vt) ea fuisse priuati. Præterea posset dici, ꝙ hæc clausula sexta analogicè cōuenit potestati ordinis & potestati iurisdictionis in foro exteriori ex una parte. & potestati iurisdictionis in foro exteriori ex alia parte. Ad secundum non est similer: quia ptās canonica & absolutè p̄sideratā est atiferibilis & abdicabilis. & licet utraq; p̄sideretur, ut est huic, uel huic pōnæ applicabilis, subsit humanæ dispōni: & ideò utraq; ut sic ut variabilis, tn nō utraq; est variabilis in se p̄sideratā. & hæc dicta sufficiant de dicto euāgelico.

Dominium autem canonicum sic describitur. Est dominium conueniens alicui. secundum leges humanas canonicas. Exemplum. ius, quod habet patronus alicuius beneficij, est dominium canonicum, probatur dupliciter. Primò: quia tale ius est ius. igitur est dominium. tenet consequentia: quia ius & dominium conuertuntur, prout patuit supra. q. 1. illud dominium conuenit suo subiecto secundum leges canonicas. Nam lex canonica ei, qui est patronus alicuius beneficij, concedit ius patronatus. Quod autem ius patronatus sit ius, probatur: quia sibi descripto iuris conuenit: quia est potestas propinqua conueniens alicui secundum dictamen rectæ rationis: quia secundum legem canonicam, quæ est lex rectæ rationis, quæ & reducitur in dictamen primæ iustitiæ. Vnde ius patronatus describitur secundum Hostien. sic. Est potestas præsentandi instituendum ad beneficium ecclesiasticum simplex, & nacans. Et sicut alia dominia

dominia supra posita habuerunt suos titulos, vel fundamenta, ratione quorum leges concesserunt aliquibus talia dominia: sic etiam dominium canonicum habet aliquem titulum, uel fundamentum, rōne cuius lex canonica concessit homini tale dīnium. Vnde fundamentum iurispatronatus est aliqā dilorum trium fm Host. Goff & Inno. s. fundatio ecclesiæ, dotatio eiusdem, & collatio solit vt 16. q. 7. c. filijs. & c. quicunque. & 18. q. 2. abbatem. vnde versus. Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus. Secundò probatur, ꝙ ius patronatus dici possit dominium. Nam iuspatronatus aliquando vocatur vicedominatus, & patronus vicedominus. igitur potest dici dīnium. Nam qui uices gerit dīni, habet aliqā dīnium. & si non illud, cuius vices gerit, tn aliud illi subordinatū. Sedm exemplum. ius inuestiendi epos & archiepos, immo & eligendi Pontifices, & ordinandi sedem Apostolicam, quod habuerūt quidam imperatores, fuit dominium canonicum: quia eis conueniebat tm̄nō ex canonica concessione ecclesiæ, quæ eis illud ob eorum fauorem, quem erga ecclesiam habebant, & zelum, concessit, ut patet dist. 62. Adrianus. & c. in synodo. sicut & eis postmodum hoc ius fuit subtractum, ut patet 16. q. 7. c. si quis. Sed ius instituendi ecclesiasticas personas ad officia ecclesiastica conuenit epis etiam ex euangelica concessione. Vnde Io. Gerson in tract. de ecclesiast. statibus, de statu prelatorum, consideratione quinta, sit. Status epalis habet ex se & Christi institutione primaria ius prælatos minores. s. curatos instituendi. Sed addit etiam di. Ius beneficium ecclesiasticum, vel stipēdium remporale conferendi, vel facere conferre ministrantibus sub se spūalia, & habet epalis status ex Christi institutione. Sed hoc additum quantum ad primum membrum non videtur verum: quia ex primus epōrum. s. Petrus, non habuit illam ptātem. s. conferendi beneficia ecclesiastica, qui tamen habuit omnem ptātem a Christo immediate epis concessam: forte nec tpe sui fuerūt vllo talia ecclesiastica beneficia, de qualibus hic loquimur. Vnde & idem Io. Gerson in tract. de uita spirituali. lec. 3. videtur oppositum sentire: ut patebit in vltimo exemplo. Ius igitur conferendi beneficia ecclesiastica, vel instituendi in eis conueniens epō, videtur ei conuenire concessione canonica. Vnde Panor. in c. ex frequentibus. de instit. ait. Institutio in beneficijs pertinet de iure communi ad epm: vt hoc, & in ca. cum ex iniuncto. de hæreticis. contra opinionem Ioan. Andr. dicentis, ꝙ collatio seu institutio non est propriè iuris epalis: cum multi habeant collationem seu institutionem non episcopi. Nam ꝙ inferiores qñque habeant, procedit de iure speciali. Tertium exemplum. Ius, quod habet plebanus accipiendi quartam partem funeralium, quæ pars aliàs dicitur portio canonica, est ius & dominium canonicum, conuenit enim ei iure positiuo id sibi concedente. Clementina dudum. de sepulturis. Quartum exemplum. Ius accipiendi decimas a populo suo, quod plebanus habet, est canonicum dominium, conuenit enim ei iure positiuo, ut patet 16. quæstio. 7. ca. omnes decimæ. & per multa capitula in decretalibus in titulo de decimis. Et si arguas, diuina lege conuenit sibi illud

iūs. igitur non est canonicum. Antecedens probatur, quia Numeri 18. dicit dominus. Filijs Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionem pro ministerio, quo mihi seruiunt in tabernaculo. & Leuitic. 27. Omnes decimæ terræ sive de frugibus, sive de pomis arborum domini sunt: & illi sanctificantur. Dicendum, lex concedens leuitis ius percipiendi decimas, & præcipiens filijs Israel dare decimas, est constitutio iudicialis veteris legis: talium autem constitutionum obligatio cessauit. Vnde Apostolus de lege veteri loquens ait. Lex pedagogus noster fuit in Christo &c. & infra. At ubi uenit fides, iam non sumus sub pedagogo. ad Gala. 3. ideo plebani non habent ius percipiendi decimas ex concessione mosaicæ legis abolitæ, nec subdit ex obligatione legis prædictæ obligantur ad dandum decimas: sed solo iure positiuo canonico ad id obligantur: licet iure naturali obligentur ad hoc, vt dent temporalia stipendia eisdem plebanis ministrantibus eis spiritualia, ad quotam autem determinatam, vtputa ad decimam partem suorum fructuum non obligantur lege naturali. De hoc tamen est problema non parum inter theologos & iuristas: adeo vt nonnulli iuristarum reputent quasi hæreticum dicere, quòd decimæ non sint de iure diuino: sed si intelligant, quòd sint de iure diuino hodie obligante quò ad determinatam quotam, potius eorum dictum est quasi hæreticum: quia est dicere, quòd lex Moysi hodie obliget quo ad iudicialia. nam quo ad quotam non est morale: sed tantum iudiciale, licet secundariò sit cerimoniale. sed de hoc diffusè dixi in tractatu de quota decimarum. Quintum exemplum. Ius leuandi temporalia determinata (quod ius alio nomine vocatur beneficium ecclesiasticum) annexum alicui officio ecclesiastico, conuenit ei, qui est ad illud beneficium præsentatus per patronum (si est patronatum beneficium) vel electus (si est beneficium electiuum, idest quod per electionem conferrur) postquàm fuerit ad idem legitimè institutus, uel in eo confirmatus, hoc est canonicum ius, vel dominium: quia conuenit ei tunc secundum leges canonicas, quia canonica lex ei, qui sic est institutus, uel confirmatus conceditur tale ius, & fundamentum illius iuris est eius institutio, uel confirmatio præcedenti præsentatione, uel electione, quæ potest titulus eius dici. Item etiam ipsum officium ecclesiasticum potest dici titulus beneficij: quia illud, ratione cuius alicui competit ius: potest titulus illius iuris vocari. modo beneficium competit alicui ratione officij: quia habenti officium, debet dari beneficium. Vnde & talis dicitur habere tale beneficium in titulum, idest ratione officij ecclesiastici ei, non autem diceretur illud habere in titulum, si non haberet officium, cui illud est annexum, quemadmodum ille, qui est collator beneficij, qualis est episcopus, de iure communi habet beneficia suæ diœcesis: sed non in titulum, idest ratione officiorum, quibus illa sunt annexa, quia ipse non habet illa officia, idest non est obligatus ad exercendum actus ecclesiasticos talium officiorum, sed habet illa quo ad potestatem conferendi. Contra hoc arguitur. habenti officium ecclesiasticum conuenit lege naturali beneficium ecclesiasticum. igitur non lege canonica. Antecedens probatur: quia lex naturalis disponit, quòd seminantibus spiritualia alijs dari debeant temporalia stipendia: beneficium

autem ecclesiasticum est ius percipiendi temporalia stipendia. Igitur. Dicendum, quòd habenti officium ecclesiasticum conuenit lege naturali ius percipiendi temporalis stipendia: prout ly stipedia, supponit confuse tm, non autem ius percipiendi stipendia determinata tanta quantitate, vel tali qualitate. Mō hic loquimur de beneficio ecclesiastico, prout est ius percipiendi stipendia determinata in quantitate & qualitate. Simile habitum est de decimis in precedenti exemplo. Sextum exemplum est potestas, vel superioritas, quam canonica institutione institutus in plebanum acquirit in plebem: ex hoc ꝙ plebs sibi de nouo subijcitur subiectione canonica dicitur dominium canonicum. Nam sicut noua subiectio plebis est canonica: ita superioritas correspondens illi subiectioni de nouo est canonica, & per canonicam institutionem acquisita. De hoc exemplo patuit in precedenti dominio circa tertium dubium seu quæstiunculam. Septimum exemplum. Papa habet quadruplex dominium, ius, seu potestatem. Quorum primum sibi conuenit lege euangelica pura. Secundum lege canonica. Tertium lege ciuili. Quartum lege naturali, prout in effectu nullo. Gerson. Primum igitur dominiū est potestas ecclesiastica in omni plenitudine sua: quę potestas supra vocata est dominium euangelicum, similiter dominium superioritatis supra totam ecclesiā cum prædicta plenitudine potestatis in eis, quæ spūale regimen ecclesiæ propriè dictum respiciunt. Et hoc dominium est ius ad faciendum illa quatuor, & si qua similia sunt. f. Primò ad conuocandum concilia uniuersalia. Secundò ad determinandum cum concilio qōnis fidei per modum articulorum generaliter omnes obligātium. Tertiò ad corrigēdum prælatos inferiores. Quartò ad destituendum eosdem totaliter a suis officijs, si demeruerint, & ad alia similia faciendum, quæ vel vniuersalem ecclesiæ statum tangunt, vel finalem, supremamque determinationem respiciunt. Et quòd Christus concesserit Petro & successoribus eius potestatem ecclesiasticam, tam ordinis quàm iurisdictionis: satis patet ex lege euangelica in illis locis, quæ allegata sunt circa dominium euangelicum. Sed quòd præter illam potestatem ecclesiasticam etiam concesserit primo Papæ, scilicet Petro tale dominium superioritatis super alios, & in Petro successoribus eius, quales sunt Papæ posteriores, cognoscitur ex lege euangelica, & ex actibus Apostolorum, & ex eis, quæ per successiuam relationē eorum ad nos tanta certitudine sunt deuoluta: ut merito temerarius & scandalosus: immo scismaticus iudicetur, qui potestatem hanc vel abolere, vel diminuere præsumpserit. Secunda potestas est potestas conferendi aliqua beneficia ecclesiastica: & de eis ordinandi, vel disponendi in temporalibus rebus ecclesiasticis. i. quæ annexæ sunt spiritualibus in rebus ecclesiasticis. & hæc secunda differt a prima secundum Io. de Gerson: adeo quòd quidam nominatim greci primam concedentes, secundam abnegent. Vnde hæc secunda conuenit sibi per canonicas institutiones, quibus conceditur Papę potestas conferendi beneficia, & de eis ordinandi & disponendi. Non autem lege euangelica sibi illa potestas concessa est sicut præcedens: quia Petrus habuit omnem potestatem, quæ lege euangelica ex Christi constitutione conuenire debet Papæ, & tamen Petrus & multi successores eius caruerunt predicta potestate. igitur signum est, quòd non lege euangelica conuenit sibi. Tertia potestas est potestas terrena in quibusdam terris, quam habet ex consensu tam principum, præsertim imperatorum, quàm aliorum subditorum, qualis est potestas terrena super illas terras, quas imperator Constantinus dedit Siluestro & successoribus eius. hæc potestas conuenit sibi ex donatione, & per consequens secundū leges ciuiles, quibus conceditur dominium rerum illis, quibus res tales sunt legitimè donatæ. Non autem conuenit lege euangelica sibi: quoniam Petrus omnem habuit potestatem, quæ ex Christi institutione de lege euangelica conuenire debet Papæ, & tamen Petrus & successores vsque ad Siluestrum caruerūt illa potestate terrena. igitur signum est, quòd non conuenit. Papæ lege euangelica. Et quia Papæ hanc tertiam potestatem conati fuerunt conseruare per primam sibi primò conuenientem lege euangelica, per quam primam potestatem Papa habet fulminare excommunicationes. ideo subsecuta est magna turbatio & horror quidam ecclesiæ almis officiens. Quarta potestas est potestas consequens superioritatem superioris ad subditum suum. Nam ex hoc, quòd a Christo lege euangelica constitutus est superior omnium Christi fidelium consequenter habet talem potestatem in Christi fideles, qualem ex lege naturali quilibet superior habet in suos subditos. Et hæc potestas est ius recipiendi a subditis honorem & auxilium. ita quòd subditi tenētur honorem & auxilium præstare sibi tanquām suo superiori, tutori & conseruatori, qui pro omnibus militat, curamque gerit: & ita eorum stipendijs (si sibi deessent) militare debet. unde licet dominium superioritatis super totā ecclesiam conueniat sibi lege euangelica: tamen quod ip se consequentur ad illud dominium habeat ius recipiēdi honorem & auxilium vel stipendia a suis inferioribus, pro quibus militat: hoc habet lege naturali: quia lex naturalis concedit vnicuique superiori, qui curam gerit regendi alios ius talia recipiendi ab eis, non obstā te ꝙ superioritas illi conueniat alia lege etiam humana: vt si per humanam constitutionē mediante electione alicui conueniat superioritas in aliquos: nihilominus illa adepta postea conuenit sibi lege naturali ius recipiendi prædicta a subditis. Et licet illa lex concedens hoc ius superiori, etiam sit inserta euangelio, non tamē est purè euangelica: quoniam leges naturales cum inseruę sunt euangelio: non sunt ob hoc puræ euangelicæ: sed nihilominus remanent naturales. quemadmodum etiam decem præcepta, quæ sunt constitutiones & præcepta legis naturalis fuerunt inserta legi Moysi: nec tamen dici debent purè præcepta legalia, vel mosaicalia: aliàs euacuata essent, eo ꝙ concedimus præcepta legalia deesse.

Dominium ciuile describitur primò sic. Est dominium secundum legem ciuilem. Secundò plenius sic. Est dominium peccati occasione introductum: non cōpetens pluribus ex æquo, retinibile & abdicabile, seruata, vel non seruata charitate, fundatum in legibus ciuilibus & politicis. Exemplum: aliquis dono accepit, vel emit equum, vel librum, & sibi traditur, ille habet ciuile dominium illius equi, vel libri. Quām variis autem modis acquiratur & transferatur hoc dominiū in alium, patebit infra quæstione undecima. Dicit primō notanter, peccati occasione introductum. Nā si nā fuissemus

fuissemus in statu innocentiæ, hoc dominium introductum non fuisset: quoniam tunc fuissent omnia cō munia. hoc autem dominium est cum appropriatione rerum. Quomodo autem & quare rationabile fuerit pp lapsum humani generis a statu innocentiæ hoc dāium ciuile introducere, quod est cum rei appropriatione, patebit. q. 40. Propterea nimirum si ciuile dominium, quod occasione peccati introductum est, & ita radicem habens in fectam, illius saporem contraher, & vix exerceatur absque contaminatione aliquorum delictorum: ut ait Io. Gerson. Dicitur secundò non competens &c. in hoc differt à quattuor primis speciebus: ut patuit. Dicitur tertiò retinibile & abdicabile, seruata vel non seruata charitate. in hoc differt a dāio gratifico: qa illud nō est retinibile nō seruata charitate, nec ēt abdicabile seruata charitate: hoc aūt dāium ciuile retineri pōt pdita charitate. Nam ex hoc ꝙ qs labitur in mortale: nō oportet, ꝙ pp hoc pdat ciuile dāiū rerū & possessionum suarum, ut patebit in q. 7. Similiter pōt retineri seruata charitate, qa simul stāt in aliquo, ꝙ sit in charitate, & habeat ꝓprietatem & ciuile dāium rerū. Ex. n. Christi seruari pōt, & ꝙ pōs aliquis pōt ēē in charitate sine abdicatione ꝓprietatis & dāij, ut patet in sēcularib. q nō abdicauerūt ꝓprietatem a se ꝙ uotū. Hoc ēt est abdicabile cum charitate, qa pōt qs renunciare illi dominio salua charitate, quam habet, immo ouerēdo in eius abdicatione. Pōt ēt eis renunciare non habendo charitatem. Et sicut non pditur pdita charitate, ita non acquiritur acquisita charitate, q p hoc, ꝙ quis efficitur in charitate, iam habeat ciuile dāium oium rerū, quasi charitas faciat oīa cōia eo mō, & nō minus, q extrema necessitas, hoc. n. falsum est & damnatum in articulis zuinsdam Dionysij Parisius. Dicitur quartò fundatum in legib. ciuilib. in quo differt ab alijs quinque dāijs supra habitis, q ēm alias leges cōueniebāt suis subiectis: hoc aūt cōuenit ēm ciuiles. Et in hoc tāgitur fundamētum illius dāij, non ꝙ leges ciuiles sint fundamentum, vel titulus illius dāij, immo illæ leges sunt illa, ēm quę conceditur tale dāium alicui, sed fundamentum illius dāij est illud, qđ leges ciuiles dispōsuerunt eē titulum, vel fundamentum, gratia cuius alicui cōcedi debeat tale dāium, quemadmodum est donario, emptio, permutatio, præscriptio &c. leges enim ciuiles dispōnunt, ꝙ q dono receperit rem, vel emerit, vel præscripserit eam legitimè, debeat habere dāium, vel ius ciuile illius. fundamētū tm illud nō pōt uno uocabulo designari.

QVAESTIO III.

Vtrum primus modus diuidendi dāium cum descriptionib. suarum specierum, ut in præcedenti qōne est positus, sit bene positus? Respondetur per duo dicta. Primum. ille modus diuidendi apparet deficere in sex. Prius tm pdictam diuisionem, q non est bimembris, reducam ad bimembrem, & per eūdem modum habebitur sufficientia illorum sex membrorum, & hoc sic. Dāiorum quoddam conuenit comprehensori, & sic est beatificum. quoddam viatori, & illud est duplex. quoddam pro statu innocentiæ, & illud est originale. quoddam pro statu naturæ lapsæ, & illud est duplex, quia vel fundatur in charitate, & sic est gratificum, vel non in charitate. & hoc est duplex, quia vel ei, cui conuenit: conuenit ex concessione legis diuinæ, & sic est euangelicum. uel ex cōcessione legis humanæ, & hoc est dupliciter. vel ex cōcessione legis humanæ canonicæ, & sic est canonicum, vel legis humanę ciuilis, & sic est ciuile. Primus aūt defectus est, quia modus prenendi, de quo ģrit qō, tm enumerat spēs dāij conuenientes creaturis, & non illam spēm dāij, quæ conuenit creatori, & tm creatori conuenit potissimum dāium. Secundus est, qa si dicatur, ꝙ ille modus diuidēdi voluit tm ponere illas spēs dāij, q conueniunt creaturis, nō tamen, q conuenit creatori, tm nec oēs spēs ēt conuenientes creaturis enumerat. Nam aliqđ est dāium conueniens creaturis irrationalib. quale dāium hāt corpora celestia sup hæc inferiora ad exercendum multas operationes circa ea. Item aliqđ est dāium conueniēs brutis, ēm qđ dicimus aliqđ aīal habere dāium super alia, ut aliquem esse regem in apibus. Tertius, quia si dicatur, ꝙ tm noluit enumerare ea dāia, q conueniunt creaturis tōnalib. tm nec oīa illa enumerauit, quia aliqđ dominium conuenit demonibus, ēm qđ dicimus inter eos ēē principatus, & potestates, & superioritates, & tamen illa dāia non sunt aliqua illorum iam enumeratorum. Quartus. si dicatur, ꝙ tm voluit enumerare dāia cōueniētia hoīb. tm nec oīa illa enumerauit, quia aliqđ est dāium naturale conueniens homini, qđ. f. fundatur in aliquo dono naturali ēm legem naturalem, q̄ species utique non debebat ptermitti, qa ita bene lex naturalis concedit aliqua dāia, sicut lex canonica, vel ciuilis. Si igitur enumeratum est dāium conueniens alicui ēm legem canonicam & ciuilem, cur illud, qđ lege naturali cōceditur, est prermissum. Quintus, quia ptās faciendi miracula concessa in veteri testō aliquib. & concessa in nouo his, qui plantauerunt ecclesiam Christi & quam hodie aliqui habent, est quoddam dāium, & non est aliqđ pdictorum sex, non ēst. n. euangelicum, ut patuit in pcedenti qōne. Sextus, qa p legem mosaicam uaria dominia fuerunt concessa filijs Israel. f. dāium terræ promissionis, cōcessum eis interim, ꝙ legem seruarent. tō dāium, qđ fuit concessum sacerdotib. accipiendi primitias a populo, & certam partem certorum sacrificiorū, & quædam alia. Similiter ius percipiendi decimas concessum leuitis fuit dāium diuinum concessum ēm legem diuinam. f. mosaicam, & tamen talia dominia non comprehenduntur sub aliqua illarum sex specierum, igitur ille modus diuidēdi in aliquibus est diminutus. Secundum dictum, descriptiones prædictarum sex specierum sunt bene positæ dempta secunda descriptione dominij euangelici, quę est reprobata. hoc dictum patet ex deductis ibidem.

QVÆSTIO. IIII.

Vtrum secundus modus diuidendi dāium sit bene positus, qui talis est. Dāiorū quod dā fundatur in titulo gratię gratificantis, quoddam in titulo alicuius gratię supernaturalis solum gratis datę, tā gratificātis. Tertium in titulo alicuius doni purè naturalis, sicut est electio vel naturalis successio in aliquę principatum. Solutio qōnis stat in quattuor suppositionibus & duabus conclusionibus.

Prima suppositio. Cum dicitur in illo modo diuidendi in titulo gratiæ gratificantis, vel gratis

datę, vel doni naturalis, debet illud dictū intelligi p cōstructionē intransitiuā: ut sit sensus, quoddā fundatū in gratia, vel dono tali, qđ donū, vel quę gratia est met ipse titulus: sicut sal dr creatura salis, ideſt creatura, q̄ est sal. Sēsus igit illius diuisionis est, quoddā dīnium habet pro titulo vel fundamento gratiam gratum facientē, quoddā vero pro titulo gratiam aliquam tantum gratis datam.

Secunda suppō, primū membrū illius diuisionis est idem cū tertio mēbro pcedēris diuisionis primi modi dicendi, scilicet cū dīno gratifico, seu fundato in charitate. Ideo quę ibidē dicta sunt de gratifico, intelligenda sūt etiam hic de primo membro huius diuisionis.

Tertia suppō ponit ad reducendū hanc trimēbrem diuisionē ad bimēbrem, & hoc fm bimēbrem diuisionē gratię, & eius subdiuisionē talem. Quōd gra est duplex. Quędam est gratū faciens, & illa est idē, qđ charitas, & dr duplici rōne gratia: quia gratū facit habentem ipsi Deo. S. dō: quia gratis datur. i. non ex merito: saltē de pdigno, & de prima gra gratū faciente loquēdo. Sed prima ratio est sibi propria: quia sola ipsa charites facit gratum Deo. Secūda autem ratio ēt aliis donis conuenit. Alia igitur est gra, q̄ non facit gratū Deo: sed tm dr gra, eo q̄ sit gratis data. Et tales gratias multas enumerat Apostolus. 1. Corint. 12. quę sunt fides, sapiēcia, scia, potestas faciendi miracula (sine illa sint ad salutem corporis, quę vocatur gratia sanitatum, sive ad oīōnē diuinę potestatis) notitia prophetica de futuris contingentibus, quę vocatur ꝓphetia, notitia de occultis cordiū, quę dicitur discretio spirituum, notitia variorum idiomatum in sciendo ea loqui, & etiam interpretari. Has inquam aliquis habere potest sine hoc, q̄ sit gratus Deo & illa est duplex: quia vel illa res non est per naturā attingibilis & acquisibilis, sicut est gratia sanitatum, ideſt potestas auferendi solo imperio voluntatis sine applicatione naturalium remediorum morbos & conferendi sanitates. Sīc notitia prophetica est de his, quorum notiam naturali via hō attingere nō posset. Et talis, gra gratis data dr supernaturalis, ideſt nō attingibilis per naturam, nec humana via. Si aūt illa res est per naturam, vel humana via attingibilis, vel acquisibilis. Actū ex quo ēt illam habemus a Deo, qui omnia nobis dedit gratis, ēt pōt vocari gra gratis data: ut est robur corporis, sanitas complexio bona, pulchritudo, esse filium primogenitū regis. Hęc quippe a Deo conferuntur: sed mendicantibus naturalibus viis acquiruntur & attinguntur. Iuxta igitur illam diuisionem gratię & subdiuisionem secundi membri sumitur hęc trimembris diuisio dominij: quæ sic reducitur ad bimembrem. Nam si dominium fundatur in gratia gratum faciente, est primum membrum: si in gratis data, hoc est dupliciter: quia vel fundatur in gratia supernaturali, sic est secundum membrum: si fundatur in gratia seu dono naturali, sic est tertium membrum.

Quarta suppositio ponitur ad declarandum prædicta membra exemplis. Et exemplum primi membri patuit in tertio membro primi modi diuidendi. Sed exemplū secundi membri est illud. Si alicui viatori Deus conferret hoc jus, q̄ posset auferre oēs morbos illius, vel illius generis illis hominib. qui eū inuocarēt, vel honorarent: talis viator haberet dīnium super illos morbos, & fundaretur illud in gratia gratis data: imo uerius loquendo illud dīnium esset met gratia gratis data. Et potius diceretur, q̄ fundamentum eius & titulus est diuina concessio. Si enim quęratur, quo titulo habet ille hanc gratiam? Diceretur titulo diuinæ concessionis, nel si mernit apud Deum de congruo, uel condigno sic dorari: tūc diceretur, q̄ titulus esset cum id meruisse: & tunc adhuc verum est dicere, q̄ illud dīnium funderur super gratia gratis data: quia diuina concessio uel eum id meruisse, potest uocari gratia gratis data: quia illa sunt dona Dei, & non gratum facientia. igitur gratis data. Similiter ptās eijcienti demones de obsessis corporibus. Item potestas compellendi eos ad dicendum, aut faciendū aliqua, quali potestate Apostoli & multi post eos prędicti fuerunt, potestas transferendi montes, mandandi elementis motum: quem hō eis imprēssisse non potuisset, ut Elias habuit potestatē faciendi descendere ignem super quinquagenarios, potestas suscitandi mortuos, & generaliter potestas faciendi opera naturæ impossibilia, quæ potestas dicitur dominium fundatum in gratia gratis data. non quidem in illa, quę dicitur gratia miraculorum, scilicet gratia sanitatum, uel operatio uirtutum, quia illa potestas, uel dominium met est talis gratia miraculosa: sed potius fundatur in fide saltē informi: quia fundat gratiā seu potestatem faciēdi miracula, iuxta illud Saluatoris, Lu. 17. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis arbori moro, eradicare & transplantare in mari, & obediet vobis. Et Ioan. 14. Qui credit in me, opera quę ego facio ipse faciet, & maiora horū faciet, Apostolus. 1. ad Cor. 13. Si habuero fidē, ita ut montes transferam &c. Itē vnio hypostatica humanę naturę ad verbum est gratia gratis data humanę naturę, & ratione illius cōueniunt multa præclarissima iura & dominia illi humanitati. Item maternitas, qua btā virgo est mater Christi, est gra gratis ei data. & ratione illius cōueniunt sibi varia iura & dominia a Deo: ut dici possit hr dominium maternale, & ius in Deum per communicationē idiomatū, & regina omnis creaturę: quia mater regis omnis creaturę. Primum exemplū de tertio membro, ut dominium, quod habet pater in filium conuenit ei rōne eius, quod est eū genuisse illū, vel esse patrem eius. eum aūt illū genuisse est quoddam donum naturale. in hoc igitur vt in titulo vel fundamēto fundat dīnium patris in filium. Scām exemplum. Dīnium, quod habet filius in bonis per patrem relictis conuenit ei ratione illius, quod est eum esse genitum ab illo. illum aūt esse genitum ab eo est dominium naturale. in hoc igitur vt in titulo vel fundamento fundatur illud ius uel dominiū filij. Tertium exemplum. Dominium regale alicui filio cōueniens ratione illius, quod est primogenitus regis, fundatur in hoc, quod est eū esse primogenitū, qđ est donū naturale. Quartū exemplū. ius repellendi corruptrē suæ existētiæ cōuenit vnicuiq; rei rōne naturalis doni. s. rōne existentiæ: eo ipso enim q̄ Deus alicui rei cōtulit hoc donū. s. existentiā, habet talis res ius resistendi eis, quæ ei illud donū auferre vellēt. Similiter in eodē dono fundat animalib. ius accipiendi alimenta, quib. cōferuet existentia. hoc mō lupus habet ius & dominiū inuadēdi alia aialia, & aues habēt ius colligendi genera, uel semina & consimilia, quib. sustētantur. hoc modo habent ius nidificandi in arboribus nostris: quia Deus dedit potentiam generandi pullos, & eos educandi, igitur etiam dedit eis ius in medijs, quibus hoc

hoc commodē facerent. & illud dominium fundatur in dono naturali eis communicato per Deum.

Et si arguas. dominium patris in filium est ius proprię potestatis, modò ius patrię potestatis non est dominium naturale: quia illud institutum est a iure ciuili: ut dicunt domini legistę, institut. de patria potestate. dicentes, dominium seruitutis esse de iure gentium: sed dominium patrię potestatis esse de iure ciuili. ubi etiam dicunt, quòd ius patrię potestatis solum conuenit romanis, ideſt qui sunt de imperio romano: alię vero gentes quædam ut seruos tenent filios: ut Sclaui. alij ut prorsus abdicatos: ut Francigenę. Dicendum. ius patrię potestatis capitur dupliciter. Vno modo pro iure ad exigendam aliquam a filio, ad quæ ex naturali dictamine rationis filius reuetur patri, & hoc modo minor est falsa: nec illud conuenit solum Romanis, nec francigenę carent illo iure. Alio modo, prout illud ius consistit in quibusdam positiuis effectibus, quos humana constitutio voluit seruari inter patrē & filium, quos tū illud ius seclusa humana constitutione non importa rer. Et illorum effectus sunt sex, quos enumerat glo. infit. de patria potestate. Primus, q̄ necessitate famis vēdere pōt filium, vel obligare. Secundus, q̄ ab eo in ius vocari non pōt. Tertius, q̄ cum alio agendo iudicium habere pōt. Quartus, q̄ pater acquirit per filiū, & filius q̄ acquirit non sibi, sed patri acquirit. Quintus q̄ filius sine licentia patris non pōt esse in iudicio contra alium. Sextus, q̄ pater pōt inuito filio administrare bona aduēticia. Item non pōt esse ciuilis obligatio inter patrem & filium. Quò ad illos effectus & similes ius patrię potestatis est a ciuili iure institutum. Vñ notanter tex. ibi dicit. Nulli alij (s. quàm Romani, qui talem in liberos habebant potestatem qualem nos habemus, ideſt consistentem in talibus effectibus: saltem virente illius cōstitutionis ciuilis: quamuis alię etiam possent sibi simile ne inter se. Sed primo modo capiendo est de iure naturali. Vñ etiam in statu innocentię habuisse pater ius patrię potestatis primo modo in filium. Vñ Alexan. in 1. parte. q. 99. membro primo, distinguendo post Augu. Gen. 17. ad literam duplex dīnium, scilicet pcłationis, cui correspondet obsequium & seruitus reuerentię, & dominium possessionis, cui correspondet obsequium & seruitus necessitatis. Dicit, q̄ primo mō capiendo dominium, Adam fuisset dominarus alijs hominibus & illi serui eius. Omni enim rationi consonum est, q̄ si ſtetisset, filij eius obsequiosi fuissent ei in exhibitione honoris & reuerentię, & obsequijs corporalibus. ut si vellet comedere, in allatione fructuum & consimilibus obsequijs. hęc ille. Vñ etiam in illo primo modo fuisset dominium viri in vxorem, & econtra seruitus vxoris in virum: vt sentit Aug. loco quo supra. exponens illud, sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Et proportionabiliter posset dici, si argueretur contra alia exempla posita: quia possunt esse a iure ciuili quo ad aliquas speciales circunstantias & modos: sed in se sunt dominia naturalia. Et nō accipitur hic dominiū naturale prout distinguitur a dono collato per agens liberum, quomō agens naturale & liberum distinguūtur. 2. phisicorum. sed prout dominium naturale distinguitur contra supernaturale dominium, ita q̄ omne illud dominium dicatur hic naturale, quod alicui cōfertur a Deo per agēs naturale, sive illud agens liberum sit, sive agens ex necessitate naturę. Vñ si alicui collata est electio passiua, illa est donum naturale: quia est sibi data per agens naturale, ideſt per hominem, qui non est agens supernaturale licet homo existens agens per liberum arbitriū sibi concesserit illam electionem, & non per necessitatem naturę. Si igitur ratione electionis alicui conueniat aliquod dīnium, aut ratione alterius humanę actionis: ut ratione fundationis, vel donationis ecclesię: aut ratione confirmationis, institutionis, præsentationis, installationis, testationis, præscriptionis, emptionis, donationis, permutationis, vsucapionis, illud eēt de hoc tertio mēbro.

Prima conclusio. Membra primi modi diuidendi possunt compræhendi sub tribus membris secundi modi diuidendi, probatur inductiuè. Nam dīnium beatificum super beatitudine fundatur. Beatitudo aūt est gratia gratis data supernaturalis, & nō est charitas. nec gra gratum faciens: licet presupponat illam: & licet etiam sit actus charitatis: quia fruitio beatifica prosedit partim ex charitate, saltem tenendo, q̄ beatitudo est a Deo non tanquam a tota cā. Dominium autem originale comprehenditur sub secundo membro: quia fundatur in dono originalis iustitię: illud autem est gratia gratis data supernaturalis non gratum faciens. Insuper dominium gratificum est adequatè idem cum primo membro huius secundi modi diuidendi. Euangelicum aūt dominium continetur sub secundo mēbro: quia fundatur in charactere ordinali: character aūt est gratia gratis data supernaturalis. Dīnū aūt canonicū cōprehenditur sub tertio mēbro: quia illa fundat super illis, quę naturali via homo habet, vel habere pōt: ut sup actionibus per eum naturaliter factis, vel circa eum factis naturaliter: quemadmodū ius patronatus super fundasse vel ędificasse, vel dotasse ecclesiam, & sic de alijs. & ciuile etiā super actionibus humanis fundator: ut super præscripsisse, emisse, succesisse, & sic de alijs.

Secunda conclusio. Secundus modus diuidendi licet deficiat in aliquo: non tamen in tot, in quot primus modus deficit. Prima pars probatur: quia deficit i hoc, q̄ dominium creatoris non comprehenditur sub aliquo illorum trium membrorum: cum Deo nō insit aliqua gratia gratum faciens, nec gratis data, nec naturale donum: cum a nulla aliquid receperit. Nisi dicatur, q̄ persone producte, scilicet filius & Spūsanctus ac ceperūt a patre essentiam diuinam, & omnes eius perfectiones, rōne cuius essentię & perfectionum conueniat eis idē dīnium cum patre: sed dato q̄ illa receperunt a patre: non tñ sunt illa naturalia dona, sic q̄ per agens naturale sint attingibilia, & etiam quia nihilominus dominium, ut est in patre, non posset ad aliquod illorum trium mēbrorū reduci: quia diuina essentia & eius perfectiones nō sunt in patre tanquā donū sibi a quoquā donatū. Secūa pars probatur: qa nullus quinque vltimorū defectuū, q̄ infuerūt primo mō diuidēdi, habet locū in hoc solo. Nō inquā sedis: qa dīnium pueniens creaturis insensibilibus & brutis reducitad tertiū modū: quia illud pueniet eis rōne doni naturalis. Nō tertius: qa dīnū repertū in demonibus & ad tertiū mēbrum reducitur: quia conuenirei rōne naturaliū perfectionum, quę in eis manserunt integrè. Nō quartus: quia dīnium conueniens hoī fm legem naturalem, similiter pueniens sibi sed donū naturale reducit ad hoc tertiū mēbrum. Nō quintus: quia potestas faciendi miracula reducitur ad

secundum membrum. Non sextus: quia talia dominia partim reducuntur ad tertium membrum: quia ratione successionis, quę descenderet ab Abraam, Isaac, & Iacob concessum est eis illud dominium terrę promissionis. Successio autem talis est donum naturale, partim etiam ad secundum membrum: quia ratione illius, q erat populus peculiariter electus ad cultum Dei, qui est gratia gratis data aliquando citra hoc, quòd colens sit gratus Deo. Similiter dominium cõcessum filijs Leui & Aaron ratione ministerij & officij leuitici & sacerdotalis, quod eis Deus ut gratiam gratis datam concesserat, reducitur ad tertium membrum.

QVAESTIO V.

Vtrum tertius modus diuidendi dominium existens etiam trimembris sit bene posimus, quo sic diuiditur. Dominiorum quoddam est diuinum, quoddam naturale, & quoddam humanum. Solutio quæstionis stat in trib. suppositionibus, & duabus conclusionibus.

Prima suppositio. Dominium dici diuinum potest intelligi dupliciter. Vno modo: quia ei, cui conuenit, conuenit ex concessione Dei, vel legis diuinæ, hoc modo dominia aliqua conuenientia creaturis dicuntur dominia diuina, & sic capitur in hoc modo diuidendi. Alio modo: quia conuenit Deo, quo modo dicimus, Deum habere dominium diuinum in creaturis, & sic non capitur hic. Vnde primo modo captum dicitur de nominatione extrinseca diuinum. Secundo modo uerò denominatione intrinseca.

Secunda suppositio. Dominium dici humanum eodem modo potest intelligi dupliciter. Vno modo: quia ei, cui conuenit, ex concessione hominis, vel legis humanæ conuenit: quo modo ciuilia & canonica dominia dicuntur humana: & sic capitur in hoc tertio modo diuidendi. Alio modo: quia conuenit homini, quo mõ omnia dominia, quæ habent homines, siue ea habeant ex concessione legis diuinæ, naturalis, uel humanæ, dicentur humana. & per oppositum, quæ conueniunt brutis, & dęmonibus, & angelis, & rebus insensibilibus non dicerentur humana: sed sic non capitur hic.

Tertia suppositio. Dominium dici naturale, etiam potest dupliciter intelligi. Vno modo: quia ei, cui conuenit, conuenit ex natura, uel concessione legis naturalis, ut dominium patris in filium, & hoc modo capitur hic. Alio modo, quia conuenit enti naturali, quo modo dominium cuiuscunque creaturæ corporalis esset dominium naturale, quia quodlibet corpus est ens naturale, immo etiam dominium conueniens creaturis incorporalibus esset naturale, ut dominium conueniẽs angelis & dęmonibus, quia & illi sunt entia naturalia, capiendo ens naturale pro ente dependente, licet non capiendo pro ente attingibili & producibili per naturam. Vnde si hoc modo caperetur, & deberet distingui ab humano & diuino, etiam utroque eorum capto secũdo sub modo, tunc diceretur dominium naturale, dominium conueniens rebus alijs a Deo & ab homine, uel saltem rebus alijs ab agentibus a proposito, sed hoc secundo modo non capitur hic. Accipienda ergo sunt illa tria membra, & quodlibet eorum primo suo mõ.

Prima conclusio. Ille tertius modus licet in aliquo deficiat: non tamen in tot in quot primus. probatur cõclusio, sed prius reducenda est illa diuisio trimembris ad bimembrem hoc mõ. Omne dominium conuenit alicui secundum aliquam legem, aut ergo secundum legem intrinsecam in naturali ratione fundatam, quę est lex rationis, & sic est secundum membrum. Aut secundum legem extrinsecam, & hoc dupliciter, quia uel secundum legem diuinam, & sic est primum membrum, aut secundum legem humanam, & sic est tertium membrum. Prima igitur pars conclusionis probatur, quia ille modus deberet primum membrũ subdiuidiere multipliciter, quintus reduceret, quo modo deberent reduci quatuor primæ species primi modi diuidendi ad membrum primum huius tertij modi, quod non facit. Secũda pars probatur, nam hic locum non habet prius defectus primi modi diuidendi, eo quòd dominium Dei in creaturis ad secundum illorum potest reduci, quia dominium conueniens Deo in creaturas conuenit ei secundum dictamen rectæ rõnis. Recta enim rõ dictat, quòd Deus debeat habere facultatẽ assumendi res creatas secundum suam uolitionem, quæ est prima institia; & quæ est dictamen rectæ rõnis. Non tamen sic intelligendo, quòd Deus alicui legi superiori subsit, sibi concedenti illud dominium, sed illud inexistens sibi domi nium lex naturæ approbat & dictat sibi debere conuenire, non secundus, nec tertius, quia dominia creaturarum irrationalium, insensibilium, & dęmonum reducuntur ad secundum membrum, quia ratione donorũ naturalium eis conueniunt. Non etiam quartus, ut de se pater. Neque quintus, quia tale dominium reducitur ad diuinum, quia ex Dei immediata concessione habent hi, qui habent illam potestatem. Nec sextus, ut patet de se, quia omnia talia reducuntur ad primum membrum.

Secunda conclusio. Dominium diuinum debet subdiuidi consequenter nouem diuisionib. quorum posterior est semper subdiuisio secundi membri præcedẽtis diuisionis. Prima, dominiorum diuinorum quoddam ei, cui conuenit, conuenit ex concessione Dei facta homini indifferẽter, tã p statu gloriæ, quàm p statu vię. & illud est dominium charitatiuum. i. in charitate fundatum. Nam siue quis sit in statu gloriæ, siue uiæ, si est in charitate, habet illud dominium. Quoddam verò p alterò eorum tantùm. Et illud subdiuiditur. Quia quoddam tale cõuenit p statu gloriæ, & illud est beatificum quoddam p statu viæ. Et illud subdiuiditur, quia quoddam tale conuenit ex concessione Dei facta p statu vię naturę integrę, & illud est originale dominiũ. Et quoddam pro statu uiæ naturę non integrę. Et illud subdiuiditur, quia quoddam tale fuit a Deo cõcessum siue ante tempus gratiæ, siue post tempus gratię, ut est potestas faciendi miracula. Hæc inquam fuit concessa ante tps gratiæ, & post illud tempus. Quoddam uero conuenit ex concessione facta determinatè aliquo illorum tẽporum. Et illud subdiuiditur, quia quoddam tale fuit concessum post tempus gratiæ, idest post aduentum saluatoris, & illud est dominium euangelicum, quoddã uero ante tẽpus gtæ. Et illud subdiuiditur, qa quoddam tale fuit a Deo concessum ante legem mosaicam, quoddam in lege mosaica, & illud potest dici dominium diuinum mosaicum. Exemplum primi, ut illud, quod dominus concessit Genesis nono ipsi Noe & posteritati

suæ di. Terror uester ac tremor uester sit super cuncta animalia terræ, & super omnes uolucres cæli uniuersis, quę mouẽtur super terram, omnes pisces maris manui uestræ traditi sunt, & omnẽ quod mouetur & viuit erit uobis in cibum quasi olera uirentia tradidi uobis. Et infra. Et ingredimini super terram. Illud tamen non sic est diuinum, quin etiam sit naturale. Homo. n. habet aliquo modo ex natura & ex legis naturalis cõcessione facultatem assumendi creaturas infetiores ad id, ad quod eget eis. Vnde & si dominus non concessisset eis expressa concessione, uel lege, adhuc habuisset. Noe illud dominium. Vnde & illud erit mixtum ex utroque, sicut & frequẽter vna lex est simul diuina & etiam naturalis: ut quòd Deus est honorandus, & sic materialiter coincidunt in idem, licet non formaliter: quia alia est ratio dominij diuini inquantum tale, & natura lis inquantum tale. sicut & ratio legis diuinæ & naturalis coincidentes in eodem materiali non coincidunt formaliter. dicitur enim lex diuina pro quanto est Deo immediate tradita per reuelationem, uel modum reuelandi supernaturalem. Et nota, quòd dominium prædictum concessum Noe, licet conueniat homini tam ante tempus gratiæ, quàm post tempus gratiæ: tamen concessio eius a Deo prædicto modo fuit facta tantum ante tempus gratiæ, scilicet ipsi Noe: & hoc pro se & posteritate sua. Septima diuisio. Mosaicum dominium est duplex, quoddam fuit communiter concessum toti populo Israel, quale fuit dominium habitandi in terra promissionis: quòd eis donamus etiam vocaliter concessit, sua auctoritate & potentia debellando hostes. Et illud a Deo cõueniebat toti populo: ita quòd etiam de leuitis uerum est dicere, quòd habuerunt dominium habitandi ibi. Nam licet nullius determinatè sortis habuerint dominium & proprietatem, secundum quod dixit dominus Numeri 18. ad Aaron. In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos. Et infra de leuitis ait. Nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti: tamen habebant ius habitandi passim inter alias tribus: illud autem ius fuit eis a domino concessum. igitur. Vnde Num. 35. dicit dominus. Præcipe filijs Israel, ut dent leuitis de possessionibus suis urbes ad habitandum. Aliud uero fuit specialiter alicui tribui cõcessum. Et illud est duplex, & sic ponitur octaua diuisio. Quoddam enim fuit concessum alijs tribubus a tribu leui, quale fuit dominium, quod quælibet tribus habebat super partem, quam sibi sors diuina dederat: licet enim humana actione interueniente cuilibet tali tribui obtigerit una pars: tamen illud dominium non debet dici humanum: quia non auctoritate & ordinatione pura hominum ei cessit: sed per Deum ordinantem & dirigentem sortes: secundum quod dicitur Prouerb. 16. Sortes mittuntur in sinum: sed a domino temperantur. Aliud uerò concessum fuit tribui leuiticæ. Nona diuisio, tale est duplex. Quoddam enim fuit concessum tribui leuiticæ sacerdotali, quale fuit ius cõcessum sacerdotibus recipiendi primitias & oblationes a populo: & certam partem sacrificiorum, scilicet pelem de holocaustis: & de sacrificio pacifico quatuor partes. Item ius sacrificandi, & generaliter quæcunque ad sacerdotale officium pertinebant exercendi. Aliud uerò fuit concessum tribui leuiticæ, ut dilinguitur a sacerdotali: & tale ius fuit ius recipiendi decimas. Item faciendi quæcunque ministeria, quæ ei fuerunt a domino instituta.

QVAESTIO VI.

Quis est quartus modus & ultimus modus diuidendi dominium, & an sit bonus? Respondetur per duas conclusiones.

Prima, quartus modus diuidendi continet 23. diuisiones, quarũ semper posterior est subdiuisio unius mẽbri præcedentis diuisionis dempris duabus ultimis diuisionibus. Prima igitur diuisio est. Dominiorum quoddam conuenit creatori, quali dominio Dei est terra & plenitudo eius: quoddam uerò creaturæ. Et tale quoddam conuenit creaturę non cognitiuè, & hoc reperitur tam in corporibus celestibus, quàm etiam subcelestibus. Corpora enim celestia habent ius varias actiones exercendi in hæc infetiora motu, lumine, & influentia, quod eorum ius dicitur dominium, conueniens eis ratione naturalium donorum, eis a Deo communicatorum. Quis enim diceret planetas & stellas non habere ius, & per consequens dominium exercendi ea, ad quæ Dens instituit ut cum dicitur Genes. 1. de stellis. Posuit eas in firmamento cœli: ut lucerent & præessent diei ac nocti &c. Corpora etiam subcelestia habẽt multa dominia & iura, & quodlibet elementum habet ius occupandi certum locum in uniuerso: adeo ut naturaliter illuc tendat, & alia inde naturaliter expellere nitatur. Ius etiam agendi in contrarium sui corruptiuum, uel saltem ad resistendum eidem. Similiter & corpore mixta ius & dominium habent uarios effectus causandi: ut uidemus in gemmis & alijs huiusmodi. Aliud uerò conuenit creaturæ cognitiuæ. Et tale quoddam conuenit creaturæ irrationali, quale habet animalia irrationalia, quorum generale dominium est ius accipiendi escam suæ uitæ conseruatiuam, quod habẽt ratione naturalis dominij, scilicet existentiæ a Deo eis concessæ, ratione cuius tanquàm tituli conuenit eis illam capere, immo etiam diuina concessione eis conuenit. Genes. 1. Ecce dedi uobis omnem herbam &c. Et infra. Vt sint uobis in escam, & cunctis animantibus terræ, omnique uolucri cœli, & uniuersis, quæ mouentur in terra, & in quibus est anima viuens, ut habeant ad uescendum. Animalia etiam habent quædam specialia dominia: ut leo super animalia gressibilia, adeo ut rex naturalis animalium censeatur, & herodius super alia uolatilia habet dominium. Iuxta illud Psal. Herodij domus dux est eorum, idest herodius, cuius nidus est in cedro, tanquàm in domo sua, est dux, idest dominus passerum & aliarum anium. Herodius enim secundum gloss. est rapacissima auis auium & omnium uolatilium maior, quæ & aquilam uincit. Similiter inter apes est princeps. vnde Hiero. ad Rusticum monachum, & habetur 7. quæst. 1. In apibus princeps unus est, & grues unum sequuntur. hæc ille. Aliud autem est dominium, quod conuenit creaturæ rationali. Et illud est duplex: quia tale quoddam conuenit angelis, quoddam hominibus. Et dominium conueniens angelis, quoddam conuenit beatis angelis, quoddam damonis. Beatis cõuenit multiplex dominium, scilicet beatificum rõne beatitudinis & gratificum rõne charitatis, quam habent, & dominium naturale fundatum in donis naturalibus, sel do-

minium fundatum in gratijs gratis datis non gratum facientibus: ut patebit in fine secundi dicti, & in tertio. Damnatis autem duo prima non conueniunt: quia carent beatitudine & charitate. Sed de alio dominio dicendo ponuntur hic tria dicta. Primum in damnatis angelis oportet concedere aliquod dominium, probatur quinq; pliciter. Primò: quia 1. Corinth. 15. dicit Paulus: cum euacuauerit omnem potestatem & principatum & uirtutem, dicit gloss. Dum durat mundus, demones demonibus præsunt, ergo unus malus angelus præest alteri, & per consequens habet aliquam superioritatem & dominium ipsum. Secundo: quia super illo Iosue 11. omnes bellando cepit: vult gloss. q; unus spūs fornicationis habeat innumeros, qui ei in hoc officio parent: sub ipso tanquàm sub principe militantes. & idem vult in alijs peccatis sic esse. Vbi autem est principatus, & aliqui parent, ibi est aliquale dominium igitur. Tertiò: quia Saluator uocat demonem principē huius mundi: ut patet Ioan. 12. 14. & 15. Quartò: quia ad Eph. 1. Apostolus uocat demonem principem potestatis aeris huius. i. principem demonum habitantium in hoc aere caliginoso. Quintò: quia omnis habēs seruum est dominus, demon habet seruos ipsos peccatores, igitur.

Et si aliquis diceret, hæ probationes probant in demonib. esse aliqd dominiū, nō tamen legitimum: sed usurpatum: sine hoc sit inter se, sine respectu hominum mūdanorum & peccatorum. Vnde dominium, quod ipse habuit in mundum, a quo dejectus fuit: per mortem Christi fuit usurpatum. Vnde & Christus ait. Princeps huius mundi ejicietur foras. similiter quàmuis alicui demoniali demones voluntariè se subijcient ad parendum ei in tentando: non tamen erit illud legitimum: sicut nec in latronibus, qui voluntariè subijciuntur uni tanquàm inter eos principanti; est legitimum dominium. Ideo consequenter probatur, quòd etiam sit legitimum inter eos: quia diuina uolitio est lex & prima iustitia. Modò diuina uolitione & iustitia Dei in pœnam ordinatum est ut quia tales tali consentiunt, & se ei subiecerunt; subsint eidem. Modò dominium conuenies alicui in alios secundum aliquam legem debet dici legitimum. Item lictor executor iustitiæ habet dominiū legitimum & ius exercendi uindictam in reum sibi per iudicem traditum. Cum autem demones sint lictores & executores iustitiæ Dei iusti iudicis, igitur habēt ius & dominium legitimum in damnatos. Secundum dictum, quicquid sit de legitimo dominio superioritatis & iurisdictionis coercitiuæ, an illud sit in demonibus inter se: tamen tali prætermisso oportet ponere in demonibus aliquod aliud legitimum dominium, tam superioritatis, quàm non superioritatis fundatum in gratia gratis data, uel dono naturali. probatur quinq; pliciter. Primò: nam Aristoteles ponit, quòd insipiens naturaliter sit subiectus sapienti. & econtra sapiens naturaliter sit dominus insipientis, habendo iurisdictionem directiuam & regulatiuam in ipsum. Vnde primò politicæ. Qui potest mente prouidere & prævalere, ratione uincere, principans natu & dominus natura: quæ autem non potest hoc corpore, facit subditum, & natura ferum. Modò iurisdictio est spēs dominij. Cum ergo unus demon alteri præeminet in naturali acumine intellectus, & per consequens in habitibus intellectualibus, sequitur, quòd etiam concedendum est unum demonem naturaliter habere dominium respectu alterius. Secundò sic. Perfectior habet naturalem iurisdictionem regulatiuam & directiuam respectu imperfectioris, qualem etiam ponit Dionysius in angelis. Modò naturaliter unus demon est perfectior alio in naturalibus. igitur unus habet aliquam iurisdictionem naturalem in alium. Modò iurisdictio est species dominij uel iuris. igitur. Tertiò sic. Quicunque habet aliqua dona a Deo, habet ius & dominium in illis: sed demones habent multa dona a Deo, in quibus eis se Deus communicauit: quæ etiam eis non abstulit propter peccata. Vnde secundum Dionysium naturalia manserunt in eis integra. igitur habent dominium in illius donis.

Quartò sic. habens intellectum & uolitatem, ac potentiam mouendi localem: habet legitimum ius & dominium illarum potentiarum ad intelligendum, uolēdum, & mouendum localiter. Sed demones habent huiusmodi potestates ex Dei voluntate. igitur habent ius & dominium intelligendi & uolendi. Maior probatur quia talis habet facultatem propinquam conuenientē sibi secundum dictamen primæ iustitiæ: quia secūdum voluntatem Dei, quæ est prima iustitia.

Quintò sic. Voluntas in eo, quod libera, habet naturale dominium super actus suos & aliarum potentiarum: demones autem habent uoluntatem liberam. igitur. & hæ eædem probationes etiam probant, quòd in angelis beatis sit dominium naturale fundatum in donis naturalibus. Tertiū dictum. Beati Angeli etiam habent dominium fundatum in gratia gratis data, alia a gratia gratum faciente, qso unus dominatur in alium si bi imparando, probatur dupliciter. Primò: quia secundum Gregorium. Vnus angelus alium mittit. modò, cuius est mittere, eius est imperare, igitur. Secundò: quia est unus ordo, qui dicitur dominationes, in comparatione ad alios angelos: sed dominari est subiectos quos que possidere. igitur angeli illius ordinis habent dominium in alios angelos, & illud fundatur in diuina gratuita concessione: etiam si tales angeli præcellerent talios in naturalibus perfectionibus. Et illud dominium durat in eis durante eorum ministerio, quo scilicet ad nos mittuntur propter salutem nostram: post autem extremum diem euacuabitur in eis: quia tunc cessabit omnis prælatio. iuxta Apostolum. 1. Corinth. 15. Cum euacuauerit omnem potestatem &c. Sed naturale dominium eorum non euacuabitur: sicut nec titulus eius scilicet diuina concessio, & alia dona eorū non euacuabuntur, quibus manentibus manent & illa dominia. Sexta diuisio. Dominium conueniens hominib. quoddam eis conuenit pro statu sine gloriæ, siue uiæ: & tale est dominium gratificum, & aliquod naturale, quoddā uerò pro altero eorum tantum. Et tale est duplex, quod dam tantum pro statu patriæ, & illud est beatificum. quoddā tantum pro statu uiæ, & tale est duplex. Quoddam enim continet pro statu uiæ naturæ integræ, & illud est originale. Quoddam tantum pro statu naturæ corruptæ: & tale est duplex. Quoddam enim est diuinum, & quoddam humanum. Et diuinum consequenter illis nomen diuisionibus subdiuiditur, quæ sunt pro statu in secunda conclusione quintæ quæstionis. Decimanona diuisio. Dominium humanum est duplex, scilicet canonicum & ciuile, quæ sufficienter exemplis sunt

sunt declarata in secunda quæstione. Et quia de solo ciuili dominio est nobis ad propositum in hoc tractatu, ideo illud consequenter subdiuidendum est. Vicesima diuisio. Ciuile dominium saltem generaliter captum est duplex. Quoddam est imperfectum. Exemplum. Si quis in aliquo horto non habet ius ipsum alienandi, sci licet uendendi, aut donandi: aut permutandi, & per cō sequens non habet proprietatem: habet tamen ius ingrediendi, deambulandi, egrediendi, ueficndi fructibus eius atque colligendi eos: siue ad tempus, siue perpetuò, talis habet dominium ciuile imperfectū. Quod dam uerò est perfectum. Exemplum. Quando quis habet ius alienandi hortum, uendendo, uel donando, uel permutando eum, & sic de alijs. Vicesimaprima diuisio. Dominiū ciuile imperfectum est duplex. Quoddam est ius tantum modo utendi ea re, respectu cuius habetur tale dominium: sic quòd fructus illius rei potest capere quantum sibi opus fuerit: non autem habet ius fruendi illa re ideſt quòd supermanentes fructus possit alienare alijs eos donādo. Et ab illo iure tantūm utendi quis dicitur usurius: & ius ipsum, uel dominium tale dicitur usus iuris. Quoddam uerò est ius nō tantum utendi, sed etiam fruendi tali re, & ab illo quis dicitur usufructuarius: & ius, uel dominium tale dicitur usufructus. De illis autem duabus speciebus dominij ciuilis imperfecti patebit latius in 22. quæstio. Dictum est autem notanter in 20. diuisione, quòd dominium ciuile saltem generaliter captum diuiditur in imperfectum & perfectum: quia si strictè loqueretur de dominio ciuili: tunc dominia prædicta imperfecta nō essent species ciuilis dominij: quia strictè loquēdo, nec usus, nec usufructus sunt dominia: sicut strictè loquendo usuarius & usufructuarius non dicuntur domini rerum. Attamen generaliter ciuile dominium capiendo, illa sunt eius species, adeo quòd oportet concedere usuarium & usufructuarium aliquo modo esse dominū rei, uel usus rei, cuius est usuarius, vel usufructuarius: quia si quis sibi surriperet talem rem, diceretur talis fur. furtum autem est contrectatio rei alienæ inuito domino. igitur talis usuarius, & similiter usufructuarius poterit aliquo modo dici dominus. Vicesimasecunda diuisio non est subdiuisio alicuius membri præcedentis diuisionis. & est. Dominium ciuile quoddam dicitur directum, quoddam uerò non directum, & illud dicitur utile: ut dominus rei feudalis habet dominium directum talis rei, uasallus autem habet utile. Similiter dominus rei emphyteuticariæ concedens illam rem alicui in emphyteusim habet dominium directum illius rei: sed emphyteura habet utile. Vicesimatertia diuisio. Dominiorum ciuilium quoddam est altum, seu superius & mediatum, quoddam uerò bassum & immediatum: ut eiusdem castri rex habet altum: miles uerò bassum.

Secunda conclusio. Prædictus quartus modus diuidendi est bonus: quia continet omnes species dominiorum, & immunis est a defectibus, quibus defecerūt tres præcedentes modi diuidendi.

QVAESTIO VII.

Vtrum dominium ciuile fundetur in charitate. Et idem quæritur de dominio evangelico capto pro potestate ecclesiastica, similiter de canonico. Hæc quæstio ideo mouetur: quia nonnulli hæretici senserunt, quòd omne dominium, & omnis dignitas fundetur in iustitia charitatis, adeo quòd sine ea nihil potest esse iustum, neque iustè fieri, neque possideri, & quòd omnis obedientia tollenda sit a prælatis, si non sit in charitate, tanquàm omne ius superioritatis amiserint. immo potentes gratiam prædestinationis radicem necessariam pro titulo cuiuslibet potestatis, qualis fuerunt Vvaldenses, seu pauperes de Lugduno, & Ioan. Vvicleff. Ad quæstionem igitur respondetur per 12. conclusiones, & quattuor primæ respiciunt dominium ciuile, aliæ euangelicum.

Prima conclusio. Ciuile dominium non fundatur in charitate sic, quod perdendo charitatem per lapsum in mortale cadat quis a dominio ciuili rerum suarum. Probatur septumpliciter. Primò sic. Potestas ecclesiastica, quæ supra fuit uocata euangelicum dominium, magis uideretur perdi perdita charitate, eo quod cuiuslibet dominium est, quàm ciuile, & spirituale: & tamen illa non perditur perdendo charitatem. Nam secundo per hoc quòd perdit charitatem, non perdit potestatem consecrandi corpus Christi, quia essentialiter illam retinet, nec perdit ornatus vsum potestatis, quia si consecret verè consecrabit: quamuis perdiderit illum vsum quo ad esse sibi licitum et meritorium, eo manente in peccato. igitur ciuile dominium non perditur perdita charitate, quia remaneat essentialiter apud peccatorem: & et quo ad vsum illius peccātis. & quamuis non ad meritorium vsum: nihilominus tamen potest manere apud eum vsus moraliter bonus, eo modo intelligendi, quo verum est, quòd quis absque charitate potest moraliter bene agere, ita quòd poterit quis dominari bene & iustè moraliter. Vnde quamuis homo non possit esse iustus simpliciter sine charitate: potest tamen esse iustus dominus ciuiliter, vel politicè. Secundò sic, quod sæpe cum peccato sine charitate acquiritur, non fundatur in charitate: ita quòd perdendo charitatem, ipsum perdi necesse sit: quia non uideretur charitas plus requiri ad rei conseruationem, quàm ad rei inceptionem & acquisitionem: sed stat, quòd dominium ciuile acquiratur cum peccato. igitur. Minor probatur tripliciter. Primò: quia meretrix acquirit dominiū precij meretricij cum peccato: peccat enim meretricando: sed non peccat recipiendo precium. immo regulariter loquendo, precium efficitur eius sic, quòd non teneatur ad restitutionem, nec etiam necessarium est ei ad salute illud erogare pauperibus. Similiter clericus per negotiationem acquirens aliqua acquirit ea cum peccato: quia peccat negociando: & tamen dominium acquirit illarum rerum. Item secundum plures, vsurarij habent dominium in re per vsuram acquisita: ut patebit in 48. quæstione & tamen cū peccato eam acquisierunt. Tertiò sic: quia scriptura sacra in multis locis nominat illos reges, qui tamen mali fuerunt carentes charitate, immo idolatriæ dediti: ut patet de Acham & alijs quàmplurimis. Nec Salomon regnum perdidit, cum seductus fuit per mulieres. Quartò sic. Congruum est, quòd Deus non faciat, quòd dominia ciuilia sint apud homines semper incerta & dubia, nihil habentia roboris, vel momenti. Modò si Deus ordinasset, quòd homines perderent dominia ciuilia propter

pter ipsum eorũ in peccatum: Deus feciſſet, q̃ dominia ciuilia fuiſſent prædicto modo incerta, nihil habentia roboris. Quinò ſic: quia Dauid non perdidit ius in regno, quamuis eſſet crimine aduersũ pollutus. Sextò ſic: quia Dauid vocauit Saulem dominum ſuũ & regem, & eum ut talem honorabat, etiam tempore quo malus erat actualiter, iniuſtè perſequendo Dauid vnde. 1. Reg. 26. ait Dauid ad Saul. Audi oro domine mi rex verba ſerui tui, hoc autem Dauid non feciſſet, ſi Saul per peccata ſua ipſo facto dominium regale perdi diſſet. Sed ad inualidandum illam rationem arguitur: Pro tunc Saul non habebat amplius regale dominium ſuper Iſrael: quia longè ante dixerat ſibi Samuel c. 15. pro eo quòd abieciſti ſermonem domini, abiecit te dominus, ne ſis rex. Et iterum. Scidit dominus regnum Iſrael a te hodie, & dedit illud proximo tuo meliori te. Confirmatur: quia non eſt veriſimile, quòd Deus inſtituerit duos reges ſuper terram Iſrael ſimile habentes regale dominium ſuper Iſrael. Modo poſtquam Deus ipſum Saulem vnxerat in regem, & ille peccauerat: ut ſupra, dominus vnxit Dauid in regem Iſrael ſequenti capitulo, ſcilicet 16. igitur deſijt protunc Saul eſſe rex. Poteſt dici, quòd cum dicitur. Abiecit te dominus &c. quòd aut ibi loquitur de futuro per modum præteriti propter prophetię certitudinem more prophetarum: ut ſit ſenſus. Abiecit te, ideſt abijciet te dominus, quod & fecit, quando occiſus fuit a philiſtæis, & poſteritas eius regno priuata. Aut ſi loquitur de præterita abiectione, quaſi iam abiecerit eum, intelligitur, ideſt diſpoſuit eum abijciendum a regali dominio: tam pro ſe, quàm pro poſteritate ſua: non tamen pro tunc in effectu eum ſpoliauit tali dominio: ſed poſtea cum ob peccata ſua a philiſtæis occiſus fuit. Licet etiam filius eius Iſboſeth fuerit conſtitutus rex ſuper Iſrael: tamen hoc tantum fuit de facto, vel ſi fuit de iure, ſcilicet ad impleꝺum verbum domini ad Iacob Gen. 35. Reges ex te egredientur. Et illo tempore omnes filij eius erant nati præter Beniamin. & ſic ſignificatum fuit ſibi, quòd de Beniamin eſſent ad minus duo reges futuri, ſcilicet Saul & Iſboſeth: tamen illa eius inſtitutio in regem fuit decreſcente, ſcilicet quotidie eius regno, adeo quòd tandem totaliter translatum fuit regnum ad Dauid, & occiſus fuit Iſboſeth. Ad ſecundum dicendum, quòd bene poſſunt eſſe duo reges vnius regni: unus in habitu tantum, alius in habitu & actu. Dauid autem erat rex habitu: ſiuni verò eius ſuſpendit uſque ad deſtitutionem Saulis. Saul verò habitu erat rex & actu, quamdiu tolerabatur a Deo. Vel poteſt melius dici, quòd Dauid non fuit rex habens ius in regno ante mortem Saulis: quia ad habendum ius in regno nõ ſuffecit diuina electio ſed concurrere debebat acceptatio ciuſdem in regem per populum: ſed diuina electio ipſius Dauid dederat ipſi Dauid ius tantum ad regnum: non autem in regno, nec executionem poteſtatis regię. Quod ſic probatur: quia ſi ſic: tunc Saul perſequendo Dauid verum regem, potuiſſet licitè fuiſſe occiſus per Dauid. conſequens autem Dauid met reputauit inconueniens quando. 1. Reg. 24. dixit ſeruis ſuis volentibus Saulem occidere. Abſit a me facere rem hanc domino meo Chriſto Domini. In hoc quòd dixit, abſit, reputauit hoc ſibi illicitum. Et idem dicit. 1. Reg. 26. Vnde etiam cum tantum præciſiſſet oram chlamydis Saul, percuſſit cor ſuum. 1. Reg. 24. De hoc ſecundo modo dicendi, vide Burgenſem. 1. Reg. 18. additione prima. Sexto ſic: quia res, per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur: ſed dominium ciuile rerum acquiritur per humanos actus, vel exteriora ſenſibilia ſigna, & non ſine illis: ut per electiones, aut per donationes, aut per emptiones, & huiuſmodi. igitur non debet perdi ſine ſenſibilibus ſignis: ita quòd ſicut collatio illius dò minij eſt cum ſenſibili ſigno, ita & eius ablatio. Modò oppoſitum illius ſtatur, ſi dominium ciuile fundaretur in charitate: ſic quòd perdita charitate mox perderetur illud dominium. Nam peccato occultiſſimo & mentali perditur charitas. Quod ſi dicas, ſaltem tario non probat, quòd non perdatur per peccatum ſenſibile & manifeſtum. Dicendum, quòd licet per aliqua peccata manifeſta perdatur illud dominium: non tamen per quæcunque, ſed per aliqua: dum tamen per ſententiam talia nõſtrata ſunt & damnata: ut patebit in concluſione ſecunda. nec hoc eſt præciſè ex commiſſione peccati: ſed ex ſtatuto poſitiuo, quo talis priuat reb. ſuis: ita quòd ſtatuto non exiſtente, non ob peccatum præciſè decidiſſet a dominio ſuo. Et ſi arguatur. Perdens charitatem per mortale committit in Deum crimen læſę maieſtatis & proditor eius exiſtit: ut tactum eſt ſupra circa deſcriptionem dominij gratiſici. De tali enim dici poteſt, quòd filium Dei conculcat, & ſanguinem teſtamenti pollutum ducit, & ſpiritui gratię contumeliam facit. ad Heb. 10. Ergo talis continuò perdit omnes res, quarum habet dominium ciuile. Tenet conſequentia: quia committens crimen læſę maieſtatis humanę (quod eſt minus) perdit omnes res, quarum habet ciuile dominium. ergo a fortiori committens crimen læſę maieſtatis diuinę. Dicendum dupliciter. Primò, quòd ſi conſequentia valeret, equè probaretur, quòd etiam perderet eas res, quarum dominium naturale habet: ideſt, quod eſt fundatum in dono naturali: ut dominium libertatis voluntatis ſuper potentias inferiores: immo quòd perderet omnem entitatem, ita quòd puniretur annihilatione: quia omnem entitatem, quam habet, & cuius ius habet, habet a Deo. Vnde notandum, quòd ſicut liberalitas diuina ſe communicãs non communicat ſe ſecundum omnem plenitudinem: ſed dat ſingulis, prout vult. ſic econtra: dum ſubtrahit ſe a ſua creatura iuſto iudicio quando peccauit, nõ ſubtrahit ſe penitus, quin aliqua donorum ſuorum miſericordia & dignantiſſima liberalitate reſeruet eidem creaturæ, alioquin flueret in nihilum. Secundò dicendum, antecedente conceſſo, conſequentia non valet. Nam etiam committens crimen læſę maieſtatis humanę non ipſo facto perdit omnia quò ad effectualem priuationem: ſed prærequiritur ſententia, licet meruerit perdere omnia. ita hic meretur quidem peccator redigi in nihilum: & ſic omnia perdere: non tamen ipſo facto perdit omnia. Aliud quippe eſt demereri iure ſpoliationę, aliud ipſo facto ſpoliationis & perditionis pœna plecti. Et ſi arguatur, ſaltem cadit ipſo iure a dominio ciuili rerum ſuarum quamuis effectiuè eo ſpoliari non debet: niſi præcedente ſententia. igitur eadem ratione committens crimen læſe maieſtatis diuinę: etiam ſic ipſo iure cadet a dominio ciuili. Dicendum, negando conſequentiam. Et ratio diuerſitatis eſt: quia quòd committens crimen læſę maieſtatis humanę cadit, eſt: quia ſic ſtatutum eſt in iure poſitiuo: non autem ſic ſtatutum eſt, quòd committens quodcunque mortale contra Deum cadat a dominio ciuili. igitur non ſic oportet eum cadere, quamuis etiam in crimine hæreſis, quod ſpecialiter eſt crimẽ læſæ maieſtatis diuinæ, idem ſtatutum ſit: ut patebit in ſequenti concluſione.

Secunda concluſio. Licet per aliqua peccata homo ipſo facto perdat ciuile dominium rerum: non tamen per talia peccata perdit illud dominium quò ad effectualem ſpoliationem illarum rerum: niſi ſententia ſubſecuta. Prima pars probatur ſeptem exemplis. Primum: Contrahentes nuptias inceſtas naturæ contrarias eo ipſo perdunt ſuarum rerum dominium. Secundum. Mulier ingenua rapta ſi contrahat nuptias cum raptore, præſertim parentibus ſuis non conſentientibus, perdit ipſo iure omnia bona illa, quæ per legem ſibi obuenerant a raptore, & alijs conſortibus raptus, & illa bona certo caſu deferuntur in fiſcum: cum ſcilicet parentes mulieris non ſuperſunt: nec alter eorum, vel ſi ſuperſunt ipſi, vel alter, conſenſerit talibus nuptijs, in quo caſu denoluuntur ad fiſcum. Tertium. Si quis tranſtulerit illicitas ſpecies, ſeu merces: vt his, qui defert arma, ferrum, lignamina ſaracenis: ſimiliter, qui rerum vectarum profeſſionem omittit, eoipſo perdit dominium & proprietatem talium ſpecierum & rerum & eorũdem dominium, & proprietas acquiritur fiſco. Et hæc tria ſunt ſecundum leges. Quartum exemplum. Hæreticus eoipſo quòd cadit in hæreſim, perdit bona ſua, & efficiuntur eoipſo cõ fiſcata fiſco. Et de illo quarto exemplo habetur in cap. cum ſecundum. de hæreticis lib. 6. vbi etiam fit mentio de tribus primis. Quintum. Committens crimen læſæ maieſtatis non quodcunque, ſed aliquod, puta quo quis hoſtili animo aduerſus rempublicam, vel principem animatus eſt: vt ad legem Iuliam maieſtatis. l. fina. Sextum. Qui romanæ eccleſiæ cardinalem fuerit inſecutus, vel percuſſerit, aut ceperit, vel ſocius fuerit faciẽtis, aut fieri mãdauerit, vel factum ratum habuerit, aut conſilium dederit, vel fauorem, aut poſtea receptauerit, vel defenſauerit ſciens tet eundem, illius bona ſunt ipſo iure confiſcata. Nam & ille cenſetur vt reus criminis læſæ maieſtatis: vt in cap. fœlicis. de pœnis. lib. 6. Septimum. Vaſallus, qui alienat feudum, cadit a feudo ipſo iure ſecundum Innocen. in cap. ex parte. de feudis. Octauum. Qui mutilant, vulnerant, vel interficiunt, capiunt, detinent, vel deprædantur romipetas & peregrinos ad Hieruſalem cauſa peregrinationis & deuotionis accedentes, & in ea morantes & recedentes ab ipſa. & in his dantes conſilium, auxilium, vel fauorem: vt patet in proceſſu, qui fit annuatim in curia in cœna domini. vide illum proceſſum in ſumma Anto. parte 3. titul. 25. cap. 7 2. tales etiam ipſo facto cadunt a dominio rerum ſuarum. Secunda pars probatur tripliciter. Nam in cap. cum ſecundum leges &c. de hæreticis. vbi tractatur de quarto exemplo prædicto, dicit Papa ſic. Confiſcationis tamen huius executio, vel bonorum ipſorum occupatio fieri non debet per principes aut alios domi nos temporales iuxta Greg. Papæ prædeceſſoris noſtri declarationem, antequàm per epiſcopum loci, vel aliã perſonam eccleſiaſticam, quæ ſuper hoc habeat poteſtatem: ſententia ſuper eodem crimine fuerit promulgata. Secundò ſic. Nam ſuper cap. fœlicis. de pœnis. li. 6. vbi continetur ſextum exemplum, ait Archidiaconus, quòd quantum ad confiſcationem bonorum effectualem neceſſaria eſt ſententia ſaltem generalis: ut ſcilicet pronuncietur, cum criminoſum eſſe crimine læſæ maieſtatis, aliàs quamuis dominium bonorum ſuorum ipſo iure, vel ipſo facto etiam prius amittat a die commiſſi criminis: non tamen ei auferuntur, nec fiet executio ablationis bonorum, vel alterius pœnæ, niſi poſt ſententiam ſaltem generalem. Tertiò ſic: quia ſi in crimine hæreſis, quæ eſt crimen læſæ maieſtatis diuinæ: debet præceſſiſſe ſententia actualem ſpoliationem bonorum, multo magis ſententia requiritur in crimine læſæ maieſtatis humanę. & adhuc magis in alijs criminibus & delictis inferioribus, ſuper quibus, vt communiter in quibuſdam ciuitatibus Italiæ ſtatutum eſt, quod committentis tale quid: ut pura homicidium publicè vel occultè, bona ſint ipſo iure confiſcata. Nec debet ex illa ſecunda concluſione argui contra primam, quod ergo ciuile dominium fundetur in charitate, ex quo propter aliqua peccata quis ipſo iure cadit a dominio ciuili rerum ſuarum: quia hoc non eſt ex eo, quod charitas, contra quã ſunt talia peccata, ſit fundamentum talis dominij: tũc enim eadem ratione per quæcunque alia peccata mortalia perderetur dominium ciuile, ſed hoc eſt per accidens propter conſtitutionem, ſcilicet iuris poſitiui, quod in pœnam talium peccatorum priuat ipſo facto actorem talium ſuis rebus, quæ conſtitutio ſi non eſſet, non caderet quis propter talia peccata a dominio ciuili ſuarum rerum.

Tertia concluſio. Quamuis res illæ, quarum dominium ciuile quis perdit propter crimina prædicta non debeant ante ſententiam promulgatam tali criminoſo effectualiter auferri: tamen perditio dominij rerum hos duos effectus operatur, etiam ante latam ſententiam. Primus, quòd etiam ante latam ſententiam non poteſt illa bona alienare, & alienatio facta non tenet. Patet ex his, quæ deducuntur in ſumma baptiſtiniana, in verbo abſo. §. 17. vbi allegando directoriam iuris. li. 3. titul. 9. & quærendo, a quo tempore iſta bona damnatorum propter hæreſim, vel huiuſmodi pertineant ad fiſcum, & dicit, quòd a die commiſſi criminis. & ideo donatio, ſiue alienatio facta per hæreticum ante damnationem non tenet: neque emancipatio filiorum: quia eo ipſo quòd hæreticus eſt: filij deſinunt eſſe in poteſtate patris. licet tunc non appareat eum eſſe hæreticum. & exquo confecta eſt damnatio, effectus huius damnationis trahitur ad diem commiſſi criminis: & aliena tio eſt ei interdicta. Et ſi hæreticus alienauit, fiſcus, vel inquiſitores non tenentur reſtituere precium emptori: quia effectus damnationis retro trahitur: niſi precium, vel aliquid loco precij in utentatur in bonis hæretici. Et intelligas, quòd non ſolùm reuocabit rem non reſtituto precio emptori, qui emit ab hæretico: nec tunc etiam nec ei, qui emit, quantuncunque per plures manus tranſierit: quia non habent ius vendendi. Excipe tamen caſum capituli ſecundi. de præſcriptio. lib. 6. vbi habetur, quòd ſi poſt mortem hæreticorum, qui dum viuerent catholici putabantur, bona ipſorum a catholicis eorum filijs, vel nepotibus, aut extraneis quibuſcunque ſpacio quadraginta annorum fuerint bona fide poſſeſſa, nõ eſſe amplius ſuper huiuſmodi bonis moleſtandos etiam a Romana eccleſia in hoc caſu: quamquam illi, quorum bona fuerunt, nunc detegantur hæretici

retici extitisse. Hæc ibi. Dimissis quibusdam allegationibus. Secundas effectus est, quòd fructus medij temporis debeat fisco restitui.

Quarta conclusio. Dominium ciuile etiam non fundatur in fide. Probatur: quia scriptura etiam non habentes fidem vocat reges: vt de Sennacherib, & multis regibus. Secundò: quia dominium euangelicum, quod est dignius, non fundatur in fide: vt probabitur in septima conclusione. Tertiò idem probatur: quia hoc modo dominia ciuilia essent incerta & dubia: vt arguitur est in quarta probatione primæ conclusionis. Incertum enim est, quis habeat fidem: cum sit res mentalis. Et si arguatur. In habente fidem perditur dominium ciuile perdita fide per lapsum in hæresim: ut patuit in prima & secunda conclusionib. ergo signum est, quòd saltem in habente fidem: vt in christiano, ciuile dominiū fundatur in fide. Dicendum ad antecedens. quod fidelis perdendo fidem, perdit dominium ciuile non de per se propter ipsam perditionem fidei: sed per accidens, scilicet propter constitutionem ecclesiæ priuantis talem dominio ciuili, quæ constitutio si non superaddita esset, nō caderet quis a ciuili dominio propter fidei perditionem.

Quinta conclusio. Dominium euangelicum etiam non fundatur in charitate, quin retineri possit perdita charitate. Probatur tripliciter. Primò sic. Si sic, maximè perderetur per peccatum hæresis, scismatis, & symoniæ: sed hoc non igitur. Maior probatur: quia multi & magni tenuerunt tempore beati Cipriani martyris: dū Sanctus Cornelius papatum Romæ tenuit, quòd scismatici, hæretici, symoniaci, & excommunicati deijciuntur ab omni gradu, dignitate & ordine. ita quòd non remanebant sacerdotes, nec episcopi retinebant episcopalem gradum, nec diaconi diaconatum. & ita de similibus: immo vsque ad hoc deuentum fuit: ut diceretur ab eis, quod tales nullo modo valebant baptizare, nec ordinare, nec consecrare: sed totum dicebant esse iterandum. Minor probatur: quia beatus Augustinus conformiter ad concilia generalia, quæ ante eum & post eum celebrata fuerunt, sensit oppositum prædicti erroris: sicut & hodie doctores tenent, quod potestas ordinis non tollitur per prædicta crimina, de qua materia videlatè doctores in 4. distinct. 13. & 15. & in decretis prima, quæstione prima, per multa capitula. & distinct. 32. in cap. ad hoc verò. Secundò sic. si perderetur perdita charitate: tunc nihil esset certum in actibus hierarchicis, quibus conficiuntur & conferuntur sacramenta: quia ex quo illa (dempto baptismo) non verè conficiuntur & conferuntur: nisi ab habente potestatem ordinis, quæ est, & dicitur dominium euangelicum, non sciret conficiens, nec recipiens ea, an vera essent illa sacramenta: quia nesciret, an consecrans esset in charitate, eo quòd nemo de se vel alio scit, an sit in charitate. Tertiò sic. dominium euangelicum verè confertur alicui etiam pro tunc non habenti charitatem, immo pro tunc peccanti. igitur etiam retineri potest perdita charitate. Antecedens patet: quia in cœna Christus dicens Luc. 22. Iudæ cum Apostolis alijs, hoc facite in meam commemorationem, contulit ei potestatem ordinis sacerdotalis: & tamen Iudas pro tunc caruit charitate: quia erat in proposito tradendi Christum. Idem patet de illo, qui scienter in mortali recipit ordines, talis enim verè recipit: & tamen peccat mortaliter.

Sexta conclusio. Dominium euangelicum etiam nō fundatur in gratia prædestinationis, probatur. Nam Iudas habuit verè dominium euangelicum: scilicet potestatem ordinis ad prædicādum, baptizandum sibi cum alijs collatum ante Christi passionem. Mat. 10. Similiter potestatem conficiendi eucharistiam in cœna, ut argumentum est, & tamen caruit gratia prædestinationis.

Septima conclusio. Dominium euangelicum quo ad illam speciem, quæ dicitur potestas ordinis, ēt non fundatur in fide, sic quòd perdita fide perdatur. Nam sacerdos incidens in hæresim perdit fidem: & tamen non perdit ob hoc sacerdotalem potestatem: vt patuit in quarta conclusione: immo etiam si tempore, quo recipit sacerdotalē potestatem, seu ordinem, sit in aliqua hæresi: nihilominus recipit sacerdotalem ordinem vere: si intendit eum recipere: & sibi confertur cum debita verborum forma, ac intentione.

Octava conclusio. Sicut id verum est, & pro certo tenēdum de potestate ordinis: ita est etiam probabile de potestate iurisdictionis in foro exteriori. ita quòd prælatus, vt Papa, vel episcopus incidens in hæresim non ipso facto sit depositus a tali potestate, probatur: quia status hierarchicus in ecclesia debet esse certus & constās quia nisi sic, sequeretur, quòd inferiores nunquàm possent scire, an superiores eorum essent eorum superiores, & per consequens an tenerentur eis obedire vt talibus: quia nescirent, si ipsi fidem haberent, vel non, & sic amisissent superioritatem. & sic status hierarchicus in ecclesia esset incertus, quod est inconueniens: quia iam ecclesia non esset sufficienter a Christo instituta. Vnde probabile videtur, quòd sicut episcopus, vel Papa suam potestatem iurisdictionis in foro exteriori acquirit per humanam electionem, & non per hoc, quòd habet charitatem, fidem, vel castitatem quancunque: ita eandem adeptam non perdit inuitus: nisi per humanā destitutionem, siue sit hæreticus, siue scismaticus. Res enim, per quas causas nascitur, per easdem etiam dissoluitur. quamuis fuerit aliquorum opinio dicentium, q̄ Papa dum labitur in hæresim, iam damnatus est, & eo facto per Deum depositus, & perdidit iure diuino papalem dignitatem, siue hæc hæresis sit secreta (ut ampliat aliqui) siue sit manifesta (ut placet alijs loqui restrictè) tamen quod dictum est probabilius videtur. Et si qui canones sint, qui dicere videntur, quòd hæretici saltem manifesti & notorij ipso facto sint depositi: intelligi possent, quòd contra tales non requiritur processus in ridicus ordinatus ad degradandum eos per sententiam diffinitiuam: sicut in occultis, & non confessatis oporteret. Et si arguatur contra illam conclusionem. Hæreticus non potest esse membrum ecclesiæ: igitur minus potest esse caput, vel sponsus ecclesiæ: & per consequēs Papa. Dicendum, quòd hæreticus, aut quocunque crimine mortali ligatus non potest manens talis esse membrum ecclesiæ coniunctum ecclesiæ vnione, quam facit charitas: potest tamen talis esse membrum ecclesiæ vnitum ei unione characteris baptismalis. secundum quem omnes baptizati baptismo fluminis adinuicem connectuntur, etiam sublata charitate & fide, quoniā ille character est indelibilis, & illa vnio alicuius ad alia membra ecclesiæ sufficit ad hoc, quod aliquis rite in Papam electus possit manere caput ecclesiæ: quousque fuerit

fuerit per sententiam depos. Ex qua conclusione sequitur, quòd longè errat circa dominium summi Pontificis illi, qui pro quoti delicto publico: aut ēt occulto non contrario dātē vsui suæ potestatis ab eiusdem obedientia tanquā a non Papa discederent. Si enim passim pro voluntate cuiuslibet liceret discedere a suo superiore absque tentia iudicij ratione huius vel illius delicti, quod em quis imponit, quis nō videat, omnia dominia prope fore misera cōfusione turbanda? vt ait Ioannes Gon.

Nona conclusio. Domin euangelicum etiā non fundatur in alijs donis gratis latentibus in anima, de quibus nō posset constare dubitis, præsertim si sint talia, quòd statim habita, sīn perdi possint. quod dicitur propter characteres indelebiles: postquàm semel habiti sunt, in quibus fundat dominium euangelicum: quæ tamen sunt dona tuita latentia in anima: sed de illis præsupposita fide potest haberi sufficiēs certitudo: dum aliquis ritè susc̄it sacramenta imprimenda characteres, qui semel impressi, amplius perdi non possunt. Patet illa conclusio rum, sicut præcedentes: quia aliàs nulla certitudo esset in actibus hierarchicis conferendi & conferendi sacramenta: vt argutum est in quinta conclusione.

Decima conclusio. Dominum canonicum etiam non fundatur in charitate sic quòd perdita charitate mox illud perdatur. Patet dupliciter. Primò sic: quia tunc dominia canonica essent certa & instabilia, & arguitur: vt argutum est in quartæ septima probationibus primæ conclusionis. Secundò probatur: quia dominium euangelicum est dignius & non perditur perdita charitate, igitur nec canonicū. Et si arguatur. Aliqua sunt peccata mortalia, propter quæ quis cadit a dominio canonico: vt patebit in 4. conclus. igitur signū est, quòd dominium canonicum fundatur in charitate. Solutio ibi patebit.

Vndecima conclusio. Dominum canonicum etiam non fundatur in gratia prædestinationis. Probatur tripliciter. Primò sic: quia euangelicum non fundatur in ea: vt probatum est. Secundò: quia tunc dominia canonica essent incertissima: cum incertissimum nobis sit, quis viatorum eam habeat. Tertiò: quia cum in sacramento absolutionis vltra dominum euangelicum requiratur in sacerdote etiam canonicum dominium, sequeretur, quòd ministratio absolutionis semper esset in certissima: tam apud conferentem, quàm apud recipiētem. sicut & incertissimum sibi eleī, an conferens esset in gratia prædestinationis.

Duodecima cōclusio. Dominum canonicum etiam non fundatur de per se in side sic, scilicet intelligendo, quòd habens illud dominium & inūdens in hæresim, vel apostasiam perdat illud de per se propter perditionem fidei. Probatur triplici probatione præcedentis cōclusionis. Secundò sic: quia etiam dominium euangelicum quo ad illam speciem, quæ est potestas iurisdictionis in foro exteriori (quæ est multum similis dominio canonico, co quod etiam acquiritur per humanam electionem, vel institutionem: sicut & dominium canonicum ex canonica concessione acquiritur) non perditur ipso facto per lapsum in hæresim, etiam in Papa: sed requiritur destitutio. igitur etiam quandin Papa toleratur: videtur retinere dominium canonicum. sic quòd gesta per eum teneant. Et ita videtur in alijs habentib. dominia canonica, vt possit discurri per exempla supra posita de habentibus dominium canonicum, scilicet de patrono & alijs. Dictum est notanter, de per se: quia dominium canonicum sic per accidens fundatur in fide, quòd habens illud & perdēs fidem propter lapsum in hæresim, vel apostasiam perdit illud dominium. & hoc non est de per se propter fidei sublationem: sed propter constitutionem ecclesiæ in pœnam illius labentis, sic disponentis & eum priuantis. Probatur. Nam per cōstitutionem ecclesiæ lapsus in hæresim cadit a temporali ac ciuili dominio rerum suarum: vt patet in secunda conclusione. multo magis cadit a dominio canonico, puta a beneficio ecclesiastico, & ab alijs consimilibus. Hoc modo etiam per accidens, scilicet per constitutionem ecclesiæ perdit quis dominia canonica, quando labitur in quædam alia peccata non existentia directè cōtra fidem, nec fidei subuersiua. Patet tribus exemplis. Primum: quia in capitulo vnico. de scismaticis. lib. 6. Papa tulit pœnam priuationis, prælationis, dignitatis, status & honoris ecclesiastici. & hoc latæ sententiæ in illum, qui scienter & deliberate habuerit, vel tenuerit Iacobum & Petrum Columnenses pro cardinalibus. Secūdū in extrauaganti. execrabilis. ipsius Ioā. XXII. ponitur casus, quo quis cadit ipso facto a dominio canonico, scilicet a beneficio canonico obtento: qui tamen casus non est perditio fidei. Dicitur enim ibi. Qui deinceps receperint dignitatem, vel personatum, seu officium, aut aliud beneficium curam animarum habens annexam: si ante obtinebant simile beneficium, illud quoque postquàm possessionem secundi habuerint, vel per eos omni dolo & fraude cessantibus, quo minus habeant, steterit, absque morę dispendio in ordinariorū manibus dimittere debeāt, alioquin tunc ipso iure sint secundo priuati. Tertium in processu, qui sic annuatim in cœna domini in curia, inter alia denunciat Papa fuisse, & esse priuatos omni beneficio, dignitate, & honore ecclesiastico, ac mundano illos, qui Vicleffistis & huiusmodi quæcunque victualia, aut præsidia publicè vel occultè per se, vel per suos subditos afferri faciunt, vel permittunt.

QVAESTIO VIII.

Vtrum rerum dominia fuerint aliquando indistincta? Solutio quæstionis stat in tribus suppositionibus, & quinque cōclusionibus. Prima suppositio. Titulus quæstionis, scilicet dominia rerum aliquando fuisse indistincta, potest intelligi dupliciter. Vno modo, quòd fuerint intrinsecè indistincta, & hoc modo ea fuisse indistincta, esset ea sic se habuisse, quòd illud dominium, quod unus habuisset, fuisset illud idē dominium, quod alij habuissent. & hoc modo nunquàm dominia rerum fuerunt indistincta; quia nunquàm accidens existens in uno subiecto est idem cum accidente, quod est in alio subiecto. Modo dominium, quod habet vnus, est accidens, saltem respectiuum. ergo illud non erit idem cum dominio existente in alio subiecto: sed distinguitur numero: sicut & subiecta. Alio modo, quod fuerint indistincta extrinsecè, & sic dominia aliquando fuisse indistincta est, ea sic se habuisse, quòd illius ciuisdem rei, cuius unus habebat dominium:

nium: etiam reliqui omnes habebant dominium. Et hoc modo capitur in titulo quæstionis. Sensus ergo est. Vtrum res, quarum homines habent dominia, aliquando fuerint communes omnibus & inappropriatæ. Secunda suppositio. Titulus quæstionis potest intelligi multipliciter: quia multiplex est dominium: vt patet ex supradictis. igitur titulus quæstionis, aut quærit de dominio ciuili, aut de alijs speciebus dominiorum. Tertia suppositio est propter illum terminum positum in titulo, scilicet aliquando. Et est, quòd duplex est tempus, in quo homines habuerunt aliqua dominia, scilicet tempus naturæ integræ, & tempus naturæ corruptæ.

Prima conclusio. Capiendo titulum quæstionis in primo sensu primæ suppositionis, dominia rerum nunquàm fuerunt indistincta: patet ibidem.

Secunda conclusio. Capiendo titulum quæstionis in secundo sensu primæ suppositionis, aliqua dominia olim fuerunt indistincta, & etiam talia hodie sunt indistincta. Probatur quinque exemplis. Primò: quia dominia beatifica beatorum olim & hodie sunt indistincta. Secundò, originalia dominia in Adam & Eua quando fuerunt, erant indistincta, & si hodie essent, essent indistincta. Tertiò gratifica dominia existentium in charitate. Quartò, idem est de dominijs euangelicis. Hoc autem quadruplex assumptum satis patuit ex deductis in quæstione secunda circa descriptiones illorum dominiorum. Quintò illa naturalia atque diuina dominia, quæ homines animalia ratione naturæ suæ, atque ratione concessionis diuinæ habent super ea, quæ eis data sunt in esca. Genes. 1. & 9. de quibus habitum est in q. 4. & 5. fuerunt in statu naturæ integræ indistincta, adhuc etiam hodie in statu naturæ corruptæ illa sunt indistincta, licet illis dominijs diuinis & naturalibus existentibus in hominibus superaddita sunt dominia ciuilia, quæ distincta sunt: tamen illa distinctio non tollit indistinctionem dominiorum prædictorum, quin talia manserint in sua pristina indistinctione, ita quod secundum ea non esset distinctio in rebus, quin eiusdem rei, cuius vnus est dominus, etiam reliquus est dominus.

Tertia conclusio. Capiendo titulum quæstionis in secundo sensu primæ suppositionis, aliqua dominia nunquàm fuerunt indistincta, nec hodie sunt indistincta. Probatur: quia ciuilia dominia accepta cum appropriatione (quo modo nunc vt plurimum habent homines dominia rerum) nunquàm fuerùt indistincta: quia nunquam sic fuit, quòd si quis haberet tale dominium ciuile vnius rei, quòd illius eiusdem rei omnes alij haberent dominium, immo nulli alij habebant dominium illius eiusdem rei ex æquo: quia hoc implicat contradictionem.

Corollarium. Cum igitur dicitur, quòd dominia rerum fuerunt olim indistincta, & iam sine distincta, non est intelligendum hoc loco, loquendo de dominijs eodem modo captis, quia illa eadem, quæ olim fuerunt indistincta: si hodie sunt: etiam hodie sunt indistincta: vt patet de beatifico & gratifico. & sic de alijs: sed debet intelligi de dominijs diuersis in specie: eisdem tamen in ratione generica dominij: quia scilicet cum vt olim nulla erant dominia rerum ciuilia existentia cum appropriatione: postea ceperunt humana ordinatione ordinari ciuilia dominia existentia cum appropriatione. Sequentes conclusiones sonabunt de temporibus, quibus dominia fuerunt indistincta.

Quarta conclusio. Tempore naturæ humanæ integræ dominia fuerunt indistincta. Probatur: quia tunc nulla fuerùt in homine dominia ciuilia: sed tantum dominium, naturæ & originale, modo originale fuit sine distinctione & proprietate: ut patuit in 2. quæstione. similiter naturale & diuinum: quod hominibus tamen conuenit, fuit sine distinctione: quia Deus concedendo primis parentibus dominium paradisi & terræ nascentibus atque alijs animalibus indistinctè ait. Ecce dedi vobis omnem herbam &c. Gen. 1. Secundò: quia homo non habuit dominia taliter, qualiter lex naturalis dictabat. modo illa dictabat pro statu innocentiæ debere omnia esse communia: vt dicetur in sequenti quæstione. igitur.

Quinta conclusio. Tempore naturæ humanæ corruptæ etiam aliqua dominia fuerunt & hodie sunt indistincta. patet: quia etiam illo tempore & adhuc sunt dominium gratificum, euangelicum, & naturale: illa autem sunt indistincta: vt patuit in tertia conclusione. Et dico aliqua: quia etiam aliqua alia sunt distincta, scilicet ciuilia, & sic patet, quæ dominia, & etiam quo tempore fuerunt indistincta, & qualiter illa distinctio debeat intelligi non intrinsecè, sed extrinsecè &c.

QVAESTIO IX.

Vtrum cum rerum dominia primum fuerint indistincta & communia, ipsa potuerint postea licitè & rationabiliter distingui, seu appropriari. Solutio stat in tria suppositione, quattuor conclusionibus, quattuor argumentorum solutionibus, & quattuor corollarijs. Suppositio. Titulus quæstionis de indistinctione & distinctione dominiorum debet intelligi de indistinctione & distinctione non intrinseca sed extrinseca, quomodo dictum est in prima suppositione præcedentis quæstionis: quia si intelligeretur de intrinseca indistinctione, quæstio quo ad suppositum suum supponeret falsum, & quo ad quæsitum nullum haberet dubium: vt patet ex dictis in præcedenti quæstione. Est ergo sensus quæstionis. Verum cum res (quarum homines habent dominia) primum fuerint communes hominibus sic quòd nulli fuerant appropriatæ, ipsæ potuerint postea licitè & rationabiliter aliquibus appropriari, vt hæc esset propria illi, illa alteri, & sub talibus terminis ponantur etiam conclusiones.

Prima conclusio est affirmatiua ad quæstionẽ, quòd sic, hoc est, quòd cùm res primum, scilicet in statu innocentiæ fuissent communes & non appropriatæ, potuerunt postea licitè & rationabiliter appropriari. Probatur sic. Illud, quod erat expediens, atque ad quod mouebant causæ rationabiles, potuit licitè & rationabiliter fieri, sed quòd res primum communes postea appropriarentur, erat expediens, & rationabiles causæ ad hoc mouebant. igitur conclusio vera. Maior quo ad primam partem nota: quia expediens præsupponit licitum: sicut minus commune magis commune, licet nõ econtra, vt vult Apostolus dicens. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Similiter quo ad secundam partem est nota: quia ideo aliquid dicitur fuisse rationabile,

nabile, eo quòd habet causas rationabiles, quare fuit factum. Minor quo ad primam partem probatur: quia nel ipsum fuit expediens, vel suum contradictorium; quia de quolibet affirmatio, nel negatio vera, de nullo ambo simul: sed suum contradictorium non fuit expediens, scilicet quòd cum primum res essent cões, scilicet in statu innocentiæ, quòd postea in statu naturæ lapsę nõ appropriarentur: ita quòd adhuc manerent cões, ut probabitur in sequenti conclusione. igitur eas appropriare fuit expediens. Secunda pars probatur: quia eas mouentes ad hoc fuerunt ad cauendum illa mala, quæ ingruissent & emersissent reipublicę homi, si mansissent res communes. Hęc autẽ damna & mala patebunt in sequenti conclusione.

Secunda conclusio. Non expediuisset omnibus omnia esse communia pro statu naturę lapsę. Probatur dupliciter, scilicet auctoritate & ratione. Auctoritate Aristotelis, qui in secundo politicæ improbat politiã Socratis ex eo, quòd posuit optimam esse illam politiam, in qua sunt omnia communia, volens quòd non expedit reipublicę hominum, quòd omnia essent in ea communia, prout ibi deducitur. Modò Aristo. loquitur de hominibus pro statu naturę lapsę: quia loquitur de illis pro illo statu, in quo inuenit genus humanum. Modo non in alio statu inuenit ipsum nisi in illo, nec de statu humanę naturę institutę aliter, quàm ipse inuenit, aliquid locutus est, vel sensit: quia putauit statum, in quo nunc sumus, esse statum naturę institutę. igitur conclusio vera. Secundò probatur ratione tali, in qua tanguntur aliqualiter aliqua, quę etiam ibidem tangit Aristo. & est. Illud non expediuisset pro statu naturæ lapsę, ad quod consecuta fuissent illa quatuor damna, seu incommoda, atque mala. Primum, quòd terrę mansissent incultę, & fuissent redactę in solitudinem. Secundum, quòd via fuisset aperta fraudibus & malitijs. Tertium, quòd boni semper habuissent peius, & mali melius. Quartum, quòd nunquam fuisset pax habita inter homines. Sed si omnes res mansissent communes in statu naturę lapsę, fuissent omnia prædicta damna, incommoda, & mala secuta, igitur. Maior probatur: quia est contra rationem expedientis esse inductiuum incõmodorum & damnorum. Omnia autem prædicta sũt damna & incommoda. De tribus vltimis patet etiam: quia terra pro statu naturę lapsę debebat coli, ut in eius fructibus viueret homo: atque debebat inhabitari per homines, & per consequens non maneret inculta & solitaria. Minor probatur inductiuè. Primum inquam fuisset secutum: quia si agri mansissent, & hodie essent omnibus communes. ergo etiam agros seminare & colere esset commune omnibus: sed hoc existente agri mansissent sine cultura & seminatione. igitur. Minor probatur dupliciter. Primò sic: quia aut omnes simul colerent & seminarent, & hoc statim apparet inconueniens: immo impossibile, quia se mutuò impedirent: aut tantum aliqui: & tunc cum fructus etiam deberent esse communes, eo quòd omnes res essent communes, nullus inueniretur, qui vellet solus subire laborem culturæ: & tamen omnes vellent hũc participationes in fructibus laboris. Secundò idem patet experientia. Videmus enim nunc, quòd de omnibus nullus curat, vel modicum valde, adeo quòd talia permittuntur potius perire, quàm quòd consequentur: iuxta prouerbium. Quod communitatis est, negligitur. Secundum etiam fuisset secutum: quia fortiores occupassent de illis omnibus plus, quàm debuissent, nec eis debiliores restitisse potuissent. Nam illud etiam videmus nunc fieri, quantumcunque res sunt appropriatę: multo magis manente communitate rerum: quia dixissent tunc se iustè illud facere posse: cum res essent non minus eorum, quàm aliorum: nec malitiosi & astuti potuissent puniri: quia allegassent omnia esse communia. Tertiũ etiam fuisset secutum: quia boni sequentes rectum iudicium rationis noluissent accipere plus debito: sed tantum necessaria. mali verò ex malitia multa superflua & meliora ex omnibus accepissent relinquentes viliora bonis. Quartum etiam fuisset secutum: quia inæqualitas inter homines nata est inducere litigia & turbare pacem: sicut hodie videmus, quòd hi, qui plus habent, odio habentur a minus habentibus, atque violentias patiuntur. Modo tunc fuisset inequalitas: ut patuit in secundo & tertio incommodo. igitur. Secundo: quia contingeret sepę in eadem republica, quòd plures vellent vti vno equo, vel domo, & cum quilibet diceret, se habere ius æquale suri alterius, nullus vellet cedere vsui pro tunc. igitur fierent litigia.

Tertia conclusio. Sicut iam ostensum est, quòd non fuisset expediens, sicut nunc. Dicendum, quòd neque fuisset rationabile, quòd omnes res mansissent communes. Probatur. Illud non fuisset rationabile permanere: ad quod sequuntur multa damna & incommoda: sed res permansisse communes, fuisset huiusmodi: ut dedu xit præcedens conclusio. igitur.

Quarta conclusio. Prædicta damna & incommoda non imminuissent rebus manentibus communibus in statu innocentiæ. Probatur inductiuè. Nam exquo in tali statu homines fuissent secuti rationem rectam: non fuisset secutum primum malum: quia homines non laborassent terram colendo: etiam loquendo de terra paradisi: sed terra paradisi sine cultura hominis produxisset necessaria vitæ, & sponte nascentia, de quibus vixissent. ideo nullum fuisset malum, etiam si non fuisset culta terra: quia non indiguisset aliqua cultura sicut nunc indiget in statu naturæ corruptæ: quia propter peccatum hominis Deus eiecit hominem de paradiso ad terram ad extra, & imposuit sibi, ut de cultura terrę vineret: dicens. In sudore vultus tui vesceris pane tuo &c. atque maledixit terræ: adeo ut non solum non produceret sine cultura: sed etiam culta producit multa cõtra intentionem colentis. Gen. 3. Et si hoc teneatur: tũc quando dicitur Gen. 2. Posuit eum in paradisum: ut operaretur & custoditet illum, sensus est: ut Deus operaretur hominem suis beneficijs ipsum perficiendo. ita quòd suppositum illius verbi operaretur & custoditet, esset Deus. Vel etiam, si Adam in suppositum illius verbi operaretur, tunc operari capitur non pro opere laborioso: sed pro solatioso ad experientiam & exercitium suæ voluntatis. Et dato quòd contigisset paradisi etiam pro victu obtinendo: tamen exquo secundum rectam rationem vixissent, non fuisset secutum illud malum: ut unus laborasset & alter quiescens vixisset de laboribus alterius alterò inuito. Nec secundum fuisset secutum: quia innocentibus & manentibus, talibus nulla est via ad fraudes & malitias. ergo si mansissemus in statu innocentiæ, communitas rerum non fuisset via ad

fraudes

fraudes & malitias. Nec tertium: quia omnes tunc fuissent boni: & per consequens mali non habuissent melius, quàm boni. sed nec etiam inter bonos minus boni melius habuissent, quàm magis boni: quia tunc vixissent secundum rectam rationem: alias enim non mansissent innocentes. modo recta ratio eis dictasset, quòd non deberet quis occupare plura, aut meliora, quàm dignum esset. igitur. Nec quartum fuisset secretum: quia cessasset inæqualitas in rebus: cum omnes fuissent æquè multa habentes. aut si quæ inæqualitas fuisset in vsu rerum, quamuis non in dominio: tamen illa inæqualitas fuisset secundum rectam rationem dictata: a recta autem ratione non declinassent, quamdiu innocentes mansissent. igitur illa inæqualitas non fuisset occasio litigij. Item lis non stat cum innocentia vtriusque partis. Item cum plures voluissent vti vna re: non fuisset ex hoc orta lis: quia vnus liberè cessisset alteri, secundum quòd recta ratio dictasset. Et si arguatur. illæ probationes volunt, quòd quia homines vixissent in statu innocentiæ secundum rectam rationem, ideo non fuissent incommoda secuta. modo etiam pro statu naturæ lapsæ homines possunt viuere secundum rectam rationem. igitur etiam possunt non sequi prædicta incommoda, & per consequens etiam non est inexpediens omnibus omnia esse communia pro statu naturæ lapsæ. Respondetur, concessa maiore non est simile in minore: quia licet vtrobique possint viuere secundum rectam rationem (sicut & vtrobique potuerunt declinare a recta ratione: quia etiam peccabiles erant existentes in statu innocentiæ, saltem in sensu diuiso: ut effectus docuit) tamen in hoc est dissimile: quia in statu innocentiæ nõ habuissent proinitatem ex fomite aliquo ad declinandum a recta ratione: in statu autem naturæ corruptæ habent pronitatem ex fomite proueniente ad declinandum a recta ratione, & plures sunt qui de facto sequuntur fomitem potius, quàm rectam rationem (licet possibile esset eis cum adiutorio gratiæ sequi rectã rationem) ideo non apud omnes vitata fuissent prædicta incommoda. & ideo non omnibus etiam expediuisset communitas omnium rerum.

Primò arguitur contra primam conclusionem. Id, quod fuit factum contra legem naturalem: non potuit licitè, nec rationabiliter fieri: sed appropriatio rerum facta est contra legem naturalem. igitur non potuit fieri licitè, nec rationabiliter. Maior nota: quia lex naturæ in omni statu ligat & tantum ad rationabilia, & per cõsequens contradictoria eorum, ad quæ ligat, sunt licita & rationabilia. Minor probatur: quia lex naturæ disponit, omnia esse communia omnibus: ut patebit quæstione sequenti. Ad illud argumentum respondetur tripliciter. Primò, quòd maior intelligitur de lege naturali non reuocata. Modo lex naturæ disponens omnia esse communia, omnibus est reuocata: quando homo cecidit ab innocentia, & ille modus dicendi essent conformiter ad Scotum 4. dist. 15. q. 2. Dicit enim, quòd illud præceptum legis naturæ, de habendo omnia communia, reuocatum est post lapsum. Sed contra istum modum soluendi arguitur quadrupliciter. Primò sic. Lex naturalis est immutabilis: sed si esset reuocata, esset mutabilis. igitur. Maior probatur dupliciter. Primò quia in decretis dist. 6. 8. his itaque, ait Gratianus. Naturale ius ab exordio rationalis creaturæ incipiens manet immobile, volens per hoc assignare differentiam eius ad legem scriptam. Secundò probatur: quia ibidem dicit. Ius naturale cæpit ab exordio creaturæ rationalis, nec variatur tempore: sed immutabile permanet. Secundo sic. Aut lex naturalis disponens omnia debere esse communia omnibus hominibus, disposuit hoc de omnibus in contractè captis, hoc est, siue corruptis, siue integris, aut tantum de integris, qualis primum fuerunt. Non primum: quia nunquam recta ratio, a qua procedit lex naturæ, hoc dictasset de corruptis hominibus: quia semper recta ratio vidisset talibus existentibus omnibus emergere prædicta damna quatuor ex rerum communitate & indistinctione. Si secundum. igitur adhuc illa lex manet: scilicet quòd integris hominibus (si essent) omnia essent communia dimittenda, igitur non est reuocata. Tertiò sic. Regula medicinalis dicens, vinum, esse potum hominibus congruũ, non deberet dici reuocata, si omnes homines incœperent febricitare, & ita vinum inciperet eis discongruere: quia non intelligeretur illa regula, nisi de hominibus sanis. ergo etiam sic erit hic. Et hoc est etiam exemplum beati Aug. in li. confessionum, ad ostendendum, quõ lex naturalis non debet ex hoc dici variata, vel mutate, quòd ipsa concedente omnia communia omnibus, postea oppositum fuit ordinatum. Nam hæc ordinatio non arguit mutationem in ipsa lege naturali: sed arguit mutationem ex parte hominis. Quartò sic. Ille modus dicendi supponit, quòd lex disponens communitatem in rebus sit præceptiua, præcipiens scilicet, ut sint omnia communia omnibus, vel prohibitiua proprietatis: quia dicit, quòd illud præceptum legis naturæ de habendo omnia communia est reuocatum. Modò illa lex non est præceptiua, nec prohibitiua: sed tantum concessiua. Vnde sciendum, quòd in libro legis naturalis, scilicet intellecti, qui est ut liber legis naturalis reperiuntur triplices sanctiones legis naturalis. Quædam enim sunt sanctiones præceptiuæ: ut illa. Quod tibi fieri vis, alijs facias. Quædam sunt prohibitiuæ: ut illa. Quod tibi fieri non vis, alijs non facias. Aliquæ verò sunt concessiuæ, ideest non præcipiunt, nec prohibẽt: sed concedunt aliquid, & illæ sunt duplices, quædam enim concedunt aliquid tanquam vtile, & talis fuit illa sanctio, quæ concessit pro statu innocentiæ communitatem rerum: ut omnia essent omnibus communia, eo quòd illa communitas conferebat ad finem humanæ felicitatis pro illo statu. Quædam autem concedũt aliquid tanquam expediens: ut sanctio illa, quę concedit, quòd res pro statu naturæ corruptæ approprientur, & de istis videatur Alexan. de Ales in 3. parte summæ. q. 27. mẽbro. 4. art. 1. Ideo secundus modus solutè dicit. concedendo maiorem, quando tale quid fit contra legem præceptiuã, uel prohibitiuam. & hoc mõ minor est falsa: quia lex naturalis concedens communitatem in rebus non est præceptiua, præcipiens scilicet cõmunicationem, nisi in casu necessitatis: sed tantũ est concessiua. Modò contra illius sanctionem concessiuã tantum potest aliquid licitè fieri iure positiuo id disponente, ut licitum est transire per agrum alienum: quia illud est de sanctione legis naturalis, sed non nisi concessiua. & tamen iure positiuo factum est illud illicitum. Vnde Isido. intelligendo per fas ius naturale, & per ius intelligendo positiuum ius: ait sic. Transire per

Transire per alienum agrum fas est: quia est licitum: fas enim est, quod licitum est: sed non est ius, scilicet positiuum, immo vetitum est iure positiuo. Tertius modus soluendi est, concessa maiore sine distinctione, neganda est minor: quia lex naturalis disponens communitatem in rebus, etiam si esset præceptiua illius communitatis, vel prohibitiua appropriationis, non intelligitur: nisi quò ad homines in natura bene esse institutæ: non autem quò ad homines naturæ corruptæ. Modò nunc homines sunt in natura corrupta. igitur. Et hi duo vltimi modi soluendi essent conformiter ad Alexan. de Ales, vbi supra.

Secundò arguitur contra eandem conclusionem. Cum res primum (scilicet pro statu innocentiæ) fuerant communes, si appropriatio postea facta fuisset rationabilis: maximè hoc fuisset ad præcauendum mala & incommoda, quæ emersissent: si res sic mansissent communes, sed hoc non: quia adhuc per talem appropriationem non est succursum, vel obuiatum prædictis malis, quin adhuc fiant. Nam adhuc etiam stante appropriatione rerum, hi, qui robustiores sunt, occupant plus, quàm iustum est, & debiliores carent necessariis sibi debitis. Similiter adhuc est magna inæqualitas inter homines in rebus temporalibus, ad quam etiam sequuntur litigia. Dicendum, quòd factum propter aliquem finem non debet ob hoc dici non rationabiliter factum, si non attingant homines finem illum omnino perfectè absque omni imperfectione: sufficit enim, quòd illum finem homines attingant meliori modo per illud factum, quàm per eius oppositum. sic est hic. Per hoc enim, quòd res primùm communes postea fuerunt appropriatæ, homines attingunt vitationem prædictorum damnorum perfectiori modo: quàm si mansissent communes. Nam non rot inæqualitates, nec tot litigia sunt nata oriri, nec tam lata est via fraudibus: sicut si res mansissent communes: ut patet intuenti deductionem secundæ conclusionis: immo primum damnum per appropriationem omnino cauetur, quod tamen cautum non fuisset stante rerum communitate.

Tertiò sic arguitur. Beatus Clemens in epistola quarta (& habetur. 12. quæstione prima. c. dilectissimis.) ait communis vsus omnium, quæ sunt in hoc mundo omnibus esse hominibus debuit: sed per iniquitatẽ alius dixit, hoc esse suum, & alius istud, & sic inter mortales facta est distinctio. Hæc ille. Modò illud, quod per iniquitatem factum est, non est licitè, nec rationabiliter factum. igitur distinctio dominiorum non fuit licitè facta. Dicendum, quòd beatus Clemens non voluit dicere, quòd distinctio dominiorum fuerit facta iniquè: sic quòd non licuerit ea dividere, & res appropriare: sed quod lapsus hominis in peccatum & iniquitatem & corruptionem naturæ fuit occasio introducendi distinctionem dominiorum, quemadmodum in descriptione dominij ciuilis dicebatur supra quæstione. 2. est dominium occasione peccati introductum. Iniquitas igitur, ideest peccatum, per quod lapsum fuit genus humanum, fuit occasio introducendi distinctionem dominiorum: sed diuiso non fuit illicitè facta, vel iniquè, nisi capiatur iniquè. ideest non æqualiter fuerunt res diuisæ, eo quòd vnus plus habet alio, quo modo diuitiæ etiam dicuntur mãcma iniquitatis.

Quartò arguitur contra secundam conclusionem. Si esset vera, sequeretur, quòd inmantes religionem facerent quid inexpediens intrando, consequens est inconueniens, igitur & antecedens. Falsitas autem consequentis probatur: quia intrando faciunt actum supererogationis, & per consequens aliquid multum commendabile m, non igitur quid inexpediens. Sequela tamen probatur: quia intrando religionem abdicant appropriationem rerum, & contenti sunt dominio rerum in communi. Modo hi in faciendo hoc, reducunt res ad communitatem: quam tamen rerum communitatem secunda conclusio dixit esse inexpedientem in statu naturæ lapsæ. Dicendum duplici ter. Primò admisso, quòd consequens sit inconueniens, neganda est sequela. Ad probationem concedatur maior & minor pro prima parte: sed ad minorem pro secunda parte, scilicet quam tamen rerum communitatem dixit secunda conclusio esse inexpedientem. Dicendum, quòd conclusio non dixit, quòd non aliquibus expediret omnia esse communia: seu quòd nullis expediret omnia esse communia in statu naturæ lapsæ: sed non expediret, quòd omnibus omnia essent communia: quia aliquibus non expedit, & hoc verum: nã si omnes haberent omnia communia: oporteret sequi prædicta incommoda secundæ conclusionis: eo quòd multi sunt imperfecti & infirmi, adeo carentes adiutorio gratiæ, quòd sine diuina offensa multiplici non viuerent non habendo propria: & tamen stat, quòd aliqui contenti existentes communitate rerum, non sint sic infirmi & imperfecti: sed diuina gratia adeo adiuti, ut eis habentibus omnia communia, non emergant prædicta incommoda. & illis non est inexpediens communitas rerum, immo expediens & bona. Secunda solutio est, concedendo sequelam indefinitè captam: nam non omnibus expedit abdicare a se appropriationem rerum, & stare in communitate rerum. Exemplum: Nam si quis est talis, quòd in non habendo propria, aut omnino frangeretur impatientia, aut maior esset impatientia in retrahendo eum ab amore eternorum, quàm amor in possidendo propria: melius esset illi victui necessaria retinere, & perfectius, quàm abdicare: & sic incurrere prædictam impatientiam: quia facilius esset ei aliquem gradum sanctitatis, aut perfectionis attingere, prout deducit Henricus Ganden. quodlibeto 7. ex dictis beati Gregorii in pastorali, & ex glosa. 2. Corint. 8. Si verò posset eis carere absque impatientia, aut cum impatientia minoris culpæ, quàm esset amor in retinendo: sic melius esset propria dimittere. & hoc non solum cum malè dispensat quis propria: sed etiam cum bene dispensat. & maximè cum abundat, sine multum abundet, siue mediocriter. Immo etiam si non abundet: sed tantum habet victui necessaria, ut ibidem deducit. Per eandem solutionem soluerent aliud argumentum, quo sic arguitur contra secundam conclusionem. Apostoli, discipuli ac alij in primitiua ecclesia abdicando a se proprietatem, & standi in communitate rerum, non fecerunt quid inexpediens. ergo communitas rerum non est quid inexpediens pro statu naturæ lapsę. Solutio patet: quia aliquibus

quibus est expediens: aliquibus non ideo vera est conclusio, q̃ non expediret, q̃ omnibus omnia essent communia. Ad illam secundam conclusionem & solutionem argumentorum sequitur.

Primum corollarium, q̃ non sequitur, status ille est perfectissimo statui similior, igitur omnibus hominib. est expedientior. Nam status religiosorum quo ad hoc, q̃ est sine appropriatione rerum, est similior statui innocentiæ, quæ est perfectissimus status viæ: & tamen status ille quo ad præfatam expropriationem non est omnibus expedientior, imo nec in posituo gradu in quendo est expediens omnibus: quia non illis imperfectis, quibus dictum est, eum esse in expedientem.

Secundum corollarium. Non sequitur, hoc agere est agere simile illi, quod decens esset agere in statu perfectissimo. igitur est decens agere in statu minus perfecto, vel imperfecto. Probatur. Nam si essemus in statu innocentiæ, qui est perfectissimus status viæ, viue ptionem: vnus tamen sit imperfectior alio, maior quò que pars sit imperfectior, sequitur, quòd quamuis viuere de proprio quo ad multos & maiorem partem hominum sit melius, quàm viuere de communi: quia maior pars est imperfectior & corruptior: non tamen sequitur, ergo viuere de proprio est simpliciter melius: quia non illis, qui lente sunt imperfecti, vel minus corrupti, esset simpliciter melius. Secundò probatur: quia quando aliquid debet iudicari simpliciter melius alio: non debet iudicans videre, si sit melius eis, quæ sunt in minus bona dispositione, & sic velle inferre, q̃ ergo sit simpliciter melius: sed debet videre, an sit melius eis, quæ sunt in meliori dispositione: quia si sic: tunc potest inferre, quòd ergo sit melius simpliciter. Modò quamuis viuere de proprio quo ad multos sit melius, quàm viuere de communi: tamen quia illi multi & plures sunt in minus bona dispositione: & viuere de communi est melius illis, quæ sunt in me-

Prima conclusio. Sanè intelligendo titulum quæstionis, quæstio nullam habet difficultatem, quin certum sit, quòd dominiorum distinctio tantum est secundum legem civilem & humanam, probatur: quia sanus intellectus tituli quæstionis est, per quã legem fuerint dominia civilia facta, vel facta. modò hoc quæstionis nullam habet difficultatem, quia ex terminis quæstionis patet responsio, nam eo ipso quod titulus quæstionis est de dominijs civilibus, patet ex descriptione & propria ratione dominij civilis, quod secundum nullam legem fuerint illa facta, nisi secundam legem humanam, & non secundum naturalem: quia tunc essent dominia naturalia, nec secundum divinum, quia tunc essent dominia divina, Sed tamen ex quo alij tractantes illam q̃nem respondent ad ea quæ si difficultatem habentem, ideo subjunge etiam tres conclusiones, est ergo.

Secunda conclusio. Dominiorum distinctio non est facta secundum legem naturalem. Probatur, quia lex naturalis etiam habuit locum in statu innocentiæ. Si de Ripa ordinis minorum sic. Nam sicut natura non inclinat ad opposita: sic etiam lex naturalis nõ inclinat ad opposita. modò lex naturalis inclinat & disponit, vt omnia sint omnibus communia. igitur ille eadem non inclinat, nec disponit ad hoc: vt res approprientur, & dominia distinguantur. cum igitur lex naturæ sit eadẽ pro statu tam innocentiæ quàm naturæ corruptæ. sequitur, q̃ sicut disposuit omnia debere esse communia pro statu innocentiæ: sic etiam disponit pro statu naturæ corruptæ, & per consequens distinctio dominiorum non est per legem naturalem. hanc rationem tangit Scotus in 4. distin. 15. quæstione secunda. & etiam Joãnes de Ripa ordinis Minorum in quodlibetis. Sed quamuis conclusio sit vera: tamen illa probatio non valet: quia illa lex naturalis, quæ disponit omnia esse communia omnibus, ponetur res esse appropriandas hominibus non propter hoc inclinaret, seu disponeret ad opposita. Probatur: quia quando lex naturalis disponit omnia esse communia omnibus: non disponit hoc nisi pro illis hominibus qui sunt natura

Secundò arguitur sic, quia illud complexum, scilicet res, quæ donatur a domino suo, sit illius, cui donatur, concedit dominium distinctum & proprietatem donatario. modo hæc est lex naturalis, igitur lex naturalis concedit donatario dominium civile, quod tamen est distinctum. Minor probatur, quia illud complexum est dictatum secundum rectam rationem.

Tertiò arguitur sic. Omnis lex civilis est dictamen rationis, igitur omnis talis est naturalis lex, & per consequens cum dominiorum distinctio sit a lege civili, etiã est a lege naturali.

Quartò arguitur sic. Ista lex scilicet. Quod in nullius bonis est, occupanti conceditur, est lex naturalis, & tamen per ipsam conceditur etiam effectualiter distinctio, seu appropriatio illi, qui occupat rem in nullius dominio existentem. Ad hoc quartum, prius quam ad alia. Dicendum, quòd concessa minore distinguenda est maior: quia vel prædicta lex intelligitur de concessione quo ad proprietatem dominij, vt in sensus, occupationem rei existentis in nullius dominio habere debet occupans vsum appropriatum sibi pro tempore occupationis, sic quod licitum est sibi, quod solus velit vti illa re, quandiu durat eius occupatio, & hoc secundo modo potest esse lex naturalis, saltem large capta modo prædicto.

Ad primum concessa maiore & minore distinguenda est conclusio. Nam distinctionem, vel appropriationem dominiorum esse a lege naturali potest intelligi dupliciter. Vno modo, quod sic ab ea indicatiuè sic, quod lex naturalis indicet, vel disponat (talia in generali) quòd distinctio dominiorum debeat fieri, & sic conceditur conclusio. & sic etiam argumentum procedit. Alio modo, quòd sit effectualiter & executiuè ab ea sic, quòd illa effectualis appropriatio & distinctio processerint a lege naturali, & hoc negatur. Nam quantumcunque prædictum complexum existat naturalis lex scriptum esse in intellectu practico hominis cuiuscunque, siue principis, siue patrisfamilias, siue cuiuscunque alterius non fuisset per ipsum ad effectum posita appropriatio rerum, si non superuenisset volitio hominis habentis potestatem, & volentis, quòd illa res deberet esse illius, & alia alterius, & sic de alijs. Illa autem volitio fuit lex non naturalis, sed positiua. Et per hoc etiam potest solui, si arguretur, per contractus transferuntur dominia rerum, & sit rerum distinctio quo ad dominia, & tamen contractus fere omnes sunt de iure gentium, quod est species iuris naturalis, & sic videtur, quòd non ita per legem ciuilem sit facta distinctio rerum, quin etiã per ius naturale saltem per illud, quod dicitur ius gentium, sed responsio patet. Exemplum autem prædictæ responsionis potest dari sic. Cum enim tempore Noe post diluuium terra tota fuisset sibi & filijs suis indistinctè concessa, non cœpisset vna pars esse vnius hominis & alia alterius, si non Noe, vel alius superior hominum, in quem consenserunt, illas distinxisset iussu & volitione sua, quæ fuit lex positiua. Ad secundum potest concedi maior, etiam in sensu tali, quòd illa lege effectualiter est dominium distinctum, vel appropriatio quia illa lex est volitio principis, vel signum volitionis principis, in quem consenserunt illi, qui volebant eas per eum hinc inde esse appropriandas. Minor autem est negãda, saltem prout lex naturalis capitur propriè & stricte, quomodo capitur in secunda conclusione & tertia. Lex enim naturalis aliquando capitur stricte, vel propriè, & sic est complexum euidens ex terminis, vel euidenter deducibile ex alio complexo euidenti ex terminis. tale autem non est prædictum complexum, non enim ex terminis illius complexi cogitur intellectus ei assentire, alias si in statu innocentiæ aliquis dedisset alteri rem aliquam, nihil pro ea expectando & volendo, nihil proprium in ea habere, ille alius habere debuisset proprietatem dictæ rei, quod est falsum. & eodem modo probatur, quod etiam non est euidenter deducibile ex alio euidenti. Vnde dato quòd intellectus ex terminis eius assentire cogeretur illi, scilicet quòd si habes dominium in re, det eam alteri consentienti, saltem in receptionem illius, ipso dante volente cedere dominio & iuri, quod habet in te, quod illa res sit illius alterius, non tamen cogeretur consentire, quòd illa res esset hoc determinato modo illius, scilicet quòd esset sibi propria. Alio modo accipitur largè, de quo modo patebit in solutione sequente. Ad tertium, concesso antecedente negãda est consequentia, quia non sufficit ad hoc, quòd aliquod complexum sit lex naturalis, quòd sit dictatum a recta ratione, alias nulla esset lex pure positiua. Similiter omnis diuina lex esset naturalis, cum quælibet talis sit dictata a Deo, qui est essentialiter recta ratio, consequens tamen est falsum, quia cum lex naturalis liget omni tempore, sequitur, quòd teneremur ad omnem legem positiuam diuinam, etiã veterem, nec aliqua lex positiua esset abrogabilis, requiritur igitur ad legem naturalem, quòd sit dictata a recta ratione taliter, quòd sit euidens ex terminis, vel euidenter deducibilis ex tali, quæuis ad hoc, quòd aliqua lex dicatur naturalis, large capiendo, sufficeret, quòd licet non sit euidens ex terminis, nec euidenter deducibilis ex taliter euidenti, tamen esset valde consona taliter euidenti, vel taliter deducibili ex euidenti, quo modo Scotus ponit præcepta secundæ tabulæ esse de lege naturali. in terr. distinctione trigesimaseptima.

Quarta conclusio. Dominiorum distinctio non est secundum legem diuinam. Probatur duabus auctoritatibus & vna ratione. ratio autem tangetur in examine primæ auctoritatis. Prima auctoritas est Augustini super Ioannem, & habetur in decretis distinctione octaua, capitulo quæ iure. vbi ait sic. quo iure defendis villas ecclesiæ diuino an humano? diuinum ius in diuinis scripturis habemus, humanum in legibus regum. vnde quisque possidet, quod possidet, nonne iure humano? Nam iure diuino domini est terra & plenitudo eius. pauperes & diuites domini de vno limo facti, & pauperes & diuites vna terra supportat, iure verò humano dicitur, hæc villa mea est, & hæc domus mea est, hic seruus meus est. Iura autem humana iura imperatorum sunt. quare? quia ipsa iura humana per imperatores & reges seculi Deus distribuit generi humano. hæc ibi. Sed dicetes, in illis verbis non habetur illa negatiua, quòd distinctio dominiorum, seu proprietas rerum non sit a iure diuino, sed tantum habetur illa affirmatiua, quòd talis

talis distinctio sit a iure humano. modò illa affirmatiua non infert prædictam negatiuam, eo quòd vnum & idem dominium potest alicui competere vtroque inesse habitum est etiam supra quæstione quinta. Dicendum dupliciter. Primò, quòd etiam illa negatiua ibi habetur in hoc, quod dicitur. Nam iure diuino domini est terra & plenitudo eius. Ibi enim nulle probare, quòd non sit illa propriens ex lege diuina. Sed diceres contra: quia illa probatio Augustini non uidetur valere. Vult enim sic arguere, nullus habet dominium diui no iure, nisi Deus. modò si distincta dominia & proprietates, quas habent homines in rebus huius mundi, essent secundum legem diuinam, seu ius diuinum: tunc homines haberent illud dominium, quod est soli Deo proprium. modo hæc probatio æquinocat ius diuinum, & etiam dominium diuinum. patet: quia ius diuinum accipitur dupliciter, secundum quòd ius accipitur dupliciter (ut tactum est in prima suppositione primæ quæstionis) Vno modo pro lege diuina, & hoc modo maior est falsa, quia homines habent aliqua dominia secundum diuinam legem, ut est dominium beneficium, originale, & gratificum, atque euangelicum. & sic minor etiam est falsa, quia non oportet, si homines habent dominium eis conueniens secundum legem diuinam, quòd ergo habeant dominium proprium soli Deo: quia non oportet, quòd tale dominium conueniens alicui secũdum legem diuinam sit Deo proprium. Alio mõ capitur ius, prout idem est, quod potestas, seu dominium. & hoc modo idem est ius diuinum, quod dominium diuinum, & tunc adhuc capitur æquinocè: ut tactum est in prima suppositione quintæ quæstionis. unde ibi. Et si primò illorum modorum accipiatur: maior est falsa, sicut prius, similiter & minor. Sed si secundo modo capiatur, maior est uera, quia sensus est. Nullus habet illud dominium, quòd conuenit Deo, sed tunc minor est falsa. Nam ex hoc, quòd homines haberent ex diuina concessione distincta dominia, non ob hoc haberent illud dominium, quod est in Deo: quia Deus habet dominium per essentiam in rebus, & altissimum atque impendens; homines autem tantum habent participatum, bassum, & dependens. Dicendum, quod ratio Augustini aliter est intelligenda, quàm iam sit deducta, si deberet esse ualida, & hoc sic, supponit enim, quod Deus habet dominium in terra, & omnibus rebus terrenis, & quod sua lege & concessione derinquerit in homines, atque eis concesserit participatum & dependens dominium terrenorum, sed illam legem suam ferendo, per quam eis concessit, non distinxit eis ipsa terrena, ut hæc res sit illius, & hæc illius: sed tradidit ea eis indistinctè, & sic ex diuina cessione non habent distincta dominia. Assumptum autem, scilicet quòd dominus ferendo legem, per quam concessit eis terrena, non distinxerit eis ea, probatur: quia lex diuina, per quam concessit eis ea, habetur in scriptura sacra, scilicet Geneseos primo, pro statu innocentiæ. & Geneseos nono, pro statu naturæ corruptæ; & post diluuii, & tamen talis lex non distinguit, quid cuique debeat esse proprium. Ait enim indistinctè sic Geneseos primo. Ecce dedi uobis omnem herbam afferentem semen super terram, & uniuersa ligna &c. ut sint uobis in escam & cunctis animantibus terræ &c. & Geneseos nono ait. Omnes pisces maris, manui uestræ traditi sunt, & omne quod mouetur & uiuit, erit uobis in cibum, quasi olera uirentia tradidi uobis omnia &c.

Secundò dicendum, quòd etiam ille negatiua habetur in secunda auctoritate, quia eisdem ait Augustinus. Tolle iura imperatoris, & quis audet dicere, hæc uilla mea est, meus est iste seruus, mea est domus hæc ille. Ergo uult, quòd distinctio dominiorum & proprietas sit tantummodo ex iure humano, quia ea sublato tollitur proprietas & distinctio. non est igitur a iure diuino.

Contra istam conclusionem arguitur. Populus Israel habebat dominium distinctum & proprietatem in terra promissionis, adeo quòd verè poterat ille populus dicere, hæc terra est mea, sic quòd nullus alterius hominis: & tamen illud dominium fuit eis datum & concessum a Deo, & non per legem ciuilem. igitur aliqua dominia distincta fuerunt per legem diuinam. Dicendum dupliciter. Primò, quòd conclusio non debet intelligi sine omni exceptione, fallit enim in prædicto casu, qui singularis est: alias enim regulariter loquendo non diuisit Deus distinctè dominia rerum, appropriando res illi, vel illi, sed reliquit eas communes diuidendas hominis constitutionibus & ordinationibus. Vel secundò dicendum, & melius, quòd conclusio loquitur de distinctione dominiorum personalium, qualis habent singulares personæ: vt quòd Ioannes habeat proprietatem equi, Petrus agri &c. Dominium autem populi Israel in terra promissionis non fuit personale, sed concessum toti populo, sic tamen, quòd nullus de illo populo habebat proprietatem alicuius partis illius terræ promissionis, vel partis eius ex diuina concessione, quamuis enim dominus sua ordinatione distinxerit eam tribubus mediantibus sortibus, nulli tamen singulari de populo eam vel partem eius appropriauit: sed dimisit eam distinguendam humana actione singularibus personis: vt patet in libro Iosue. Vnde quòd Caleph, qui fuit singularis persona, obtinuit dominium in hebron, fuit ex concessione humana: scilicet Moysi & Iosue: vt patet Iosue, decimoquarto.

Quinta conclusio. Distinctio dominiorum est tantum secundum legem humanam. Probatur tripliciter.

Primò: quia omnis lex aut est naturalis, diuina, aut humana: sed distinctio dominiorum non est secundum legem naturalem & diuinam, vt probatum est, igitur a sufficiente diuisione erit secundum humanam.

Secundò patet ex eo: quia distinctio dominiorum hic supponit pro dominijs distinctis: qualia sunt ciuilia. modò ex descriptione ciuilis dominij habetur, quòd ei secundum legem ciuilem conuenit, cui conuenit. igitur.

Tertiò probatur per auctoritates duas allegatas in quarta conclusione.

QVAESTIO XI.

EX quo dñorũ distinctio licitè fuit facta, & non nisi per legem positiuam, quæritur, quis & quæ sit modus, quo per legem positiuam talis distinctio fuit iustè facta. Solutio stat in quinque

suppositionibus, & duabus conclusionibus.

Prima suppositio, ad hoc, quòd per legem positivam distinctio dominiorum fuerit iustè facta, sufficit, quòd lex positiua fuerit iusta: quia effectus iustæ legis est iustus. modò distinctio dominiorum facta per legem positiuam est effectus legis positiuæ. igitur suppositio vera.

Secunda suppositio. Ad hoc, quòd aliqua lex positiua sit iusta lex: requiruntur duæ conditiones. Prima, quòd ille, a quo lex fuit lata, habuerit potestatem eam ferendi. Nam sine illa potestate illud, quod per ipsum est dictatum: nec habet rationem legis: nec etiam rationem iustæ legis. Primum probatur: quia lex dicitur a ligando. dictatum autem per eum, qui nõ habet potestatem in me: non habet me ligare: secundum quòd per eum est dictatum. igitur. Secundo probatur: quia lex, quæ imponitur iniustè alicui, non est iusta. modò si quis non habeat potestatem in aliquos: & tamen ferat legem in illos: illa iniustè imponitur illis. igitur. Secunda conditio (quæ regulariter loquendo etiam requiritur) est, quòd ille, a quo est lata: habuerit prudentiam in se, vel in suis. Probatur, quia requiritur ad legem iustam, quòd nihil in ea fit dispositum contra dictamen rectæ rationis, vel æquitatem. modò ad vitandum tale quid requiritur regulariter prudentia, quæ est recta ratio rerum agibilium: idest habitus intellectualis inclinans ad dictandum rectè in agibilibus. Dixi autem notanter: regulariter loquendo. Nam stare, quòd ille a quo lata est lex iusta, non habeat prudentiam: & tamen lex per eum lata nihil contineret iniquitatis: sed omnem æquitatem, sed hoc est tunc casuale & non regulare. Nam carens prudentia potest a casu dictare aliquid, quod omnem continet æquitatem. Dictum etiam est in se, vel in suis: quia non oportet (supple quo ad rationem efficacis legis) iustè semper, quòd ipse, qui tulit legem, habeat in propria persona prudentiam: quia oppositum patet in aliquibus principibus parum vel nihil habentibus prudentiæ, qui tamen habent consiliarios prudentia polleentes, quorum consilio & auxilio condunter leges iustæ. Et hæ duæ conditiones differunt in hoc: quia prima requiritur ad vtrumque. s. ram ad hoc, quòd sit lex, quàm ad hoc, q̃ sit iusta: vt probatum est. Secunda autem tantum ad hoc, quòd sit iusta.

Tertia suppositio. Duplex est potestas, quam vnus homo habet super alios: secundum quod etiam tangit Aristoteles primo Politicæ. Quædam est paterna, quam habet pater super filios inquantum talis, & conuenit sibi lege naturali. Alia est politica, & illa conuenit ei, cui conuenit ex communi consensu eorum, super quos habet eam. Ex hoc enim, quòd aliqui consentiunt, quod aliquis alius ab eis habeat potestatem super eos, ille habet potestatem illam. Et differunt hæ duæ potestates, quia prima ei, cui conuenit, conuenit tãtum super ab eo descendentes, etiam vbicunque illi habitent. Secunda autem tam super ab eo descendentes quàm extraneos: at tamen cohabitantes.

Quarta suppositio. Vtrique potest iustè conuenire, cui conuenit. De prima probatur: quia illa conuenit ex concessione legis naturalis ei, cui conuenit, modo quod alicui legi naturali conuenit, iustè sibi conuenire igitur. Maior probatur, quia filij de lege naturali tenentur obedire patri: secluso etiam omni lege extrinseca, nec illa per aliquam legem fuit reuocata, nec mosaycam, nec euangelicam: sed magis confirmata: & sic etiam vtrunque lege diuina sibi conuenit. De politica probatur: quia si aliqui melius possunt regi per aliquem alium a se: melìusque defendi, quàm si per se regerentur, ac vitibus propijs inniterentur, illi iustè se possunt submittere illi alteri in his, quæ non sunt contra legem naturæ, vel Dei. Modò stat, quòd aliqui melius possint regi & defensari per alium, quàm per se. igitur tales possunt iustè se submittere. igitur etiam alius iustè poterit eis dominari, & per consequens iustè conuenire poterit sibi potestas politica.

Quinta suppositio. Potestas politica duplici modo reperitur, quia aliquando residet in vna persona, vt potestas super regnum Franciæ residet in vna persona, scilicet regis. Aliquando verò residet in vna tota communitate: vt in quibusdam ciuitatibus Italiæ, vbi communitas, vel senatus ciuitatis principatur super ceteros incolas ciuitatis illius. Et si primo modo reperitur, hoc contingit dupliciter, quia aliquando illa potestas conuenit sibi pro se & suis hæredibus, eo quòd hi, qui primum in eam consenserunt, pro se & suis consenserunt, tam in eum quàm in eius posteros. Aliquando verò tantum conuenit sibi pro se, adeo quod eo sublato liberè possunt se alteri submittere, quem elegerint, vt fit hodie in Imperatore Romanorum.

Prima conclusio. Licet videri posset alicui, quod cum res essent primùm omnibus communes, non potuerit postmodum humano genere lapso fieri per legem positiuam iusto modo earum distinctio & appropriatio, tamen oppositum est verum. Prima pars probatur propter tale argumentum. Nam diceret aliquis, lapso humano genere, adhuc natura omnes homines æquales generat, & per consequens nullus habebat potestatem in alios. Modò nullo habente potestatem super alios, non potuit iustè fieri appropriatio lege alicuius hominis, cum illa lex non potuerit iustè super eos ferri per non habentem potestatem. & per consequens quando fuit appropriatio facta, & aliqui fuerunt priuati illis rebus; quarum tamen prius habuerunt dominium, non potuit id fieri iustè. Secunda pars probatur dupliciter. Primò soluendo argumentum. Nam antecedens est falsum, si æqualitas illa excludat omnem potestatem vnius super alium. Nam natura genuerat filium inæqualem patri in potestate, quia genuit eum naturaliter subiectum patri. Secundò ad idem antecedens dicendum, quod quamuis natura genuerat omnes homines æquales, prout æqualitas excludit potestatem politicam, & subiectionem politicam, quia illa potestas & subiectio non est a natura. Attamen nihilominus ex voluntaria subiectione, qua homines se subdiderunt alterius potestati, facta est inæqualitas, vt vnus habeat potestatem talem super alios. Secundò probatur secunda pars conclusionis sic, quia etiam si nullus habuisset potestatem super alium, adhuc potuissent res humanæ politicè fuisse hinc inde distinctæ & appropriatæ. Probatur, quia homines, quibus res fuissent communes, potuissent communi consensu eas distinxisse & appropriasse, & tunc nulla iniustitia, nec

nec iniuria, nec præiudicium fuisset alicui facta: quia volenti non fit iniuria.

Secunda conclusio. Modus, quo per legem positiuam est facta distinctio dominiorum, potuit esse triplex. Probatur. Nam illa distinctio potuit esse facta per aliquod complexum dictatum, aut ab habente potestatem paternam, aut ab habente potestatem politicam, aut per dictatum de communi consensu hominum sine dictatione alicuius alterius habentis potestatem super ipsos, quodlibet autem taliter dictatum potest dici lex positiua. igitur. Maior declaratur exemplariter inducendo. Primò. Nam potuit esse, quòd Adam cum haberet filios post lapsum diuiserit filijs suis terram: dictãs & uolens, quòd hæc esset illius, & alia alterius. Similiter idem potuit Noe post diluuium facere, cum terra esset tota sua & suorum filiorum, & tale dictatum fuit utique lex iusta: quia lata ab habente potestatem super illos, quibus dedit eam legem, & similiter ab habente prudentiam. Similiter & secundò potuit esse, quòd si non esset ulla diuisio facta per patres filijs, illis crescentibus & multiplicatis submississent se homines alicui alteri a patre suo tãquam rectori & defensori suo & principi, uel communitati principanti: & tunc illa dictasset, quemadmodum hæc pars deberet fore illius, alia alterius, & illud complexum dictatum potuisse fuisse lex iusta: vt patet ex dictis. Quòd si diuisio est facta per patres, uel per principantem politicè: non tamen per aliquod dictatum prædicto modo, scilicet quòd hæc pars deberet esse illius, alia alterius, potuit tamen esse facta per aliquod aliud complexum dictatum, scilicet per tale. Quicunque occupauerit prius aliquam rem, quæ in nullius est dominio, habeat eandem in proprietatem, secundum quam legem fuit communiter distinctio facta, & illud dictatum potest dici lex positiua: vt patuit in solutione quarti argumenti in conclusione tertia quæstionis decimæ. Similiter & tertiò, si nec per habentem paternam, nec per habentem politicam potestatem facta est distinctio, potuit tamen esse facta per communem consensum hominum, hoc inquam modo facta est distinctio per Abram & Loth. Genes. 13. quando Abram dixit ad Loth. Ecce uniuersa terra coram te est, si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo, si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam.

QVAESTIO XII.

Vtrum descriptiones usus, & usufructus sint bonæ, quibus dicitur. Vsus est ius utendi alienis rebus, salua rerum substantia. Vsufructus autem est ius utendi & fruendi rebus alienis, salua rerum substantia. Solutio quæstionis stat in octo suppositionibus, & duabus conclusionibus, & sex argumentorum solutionibus. primæ quatuor suppositiones sunt præambulæ ad primam conclusionem, aliæ quatuor ad secundam conclusionem.

Prima suppositio. Vsus capitur dupliciter. Vno modo pro actu utendi, & sic actualis equitatio equi, actualis cohabitatio domus, actualis comestio panis dicitur vsus, & illo modo vsus est res successiua, nec hoc modo capitur, vt est hic diffinitum, sed hoc modo capitur hic, quando diffinitur, idest quando ponitur in diffinitione usus & usufructus, & vsus talis dicitur usus fructi, prout scilicet factum distinguitur contra ius, idest accipitur pro usu, qui est actus, vel factum quoddam, non autem est ius actum agendi, licet possit procedere exilo iure. Alio modo capitur, prout idem est, quod ius exercendi usum primo modo captum, & illud ius distinguitur ab actu utendi, quia unum potest esse sine alterò. Nam cum quis non utitur aliqua re, cuius tamen vsus est sibi concessus: nihilominus tamen habet ius utendi ea. & hoc secundo modo vsus est res permanés, & est formaliter quædam relatio, sicut & ius est relatio capiendo ius, ut captum fuit in prima quæstione, quo modo est genus ad usum & usufructum, & hoc modo capitur hic, quando diffinitur.

Secunda suppositio. Capiendo usum secundo modo, capitur adhuc dupliciter. Vno modo acceptione iuridica, secundum quam ex sui ratione præscindit & excludit proprietatem a suo subiecto, ita quod usus, idest ius utendi aliqua re non compatitur secum proprietatem & dominium perfectum super eandem rem in eodem subiecto. & hoc modo accipiunt usum domini legistæ, quia secundum eos nullus dicitur habere usum alicuius rei, nisi illa res sit aliena, sic quòd proprietas & dominium ad alium spectent, & ratio est, quia ipsi accipiunt usum, prout sibi correspondet seruitus tanquàm correlatio correspondens relationi, sic quòd ex hoc, q̃ quis habet usum alterius rei, correspondet sibi in illo seruitus quædam, qua illa res sibi seruit, secundum eos autem sua res nemini seruit, capiendo seruitutem eo modo, quo ipsi accipiunt. & hoc modo capitur, quando hic diffinitur. Alio modo nõ ita stricta acceptione, qualis est illa iuridica acceptio in doctrina legali usitata: sed largiori, secundum quam non excludit proprietatem, seu dominium prædicto modo, immo ipsum cõpatitur. Nam si quis habeat proprietatem & perfectũ dominium alicuius rei, dicimus eum habere ius utendi illa re sua, & ita habere usum captum pro iure utẽdi, immo uidetur, quod etiam domini legistæ ponunt aliquem usum in eo, qui habet proprietatem rei, loquãdo de usu casuali. Nam scilicet formalis usus præscindatur a proprietate, non tamen causalis. Probatur assumptum. Nam vt patebit, ipsi ponunt aliquem vsumfructum non præscindentem a proprietate, quẽ vocant vsumfructum causalem, qui est realiter ipsa proprietas, vel dominium directum, similiter aliquem usufructum formalem præscindẽtem a proprietate, ut patebit in sexta suppositione, igitur eadem ratione habent ponere duplicem usum, cum omnino sit eadem rõ ponendi utrumque, vt patet intuenti rationem ponendi.

Tertia suppositio. Res, quibus contingit homines uti, sunt duplices, quædam sunt, quarum actualis usus non est earum consumptio, ut domus, equus, ager. Nã postquàm quis est usus domo, equo, agro, uel seruis, nondum est res consumpta, sed adhuc manet, quamuis diuturnus usus illarum rerum dilponat tandem ad consumptionem. Aliæuerò sunt res, quarum actualis usus est earundem consumptio, uel connectam habet statim consumptionem. Exemplum, sicut sunt res comestibiles & potabiles. Nam usus earum est earundem comestio & bibitio, modo tales res comedere & bibere, est eisdem consumere, uel habet earum consumptionem statim annexam, quia eis comestis & bibitis sequitur earundem corruptio & transitus in aliam substan-

tiam. Similiter est de pecunia. Nam vsus naturalis & per se ipsius pecuniæ est eiusdem distractio: est enim finaliter adinuenta: ut sit medium, quo fiant commutationes rerum humano vsui necessariarum, & ita finis eius est, ut transferatur de vno in alium, quæ translatio est distractio: hæc autem eius distractio est pecuniæ cõsumptio: non quidem essentialis, vel substantialis: cum ipsa in materia & forma permaneat longo tempore quamcunque distrahatur per multos: sed est eius consumptio quo ad habentem, qui cum eam distrahit eam consumit quo ad se: quia amplius non retinet eius dominium. Et dixi notanter eius vsus naturalis, & per se est eius distractio. Nã eius vsus accidentaliter sibi conueniens, ad quem non fuit inuenta, potest esse aliud quid, quàm distractio: puta si quis ad ostentationem & pompam, vel gloriam exhibet eam oculis hoim, coram illis eam cõtrectando sine eius distractione: utitur quidem illa pecunia sine eius consumptione: sed talis contrectatio non est eius per se, in quem finaliter est adinuenta.

Quarta suppositio. Capiendo vsum pro iure vtendi, etiam in legali acceptione adhuc accipitur dupliciter. Vno modo propriè: ut sic ad vsum requiritur, quòd res, relpectu cuius quis habet talem vsum, non consumatur per eius actualem vsum, saltem statim: sic quòd eius vsus actualis sit eius consumptio, vel annexam habebat consumptionem de proximo. Alio modo gñaliter: ut etiam se extendit ad impropriam acceptionem, quo modo etiam ius vtendi re, cuius vsus est eius consumptio, dicitur vsus.

Prima conclusio. Descriptio vsus est bona, saluis tribus circunstantijs. Prima, scilicet quòd capiatur vsus pro iure vtẽdi: ut in prima suppositione. Secũda, quòd capiatur pro tali iure, pro quali ipsum accipiunt domini legistæ: ut in secunda suppositione. Tertia, quòd capiatur propriè: ut in quarta suppositione. Probatur: quia conuenit omni contento sub diffinito: & facit diffinitum differre a quolibet alio, & sic de alijs cõditionibus. Cum enim primò dicitur est ius, ponitur eius genus. Ius enim est genus ad vsum, vsufructum, & proprietatem: ut patuit in quæstione sexta, & latius parebit quæstione sequenti. & per illud genus excludit vsus captus pro actu vtendi. Secundò dicitur vtendi. Tertiò dicitur rebus, in quibus duabus clausulis tangitur duplex terminus diffiniti: cum enim diffinitum sit relatio, quia est formaliter ius: ius autem est relatio, congruebat diffinitum describere per suum terminum. Ille autem (loquendo de proximo termino) est actualis vsus: sed res, circa quam talis actualis vsus exercetur, est terminus eius remotus, vnde eo ipso quòd quis habet vsum, idest ius vtendi aliqua re, habet habitudinem, quæ terminatur ad rem illam, vt ad terminum remotum: & ad actualem vsum tanquam ad propinquũ. Vnde in hoc, quòd dicitur, vtendi, excluditur ius, quod habet creditor in pignore: talem enim ius ius non est ius vtendi pignore: immo si eo vtitur, committit furtum, nisi crederet dominum permissurum: sed est ius illud detinendi. Quartò dicitur alienis: quia prędicto modo capiendo nullus habet vsum rei propriæ: quia vsus prędicto modo capto correspondet pro correllatione seruitus ipsius rei: ita quòd sicut habens usum, habet ius respectu rei, saltem quo ad actum vtendi exercendum circa eam: sic econtra, rei tali inest seruitus correspondens prædicto vsui. Modò secundum dominos legistas nulli res sua seruit. Vnde secundò eos in rebus reperitur duplex seruitus, scilicet personalis, & realis. Personalis est, quando res seruit rei animatę, puta homini: ut cum habeo ius transeundi per agrum, vel ortum tuum, ortus tuus seruit mihi. Realis autem est, quãdo res inanimata seruit rei inanimatæ: ut ager agro prædium prædio. Quintò dicitur salua rerum substantia: quia vsus, vt hic capitur, est ius vtendi rebus, quarum actualis vsus non est earum consumptio. & per cõsequens oportet, quòd sit ius eis vtendi saluacarum substantia. Dictum est notanter in conclusione, saluis tribus circunstantijs: quia secus accipiendo, quàm illę circunstantiæ sonent, diffinitio non esset bona: ut probãt quatuor sequentia argumenta.

Primò arguitur. Illa diffinitio non conuenit actuali equitationi equi, in quo tamẽ etiam est vsus. igitur. Respondetur non est vsus eo modo, de quo dicit secunda circunstantia: & vt legistę capiunt.

Tertiò arguitur. Illa diffinitio non conuenit iuri comedendi & bibendi res comestibiles & potabiles: quia illud ius non est ius vtendi illis, salua earum substantia: & tamen ius eis vtendi est vsus. Respõdetur, nõ est vsus, quo modo legistæ accipiunt: ut hic diffinitur.

Quartò arguitur. Vsus pecuniæ non est vsus: ut hic diffinitur. & tamen diffinitio iam posita sibi conuenit. igitur diffinitio conuenit alteri a diffinito. Maior probatur: quia vsus, vt hic diffinitur, tantum consistit circa res, quarum vsus non est earum consumptio. Vsus autem pecuniæ est eius consumptio. igitur. Minor probatur. Si habeã ius pecunias tuas contrectandi in oculis hominum ad pompam, vel ostentationem: eo quòd eas mihi locasti, iam habeo ius vtendi rebus illis alienis salua rerum illarum substantia. Dicendum, maior est vera de naturali vsu pecuniæ, ad quem est per se ordinata, quæ est distractio, & de tali vsu minor est falsa: quia tali conuenit diffinitio prędicta. Nam talis vsus est eius consumptio. Si autem loquimur de actuali vsu pecuniæ, maior est falsa, & minor vera. Sed pro secunda conclusione ponenda sequuntur aliæ quatuor suppositiones. est ergo.

Quinta suppositio: sicut vsus fuit acceptus dupliciter: ut in prima suppositione, ita etiam vsufructus. Nã primò capitur pro actu vtendi & fruendi rebus. & sic capitur, quãdo ponitur in diffinitione. Alio modo pro iure vtendi & fruendi, & sic capitur quando ponitur pro diffinito.

Sexta suppositio. Sicut vsus captus pro iure utendi fuit acceptus dupliciter: ut in secunda suppositione, ita etiam usufructus. Nam aliquando capitur, prout prescindit a proprietate, & sic nullus habet usufructum alicuius rei, cuius ipse idem habet proprietatẽ: sed oportet quòd proprietas illius rei sit alterius. Vnde secundum dominos iuristas, si habeo usufructum alicuius rei: ut viridarij, si postea, pereuente proprietas eiusdem rei, scilicet viridarij ad me, expirat usufructus. & hoc modo capitur hic. & ille usufructus vocatur formalis

lis, & aliqñ dicitur pars dñij, eo q̃ vsufructuarius loco dñi habeatur: quia fructus ei tanquàm dño acquiruntur: sed in veritate non est pars dñij sm Host. Alio mõ prout non præscindit a proprietate, quomõ diceremus (etiam sm dominos iuristas) habentem proprietatem alicuius rei & habere vsumfructum eiusdem, quia potest eadem vti & etiam frui. & ille ab eis dr̃ causalis, quod intelligi põt sic: quia habens proprietatem alicuius rei habet eoipso ẽt virtualiter vsumfructum: quia potest rõne proprietatis eius transfundere in alterum ius vtendi & fruendi illa re.

Septima suppositio. Quod hic non capiuntur actus vtendi & fruendi illo modo, quo in primo sententiarum. dist. 1. capiuntur: quomodo sunt actus voluntatis eliciti, quib. voluntas amando inhæret alicui rei. s. uel pp alterum, qualis est actus vtendi, vel pp se; qualis est fruitio. Alioquin nullus hõmo diceretur habere ius fruendi quacunque creatura, quia nullus homo habet ius diligendi aliquam creaturam pp semetipsam: cum perueruntissimum sit frui creaturis sic capiendo frui, & p consequens nullus habet ius id agendi. sed capiuntur hic p actib. exteriorib. qui nati sunt exerceri circa alias res. & illo mõ actus vtendi & fruendi differunt: quia tunc dr̃ quis in ꝓposito posse vti aliqua re, quando actum natum exerceri circa eam exercere põt dunxaxat in sui vilitatem, seu vtilitatem illius rei in se solũ conuertere. Sed tunc dr̃ frui eadem, qñ non tñ illum actum exercere potest circa eam in sui vtilitatem: sed etiam potest vtilitates eiusdem conuertere in alterum. exempla autem postea patebunt desuper.

Octaua suppositio. Sicut vsus captus pro iure vtendi etiam præscindente a proprietate fuit captus dupliciter in quarta suppositione, ita etiam vsufructus captus pro iure vtendi & fruendi etiam præscindente a proprietate. Nam capitur aliquando propriè, & sic non consistit nisi in rebus, quarum vsus non est earundem consumptio, & ille vsufructus vocatur verus, & de illo hic loquimur. vnde constituitur in fundo rustico & vrbano, in ædibus & seruis, & iumentis, & cæteris rebus etiam sterilibus. Alio modo impropriè, prout etiam ius vtendi & fruendi rebus, quarum vius est earum cõsumptio, dicatur vsufructus. & sic non capitur hic, & ille dicitur quasi verus. Vnde vtilitatis cã receptum est, vt ẽt in his, quæ vsu consumuntur constitui possit vsufructus quasi verus, vt in pecunia, vino, oleo, frumẽto, & in similibus.

Secunda conclusio. Descriptio vsufructus est etiam bona: si saluentur tres circunstantiæ. Prima, quòd capiatur hic vsufructus pro iure, vt in quinta suppositione. Secunda, quòd capiatur pro tali pro quali domini legistæ ipsum accipiunt: vt in sexta suppositione. Tertia, quod capiatur propriè, vt in octaua suppositione. Probatur: quia continuit omni contento &c. vt supra. Cum enim dicitur primò, est ius, ponitur eius genus, vt supra, & in hoc, quod vltra vtendi ponitur etiam fruendi, distinguitur vsufructus ab vsu, quia vsus ex sui ratione non habet in se, quod sit ius fruendi, sed vsufructus ex sui ratione habet, quod sit tam ius vtendi, quam fruendi rebus, quarum quis habet vsumfructum. Et hæc differentia vsus & vsufructus declaratur tribus exemplis. Primum, si tantum vsus viridarij sit tibi relictus, rosas & flores viridarij poteris carpere ad vsum tuum, sed alteri non poteris vendere, aut donare. Sed si vsufructus sit tibi relictus, potoris rosas & flores alteri donare, vendere, & etiam ad vsum tuum retinere. Secundum, si in aliquo horto sit tibi legatus tantum vsus, poteris quidem vti oleribus horti ad tuum vtum quoridianum: non autem vltra quàm tibi necessarium sit capere: nec alteri de oleribus illius horti vendere, vel donare, sed si quis tibi concessit vsufructum horti, poteris vti illis oleribus, pro te & etiam alijs vendere, & donare. Tertium exemplum. Si tibi concessi vsum gregis mei, poteris quidem grege meo vti ad stercorandum tantum: sic quòd non poteris capere lac, lanam, vel fœtum gregis, immo nec poteris stercorare, nisi agrum tuum. Sed si tibi concessi vsufructum gregis mei, poteris non solum stercorare agrum tuum: sed etiam alterius, & non tantum stercorare, sed etiam capere lanam, lac gregis mei: & non tantum pro te, sed etiam alteri illa vendere, vel donare, & non tantum lac & lanam, sed etiam fœtum gregis, quia in iumentis & pecudibus, & generaliter in quolibet animali irrationali fœtus computatur in fructu, secus autem in animali rationali, puta in ancillis. Nam fœtus, vel partus ancillæ non pertinet ad vsufructuarium: adeo quòd si tibi concessi vsufructum ancillæ, non ob id poteris partum eius capere, sine pro te, sine illum alteri donando, vel vendendo, licet possis operas ancillæ conuertere in tuam vtilitatem, atque a lijs illas operas concedere locando. Et ratio diuersitatis est inter animalia rationalia & irrationalia, quia natura extimauit absurdum, quod homo deberet esse in fructu, ideſt computari pro fructu, vel dici fructus, cum natura omnes fructus gratia hominis comparauit, hæc tamen ratio non militaret apud theologos: cum etiam Christus dicatur fructus ventris beatæ virginis.

Tertiò dicitur, alienis, quia nullus habet vsumfructũ rei propriæ, vt hic capitur, vt patet ex dictis in prima conclusione.

Quartò dicitur, salua rerum substantia, quia in rebus vsu consumptibilibus nunquàm constituitur vsufructus propriè captus, nec debet illa vltima clausula sic intelligi, salua rerum substantia, ideſt præstita cautione de saluanda substantia, quasi cautio sit de ratione & descriptione vsufructus, quia non est de ratione, vel quiditate vsufructus, quod præstetur cautio. Sed sic debet exponi secundum Hostiensem, ideſt, dummodo non pereat substantia, quasi dicat, ita debet vti & frui, quod non consumat substantiam rei. vel si hoc non placet, exponatur sic, salua &c. ideſt usufructus consistit in rebus, quarum vsus non est earum consumptio. Et si quæratur, vbi est subiectum illa cautiua, quæ vocatur vsufructus? Respondetur, est in ipso homine vsufructuario. nam est in illo, quod denominatur per eam, sicut relatio est in suo fundamento, vel subiecto. Et si dicatur, vsufructus est ius in corpore quo sublato etiam ipsum tolli oportet, vt. ff. eodem lege prima, & institutio. eodem, in principio, & per corpus intelligitur res ipsa, cuius, vel circa quam quis habet vsumfructum. Respondetur, non debet intelligi, quòd sit formaliter

maliter & inhesiuè in tali re: quia tunc esset in duobus subiectis: quia tam probatū est, quòd sit in vsufructuario. Item non denominat ipsam rem, circa quam vsufructus habetur. igitur. Contra istam descriptionem arguitur tantum dupliciter, quāmuis obijci possit consimilibus argumentis illis, quibus obiectum fuit contra diffinitionem vsus, quorum solutiones etiam similiter patebunt ex suppositionibus.

Primò arguitur sic. Ex descriptione vsufructus sequitur, quòd vsus possit vniuersaliter prædicari de vsufructu, vt illa sit vera. omnis vsufructus est vsus: quia descriptio vsus potest vniuersaliter prædicari de descriptione vsufructus. Nam illa est vera. omne ius vtendi & fruendi alienis rebus salua rerum substantia, est ius vtendi alienis rebus salua rerum substantia. consequēs autem est inconueniens: quia vsus & vsufructus distinguuntur & differunt. Dicendum, quòd vsus etiam captus vt prius descriptus est, capitur, vel consideratur dupliciter. Vno modo sine præcisione, vel exclusione fructus, & sic verè & vniuersaliter prædicatur de vsufructu: vt probat argumentum: nec hoc modo capiendo vsum, differt vsus ab vsufructu: vt species a specie, vel disparatum a disparato: sed tantum vt genus a sua specie: quia tunc vsus est genus ad vsufructum: sicut animal ad hominem. vnde tunc vsufructus includit vsum, sicut homo includit animal. ideo omnis habens vsufructum alicuius rei habet etiam vsum eiusdem. Et huic concordat, quod dicunt domini iuristæ dicentes. Si alicui legatur vsufructus deducto vsu, nihil valet legatum: quia verba repugnantia reperiuntur in legato. Ista autem repugnantia non est ex alio, nisi quia de necessitate sequitur. Ille habet vsufructum. ergo habet vsum. verumtamen (sicut ipſi dicunt) si aliquis simpliciter legauit vsufructum, & postea ademit vsum, valet legatum: quia habuit bonum initium: sed tamen ademptio dicitur nulla. Alio modo consideratur, vel capitur cum exclusione, seu præcisione fructus, ita quòd vsus est tantum vsus, idest est ius tantum vtendi rebus &c. & sic distinguitur ab vsufructu, adeo quòd vnum non verè prædicatur de alio: quia si tunc diceretur vsufructus est vsus: sensus esset. vsufructus est tantum vsus, idest ius tantum vtendi, & per consequens non fruendi. & sic vsufructus non esset vsufructus, quod implicat. sicut si animal caperetur p illo, quod tantum habet animam sensitiuam, non verè diceretur de homine, nec econtra homo de animali. Et vsus hoc mō captus vocatur a dominis iuristis vsus nudus, non per denudationem a iure vtendi: sed per denudationem a iure fruendi.

Secundò arguitur. Illa descriptio conuenit dominio vtili: sed dominium vtile distinguitur ab vsufructu. igitur conuenit alteri a diffinito. Maior probatur: quia dominium vtile est ius vtendi & fruendi alienis rebus, salua rerum substantia. Probatur exemplariter per singulas clausulas. Nam dicimus emphytentam habere dominium vtile illius tertulæ, quam accepit in emphyteusim: & in eo, quod habet ei dominium vtile, habet ius vtendi illa tertula atque fruendi: quia fructus eiusdem tertulæ potest capere in sui vtilitatem: & cum hoc eosdem, prout voluerit, distrahere vendendo, vel donando. Item etiam tertula talis est dicenda res aliena respectu ipsius: quia non est sua per proprietatem: quia tūc haberet dominium directum eiusdem: quod est falsū: quia illud manet apud dominum. Similiter illa tertula salua manet in substantia, quando ea vritur, vel fruitur. Minor autem probatur, quia nemo dicit vsufructuarium esse dominum rei, cuius habet vsufructum: & tamen si esset idem cum dominio vtili, ipse diceretur etiam dominus rei. Item qui est dominus, vel habet dominium rei, potest eandem rem in substantia vendere & distrahere. Modò vsufructuarius nunquàm potest rem ipsam in substantia vendere, vel donare: licet fructus eius possit vendere. immo etiam vsufructuarius non potest vēdere ius suum, scilicet ipsum vsufructum secundum Host. Dicendum ad hoc argumentum per duas solutiones. Prima est, negando præsuppositum, quòd sit aliquod dominium vtile in rerum natura. vnde non debet dici, quòd emphyteuta, vel vasallus habeat dominium vtile in re emphyteutica, vel feudali: & sic non conuenit diffinitio alteri a diffinito. Antecedens videtur fuisse illius, quem Hostiensis vocat suum dominum. Nam Hostiensis in summa, in titulo de feudis, in capitulo, quod ius acquiratur vasallo, mouet inter alia talem quæstionem. Vtrum vasallus habeat dominium in re, saltem dominium vtile: & arguit ibi q sic: postea in contrarium, tandem non soluendo argumenta pro vel contra, dicit. Quicquid tamen superius allegatum sit: satis videtur posse dici, quòd habeat vtile dominium, & addit dicens. Sed dominus meus dicit, quòd utile dominium est chimera. Hæc ille. Nec valet argumentum, vasallus habet vtilem actionem, & tā quàm dominus posset rem quasi vendicare, igitur habet vtile dominium. Datur enim instantia in eo, cui datur publiciana, & tamen tali nec directum, nec vtile dominium conuenit. vide ibidem. hæc de prima solutione. Ne tamen recedatur a modo loquendi communi, ponentium aliquod dominium esse vtile tāum distinctum a directo, & etiam ab vsufructu, posset poni secūda solutio, per quam posset etiam dictum illius primæ solutionis habere veritatem, & cum hoc dici, quòd esset aliqua distinctio dominij vtilis ab vsufructu. Diceretur ergo sic, quòd si dominium vtile dicat aliquod ius, quod intrinsecè sit aliquod aliud ius, quàm sit vsufructus, sicut dicit quid aliud a dominio directo seu p prietate, tunc dominium vtile nihil est, quia utique nō apparet, quòd illi, de quibus dicere solemus, quòd habeant non præcise vsufructum. immo habeant vtile dominium, puta emphyteuta & vasallus habeant aliquod ius, quod intrinsecè sit, & quidditatiuè, aliud ius quàm haberent, si essent usufructuarij. Habent enim ius utendi & fruendi re emphyteutica & feudali, & non plus, quia non proprietatem. & hoc idem intrinsecè & non amplius (quantum est de intrinseca ratione) haberēt, si essent tantum usufructuarij in illis rebus. Si igitur dominium vtile debet esse aliquid, tunc illud dominium est impropriè dictum dominium, ita quòd intrinsecè nihil est vltra vsufructum, sed in extrinsecis circumstātijs bene distinguitur ab vsufructu. Hæ autem circumstantiæ multæ sunt, secundum quod dominium vtile multipliciter reperitur & diuersis modis in vasallis & etiam in emphyteutis. Vna autem circumstantia diuersificans est. Nam tunc illud ius dicitur propriè loquendo dominium vtile, quando habens ipsum potest non tantum vendere fructum illius rei & distrahere, sed etiam

etiam ipsam ius potest vendere, quomodo reperitur in emphyteuta & vasallo: sed quādo non potest illud vendere, sed solum fructus: tunc retinet sibi nomen commune, scilicet vsufructus. Item dominium vtile est diuturnius vsufructu, vnde in locatione longi temporis transfertur dominium vtile in conductorem: secus in locatione modici temporis, prout vult Panor. in c. ex literis. de iurepatrona. sed illa non arguunt distinctionem intrinsecam specificam: sicut albedo diuturna nō distinguitur specie ab albedine vnius diei. Aliquando etiam per talem circumstantiam extrinsecam distinguitur: quia habens vtile dominium habet illud perpetuò: ut in emphyteuta & vasallo: vsufructuarius autem ad tempus: sed nec hæc extrinseca circumstantia distinguit vniuersaliter: quia etiam possunt ambo illa iura esse temporalia, & ambo etiam extendi ad hæredes & esse perpetua: quia vsufructus acquiritur ex concessione aliquando temporali, aliquando perpetua. sic etiā emphiteuticum ius aliquando acquiritur temporali concessione, aliquando perpetua. Et per hoc solueretur argumentum. Dicendum enim, quòd non est inconueniens, quòd conueniat dominio vtili: quia illud est intrinsecè idem cum usufructu: licet extrinsecè distinguatur ab eo: descriptiones autem dantur secundum intrinseca. Item quòd dominium vtile, quale dicitur vasallus habere, nihil iuris addit vltra vsufructum: quantum est de intrinseca ratione vsufructus. Posset etiam philosoficum & methaphisicum argumentum ad idem adduci: quia tam dominium vtile, quàm vsufructus nō sunt nisi relationes quædam fundatæ in homine in ordine ad aliquam rem vtilem. modò illæ relationes habent idem fundamentum, & eundem terminum. igitur etiam ipſę relationes sunt eędem: quia ex extremis solemus arguere distinctionem & identitatem relationum. Hoc tamen argumentum posset pati instantiam: quia aliquando inter eadem extrema reperiuntur distinctæ relationes etiam genere: ut distinctio & distantia inter A. & B. quia prima est intrinsecus adueniens: secunda non. Aliter tamen etiam eorum distinctio patere potest ex descriptione feudi, quam dat Hostiensis in titulo de feudis, cap. 1. vbi sic dicit in secunda descriptione. Feudum est illud beneficium, quod ex beneuolētia alicuius ita traditur alicui, quòd proprietate eius rei, quę in feudum datur, remanente apud dantem, vsus & vsufructus eiusdem rei ita ad accipientem transeat: ut ad eum, hæredesque suos masculos & feminas, si de eis nominatim dictum fuerit, imperpetuum pertineat ad hoc: ut ipse, siue eius hæredes fideliter domino seruiant: siue illud seruitium nominatim dictum fuerit a domino, quale esse debeat, siue indeterminatè sit promissum. Hæc ille. Ex quibus verbis patet, quòd tantum superaddit aliqua extrinseca rationi vsufructus. Vnde arguitur sic. In vasallum transfertur vsufructus, quando sibi conceditur feudum. igitur est vsufructuarius quantum est ex intrinseca ratione vsufructus: licet aliqua superaddātur, propter quę accepit nomen vasalli relicto nomine usufructuarij.

QVAESTIO. XIII.

Qualiter differunt & conueniunt usus & usufructus inter se? Respondetur, quòd conueniunt triplici conuenientia. Prima: quia si usus accipiatur, prout non excludit usufructum, usus cū genus ad usufructum, & sic conueniunt sicut genus & species. Secunda: quia sic accipiendo usum sunt species eiusdē generis: subalternatim tamen positę: quia ambo continentur sub illo genere, quod est ius, quod prædicatur de utroque, & est in plus ad ea: ut in sequenti quæstione patebit. Tertia: quia si etiam accipiatur, ut usus præscindit a fructu, conueniunt, sicut duæ species eiusdem generis nō de seinuicem prædicabiles. Prima autem differentia est: quia capiendo ut in prima conuenientia, differunt, sicut genus & species. Secunda, capiendo ut in secunda conuenientia, differunt, sicut duæ species subalternatim positæ. Tertia: quia capiendo ut in tertia cōuenientia, differunt si cut duę species nō de seinuicem prædicabiles. Quarta autem eorum differentia patuit in secunda conclusione per tria exempla.

Et si queras, qualiter se habent per conuenientiam & differentiam usus & usufructus ad illa quatuor, scilicet ad ius, dominium, proprietatem, & possessionem. Respondetur per quatuor dicta: sicuti quæstio quærit de quatuor. Primum, usus & usufructus habent se ad ius: licut species ad suum genus. probatur. Nam ius de vtroque eorum quidditatiuè prædicatur non convertibiliter. est etiam in plus, quàm sit usus, vel usufructus: prædicatur etiam de alijs, quam de illis: quia etiam de proprietate & possessione: ut patebit, quid autem sit ius, patuit. q. 1. Secundum dictum, usus & usufructus habent se eodem modo ad dominium sicut ad ius, & hoc capiendo dominium generaliter: si autem capiatur strictè, habent se ad dominium: sicut se habent ad proprietatem. Prima pars dicti probatur. Nam si capiatur dominium generaliter, conuertitur cum iure, & quòd aliquādo possit sic accipi, probatum est in quæstione prima. & hoc modo usus & usufructus essent species dominij sicut iuris: & etiam hoc modo capiendo dominium, fuit dominium diuisum in dominium imperfectum, quod comprehendebat usum & usufructum, & in dominium perfectum, quod comprehendebat proprietatem: ut patuit quæstione 6. Secunda pars dicti probatur: quia stricte capiendo dominium: idem est, quod ius simpliciter dictum, quod ille habet in aliqua re, qui habet in ea simpliciter ius, adeo quòd potest eam alienare, distrahere, uendendo, donando, destruendo, & consumendo, & tale ius est proprietas: ideo dominium strictè caprum est idem, quod proprietas. ideo sicut se habent usus & usufructus ad proprietatem (quæ habitudo iam explanabitur) ita se habent ad dominium. Tertium dictum usus & usufructus se habent ad proprietatem, & econtra: sicut species distinctę non subalternatim positę sub eodem genere, quod etiam uniuersè de eis profitetur: licet secundum perfectius & imperfectius. Probatur: nam omnia illa tria sunt species iuris: ius enim dividitur & descendit in ea sicut in suas species, & hoc tali modo. Nam ius (ut hic accipimus: sicut & diffinitum fuit quæstione prima) sic diuiditur. quoddam est ius secūdum quid, vel imperfectum, & quoddam est ius simpliciter dictum & perfectum. Primum dicitur illud, quod sic se habet, quòd habens ipsum non habet facultatem præcisè in rem ipsam quo ad sui substantiam, adeo quòd nec potest illam rem consumere, nec distrahere uendendo, donando, & sic de alijs. sed tantum habet

ius

ius in vsum ipsius rei: sic quòd vtilitatem eiusdem potest capere. & illud ius habet illas duas species, scilicet vsum & vsufructum. Secundum autem dicitur illud, quod sic se habet, quòd habens ipsum habet facultatem etiam in rem ipsam quo ad eius substantiam, adeo quòd potest illam rem consumere, vel distrahere eam vendendo, & donando alteri, & illud vocatur proprietas, & cuilibet illorum conuenit descriptio iuris, & vni aut de eis prædicatur, & hoc secundum perfectum & imperfectum: quia primum est ius imperfectum, secundum autem est perfectum. hæ etiam tres species sic se habent, quòd non reperiuntur in eodem subiecto respectu eiusdem rei, eo quòd nullus idem habens proprietatem alicuius rei habet eiusdem rei vsum vel vsufructum, ioquendo de vsu & vsufructu formali.

Quartum dictum, vsus & vsufructus se habent ad possessionem, etiam sicut species distinctæ, non subalternatim positæ sub eodem genere. Nam omnia illa tria sunt species iuris: ponitur enim in descriptionib. omnium illorum trium, vt patuit de primis duabus, & de possessione patebit in sequenti quæstione. Vnde & possessio est quoddam ius: qui enim iustè possidet aliquam rem, habet ius aliquale in illa re, scilicet ius eam detinendi.

QVÆSTIO. XIIII.

Vtrum descriptiones proprietatis ac possessionis fiat bene positæ, quibus dicitur. Proprietas est dominium rei iustis modis quæsitum. Possessio est corporalis rei detentio corporis & animi, iuris adminiculo intercedente. Solutio fiat in tribus cõclusionibus, & octo argumentorum solutionib.

Prima conclusio. Diffinitio proprietatis non esset bona, si caperetur dominium generaliter, vt scilicet cõuertitur cum iure: quia tunc conueniret etiam vsui & vsufructui: nam vtrunque illorum esset hoc modo dominium. i. ius rei iustis modis quæsitum, & tamen nec vsus, nec vsufructus est proprietas.

Secunda conclusio. Descriptio proprietatis esset bona, si caperetur dominium stricte pro eo dominio atque iure, quod est simpliciter ius in re. Nam nullus habet simpliciter ius in re, nisi habeat proprietatem in ea & tunc excluderetur vsus & vsufructus: quia neutrum est ius simpliciter in re: sed solum est ius secundum quid, id est ad vtendum, vel fruendum re. Vnde vsuarius & vsufructuarius non dicuntur domini rei, in qua habent vsum vel vsufructum, saltem stricte loquendo. Contra diffinitionem proprietatis.

Primò arguitur. vsurarius habet proprietatem in incremento vsurario: & tamen illi proprietati non conuenit prædicta diffinitio: quia non iustis modis acquisiuit eam. igitur. Maior probatur dupliciter. Primò: quia plusimi doctores tenent, quòd dominium vsuræ transfertur in vsurarium. Secundò patet ex eo, quòd vsurarius potest rem acquisitam per vsurarium mutuum vendere, permutare, aut aliàs alienare, dummodo non faciat se impotentem ad restitutionem, aliàs se queretur, quòd non possemus talibus aliqua vendere. pata pannos, prædia, & huiusmodi. Dicendum, maior est vera apud aliquos: tam iuristas, quam theologos. sed de hoc alibi. & sequendo tales, argumentum probaret descriptionem nõ esse nalidam, sed quia multi tenent contrarium maioris. ideo sequendo eos, argumentum non probat propositum: quia maior negatur cum suis auctoribus. Ad probationem dicendum, quòd non sequitur, ille potest illam rem alienare. igitur habet proprietatem in ea. Nam in aliquibus casibus etiam raptor potest alienare rem raptam vt pecuniam raptam dando eam in eleemosynam. Vnde Alex. in quarta parte summæ. quæstio. 110. membro 2. ait, De pecunia habita per vsuram, vel furtum potest fieri eleemosyna, si raptor, vel usurarius proponat restituere ac equipollentem, & habeat unde restituat, ut si dando non reddat se impotentem ad restituendum. hæc ille. & tamen etiam fur nõ habet proprietatem in re furtiua, nec raptor. Præterea etiam illos sequendo dicerur, q̃ usurarius non potest rem usurariam alienare regulariter loquendo, sicut nec fur: sed de hoc latius patebit. q. 69.

Secundò arguitur, meretrix habet proprietatem in precio meretricij: & tamen descriptio non conuenit illius proprietatis quia non iustis modis quæsiuit eam: quia per peccatum. Respondetur, licet meretrix acquisierit proprietatem precij per actum iniustum, scilicet per fornicationem: non tamen per acceptionem iniustam, hoc est, accipiendo precium non peccauit: licet id, pro quo accepit, fuerit iniustum. sufficit igitur ad salúdam diffinitionem, quòd dominium sit acquisitum acceptione, quæ non sit iniusta, seu cui acceptioni non resistit lex. & sic est in acceptione precij meretricij: quæ acceptioni non resistit lex diuina nec humana: licet fornicationi, pro qua accepit, resistat lex diuina. Contrarium est in usurario: nam actui, pro quo accipit, scilicet actui mutuandi non resistit lex: quia non prohibetur aliquis mutuare proximo. immo consulitur, atque in certo casu præcipitur: sed acceptioni incrementi pro eodem actu resistit lex diuina prohibens receptionem. ideo nimirum, quòd non conquirat usurarius proprietatem in incremento. Vnde si requireretur ad proprietatem, quòd non solum acceptio rei esset iusta: sed etiã omnes actus precij essent iusti, sequeretur, quòd mercatores tenentes diebus prohibitis merces non acquirerent proprietatem in precio earundem, etiam quantumcunque moderatum accipierent, eo q̃ mediãte pecato acquirunt illud. Idem sequeretur de eisdem, quando cum mendacijs & periurijs uenderent etiã pro moderato, & iusto precio.

Tertiò arguitur. In descriptione est nugatio: quia in ratione dominij includitur, quòd iustis modis conueniat ei, cui conuenit quia in descriptione dominij etiã generaliter capti dicitur, est facultas propinqua assumendi res secundùm iura, uel leges rationabiliter institutas. Item in descriptione iuris est facultas propinqua conueniens alicui secundùm dictamen primæ iustitiæ. Dicendum, quòd illa clausula ponitur ad maiorem explicationem: nec illa additio inducit nugationem, quin tollatur per illam regulam. Equinalens geminis &c.

Tertia conclusio. Descriptio possessionis posita uidetur aliqualiter bona, probatur per conditiones bonæ descriptionis: soluendo argumenta possibilia contra eam fieri, & declaratur per singulas clausulas. Primò enim dicitur detentio, quæ ponitur loco generis, & hoc congruè: quia secundùm iura possessio dicitur quasi pedum sessio, vel positio. Secundò dicitur corporis & animi, idest illa detentio non debet tantùm fieri corporeè, sed etiam animo. & econtra: nam si corporaliter rem aliquam comprehenderet: si non id ageret ex animo volendi eam possidere, non esset illa detentio dicenda possessio. Vnde animalia irrationalia, eo quòd animum possidendi non habent, non acquirunt possessionem rei: nec dormientes, nec furiosi acquirere possunt possessionem: licet acquisitam per eos tempore, quo ratione vrebantur, retineant. Similiter econtra, si rem aliquam apprehenderem solo animo: puta quantum in me esset, vellem eam tenere: nec tamen corporaliter eam contingerem, nec contigissem, per me vel aliam: modo quo nata est acquiri, possessionem dicerer illam rem possidere, vel acquisisse possessionem. Tertiò dicitur rei corporalis: quia secundùm dominos iuris iurisdictiones incorporalia non possidentur, nisi generaliter, vel largè loquendo: sed quasi possidentur. Exemplum ut ius percipiendi annuum censum, vel redditum est quid incorporale. Quartò dicitur iuris adminiculo intercedente: quia quamuis aliquis insisteret alicui rei corporeè & animo: si tamen non habet iuris adminiculum, scilicet habebat ius ei sic insistendi, non dicitur possidere. Vnde si ius ei obsuet, vel non adsit, non dicetur possidere. & hoc aliquando est propter rem ipsam: ut si res ipsa sit sacra. hæc enim nec ab ignorante, nec a sciente possidetur. Contra illam descriptionem, quam ponit dominus Hostien. & fuit data per Azonem.

Primò arguitur sic. prædicta vocantur possessiones: & tamen illis non conuenit ilia diffinitio: quia nõ sunt detentiones rei corporalis. quia sunt mere res corporeles detente &c. Respondetur, possessio aliquando capitur materialiter pro materia, circa quam versatur possessio, scilicet pro re possessa. & hoc modo prædia sunt possessiones: sed sic non diffinitur hic. Alio modo formaliter pro quodam iure, quod quis habet circa prædia, vel alias res corporales, & sic diffinitur hic.

Secundo arguitur. si possessio est quædam species iuris ut dictum fuit & in præcedenti quæstione dictum est. igitur pro suo genere debet poni ius. non igitur detentio. Respondetur, in descriptione formali debet poni genus pro prima parte diffinitionis. sed in causali non oportet. hic autem est descriptio causalis, seu prædicatio causalis: cum dicitur, est detentio. & resolui debet in formalẽ hoc modo, ideſt est ius quoddam, quod acquiritur per detentionem: & illud ius derelinquitur in detinente prædicto modo: etiam cessante corporali detentione, quòd enim non sit formalis prædicatio: probatur: quia tunc cessante detentione sienda corporis & animo, esset possessio. sicut cessante animali cessat homo. sed non est falsum: quia postquã accepi possessionẽ domus per corporalẽ actum, & animo factum circa domum: si postea corporaliter eidem non insistã: non ideo perdidi possessionem: immo adhuc dicor habere possessionem vel esse in possessione domus, aliàs quis infinities perderet & reacquireret possessionem eiusdem rei. Quod autem formali prædicatione sit quoddam ius, ostendunt aliæ descriptiones possessionis ab aliis datæ. Secunda ergo est, quam dedit Ioan. di. Possessio est ius quoddam rem retinendi sibi. Tertia, quam dedit Azo in primis annis studij sui, est ius quoddam,

quo quis rem corporalem verè vel interpretatiue sibi habebat. Quarta, quam dedit Iacobus de Aretio, est ius quoddam quæsitum ex corporalis rei apprehensione corpore & animo, & iuris adminiculo concedente. Quinta est Bar. & est ius insistendi, rei non prohibitæ possidere. Et in hoc, quòd dicitur insistendi, distinguitur possessio a dominio, & ab vsufructu. Nam dominium est ius vendicandi & disponẽdi de re ad libitum. Similiter per hoc distinguitur ab vsufructu: quia ille est ius vtendi & fruendi. inter illas autem descriptiones prima est causalis, & exprimit modum, per quem diffinitum acquiritur: non autem dicit, quid formaliter sit. Aliæ autem sunt formales, dicentes, quid sit formaliter & quiditatiuè possessio: quia dicunt, quòd sit quoddam ius. Et quarta ex illis dicit istum in generali quid sit formaliter possessio: quia dicit, tantum modo ipsam esse ius, & vnde causetur: sed non dicit effectum illius iuris, qui effectus est terminus, in quem terminatur ius sicut relatio terminatur in suum terminum: sed aliæ quatuor etiam exprimunt effectum & terminum eius: quia illud ius habet pro effectu & termino hoc, quòd est insistere rei: licet nõ exprimant omnes effectus eiusdem. Est enim alius effectus illius iuris, scilicet possessionis: quòd ipsum natum est inducere acquisitionem dominij, & eorum, quæ ex eo sequuntur. Item alius & tertius est, quòd ipsum natum est producere interdictum, quod pro recuperanda possessione dari cõsueuit. Illos igitur effectus simul accipiendo posset dari talis descriptio, quæ diceret formalem rationem, & quiditatiuam possessionis vnà cum causa, per quam causatur & cum effectibus procedentibus ab ipsa possessione. & diceretur sic, est ius rem corporalem habendi, retinendi, ac eidem insistendi: natum inducere acquisitionem dominij, & eorum quæ ex eo sequuntur: natum etiam producere quodcunq; interdictum, quod ius acquiritur per detentionem corpore & animo factam iuris ad miniculo concurrente. Et non dico specifice, quasi interdictum introducat: quia tũc oporteret addere, quòd pro recuperanda possessione dare consueuit. & sic nomen diffiniti poneretur in diffinitione, quod esse non debet, qui defectus est in quinta diffinitione, quę fuit Bart. Dixi autem notanter in conclusione tertia, quòd illa descriptio est aliqualiter bona: non autem omnimode: quia licet dicat, quomodo causetur, non tamen expresse dicit, quid sit formaliter. & dato q̃ implicitè velit, quòd sit ius causati ex ipsa detentione: tamen nõ dicit, qui sint effectus, vel actus illius iuris q̃ quos hoc ius distingueretur ab alijs speciebus iuris: ideo non est omnino bona: sed est quædam notificatio. Vnde peritissimi nescierunt diffinire eam: ut dicit glo. quæstionis ciuilis. Vnde & omnis diffinitio in iure periculosa est: ut dicit iurisconsultus.

Tertiò arguit. si descriptio esset bona, sequeret, q̃ cessante detentione corporali alicuius rei meæ, desineret possessio mea eiusdem rei, quæ est falsum: sequela tamen patet: quia cessante genere diffiniti, cessat diffinitum. falsitas consequentis patet: quia tunc quoties recederem corporaliter ab agris meis, perderem eorundem possessionem. Secundò probatur eadem falsitas. Nam secundum dominos iuristas possessio ciuilis solo animo retinetur: etiam cessante corporali apprehensione. Patet itaque solutio ad hoc argumentum, quia pro

baret propositum finem: si diffinitio intelligeretur per prædictionem formalem: non aniem si per prædicationem causalem. Nam in descriptione, vel prædicatione causali nō oportet, q̄ cessante prædicato cesset subiectum: si dicā vox est repercussio aeris &c. Nā ipsa vox aliquandiu manet cessante repercussione aeris &c.

Quartò arguitur: fur & raptor habent possessionem rei furtiuæ & raptæ: & tamen tali possessioni conuenit diffinitio illa. igitur est mala. Maior probatur: quia si ille, cuius fuit res rapta, vel furtiua: propria auctoritate vi accipiat eam de manibus furis, vel raptoris, furi vel raptori sic spoliato est ante omnia restituenda res accepta: patet extra, de restitutione spoliatorum. cum literis. & fide ui & iti armat. ita q̄ non tat, quod non esset, si non habuisset possessionem rei. Minor probatur: quia talis detentio non habet iuris adminiculum: immo ius resistit tali detentioni. Respondetur, maior est neganda: saltem de possessione propriè dicta. & illa hic diffinitum: sed habet quandam detentionem iniustam illius rei. & hęc est nuda detentio facti & non iuris. Ad probationem dicendum, quòd hoc non est ex eo, quòd iura velint dicere furem vel raptorem habere propriè dictam possessionem talis rei: sed hoc est statutum in odium spoliantium & auferentium violenter res suas hominibus. & etiam quia nemo potest esse iudex in causa sua. ideo rem furtiuam non debeo a fure recipere: nisi auctoritate iudicis, coram quo ostendam rem esse furtiuam. Vnde secundùm quòd dicit decretalis allegata, ex literis: hoc fuit introductum secundùm iuris rigorem contra iuris æquitatem, quæ quandoque præfertur rigori: ut ibi dicit glo. & ideo dicit Innocen. in eadem decretali secundùm opinionem probabilem multorum, si constaret tunc per suam confessionem ipsum esse prædonem, vel constaret de propietate rei, esset prædoni restitutio deneganda. & hoc ideo: quia verè nunquam possedit, nec naturaliter, nec ciuiliter, sed solùm habuit detentionem iniustam eius. Nec etiam ista constitutio, scilicet quòd prædo vel fur est restituendus, si sit spoliatus re furtiua, vel rapta, est constitutio legis diuinę nec naturalis, sed est positiua: ut vult Ioan. Ger. i tractatu de vitate ecclesiastica, cōsiderationē 2.

Quintò arguitur, si diffinitio per prædicationē causalem intelligeretur: tunc ad acquisitionem possessionis requireretur, quòd volens possidere, corporaliter apprehenderet rem talem consequens est falsum. Nam si claues cellę vinarię, vel horreorū mihi traderis ceram cellæ vel horreo, vendendo vina, vel merces quæ sunt ibi: tradita videtur possessio per clauium traditionem secundùm dominos iuristas: etiam si non apprehendēdā illas res corporaliter, ita in quibusdam alijs posset exemplificari. Respondetur, res, quarum quis acquirit possessionem, sunt duplices. quædam sic se habent, q̄ antequam earum dominium atque possessio acquiratur, in nullius dominio sunt, nec exigitur ad earum possessionem vel dominium acquirendum voluntas tradentis: ut sunt gemmæ in litore maris, & aues in aere, & illarum possessio non acquiritur sine corporali apprehensione earundem. Vnde ad hoc q̄ acquirerem possessionem talis gemmæ vel auis, non sufficeret, q̄ eam vidissem, vel aliom actum exercuissem circa eam: si non eam corporaliter apprehenderem. similiter si sum in turri, & video rem aliquam, quæ est prorelicto habita, non acquiro p̄ aspectū oculorum possessionem eius. Aliæ sunt, quæ sic se habent, q̄ antequam earum dominium, seu possessio acquiratur, sunt in alicuius dominio, & exigitur voluntas tradentis: ut cum mihi vendis domum, vel agrum, & illarum rerum possessio potest acquiri aliquando sine corporali apprehensione: ut probatur argumentum: non tamen sine corporali actu. Nam & etiam receptio licet non sit corporalis apprehensio rei venditę in cella, vel horreo: est tamen actus corporalis. Modò in diffinitione prædicti cum dicitur, est detentio corporis, debet capi detentio corporis, ut se extendit ad actum corporalem: etiam si non sit corporalis apprehensio manibus vel pedibus. Vndò nota, q̄ res de alio secundo genere possunt acquiri quinque viis sine corporali apprehensione: Primò vi sis. Nam si mihi rem tuam vendideris, quæ in conspectu sit, & per aspectum oculorum me possidere iusseris, vel procuratori meo præcipio tradendam, cum in conspectu sit, vel custodem appposuero: quamuis corporaliter non apprehendam: tamen possessionem acquiro. Secundò venditione rei, puta commodasti mihi rē tuam, vel pignore obligasti, vel deposuisti penes me, & ipsam mihi vendis: tunc eo q̄ pateris meam esse, videtur illa res mihi tradita: & q̄ ego acquisierim possessionem eius. Tertiò clauium traditione: ut dictum est in argumento. Quartò chartarum traditione: puta si vendidisti mihi mancipia, & tradis mihi instrumenta mancipiorum, idest chartas, in quibus continetur, qualiter mancipia emisti, habeo possessionem mancipiorum. Quintò, si scienter conduco mea, scilicet constituendo me possidere nomine tuo, cui vēdo, nec enim causam possessionis mihi muto: sed desino possidere, & alium ministerio meo possessorem constituo: is enim possidet, cuius nomine possidetur. De istis vide diffusius in summa Hostien. in tit. de causa possē.

QVAESTIO. XV.

Vtrum dominia rerum ab initio iuste diffinita possint alios a primis dominis trāsferri, & quot modis? Quæstio vnam supponit, & duo quærit: supponit enim, quòd dominia rerum fuerunt ab initio iustè distincta, & illud patuit quæstione. 9. & 11. & intelligitur illud ab initio, non simpliciter, sed post lapsum humani gēris. hoc supposito quærit duo. Primò, an si quis habeat dominium alicuius rei distinctum, hoc est per appropriationem, sic quòd res sit solius eius, possit iustè fieri, quòd alius incipiat habere dominium distinctum illius rei: & prior dominus desinat esse eius dominus. Secundò quæritur ab eo quòd iustè fieri possit, quot modis id fieri possit. Solo quæstionis stat in quatuor conclusionibus & vno corollario.

Prima conclusio. Dominia rerum distincta possunt iustè a primis dominis transferri in alios. Probatur: quia si non, maximè propter sequens argumentum. Illorum dominiorum translatio non potest fieri iustè, quorum translatio non potest esse sine iniusta cessatione earundem: sed dominiorum distinctorum a primis dominis in alios translatio non potest fieri sine iniusta cessatione eorundem: igitur talis translatio non potest fieri iustè. Maior nota, minor probatur: quia si qui habenti distincti dominia rerum aliquarum, iuste dominantur illis rebus. igitur non possunt cessare ab illa iusta dominatione nisi iniustè: quia iustum non tollitur nisi per sum contrarium, puta per iniustum. Sed hoc argumentum non obstat: nam concessa maiore negatur minor. Et ad probationem conceditur antecedens, & negatur consequentia: nam a iusta dominatione potest quis cessare volendo amplius non dominari tali rei, modo volenti non fit iniuria. igitur quòd alius dominetur illi rei, cui prius alius iustè dominabatur: fit sine iniustitia. Ad probationem consequentiæ cum dicitur, iustum non tollitur nisi per contrarium, scilicet per iniustum. Dicendum dupliciter. Primò aliquid esse iustum potest, intelligi dupliciter. Vno modo quòd sit debitum, sic quòd quis teneatur ad illud. & sic hoc modo quis dominaretur alicui iustè, idest quòd teneatur ei dominari, non cessaret a dominio nisi iniustè. & hoc modo iustum non tollitur nisi per cōtrarium. Alio modo aliquid esse iustum idem est, quod esse licitum: sic quòd illud est iustum me facere, quod mihi licitum est facere. & hoc modo quod mihi est iustum: potest cessare mihi esse iustum sine iniustitia: puta si est tale iustum, cui renunciare possum. & tale est hoc, quod est me dominari aliquibus rebus: quia est mihi licitum eis dominari, & licitum est mihi eiā eidem dominio renunciare, & sic cessat illud iustum sine iustitia, quæ sit in ipsa cessatione, vel abdicatione dominij. Vel secundò dicendum ad probationem consequentię, q̄ etiam in cessando dominari rei, cuius iustè dominabar, non cessat tale iustum dominium nisi per iniustum: non quidem iniustitia, quę sit in cessatione, quasi me cessare sit iniustum, sed iniustitia, quæ est in dominari: puta si post cessationem adhuc eidem rei vellem dominari, illud dominari esset iniustum, & sic ad iustum dominari succedit iniustum dominari: sicut ad vnum contrariorum succedit reliquum.

Secunda conclusio. duobus modis potest fieri iusta translatio dominiorum a primis dominis in alios: probatur: quia potest fieri auctoritate privata, scilicet ipsius immediati domini dominantis super rem, & auctoritate publica, scilicet legis, vel legislatoris. Primum probatur: nam si non auctoritate privata, scilicet ipsius immediati domini rei posset fieri iusta translatio dominij de se in aliem, hoc esset propter aliquod illorū quatuor, scilicet aut quia fieret iniuria primo domino cedenti dominio, aut secundo domino recipienti dominium, aut ipsi rei transferendę, aut legi superioris prohibentis primo domino cessionem & translationem dominij & prohibentis secūdo domino receptionem. Modò stat, q̄ nullum illorum quatuor habeat locum. igitur potest iustè fieri translatio dominiorum a primis in alios auctoritate privata. Maior probatur: quia non videtur alia via, vel ratio, ob quam non deberet posse auctoritate privata immediati domini fieri iusta translatio dominiorum. Minor probatur inductiuè in omnibus quatuor: nam stat, q̄ immediatus dominus rei velit amplius se non esse dominum illius rei: sed alium. Similiter stat, q̄ non fiat iniuria rei transferendę: nam tunc, fit iniuria alicui: cum illud sibi sit, quod sibi non iure sit, sed si dominus rei eandem transfert in alium, non fit illi rei: nisi id, quod iure fit: nam eo ipso, q̄ quis est dominus rei, habet ius circa eam. & si est simpliciter dominus illius rei, habet ius circa eam non solum vendi eam: sed etiam eam transferendi in dominū alterius. Similiter stat, q̄ secundus, in quem vult transferre, consentiat in hoc, q̄ ipse incipiat esse dominus eiusdem rei. modo volenti nō fit iniuria. Similiter stat, q̄ nulla lex superioris prohibeat primo domino facere talem abdicationem dominij a se: & trāslationem eius in alterum: nec secundo domino receptionem: nam stat, q̄ talis abdicatio, translatio, & receptio sit vtilis vtrique & reipublicę, cui ergo tūc prohiberet eam lex, quę vtilia prohibere non debet. Secus vbi lex superior rationabiliter prohiberet primo domino abdicationē dominij, vel alteri receptionem, eo q̄ talis abdicatio, vel alterius receptio esset nociua reipublicæ vel saltem prohiberet modum transferendi, eo q̄ primus vellet transferre ad secundum translatione iniqua, qualis fit in contractibus iniquis: ut in vsurarijs & simoniacis. Secundò probatur illud idem de auctoritate privata sic: quia quando aliqua res transfertur de vno in alterum per contractus, transfertur auctoritate privata. Modò res potest transferri per contractus iustos. igitur translatio rerum potest iustè fieri auctoritate privata. Maior est nota: saltem sic intelligendo, q̄ licet translationi assistat etiam auctoritas publica: puta legis, vel legislatoris approbantis tales contractus: tamen non sit talis translatio per solam auctoritatem publicam, quoniam sit in præscriptione & vsucapione: ut patebit. sed etiam concurrere debet voluntas priuata contrahentium. Sic igitur intellecta maiore ipsa patet sic. Quia quod fit vo luntate priuatorum hominum, dicitur fieri auctoritate priuata. modo translatio facta per contractus, fit voluntate priuatorum hoim. igitur. Secundum autem, scilicet quòd auctoritate publica iustè fieri possit translatio talis, probatur sic: quia a principio antequam essent distincta dominia rerum, ita q̄ nullus habebat ad hęc aliquam rem sibi propriam, sed quælibet res erat omnibus communis: iustè potuit auctoritate publica, scilicet legis, vel legislatoris concedi distinctum dominium alicuius rei vni homini, ita quòd talis cepit esse primus dominus illius rei, & hoc per appropriationem, qua alijs secluſis sibi soli applicata fuit illa res, & hoc iustè: non obstante quòd illa res fuisset prius omnium aliorum hominum, nec obstante quòd ille homo prius nunquam fuit dominus illius rei per appropriationem. Hoc antecedens a fortiori satis patuit sit pra. q. 9. & 11. igitur, & postea potuit & potest iustè fieri auctoritate legislatoris, principis, vel legis, q̄ prædictus primus dominus rei cadat a dominio sibi concesso per legem, & q̄ alius auctoritate eadem incipiat esse dominus, tenet consequentia: quia eadem est ratio ad iustificandum vtrumque: q̄ enim primum fuit tanquam licitum iustificatum, fuit ex eo, q̄ omnes homines (quib. omnes res erant communes) ipsōte se subiecerunt, vel iusta lege naturali fuerunt subiecti alicui principanti legislatori, in quem, atque in cuius legem consenserunt, vel consentire tenebantur, qua lege ipse aliquas ex illis rebus appropriauit aliquibus secludendo alijs ab earundem vsu. & econtra alijs alias. igitur eadem ratione si nunc idem legislator ex causa rationabili sua lege rationabili & iusta auferat eas a primis, & concedat eas alijs, poterit id iustè fieri. Modò stat, q̄ habeat talem legem iustè auferentem eas a primis, & concedentem eas alijs: ut probabo: igitur ratio est eadem vtrobique.

biqüe. Exemplum autem de translatione dominiorum a primis in alios auctoritate publica patebit in sequenti conclusione. Sit igitur.

Tertia conclusio. translatio dominij rei de eo, contra quem præscribitur vel vsucapitur in præscribentem & vsucapientem legitimè scilicet, seruatis conditionibus seruandis est iusta. Exemplum: vt si tu es dominus alicuius rei immobilis, & ego eandem rem præscribo seruatis singulis conditionibus: puta quatuor requisitis ad legitimam præscriptionem. scilicet, quia per tempus a lege diffinitum contianuè ipsam possideo bona fide & titulo iusto, & res est præscriptibilis: tunc tu cadis a dominio eiusdem rei. & ego incipio eiusdem esse dominus. Vnde præscriptio est acquisitio dominij rei immobilis per continuationem possessionis temporis a lege diffiniti, ideſt per tempus a lege diffinitum. Et capio hic dominium largè pro iure: vt acceptum fuit in prima quæstione: non enim curo hic an præscribés acquirat in re præscripta dominium directum, quod est proprissimè dominium, vel solum vtile: vt quidam volunt secundum diuersitatem præscriptionis. Nec video, quo non potuerit lex imperialis transferre rem talem in alium, etiam quo ad directū dominium & priorem dominū eandem prorsus omni dominio: vt sic magis fieret pax, propter quam est præscriptio adinuenta: magis autem potest fieri pax, quando prorsus nullum dominium apud priorem dominum remanet. Secundum exemplum: si tu es dominus alicuius rei mobilis, & ego eandem (seruatis conditionibus seruandis) vsucapiam: tu cadis a dominio illius rei, ego verò incipio esse dominus eiusdem, ibi vtraque translatio est iusta. probatur: quia illa translatio fit auctoritate legis: quia legislator statuit, ꝙ præscribens & vsucapiens rem seruatis singulis conditionibus ad præscriptionem & vsucapionem legitimam, sic completa præscriptione & vsucapione dominus illius rei, & alius præcedens, cecidisse debeat a dominio. & si legislator potuit talem legem ferre: tunc translatio erit iusta. Modò legislator potuit talem legem ferre: vt patebit in quarta conclusione: igitur talis translatio erit iusta. Secundò probatur eadem conclusio: quia si non esset iusta: maximè quia non fieret cum consensu primi domini, contra quem præscribitur, vel vsucapitur: sed hoc non obstat. Primò: quia talis translatio fit cum consensu eius pro tanto: quia ex quo consensit in principem legislatorem in hoc, ꝙ potuit sibi statuere leges iustas, consensit etiam virtualiter in legem prædictam priuantem eum dominio, & concedentem illud alteri. Secundò: quia licet nō fiat cum consensu saltem formali & specifico de illa translatione: tamē propter hoc non fit sibi iniuria, alias nec iustè quis propter delicta sua posset priuari aliquo temporali: nisi co consentiente formaliter & specificè de illa pœna, quod est falsum: cum pœna sit de nolitis: sequela tamen probatur: quia in proposito quòd is, contra quem præscribitur, priuatur dominio rei suę per legem prædictam est: quia deliquit per negligentiam, & in pœnam illius delicti priuatur re sua.

Quarta conclusio. legislator potuit licitè talem legem statuere scilicet, præscribens rem immobilem, vel vsucapiens aliquam rem mobilem seruatis debitis conditionibus incipiat esse dominus eiusdem rei cōpleta præscriptione, vel vsucapione: atque is, cuius res prius fuit, desinat esse dominus. Probatur. illud potest iustè statui a principe, vel legislatore, quod est necessarium ad pacificam subditorum conuersationem: sed prædicta lex est hmōi. igitur. Minor probatur: quia nisi seruaretur prædicta lex, puta q is, contra quem quis præscribit, non caderet a dominio rei præscriptæ: immo nihilominus maneret eius dominus quantumcunque longo tempore eam neglexerit, & eam dimiserit in manu alterius, fierent lites innumerabiles, vel odia plima. nam primus dominus, vel hæres eius posset talem rem post, quantumcunque tempus repetere. & cum valde difficile, immo quasi impossibile essent probationes sufficientes adducere, etiam esset valde difficile vel impossibile primo domino iustitiam ministrari: nec res sibi debita posset sibi reddi: nec iniustus possessor vel detentor ejici. & sic non solum gignerentur odia inter primum dominum & secundum: sed etiam periclitaretur iustitia, & iniustitia impugnata remaneret, & per consequens pax in republica turbaretur. Secunda ratio, princeps legislator iustè potuit & potest priuare aliquem dominio rerum suarum, si talis committit, vel committit delictum, quod est damnosum reipublicæ. & idem potest illud dominium consequenter applicare alteri homini. Sed ille, cōtra quem quis præscribit, vel vsucapit rem alienam, committit illud, quod est damnosum reipublicæ. ergo princeps legislator iustè potuit per legem priuare talem dominio rei, & illud idem dominium assignari alteri, puta præscribenti, vel vsucapienti. & sic per consequens cōclusio vera. maior nota. minor probatur: quia is, contra quem quis præscribit, est negligens circa res suas immobiles, non colendo eas. & is, contra quem quis vsucapit, est negligens circa res suas mobiles, non capiendo fructus & vtilitates per se vel alium, quantum est in ipso ex eis. Modò damnosum est reipublicę non coli res immobiles, cum ex earum cultura peruenire debeant ea, quæ humano vsui sunt necessaria & accommoda. similiter & damnosum est reipublicæ, quòd quis non vtitur rebus suis mobilibus, ex quarum vsu posset (si ipse vel alius vteretur) prouenire multiplex humana vtilitas. Secūdò probatur eadem minor: quia is, contra quem præscribitur, vel vsucapitur, negligendo res suas est causa, ꝙ crescit materia litigiorum turbantium pacem reipublicę: quia ex sua negligētia alius qui præscribit, vel vsucapit rem: credit rem non esse alterius, sed suam: & sic contendit illam retinere. econtra alius licet neglexerit rem suam, non vult perdidisse eam, & sic erit lis contraria paci. ergo committit delictum damnosum reipublicæ.

Corollarium tertiæ & quartæ conclusionis est, q is, qui seruatis conditionibus requisitis ad legitimam præscriptionem, vel vsucapionem præscribit, vel vsucapit rem aliquam, nō tenetur illam rem restituere etiam in foro conscientiæ. probatur: quia talis est iustè factus verus dominus illius rei ex lege sibi assistente, quæ habet rerū dominia transferre. Modò, qui est verus dominus rei & iustè factus est talis dominus lege sibi assistente, quæ habet rerum dominia transferre, non tenetur restituere illam rem etiam in foro conscientiæ: modo sic est hic. Dixi notanter in maiore iustè factus dominus illius &c. item ex lege si &c. propter vsurarii, qui fit aliquos etiam sit verus dominus incremēti vsurarij.

sed nec sit iustè dominus eius, nec lege prædicta sibi assistente, immo resistente lege saltem diuina.

QVAESTIO XVI.

Verum descriptio contractus sit bona, qua dicitur. est vtro, citroque obligatio. Et ponitur hæc descriptio in l. Labeo. §. contractus. ff. de verbo. signi. Solutio quæstionis stat in vna distinctione, & quatuor conclusionibus.

Distinctio est hæc. Contractus accipitur tripliciter. Primò propriè, quo modo de eo ponitur prędicta descriptio, & est sensus talis. Contractus est quoddam factum (nam cōtractus consistit in facto) seu est quidam actus, ex quo actu, vel facto oritur obligatio ex vtraque parte. hoc modo emptio, venditio, locatio, conductio, & societas sunt cōtractus. Nam si emo a te equum, obligatus sum ad dandum tibi precium, & econtra, tu, qui mihi vendidisti, obligatus es mihi ad tradēdum equū: si tū non traderes, obligatio succedit ad interesse illius contractus: saltem ad interesse intrinsecum. Similiter si conduxi a te domum, ego obligor ad dandū tibi mercedem, quæ locagium dicitur, & si non intrarem, nec inhabitarem eam. & econtra, tu, qui mihi eā locasti, teneris mihi ad patiēdum me inhabitare, aut quod mea interest soluere. Similiter si coneraxi tecum contractu, qui dicitur societas, & ego emi merces: tu verò ponere alia ductus nō vis communicare mecum in illis bonis, ego habeo actionem contra te ex contractu societatis, & sic tu mihi obligaris, & econtra in casu, quo velles cōmunicare mecum, ego obligarer tibi. Et hoc modo donatio, mutuatio & stipulatio non sunt cōtractus: ut patebit in secundo membro distinctionis, nec etiam commodatio, si est impleta, est hoc modo contractus; ut patebit ibidem: licet quando est incompleta sit hoc modo contractus. Secundo modo capitur impropriè, & sic est factum, vel actus, ex quo oritur tantum ex vna parte obligatio, seu in quo tantum vna pars obligatur. hoc modo donatio, mutuatio, & stipulatio sunt contractus & non primo modo: nam cum tibi dono equum, tu mihi non obligaris obligatione ciuili, scilicet ex qua oritur actio, nec ēt es mihi obligatus obligatione naturali: & hoc potēti, quæ scilicet nata sit producere actionem: licet sis mihi obligatus obligatione naturali simplici. sed gratitudinem, quę obligatio est impotens ad patiēdum actionem, sed ego, qui donaui tibi, sum obligatus ad tradendum tibi rem, & hoc si donatio incepit a promissione: secus qñ incepit a traditione, ita ꝙ domo mox tibi tradidi rem, quā donare voluit: tunc enim tradita tibi re nulla sum tibi obligatione obligatus. Itē ego, qui donaui tibi, teneor tibi quandoque de euictione rei donatæ. at ū tu, qui es dōnatarius, feci sti magnas expensas in re donata, & euincitur a te, & hoc si ego dolum commissi donando eam tibi: puta sciebam rem illam esse alienam. Similiter si ego mutuaui tibi centū, ego tibi non obligor: sed tu mihi. Vnde stipulatio est interrogatio præcedens & responsio sequens incontinenti: ut si tu interrogas me dicens: promittis mihi dare centum? & ego incontinenti respondeam: promitto. iam ego feci tibi stipulationēm. secus si non incontinē ti respondissem: sed ad alia diuertissem: & postea tibi respondissem: dicens: promitto, tunc enim non est stipulatio. Tertio modo accipitur magis impropriè, & sic est actus, vel factum, ex quo ex nulla parte oritur obligatio: sed potius obligatio facta dissoluitur, hoc modo illa duo sunt contractus, scilicet translatio nudo pacto facta, ex qua translatione nō agitur ad interesse ante implementum conditionis. Item & liberatio per acceptilationem. Exemplum secundi: ut si ego sum obligatus ex stipulatione, & dicam tibi, vis acceptum habere, ꝙ soluerim tibi, & tu dicas acceptum habeo. illud vocatur acceptilatio: quia liberatus sum ab obligatione per hoc, ꝙ tu acceptum habes me soluisse tibi. vnde acceptilatio est imaginaria solutio, & per illam soluitur obligatio, qua ego eram tibi obligatus. & licet obligatione illa soluta tibi oriatur alia obligatio qua, scilicet tu obligaris ad non agendum contra me ex stipulatione præcedenti; tamen acceptilatio principalius respicit priorem obligationem ad dissoluendū, quām ad pariendū illā sequentē. Sic & trāslatio soluit precedentē obligationē, quā principaliter respicit, licet inducat nouā, qua alter transigentiū obligatur ad non agendū ratione precedentis obligationis cōtra alterū.

Prima cōclusio. prędicta descriptio ſtribus duabus additionibus est bona. Prima, ꝙ cōtractus capiatur propriè. Secunda, ꝙ fit prædicatio causalis non formalis. cum dī. cōtractus est obligatio. probatur: quia tūc quis mittit cōdēto sub diffinito, & sic de alijs cōditionibus.

Secunda conclusio. quęcunque prędictarum conditionum desit, descriptio non esset bona. Nam si prima desit, non conueniet of contento: quia nec donationi, nec mutuationi, nec stipulationi, in quibus non est obligatio ex vtraque parte, & tñ illa sunt contractus, si non propriè capiatur contractus. Et si secunda desit: illa est falsa: contractus est obligatio. Nam nullus effectus prædicatur formaliter de sua causa. modò obligatio est effectus contractus: quia obligatio nascitur ex cōtractu: sicut filia ex matre. & nāt ex obligatione nascitur actio, & sic actio est neptis ipsius contractus.

Tertia conclusio. alia datur descriptio contractus a Ioan. de Gersona cancel. Parisien. in tractatu suo de cōtractibus in principio. & est talis. Est commutatio ciuilis & legitima. & in illa ponitur commutatio pro genere, & ciuilis additur ad differentiam mutationum naturalium, quas considerat naturalis philosophia: contractus enim spectant ad ethicam, siue moralem philosophiam. & additur legitima, id est legi conformis, ad differentiam contractuum illicitorum, vel illegitimorum. Inuenta est autem commutatio ciuilis post peccatum: quoniam statim innocentiæ habuisset omnia communia. hæc ille. Sed tamen hæc descriptio patitur tres instantias. Nam emptio & venditio ante omnem traditionem mercis vel precij sunt cōtractus, ita quòd verum est dicere, illi contraxerunt: & tamen nondum est commutatio ciuilis facta: sed soli consensus signis expressis sunt celebrati. Secunda: quia non conuenit donationi, quam tamen idem doctor ponit pro specie contractus ibidem. Prima pars probatur: quia donans non donat rem pro aliqua alia re recipiēda a donatario, alias non esset contractus gratuitus. Tertia: quia penè omnes contractus sunt introducti inter gentium. igitur dato ꝙ actus esset commutatio: tamē esset commutatio non ciuilis. f. a iure ciuili introducta. sed a iure gentium, quod distinguitur a iure ciuili.

Quarta conclusio. Contractus etiam posset sic diffiniri: est actus, qui est re, litteris, verbis, vel consensu celebratus, quo transfertur res de vno in alium quo ad aliquale dominium, uel usum, uel etiam aliam speciē iuris supra diffiniti, vel si debent transferre non transferat, obligatio succedit ad interesse. Hæc descriptio videtur conuenire omni contractui proprie dicto: & & impropriè dicto: quamuis non magis impropriè dicto: vt patere potest discurrendo per omnes species contractus, quæ patebunt in sequenti quæstione.

QVAESTIO. XVII.

Quæ & quot sunt species contractus? Solutio huius quæstionis fiat in recitatione quatuor modorum ponendi & enumerandi species contractus. tres primi erunt quorundam theologorum & summistarum tractantium de contractibus.

Primus igitur modus enumerandi eos, est Io. de Gerlona cancellarij Parisien. in tract. suo de contractibus, cuius sententia (quo ad præsens sufficit) potest reduci ad tria dicta. Primum, octo sunt species contractuum, & quatuor primæ sunt illæ. Prima, emptio & venditio. Secunda, mutuatio actiua, seu mutui datio, & mutuatio passiua, seu mutui receptio. Tertia, donatio actiua & donatio passiua, seu doni receptio. Quarta est campsio, per quam intelligit permutationem. Aliæ quatuor sunt illæ. Prima, commodatio & accommodatio, & cō modatio est concessio vsus rei, cuius vsus non est eius consumptio ad commodum alicuius gratis facta, & ac commodatio est receptio talis rei ad vsum. Secunda est locatio & conductio. Tertia emphiteusis, vel censualis pensio, vel datio ad firmam. Quarta est impigneratio. Secundum dictum, quatuor primæ distinguuntur a quatuor vltimis: nam in quatuor primis trāsfertur res de uno in alium quo ad dominium seu proprietatem: sed in aliis quatuor quo ad vsum. Declaratur sic: nam si emo a te equum, & tu mihi vendis, tu cessas esse dominus, uel habere proprietatem equi, & ego incipio esse eius dominus. Similiter si mutuas mihi centum, tu cessas esse dominus illorum centum, & ego incipio esse dñs eorundem. Similiter si donas mihi centum, aut si permutas, seu (ut ipse loquitur) cambis tuum frumentum pro meo vino, tuam pecuniam pro mea: puta aurum pro moneta, uel econtra: tu cessas esse dñs illius rei, & ego incipio esse dñs eiusdem. & econtra. Sed quo ad alias quatuor species secus. Nam si tu mihi commodas equum tuum, non transfers in me dominium uel proprietatem, immo illud retines tibi, sed tātum vsū, ius utendi equo transfers in me. & hæc gratis, sine precio, uel mercede, & sic diceris commodare mihi, & ego dicor commodatus a te. Similiter si locas mihi equum, tu transfers in me tantum ius utendi equo, & hoc pro mercede, quæ locagium dicitur. & sic diceris mihi locare, & ego dicor a te conducere. Item si habes proprietatem alicuius tenutæ, & eam mihi cōcedis in emphiteusim, ita q̄ inter te & me celebratur contractus, qui dicitur emphiteuticus, qui aliàs dicitur datio ad firmā, tu retines proprietatem illius tenutæ: sed mihi concedis usum & vsufructum illius, & hoc non omnino gratis: quia tenetur tibi dare annuatim certam pensionem licet modicam, & hoc in recognitionem directi dominij apud te manentis. Similiter si mihi creditori tuo tu debitor meus impigneras rem aliquam: non transfers dominium illius rei in me: sed remanes dominus illius rei. immo tu etiam non transfers in me vsum, seu ius utendi illa re: quia si ea utar contra tuam voluntatem, furtum committo & vtilitatem, si quam ex ea percepi, restituere tibi teneor, uel defalcare de forte, quam mihi debes. Vnde etiam idem cancellarius dicit, q̄ ibi non est translatio illius rei de debitore in creditorem, nec quo ad dominium, nec quo ad vsum, immo nec quo ad possessionem: quia nihilominus adhuc debitor retinet possessionem, tam ciuilem, quàm naturalem pignoris: tamen transfertur quo ad ius detentandi ipsum in casu, quo deficeret debitor in soluēdo: quia tunc posset creditor sibi satisfacere de eo pignore. & sic creditor per impigneationem habet ius aliquod in re illa, quod ante impigneationem nō habuit, & sic aliqua translatio iuris est facta. Tertium dictum. sufficientia illarum octo specierum potest sic poni: quia in contractu transfertur res de uno in alium quo ad aliquod ius, aut igitur quo ad dāium, aut quo ad vsum. Si primum, hoc est dupliciter: quia uel talis translatio fit dato precio, uel non dato precio. si primū, sic est emptio & uenditio. si secundum, sic est mutuatio. Si aūt tm̄ transfertur vsus, hoc est dupliciter: quia vel res transfertur pro precio, & sic est locatio & conductio, uel nullo precio, sed gratis, & sic est commodatio. Contra illū modū enumerandi arguitur: quia deficit quadrupliciter. Primò: quia multos contractus innominatos omittit, nec excusatur ex eo, q̄ non voluerit ponere innominatos: nam etiam ponit permutationem, quæ est etiam contractus innominatus: vt patebit in quarto modo enumerandi. Secundò: quia emphiteuticum contractum ponit inter illos, in quibus res transfertur tm̄ quo ad vsum, & non quo ad dominiū: & tñ in emphiteutico res transfertur & quo ad dominium, & hoc utile, licet non quo ad dominium directum. & sic non tm̄ quo ad vsum & vsufructum, saltē tenendo, q̄ dominium utile distinguatur ab vsufructu, de qua distinctione patuit supra. q. xiij. Tertiò, quia in pignerationem ponit inter contractus, quibus transfertur dominium, uel usus, & neutrum sit impigneratione: ut met fatet. igit. Quartò: quia 3ctum emphiteuticum uocat censualem pensionem, & hoc male, quia licet ex 3cto emphiteutico ipse emphiteuta obliget ad dandū pensionem quandam domino: tamen 3ctus emphiteuticus non est illa pensio, & sic non debet dici pēsio, & si possit dici aliquo modo pensio: tamen non dēt dici censualis pensio: quia censualis pensio debet ex contractu censuali. modo 3ctus emphiteuticus, & censualis contractus multum differunt: ut patebit in quarto modo enumerandi. igitur.

Secundus modus enumerandi est Antonini in iij. parte summæ. tit. viij. c. j. & potest intentio eius reduci ad tria dicta. Primum dictum. xij. sunt species contractuum. Primæ sex sunt illæ. Prima est donatio, quæ est datio liberalis: cum scilicet nihil expectatur retributionis ex tali datione rei: nisi bene uolentia. Vnde Aristo. iij. topi. Donum est datio irredibilis, ideſt est datio facta non propter æquitatem reddendum datori. Aliæ autem quinque sequentes sunt illiberales dationes, eo quòd in eis dans expectat

expectat aliquid rehabere ab eo, cui dat. Secunda igitur est permutatio, vel cambium: cum scilicet transfertur de uno in alium dominium alicuius rei vtilis pro alia re utili: vt frumenti pro vino, & huiusmodi. Tertia & quinta sunt emptio & uenditio, in quibus transfertur dominium rei de vno in alterum pro numismate, vel econtra. Quinta est mutuatio actiua. Sexta est mutuatio passiua, seu mutui receptio. Aliæ sex sunt illæ. Prima commodatio. Secunda permutata commodatio: vt si ego commodo tibi equum meum: ut tu mihi commodes bouem tuum. Tertia & quarta sunt locatio & conductio. Quinta & sexta sunt pignoratio actiua, & pignoratio passiua. Secundum dictum. Sex primæ differunt a sex secūdis, patet. Nam in sex primis trāsfertur res de vno in alium quo ad dominium: in aliis aūt sex tm̄ quo ad vsum, retento dominio; & hoc declaratum est in primo modo enumerandi. Tertiū dictū: sex secunde habent quasi proportionalem correspondentiam ad sex primas. patet. Nam donationi correspondet commodatio, eo q̄ vtrobiq; res transfertur de uno in alterum liberaliter & gratuitè; quamuis in donatione quo ad dominium: in commodatione aūt quo ad vsum tm̄, permutationi correspondet permutata accōmodatio. Nam sicut in permutatione transfertur res vtilis de uno in alium pro alia re utili, & hoc quo ad dominium: sic in permutata commodatione transfertur quo ad vsum vna res vtilis de uno in alium pro alia re vtili. Mutationi aūt actiuæ & passiuæ, licet propriè non correspondent aliquis aliis contractus: tñ ei est aliqua (licet modicum) similis. (ipsa impigneratio actiua & passiua pro quanto, sicut mutuum recipiens tenetur restituere rem mutuò acceptam ipsi mutuanti: sic creditor recipiens pignus tenetur illud restituere impigneranti. f. debitori. si debitor satisfecit creditori in eo, quod ei debuit. Corollariū, q̄ ille secundus modus enumerandi species contractuum conuenit cum primo, & tt differt a primo. Conuenit: quia fere oēs, & fere eadē, quas unus ponit, & alius ponit. Sed differunt: quia primus vnam speciem ponit, quā secundus non ponit. f. emphiteuticum contractum; & econtra, secundus ponit unam speciem, quam primus non ponit. f. permutā accōmodationem. & sic hi duo modi se mutuo excedunt. Secundò differunt: quia licet (illis duabus speciebus iam dictis exceptis) oēm reliquā speciem ab uno positam & reliquus ponat: tñ differenter: quia primus modus illas species, quæ se habent correlatiuè, cōputat pro una. secundus aūt eadem abinuicē distinguit: non tamen omnes tales distinguit abinuicem. Nam secūdus non distinguit dationem doni a receptione eiusdē: nec permutationem in uno permutātium a permutatione in altero: nec & commodationem ab accommodatione: nec permutatam commodationem in uno permutantem commodante a permutata commodatione in altero, in aliis aūt distinguit. Secundum corollarium. Secundus modus enumerandi non ponit in re plures species, quam primus: licet secundus ponat duodecim, & primus octo: quia secundus ponit oēs, quas primus: una dempta. & econtra: primus omnes, quas secundus una dempta. ergo æquales numero. Quod aūt primus octo numerat, & secundus duodecim, est: quia aliquas quas secundus pro duabus computat, primus cōputat pro una. & econtra. Contra illum modum arguitur: quia deficit quintupliciter. Primò eo modo quo primus. Secundò: quia non ponit emphiteuticum contractū. Tertiò: quia ponendo commodationem, non ponit speciē sibi correspondentem: sicut in aliis speciebus fecit, vbi eis correspondentes ponit: saltem quæ nomine differunt ab eis. modo species correspondens cōmodationi & non differt ab ea quia dicitur accōmodatio. Quartò: quia pignorationem ponit inter contractus, quibus usus transfertur: & tñ pignoratio non est talis: ut supra arguetur est 3 primū modū. Quintò: quia declarando 3ctum mutui, & quo differt a cambio & permutatione, dicit, q̄ mutuū fit, qñ commutatur numisma pro numismate cū expectatione ipsis, & dicendo numisma p numismate, vult ipsum differre a permutatione, in qua datur res utilis pro re utili: non numisma p numismate, quasi contractus mutui non fiat dando, & tt vtilem, quæ non est nūmisma & expectando rem vtilē rehabere, quod est falsum: quia ēt in illis pōt fieri mutuū: sicut & in numismate: nihilominus tñ differt a permutatione: quia in permutatione datur res utilis vna pro alia alterius, & cinquantū alia: sed in mutuo, cū quis mutuat alicui rē utilē, non sibi eā der pro alia dāda: sed vt illā, vel aliā rehabeat, & ēt quia in mutuo interuenit necessariò expectatio: non autem in permutatione.

Tertius modus enumerandi est Scoti in iij. distin. xv. qui potest reduci ad tria dicta. Primum: octo sunt species contractuum, & primæ quinque sunt illæ, permutatio, emptio, uenditio, mutui datio, & mutui acceptio. Aliæ tres sunt, permutata accommodatio, conductio & locatio. Secundum dictum, primæ quinque differunt a tribus ultimis, & etiam cum eis conueniunt: differunt: quia in primis quinque transfertur dominium, in aliis retento dominio transfertur vsus. f. ius vtendi. Conueniunt: quia tres ultimæ correspondent tribus primis. f. permutationi permutata accommodatio, emptioni conductio, & uenditioni locatio. Tertiū dictum, q̄ ille doc. nullas non positas a primo uel secūdo modo ponit, sed aliquas positas ab eis omittit. f. donationem, emphiteusim, & pignorationem. Donationē enim non reputat contractum propriè, & bene: solum enim illum actum, per quem fit translatio illiberalis, ubi transferens expectat aliquid æquivalens ei, quod transfert, uocat contractum: quia in solo tali propriè trahuntur in simul voluntates partium, tralitur enim illa ad transferendum ius in illum, & hoc propter aliquid, quod expectat transferendum in se per illum, & econtra. Contra hunc tertium arguitur: deficit enim tripliciter. Primò, sicut primus & secundus. Secundò: quia non ponit emphiteuticum, qui tamen est verus contractus. Tertiò: quia aliquas species ponit cum speciebus sibi correlatiuè correspondentibus, vt emptionem & uenditionem; & aliàs habentes etiam correlatiuas sine illis ponit: ut permutationem & permutatam accommodationem; licet in hoc excusari possit: quia eis correspondentes conueniunt cum eis in nomine.

Quartus modus enumerandi potest reduci ad duo dicta. Primum. xxx. possunt poni species contractus, quarum aliqua vocatur contractus innominati, aliqua nominati: quinque primi sunt contractus innominati. Prima est, do vt des, & est quando datur species pro specie, ideſt res utilis pro re utili. vt si

do tibi scyphum, vt des mihi Stichum seruum tuum. do tibi bouē, vt des mihi asinum, & idem est, si dicam, do tibi bouem, si des mihi asinum, vel do tibi bouem: quia des mihi asinum. Nam licet ille dictiones tres differant. s. vt, si, & quia. Iuxta versiculum illum. s. Scito q, vt, modus est: si, conditio: quia, cā tamen in proposito non refert. Et hæc sub se habet tres species. Nam vna est, quando datur species incerta pro specie incerta: vt bos pro asino. bos dico incertus. i. nō hic bos pro asino, non dico pro illo asino determinato. Secunda, quando datur incerta pro certa: vt bos pro determinato asino. Tertiò, quando econtra certa pro incerta: vt hic bos pro asino, & hæc habentur ex gl. ff. l. j. C. de rerum permu. quam glossam communiter tenent docto. Si autem detur certa species pro certa: vt hic bos pro illo asino: tūc est permutatio, quæ etiam est contractus innominatus: vt eadem gl. dicit, de qua specie postea patebit, & sic patet, in quo differt permutatio a contractu. do, vt des. Nec est imaginandum, q permutatio sit species ipsius, quæ est, do, vt des: nisi vellemus, do, vt des, operegeneraliter pro do vt des: siue detur certa species pro certa: siue non. Secunda species est, do vt facias. Primum exemplum. do tibi centum, vt pro me uadas Romam: & intelligo dummodo tu alias non sis consuetus locare operas, alioquin ego prędicto modo contrahendo tecum, contraherem tecum contractu conductionis: & tu contractu locationis. Secundum exemplum. si ēt sis consuetus locare operas tuas: sed pecuniā tibi darem vt corpus, vel speciem: dicendo, do tibi pecuniam, vt pro me uadas Romam. Nam tunc differret a contractu conductionis & locationis: quia in cōtractu locationis datur pecunia certa in quantitate & numero: sicut & in emptione: vt vult gl. in l. si pecuniā. ff. de condi. causa data causa non secuta. Tertia species est. facio ut des, & exemplifica per prædicta exempla conuertendo ea: quia est species correlativa ad secundam: sicut etiam locatio correlatiuē se habet ad conductionem. Quarta species est. facio vt facias: ut si cōuenum esset inter nos, q exigeres debitum mihi a debitore meo existente Vlmæ: vt ego exigerem debitum tibi a debitore tuo Augustæ, & ille contractus assimilatur contractui mādati. Et nota, q quælibet illarum trium vltimarum posset subdividi, eo quòd quælibet potest misceri. Exemplum. nam species do: vt facias, fit quadrupliciter. Primò tantummodo dando: ut tantummodo facias. Secundò, dando simul: & faciendo, ut facias. Tertiò, dando simul & faciendo: ut tu facias & des simul. Quartò, dando tantum, ut tu facias simul & des. & exempla possunt de qualibet illarum patere ex exemplis specierum numeratarum. Quinta species est permutatio, & est quādo datur species certa pro specie certa: vt pro hoc boue hic asinus. Et si arguatur, ille contractus habet determinatum nomen. igitur non est cōtractus innominatus. Dicendum per duas solutiones. Prima, q permutatio est nomen generale etiam pertinens ad venditionem, locationem, & omnem contractum, vbi aliquid hinc inde accipitur. & alij cōtractus sumpserunt sua nomina specialia: sed cum datur species certa pro alia certa caruit nomine speciali. Nā plura sunt negocia, quàm vocabula, sic q retinuit nomen generale. Vnde dicitur innominatus, supple nomine speciali. hæc in gl. rubricæ de rerū permutatione in C. Secunda, q contractus innominatus non dicitur innominatus præcisè ex eo, q non habeat nomen: sed ex alio. Vnde ille debet vocari nominatus, ex quo oritur actio, & si neuter impleuerit. Vel ille contractus est nominatus, qui statim ut fit, producit obligationem efficacem, uel actionem: ut probatur in l. j. ff. de rer. perm. sed econtra: illi, ex quibus, si neuter impleuerit, non oritur actio, sunt innominati dicendi. Modò permutatione facta, si neuter impleuit, non oritur actio. immo si tm alter eorum impleuisset, non oriretur actio, quia alter, qui nondum impleuisset, posset resilire, quamuis is, qui impleuisset, posset contra non implentē agere ad repetitionem rei datæ: uel ad id, quod interest illū aliū nō implere. Illi ēt, qui impleuit, licitū est resilire, quo ad hoc, q pōt repetere rem, si alter non vult implere. Et eadem dicta patet dīa permutationis a uenditione & emptione, quia ibi intercurrit precij consistens in numismate, & non ambo extrema sunt species, seu res utiles. hic aūt ambo extrema sunt species, seu res utiles. Et nota, q ēt hæc species pōt misceri: ut si do certā speciē atque numisma tibi, vt des mihi aliam speciem certā: tunc nihilominus poterit manere permutatio dicēda, & non emptio ex parte mei: nec ex parte tui erit uenditio, quamuis intercuniat numisma. Ad iciendum aūt qñ talis contractus uenit dicendus permutatio, uel emptio & uenditio, notandum est, q Panor. notat in c. ad quæstiones. extra, de rerum permutatione, q animus contrahentium est inspiciendus: sin. principaliter intendunt permutare, erit permutatio: licet pecunia accessorie accedat: ut puenitur ad rei æqualitatē. Si aūt non apparet de aio contrahentiū, recurrte ad coniecturas: s. n. precium maius sit, quàm res data, præsumendū est, q sit emptio. Si autres sit maioris precij, quā pecunia, erit permutatio. hæc ille. Et secundū eundē hoc facit ad qnē. Papa cōcessit cuidā abbati: ut possit uendere de possessionibus monasterij usque ad certā quantitatē pecuniæ, abbas uendit recepta certa pecunia, & certa petia terræ, dicebat, q nihil egerat: quia ista erat permutatio, ex quo recepit certā petiā terræ, & ipse nō habuit prātē permutandi: sed uendendi. 3rium est dicē dum per supra dicta: quia interuentio speciei, quæ accessorie uenit, non alterat naturā uenditionis: sicut interuentio pecuniæ accessorie facta, nō alterat naturam permutationis. facit. n. pro statutis, quæ exigunt gabellā pro 3cto emptionis, hæc ille. Sexta species est donatio. Septima mutuatio. Octava emptio & uenditio, & illæ patent ex prædictis. & latius patebunt ex infra dicendis in locis suis. Nona est contractus censualis, & si propriè capiatur, est contractus, quo quis transfert oē ius, quod hēt in aliqua re, in aliū pro aliquo precio cū hoc tā, q præsetur sibi annua pensio. & cū dixi oē ius, intellige sic, q si hēt dīiū directū & proprietatē, il lud uel illam trāsfert. Si aūt hēt. n. utile dīiū: tūc illud transfert. & sic patet dīa 3cus censualis a 3cto emphiteutico: quia 3hens cū aliquo 3cto emphiteutico trāsferret in emphiteutam non oē ius, qđ hēt: immo retineret sibi proprietatem, & transfert in aliū dīiū utile, & hac eadē dīa differt censualis a 3cto superficiario & libellario. Secunda differentia: quia censuali non soluendo pensionem annuam, etiam per mille annos non ob hoc cadit a iure suo. Emphiteuta autem non soluendo in biennio, si est emphiteuta ecclesiæ, uel in triennio,

triēnio, si est emphiteuta alicuius priuati, cadit a iure suo: si dominus vult eum cecidisse. Decima species est contractus feudalis. Exemplum, si castrum meum cum adiacentibus prędijs, in quo & in quibus habeo perfectum dīnium & proprietatem, tradam tibi quò ad vtile dīnium, ita q omnem vtilitatem inde peruenturā possis recipere: & cum illa ad libitum tuum disponere: mihi tamē reseruo proprietatem eiusdem castri & prędiorum, & non requiro a te aliquod precium, nec pensionem annuam: sed gratis tibi do, prout gratis negat preciū vel pensionem: nō aūt oportet, q sic gratis tibi tradam, quin teneatis mihi ex natura feudi ad seruitium personale, & sic contractus feudalis est contractus, per quem quis retenta rei immobilis proprietate transfert in aliam vtile dominium eiusdem gratuitè & in remunerationem. Et in hoc patet sextuplex differentia contractus feudalis ab emphitentico. Prima: quia feudalis est gratuitus modo dicto: non autem emphiteuticus: quia in eo emphiteuta cogitur dare pensionem annuā. Ex quo sequitur, q contractus ille non est feudalis, quē aliquæ ecclesiæ celebrant cōcedendo aliquam rerum in feudum pro decem saccis frumenti, vel pro vno pari caponum, & sic de aliis: hoc inquam faciunt: quia ecclesiæ non curant de seruitijs personalibus: sed tm̄ bursalibus. Nec ille est feudalis, quo quis emit mansum a dño in feudum: nam tale nō est feudum propriè: quia non est gratuitum: sed mercenarium. Nec ille, de quo instrumentū dicit cōcessi tale castrum tali in feudū pro annua quantitate frumenti. Secunda dīa: quia ratione feudi debetur seruitus personalis dño: sed ratione emphiteusis debetur pensio. Tertia quia feudum magis coheret personæ quàm patrimonio: quia causa feudi est radicata in persona: sed emphiteusis econtra. Quarta: quia feudū magis accedit beneficio quàm cōtractui: sed emphiteusis econtra. Quinta: quia feudum perditur transitum ad religionem: sed emphiteusis non perditur: immo transit ad ecclesiam sicut & vsufructus. Sexta: quia in feudo non requiritur scriptura: sed sufficiunt testes pares curiæ, ideſt consasalli: sed in emphiteusi requiritur scriptura saltē fm aliquos. Vndecima species est contractus emphiteuticus. Exemplū, si prędium, cuius habeo proprietatem, tibi tradā quò ad vtile dominium, mihi reseruata proprietate: non tm̄ recipiendo a te precū pro huiusmodi translatione, sed tm̄ obligando te ad dandum mihi annuam pensionē modi cam puta vnum denarium per annum, quæ pensio dari debet in recognitionē directi dīij apud me permanentis, & illa pēsio deberet esse tanta: quantus est redditus, dempta sexta parte: hoc tm̄ non seruatur hodie, debet tm̄ esse modica. Et quānis dicatur, q in principio huius tractatus debeat aliquid dari per emphiteutā ipsi dño, qui sibi pcedit rem aliquā in emphiteusim, & q super illo 3cto requiratur scriptura: tm̄ fm communiter doctores iuris neutrū requiritur. Vide de super Panor. in c. vlti. de locato 3tc. & alios, quos ibidē allegat. De hoc cōtractu scripsit ēt valde diffusè Iason in tractatu de iure emphiteutico; sed panca horū sufficiunt theologo, quę ēt dicta sunt. Item annua pensio potest esse in pecunia, vel in rebus, & ego concedens habeo illam vtilitatē, q ipsa emphiteusis, seu concessione rei in emphiteusim finita (puta quia est temporalis: vel quia emphiteuta cecidit a iure pō meam expulsionem propter non solutionem pensionis per triennium si sum priuatus, vel per biēnium, si ratione ecclesiæ mihi debetur, ob quod eum eriā propria auctoritate: ut potui, expuli: vel quia vendidit irrequisito me, ob quod eum auctoritate iudicis expuli) tunc omnia, quę emphiteuta in prædio illo plantauit & ædificauit (saltem si sūt affixa et talia enim possunt exportari) ceduunt mihi. Et emphyteusis grecè idem est, q plātatio. sicut neophitus dicitur quasi nouiter plantatus. Duodecima est contractus libellarius, & ille aliquando capitur, vt coincidit cum emphiteutico, adeo q aliquando capiuntur pro eodem. Vide Bart. in l. 1. C. de iure emphiteutico, dicit, nullam esse differentiam inter emphiteusim & libellum. Potest tamē accipi vt ab eo distinguitur, & sic hic capitur. Exēplum. si meus emphiteuta jos seum, quod habeat inquitum talis, transfert in alium, et. s. concedendo rē illam in emphiteusim, talis facit 3cum libellarium, & talis contractus, si debet dici libellarius, debet esse perpetuus. Ex quo patet differentia libellarij ab emphiteutico, & hæc duplex. Prima: quia tūc propriè dicitur emphiteuticus, qā cōcedens rē in emphiteusim est dñs illius rei, habendo proprietatem in illa re. Sed dī libellarius, qā concedens nō est dñs eius: sed merè est emphiteuta. Secunda differentia: quia contractus emphiteuticus pōt esse temporalis ad. 10. vel. 20. annos, & succedit in hoc hęres vsque ad dictū tempus. pōt ēt fieri in perpetuū: nec aufertur emphiteutæ: nec hæredibus suis, quādiu solverit canonē: si tā res illa rota pirat, emphiteuta libe tabitur omnino a pensione. Tredecima est contractus superficiarius. Exemplū, si trado tibi superficiem talis domus, vel fundi retētomihi dñio directo vel proprietate soli, & volo q in recognitionem proprietatis soli des mihi quolibet anno vnum denarium (licet etiam non sit necesse vt constituatur pensio) nunc enim si domus cōburatur, vel destruatur molendinum omnino per ignem, vel impetum a quātū, iam finitus est contractus ille per interitum superficici, adeo q si velles in eo dē solo reędificare domū non posses. Et ex hoc patet duplex differentia illius contractus ab emphiteutico. Prima: quia si domus, quam accepisset ab emphiteuta, in emphiteusim, esset cōbusta casu fortuito, non finitur emphiteusis. Vnde remanet adhuc area, quæ & ipsa est emphiteuticacia, super qua etiam inuito dño reędificare pōt: & si non reędificat: nihilominus omnem pēsionem præstare compellitur, sicut primo. Sed contractus superficiarius finitur perenate superficie rei, ut dictū est. Secūda: quia ad emphiteuticū requiritur, q emphiteuta det aliquā pensionem dño in recognitionem dīij directi, non aūt illud requiritur in superficiario: licet contingere posset, q det. Et ideo si inſtm dicat sic; Titius cōcessit Caio in emphiteusim vtile dīium talis rei, talis contractus nō est emphiteuticus nō obstante q inſtm sic sonet. Nam ibi non est constituta pensio:

sed erit superficiarius: contractus enim cognoscuntur ex effectibus suis. Tertia: quia emphiteuta perdit meliorationes suas, sed superficiarius eas repetit: maximè si sint auferibiles. Quartadecima est contractus dictus precaria.ria, feminini generis primæ declinationis, habens singularem & pluralem numerum, & est persona lis præstatio, vel contractus, quo alicui homini ab ecclesia conceditur usufructus vsque ad mortem suam. & dicit personalis, quæ non transit ad hæredem, & sit hoc modo secundùm leges. Si B. habet vineam valentem decem libras, & vult dare ecclesiæ in proprietatē post mortem suam, ecclesia nunc dabit sibi aliam vineam æquivalentem pro vsufructu ad vitam suam, & ipse transfert proprietatem & dominium suæ vineæ apud ecclesiam post mortem, & rehabebit ecclesia ēt suam vineam. & hoc ordinauit ius ciuile non precisè in fauorem ecclesiæ: sed etiam in beneficium illius, cui conceditur. Attamen secundùm ius autenticorum hodie mehorata est conditio ecclesiæ: quia disponit, q̄ B. contrahens cum ecclesia debet mox in ecclesiam transferre proprietatem vineæ suæ: retento sibi usufructu. & ecclesia sibi dabit vsufructum alterius vineæ æqualis iemis. Sed secundùm canones respectu contrahentium agitur mitius & respectu ecclesiæ asperius: quia cum B. dat ecclesiæ suam vineam mox in proprietatem, dēt ecclesia sibi assignare triplum illius valoris: ut tres vineas æquivalentes vsufructuandas per vitam B. Si aūt B. nollet sua vinea uti per vitam suam: ecclesia tantum duas æquivalentes assignaret. Decimaquinta species est contractus dictus precaria: prout precariæ est nomen primæ declinationis, feminini generis, pluralis numeri tantum, & est contractus, quo alicui conceditur aliqua res immobilis: utputa terra aliis sub certo censu ad tempus certum, vel ad vitam accipientis, vel in perpetuum: & tunc transit in hæredem, & sic durat vitra mortem: sed semper in quinquennio est renouandus, ne ecclesia perdat ius suum, ex quo prælati in ecclesia frequenter mutantur: ut si laicus super solo ecclesiæ facit aliquod ædificium lignorum, vel aliquod simile, & in recompensationem soluit ecclesiæ annuatim aliquam pensionem. & iste contractus est similis emphiteutico: immo in substantia est emphiteuticus, si fit in perpetuum, vel ad tempus magnum. & differt solum per hoc, q̄ oportet eum in quinquēnio renouare. Circa tamen has duas species uidetur melius dicendū, q̄ idem est contractus, qui dicitur indifferenter precaria in singulari & precariæ in plurali. Sed ille contractus habet tres modos vel species, quibus diuersimodè contrahitur. Primus modus est positus similiter & secundus, & sunt illi duo modi non gratuiti contractus. Sed tertius est, quando omnino gratis ecclesia concedit alicui laico vel clerico benemerito aliquam pensionem ecclesiæ ad utendum ea in vita sua: & tunc est donatio usufructus, & differt ab usufructu in temporerenouationis: quia debet renouari de quinquennio in quinquennium, sicut & in secundo modo. sed non est sic intelligendum, quòd illum fieri ad quinquennium sit de substantia illius contractus, cum possit fieri tam ad perpetuum, quàm ad vitam, quàm etiā ad tempus certum, magnū, vel parvum: sed renouatio fit de quinquennio ad quinquennium. Nā si non fieret ille p̄ctus nisi ad quinquennū: tunc in quinquēnio esset opus nouā concessione & non renouatione. & sit renouatio, ne longitudine rpis pereat memoria contractus, & sic ne consequenter ipse accipiens, vel eius hæres dicat rem esse propriā & non ecclesiæ. Vnde sicut non potens investiturā a nouo dāno cadit a iure suo, ita & ille, qui nō petit renouationē ciapso quinquennio. Vnde quamuis dicatur, q̄ ille p̄ctus est incognitus iure ciuili, eo q̄ ius ciuile solū facit mentionē de p̄catio, de quo statim dicetur, & non de p̄caria. Tū pōt hoc intelligi, q̄ sub illo nōie non facit de eo mentionē. Nā ex quo disponit de primo mō in substantia, & ēt disponit de emphiteutico, qui in substantia cōsecutr cū secundo. iō in re nō est eino incognitus. Et dicitur p̄caria, eo q̄ ad p̄ces p̄hatur, de illo videx. q. ij. c. p̄catæ. & extra, de precariis, & ibi Panor. & in Instit. §. sanè. C. de sacrosanct. eccle. Decimasexta species est cōtractus dictus precariū, qd est nomen neutri gēis secundæ declinis. & corripit ri, & est contractus, quo alicui aliqua res corporalis, vel incorporalis, mobilis, vel immobilis gratuitè conceditur quò ad usum pp̄ces eius, & hoc tādiu, quādiu cōcedens patitur. Et differt p̄catum primò a dono: quia donās non hēt ius repetendi: sed cōcedens p̄cario aliquā rē hēt ius repetēdi, & pōt illā repetere q̄ncunq; placuerit. Secundò differt a cōmodato: quia cōmodatū non pōt revocari intēpestiuè: tenetur n. cōmodator rē cōmoda tā dimittere p̄ totū tps, pro quo sibi cōmodauit. & rō illius est: quia cōmodatio fit ad certū usum & ad certū tps, etsi tps non exprimat certū: tñ ex quo usus est certus. ēt tacitè est tps certū. & si alterū illorū deficit, non est cōmodatio: sed p̄cariū. si ergo rogasti, ut p̄cederem tibi librū, ut eū rescriberes, est commodatio: quia hēs usum certū & tps tacitè appositū: quia intelligit inquā tū p̄modè potes. Vñ si possem ante usum pleriū repetere: tunc p̄modatio, quæ dēt esse beneficiū, posset in magnū p̄iudiciū tergere p̄modatario: quia forte magnis expēsis se apparasset ad usū illius rei p̄modatæ: sperans ea usq; ad tps tacitū, vel expressum uti, & nunc posset oēs illas. Sed p̄cariū nō p̄ceditur ad certū usū, vel si sic tñ ad incertū tps. iō si alius impēsas facit, imputet sibi. Attamen si vellet sine cā rōnabili revocare cū maximo dāno recipiēs, posset accipiens ꝫ eū excipere de dolo. Tertiò differt a locato: quia locatū cōceditur pro mercede & non gratuitè. Quartò differt ab emphiteutico: quia emphiteuta pōt rē in alīū transferre: requisito tñ prius dnō. si. n. dns parare noluerit, cuilibet emptor i est præferendus. & si Iniam det: uendi pōt, qui si taceat claplis duob. mensibus denunciatione uendere pōt: ēt sine consensu dūi, dummodo non personis prohibitis, sicut sunt potentiores emphiteuta. si secus fecerit, ius sum amittit: pōt ēt emphiteuta ius suū donare & pignori obligare: non sic eius est de recipiente rem precariò. Quintò differt a uendente: quia in uendītione res datur pro precio, & si res tradatur a uero dño: non potest res recuperari, nisi per distractum similem contractui: sed in precario non interuenit precium, & res recuperari potest. Decimaseptima est accommodatio, quę est spēs correlatiua ad cōmodationē. & dicitur accommodatio, quasi ad commodū alterius datio. sed hæc interpretatio nō est convertibilis: quia ēt conuenit mutationi & locationi: quia utrobiq; conceditur res ad usum, scilicet qui nō est eius consumptio, pura in locatione, & qui est eius consumptio, pura in mutuatione.

Decima-

Decimaoctaua est locatio. Decimanona conductio. & de illis patuerunt exempla supra. Vicesima est depositio, & per illum contractum non transfertur res in alterum quò ad dominium, nec quò ad vsum, nec quò ad possessionem: sed tamen per illum actum contrahitur talis obligatio in recipiente pro deposito, q̄ tenetur eam restituere ad petitionem depositoris: & tenetur sibi de dolo & lata culpa regulariter. Vicesimaprima est impignoratio. & capio hīc impignorationem, ut etiam comprehendat hypothecationem, licet ille aliàs differant: quia impignoratio est rei mobilis: sed hypothecatio est rei immobilis, & per illam non transfertur res in alium quò ad dominium, nec quò ad vsum: tamen transfertur quò ad aliam speciem iuris, quod ostenditur quadrupliciter. Primò notanter de impignoratione propriè dicta. Nam in hoc ponitur differentia inter impignorationem & hypotecationem: q̄ in impignoratione res obligata transit in potestatem creditoris cui obligatur pignori. Non sic in hypothecatione: quia illa sic in re immobili, quæ non sic trāsit in potestatem creditoris. Modo potestas est quoddam ius. igitur aliquod ius transfertur in creditorem respectu pignoris. Secundò probatur: quia tale ius trāsfertur in eum, q̄ creditor habet ius detinendi rem, si est immobilis, apud se, & denegandi restitutionem eius debitori, donec plenè sit sibi satisfactum in debito. Tertiò: quia habet ius tale, q̄ si in termino non satisfacit: potest illud pignus impignorare alteri, aut distrahere: saluis tamen regulis, quæ de venditione pignoris sunt seruandæ, de quibus patebit. q. 86. Quartò probatur: quia creditori conuenit actio, quæ dicitur hypothecaria contra debitorem, qua potest agere contra eum, quando debitor illam rem vendidisset alteri. Modò actio est ius quoddam. igitur. Si autem est res immobilis, adhuc illa transfertur in creditorem quò ad aliquale ius: quia eidem creditori conuenit etiam actio hypothecaria contra debitorem. Vnde si debitor nō sibi satisfacit, potest rem sibi hypothecatam alteri hypothecare, & sic habet ius persequendi rem. ergo est in eum translata quò ad aliquod ius. Item in illo contractu impignorationis & hypothecationis nascitur obligatio ex vtraque parte: quia impignorati cōuenit actio contra creditorem, quæ dicitur pignoratitia tam in re mobili quàm immobili impignorata, vel hypothecata, qua debitor repetere potest rem impignoratam, si fatisfacit. Item potest agere pro damno dato in re pignorata. Item potest agere, ut computet fructus perceptos, vel quos percipere potuisset in sortem, & etiam creditori conuenit actio contra debitorem, quæ dicitur hypotecaria tam in re mobili, quàm in re immobili, seu actio perfecurina pignoris vel hypothecæ. Vicesimasecunda est contractus solutionis indebiti: ut si credam me tibi debere. 20. cum nihil tibi tenear. ita quòd ex errore tibi soluam. 20. contraxisse dicor tecum hoc contractu, & competit mihi actio contra te ad hoc, vt restituas. 20. Vicesimatertia est contractus mandati: ut si tibi scribam, quatenus mihi emas libros, literisque lectis non contradicis: si postea non emis, & mea interest, habeo actionem contra te ex contractu mandati, & debet illud mandatum esse gratuitum ab initio tempore conuentionis, aliàs transibit in aliam speciem contractus, scilicet locationis, si saltem mandatarius aliàs consueuit locare operas suas: si autem non consueuit locare operas suas, transibit in contractum innominatum, scilicet do ut facias. Vicesimaquarta est contractus societatis: & de illo fuit exemplum habitum circa diffinitionem contractus in distinctione præambula. Vicesimaquinta est contractus chirographarius, ut si ego indigens pecunia venio ad te diuitem, petens a te mutuum, tu dicis, scribe, q̄ tibi mutuauerim, & cras veni, & tradam tibi certum. ego itaque scribo spe numerationis, ideō spe cras in effectu recipiendi illa centum, & sic cras tu recedis, nec possum a te habere centum: si ego infra biennium non opposuero me conquerendo de hoc: iam debitur actio ipsi diuiti contra me ex chirographo ratione contractus iuris secum, qui dicitur chirographarius. Vicesimasexta est contractus stipulationis, de illo habitum est circa diffinitionem contractus. Vicesimaseptima est liberatio per acceptilationem, de qua ibidem. Vicesimaoctaua est delatio iuramenti: ut si dicam, tu mihi debere centum, tu dicis, q̄ non debeas: quia solueris, ego quoque dicam, si potestis iurare, q̄ non debeas mihi, tu liber, tuque iures, iam contraximus contractu delationis iuramenti, & per illum contractum acquiritur tibi ius repellendi me in posterum ab actione super illis centum, & ille est contractus secundo modo captus, de quo modo circa diffinitionem contractus est dictum. Vicesimanona est datio sententiæ: ut si tu & me contendentibus coram iudice super aliqua re, quam ego dico meam: tu tuam, detur sententia, per quam res illa adiudicatur mihi, iam ex illa datione habeo ius exigendi & accipiendi rē, & hoc in foro exteriori: sed si a parte rei non est mea, non habeo ius accipiendi in foro conscientiæ: etiam si non appellaueris ab illa sententia: tu tamen amittis eam non appellando ab ea. Tricesima est transactio: ut si tu & me contendentibus super aliqua re conueniamus hoc pacto, q̄ res sit tota tua, & q̄ tu tamen mihi etiam des aliquid: iam contraximus contractu transactionis, in quo transactionibus res illas in nos inuicem. Idem si fiat per amicabilem compositionem, quæ propriè loquēdo differt a transactione: quia compositio amicabilis propriè capta est gratuita: sed transactio est non gratuita. Vnde transactio est de re dubia lite incerta necdū finita non gratuita pactio. ff. co. d. r. litem autem intelligas presentē, vel futuram: quia etiam ante litem potest fieri transactio. Et hæ species cōtractuum sufficiant pro primo dicto. Secundum dictum, species contractus eiusdem possunt sumi hoc mō. Nam quidā contractus celebratur re, quidā literis, qui dā consensu, quidā verbis. Exemplū primi, vt sunt illi quinque. mutuū. solutio indebiti per errorē facta, commodatio, depositio, impignoratio, institut. quibus modis re contrahitur obligatio. Exemplū secundi, sicut cōtractus chirographarius. Exēplū tertij, ut sunt illi sex. emptio, venditio, conductio, locatio, societas & mandatum, institut. de obligatione quæ ex consensu. Exemplum quarti, ut stipulatio. Et hæc de præsenti quæstione sufficiant: quia intius tractare de illis ad dominos inuitas spectantes tales has autem species quantum ad theologum spectat, primò de mutuatione tractabitur, circa quam multa contingunt animarum pericula, quibus succurrere habet theologus.

TRACTATVS SECVNDVS.

EXpedito tractatu primo, in quo de dominio & eius speciebus est dictum, atque de contractu & eius speciebus in generali, consequenter in secundo tractatu huius operis dicendum est in speciali de contractu mutui, & continet iste tractatus .xxxiij. quæstiones, quarum prima est xxviij. in ordine huius operis & talis.

QVÆSTIO XVIII.

Vtrum mutuum bene notificetur sic, est actus, vel contractus, quo quis pecuniam, vel speciem, idest rem utilem, cuius usus est eius consumptio: secundùm quòd ordinatur ad talem usum: concedit alteri non tantum transferendo vsum eius in illum: sed etiam dominium: illo tamen alio obligato ad reddendum post lapsum temporis idem in genere & æquialens, vel tantundem in numero, pondere & mensura. Solutio. q. stat in una suppositione & una conclusione. Suppositio est hæc. Mutuum capitur dupliciter. Vno modo pro re data, & sic pecunia, uel alia res nata mutuari, si mutuetur, dicitur mutuum. & sic non capitur hic: quia non est actus aliquis. Secundo modo capitur pro actu mutuãdi, & sic capitur hic. Et quia crebro oportet fieri mentionem de recipiente ab alio mutuum, ideo brevitatis causa eundem appellabo mutuatarium ductus ratione a simili, sicut is, qui donum recipit, dicitur donatarius, & qui depositum depositarius, & sic de aliis.

Conclusio autem responsiua est hæc. Mutuum bene notificatur predicto modo: quia talis notificatio conuenit omni mutuo. & facit mutuum differre a quo libet alio contractu, & sic de aliis conditionibus bonæ notificationis. Nec oportet addere, q illa translatio, uel concessio sit gratuita: quia quamuis illud requiratur ad licitam mutationem: tamen non requiritur ad mutationem acceptam in communi ad licitam & illicitam, quo hic capitur: quomodo etiam vsurariæ mutuatio etiam est mutuatio: ut patet ex diffinitione usuræ, ut infra patebit. q. xxi. Et in hoc potest reprehendi diffinitio mutui data a quodam legista, scilicet Bartolo in l.ij. in fi. ff. si certum petetur, ubi in effectu dicit. Mutuum est alicuius rei usu consumptibilis in numero, pondere, uel mensura consistentis gratuita facta translatio sub spe recipiendi tantundem in genere suo in simili numero, pondere, uel mensura. Nam illa clausula superfluit. i. gratuita, ut patuit. Nec valet, si dicas, illa ponitur ad differentiam locationis, uel contractus alicuius innominati non gratuiti, eo q si concedatur res pro mercede, erit locatio: si merces sit in pecunia, uel erit innominatus contractus, do ut des: si non consistit in pecunia. Nam illi contractus sufficienter excludentur per hoc qd dicitur: non tantum transferendo usum eius &c. Nam in locatione solum transfertur usus. Vnde diffinitio posita in titulo est sufficienter bona. Et patet eius bonitas ipsam declarando pro octo clausulas eius. Dicitur enim primo actus, uel contractus, quod ponitur loco generis. Secundo dicitur pecuniam uel speciem: quia non solum numisma, uel pecunia sola est nata mutuari, sed etiam species. i. res utiles distinctæ a numismate: vt sunt frumentum, vinum, oleum. Vnde res mutuabiles sunt triplices. Quædam enim traduntur sub certo numero, ut pecunia. Quædam sub certo pondere: ut quædam species & arometa. Quædam sub certa mensura ut granum, uinum, oleum, & similia. Vnde ex quo in sola mutuatione consistit pactum usuræ, ideo etiam in sola harum rerum traditione uel concessione committitur pactum usuræ. Et si quis uelit per unam clausulam comprehendere utrãque partem illius secundæ clausulæ, quæ disiuncta est: potest sic dicere. quo quis rem usu cõsumptibilem &c. debet tamen res capi, ut comprehendit numisma, & ad ostendendum multiplicitatem huiusmodi rerum posset addere, in numero, pondere, uel mensura consistentem: tamen non est necesse addere: quia clausulæ disiunctæ non sunt necessariæ in diffinitione, si ipsum diuisum ibi ponitur. Tertiò dicitur, cuius usus est eius consumptio: quia res, quarum usus non est consumptio, non mutantur secundùm q ordinantur in talem usum. Nam non dicor nestimentum meum tibi mutuare, si ad tempus ipsum tibi concedo: quia eius usus non est eius consumptio: licet di sponat ad consumptionem tandem: sed dicor id tibi commodare, si id ad tempus tibi concedo ad usum gratis: sed pecunia & frumentum & uinum, & huiusmodi sunt ordinata ad usum, qui est eorundem consumptio. f. pecunia ad negociationes & mercãrias, per quas pecunia consumitur. & hoc quoad dominium ipsius expendentis, & frumentum & vinum ad esum & potum. Vnde in rebus, quarum usus est earum consumptio, non cedit usus sub precio sine substantia. In aliis uerò potest usus cadere sub precio sine substantia, ita q usus earum acquiritur pro precio substantia manente in dominio alterius. Ex quo sequitur corollarium, q improprie capitur mutuum. iij. R eg. iiij. ubi dicitur. Vade pete mutuò ab omnibus uicinis tuis uasa uacua &c. Similiter .iiij. Reg. vj de ferro, quod cecidit uni de filiis prophetarum in aquam, cum dicitur, hoc ipsum mutuò acceperam: ibi enim mutuum accipitur pro accommodatione, prout latius patebit. q. xxxiij.

Contra illam clausulam arguitur. Vestis est res, cuius usus non est eius consumptio: & tamen est nata mutuari: quia pro ea contingit accipi usuram, modo usura tantum accipitur ratione mutui. igitur. Maior probatur per l. pro auro. C. de usuris, ubi dicitur sic. pro auro & argento & veste facto chirographo licitas solui, uel promitti usuras iussimus. Dicendum, q quando pro ea contingit accipi usuram: ut in d. l. non accipitur pro ea, nisi tantundem est æstimata in quantitate pecuniæ: utputa petis, q mutuem tibi x. flor. ego dico pecuniam

pecuniam non habeo: sed vestem tanti valentem tibi concedam, acti. x. flor. tibi mutuassem, & inde vt de x. flor. debit mihi vsuram. Dicitur quartò, secũdum quã ordinatur ad talem vsum: quia si secundùm q talis res ordinaretur in alium vsum: non esset mutuum, vt si pecuniam meam tibi concedam ad hoc, vt eam contrectes in manu tua forte ad sanitatem tuam: puta quia est aurum, quod habet virtutem contra quasdam ægritudines, vel vt ponas ad tabulam tuam propter ostentationem, ut dives videaris, uel ut eam valeas creditori tuo impignerare, quotsque ei possis soluere: prout sæpe fit inter amicos, q aliquis alteri concedit aurum. vt impigneret: non est inquam mutuum. Nam ille vsus, scilicet contrectatio vel impignoratio non est eius consumptio. Vnde illa concessio est locatio, si saltem pro mercede eam tibi concedo, vel contractus innominatus, do vt des, nec illa concessio pro mercede facta est vsuraria, licet fiat propter lucrum: quia non est concessio mutuationis, in qua sola residet pactum usuræ, quamuis illa concessio possit esse alia specie pacti infecta pro quanto concederet sibi ad peccandũ. f. ad vanã ostentationem, uel huiusmodi. Si autem est gratis concessa: tunc est commodatio. Dicitur quintò, non tantum transferendo usum, in hoc differt a contractu locationis & commodationis, in quib. solum transfertur res quo ad detentationem & vsum, non quo ad dominium: in mutuo autem quo ad utrumque. Vnde dicitur, mutuo. i. de meo facio tuum. Et si arguatur, fideiussor, qui loco debitoris soluit debitori debitum, dicitur mutuare debitori: & tamen non transfert dominii illius rei mutuatæ in debitorem: sed in creditorem. alioquin, in duos dominos disparatos transferret. Dicẽdum, q implicitè mutuat debitori. & ideo etiam implicitè & virtualiter transfert dominium illius in debitorem. sed non ibi fistendo. sed ultra de eius dominio transfert in dominium creditoris. & sic immediate in debitorẽ & mediate & finaliter in creditorem. Dicitur sextò, illo tamen alio obligato &c. in hoc differt a donatione: quia in donatione licet etiam transferatur res in alterum quo ad usum & dominium: tamen ille alius non obligatur ad reddendum illam, uel aliam rẽ. Vnde donum secundùm Arist. in iiij. topic. est datio irredibilis. i. datio facta sine spe, q donatarius reddat æquialẽs. Et licet donatarius obligetur donatori obligatione naturali ad beneuolentiam habẽdam circa donatorem: non tamen est illa obligatio ciuilis, nec potens de se gignere actionem in iudicio exteriori. Dicitur septimò, post lapsum temporis. in hoc differt a cambio & permutatione. Nam cambiens florenum pro moneta, licet etiam transferat numisma, siue florenum in aliqm quo ad usum & dominium: eriam ille alio obligato ad reddendum sibi monetam æquialentem: tamen ille alius obligatur ad mox reddendũ sine expectatione temporis. Et hoc si cambium est purum, qđ dico: quia si expectarer redditionem fiendam per alium: ibi etiam esset admixtum mutuum in illo cambio, pro quanto enim veller, q alius per aliquod tempus posset monetam retinere, & postea sibi dare, perinde est, acti illam monetam iam suam factam & receptam mutuat ille alteri. Similiter dic de permutatione, qua Ioannes permutat suum bouem pro equo Petri. Dicitur octauò, idem in genere, & æquialens: quia recipiens mutuum non tenetur ad restituendum eandem rem in numero, seu in individuo, quam mutuo accepit, quod patet: quia ex quo solum illæ res sunt natæ mutuari, quarum vsus est earundem consumptio, secundùm q sunt tales: tunc eo ipso, q quis mutuat aliquam rem proximo: consentit, q alius consumat illam rem, & q consequens q non eandem restituat in numero: cum consumptum non possit naturaliter idem in numero redire. si est simpliciter consumptum: sicut quãdo mutuatur frumentum, vel vinum, cuius usus est eius consumptio simpliciter dicta. i. corruptio. Sufficit ergo, q reddat idem in genere, & capitur idem in genere pro eo, quod non est idem in numero, seu in individuo, dũ modo sit idem in specie: quod enim theologi uocant idem in specie, domini iuristæ uocant idem in genere. & quod theologi idem in numero seu in individuo, hoc vocant domini iuristæ idem in specie. Vnde iurisconsultus in l. ij. ff. si certum petatur: mutuum damus recepturi non eandem speciem, quam dedimus, alioquin aut commodatum erit, aut depositum, sed idem genus. Et sic in hoc differt a commodato & locato, in quo oportet, q commodatarius & conductor reddat rem eandem in numero, alias condemnabitur quanti interest, nec etiam oportet, q in æquali bonitate omnimoda: quia conductor habet ius utendi re conducta. Modò naturale est, q res per usum & si non mox consumatur: tamen aliquo modo attenuatur in bonitate pristina, damnodo illa attenuatio rei fiat per discretum usum eius: secus si attenuaretur, uel deterioraretur ex eo, q ipse indiscretè, & per consequens cum culpa, uel dolo ea fuisset usus. Idem dic in commodato. Et dicitur notanter, æquialens uel tantundem &c. quia fiat, q illud restituendum non sit æqualis æstimatione illius temporis, puta: quia interim decreuit valor illius rei per lapsum temporis: & tamen ei restituitur æquialens in numero, pondere, uel mensura: immo etiam æquialens in intrinseca qualitate & bonitate: puta frumentum mutuatum, & quod nunc restituitur, sint æqualis bonitatis intrinsecæ, & æqualis mensuræ: & tamen non tantum nunc valet frumentum, cum restituitur, sicut prius: cum mutuò acciperetur.

QVAESTIO. XIX.

Vtrum in aliquibus casibus homo teneatur sub pœna peccati mortalis ad mutuum dum proximo. Solutio huius quæstionis fiat in tribus suppositionibus, decem conclusionibus, & sex dictis, & quatuor argumentis.

Prima suppositio. homines sunt in triplici differentia, uel genere. Quidam enim habent in rebus temporalibus ad uitam hominis deseruientibus superfluitatem naturæ quàm personæ. Illud autem dicitur superfluum naturę, quod non est necessarium ad sustentationem uitæ hominis: sic quis eo sublato, adhuc homo habet alia, quibus sufficienter potest natura eius sustentari. Illud autem dicitur superfluum personę, quod non est necessarium ad tenendum statum congruentem personæ illi, sic q illo etiam sublato, adhuc talis homo habet alia, quibus sufficienter potest tenere statum sibi congruentem, & sic persona accipitur in

propositio,

propositio, prout sonat dignitatem superadditam naturæ ipsius supponit. Vnde rex multa habet, quæ sunt superflua naturæ suæ, quia pro vita huius individui, qđ est res, non indigeret tantis bonis, quæ tamen sunt necessaria personæ suæ. Ideò dignitati, vel statui regali respondendo. Et homines huius primi generis dicuntur alio nomine homines habentes abundantiam facultatum seu rerum temporalium, prout abundantia sonat in superfluitatem. Alij verò de secundo genere homines sunt, qui in rebus temporalibus prædictis habent superfluum naturæ, sed non personæ: & declaratur proportionaliter, vt iam declaratum est. Et illi dicuntur alio nomine habentes sufficientiam facultatum: nam talibus non deficiunt temporalia pro natura vel persona. Tertij verò & de tertio genere homines sunt, qui in rebus temporalibus prædictis, nec habent superfluum personæ, nec naturæ vt id quod habent, est necessarium tam ad personam, quàm ad naturam, & est insufficiens ad personam, & illi dicuntur homines habentes penuriam facultatum.

Secundo suppositio. aliquid esse necessarium naturæ hominis potest intelligi dupliciter. Vno modo, ꝙ sit necessarium naturæ vniuscuiusdeterminati hominis. Alio modo, ꝙ sit necessarium naturæ non tantum vnius hominis: sed etiam aliorum hominum coniunctorum quibus ille tenetur etiam providere de necessariis vitæ. Vnde stat, ꝙ aliqua temporalia non sunt necessaria Petro ad naturam suam primo modo, quæ tamen sunt necessaria eidem secundo modo pro quanto Petrus est paterfamilias obligatus alere uxorem & filios. Sicut in simili Hieronymus exponens illud Ioannis Baptistæ. Qui habet duas tunicas, det non habenti. Luc.iij. vult, ꝙ per unam tunicam intelligatur vestimentum necessarium homini & familiæ suæ, per alteram superfluum vestimentum.

Tertia suppositio: homines indigentes sunt tripliciter, seu in triplici genere, secundum ꝙ est triplex necessitas. Primi enim sunt constituti in necessitate extrema, & illi sunt tales, qui sic se habent, ꝙ nisi subueniatur eis cibo, potu, vestimento & huiusmodi, exhalarẽt spiritum. Et beatus Thomas declarando extremam necessitatem dicit in iiij. dist. xv. ꝙ casus extremæ necessitatis iudicandus est, quando apparent signa probabilia futuræ necessitatis extremæ, nisi eis subueniatur: vt cum quis videt pauperem indigentem cibo, uel potu, vel huiusmodi necessariis: & homines impotentes vel pigros ad subueniendum illi, nec pauperem sibi posse prouidere. non est enim expectanda vltima & extrema necessitas: quia tunc forte non posset natura iuuari ita defecta. Secundi verò homines sunt positi in necessitate arcta, seu magna, & notabili, citra tamen extremã necessitatem. Tertij verò sunt in communi sic, ꝙ nec in extrema, nec in citeriori arcta. sed in citeriori non arcta, nec notabili.

Prima conclusio. homo non in omni casu nec pro semper tenetur mutuare proximo, probatur quadrupliciter. Primò, homo non tenetur ad impossibile: sed in aliquo casu & pro aliquo tempore, huiusmodi esset impossibile mutuare. Si nihil habet, vel nullus sit qui recipere velit. Secundò sic, præceptum de mutuando est affirmatiuum igitur non obligat pro semper. tenet consequentia: quia in hoc differunt præceptum affirmatiuum & negatiuum, ꝙ negatiuum obligat semper & pro semper, & tenemur omni tempore ad hoc: vt nõ furemur, & tenemur pro omni tempore non furari, seu pro nullo tempore furari, sed affirmatiuum obligat semper: sed non pro semper. semper enim homo obligatur ad hoc, vt certis circunstantiis tam ex parte sui, quàm proximi concurrentibus mutuet: sed quia illæ circunstantiæ non semper concurrunt: ideo nõ obligabitur mutuare pro omni tempore. Tertiò probatur: quia præceptum de mutuando est de actu virtutis: mutuare enim est actus virtutis. Modo actus virtutis requirit debitas circumstantias loci, temporis, finis agentis, & rei, circa quam agendus est, adeo ꝙ nisi illæ circũstantiæ concurrant, actus non erit virtuosus. Modo nõ pro omni tempore, nec in omni casu cõcurrunt omnes circũstantiæ requisitæ ad actum mutuandi: vt est actus virtutis. igitur non tenetur homo mutuare in omni casu nec pro semper. Quartò: quia dabilis est casus, in quo vitiosum esset mutuare, vtiã quis mutuaret ei, qui non solum non indigeret: sed etiam abuteretur esset re mutuata: mutuante id sciente. Ista conclusio magis patebit ex vltima conclusione, vbi enumerabuntur casus, in quibus non tenetur homo mutuare.

Secunda conclusio. in aliquibus casibus tenetur homo ad mutuandum proximo sub pœna peccati mortalis, probatur dupliciter. Primò sic, in aliquibus casibus tenetur homo donare proximo sub pœna peccati mortalis: igitur conclusio vera. tenet consequentia: quia malus est donare proximo, quàm mutuare: vt patet ex secunda suppositione. Assi probatur: quia dare eleemosynam est donare. modo in aliquibus casibus tenetur homo ad dandum eleemosynam proximo sub pœna peccati mortalis, igitur. Maior nota. Minor probatur: quia nullus punitur æternaliter nisi pro mortali peccato: sed pro omissione dationis eleemosynæ puniuntur homines æternaliter. Nam Mat. xxv. habetur, ꝙ iudex pro causa damnationis damnandorum allegabit datio nis eleemosynæ omissionem. Dicendo. Ite maledicti in ignem æternum. esuiui enim & non dedistis mihi &c. Item Lu. x. cum quidam legisperitus respondisset ad parabolam Christi dicens, ꝙ ille, qui fecit misericordiam cum vulnerato a latronibus, erat eius proximus, subiunxit Christus præceptiuè dicens: Vade, & tu fac similiter. Secundò sic, homines tenentur diligere proximum sub pœna peccati mortalis: dilectione non tantum cordis, quæ est velle sibi bonum: sed etiam dilectione operis operando & in effectu conferendo sibi bonum, & hoc concurrentibus circunstantiis in ipso diligente. i. ꝙ habeat illud, quod in effectu sibi possit conferre, & etiam in ipso diligendo, qui indiget illo bono. Modo illæ circunstantiæ aliquando concurrunt in homine petente mutuare: igitur in aliquibus casibus tenetur homo ad mutuandum sub pœna peccati mortalis. Maior probatur pro prima parte per illud Io. xv. hoc est præceptum meum, vt diligatis vos inuicem. Secunda pars probatur per illud. j. Io. iij. Non diligamus verbo, neque lingua: sed opere & veritate. Tertia pars, scilicet ꝙ concurrentibus circũstantiis in ipso diligente &c. probatur per illud Ioan. iij. Qui viderit fratrem suũ necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? q.d. talis non satisfacit præcepto de dilectione corde & opere exhibenda proximo.

proximo. Vnde Augustinus in libello de decem chordis. Magna excusatio, filiis suis seruat. tibi pater tuus seruat. dominus tu filiis tuis. seruant filij tui filiis suis. & nullus seruaturus est præceptum Dei. sde dilectione Christi. & sic innuit, ꝙ ex præcepto dilectionis tenemur ẽt ad erogandum indigentibus bona nostra. Tertiò sic. Luc. vj. ait Christus. Mutuum date. & Mat. v. Volenti a te mutuare, ne auertaris: sed illud verbum date, non potest intelligi, ꝙ sit in omni casu consilij: sed potius ꝙ in aliquibus sit præcepti, probatur dupliciter. Primò sic: quia verba imperatiui modi sequentia & præcedẽtia intelligenda sunt in aliquibus casibus præceptiuè. Nam immediate dixit. Diligite inimicos vestros, benefacite, & mutuum date. Modò diligite & benefacite ibi capiuntur, ut etiam intelligantur in certis casib. præceptiuè, in quibus simpliciter tenetur homo diligere, etiam in effectu benefaciendo inimicis suis secundùm ꝙ dicitur. Exo. xxij. Si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis. Similiter uerbe sequentia. Estote misericordes &c. Nolite iudicare, nolite condemnare &c. quæ omnia intelliguntur præceptiuè. Modò ex circumstantia scripturarum est sumenda intelligentia secundùm Hilarium. Secundò sic: quia quando Christus ait Luc. xj. Quod superest, date eleemosynam. dare, exponitur in aliquibus casib. ut est verbum præceptiuum. igitur eadem ratione & magis hic erit præceptiuè intelligendum in aliquibus casibus: cum grauius sit dare eleemosynam, quàm mutuare. Et quia ad sciendum casus, in quibus homo tenetur mutuare, multum confert scire, in quibus tenetur dare eleemosynam. ideo hic de illis aliquid infertur. est ergo tertia conclusio.

Tertia conclusio. duo sunt casus, de quibus non debet dubitari, in quibus tenetur homo ad donandum proximo suo eleemosynam. Primus, quando homo hẽt superfluum tam personæ quàm naturæ, & hoc naturæ suæ & suorum, quibus tenetur, & proximus indigens est constitutus in extrema necessitate. Secundus, quando homo habet superfluum naturæ suæ & suorum, quibus tenetur, licet id non sit superfluum personæ: imo etiam necessarium ad decentiam status sui & familiæ, & proximus indigens est constitutus in extrema necessitate. Primus casus ponitur a sancto Tho. Rich. in iiij. Henrico in quodlibetis, a Nicolao de Lira. j. Io. iij. & ab Alex. de Ales in iiij. parte. Secundus autem ponitur a Rich. & Durando. Et licet sanctus Tho. in ij. ij. q. xxxij. ar. vj. quò ad secundum casum videatur contrarium dicere, volendo ꝙ secundus casus sit consilij, ita ꝙ non peccaret mortaliter omittens illud: tamen ad sancti Tho. auctoritatem potest dupliciter responderi. Primò, ꝙ auctoritas eius non concludit: cum ratio innitens regulæ charitatis sit ad contrariũ, quod sic ostenditur. Charitas enim debet esse ordinata, ut quod maius, uel dignius sit, magis diligatur & præferatur. Vnde & propter ordinem charitatis dicunt doct. ꝙ primò diligendus est Deus, deinde anima propria, deinde anima proximi, deinde corpus proprium, adeo ꝙ etiam plus est diligenda anima proximi: quàm propriũ corpus: cum anima proximi longè sit præstantior corpore proprio. Modò natura proximi nobilior est, quàm status proprius, adeo ꝙ etiam homo met prædiligeret perdere proprium statum & conseruare animam, quã econtra. igitur etiam debebit naturam proximi constituti in extrema necessitate prædiligere decentiæ propij status. status enim est quid accidentale: natura aũt quid substantiale. Secundò potest dici, ꝙ verbum sancti Tho. posset taliter moderari. ꝙ esset verum, si intelligatur de illo dante, qui licet habeat superfluum naturæ suæ & suorum: quod tamen est necessarium statui suo tamen illud est adeo necessarium statui suo, ꝙ propter eius carentiam sustineret magna pericula, vel damna animæ, vel corporis. sic inquam aliqui intelligunt dictum sancti Tho. & verum quidem esset: sed an ipse sic intellexerit, dubium uidetur. Nam sic intelligendo illud quod habet, non esset propriè superfluum naturæ suæ & suorum. immo videtur, ꝙ esset necessarium naturæ suæ: si enim ex eius carentia imminet periculum corporis: iam vitæ naturali suæ erit necessarium, si autem periculum animæ: iam illud necessariũ vitæ spirituali suæ naturæ: si talem periculum imminens est probabile uel æquilibre: quia anima committens se tali periculo peccati mortalis, peccat mortaliter. ideo simpliciter uidetur standum cum Rich. & Duran. tenendo secundum casum esse casum, in quo obligatur homo sub pœna peccati mortalis ad donandum eleemosynam proximo.

Quarta conclusio. in eisdem duobus casibus tenetur homo ad mutuandum proximo suo sub pœna peccati mortalis, probatur: quia in eisdem tenetur donare proximo. igitur etiam mutuare petenti. tenet consequentia a minori affirmatiuè. Et dico notanter, petenti. mutuum: quia si non peteret mutuum, sed absolutam donationem: non satisfaceret mutuando: immo teneretur donare: quia iam necessitas extrema fecit, ut illa res accedente petitione ideo sit sua, uel sibi debita facta, ꝙ si alius deneget, poterit auferre occultè sine peccato furti. Contra illas duas conclusiones arguitur. Si hæc conclusio esset uera, sequeretur, ꝙ aut aliquis teneretur ad impossibile, aut in neutro illorum casuum tenebitur mutuare, probatur. Nam pono casum, ꝙ habeam sũ perfluum in primo casu, uel superfluum in secundo casu, & occurrat mihi constitutus in extrema necessitate petens mutuum, ego quòque præparem me ad mutuãdum sibi, ut petit: sed inter præparandum mox occurrit mihi alius constitutus in æquali extrema necessitate: & tamen non sufficiam utrique mutuare: sed tantũ alteri possim, quæro, an tenear iam mutuare? & si sic, aut igitur utrique: & sic ad impossibile obligor, aut neutri, & sic conclusio est falsa, aut uni & non alteri: & hoc non: quia quæro cui? non primo de certo secũdo: quia non est maior ratio: cum circũstantiæ sint æquales in ipsis & in me respectu eorum. nec secundo de certo primo eadem ratione. igitur. Dicendum, quòd ea su stante non teneor utrique mutuare: quia tunc ti solum uni eorum mutuarem: non satisfecissem. & sic ad impossibile tenerer. Vnde dicendum, quòd neutri eorum teneor: ut patet ex sequenti: quia nec etiam alteri eorum teneor: quia dicendo alteri eorum teneor: alteri supponit determinatè, & quælibet singularis est falsa. sed dicendum est, quòd teneor alteri eorum. Nã sic dicendo, tunc ille terminus alteri, supponit confuse tantum. sequendo ly teneor. sicut dicendo: teneor tibi unum florenum: non est sensus, quòd præcisè hũc determinatum teneat. Vnde si mutuauero primo, de-

obligatus

obligatus sum a secundo. si secundo, deobligatus sum a primo. simile argumentum fieri potest in casu donationis eleemosynæ, & similiter soluetur.

Quinta conclusio. præter prædictos duos casus est tertius dabilis, in quo non videtur simpliciter diffinié dum hominem sub pena peccati mortalis obligatum ad dandum eleemosynam proximo .f. si homo habet superfluum tam nativæ suę, quàm personæ & suorū, & proximus constitutus est in necessitate: licet citeriori extrema necessitate: sed tamen arcta seu magna & notabili ac graui. probatur allegando ad hoc tres doctores. Primo: nam Durandus in quarto loquens de habēte superfluum naturę & personæ, & volens dicere, quibus ille teneatur dare eleemosynam: ait sic. Non est dubium, quin sit præceptum respectu illorum, qui sūt in extrema necessitate: de illis autem, qui non sunt in extrema necessitate, licet sint in magna uerecundia: nō audeo plenè diffinire, nec condemnare maiorem partem diuitum. hæc ille. Et sic ille doctor diffinite non audet, nec maiorem partem diuitum condemnare, qui sic superfluum habentes non subueniunt datione eleemosynæ patientibus magnam necessitatem, licet citeriorem, quàm sit extrema. Secundò probatur: quia secundum sanctum Tho. vbi supra: non est mortale. Tertiò ad idem videtur esse Alex. de Ales in quarta par te summę. q. ccliij. membro primo. & hoc ex modo loquendi eius ibidem trahi potest. Nam cum quæsisset. Vtrum ille, qui potest necessario teneatur facere eleemosynam indigenti citra vltimam necessitatem, ponit tria dicta. Primum est, ꝙ qui abundat in bonis fortunæ, debet de rigore, siue de necessitate iustitiæ subuenire illis, qui sunt in extrema necessitate: quia peccaret, si non subueniret & mortaliter, vt opinor. Secundum dictum, illis autem, qui sunt in euidenti & notabili necessitate tenetur subuenire de æquitate. i. tenetur de bono & æquo: si enim aliquis in bonis non necessariis abundat, & non subuenit proximo existenti in notabili & euidenti necessitate: non subueniendo in hoc casu præiudicat æquitati iustitiæ: nisi illa, unde deberet tali subuenire, reseruet aliquibus, quibus tenetur plus subuenire: vt fortasse aliquibus, de quorum bonitate est magis certus, uel sunt magis propinqui. Tertiū dictū, illis autem, qui communi consuetudine mendicant, nec tamen apparet in eis signum aliquod notabilis, siue grauis indigentiæ, si præsumatur, ꝙ habeant ad pertransfeundum tempus illud, tenetur de dispensatione iustitię, & est meritorium subuenire: non est tamen demeritorium non subuenire: si ex causa aliqua leui rationabili non subueniat: ut si præsumatur, quòd indigens habeat, ꝙ illi sufficiat ad transeundum tempus illud: quæ autem dispensatiuè fiunt, alliciunt ad similem, nec tamen obligant inquantum huiusmodi. Vnde quæ ex dispensatione iustitiæ fieri debent, si fiunt: bene fiūt, siue meritoriè, si non: non demerentur, qui omittunt. Hæc ille. Itaq; patet, ꝙ Alex. in secundo dicto iam posito sentit, ꝙ non peccat mortaliter. aliquin diceret, ꝙ in secundo casu teneretur etiam de rigore iustitię sicut in primo casu dixit. Item etiam cum in casu secundi dicti minus videatur obligari, quàm in casu primi dicti: & tamen in casu primi dicti non simpliciter asseruit asserit fore mortale: sed solum dicit opinor, sequitur, ꝙ in secundo casu non sensit fore mortale: sed tantum ueniale pro quanto est contra æquitatem, contra quam facere non sine culpa transire potest: patebit tamen in septima probatione sextę conclusionis, quòd Alexan. sensit expresse oppositum in tertia parte summæ.

Sexta conclusio. licet non videatur simpliciter diffiniendum: tamen aliqualiter probabile uiderut, & non improbabile dicere, quòd in tali casu sit obligatio sub pena peccati mortalis. Prima pars huius conclusionis patet ex quinta. Sed secunda pars conclusionis probatur octopliciter, & primę quatuor probationes sunt per auctoritates, alię per aliquas rationes, seu persuasiones. Prima auctoritas. Nam Ioan. in j. canon. sua. c. iij. videtur velle talem in casu huius quintę conclusionis peccare mortaliter. Nam ait sic, qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? q. d. non similis stant charitas & omissio subuentionis in tali casu: igitur illa omissio est mortalis: quia sola uenialis omissio bene stat cum charita te in eodem. Nec valet duplex responsio hic dabilis. Prima, quòd Ioannes tantum loquatur de extrema: nā videtur, quòd quilibet prima facie audiens illam sententiam Ioannis intelligat eam de qualibet magna & grani necessitate, etiam citeriori extrema respectu habē tis superfluum naturę & status. Nam de patiente extremam nemo dubitaret. Secunda responsio, quòd possit intelligi de claudente uiscera interioris misericordię, idest qui non solum non dat in effectu exteriori tali. sed etiam non compatitur per affectum. Hęc secunda responsio dupliciter improbatur. Primò, nam immediate Ioannes subdit. Filioli non diligamus uerbo, neque lingua: sed opere & ueritate. & sic sententiā præcedentem uidetur per uerba sequentia exponere: vt intelligatur etiam ille claudere uiscera, qui essi intus compatiatur: tamen exterius non succurrit cum effectu. Secundò improbatur secunda responsio: quia pauper non minus tenetur ad hoc, ut non claudat uiscera interioris misericordię, idest compassionis, quàm diues: ergo si intelligeretur illa auctoritas Ioannis de interiori misericordia tantùm: frustra præmisisset dicens. qui habueris substantiam huius mundi. quia siue haberet, siue non: non referret, quin charitas non maneret in eo, si clauderet viscera compassionis ab eo. Secundò sic: quia etiam Durandus vbi supra dicit, quòd illa auctoritas videtur hoc sonare, scilicet de necessitate, etiam non extrema, dummodo sit magna. Tertiò sic: quia ad idem videtur esse Nicolaus de Ly. super canon. Ioannis loco prędicto: dicens, quòd ibidem tangitur duplex casus, in quo eleemosynam facere necessitatis est & præcepti. vnus est ex parte facultatis, scilicet, quando habet superfluum victui & vestitui consyderatis necessitatibus personę & status &c. Secundus casus est ex parte recipientis .f. quando patitur urgentem necessitatem: & non apparet, unde sustentari possit, nisi per eleemosynam istius: tunc ille tenetur dare nō solum de superfluo, sicut in casu prędicto: sed ēt de necessario non personę suę secundum individuam consyderatę: sed de necessario sui status. Nam quilibet dēt se restringere, vt proximum adiuuet in extrema necessitate: & pm hoc subditur, & viderit fratrē suū necessitatē hāre. Sultimam. Hęc ille. Si igitur vult, ꝙ illi sunt duo

duo casus distincti se non inuicem includentes, sequitur, ꝙ primus obligabit diuitem ad subueniendum patienti necessitatem etiam non extremam: dummodo arctam. alioquin si tantum habenti extremam: iam primus casus includeret semper secūdum. & per cōsequēs non erunt duo casus distincti: licet hic possit dari vna cauillatio: dicendo, ꝙ adhuc distinguerentur: quia secundus extendit se ad extremam necessitatem etiam respectu habentis tantum superfluum naturæ non status: ut patet intuenti verba Nicolai de Ly. sed illa non obstant: quia si secundus casus hoc modo accipiatur, & vt sic captus obligat ad mortale peccatum. igitur etiam primus respectu patientis non extremam: ut deducitur consequenter in quinta probatione. Quartò sic. Nam Alex. de Ales in 3. parte sum. q. 65. membro. 4. §. 1. expresse sentit, hominem in causa quinæ & sextæ conclusionis esse obligatum ad dandum eleemosynam sub pena peccati mortalis, ait enim sic. In quibus casibus omittis dines, si non dat pauperi indigenti. Primus est indigenti posito in extreme necessitate, & hoc dictat ei conscientia: si non tunc dat, peccat mortaliter. Secundus casus est in valde indigenti, sed non in extrema necessitate: si enim habet aliquis multa superflua, nec proponit melius dispensare, vel equè bene, & tunc non dat, peccat mortaliter, & sic intelligitur illud. 1. Ioan. 3. Qui habuerit substantiā huius mūdi &c. & Eccl. 4. Eleemosynam pauperis ne defrandes: sed redde ei debitum suum. & canon Amb. Non minoris criminis est habenti tollere, quàm cum possis & abundans sis indigentibus denegare. Item Amb. Nemo dicat proprium, quod commune est. plus quàm sufficit ad sumptus violenter obtentum est. hæc ille. Ex quibus sequitur, ꝙ aut Alexander contradicit sibipsi hic in 3. parte sum. & ut supra allegatum est in 4. parte. Aut saltem in 4. parte intelligendus est, ꝙ ibidem loquatur de non habente superfluum vtriusque. vel si etiam de habente superfluum vtriusque ibidem loquatur, per hoc ꝙ dicit, ꝙ tenetur de æquitate subuenire patienti magnam necessitatem: velit etiam intelligi tentionem ad pœnam mortalis peccati obligantem: cuius tamen oppositum videtur ex deductis in quinta conclusione. Itē Antoninus parte. 2. tit. 1. c. 7. §. 6. in fine, ait. ꝙ illud: mutuum date, videretur esse præceptum quantum ad eos, qui commodè possunt mutuare sine notabili detrimento sui status ergo eos, qui sunt in magnis necessitatibus constituti, & quasi extremis: quia si hoc dicimus de eleemosyna, a fortiori in mutuo. Hæc ille. Modò habens superflua vtriusque potest sine notabili detrimento status sui mutuare & donare. igitur sequitur oppositum. Quintò probatur tōne, ꝙ sit aliqualiter probabile. Nam si secundus positus per Nicolaum de Ly. obligat diuitem de necessario statui suo subuenire patienti extremam: sequitur, quòd proportionabiliter obligabitur primis, qui habet superfluum naturæ & status subuenire patienti citeriorem extrema. tenet consequētia ratione proportionis: nam ita leuiter subueniri primus patienti arctam & citeriorem necessitatem, sicut secundus subuenit patienti extremam. Sextò sic. Nam Alexan. in 4. parte sum. quæstione. 113. membro. 1. cū fecisset quoddam argumentum in fine, volens ipsum soluere dicit sic. Ad id, quod obijcitur &c. potest dici, quòd non valet hęc argumentatio. omittit si non dat etiam de necessarijs indigenti in extrema necessitate. igitur omittit si non dat de superfluis indigenti citra extremam necessitatem: quia iuste excusari posset per hoc, ꝙ reseruat magis indigentibus, vel propinquiori bus, vel aliquibus, quibus magis tenetur. Hæc ille. & loquitur de omissione mortali vtrobique. Tunc sic arguo, si consequentia non valet propter hoc, ꝙ illa excusatio habet locum, igitur sublata illa excusatione tenebit consequentia: quia cessante causa cessat effectus. Modò dabilis est casus sextæ conclusionis, vbi illa excusatio locum non habet: puta ubi habens superfluum naturæ & personæ non reseruat magis indigentibus, eo ꝙ stat, ꝙ nullus sit pro tunc constitutus in maiori indigentia: quia non est maior illa nisi extrema: in qua nullus tunc est, nec præsumitur, quòd de propinquo eam aliquis incurrat. Item nec reseruare vult propinquiori bus, vel alijs, quibus magis tenetur: qa stat, quòd adeo sufficientia bona habeat tam pro se quàm pro sibi inctis, quibus tenetur, ꝙ adhuc habeat superflua. igitur tunc in causa quintæ conclusionis tenebitur sub mortali peccato patienti grauem necessitatem subuenire. Septimò sic. Nam in extremo iudicio indistinctè dicet iudex damnatis, eos non impiosse opera misericordię, & per consequens peccasse mortaliter: cum igitur multitudo magna damnabitur. iuxta illud. Lata est porta & spacio. via quę ducit ad perditionem: & pauci sunt, qui intrant per eam. Mat. 7. & tamen rarò, vel vt in pauciores occurrit casus extremæ necessitatis, in quo non subueniatur per habentes superfluum vtriusque: sequitur, ꝙ etiam extra casum extremæ necessitatis nō subuenire patienti magnam & grauem necessitatem sit haberti superfluum vtriusque mortale. Octauò sic. Nā auctoritates sanctorum loquentes de casu indigentiæ, in quo aliquis abundans sub mortali peccato tenetur: non vtuntur verbis restringentibus necessitatem ad extremam: sicut tamen vtuntur in alijs locis, vbi restringunt necessitatem ad extremam. Nam Amb. di. 47. in c. sicut hi. ait sic. Esurientium panis est, quem tu detines, nudorum redemptio & absolutio est pecunię, quā in terra defodis. tantorum ergo te scias inuadere bona, quantis posses præstare, quod velis, idest debes velle. Hæc ille. Et sic in hoc, ꝙ comparat omittentem in hoc casu subuenire inuadenti bona aliorum: nisi, ꝙ mortaliter peccet, & inquantum indistinctè dicitur de esurientibus, nudis, & captiuis ac miseris, apparet, ꝙ non tantum vult loqui de patientibus illas miserias in extrema necessitate, sed etiam citra: non enim addit vel alibi. pasce fame morientem &c. Item similiter intelligit Alexan. de Ales aliam auctoritatem allegatam in septima probatione. Item. 1. ad Tim. vlti. Diuitib. huius seculi præcipe, facile tribuere & cōmunicare &c. vbi non apparet fuisse de mente Pauli, ꝙ vellet, ꝙ Tim. tantum præciperet eis: ut patientibus extremam necessitatem facile communicarent; immo etiam quòd patientibus citeriorem, dummodo nobilem, tribuerent & communicarent, & per consequens est præceptum de relatibus. Item Hierony. Aliena rapere cōuincitur, qui vltra necessaria retinere comprobatur, idest mortale non erogare superflua: sicut mortale est rapere aliena, & non dicit addendo, quòd superflua non erogare patienti extremam necessitatem sit aliena rapere. Nam de extrema loquendo: etiam necessaria nō erogare est peccatum,

catum: si sint necessaria personæ tantum: ut patrit in terræ conclusione. Item Basilius. Panelici panis est, quem tu tenes: nudi tunica, quam in cœlum reservas: discalciati calceus, qui apud te marcescit: indigentis argentum, quod possides inhumanum. quo circa tot inimicis, quot dare valeres. hæc ille. Et argue ex illa sicut ex ejusque fuit Amb.

Septima conclusio. satis probabile videtur, ꝙ in casu quinte & sexte conclusionis homo teneatur sub peccato mortali ad mutuandum proximo, probatur triplicit. Primo: quia longe minus est mutuare, quàm dare eleemosynam. Modo in casu quintæ & sextæ conclusionis aliqualiter probabile est, ꝙ homo teneatur proximo dare eleemosynam. igitur in eodem casu homo tenetur ad mutuandum proximo. & hoc per locum a minori erit satis & admodum probabile: maximè concurrente ratione proportionabilis habitudinis donationis ad mutationem. Secundò probatur: nam si Petrus furetur Ioanni aliquas res viles: & postea cum adhuc illas Petrus habet, incidit in necessitatem arduam detinendi eas, quæ tamen necessitas non sit extrema, sed citerior. Ioannes verò nullum damnum patiatur ex dilatione restitutionis illarum rerum: quis commodè transire potest, secundum doctores, Petrus hoc peccato mortali potest stante illo casu illas res detinere: sic n. leuiter videtur Scot. in 4. di. 15. & Ioan. Neapolitanus, prout videri habet in tractatu restitutionum. Modò casu, cui licet Petro detinere alienum, non est: nisi quia non detinet in tali casu animo dominij, scilicet Ioannes, & hoc loquendo de Ioanne rationabiliter inuito. Nam dato, ꝙ Ioannes sit iniustus: tamen rationabiliter se habendo, deberet esse contentus, ꝙ Petrus detineret. si igitur deberet esse contentus, & ratione illius potest Petrus detinere, igitur signum est, ꝙ si Petrus nó haberet illas res, Ioannes teneretur sibi eas mutuare. alioquin si non teneretur, non apparet qualiter Petrus excusari posset in detentione rei alienę, quæ est negatiuo præcepto prohibita, & per consequens pro omni tempore: igitur sicut illæ circunstantiæ faciunt Petrum excusari a mortali: ita eedem obligabunt Ioannem ad mutuandum Petro: si non haberet illas res prius, cum sic graui indigentia indigeret. tenet illa consequentia dupliciter. Primò ex identitate rationis. Secundò a simili. Nam quæro a te, si Petrus in extrema constitutus necessitate occultè reciperet res Ioannis, an ne excusaretur a mortali? Et respondes ꝙ sic, eo ꝙ Ioannes non deberet & teneretur sub mortali peccato dare Petro. igitur eodem modo si Petrus in ardua necessitate constitutus detinet res Ioannis, excusabitur per illum modum, scilicet dicendo, ꝙ ideo excusabitur, eo ꝙ Ioannes non deberet, & teneretur sub mortali peccato ipsi Petro mutuare. Tertiò: quia sanctus Bernardinus in suo tracta. restitutionum, expresse tenet, quòd homo in tali casu obligatur sub peccato mortali ad mutuandum proximo.

Octaua conclusio, licet præter predictos tres casus, in quibus homo (ut probabile est) tenetur ad mutuandum proximo sub pœna peccati mortalis, ponantur adhuc tres casus, in quibus etiam eadem obligatione ponitur homo obligati: non tamen videtur, ꝙ omnes illi tres casus sint probabiles. Prima pars probatur enumerando eos. Primus, si quis nullum superfluum habet: immo quicquid habet est necessarium naturæ suæ & suorum, quibus tenetur: tamen ille non est constitutus in extrema necessitate, proximus verò est in extrema constitutus: tunc habens tenetur subuenire proximo: quia & si talis habens petatur penuriam aliquam: non tamen adhuc deficit, nec moritur, proximus verò in necessitate constitutus moritur: nisi statim sibi subuenia tur. cum igitur in extrema necessitate omnia sint communia: debebit illi subuenire de bonis alterius, tanquàm de suis. Et potest confirmari ille casus: quia sicut prius status ꝑ postponendus & deferendus, quatenus succurritur vitæ naturali proximi: ut patuit in tertia conclusione: si per postpositionem status seruetur vita proximi alias periturae: in propria natura quò ad commoditates vitæ naturalis est postponenda & deferenda: quatenus succurrat vitæ naturali proximi: si ꝑ postpositionem commoditatis propriæ naturę seruata tamen propria natura in esse, licet postposita eius commoditate, seruari possit vita naturalis proximi simpliciter peritura, tenet consequentia virtute proportionabilis habitudinis. Secundus casus. Si homo habet superfluum naturæ tantum, & proximus patiatur necessitatem nó extremam sed arctam, tenebitur sibi mutuare, & probari posset: quia proportionabiliter habet se talis suum proximum: sicut se habet homo in primo casu huius octauæ conclusionis ad suum proximum. patet intuenti modo de primo casu probatum est in eo esse obligationem sub mortali peccato, igitur etiam in hoc secundo erit. Tertius casus est. si homo habet superfluum utriusque, scilicet naturę & personę: & proximus patitur necessitatem nec extremam, nec arctam: sed communem. Pro hoc casu argui posset etiam ex verbis Ioannis in canon. 1. c. 3. vbi indistinctè dicit de fratre necessitatem patiente, & de habente substantiam huius mũdi. Similiter & Amb. videtur indistinctè loqui de patiente necessitatem, vel indigentiam comparando eum ad habentem superfluum, quo modo talis abundans non minus peccet, quàm si tolleret proximo res suas, quod est vtique mortale. Ait inquam sic. Non minoris est criminis habenti tollere ei quàm cum possis & abundans sis, indigentibus denegare. 47. di. c. sicut hi. Secunda pars conclusionis probatur. Nam licet primus & secundus sint probabiles: ut patet intuenti rationes adductas pro eis: & etiam quia B. Bernardinus tenet eos: tamen tertius inter illos tres non videtur probabilis. Nam licet in tali casu videatur homo sub aliqua culpa obligari: solùm tamen erit illa venialis. Nam non notabiliter læditur proximus ex omissione mutui sibi si nó nisi communi necessitate indiget. modo etiam fuit tum rei non notabilis sed vilis: ut pomi de arbore aliena nó est nisi culpa venialis & non mortalis. nisi vbi faceret mente tali, ꝙ si plus inuenisset, plus etiam quid notabile accepisset. Et licet dives sub nulla culpa obligaretur ad eleemosynam dandam patienti talem necessitatem in casu aliquo: puta si habens talem communem necessitatem non est pauper. sicut contingit, ꝙ etiam aliqui non digni eleemosyna patiuntur aliquam necessitatem communem, qui etiam nollent, vt eis daretur eleemosyna: tamen ob hoc non sequitur, quòd etiam sub nulla culpa teneatur mutuare dives tali. Nam minus est mutuare, quàm donare, & adeo minus, quòd fiat, quòd indignus eleemosyna sit dignus mutuo, & per consequens

consequens fiat, ꝙ dives denegando alicui eleemosynã in nullo peccaret, qui tamen eidem denegando mutuũ peccaret. Epilogando ergo videtur dicendũ ad quæstionem, quòd quinque sunt casus, in quibus tenetur homo ad mutuandum proximo sub pœna peccati mortalis, inter quos est ordo in eorum verisimilitudine & probabilitate. Nam duo primi indubitanter sunt tenendi, tertius est admodum probabilis, quartus & quintus probabiles sunt, sextum non video probabilem quo ad mortalem culpam: sed quo ad uenialem.

Nona conclusio. in illis casibus, in quibus homo tenetur ad mutuandum, & in quibus tenetur ad donandum proximo bona temporalia fortunæ: tenetur etiã homo alia bona, in quibus abundat, proximo similiter indigenti donare & mutuare, concurrentibus circunstantiis proportionabiliter se habentibus ad circũstantias prædictorum casuum. Huius accipe quadruplex exemplum. Primum est de medico vidente infirmũ pati infirmitatem necessitatis extremæ, vel arctam & grauem: cum ipse est in simili facultate medendi constitutus, sicut fuerat dans eleemosynam, vel mutuans constitutus in facultate bonorum temporalium fortunæ. Secundum & tertium exempla accipe de aduocato existente in facultate aduocandi, & iurisperito in facultate consulendi: comparando eum ad indigentem eius aduocatione vel consilio, cum ille indigens est in consimili indigentia constitutus. pura pauper est accusatus iniustè accusatione ciuili, vel criminali, nec habet ob defectum pecuniæ, vel alia de causa qui sibi aduocatione, vel consilio assistat. Quartum exemplum de theologo existente in facultate exhortandi ad conuersionẽ peccatorum: comparando eum ad peccatorem constitutum in indigentia habente se proportionabiliter ad indigentias prædictas: nam talem conuertere, vel desolatum consolari, cum alius verisimiliter desit, est opus misericordię ſpiritualis, quod non minus obligat, cum sit maioris meriti. Hanc cõclusionem sentiunt sanctus Tho. anꝫ Henr. de Hassia in tract. de contract. &c.

Decima conclusio. dabiles sunt multi casus, in quibus homo non tenetur ad mutuandum proximo, patet enumerando octo, quorum etiam duo vltimi non tantum non sunt obligatorij: sed etiam sunt vitiosi. Primus, cum quis habet superfluum personæ & naturæ & proximus non indiget. Secundus, si quis habet superfluum naturæ licet non personæ, & proximus non indiget: & ille sequitur ex primo. Tertius, si quis hẽt superfluum naturæ sed non personæ seu status, & proximus indiget tantum pro persona, seu statu suo: q.n. tunc non tenetur, probatur. nam tunc id, quod mutuaret, esset necessarium proprio statui seruando: modo, vt dicit Durandus, nullus tenetur verecundè vitare in statu suo, ut veletur alium de indecenti statu ad decentia status. Quartus, si quis habet superfluum naturæ licet non personæ, & proximus indiget indigẽtia non notabili, nec ardua: sed communi. & ille sequitur ad tertium per locum a minori affirmatiuè. Nam si patitur tantum communem indigentiam, non deficit in necessariis statui. Quintus, si quis habet superfluũ utriusque: & proximus non nisi communi indigentia indiget: a quo tamen non speret rehabere sortem suã, probatur: quia si tunc teneretur mutuare, teneretur donare, modo hoc non tunc tenetur, cum sit solum consilij. Ex quo sequitur a contrario, ꝙ in casu aliquo quis teneretur mutuare, ubi etiam non speraret rehabere suam. f. in casu, quo teneretur donare, sicut fuere tres casus tertiæ, quartæ, quintæ & sextæ cõclusionum. Nũ tali mutuare, vbi. f. quis non speret rehabere sortẽ suã, est aliquo modo donare: licet non sit simpliciter donare. Sextus, si habenti superfluum etiam utriusque nõ constet de indigentia proximi, licet ei teneretur, si constaret. Nam homini obligato ad actum virtutis debet præconstare obiectum, circa quod aulr exercere actum virtutis esse congruum tali actui: non dico autem si non petatur: nam etiam si non petat indigens: constet tamen aliunde diuiti eius indigentia: talis obligabitur nihilominus ad mutuandum ei concurrentibus circũstantiis supra tactis. Non enim ait Christus. petenti mutuum date: sed absolutè, mutuum date. Vnde ait. Hen. de Has. Non excusat diuites superdua habentes a transgressione diuini præcepti, si nemo indigentium ab eis mutuum petat: quia ꝙ iam ab eis non petitur, est ex impietate, qua in malescente pauperibus non mutua re consueuerunt, sed eos potius ad usurarios publicos remittere, quod eos non excusat, eo ꝙ sciant plurimos indigentes esse, qui usuris omnino destruuntur, & destructi sunt. Hæc ille. Idem dicit in datione eleemosynæ: non tamen dico, ꝙ teneatur habens superflua met quærere, ut sibi innotescant indigentes: sed sufficit, ut his, de quibus sibi constat, succurrat: vt etiam vult Tho. ubi detur tamen, ꝙ tanta posset esse caritas, præsura, pusillanimitas & desperatio in indigentibus assequendi mutuum, nel etiam donationem, ꝙ habens prædicta modis superflua teneretur etiam inquirere, ut sibi tales indigentes innotescerent, vel saltem ꝙ se exhiberet benolum, ut indigentes in ardua necessitate constituti ad eum confugerent, & spem haberent assequendi. Septimus, si habens superfluum utriusque etiam speraret sortem suam rehabere a proximo patiente communẽ tantum indigentiam: sed tamen is esset abusurus re mutuata: nam tunc non solum nõ teneretur mutuare: sed potius ad oppositum teneretur, ne cooperaretur sibi ad abusum & peccatum. Octauus, si quis tantum habeat necessaria naturæ suæ & suorum, quibus tenetur, & proximus non in maiori necessitate esset cõstitutus: sed æquali, vel minori. nam tunc vitiosum esset: quia ꝑ charitatem secundum Thom. Rich. & Dur. & sic duo ultimi casus non tantum non sunt obligatorij: sed ẽt sunt vitiosi. Attamen octauus potest in tribus casibus esse non vitiosus, sed laudabilis. Primò (ut dicit Tho. ij. ij. q. xxxij. ubi supra.) si quis daret personæ alicui: quia consyderaret eam vtiliorem reipublicæ vel ecclesiæ, quàm le, nel familiam. & ideo ipse & familia præferret conseruationem vitæ illius suæ, subueniendo ei de necessario vitæ, ad quod tamen non tenetur ex præceptos sed pertinet ad magnam perfectionem. Secundo etiã laudabiliter quis daret eleemosynam de necessario personæ aliquibus indigentibus, etiam si non extremam: cũ ipse nellet religionem ingredi. Tertiò, si in prompto ꝙ industriam posset sibi cito suo decenti statui prouidere. Hæc Tho.

Post has decem conclusiones subiungenda sunt sex dicta facientia pro maiori elucidatione conclusionũ.

Primum est pro decima conclusione. & est, licet secundùm quid loquendo seu supposita infirmitate: imperfectionę

perfectione & malitia hominum melius sit, ꝙ indigentes non habeant copiam mutuum assequendi a diuitibus, quàm ꝙ habeant: tamen simpliciter loquendo melius esset, ꝙ haberent, quàm ꝙ non haberent. Prima pars probatur: quia tanta est infirmitas, imperfectio & malitia hominum, ꝙ illa copia si haberetur, esset materia & occasio (saltem accepta, & si non data) ꝙ indigentes recipientes mutua committerent multos abusus prodigalitatis rerum temporalium. Secundò iidem seipsos redderent impotentes ad soluendum. & sic dānificarent proximum in temporalibus, & per consequens suam animam in peccato. Tertiò damnificarentur dantes mutuum, & sic sequerētur lites & odia &c. Secunda pars probatur: quia simpliciter melius esset habere copiam, qua multipliciter exerceretur actus virtutis, quàm talem copiam non habere. modo mutuare gratis est actus virtutis: igitur cum non possit exerceri saltem in effectu nisi recipientibus aliquibus. sequitur propositum. Quòd autem id, quod supposita imperfectione, vel malitia melius est: solum sit dicendum melius secundùm quid, & alterum sit dicendum melius simpliciter: patet ex deductis in q. ix. vbi simile habitum est, ꝙ licet secundùm quid loquendo, melius sit, ꝙ non fiat omnia communia: tamen simpliciter melius esset, ꝙ omnia essent communia. Ex hoc dicto per locum a minori sequitur, ꝙ etiam simpliciter loquendo melius esset, ꝙ haberetur copia recipiendi mutuum gratis, quàm ꝙ inueniantur mutuantes ad vsuram: nāpeius est ad vsuras mutuare, quàm non inuenire copiā mutuandi. si igitur habere copiam mutuandi esset simpliciter melius, quàm hoc, quod est non inuenire copiam mutuandi: multo magis erit melius, quàm hoc quod est mutuare ad vsuram, vel etiam inuenire mutuantes ad vsuram.

Secundum dictum pro eadem decima conclusione. licet homo in octauo casu decimæ conclusionis constitutus non sit obligatus ad mutuum bonorum fortunæ respectu hominis proximi, de quo idem casus sonat: tamen ob hoc non est omnino ab omni mutuo respectu ejusdem personæ deobligatus. Probatur, nam talis homo adhuc multa habet, quæ tali proximo mutuare potest: immo donare. Est enim (ut ait Alex. in iij. parte summæ, q. xv.) multiplex donum, vtputa quadruplex. f. muneris a manu. Deut. xv. Præcipio tibi, vt aperias manum tuam egeno & pauperi. Secundum compassionis a corde. Esa. lviij. Cum effuderis esurienti animam tuā. Tertium donum verbi dulcis & consolatorij ab ore. Eccl. xviij. Nonne ardorem refrigerabit ros: sic & verbum melius, quàm datum. Vnde & ductis ad mortem tanquam in extrema necessitate constitutis: saltem mutuum consolatorij verbi impendamus. Quartum obsequij in opere Exo. xxij. Si videris asinum odientis te iacere sub onere, nō pertransibis, sed subleuabis cum eo. Vnde per asinum odientis te intelligere possumus corpus inimici nostri, quod tunc sub onere iacet, quando in extrema necessitate manet, quod vtique non ita insensibiliter pertransire debemus, quin ei iuxta posse mutuum, obsequiale saltem, impendamus. Licet ergo ad mutuandum, vel donandum primum donum non teneatur quis in octauo casu: tenetur tamen ad alia tria pro loco & tempore. Vnde Mat. v. Qui petit a te, da ei. glo. si deest facultas, da affectum, vel obsequium, vel verbū. Hoc secundum dictum etiam sentit beatus Bernardinus in tract. contractuum.

Tertium dictum in illis casibus, in quibus homo tenetur mutuare proximo sub pœna peccati mortalis, aliquando non oportet considerare, an recipiens mutuum sit iustus, vel iniustus, bonus vel malus, pius vel impius, fidelis vel infidelis, hæreticus vel catholicus, excommunicatus vel non: & sic de aliis. In aliquibus verò eorum oportet talia considerare. De prima parte huius dicti accipe duo exempla. Primum, vt in illis, in quibus proximus est constitutus in extrema necessitate: nam tunc non curando qualis sit proximus, dummodo in tali necessitate sit, tenemur ei non solum mutuo, sed etiam dono subuenire: etiam si oporteret aliis surripere occultè, vel palam: si non aliter posset prouideri patienti tali necessitatem. Aliud exemplum eiusdem partis est, ut in casibus arduæ necessitatis, dummodo non sit recipiens abusurus, vel se traditurus negligentiæ confisus de prouisione sibi facta. & etiam dummodo mutuans per hoc, ꝙ mutuat iniustis: non fiat impotēs ad mutuandum iustis. Probatur: quia in eleemosyna sic est. igitur etiam in mutuo. Antecedens probatur, nam Chrys. ait. Quiescamus ab hac absurda & diabolica peremptoria curiositate. f. discernendo inter pauperem & pauperem: non enim ex vita eorum quos recipis, mercedem retributurus est Deus: sed ex voluntate & honorificentia multa & misericordia & bonitate. di. alij. c. quiescamus. Et intelligitur illud dictum Chrys. in casu, quo quis sufficit indistinctè omnibus dare: secus vbi per hoc, ꝙ daret iniustis, efficeretur impotens ad dandum iustis: tunc enim discernere debet iustos ab iniustis, ut potius desereret iniustos, & iustis subueniret. & eodem modo est in mutuo. Hoc modo indistinctè verum est illud Saluatoris. Omni petenti te, tribue. Luc. vj. Et illud Greg. super Mat. xv. c. qui recipit iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet: dicentis. Mercedem non carebit suscipiens, & si iniustus sit, qui suscipitur. Attamē in illis casibus dando impio, vel iniusto, dare debet non ex quacunque causa sed debita. sintuitu naturæ releuandæ, quę est ad imaginem Dei & possibilis ad gratiam. Si autem intuitu vitij daretur, peccaret dans. Et dictum est notanter in secundo exemplo. dummodo recipiens non sit abusurus: & etiam dummodo mutuans &c. quia si aliquod illorū deesset, posset quis in casu secundi exempli considerare recipientis malitiam, & ob id ei nolle mutuare. Exemplum autem secundæ partis dicti: vt si quis non sufficiat omnibus: sed tantum aliquibus mutuare: tunc. n. id agat, ut tantum subueniat iustis dimissis iniustis: nisi iniusti essent in necessitate extrema & iusti in citeriori, hoc modo intelligitur illud Eccle. xij. Da iusto, & ne dederis peccatori: & bene fac humili, & ne dederis impio.

Quartum dictum. homines constituti in casibus supradictis, in quib. homo obligatur mutuare proximo: non debent faciliter credere proprio iudicio, quo se iudicant excusabiles ab obligatione mutui: quantumcunque videatur habere corolatas excusationes, probatur tripliciter. Primò: quia sapiens ait. Ne imitaris prudentiæ tuæ. Secundò, quia non nisi bono iudicio standum est & credendum: modo iudicium in propria causa non est bonū. igitur. Minor probatur tripliciter.

Primò.

Primò a signo: nam hinc ordinatum fuit, ꝙ nemo deberet esse iudex in propria causa. Secundò: quia quilibet est affectus ad proprium causam, modo in rebus amatis vel exosis nemo bene iudicat. Nam amor & odium peruertunt iudicium. Tertiò quia ꝙ iudici prohibetur munerum acceptio est ex eo: quia affectio inde surgens ad dantem nata est peruertere iudicem. modo diuites sunt affecti ad retentionem & augmentationem suarū diuitiarum. igitur in earum erogatione per mutuum, vel elemosynam non facile debent stare proprio indicio, quo sibi videntur excusabiles, & præsertim nostris tēporibus, in quos fines sęculi deuenerunt. Cum. n. tēporibus nostris natura humana declinando ad vesperam in vltima mundi ætate sit constituta: cōparatur ex toto genere homini seni vel impotenti. mō Arist. ait 4. eth. Omnis senectus & omnis impotentia videtur illiberales facere, hæc enim decrescente vita crescit. natura nā que cum fagax sit, & suum sentiat defectum: nititur ꝙ accumulationem diuitiarum suis defectibus subuenire. Secundò probatur dictū illud, quia non facile deserenda est via tutior & amplectenda dubia periculis subiecta. modo cōstat, ꝙ homines sunt obligati in aliquib. casib. sub mortali peccato ad mutuādum, & si mutuēt, erunt tuti de non transgressione præcepti. Sed iudicando se excusabiles, & sic non mutuando amplectuntur viam non tutam, sed periculis subiectam. igitur non facile tali iudicio credere debent. Tertiò probatur: quia nonnulli visi fuerunt habere admodum coloratas excusationes, quæ tamen eis non profuerūt, quo minus atrociter puniti fuerūt a Deo, vt patet tribus exemplis. Primum de Saule, cui Deus non pepercit, sed de regno ipsum proiecit: quia præceptum eius non custodiuit, quamuis Saul pio opere, quod prætendebat, se excusandum putaret. 1. Reg. 15. Vnde videntur multi, qui sibi singunt etiam leuissimas excusationes, quibus contenti audaciter agant, quæ non licent, & caueant, ne simile periculum incurrant cum Saule. Secūdū exemplum est. 2. Reg. 6. de Oza, qui licet causam vergentē haberet, vt tangeret arcam Dei: quia declinauit ad casum: tamen interfectus est a Domino pro temeritatem, qua soluit præceptum Domini de non tangendo arcam, saltem nudam, quæ sic tangi non debebat, nisi a sacerdotibus: licet etiam aliæ causæ illius interfectionis assignentur. Quid ergo de illis dicemus, qui spontaneè fabricant sibi causas, quib. de transgressione præcepti Dei excusari putant. quid agūt, nisi ꝙ seipsos decipiūt, & ecos facūt, quando sibiipsis securitatem statuentes conscientiam deponūt, & de peccato in peccatū corruūt. Tertium exemplum est. 3. Reg. 13. de propheta misso de Iuda ad Hieroboam in Bethel habentem præceptū a Domino, ne in loco illo comederet & biberet, qui ibi comedens grauiter fuit punitus. licet inductus & deceptus fuerit a propheta loci illius dicentem sibi, ꝙ & ipse propheta esset, & ꝙ Dominus iusserit, vt secum comederet, etiam quamuis ita deciperet: nihilominus Deus prophetam suum consentientem falso prophetæ, & cōtra præceptū eius cū illo ibi comedētē, a leone interfici fecit & cadauer in sepulchrū patrū suorū ob hoc non inferendum prædixit. potius ergo tales iudicio aliorū & hoc peritorū & timoratorum stare dēt, q̄ proprio.

Quintum dictum: cum homo vult iudicare, an ne bona, quæ habet, sint necessaria naturæ suæ, & suorum, vel personæ, vt sic diuidiner, an sit obligatus ad mutuādum, vel non, licet possit respicere non tantum ad ea, quæ nunc sibi incumbunt, sed etiam ad ea, quæ sibi incumbent in futuro tempore, non tamen est licitum vel le metiri bona sua secundùm quoscunque casus fatuos possibiles sibi & suis accidere. Prima pars probatur quia licitum est hōi esse prouidum, modo prouidentia respicit futura, igitur. & hoc est etiam de mente Nicolai de Lyra. 1. Ioan. 3. loquentis de habente superfluum victui & vestitui, vbi addit dicens. Consideratis necessitatibus personæ & status, & non solum secundū præsentem statum, sed etiam secundùm ea quæ probabiliter possunt occurrere & frequenter occurrunt. Secunda pars probatur, nam si sic tunc posset homo quātumcūq; diues iudicare, ꝙ ea, quæ haberet, essent necessaria sibi & suis: quia nullus est tam diues, quin in maximis disfortunijs sibi possibilibus euenire indigeret omnib. illis. Secūdò sic, quia hoc esset, vt sanctus Thodicit in secunda secūdæ, vbi supra, de crastino cogitare, quod Dominus prohibet Math. 6.

Sextum dictum. licet in tertio casu tacto in quinta & sexta conclusionib. homo teneatur ad mutuandum: posset tamen excusari a peccato in duob. casib. Primò si reseruaret magis indigentib. Secundò, si equè indigentibus propinquiorib. vel digniorib. Ratio quia magis tenetur vtrique iam dictis. li igitur vt his, quib. magis obligatur, succurrat, nō succurrit, quib. minus tenetur, erit meritò excusatus, salua limitatione dicenda in solutione tertij argu. Sed contra primò arguitur sic. hic homo habet superflua, & hic pauper est in arcta necessitate, & adsunt locus & tempus. igitur tenetur ei mutuare, ergo non mutuando non excusatur. Dicendum, negando antecedens pro secunda parte. Nam non adest locus & tempus, si hic dives proponit melius dare. Secundò sic, quæcunq; vultis, vt vobis faciant homines, & vos facite illis. Sed iste diues iustè & discretè vellet sibi mutuari, si esset in statu huius indigentis. igitur idem tenetur mutuare huic indigenti. igitur non mutuando non excusatur. Dicendū, si iste diues esset in statu illius indigentis, haberet indiscretam voluntatem, si vellet sibi omnib. modis mutuari, puta etiam in casu, quo alius melius proponeret se acturum de illo mutuo, quale esset subuenire proximo magis indigēti vel digniori. Tertiò sic. 1. Ioan. 3. Qui habuerit substanciam vt supr. Sed iste diues habet substantiam huius mūdi, & videt fratrem suum necessitatem habere, ergo si claudit viscera ab eo, ita ꝙ non mutuet ei, charitas Dei non est in illo. Nec valet, si dicatur, ꝙ non claudit viscera quo ad cum passionē, quia ad hoc idē teneretur, etiam si nō esset dives. & sic frustra præmisisset Ioannes dicēs. Qui habuerit substantiam huius mūdi. Dicendum, ꝙ tenetur non claudere viscera, etiam per effectualem dationem, nisi proponat se melius dispensaturum illa bona: attamen ad hoc vt propositum melius dispensandi excuset diuitem, oportet, vt videtur, ꝙ sit talis casus, ꝙ per hoc, ꝙ mutuaret illi indigenti pro hoc tpe impediret a mutuādo alteri meliori, vel digniori, vel magis indigenti: puta qa alius de proximo esset petiturus idipsum a diuite. secus vbi mutuatio vni facta nō præiudicaret, quo minus posset etiam alteri fieri. & hoc vel propter abundātiā diuitis sufficientis vtrisq; mutuare, vel propter internalla temporis, in quo primus interea restituere ediuiti.

QVAESTIO XX.

Vtrum in casibus, in quibus homo tenetur sub pœna peccati mortalis mutuare proximo, requirantur aliquæ circumstantiæ ad hoc, quòd mutuatio sit actus virtuosus. Solet. q. stat in trib. cõclusio.

Prima conclusio. ad hoc requiruntur septem circumstantiæ. Quis, cur, quid, cui, quomodo, vbi, & quando, & quatuor primæ & duæ vltimæ declarantur in hac prima conclusione. Primò igitur requiritur, quis: nam mutuans debet esse talis, qui habeat bona, quæ nõ sunt necessaria naturæ propriæ & naturæ suorum, quib. per prius tenetur, ut patuit in 9. conclusione, alioquin mutuatio erit viciosa. rñ. ioquendo, & dico rñ propter fallentias ibidem expressas. Cui, nam mutuatio debet fieri indigenti, alioquin nõ cadit super debitum obiectũ: attamen nõ oportet, quòd sit ardua indigentia ad hoc, q̃ mutuatio nõ sit viciosa. licet requiratur ed hoc, quòd omissio mutuationis sit mortalis. Per cui, etiam est intelligendum, quòd recipiens non tantum debet esse ab usurus re mutuata, alioquin si id sciat mutuans, mutuatio erit viciosa. Quid, nam res mutuanda debet esse ipsius mutuantis: nam mutuare est de meo facere tuum, ita quòd debet esse in dominio mutuãtis, & fieri de dominio recipientis. modo nemo plus iuris in alium trãsferre potest, quàm ipse noscitur habere. Item quia si est aliena, mutuando eam contrectat vterq; rem alienam. igitur peccant, & sic mutuatio erit viciosa. Cur, idest ob quam causam finalem. Nam debet propter Deum mutuare & gratis, i. non propter lucrum temporale consequendum, alioquin erit mutuatio vsuraria, de qua circumstantia latius dicetur in sequẽtibus, q̃ necessaria sit. Quintò & sextò requiruntur vbi & quando, i. locus & tempus: quia sicut alij actus virtuosi debent fieri in debitis locis & temporibus, sic & ille. vnde mutuatio non debet fieri super altaribus sacris numerando pecunias, nec tpe diuinotum officiorum, si illi mutuãs & mutuũ recipiens interfint, vel interesse debent. Quo modo? Nam ad hoc q̃ mutuatio fiat virtuose & laudabiliter: requiritur debitus modus, de quo in secũdo dicto.

Secunda conclusio. debitus modus mutuandi consistit in 11. pñcis. f. q̃ mutuando cõpatiat proximo, cui mutuat. Secundò, q̃ benignis verbis fiat. Tertiò, q̃ mutuet sibi sufficientiam, si potest. Quartò, hilariter. Quintò, q̃ humiliter. Sextò, q̃ discretè. Septimò, q̃ celeriter. Octauò piè. Nonò faciliter. Decimò ordinatè. Vndecimò ex charitate. Quòd autem talis modus requiratur, probatur: quia talis modus requiritur ad hoc, q̃ virtuosè & laudabiliter det elemosynam. igitur etiam ad hoc, q̃ virtuosè mutuet. tenet ꝑia a simili: imo a minori affirmatiuè, cum donare sit difficilius opus: & tamen ad ipsum tales conditiones requirũtur: multo magis ad mutuare, quod est facilius. Añs ꝓbatur inductiue. Cõpassio inquam requiritur. Esa. 58. Cum effuderis esurienti aiam tu. hoc autem est per cõpassionem. Benignitas verbi, Eccl. 18. Nonne ardorem refrigerabit ros? sic & verbũ melius, q̃ datum. Abũdantia dari. Tob. 4. Si multum tibi fuerit: abun. tribue. & 2. Cor. 9. Qui parce seminat, parcè metet &c. Hilaritas dantis, Eccl. 35. In omni dato hilarem fac vultũ. & 2. Cor. 9. Non ex tristitia, aut necessitate: hilarem. n. datorem diligit Deus. Humilitas dantis. Prouer. 28. Qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam. Discretio, Eccl. 12. De iusto, & ne des peccatori. Quomodo tamen hæc conditio sit intelligenda: discernendo, scilicet inter iustum & iniustum in mutuando, habitum est in tertio dicto præcedẽtis quæstionis. Per discretionem etiam in mutuo seruandam intelligi potest, ut non mutuet tantam abundantiam, vt vel ipse, vel sui, quibus tenetur, non patiantur necessitatem, aut: vt uni superflua, quibus recipiens non indiget, mutuet, & aliis æquè, vel magis indigentib. subuenire non possit. Celeritas, Prouerb. 3. Ne dicas amico: vade & cras dabo tibi, cum statim possis. Pietas. 1. ad Tim. 4. Exercitatio corporis ad modicum valet, pietas autem ad omnia vtilis est. Facilitas. 1. ad Tim. 6. Diuitibus huius seculi præcipe facile tribuere, communicare. Ordo dandi, Eccl. 3. Miserere animæ tuæ placens Deo. i. si vis ordinatè misereri, incipe a teipso, & consequenter ꝓximis, & dehinc extraneis, & sic de aliis. Charitas. 1. Cor. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnem facultatem meam: charitatem autem non habeã, nihil mihi prodest. Attamen charitas ad actum donandi de elemosynam nõ requiritur ad hoc, q̃ sit virtuosus, sic intelligendo, q̃ si carens charitate mutuet, vel donet elemosynã, actus ille sit viciosus, vel nullo mõ virtuosus: immo potest talis actus esse moraliter bonus, si eũ faciat propter Deum, & aliis circumstantiis seruatis: quamuis agens in hac vice non sit in gratia Dei, sed requiritur ad hoc q̃ sit virtuosus meritoriè.

Tertia conclusio. debitus ordo seruandus in mutuo consistit in nouem punctis sequentibus, quod patet: quia in talibus notum consistit debitus ordo seruandus dando elemosynam: igitur etiam in mutuando. tenet consequentia, vt in secundo dicto probatum est. Antecedens probatur. Nam secundùm Ambr. Si donans non potest omnibus indigentibus sufficere, consyderare debet fidelem: quia fidelis præferendus est infideli. quod intelligendum est cæteris paribus, & præcipuè stante æqualitate indigentiæ: nam si infidelis esset in extrema, & fidelis in citeriori, potius est eõtra agendum. Similiter si in æquali necessitate essent, attamen sperereretur, q̃ infidelis ex hmõi dono tantùm afficeretur, q̃ cõuerteretur ad fidem, qui aliàs non fuisset conuertendus, aut si ex denegatione sibi facta ita scãdalizaretur, quòd cum aliàs conuerti voluisset: nunc autem nollet: iam potius præferendus esset infidelis fideli. Secundò considerandus est locus. nam illi, qui captiui tenentur ab hostibus, sunt aliis præferendi. hi enim minus possunt conquiescere, quib. indigent, aut notificare suas indigentias diuitibus. Tertiò consideranda est causa, vt si captus propter debitum iustum excrucietur in carcere: nam si omnibus debetur misericordia iusto amplius. vnde præferendus est cæteris paribus iustus iniusto. Quartò debilitas: quia claudi, cœci, & infirmi sunt aliis præferendi, cæteris paribus. Quinto nobilitas, i. verecundia, quæ ingenuos perdit natales: nam tales plus verentur perere, & per consequens minus innotescere potest eorum indigentia diuitib. Vñ & beatus Nicolaus studuit succurrere cuidam nobili qui ob inopiam voluit tres filias prostituisse, vt de commertio illo infamia eretur. Sextò ætas, quia senes iuuenibus cæteris paribus sunt præferendi. Septimò coniũctio vel attinentia, nam exhibitio charitatis & beneficiorum ad magis coniunctos, propinquos & attinentes magis est attendenda. Circa tamen hoc septimum nota secundùm Tho. 2. 2. q. 31. propinquitas vnius hominis ad alium potest attendi diuersimodè secundùm diuersa, in quibus homines sibi adinuicem communicant, ut consanguinitas in naturali cõiunctione, scientia in ciuili, & fidelis in spirituali, & sic de alijs. & secundùm diuersas coniunctiones sunt diuersa beneficia impendenda, nam vnicuique magis est beneficium impẽdendum pertinens ad illam rem secundùm quã est nobis magis cõiunctus. & hoc est verũ simpliciter loquẽdo: quia illud põr & debet aliqñ non seruari ꝓ varietate locorum, temporũ, & negociorum, uã in aliquo casu magis subueniendũ est extraneo, puta in extrema necessitate, quàm patri non patienti illam necessitatẽ. Itẽ inter propinquos ẽt est talis ordo seruandus, q̃ præsentes sunt omnibus alijs propinquis præferendi, adeo q̃ si necessitates sint æquales, pater infidelis ꝓferẽdus est in exhibitione nutrimenti extraneo fideli. & ẽr parentes sant filijs preferendi in extrema necessitate, nullum enim beneficiorum beneficiũ est sicut parentũ. secus vbi necessitates nõ sunt æquales, vel aliqua alia cõditio præponderet, puta cõmunis vtilitatis ecclesiæ vel reipublicę. Octauus punctus & nonus positi ab Ambr. sunt modus & tẽpus. sed illa omitto: quia per modũ ipse intelligit discretionẽ, modo illa est expedita in secundo dicto tãquam species modi, ut hic accipio modũ. tẽpus similiter ibidẽ est positũ. hic enim solũ ponẽda sũt illa, quæ respiciunt ordinẽ, & talia sũt ꝓdicta septẽ. de istis autẽ sic considerãdis hẽ di. 86. c. non satis. & in cõsequenti.

QVAESTIO XXI.

Vtrum mutuare non gratis, nec propter Deũ, sed propter lucrũ temporale cõsequendum ex mutuo, seu mutuatione rei vltra sortẽ, sit descriptio bona ipsius vsuræ, prout vsura est peccatum, & mercator alijs trib. descriptionib. vsuræ solutis assignari? Solutio. q. stat in duab. suppositionib. & octo conclusionib.

Prima suppositio. tres descriptiones dãtur de vsura. Prima est Amb. secunda Hostien. tertia magistrorũ. Prima ponitur. 14. q. 3. c. plerique. ubi dicitur, quodcunque sorti accedit, est vsura. & cum hoc cõcordat capitulum primum, secundũ, & vltimũ eiusdẽ quæstionis. Vnde in c. 2. (& est Hiero. super Ezech. li. 6.) dicitur, q̃ scriptura appellat vsuram superabundantiam, quicquid illud est, si ab eo, quod dederint, plus acceperint. Item in c. vlt. ex concilio Agathensi dicitur. Vsura est vbi amplius requiritur, quàm quod datur. Secunda est. Vsura est, quodcunque solutioni rei mutuatæ accedit ipsius rei vsus gratia pactione interposita, vel hac intentione habita in contractu, vel exactione habita ex post facto. Tertia est. Vsura est lucrũ ex mutuo pro liberaliter sumentem. Et exqtio fit hic mentio de sorte, nota, q̃ sors capitur quadrupliciter. Primò pro eũstu fortuito, quo modo accepit Lucanus poeta dicens. O miseri sortis q̃ non in punica nati. Secundò pro signo distinctiuo, ut est faba vel scedula: vel aliud sensibile signum ordinatum ad hoc, vt si ceciderit super aliquem, concluditur, q̃ illi debeat fieri aliquid tale. sicut sors missa fuit, & cecidit super Ionam, & similiter sors cecidit super Matthiam. Act. 1. & Ionæ. 1. Tertiò pro portione hereditatis, vel possessionis, eo q̃ aliquando tales sorte diuidi solebant. & hoc modo possessiones filiorum Israel diebantur sortes, ut patet per libros legales. Quartò accipitur pro capitali, quod quis alteri tradit in mutuo, vel alio contractu, & sic capitur hic.

Secunda suppositio. vsura capitur dupliciter. Vno modo formaliter, scilicet prout est peccatum. & sic oportet ipsam accipi pro aliquo actu dicitro, vel imperato a voluntate existente formaliter in ipso homine, nã omne peccatum est actus. Alio modo accipitur materialiter pro re, circa quam cõmittitur illud peccatum, quod dicitur vsura. & sic incrementum sortis. idest lucrum, quod quis intendit consequi, & consequenter ex mutuatione rei dicitur vsura: quia intendendo illud in ceremtum sic, q̃ propter ipsum fit mutuatio, committitur usura, quæ est peccatum. Dicitur autem vsura ab vror veteris, eo q̃ tunc committitur vsura, quando quis accipit aliquid pro vsu rei, cuius tamen vsus non potest separari a domino, quin eius vsus sit eius consumptio, q̃ autem aliqui dicant, quòd dicitur vsura quasi vsus æris, quòd ad vsum verum est per derivationẽ, quo verò ad ly tris, videtur esse erhymologia non deriuatio.

Prima conclusio. prędictę tres descriptiones non essent bonæ, si darentur de vsura, prout usura est peccatum. Probatur: quia nulla talium conuenit vsuræ, ut usura est peccatum. Nam vsura, quæ est peccatum, non est ipsa res, vel lucrum, quod quis intendit obtinere vel tra sortem, vel obtinet: quia tale lucrum est res nõ formaliter inherens ipsi vsurario, sicut tamen usura existens peccatum est actus formaliter inherens vsurario.

Secunda conclusio. capiendo vsuram materialiter, descriptio eius ab Hostiensi posita est bona. probatur: quia habet conditiones bonę descriptionis, & declarat per sex clausulas eius. Prima est, quodcunq; pro cuius intellectu nota, quòd quodcunque capitur dupliciter. Vno modo relatiuè & vniuersaliter, & sic sensus est, sup ple lucrum quodcunque. Alio modo capitur infinite, ac particulariter, vel indefinitè, & sic est sensus, est aliquid. Secũdò nota, ꝙ illud dictum. f. est quodcunq; solutioni rei mutuatæ &c. potest dupliciter legi. Vno modo per modum diffinitionis, & sic est prædicatũ, & vsura subiectum. f. hoc modo, vsura est quodcunq; solutioni &c. Alio modo non per modum diffinitionis, sed ꝙ modum regulæ, vel enunciationis vniuersaliter declarãtis, quæ res vsura dici possit. & sic quodcunq; est subiectum propositionis, & hoc modo videtur Ambr. posuisse: licet alij illud legant per modum diffinitionis, tũc pono tria dicta. Primum, si legatur per modum diffinitionis, oportet, quodcunque, non accipere vniuersaliter & relatiuè. probatur: quia illa propositio esset falsa, vsura est quodcunque: quia esset sensus, vsura est omne lucrum &c. Modò omnis illa propositio est falsa, in qua prædicatur vniuersale vniuersaliter sumptum. sicut dicendo: hõ est omne aial rõnale. nã quælibet singularis est falsa. Nam illa vsura nõ est oẽ lucrũ. oportet ergo, ꝙ vt legitur p modũ diffinitionis, quodcunque, capiatur infinitè vel indefinitè, vt sit sensus, est aliquid, quod accidit. Secundũ dictum. si secũdo modo legatur, vera est illa: usura est quodcunque, etiam capiendo quodcunque vniuersaliter: quia tunc debet intelligi conuertiue. f. omne lucrũ, quod accidit &c. est vsura. Quòd autem siue legatur per modum diffinitionis, siue per modum regulæ vratur Hostiensis vniuersali dictione,

ctione: licet non uniuersaliter capta. ſquodcũque, eſt ad denotandum, ꝙ ſi quis mutuet propter aliquam rẽ temporalem obtinendam ultra ſortem, non refert, qua lis ſit illa res: quia qualiſcunque ſit, ſiue ſit eſca, ueſtis, ſeruitium, pecunia, aut frumentum, ager, uel domus: dummodo ſit res æſtimabilis precio, mutuans peccat peccato uſuræ. Vnde quamuis non quælibet res ſit nata mutuari, ſed ſolum illa, cuius uſus eſt eius conſumptio, ut patuit. q. 18. tamẽ quælibet res poteſt eſſe illud lucrum, uel incrementum, propter quod quis intentio ne uſuraria mutuat. Vnde Hiero. ſuper Ezechielẽ lib. 6. & habetur 14. q. 6. putant quidam uſuras tantum eſſe in pecunia, quod prouidens diuina ſcriptura omnis rei aufert ſuperabundantiam, ut pius non recipias, quàm dediſti. Item alij pro pecunia fœnerata ſolent munuſcula diuerſi generis accipere, & non intelligunt ſcripturã uſuram appellare ſuperabundantiam, quicquid illud eſt, ſi ab eo, quod dederint, plus reacceperint. hæc ille. Et Ambr. de Nabuthe (ut ibidem in c. ſeq. habetur) ait. Plerique refugientes præcepta legis, cum dederint pecuniam negociatoribus, non in pecunia uſuras exigũt, ſed de mercibus eorum tanquam uſurarum emolumẽta percipiunt. ideo audiãt, quid lex dicat, necq; (inquit) uſuram eſcarum accipies, neque omnium rerum. Item eſca uſura eſt, & neſtis uſura eſt, & quodcunque accedit ſorti, uſura eſt, & qđ uelis nomen ei imponas, uſura eſt. Item ſiquis inſtantandum conuiuium puta ad negocia rorem mittit, ut abſinthiaci cupellam deferat ſibi gratis ad cauponem dirigit, ut piceum uinum, aut tiriacũ requirat. ad alium ut hillam ſibi procuret: ad alium ut ſibi poma adornet. hæc ille. Vnde in aliidum eſt argumentum Goffr. arguentis contra Rayn. ꝙ uſura non ſit in ſolis rebus, quarum uſus eſt earum conſumptio, uel in rebus mutuãbilibus. nam, ut arguit, ſi pro pecunia mutuata recipiam equum, prædium, uel aſtem, uſura eſt: & tamen equus, prædium, & huiuſmodi non ſunt res, quarum uſus eſt earũ conſumptio, uel non ſunt res tam mutabiles. Ad hoc. n. argumentũ faciliter reſpõdet, quòd quãuis uſura capta ꝓ incremẽto uſurario poſſit eſſe quæcunque res ipſius æſtimabilis precio: tamẽ uſura capta ꝓ peccato uſuræ, ſolũ conſiſtit in mutatione illarũ rerũ, ꝙ uſu cõſumuntur, & nõ i cõceſſione quarũcũq; rerũ.

Tertium dictum conuenienter ponitur, lucrum ſub intellectum in quodcunq; prima clauſula: quia eſt genus ad uſuram materialiter captam. Nam lucram extõdit ſe ad lucrum, quod quis conſequitur ex uẽditione, ex locatione, ac aliis cõtractibus & ad lucrũ ex mutuo. Vnde lucrum deſcribitur. Eſt incremẽtum, qđ quis hẽt ex uoluntaria cõmutatione circa ea, quæ prius ſua erãt. & per lucrũ intellectũ in quodcunq; excludit illa res, quã q; ſi intẽdit ex mutuo cõſequi, quæ aliàs eſt ipſi mutuanti debita, antequã mutuaret: tale. n. res lucrum nõ dẽ, iuxta deſcriptionem lucri iam datã: quia nõ eã hẽt, uel conſequitur ultra ea, quæ prius ſua erant: quia illa prius ſua erat, uel debita ſibi. Exemplũ, ſi debes mihi x. flor. quos cũa te non poſſum hãe, niſi mutuẽ tibi alios xx. ſi igitur mutuo tibi xx. ut rehabeam x. primos. illi x. primi non merentur dici uſura: quia non ſunt lucrũ, cum aliàs ſint & fuerint mihi debiti. Etiã arguitur contra. In rali caſu non gratis mutuo, igitur pecco, & nullo alio peccato niſi uſuræ. igitur accipiendo x. primos, accipio uſuram. Añcedẽs probatur: quia ſi ego tali debitori meo conferrem beneficium ideo, ut rehaberem x. flor. per eum mihi aliàs debitos, committerem ſimoniam, & per conſequens non gratis ſibi beneficium cõ ceſſiſſem. ergo eadem rõne ſi eidem mutuo ideo, ut eoſdem x. rehabeam, non gratis dicar ſibi mutuaſſe. Dicendum, concedendo antecedens, & negando conſequentiam: nam non oportet, ꝙ omne mutuũ, quod non gratis ſit, ſit peccatum. unde notanter ultra clauſulam gratis, ſuperaddit ur propter lucrum &c. Vnde ſi ſit ꝓp ceſſationem uexationis redimendam, a qua aliusmer debebat iure deſiſtere: non peccat mutuando propter ceſſationem illam obtinendam: quia nihil acquiritur, qđ non prius de iure fuerit ſuum, uel ſibi debitum. Vnde ẽt qui collatori ſpiritualium daret temporalia non ꝓp nouam affectionem ſpiritualiũ. imo iam eſſet ea aſſecutus, habẽs ius in re, reſpectu illorum. vel imo hẽt ſolum ius ad rẽ, ſed ꝓp hoc ut collator ſpiritualiũ ceſſaret ab iniuſta uexatione ſui, qua eum uexat, uolẽdo uel dicere eum ab illis iam aſſecutis: puta ſi hẽt ius in re, uel ſaltem eum impedire a ꝓſecutione iuris ſui ad rẽ, ille inquam non committeret ſimoniam, quia pro nullo ſpirituali de nouo obtinendo daret temporale, ſed daret ꝓ tẽporali emibili. ſ. ꝓ ceſſatione uexationis, quæ tamen ceſſatio aliàs fuit ſibi debita, ita ꝙ emit temporale, quod aliàs ſibi fuit debitum. ſicut ſæpe quis propriam rem emere cogitur ab iniuſtis detentoribus. ſic ĩ proposito mutuo xx. tibi, ut rehabeã x. illa mutuatio ſit ꝓp ceſſationem uexationis, qua mihi non das alios decem debitos, & licet non mutuem gratis, capiendo gratis. i. ꝓ nulla re, uel ſine cauſa: tamen gratis mutuo ſic, ꝙ non ꝓp lucrum. i. pp hſe rem aliàs non mcã. Vnde nõ fum tũc in lucro. Item tale mutuatio eſt implicitè qdã emptio: qa datur inutuata res ꝓ ceſſatione uexationis. Contra. ergo eadem rõne liceret mihi conferre tibi beneficium, ut rehaberẽ x. florenos, quos tu aliàs mihi debes. & ſi non omnino gratis tibi cõtuliſſem: non rñ ſimoniam commiſiſſem: quia ad redimẽdũ uexationẽ id feciſſem, nec aliquid temporare aliàs nõ meũ acquiſiſſem. R. ñr. non eſt ſimile: quia mutuando, ut quis rehabeat ſibi debitũ, datur tẽporale pro tẽporali, & ĩno ſpe lucri. ſ. pro ceſſatione uexationis aliàs debita. & hoc non eſt illiciteim: ẽt illud temporale dando per modũ precij pro ceſſatione uexationis ſicut ꝓ merce. ſufficit enim, ꝙ dans, vel mutuans nõ ſit in lucro re, uel ſpe, ſed ſi conferret quis beneficiũ prædicto reſpectu: iam daret ſpirituale, uel annexum ſpiritualj pro temporali. ſ. pro ceſſatione uexationis. & hoc non licet, ẽ dato ꝙ cõferens non ſit in ſpe lucri, ſicut nec eontra, licet dare temporale per modum precij pro ſpirituali, vel ci anne xo, ut pro merce. Secunda clauſula eſt, ſolutioni rei mutuatæ accedit, & hæc ponitur ad denotandum, ꝙ uſura tantum eſt incrementum rei mutuatæ, & in hoc differt uſura a lucro vẽdititio, vel emptitio, ideſt ab incremento, qđ prouenit ex re vendita, vel empta, vel locata, & ſic de aliis. Nam uſura materialiter capta eſt lucrum, quod prouenit ex re mutuata, ſicut & peccatum uſuræ tãtum committitur circa mutuum, quia eſt mutuum. Vnde quamuis in quibuſdam venditionibus, cambijs, locationibus, ſocietatibus, ac aliis contractibus etiã reperiatur peccatũ uſuræ, ſi in hoc non eſt rõne contractũ inquantũ tales, vel ratione ſui, ſed rõne mutui implicite in illis contractibus, ut infra latius patebit: ut puta

ta ſi pannum valentem etiam ſecundum gradum rigidum iuſti precij tantum. ſ. florenos vendo tibi pro. 51. eo ꝙ vis habere dilationem unius anni ad ſoluendum precium: ita ꝙ ultra. ſ. florens (pro quibus tibi vendidiſſem: ſi precium ſcilicet. ſ. florenos mox dediſſes) volo habere unum florenum ratione dilationis: cum tamen illa dilatio ſit abſque meo damno, atque abſque ceſſatione alicuius lucri, quod veriſimiliter interca ex precio dicto obtinuiſſem. immo ego non voluiſſem, ꝙ de preſenti dediſſes mihi precium: quia illud fuiſſet tantum. ſ. florenos: ſed malui recipere poſt annum cum illo incremento unius floreni: iam illa venditio eſt uſuraria, non ratione venditionis: ſed ratione mutui impliciti in illa venditione: eo ipſo enim, ꝙ do tibi dilationem dando precium poſt annum: perinde eſt, ac ſi illos. ſ. florenos, quos de præſenti deberes dare, tibi de burſa mea mutuarem reddendos mihi poſt annũ, pro quibus vtique mutuatis ſi poſt annum habere vellem unum florenum, mutuum eſſet uſurarium. Cur autem in hoc exemplo notanter fuit dictum: ſecundum gradum rigidum &c. Item ratione dilationis. Item cum tamẽ illa dilatio ſit abſque &c. quaſi ſi ſecus eſſet: quàm illæ clauſulæ ſignificant, liceret mihi tibi vendere carius ad terminum, quàm ad præſentem ſolutionem: patebit in q. 59. & 60. Tertia clauſula eſt, ipſius rei uſus gratia, & per uſum rei mutuatę intelligitur cõſumptio, vel diſtractio rei mutuatæ: quia mutuatio eſt rei, cuius uſus eſt eius conſumptio, vel diſtractio conceſſa ad talem uſum. Denotat igitur illa clauſula, ꝙ ad hoc, ꝙ aliquod lucrum ſuperueniens rei mutuatæ ſit uſura, oportet, ꝙ illud detur & recipiatur pro uſu ipſius rei mutuatæ. Nam ſi daretur & reciperetur alia de cauſa: illud incrementum non eſſet uſura: ut ſi mutuo tibi. 10. reddendos in fine anni: & veniente termino non reddis, & propter non redditionem ego patiar damnũ in vno floreno, quod ego incurri propter tuam negligentiam ſoluendi: ut puta cogor ab aliquo recipere mutuum ei dem dando vnũ flo. ad uſuram, vel ego cogor res meas vendere vili precio, quas aliàs referuaſſem, donec cariori precio eas vendere potuiſſem; adeo ꝙ in vno floreno minus recipio pro rebus meis, quàm recepiſſem indubitanter, & ultra ſi eas diutius ſeruaſſem, iam inquam non ratione uſus florenorum tibi mutuatorum recipio vnum florenum: ſed ratione damnificationis, quam mihi intuliſti per tuam dilationem. Similiter ſi quid nomine pęnę vltra ſortem propter dilationem recipiatur, de hoc patebit latius infra. q. 30. & ſequentibus. Quarta clauſula, quinta & ſexta ſunt, pactione interpoſita, vel hac intentione habita in contractu, vel exactione habita ex poſt facto, & hæ ponuntur ex duplici cauſa. Prima ad tangendum tres modos, quibus contingit peccatum uſuræ: immo quatuor modos, eo ꝙ vnus ſubdiuiditur in duos. Primus: ſi Ioan. mutuans Petro. 10. paciſcitur ſecum tempore, quo mutuat, ꝙ debeat ſibi ratione mutui & expectationis dare in termino aliquid vltra. 10. & hoc vocatur uſura pactionalis, vel conuentionalis. Secundus: ſi Ioan. mutuando Petro. 10. nullum pactum facit cum Petro de dando ſibi aliquid vltra ſortem: ſed tamen corde intendit ratione mutui aliquid recipere vltra ſortem, & ob id reciendum principaliter mutuat, aliàs non mutuaret ei. hæc mutuatio vocatur uſura mentalis, capiendo uſuram formaliter, & ipſum lucrum interum vocatur etiam uſura mẽtalis capiendo uſuram materialiter Tertius: ſi Ioan. mutuãdo Petro nec paciſcitur cum Petro de dando ſibi aliquid ultra ſortem: nec etiam intendit illo tempore aliquid recipere ultra ſortem, immo mẽtẽ gratis & propter Deum ſibi mutuat, attamen aliquo tempore poſt mutuationem factam: puta termino ad veniente mutatur animus eius integer in corruptum, deſiderans habere aliquid vltra ſortem. Et ille modus poſſet ſubdiuidi in duos: quia vel exprimit illud ſuũ deſiderium: & tunc illud incrementum dicitur uſura exactionalis, & illum modum tangit Hoſtien. vel non exprimit: & tunc eſt mentalis tantum uſura: & iliam modum non ponit expreſsẽ Hoſtien. in hac diffinitione: poteſt tamen comprehendi in præcccdenti modo, ſcilicet ſub mentali uſura: ſed tunc oportet, ꝙ ſecũdus modus committendi uſuram intelligatur de mentali uſura generaliter, ſcilicet ſiue illa intẽtio fuerit habita in actu mutuandi, ſiue ex poſt, alioquin Hoſtien. de buiſſet ſuperadidiſſe quartum modum committendi uſuram: ſic ꝙ duo primi modi committendi uſuram fierent pro tempore mutuationis. Alij duo poſt mutuationem. Et poſſũt omnes quatuor reduci ad duos: quia omnis uſura, uel eſt mentalis tantũm, uel non mentalis. Si primum, aut illa intentio fuit habita in actu mutuandi, uel ſuperuenit poſt actum mutuandi. Si autem non eſt mentalis tantum. tunc uel deducta eſt intentio in pactum tempore mutuationis: tũc eſt pactionalis, aut nõ eſt tũc deducta in pactũ: ſed poſt mutuationẽ intentio, quã in mutuatione habuit, uel poſt mutuationẽ ſuperuenit: deducta eſt in exactionẽ, & ſic eſt exactionalis. Secunda cauſa: quare ponuntur illę tres clauſulę, eſt ad deſignandum, ꝙ ſi quod lucrum accedit ſorti nullo modorum iam tactorũ, nõ erit illud uſura: ut ſic nec tẽpore mutuationis, nec in termino recipiendi ſolutionem his, qui mutuauit, intenderit uelle aliquod lucrũ habere ratione mutuationis. immo propter Deum & ex charitate mutuauit, & mutuaſſe vult: & tamen tẽpore ſolutionis, uel ante, uel poſt recipiat aliquid per modum doni, quod mutuator etiã in veritate per modũ doni & ex liberalitate offerat ſibi declarando ſibi, ꝙ ei liberaliter donet: tunc illud receptum non eſt uſura: de hoc tamen latius patebit infra. q. 29. Et ex illis patet, quòd non eſt ſufficiens illa deſcriptio Panor. dicẽris. Eſt lucrũ mutui ex pactione debitũ, uel exactũ: ut diffinit in rub. de uſu. Nã non cõcutit uſurę mentali, quã uſurarius nec ex pacto, nec per exactionẽ recipit: ſed per oblationẽ mutuatarij timentis aliàs offendere uſurariũm, qui ideo mutuauerat.

Tertia concluſio. capiendo uſuram etiam materialiter: deſcriptio eius poſita a beato Amb. ſi legitur per modum deſcriptionis, non eſſet bona, ſi non aliqua ſuppleretur, quę tamen etiam Amb. ſubintellexit, prout batur inſtando contra eam ſeruipliciter. Primò beatitudo, quã meretur ille, qui ex charitate mutuat, eſt quid accedens ſorti: & tamen non eſt uſura, alioquin mutuans propter ipſum peccaret. oportet ergo ſubintelligere, ſupple lucrum tpale, ideſt æſtimabile precio quodcunque &c. Secundò inſtatur: quia illa deſcriptio cõueniret etiam lucro temporali emptitio, aut uendititio, aut locagio, & ſic de lucris aliorũ cõtractuũ, quę ſunt illi lucro, quod dã uſura, nã de quolibet ſorti uerũ eſt,

ꝙ ipſum accedit ſorti: quia ſi venditor lucraretur demer ce ſua, lucrum ſuum accedit ſorti. Idem de emptore & locatore. vnde oportet ſubintelligere ſorti, ſupple mutuate: nam vſura eſt lucrum ſolius mutui: quia in tali contractu accidit vſura, non in alio, niſi rõne impliciti mutui. Tertiò inſtatur: quia etiam ſorti mutuatæ aliquid poteſt accedere, quod nõ eſt vſura: ut illud, quod mutuans accipit pro intereſſe a mutuatario accedit ſorti & tamen illud non eſt vſura. vnde oportet addere, accedit, ſupple ratione mutui, ſeu mutuationis; ſecus ſi ratione alicuius alterius, vtputa ratione damnificationis, quam intulit mutuatarius mutuanti: faciendo moram in ſolutione. Quartò inſtatur: quia ét aliquid põt accedere ſorti mutuatæ ratione mutuationis: quod tamen nõ erit vſura: ut ſi mutuatarius ratione mutuationis ſibi factæ promocatur ad liberaliter donandum aliquid mutuanti vltra ſortem: declarando ei, ꝙ ſimplici ter animo donandi illud ei det. illud inquam donum accedit ſorti ét ratione mutuationis: & tñ propter illud recipiendum non mutuauit, intendendo illud immutatione, vel poſt nõ eſt vſura: ſed licitè receptum. oportet ergo addere, intentione lucri talis in mutuante, præcedente, cõcomitante, vel ſequente mutuationẽ. Quintò inſtatur. Nam etiã ſtat, ꝙ aliquod incrementũ accedat ſorti mutuatæ rõne mutuationis ét ſic, ꝙ mutuans illud intenderit, & propter ipſum mutuauerit, quod tñ non erit vſura: ut ſi mutuans tempore mutuationis tale lucrũ intenderit, & tñ cũ mutuatarius in termino ſolutionis offert ſortẽ & incrementũ, offert incrementũ merè liberaliter. hoc ei declarans, ꝙ ſimpliciter donare vult: mutuans mutat intentionẽ recipiendo illud per modũ doni, aliàs nequaquã receperitus inquãtũ incrementũ nõ eſt vſura tẽpore receptionis illius incrementi & ſortis. Oportet ergo addere intẽtione nõ mutata. Sextò inſtatur, ꝙ ſi illud legat ꝙ modũ deſcriptionis dicẽdo. vſura eſt quodcũque ſorti accedit. illud dictum erit propoſitio, in qua prædicatur vniuerſale vt ſumptũ. & illa inſtãtia fuit ſupra ſoluta. Cõpleta igit de ſcriptio vſurę ab Amb. poſita eſſet illa. Vſura eſt lucrũ tẽporale ſorti mutuatæ accedẽs ratione mutuationis in tentum a mutuante, ipſo in hac intentione nõ mutato.

Quarta concluſio. deſcriptio vſuræ ab Amb. poſita hoc modo cõpleta eſt ſufficiẽs deſcriptio & bene poſita: pater per additiones bonæ deſcriptionis: & rõ omniũ clauſularũ patet ex dictis in prima concluſione & ſecunde concluſione, nec omnem addere tres vltimas clauſulas poſitas in deſcrip. Hoſtien. quia illæ ſolũ ponũtur ad tangendũ diuiſionẽ vſuræ in pactionalẽ & mentalẽ. ſ. ō in deſcriptione non oportet ponere clauſulas diuiſuas, licet ſi ponãtur, non ſuperfluãt: ſicut ſi diffiniatur animal, eſt ſubſtantia corporea, animata, ſenſitiua: non oẽm addere extẽdens vel rationalis, vel irrationalis, & ſic de alijs differentijs diuiſiuis, ſeu clauſulis, licet ſi addantur, non incongruè addantur.

Quinta concluſio. deſcriptio magiſtralis vſuræ eriã capiendo vſuram materialiter, non eſſet bona, ſi nihil ſuppleretur. & ſimiliter ſi principialiter indiſtinctè caperetur. probatur inſtando, ſcilicet per inſtantiam primã, & quintã præcedẽtis cõcluſionis, & ſupplẽdo ut ibidẽ. Et circa clauſulã principaliter videri poſſet alicui, ꝙ ſi Ioãnes mutuò daret Petro primaria de cauſa ex amicitia, quæ eſt principale nouens, attamen ſecundariò ad hoc mouetur ét: quia ſperat a Petro incrementum ſortis. ita ꝙ non eſſet mutuatura, ſi non ſperaret ſe obtenturũ incrementũ, ꝙ tunc Ioannes committat vſurã: quia tali ſpe lucri mutuat, ꝙ ſine illa nõ mutuaret: & tamen illud incrementũ non eſt lucrũ principaliter intẽtũ: quia nõ primario, ſed ſecundario tantũ. Et ſi hoc eſſet verũ: tunc oporteret principaliter capere largè, ut non diſtinguatur ꝑ ſecundariò mouẽs, vel ſecũdariò intẽtũ: ſed ſolũ ꝑ illud ſecũdariò mouẽs, vel intẽtũ, quod ſic intenditur, ꝙ ét illo non intẽto adhuc mutuans mutuaret: tunc enim tale lucrũ licet intendatur, vel ſperetur per mutuantẽ: tñ non haberi rõnẽ cauſæ finalis primariæ, nec ſecũdariæ; quia cã eſt, quæ requiritur ad eſſe effectus. Mõ ſine illius lucri ſpe adhuc fieret mutuatio: ſed forte illa ſentẽtia videretur nimis dura. Nã etiã in collatione ſpiritualiũ non maculatur quis peccato ſimoniæ, ſi ſecundariò habeatur oculus ad temporalia ét taliter, ꝙ aliàs non eſſet inpẽſurus ſpiritualia, ſaltẽ ſi ſpiritualia illa ꝑſiſunt in operis: ut patet in illis, qui celebrãt anniuerſaria eis, qui dãt tẽporalia, quibus non celebrarẽt, ſi nulla daret: & tñ nõ minus gratis debẽt impẽdi ſpiritualia, q̃ debeat impẽdi mutuatio gratis. Vñ nõ videt diffiniẽdũ. Ioãnẽ in ꝓdicto caſu eſſe vſurariũ.

Sexta cõcluſio. hæc deſcriptio ſuppleta & inteſlecta modo iã dicto eſt ſufficiẽs & bñ poſita. ſ. eſt lucrũ tẽporale ex mutuo principaliter intentũ intẽtione nõ mutata. probatur per additiones bonæ deſcriptionis, & tõ ſuarum clauſularũ accipitur, ſicut accepta eſt in ſimilibus clauſulis in præcedẽtibus deſcriptionibus, nec oportet addere tres clauſulas vltimas deſcriptionis Hoſtien. ex cã tacta in præcedẽti cõcluſione. Ex his omnibus patet, ꝙ predicte tres deſcriptiones prout ſũt bone, & ſupplete ſũt a parte rei vna deſcriptio: quia clauſule ſubſtãtiales vnius ſũt poſite in alijs expreſsè vel implicitè, & econtra: & dãtur de vſura eodẽ modo capta. igitur.

Septima concluſio. deſcriptio poſita in titulo licet non ſit bona capiendo vſuram materialiter: tamen eſt bona eam capiendo formaliter. Prima pars probatur: quia vſura materialiter capta eſt ipſum lucrum vltra ſortem obtentum: illud autem diſtinguitur realiter ab actu mutuandi, qui hic ponitur loco generis. igitur. Secũda pars probatur: quia vſura formaliter capta eſt qui dem actus vitioſus: non autẽ videtur alius actus, quàm mutuatio carens debita circunſtantia finis: puta quæ non ſit propter Deum, ſed propter lucrum. Declaratur autem per ſingulas clauſulas, quæ ſunt ſex. Primò inquã dicitur mutuare, quod ponitur loco generis. Mutuare enim diuiditur in mutuare licitum, quale eſt illud, quod eſt veſtitum circunſtantijs illis, de quibus dictũ eſt in ꝓcedẽti quæſtione. Aliud verò eſt illicitũ, quale eſt carẽs circũſtãtijs requiſitis: potiſſimum circunſtãtia finis, & huiuſmodi eſt mutuare propter lucrum. Secundò dicitur nõ gratis. & in hoc recedit a ꝓditione naturali ipſius mutui, qnę eſt, ꝙ debet eſſe gratuitũ. Et ſi arguatur: ſi caret naturali ꝓditione mutui. igitur non manebit mutuum. Reſpõdetur, negando cõſequentiã: quia illa conditio naturalis non eſt naturalis, ideſt ſubſtantialis ſeu requiſita ad eſſe mutui, ſed eſt naturalis ideſt nata concomitari naturam mutui. Vnde talis non facit contractũ tranſire in aliam ſpeciem. Tertiò dicitꝫ nec pp Deũ. i. nõ ex charitate Dei, vel ꝓpter Deũ, vel ad complacẽdũ ei, aliqn mutuaret gratis: qa Deus inſtituit

tuit debere fieri gratis: di. nihil in de ſperantes. Quartò dicitur, ſi ꝓpter lucrum, & propter, dicit cauſam finalem. Nam finalis cauſa mutuationis vſuræ eſt lucrũ, & tamen additur principaliter propter cauſam tactam in quinta concluſione. Quintò dicitur temporale: quia bene licet mutuare propter ſpirituale lucrum, ſcilicet beatitudinem quandam. Nam opera miſericordiæ, de quorũ numero eſt mutuare, licet debeant fieri propter gloriam Dei. iuxta illud Apoſtoli. Omnia in gloriã Dei facite. & hoc ſit ex affectione iuſtitię tamen ſecundariò poſſunt fieri propter beatitudinem quandã ex affectione commodi. Item licitũ eſt mutuare propter beneuolentiam conſequendam apud recipientem mutuum. & hoc conſiderando illam beneuolentiam in ſe. ſi quantum eſt actus amicitiæ, virtutis, vel charitatis. Nam ut ſic eſt res non æſtimabilis precio: ſecus ſi cõſideraretur in quantũ illa eſt vtilis ad temporalia poſtea obtinenda mediante illa beneuolentia: ut ſic enim propter eã non liceret mutuare. Sextò dicitur ex mutuatione: quia ſi mutuãs ꝓſequeretur aliud lucrum tpale rõne alterius, quàm ratione mutuationis, ut ratione intereſſe, vel damni perpeſſi propter recipientis mutuũ moram in ſoluẽdo: non oportet illam mutuationem fuiſſe vſurariam, ut patuit in præcedentibus concluſionibus.

Octaua concluſio. deſcriptio poſita in tit. non eſt dicẽda melior alijs tribus ꝓbatur: quia alię tres ut ſunt bonę, dantur de vſura aliter capta, quàm deſcriptio poſita in titulo, & per ꝑns non ſunt deſcriptiones eiuſdẽ rei: nec eiuſdem generis ergo nec adinuicem compara biles in bonitate. Et ſi arguatur ꝑ ſeptimam concluſionem. vſura formaliter capta eſt ipſa intentio lucri, ideſt actus voluntatis circa finem mutuationis: non ergo eſt ipſa mutuatio. Reſpondetur, licet nomina ſint ad placitum, & per ꝑns vſura etiam, vt eſt peccatum, poſſit capi pro intentione talis lucri: tñ melius videtur dici, ꝙ ſit ipſe actus mutuandi veſtitus tali intentione, & ꝙ illa intentio ſit circunſtantia, qua veſtitur actus. Nam vſura formaliter capta, ſeu vt eſt peccatum, eſt quidã cõtra actus illiciti: modo ſub nulla alia ſpecie ꝓtinetur quã ſub mutuatione. igitur. Item ſi arguatur, aliqua venditio eſt vſura, prout vſura eſt peccatum: ſimiliter aliqua locatio, aliquod cambium, & ſic de alijs ꝑctib. ut patebit infra in locis ſuis. igitur vſura prout eſt peccatum, non eſt mutuatio. Dicendum, ꝙ nulla vẽditio, locatio, vel cambiũ, aut alius ꝑctus eſt vſura: ſed bene in venditione, locatione, vel cãbio implicitè continetur aliqua mutuatio, quę eſt vſura. Vñ venditio põt dici vſuraria ideſt permixta cum vſura: non autem eſt ipſa vſura.

QVAESTIO XXII.

Vtrum mutuatio vſuraria ſit peccatum, & hoc omni lege damnatum atque mortale. Solutio quæſtionis ſtat in 13. concluſionibus, ſex corollarijs. & 16. argumentorum ſolutionibus.

Prima concluſio. Mutuatio vſuraria eſt peccatum, probatur quintupliciter. Primò ſic. omnis actus, qui eſt ꝑ legem diuinam atque naturalem, eſt peccatum. Mutuatio vſuraria eſt huiuſmodi. igitur. Maior probatur ex deſcriptione peccati, quam ponit Amb. eſt præuaricatio legis diuinę & celeſtium inobedientia præceptorum. & allegatur a magiſtro in 2. diſt. 35. Itẽ magiſter ibidẽ ſm Aug. Peccatũ eſt dictũ, vel factum, vel cõcupit ꝑ legem Dei. igitur. Et confirmatur maior: quia peccatũ eſt actus humanus carẽs ꝓformitate ad rationẽ rectam. Modò quod eſt ꝑ legẽ Dei & naturalẽ, eſt ét ꝑ rationẽ rectã: quia lex diuina & naturalis eſt ſignũ dictaminis rõnis rectę. igitur. Minor patebit in ſequẽtibus cõcluſionibus. Secundò ſic, auferre vi vel fraude aliquid alteri, eſt peccatũ. igitur ét mutuare ad vſurã pauperi, vel indigenti eſt peccatum. tener ꝓba: quia B. Aug. reputat illa duo non imparia in crudelitate. Vñ ait ad Macedoniũ, & hẽ. 14. q. 4. quid dicã. An crudelior eſt, qui ſubtrahit diuiti aliquid, vel eripit: quàm qui trucidat pauperem ſenore. q. d. non minus crudelis eſt ſecundus, quàm primus. Tertiò ſic. rapina eſt peccatũ. igitur & mutuatio vſuraria. tenet ꝓba: quia beatus Amb. in libro de bono mortis ait: & habetur 14. q. 4. c. ſi quis vſuram accipit rapinam facit, & vita non viuit. Quartò: Leo Papa ait. Sicut non ſuo nomine: ita nec alieno licet ſęnus exercere. d. 46. c. ſicut. Quintò ſic: quia qui pertinaciter preſumit aſſerere, ꝙ exercere vſuras, non ſit peccatum, eſt velut hæreticus puniendus: ut habetur in cle. ex grauidę. de vſuris. ergo hæc concluſio pertinet ad fidem. Modò mutuatio vſuraria eſt exercere vſuras. igitur.

Secunda cõcluſio. Mutuatio vſuraria eſt ꝑ legem naturalem probatur. 25. rationibus, de quarum validitate patebit in ſequenti concluſione. Prima eſt: hæc propoſitio eſt vna ex ſanctionibus legis naturalis. Transferens rem vtilem in proximũ non debet eã transferre in eo valore, qui ſit maior, quàm ſit valor eidẽ rei deputatus a nã, vel arte. Mutuatio aũt vſuraria eſt ꝑ illam propoſitionem. igitur eſt ꝑ legem naturalem. Maior nota. Minor probatur diſcurrẽdo inductiuè per omnia tria genera rerũ mutuabiliũ: quędã. n. res mutuabiles ſũt mẽſurabiles, ųdã põderabiles, quędã numerabiles. i. quædam cũ mutuantur traduntur per menſurã: quædam ꝑ pondus: quædã per numerum. Primò igitur patet minor de primis rebus. Nã ſi mutuo tibi rem naturalem menſurabilem: ut frumentũ, vel vinũ, res mutuata nõ valorẽ ſibi deputatũ a natura. & cum talis res traditur per mutuũ, tranſfertur in certa menſura: ut in quantitate modij, vel huiuſmodi, cũ igitur ſimile frumentũ reddi tur eiuſdẽ bonitatis: & in eadẽ menſura, ſi mutuãs quid vltra illud velit: iã transfert rẽ in maiori valore, quàm ſit valor eidẽ deputatus. Secundò patet minor in ſecundis rebus. ſi mutuo tibi rẽ naturalẽ ponderabilẽ, ut aroma, vel metallũ aliquod: hæc in quam res habet valorẽ ſibi a natura deputatũ, & cũ mutuatur, traditur in certo põdere. ſi igitur mutuãdo tibi aroma, vel metallũ, velim, ꝙ aroma, vel metallũ ſimilis bonitatis reſtituatur in æquali põdere: & cũ hoc aliquid vltra: iã transferre volo rẽ in maiori valore, quàm ſit valor eidẽ deputatus. Tertiò patet in tertijs rebus. Nã ſi mutuo tibi numiſma, quod eſt res artificialis, & numerabilis: hęc inquã res habet valorẽ ſibi ab arte deputatũ, vtputa vnus florenus valet 28. ſolid. hic: & cũ mutuatur, traditur in certo numero. ſi igitur reſtituatur mihi numiſma ęqualis bonitatis & in ęquali numero, ſi quid vltrà velim habere, volui tranſtuliſſe rẽ in maiori valore, quàm ſit valor eidẽ ab arte deputatus. Additur huic tationi, ꝙ illud, quod iam de illis tribus rebus mutuabilibus dictũ eſt. ſ. ꝙ eis eſt determinatus valor deputatus, hoc minimè põt dici de alijs rebus nãlibus, eo ꝙ in ſua na

tura non habens aliquod determinatum, ex quo possit eorum valor pensari, & certitudinaliter cognosci: cum valor earum non pendeat ex aliquo intrinseco & necessario: sed ex diuersis extrinsecis causis contingentib. Verbi gratia. Valor huius agri, vel vinæ quandoque pēsatur ex loco, quandoque ex tempore, quandoque ex conditionibus personarum, uel ex circumstantiis aliis, quæ possunt multipliciter variari. & sic de quibuscunq; rebus naturalib. quæ non ponderantur, uel mensurantur. hoc ideo quidem contingit: quia Deus & natura nō determinant, vel taxant talibus rebus valorē: sed voluntate multipliciter variati iuxta augmentum & diminutionem valoris, qui est in aliis reb. secundùm diuersas circumstantias extrinsecas & variè contingentes. Secunda ratio. Hæc propositio est una ex sanctionibus legis naturalis. Res non nata fructificare non debet transferri per hominem in proximum suum pro renatis fructificare, seu perinde val in eo valore, acsi esset nata fructificare. mutuatio usuraria est contra huiusmodi propositionē. igitur. Maior nota. Minor probatur dupliciter. Primò exemplariter & in speciali sic. Nam si quis mutuat proximo suo pecuniam centum librarum ad vsuram: pecunia illa est res non nata parere, vel fructificare. Si enim mille annis iacerent libræ illæ centum in cista proximi, uel essent in manu proximi, nullum germinarent, uel producerent fructum: & tamē si quis eas mutuet, ut rehabeat centum & quinque libras, ipse perinde transferret illas centum libras, acsi illas centū libras grauidas & impregnatas quinque libris transferret. Nam ex quo mutuans vult habere lucrum de illis centum: vult habere fructum illarum centum librarū. Lucrū enim est fructus rei, vel aliquid per modum fructus acquisitum per rem. Secundò probatur minor rōne generali de omnibus rebus mutuabilibus sic. Nā res mutuabiles habent valorem sibi determinatum & depuratū, in quo crescere non valent, vt dictū est in præcedenti ratione, ergo non fructificare. Tenet consequentia quia da oppositum consequentis, & sequetur oppositum antecedentis. Si enim fructificare poterit res, potest etiam excrescere in valore suo: quia res cum fructu est maioris valoris quàm se sola capta. Modò in vsuraria mutatione transfertur res mensurabilis, siue sit mensurabilis ut frumentum, uel ponderabilis ut metallum, uel numerabilis ut pecunia restituenda cum incremento, & per consequens cum lucro, ergo transfertur quasi res fructifera. Tertia ratio. Hæc propositio est una de sanctionibus legis naturalis. Nullus debet velle habere fructum de re non nata fructificare. Mutuario usuraria est contra eam. igitur. Minor probatur. Nam mutuans vsurario modo vult habere lucrum de re mutuata. ergo fructum. Tenet consequentia a specie ad genus: & tamen res mutuata non est nata fructificare: vt patuit in secunda ratione. Quinta ratio. Hæc propositio est una de sanctionib. legis naturalis. Nullus transferendo rem in proximum per aliquem contractum, in quo grauat eum, debet amplius grauare. mutuatio usuraria est contra eam. igitur. Minor probatur. Nam mutuans transferendo rem in recipientem mutuum grauat recipientem in duobus. Primò in hoc, ꝙ debet sibi restituere æquivalens. Secundò in hoc, ꝙ recipiens suo periculo recipit & detinet rem mutuatam: ita ꝙ si perent res, illud perire nocebit recipienti rem. in nullo autem nocebit mutuanti, quo minus rehabere debeat rem mutuatam. Modò ultra hoc duplex periculum grauat eum in hoc, ꝙ tenetur sibi ultra fortem quid dare. Sexta ratio. Hæ propositio est una de sanctionibus legis naturalis. Si quis pro hoc ꝙ ipse aliquam rem: utputa A. existentem alicuius valoris transferret in proximum, exigit B. æquivalens ipsi A. talis non debet ultra B. exactum exigere a proximo aliquid pro eo ꝙ transferendo A. sumit etiam aliam rem. s. V. transferret in proximū ultram ipsum A. & hoc si valor ipsius V. est ille idem valor & non alius, quàm sit valor ipsius A. Modò mutuatio usuraria est contra illam. igitur. Maior nota: quia si A. & V. non habent nisi unum valorem. igitur si satis & æquivalens exactum est pro valore ipsius A. sequitur, ꝙ tunc etiam implicitè: immo a parte rei solutus est valor ipsius V. & per consequens si adhuc vltra exactum per A. exigeretur pro V. aliquid: iam pro uno valore semel satis soluto, iterum qd soluendum exigeretur. igitur. Et confirmatur. Non. n. exigitur aliquid pro re valida, nisi secūdum eius valorem & ratione valoris. igitur si valor semel solutus est, quæcunque res super tradatur: si non habet alium valorem, quàm præcedens habuerit, non poterit quid superueniente re exigi. Et intelligitur maior de valore eodem in numero, aliàs non haberet apprehensiam. Nam si darem tibi equum pro decem flor. & postea tibi superadderem sellam valentem etiam x. flor. licet equus & sella haberent eundem valorem in specie: non tamē eundem in numero. ideo exactis x. primis flor. posset superaddēdo sellam iterum exigere decem. Minor probatur exemplariter i mutuatione usuraria pecuniæ. Nā mutuando tibi x. flor. exigo à te decem mihi restituendos: quia mei decem tibi mutuati valent decem: si igitur ultra x. exactos tanquam sortem restituendam exigo, nolens habere adhuc unum: illum exigam pro usu meorum. x. tibi mutuatorum, ita ꝙ volo & dico. ecce trado tibi meos x. & cum hoc usum eorundem, & pro ipsis quidem. x. repeto. x. sed pro usu meorum, quorum usu interim careo, exigo unum: iam facio contra prædictam propositionem. Nam licet x. flor. ex una parte & usus eorum ex alia parte sint res realiter distinctæ, sicut res permanens & res successiua: saltem loquendo de usu facti. si autē loquamur de usu iuris, adhuc distinguuntur: quia res mutuabilis est corporalis: sed ius utendi, seu usus iuris est res incorporalis: tamen habent unum valorem. Hoc assumptum ostenditur triplicitèr. Primò specialiter in proposito exemplo sic. Tanti enim valoris sunt x. flor. quanti valoris est usus eorum, & econtra: quia florenj non sunt validi nisi ratione usus. igitur, si eorum valor est propter valorem usus, & ubi unum propter alterum: ibi unum tantū sequitur, ꝙ si quid ultra x. exigo pro valore usus, iam volo unum valorem duabus solutionibus solui: cum tñ

prima

ptima solutio esset sufficiens & adequata. Secundò per idem sic: quia res mutuabilis secundùm ꝙ talis sine usu eius concedi non potest, loquendo de usu iuris: eo ipso enim, ꝙ tibi rem mutuò do, concedo tibi ius utendi eadem. igitur res mutuata & usus eius habent unum valorem. Tertiò: quia res mutuabilis non potest consumi sine usu eius, & econtra: vt patere posset exemplificando in rebus mutuabilibus: tam mensurabilibus & ponderabilibus, quàm numerabilibus. igitur habent unum valorem. sic autem non est in rebus locabilibus, secundùm ꝙ locabiles sunt: nam usus rei locabilis potest alienari sine rei locabilis alienatione: ut patet. Si loco tibi domum: vsum quidem eius in te transfero, sed domum mihi retineo quò ad dominiū & proprietatē. Similiter enim locabilis usus cōsumi potest: vt cum quis cessat uti domo: & tamen nondum cōsumpta est domus. & hoc nenit: quia in rebus locabilibus, secundùm ꝙ talibus usus rei habet alium valorē, quàm habeat ipsa res: & econtra. Septima ratio. Hæc propositio est una ex sanctionibus legis naturalis, transferens duas res in proximum, si illæ sint inseparabiles ab inuicem, non debet eas transferre separatim & tanquam separabiles. Mutuatio usuraria est contra illam propositionem. Maior nota: quia nemo debet agere cōtra naturas rerum: nec attentare illud, quod scit, uel posset de facili scire, esse impossibile, nec id agere etiā quantum in se est. quod dico: quia de se est notum, ꝙ si quid est impossibile, nemo id debet agere: quia non potest: sed tamen quod impossibile est, contingit aliquo modo attentare: & quantum in se est agere, cōnando, licet non efficiendo. Minor probatur: quia res mutuata ex una parte, & usus eiusdem ex alia parte sunt duæ res, ut patet: quia una potest aliam præcedere tpe, & hę duæ res sunt inseparabiles in translatione. Nam si per mutuationem transfero in te rem mutuatam: transfero etiam in te usum eiusdem rei. Probatur: quia eoipso, ꝙ eam tibi mutuò concedo: ut eam rem consumere possis. modò eoipso ꝙ tibi eam concedo ad consumptionem: etiam eam tibi concedo quò ad usum, qui mutuabilium rerum est consumptio, & econtra: & tamen in mutuatione usuraria mutuans attentat illas res separatim transferre in recipientem mutuum: quia pro ipsa re mutuata vult habere sortem: & pro usu eiusdem rei vult habere incrementum sorti, & per consequens exquo pro illis rebus vult habere singularim aliquid pro vna, & aliquid pro altera, perinde facit, acsi essent res separabiliter transferibiles, quod est falsum. Hæc etiam septima ratio posset assumpta maiore & minore aliter deduci in probatione minoris, & redire in idem, scilicet dicendo sic in probatione minoris. Alienatio rei mutuatæ & concessio usus eiusdem sunt duæ res abinuicem inseparabiles in translatione, & per alienationem intelligeretur concessio rei in fs & in substātia: & tamen mutuans usuraria intentione agit illas cōcessiones tanquam separatas & separabiles pro quanto distinctas res pro eis vult habere, scilicet sortem pro alienatione, & incrementum pro usu eiusdem. Octaua ratio. Hæc propositio est vna de sanctionibus legis naturalis. Nullus debet abuti quacunque re. Mutuatio vsuraria est contra illam propositionem. igitur. Maior probatur: quia abusus est illicitus actus: nullus autem debet exercere illicitum actum. igitur. Maior illius probationis probatur: quia actus carens fine debito est illicitus. modo abusus est actus vtendi carens fine debito: quia si fieret ob finem debitum, iam non esset ille vsus dicendus abusus. Minor probatur: quia cum fit mutuatio vsuraria, mutuans vtitur re mutuabili ad aliū finem, quàm ad illum, ad quem est ordinata. igitur ea abutitur. Consequentia nota. Antecedens probatur inductiuè in tribus generibus rerum mutuabilium. Et primò in rebus mensurabilibus: sicut sunt vinum, frumentum &c. Nam finis vini, quod quis habet, est potatio, & hic est finis primarius vini, secundarius verò finis vini est precium, quod possidens vult habere pro vino, propter quod precium soluit vinum. & acquisiuit vinum, eo ꝙ illud precium est sibi magis congruū pro relaxatione suarum necessitatum, quàm sit vinum. Si igitur quis mutuet vinum, vt de ipso mutuato habeat incrementum vltra sortem: iam ipse ordinat ad neutrū prædictorum finium: sed ad alium finem, quàm ad illum, ad quem est ordinatum. i. quàm ad primarium, & etiam quàm quo ad secundarium finem. Aliud exemplum in eisdem rebus est. Finis frumenti primarius est cibatio, secundarius precium pro illo obtinibile. Secundò probatur in rebus ponderabilibus: sicut sunt metalla. Nam finis metallorum, vt sunt ferrum, cuprum &c. est formatio vasorum, vel instrumentorum utilium homini, & ille est primarius. secundarius verò est precium, quod ipse, qui fodit & acquisiuit huiusmodi metallum intendit obtinere pro eo. si igitur quis huiusmodi metallum mutuet, vt de ipso mutuato habeat incrementum ultra sortem: iam ipsum ordinat ad neutrum prædictorum finium: sed ad alium ab vtroq; & per cō sequens abutitur eo. Tertiò probatur in rebus numerabilibus, sicut est numisma. Nam finis primarius numismatis est commutatio eius pro alio numismate magis congruenti ipsi commutanti propter regionem, in qua vult vti illo alio: quo modo campsor vtitur numismate propter lucrum sibi ex hoc prouenions. similiter & is, qui recipit cambium ab eo id facit propter commoditatem sibi proue nientem ex habere aliud numisma. Si igitur quis numisma mutuet proximo in illum finem, vt vltra sortē rehabitam capiat incrementum: iam vtitur numismate ad neutrum prædictorum finium: sed ad alium ab utroque eorum. igitur. Nona ratio. Hæc propositio est vna ex sanctionibus legis naturalis. Nullus pro re, quā transfert in proximum debet plus exigere, quàm illa res in se valeat valore vsuali: vnde tantum æquivalens potest exigere. mutuatio vsuraria est contra huiusmodi. igitur. Maior nota: quia oppositum facere est cōtra iustitiam commutatiuam, quæ requirit æqualitatem in rebus adinuicem commutatis. Minor probatur: quia usurarius mutuans proximo vnum florenum exigit ab eo vnum florenum æquivalentem: & cum hoc vnum solidum, vel tres denarios. Modò vnus florenus non valet nisi vnum flor. æquivalentem & non unum flor. & vnum solidum, vel tres denarios. igitur. Decima ratio, & redit in idem cum præcedenti. Hę duæ propositiones sunt ex sanctionibus legis naturalis. Nullus donans exigat a donatario aliquid vltra valorem rei donatæ. Secunda, nullus vendens exigat ab emptore

precium

preciū excedens valorem mercis. Modò mutuatio vsu
raria est contra vtrang;. igitur. Minor probatur. Nam
licet mutuatio sit contractus distinctus formaliter a do
natione & a venditione: tamen virtualiter includit ali
quam conditionem vtriusq;. Nam pro quanto mutuās
transfert dominium rei mutuatæ in recipientem, pro
tanto habet mutuans conditionem donantis & vendē
tis: quia & illi transferunt dominium rei donatæ & vē
ditæ in donatarium & emptorem, & pro quanto mu
tuans expectat, & vult rehabere a recipiente æquiualēs
sorti, habet conditionem aliqualiter similem conditio
ni venditoris, qui etiam vult rehabere ab emptore equi
valens merci. Modò consyderando mutuationem vsu
rariam quo ad illas conditiones inclusas, mutuatio sit
contra prædictas propositiones: quia vltra valorem rei
mutuatæ expectat habere non tantum æquivalens: sed
etiam vltra. Vndecima ratio. Si essent duo floreni æqua
les in pondere, & similes in qualitate auri, puta quam
essent de auro arabico, vel vngarico, vel huiusmodi. &
eiusdem figuræ & impressionis: & Ioannes venderet,
vel permutaret, vel cambiret Petro vnum pro alio: ita
tamen q̄ id nollet, nisi Petrus daret sibi vnum solidum
vltra florenum. illa venditio, vel permutatio, vel cam
bium, esset contra legem naturalem: quia contra pro
positionem allegatam in nona ratione. Modò mutua
tio licet sit contractus formaliter distinctus a venditio
ne, permutatione, vel cambio: tamen virtualiter inclu
dit conditiones similes conditionibus venditionis, per
mutationis & cambij. & pro tāto id quod esset iniquū,
in illis etiam est in mutuatione iniquum. Duodecima
ratio. Hæc propositio est vna ex sanctionibus legis
naturalis. Nullus homo exigat certum lucrum a pro
ximo ratione rei sibi concessę ad incertum lucrum. mu
tuatio vsuraria est contra illam propositionem. igitur.
Maior videtur nota, mino. m̄ꝛqꝺ. Nam si vsurarius
mutuat mercatori centum flor. quibus recipiens vti
vult in aliquibus cōmutationibus, vsurarius a recipien
te exigit certum lucrū: quia exigit sortem & incremen
tum, & illud rehabere vult, siue mutuatarius lucretur,
siue non. immo si perderet sortem & lucrum, & tamen
centum floren. sunt concessi mutuatario ad incertum
lucrum: quia non est certum, an mutuatarius inde lu
cretur. Tredecima ratio. Hæc propositio est una de san
ctionibus legis naturalis. Nullus homo exigat aliquid,
a proximo pro re illa, quam proximo non ipse, sed na
tura contulit: & hoc gratuitè. mutuatio vsuraria est ꝫ
eam. igitur. Maior nota: quia est contra rectam ratio
nem, q̄ pro re non mea: nec a me procedente aliquid
exigam. & præsertim si illa res a suo collatore gratis est
collata: aliquin quod gratis quis esset confectus ab
aliquo, ego vellem illud facere non gratis fore collatū.
Minor probatur. Nam vsurarius mutuans Ioanni cen
tum flor. vult habere vltra centum vnum flor. quæro
qua ratione? non ratione illorum centum precisè:
quia tunc sufficeret sibi rehabere centū: sed potius di
ceretur q̄ ratione illius: quia Ioannes luctatus est per
illos centum flor. tres vel quatuor. Modò Ioannem lu
cratū fore per illos centum tres vel quatuor, est res, quā
vsurarius sibi non concessit: immo natura id sibi con
tulit: & hoc gratuitè. Probatur: quia quod est causa cau
sæ est etiam causa causati. Modò causa illius luctatio
nis est industria Ioannis, & non ipse vsurarius, & natu
ra contulit Ioanni industriam gratis. igitur etiam con
tulit ei illam luctationem. Hanc rationem tangit Sco.
in effectu in iiij. dist. Decimaquarta ratio. Hæc pro
positio est vna ex sanctionibus legis naturalis. Nullus
homo contrectet rem alienam, nec debet velle eam cō
trectare. mutuatio vsuraria est contra eam. igitur. Ma
ior nota, minor probatur: quia mutuando ad vsuram
mutuans vult capere incrementum, & etiam in termi
no solutionis capit ipsum effectualiter. Modò capere
incrementum est contrectare rem alienam: quia incre
mentum non transfertur in dominium vsurarij pro
pter tradentis incrementum sed propter impuram vo
luntatem, mixtam. s. ex voluntario & coactione quadā
& etiam propter interdictum Dei & legis superioris
prohibentis illam receptionem, & per consequens impe
dientis acquisitionem dominij. Hanc rationem tan
git Alex. de Ales in iij. parte summæ. Decimaquinta
ratio. Hæc propositio est de lege naturali. Homo se
debet habere ad proximum: sicut se habet vnum mem
brum corporis naturalis ad aliud membrum eiusdem
corporis. mutuatio vsuraria est contra eam. igitur. Ma
ior probatur: quia recta ratio dictat, q̄ omnes sumus
membra vnius corporis mystici. & dato q̄ loquendo
de corpore mystico illo modo, quo theologi loquun
tur: cuius. s. caput est Christus, id dicter supposita fide
& non ex puris naturalibus: tamen loquendo de cor
pore mystico more philosophorum, qui rempublicam
etiam vocant corpus, cuius caput ponunt principem,
id ratione dictat etiam fide non supposita. Vnde, vt He
linandus testatur, Plutarchus ait, q̄ respublica est cor
pus quoddam, quod diuini muneris beneficio animā
tur, & nutu summæ æquitatis agitur & regitur quodā
moderamine rationis, & perpulchrè singulis membris
corporis naturalis ponit aliquas personas in republica
correspondere. pura cordi comparat senatum, oculis &
linguæ comparat iudices & præsides prouinciarum, &
sic de aliis. Minor probatur. Nam videmus, q̄ si sto
macus, vel epar aliquo humido cibali pro sua susten
tatione non indiget: immo sibi esset inutile, illud cō
municat alteri membro indigenti: nec pro huiusmodi
communicatione, aut humore communicato aliquid
repetit, vel exigit: immo gratis concedit. Modò si vsu
rarius habeat bona temporalia sibi superflua, & proxi
mus indigeat, non vult gratis sibi illa temporalia mu
tuando communicare: sed pro cōmunicatione aliquid
exigit: tūc facit contra id, quod membra naturalis cor
poris faciunt, & per consequens contra prædictam pro
positionem legis naturalis. Decimasexta ratio. Hæc pro
positio est una ex sanctionibus legis naturalis. nullus
debet actum, qui ex natura sua & specie est liberalis vē
dere, seu pro precio, vel mercede exercere. mutuatio
vsuraria est contra illam propositionem. igitur. Maior
probatur: quia recta ratio dictat, q̄ nullus debet ali
quo actu abuti. Modò si quis actum ex specie & natu
ra sua debentem esse liberalem & gratuitum exercet
pro precio, vel mercede iam eo abutitur: quia eo utitur
in alium finem. s. ad capiendum precium: cum tamen
sit ordinatus tantùm vt sit gratuitus. Minor probatur:
quia mutuatio ex sua specie & natura est gratuitus con
tractus: & tamen vsurarius non exercet eum gratis, sed
pro precio. s. incremento habendo pro illa mutuatio
ne. Decimaseptima ratio. Hæc propositio est una de

sanctionibus legis naturalis. Si quis seruus iussu domi
ni sui debet exercere aliquem actum beneficum circa
proximum suum: talis non debet velle habere aliquid
ab illo proximo pro tali actu, si dominus serui voluit,
q̄ gratis cum actum exerceret. mutuatio vsuraria est cō
tra illam propositionem. igitur. Maior nota: quia de le
ge naturæ est, q̄ seruus obediat domino iubenti eum
aliquid licitum, præsertim virtuosum. Minor proba
tur. Nam homo est seruus Dei, & Deus iussit, vt homo
exerceret mutuationem circa proximum indigentem,
& hoc gratis, nihil pro illo actu volendo habere: & ta
men vsurarius non gratis, sed pro precio, vel lucro, vel
mercede illum exercet. igitur minor vera. Decima
octaua ratio. Hæc propositio est una ex sanctionibus le
gis naturalis. Proximum oppressum homo non debet
amplius opprimere: sed potius releuare. Mutuatio
vsuraria est contra eam. igitur. Minor probatur: quia
cum proximus indiget. x. flor. in quibus est debitor sui
creditoris, qui eum opprimebat propter decem: vsura
rius si ei mutuat, obligat proximum ad x. flor. restituē
dos & ad unum florenum vltra. & sic cum proximus
prius tantum esset in debito obligatus, iam efficitur
in xj. obligatus. Et cum prior obligatio fuerit quædam
oppressio illius indigentis, sequitur, q̄ obligatio vsura
rij erit maior oppressio. Decimanona. Hæc propositio est vna ex sanctionibus legis naturalis. Quod tibi
fieri vis, alij facias. & quod tibi fieri non vis, alij non
facias. mutuatio vsuraria est contra eam. igitur. Minor
probatur. Nam is, qui dines est, si esset in statu pauperis
indigentis mutuò, vellet etiam discreta voluntate, vt si
bi aliquis dines gratis mutuaret, & nihil ultra sortem
ab eo repeteret. igitur etiam debet ille dines idem fa
cere proximo indigenti: & per consequens contrariū
faciendo non seruat prædictam legem naturalem. Vice
sima ratio. Illud, quod Arist. innitendo probationibus
ex ratione procedentibus iudicauit, fore quid malum
moraliter, est contra legem naturalem. Sed Arist. inni
tendo probationibus ex ratione procedentibus iudica
uit mutuationem vsurariam quid malum moraliter
& vitiosum. ideo mutuatio vsuraria est contra legem
naturalem. Maior probatur: quia si Arist. aliquid pro
pter probationes procedentes ex ratione dicit, ipse in
nititur lumini naturali rationis, & per consequens q̄
hoc modo diffiniendo, dicit esse malum, erit malum
contra dictamen rationis naturalis: igitur contra legē
naturalem. Minor probatur tripliciter. Primò. Nam se
cundum Arist. j. polit. duplex pecunia potest distinguii.
Prima dicitur œconomica & necessaria, quæ procura
tor ex fructibus terræ & animalibus, & hac utitur œco
nomicus propter necessaria vitæ. nec illius acquisitio
tendit ad infinitum: sed solum ad quantitatem illam,
qua indiget dispensator ad bene disponendum domū,
ut ibidem audit. Secunda verò pecunia dici potest tran
sflatiua, qua quis vtitur ad hoc, ut ipsa pariat pecuniam,
& de illa dicit, q̄ iustè vituperabilis est. i. ea uti, ut ipsa
pariat aliam pecuniam, est quid vituperabile. Modò
mutuare pecuniam ad usuram est ea uti, ut ipsa pariat
aliam. Vnde ibidem ponit usuram speciem illius tran
slatiuæ pecuniæ, cuius opus determinās dicit, q̄ seipsā
facit amplius de nummis. s. paucioribus per mutuatio
nem concessis recipiendo plures: quasi ipsi nummi
quosdam alios nummos generassent apud illum, cui
mutuati sunt, ut redddantur cum suo fœtu. igitur mu
tuare ad usuram secundùm Arist. est vituperabile. Secū
dò: quia idem Arist. j. poli. ca. vj. dicit, q̄ obolisticus est
odiosa: per abolisticum autem intelligit commutatio
nem, qua unum pondus pro alio eiusdem generis da
tur ad augmentum ipsius. Modò mutuatio usuraria
est talis commutatio. igitur secundùm Arist. est odio
sa, & per consequens mala & vituperabilis. Vnde obo
lista dicitur ab obolus, quod est paruum pondus, eo q̄
ex numismate stamit oboios. Tertiò: quia idem dicit
vsuram. i. mutuationem usurariam esse maximè præter
naturam. Modò actus, qui est præter naturam, est con
tra legem naturalem: quia lex naturalis non disponit
exerceri aliquem actum existentem præter naturam.
Et ad hæc probanda. s. q̄ mutuatio vsuraria sit vitupe
rabilis. Aristo. adducit rationem. s. quia per talem com
mutationem commutans vult, q̄ res non nata fructifi
care, vel parere, fructificet, vel pariat. Vnde vsura, vel
mutuatio usuraria in greco vocabulo dicitur secundū
Arista chatos, quod est pareus: quia in usura vult usu
rarius, q̄ pecunia non nata parere pariat. Vicesimapri
ma. Cicero in ij. lib. de offi. ad finem dicit. Fenerari est
hominem occidere. Ex hoc depliciter arguitur. Primò
sic. Hominem occidere est contra legem naturalem:
igitur & fenerari. Secundò: quia Cicero hoc dicit ex
lumine naturali. igitur lumen naturale decestatur mu
tuationem vsurariam. Vicesimasecūda. Vendere alicui
tempus est contra legem naturalem: mutuans alicui
ad usuram secundùm q̄ talis vendit tempus mutuata
rio. igitur mutuatio usuraria est contra legem natura
lem. Maior nota: quia vendit rem, quæ nō est plus sua,
quàm emptoris: cum sit communis omnibus. Minor
probatur: quia pro illo tempore, quo mutuatarius de
tinet mutuatam rem, vsurarius exigit lucrum. Et hanc
rationem tangit Ioan. Chrys. lxxxviij. dist. c. eiiciens.
Vicesimatertia ratio. Rapina est contra legem natura
lem. modo mutuatio vsuraria est rapina falsem genera
liter capiendo rapinam pro vsurpatione rei alienę. igi
tur. Minor probatur. Nam Amb. ait. Siquis vsuram ac
cipit, rapinam facit &c. ut patuit in prima conclusio
ne. Vicesimaquarta. Actus inuentus arte nequissima,
vel procedens ab ea est contra legem naturalem, mu
tuatio vsuraria est huiusmodi. igitur. Minor probatur.
Nam Amb. ait. Interdum vsuræ arte nequissima ex ipso
auro autū nascitur. 47. dist. sicut hi idem ars, per quā
excogitata est mutuatio vsuraria, est nequissima, & per
eam excogitatum est, ut aurum pariat aurum. Vicesima
quinta. Illeactus, qui est prohibitus præcepto morali
legis moysaicę, est contra legem naturalem. mutuatio
vsuraria est huiusmodi. igitur. Maior nota: quia in hoc
differt præceptum morale legis moysaicę a præceptis
cerimonialibus & iudicialibus, q̄ præceptum morale
est scriptum in corde, & per consequens est lex natura
lis. Minor probatur, quia vel est morale, iudiciale, vel
cerimoniale, non duo vltima: quia tunc ad probandū
mutuationem vsurariam esse in nouo testamento illi
citam non sufficeret allegare scripturam veteris testa
menti: quia illa non ligat quòad cerimonialia & iudi
cialia. Modò Nicenum concilium allegat scripturam
veteris testamenti prohibentis usuram, scilicet qui pe
cuniam suam non dat ad usuram. igitur innuit, q̄ il
lud præceptum non est iudiciale, nec cerimoniale: sed
morale.

morale. Minor patet in c. quoniam. 14. q. 4. Et similiter habetur ex concilio Martini Papæ ibidem in cap. siquis.

Tertia conclusio. Mutuatio usuraria est contra legē diuinam, probatur decem probationibus fundatis in auctoritatibus, & octo primæ fundantur in auctoritatibus veteris testamenti, nona in auctoritate nouj testamenti, decima in auctoritatibus ecclesiæ & doctorum, Prima Ezech. 18. Dominus enumerat multas conditiones requisitas ad hoc, ꝙ homo sit in gratia, quarū una est, ꝙ non mutuet ad usuram: igitur non mutuare ad usuram est secundùm legem diuinam necessariū ad hoc, ꝙ homo sit in gratia, ergo mutuare ad usuram est secundèm legem diuinam repugnās gratiæ. Modò omne illud, quod secundùm legem diuinam decernitur repugnans gratiæ, est contra legem diuinam & mortale. igitur. Secunda probatio. Dominus Ezech. 18. enumerat multas conditiones, quarū quælibet sufficit ad hoc, ꝙ talis homo moriatur morte gehennæ, quarum una est mutuare ad usuram. ergo secundùm legem diuinam mutuare ad usuram est peccatum mortale, & per consequens contra legem diuinam. Tertia probatio: quia ibidem enumerat mutuationem usurariam inter alia quędam peccata. ergo sicut alia ibidem posita sunt contra legem diuinam: sic etiam usuraria mutuatio. Modo alia ibidem posita sunt contra legem diuinam & mortalia peccata & grauia valde, scilicet idolatria, rapina, homicidum &c. Quarta probatio, ꝙ scriptura sacra enumerat inter peccata cōtra legem diuinam existentia etiam tale. Nam sacra scriptura libro psalmorū enumerat mutuationem usurariam inter iniquitatem, contradictionem, iniustitiam & dolum, quæ utique sunt contra legem diuinam & mortalia. igitur etiam mutuatio usuraria erit talis. Minor probatur, ait enim sic. Vidi iniquitatem & cōtradictionem in ciuitate die ac nocte. circundabit eam super muros eius iniquitas & labor in medio eius & iniustitia, & nō defecit de plateis eius usuras & dolus. & loquitur ibi ad litteram de ciuitate Ceila, cuius ciues egebant iniquitatem volendo Dauid tradere in manus Saul, cum Dauid saluasset populum illius ciuitatis de manibus Philistinorum. Item illi ciues agebant contractionem contradicendo innocentiæ Dauid. Item iniquo corde discurrebant super muros Ceilę prouidendo, ne Dauid aufugeret de ciuitate, & sic euaderet manus Saulis. Item laborabant anxiè, quomodo illud perficeretur. Item in illa ciuitate erant aliqui publici usurarij & mercatores fraudulenti: cum igitur hæc omnia, cum quibus enumeratur usura, fuerint peccata mortalia contra legem diuinam, sequitur, ꝙ etiam usura est huiusmodi. Quinta, illud est peccatum contra legem diuinam, cuius uitatio est secundùm legem diuinam necessaria ad hoc, ꝙ quis sit dignus habitare in tabernaculo Dei, & requiescere in monte sancto eius: sed mutuatio usuraria est huiusmodi. igitur. Maior probatur: quia secundùm glossam super illo psalmo. Domine quis habitabit in tabernaculo &c. per tabernaculum intelligitur ecclesia militans, & per montem sanctum eius ecclesia triumphans. Nullius autem rei uitatio est necessaria adulto ad dignitatem habitandi in ecclesia triumphanti & militanti: nisi uitatio mortalis peccati existentis contra legem diuinam. igitur. Minor probatur in psalmo 14. dicitur sic. Domine quis habitabit in tabernaculo &c. Et infra respondendo enumerat conditiones requisitas ad hoc, quarum una ponit nō uitationem usurarię mutuationis: dicens. Qui pecuniam suam nō dedit ad usuram. Vbi nota, ꝙ illud dictum Dauid intelligitur etiam de usura iudei respectu gentilis: ita ꝙ non est quis dignus habitare in tabernaculo domini &c. qui pecuniam suā dat ad usuram etiam gentili homini. Nam in lib. Machabeorum, qui apud iudeos est authenticus: ubi etiam ponitur psalmus prædictus super illo uerbo, qui pecuniā non dat ad usuram. dicit gl. etiam gentili: ut recitat Nicolaus de Lyra Deuter. 24. Sexta, quod scriptura sacra enumerat &c. ut in quarta probatione. Modò in illo psalmo enumerat dare ad usuram inter peccata mortalia contra legem diuinam existentia. s. agere dolum linguæ, nocere proximo, credere infamiam aduersus proximum, periurium, accipere munera super innocentes. igitur etiam datio ad usuram erit consimilis prohibitionis. Septima. Lenit. 25. Nec accipias a fratre tuo usuras, nec amplius quàm dedisti. Et paulò post. Pecuniam tuam non dabis ei ad usuram, & frugum superabundantiam non exigas. Modò quilibet proximus est frater noster: cum omnes habeamus unum patrem carnalem. s. Adam, loquendo de patre remoto: sicut & ibi loquitur de fratre remoto: quia uirtute illius legis etiā quilibet israelita alteri prohibitus erat mutuare ad usuram: & tamen non habebant unum patrem propinquum. Omnes etiam habemus unum patrem spiritu & creatione. s. Deum, ad quem omnes dicimus: pater noster. igitur prohibitum est lege diuina mutuare cuicūque simōi homini ad usuram. Quòd autem illa lex loquatur præceptiuè, patet: quia præcedentes & sequentes sunt præceptiuæ, intelligendo igitur & illa, cum nō appareat ratio diuersitatis. Nec potest dici, quòd illę probationes non concludant per tempore nouę legis, ex quo procedunt ex auctoritatibus ueteris legis; quæ amplius non ligat. Nam uetus lex ligat quo ad moralia etiam in noua. Modò præceptum de non mutuando ad usurā contentum in ueteri lege est morale: quia est de dictamine naturalis rationis, ut patuit in præcedente conclusione. igitur. Octaua. Illud, pro quo quis dignus est increpatione fundata in lege diuina, est contra legem diuinam, sed mutuatio usuraria est huiusmodi. igitur. Maior nota, minor probatur. Nam Neemias. 5. ca. Increpauit iudeos, qui mutuauerant fratribus suis ad usuras. nec aprobaret, nisi quia uirtute legis diuinę eos increpabat, & eos facere restitutionem usurarum docebat, dicens. Centesimam pecuniæ, frumenti, uini, & olei, quam exigere soletis ab eis, date illis. Nona probatio. Christus ait Lu. 6. Mutuum date, nihil inde sperantes. modo ibi loquitur prohibitiuè, prohibendo scilicet mutuationem usurariam, quæ sit intendendo, vel sperando lucrum ex mutuo. igitur. Minor probatur dupliciter. Primò: quia uerba præcedentia & sequentia sunt intelligenda præceptiuè, scilicet mutuum date, ut patuit in. q. 19. saltem in aliquibus casibus. Similiter cum ait. Diligite inimicos uestros, benefacite &c. Item uerba sequentia etiam, scilicet. Estote misericordes, & nolite iudicare &c. Ergo etiam illud intelligitur præceptiuè, seu prohibitiuè, prohibendo mutuationem usurariam. Secundò probatur auctoritate ecclesiæ, quę determinant, quòd nihil in de sperantes, intelligitur præceptiuè,

ceptiuè, vel prohibitiuè. Nam in concilio Lateranensi, ut habetur in. c. quia in omnibus, extra, de usu. dicitur, ꝙ usurarij condemnantur utrinque testamēti pagina, & per consequens condēnantur lege euangelica. nullibi autem habetur in euangelio de mutuatione usuraria nisi ibi. nihil inde sperātes. igitur illud intelligitur prohibitiuè. Decima probatio: quia auctoritates adductę ad sequentem conclusionem dicunt, usurariam mutuationem esse contra utrumque testamentum: ut patebit per easdem discutiendo in locis, in quibus allegantur.

Quarta conclusio. Mutuatio usuraria est contra legem humanā canonicam. probatur allegando pro nūc octo constitutiones canonicas, in quarum quinque primis ipsis clericis prohibetur singulariter, in alijs autē indistinctè omnib. Prima, quæ est Gelasij Papę. & secunda, tertia, & quarta, quæ sunt conciliorum generalium, habentur. 14. q. 4. c. 1. 2. 4. & 7. in quibus dispōnitur, ꝙ clerici propter mutuationem ad usuram debent deponi ab officio clericali & excommunicari. & simile habetur. 47. di. c. 1. 2. 3. & 5. Tunc sic arguitur. Quando aliqua canonica constitutio decernit pœnam depositionis & excommunicationis pro aliquo actu infligendā, talis actus est peccatum contra talem constitutionem, & hoc morale. Sed prædictę constitutiones decernunt prædictas pœnas clericis propter mutuationem usurariam. igitur conclusio vera quò ad clericos. Maior probatur, quia eoipso ꝙ decernit pœnam, si pœna est excommunicatio, vult id esse mortale: quia pro solo tali venit quis excommunicandus. & ex. c. 10. concilij Carthaginēsis, quod incipit. Seditio varios, prohibetur usurarios ad clericatum promoueri. di. 46. Quinta habetur ibidem in c. nullus. ubi prohibetur ex concilio Carthaginēsi clericis, ne accipiāt amplius, quàm mutuauerint. Sexta habetur ibidem in c. nec hoc. ubi Leo Papa decernit valdè acriter debere puniri tā clericos quàm laicos cōuictos de mutuatione usuraria. igitur illa cōsti tutio prohibet eam tanquam mortalem: quia solum mortale punitur valdè acriter per iudicem ecclesiasticum. Septima habetur extra de usuris in c. quia in omnibus. ubi Alexan. tertius decernit manifestum usurariū puniri triplici pœna, scilicet priuationis communionis altaris, ac priuationis ecclesiasticę sepulturæ, si in hoc usmodi peccato decesserit, & tertiò etiam pœna repudiandi eorum oblationes. Octaua, quæ est concilij generalis, habetur in Sexto, in tit. de usuris. ubi prohibetur sub grauibus pœnis, ne quisquam permittat in sua terra publicos usurarios alienigenas conducere domos, uel cōductas habere, vel habitare. igitur multo magis uoluit esse prohibitam ipsam mutuationem usurariam. Item etiam sub pœna excommunicationis maioris latæ sententiæ prohibetur, ne quis sepelist usurarios publicos

Quinta conclusio. Mutuatio usuraria rationabiliter fuit & est prohibita, siue hoc sit lege humana, siue diuina, probatur. Illud fuit & est rationabiliter prohibitum, quod sic se habet, ꝙ si non prohiberetur, magna pernities temporalis & spiritualis in republica hominum sequeretur. mutuatio usuraria est huiusmodi, igitur. Maior nota. Nam illud rationabiliter prohibetur, quod si non prohiberetur, sequeretur magna pernicies in corpore naturalis hominis. igitur assumpta maior uera tenet consequentia: quia respublica est & quoddam corpus mysticum habens similitudinem cū corpore naturali hominis, ut patuit conclusione secunda. Minor probatur. Nam homines non intenderent agriculturæ, nec artificijs necessarijs ad agriculturam, nec aliis artificiis & mercationibus necessarijs ad illa, quibus homo indigeret, uel si qui illis intenderent: tamen valde pauci & insufficientes pro humani generis educatione conuenienti. Modò sublata agricultura & artificijs necessarijs homini, sequitur maxima caristia uictualium & aliorum necessariorum, quę utique est pernicies magna temporalis in republica, & ad caristiam sequitur spiritualis pernicies, scilicet impatientia, furta, homicidia, rapinę, & sic de alijs. Maior probatur. Nam quæro, qui intenderent artificijs necessarijs, scilicet laboriosis & agriculturæ? Aut habentes possessiones, aut non habentes? Non primi, quia illi potius uellēt uiuere in quiete, quàm in labore, quod possent, quia haberent, ꝙ ponerēt pecunias suas ad usuras, quo modo tantum & plus lucrarētur, quàm colendo agros & laboriosis artificijs insistendo. Nec secundi, quia illi pauciſſimi essent, & per consequens nō sufficientes ad agriculturam & artificia hominibus necessaria. Nam si quis etiam modicam pecuniam haberet, potius uellet ea uti ad usuras, & sic uiuere in quiete, quàm illa utenda ad opera laboriosa. Item si etiam aliqui essent volentes intendere prædictis, hi indigerent instrumētis, quorum materias esset opus adduci de alijs terris, quę adductio esset periculosa & laboriosa & per consequens rara. & sic difficillimè haberentur necessaria ad talia. Item indigerent animalibus ad agriculturam, sed ubi hæc inuenirent? Non equidem apud diuites: quia illi talia non haberent, eo ꝙ tales suam substantiam & facultates in pecuniam redegissent, ut inde usuram acciperent maiorem, quàm esset lucrū de illis animalibus.

Sexta conclusio. Aliqua mutuatio usuraria est contra legem humanā ciuilē, probatur, quia illa, qua quis mutuauerat ad usuram dictam, usura usurarum & reprobum fœnus est prohibita, & hoc tam in. ff. quàm in. C. in. ff. quidem in l. placuit. ff. de usuris. & de condi. indebi. l. si non fortem. in prin. in. C. autem eo. tit. l. ut nullo. ubi dicitur. Nullo modo usuræ usurarum exigātur, & ueteribus quidem legibus constitutum erat, & si nō perfectissimè cautum. Item. C. ex quibus causis infa. irrogatur. l. improbum. Vnde exercens talem usuram efficitur infamis. Dicitur autem usura usurarum, gratis exempli. Si tibi mutuaui. 100. ut in fine anni des mihi. 110. uel aliquod aliud incrementum, quod si non feceris, dabis mihi ratione illorum. 10. uel alterius incrementi, quos pro usura dedisse debuisses, iterum usuram, scilicet de. 10. unum, uel duos, uel aliud incrementum. Nota tamē, ꝙ improbum fœnus est genus ad usuram usurarum: quia omnis usura lege reprobata est improbum fœnus, & sic omnis usura usurarum est improbum fœnus, non autem econtra.

Septima conclusio. Dempta mutuatione ad usuram usurarum omnis alia mutuatio fuit concessa de iure ciuili contento in lib. ff. & hoc capiendo concessionem omnibus tribus modis, quibus capi solet. Prima pars probatur discurrendo per leges eiusdem lib. in titulo de usuris positas. Secunda pars probatur, supponendo, ꝙ concessio capitur tripliciter. Primo modo, ut idem est, quod non est punitio, quo modo ille dicitur concedere aliquid malum, qui illud non punit. & hoc modo

do nihil posituum est, sed est tantum negatio punitionis, & concessio hoc modo capta dicitur alio nomine permissio simplex. Et dicitur simplex ideò: quia tantum pœna indulgetur: non autem culpa mutatur in illo, quæ operatur talitèr permissum. Dici potest etiam tolerantiæ, secundùm quod dicitur. nonnullos tolerasmus, quos corrigere, vel punire non possumus. 32. q. 7. ca. quod autem. & 71. q. 1. ex hac ratione dicitur. Quòd permittimus, nolentes præcipimus. i. permittimus: quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere nõ possumus. Potest etiam dici dissimulatio. Hoc modo Deus multa mala concedit pro præsenti vita, eo quòd hæc ea non punit, licet in futuro puniturus sit. Secundo modo capitur, prout duo dicit. C. nõ punitionem & prohibitionem impeditionis. quo modo dicitur quis concedere aliquod malum, qui facientem illud non punit, & cum hoc eis, qui uellent impedire facientem tale malum, prohibet impeditionem. Hoc modo ecclesia concessit iudæis obseruantiam suorum cerimonialium, quæ utique est peccatum mortale, concessit inquam eis: quia non punit eos pro illo peccato, & cum hoc prohibet christianis, ne molestent, uel impediant iudæos volentes illud peccatum exercere, vt patet in c. qui sincera. 45. distin. Tertio modo capitur, prout tria dicit. C. nõ punitionem & prohibitionem impeditionis ac promotionem, quomodo ille diceretur concedere aliquod malum, qui facientem illud non punit, & eũ hoc volentibus impedire prohibet impeditionem, atq; promouet facientem illud sic, quòd sibi assistit auxilio, fauore, & huiusmodi. Et exemplificat quidã de illa cõcessione dicens, quòd hoc modo ecclesia permittit clericum quandoque pro certis criminibus, ut pro hæresi & huiusmodi occidi a seculari potestate. Nam nõ punit officialem secularis potestatis, pro hoc quòd occidit clericum in tali casu, & siquis uellet officialem in tali casu impedire ab occisione, prohiberet illam impeditionem, & cum hoc præstat fauorem, subuentionem atque iuuamen tali officiali in hoc, quòd ecclesia clericum talem degradat, quod facit finaliter, ut fiat subditus potestati seculari, & per consequens habilis materia ad occisionem. & sic tradit eum in manus iudicis secularis, ut finaliter occidatur. Iusta illud. 1. ad Cor. 5. Ego iudicaui huiusmodi hominem tradere sathanæ in interitu carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. Et licet obiici posset, hoc exemplum esse falsum: quia ecclesia, seu prælatus ecclesiasticus degradando, licet sciat inde sequi occisionem eius, atque sciat degradationem esse iuuamen occisionis: non tamen uidetur, quòd promoueat, uel auxilium det & iuuamen ad illam occisionem ex intentione. C. ideo illud faciendo, ut clericus occidatur: quia non apparet, quomodo vitare irregularitatem latam a lege apostolica. C. per Paulum dicentem. Oportet Episcopum non esse percussorem. 1. Timi 3. & ad Tit. 1. Imo pro degradato orat iudicem secularem, ut citra mortem eum puniat, ut in c. nouimus. de uerb. signi. Tamen quicquid sit de ueritate illius exempli non rite pro hoc allegati factum Apostoli. 1. Cor. 5. Nam Apostolus illum, de quo ibi loquitur, quem excommunicabat, non tradidit morti corporali, sed uexationi corporali, qua diabolus talem corporaliter affligebat: non autem occidebat. Et ideo illo exemplo dimisso satis facile potest dari exemplum in

propositio nostro de usura. Omnibus enim tribus modis ius ciuile. ff. concessit mutuationem ad usutas. Nam in illo libro nulla ponitur lex decernens pœnam infligendam usurariis: & sic concessit primo modo. Imo in eodem ponuntur leges, quibus disponitur, quòd recipientes mutuum sub usuris debeant soluere, & sic uolentè impedire exactionem & consecutionem usurarũ prohibent: ergo concedunt secundo modo. Item dãr actionem in iudicio usurariis ad exigendum usuras, & sic iuuant usurarios ad exactionem, & ita concedunt exactionem usurarum. Tertiò modo capiendo concessionem. Hæc autem omnia possunt patere discurrendo per leges ibidem concentas. & consimiles habentur in libro Codicis, ut patebit in sequenti conclusione.

Octaua conclusio. Quantum est de iure ciuili contento in Codice aliqua mutuatio usuraria etiam alia ab ea quæ fieret ad usuram usurarũ est prohibita. Præter autem has duas mutuationes usurarias aliæ mutuationes usurariæ sunt concessæ in eodem lib. etiam concessione omnibus tribus modis capta. Hæc conclusio habet tres partes. Prima pars probatur. Nam prohibetur ibidem, ne quis mutuet ad usuram excedentem eã usuram, quæ centesima dicitur, de qua quid sit, patebit in seq. cõclusione. unde ius ciuile in Codice posuit limitem usuris, ut quis nullam ultra centesimam exigere audeat: nam in l. eos. C. de usur. dicitur sic. Super usurarum uerò quantitate etiam generalem sanctionẽ facere necessarium esse duximus: ueterem duram & grauissimam earum molem ad mediocritatem deducẽtes. ideoque iubemus &c. Et infra loquendo de usura dimidia centesimę & cẽtesima ait. eã quantitatem usurarum etiam in omnibus casibus nullo modo ampliari in quibus citra stipulationem usuræ exigi solent. Nec liceat iudici memoratam augere taxationem occasione consuetudinis in regione obtinentis. Siquis autem contra modum constitutionis aliquid fecerit, nullam penitus de superfluo habeat actionem. sed & si acceperit, in sortem hoc imputare compellitur. hęc ibi. Vnde cum det: nullam penitus de superfluo habebit actionem. intelligendum est, quòd nõ habebit actionem de illo superfluo, quod exegit ultra legitimam usuram, nõ priuabitur ex hoc legitima usura: quia utile non uitiatur per inutile, ut uult glossa in l. placuit. ff. de usuris. Imo ibidem etiam prohibet, quòd ultra centesimam usuram non recipiatur per uiam detractionis a sorte illud incrementum, quod alias uocari solet siliqua, uel sportula. Erat enim siliqua certus numerus nummorum, quos exigere solebãt usurarij ultra usuram & sortem ad emendum aliquid, puta piscem unum ad gaudendum cum sua familia. Sportulæ aũt erãt pecuniæ, quas usurarij exigebant ultra sortem & usuram ad dandum illas executoribus pro hac pecunia petenda, uel tabellionibus pro charta scribenda. Vnde ait ib idem. Inter dicta licentia creditoribꝫ ex pecuniis fœnore ri dandis aliquid detrahere, vel retinere nomine siliquarum, vel sportularum, vel alterius cuiuscunq; causæ gratia. Nam si quid hmõi factum fuit, principale debitum ab initio ea quantitate minuetur, vt tam ipsa minuenda pars, quàm usuræ exigi prohibeantur. Prohibet etiam ibi alias machinationes, quæ fieri possent in fraudem huius legis accipiendo ultra centesimam. & in l. sequenti, scilicet de usuris ait. Cursum insuper usurarum ultra

duplum

duplum minimè procedere concedimus, necsi pignoris quædam pro debito creditori data sunt, quorum occasione quædam leges veteres ultra duplum exigi usuras permittebant &c. Secũdò probatur illa prima pars conclusionis: quia licet centesimam usuram permiserit, vt patebit, tamen eam non omnibus personis permisit, immo aliquibus interdixit, vt patebit in nona cõclusione. igitur prima pars conclusionis vera. Secunda pars probatur, nam centesimam & minores centesimas concessit concessione primo modo, quia in illo libro nulla lex reperitur puniens ad usuram talem mutuantes. igitur cõcessit primo modo. Item quia in illo libro sũt leges disponentes, q̃ recipiens mutuũ sub prędictis usuris, scilicet cẽtesima, & infra teneatur soluere, & sic volentem impedire exactionem & consecutionem usurarum prohibent. igitur liber ille concessit eas secũdo modo. Item leges eiusdem libri dant actionem in iudicio ipsis usurarijs ad exigendum usuras, & sic iuuant usurarios ad exactionem. & per consequens concedit exactionem usurarũ capiendo concessionem tertio modo. Hęc autem omnia patere possunt discurrendo per leges eiusdem in. 4. lib. titulo de usuris. & nominatim in l. 1. 2. 3. Item in l. frumenti. & in l. si ea pactione. & ibidem in aut. ad hæc. & in l. si ea lege. & in l. pignoribus. in l. si mater tua. & in l. eos. Item de nautico fœnore. l. 1.

Corollarium ad septimam & octauam cõclusiones est, q̃ errat Gerardus de Senis ordinis eremitarum atque sanctus Bernardinus in tract. suo de contractibus, dicentes, q̃ usura non est concessa a iure ciuili nisi concessione primo modo capiendo. Nam ostensum est, q̃ etiam secũdo & tertio modo capiendo. Nec valet argumentum eorum dicendo, q̃ nisi sic diceretur, ius ciuile esset contrarium iuri naturali. Nam hoc non est inconueniens, vt patebit in solutione octaui argumenti.

Nona conclusio. Mutuatio usuraria concessa de iure ciuili codicis fuit septuplex, secũdum quòd usura, quæ fiebat, erat septuplex, tamen diuersis personis concessa. Prima pars probatur. Nam quædam usura dicebatur cẽtesima, quædam dimidia centesimæ, quædã tertia pars centesimæ, quędam quarta pars centesimę, & quędam bessis, quędam octaua pars, quędam dicebatur siliqua & sportula. Centesima dicebatur illa, quæ per annum æquiparabatur sorti, vt si tibi mutuassem. 20. florenos ea stipulatione, q̃ in fine anni ultra sortẽ dares pro usura. 20. illi. 20. superadditi sorti vocabatur usura centesima. Exemplũ secũdi. Vt si tibi mutuassem per annũ. 20. vt in fine anni dares pro usura mihi decem. Exemplum tertij. Vt si tibi mutuassem. 12. vt in fine anni nomine usurę dares quatuor. Exemplum quarti. Vt si tibi mutuassẽ. 12. vt in fine anni nomine usuræ dares tres. Exemplum quinti. Vt si tibi mutuassem. 12. vt in fine anni dares octo. Exemplũ sexti. Si rustico mutuo octo modios fructuũ, vt mihi det vnũ. Exemplum septimi. Si tibi petenti. 20. per modũ mutui sub usuris, ego sub usura aliqua prędictarum darem tibi. 19. acsi. 20. mutuassem, cũ tamen detraxissem vnũ florenum volendo illum habere pro siliquis & sportulis. iam ille vnus florenus detractus esset usura dicta siliqua vel sportula. Quid autem sit siliqua & sportula, patuit in præcedenti conclusione. Secunda verò pars conclusionis probatur. Nam centesimam (quę fuit omnibus concessis usuris grauior) non concessit omnibus personis, sed quibusdam personis interdixit, scilicet illustribus, & illis, qui sũt ante illustres. Item illis, qui præsunt ergasteriis & exercentibus histras negociationes. Vnde centesima usura tantum fuit concessa in septem casibus. Primò. Si quis mutuabat pecunias traiectitias idest mutuabat alicui ituro ultra mare pecunias recipiendo periculũ illarum pecuniarum in se, sic q̃ si perirent pecuniæ, non cum damno recipientis mutuũ, sed cũ damno dantis mutuũ perijsse debebant. Et idè est si quis species, idest res viles alias a pecunia mutuasset præ dicto modo, scilicet recipiendo periculũ in se, & de hoc habetur in l. eos. C. de usu. Secundò, siquis mutuabat pecunias quasi traiectitias, ut siquis mutuasset piscatori pro apparatu piscaturę, vel athletæ, ut se exerceat, poterat centesimam exigere, ut. ff. de nautico fœnore. l. periculi. Tertiò siquis mutuabat alteri frumentum, vel ordeũ, vel frumenti. C. eodem. Quartò post tempus quadrimestre, vt si tu mihi es cõdemnatus in actione personali ad soluẽdum aliquam quantitatem pecuniarum, habebas de ire, vel regulariter loquendo tempus quatuor mensium ad satisfaciendum sententiæ latæ, ex post poteram a te exigere usuram centesimam, si non solueras me lapsis quatuor mensibus, vt de usuris rei iudicatæ. l. fi. Quintò in pupillari pecunia, quam tutor alicuius pupilli ex culpa conuertit in utilitatem propriam. Nam pupillus poterat de illa capere centesimam, vt. ff. de negot. gest. l. qui sine. Sextò. Si duo habent vnum rem communem, quæ indiget refectione, & alter solus fecerit impensas: tunc ab alio potest petere usuram centesimam pro parte sortis impensarum, quæ eum tangit, & illam poterit recipere ad quatuor primos menses, postea habet aliud remedium, vt per glo. in l. fi. fratres. ff. Idem respondit. ff. pro socio. Septimus casus. Si loco usurarũ datur, vel retinetur aliquod incertum, quod potest se habere ad esse vel non esse, vel ad plus, vel ad minus, nõ inspicitur quantum percipitur: etiam si legitimum modum usurarum excedit, vt in l. fi ea. C. de usuris. Vsura verò dicta tertia pars centesimę fuit concessa illustribus, quales erant consules, senatores, dictatores, præfectus vrbis, & etiam illis, qui superillustres sunt, sicut erant præfecti prætorij, qui tantum tres erant pro orbem constituti. vel dic, vt dicit glo. in l. eos. C. eodem. Illustres sunt, qui dignitatem tñ habẽt, sed si administrationẽ habent, tũc dicuntur eos præcedere. Bessis autem fuit concessa his, qui præerant ergasteriis, vel qui aliquam liciram negociationem exercebant. Vsura verò dicta dimidia centesimę, vel semissis fuit concessa omnibus aliis a prędictis. De quarta verò tempore centesimæ habetur in authẽ. hoc ius porrectum. C. de sa. san. eccle. Et casus erat, q̃ si ecclesia erat debitrix alicui, non tenebatur nomine usurarum, nisi ad quartam centesimæ de iure ciuili authẽticorum. De octaua verò habetur in authen. ad hæc. C. de usu. ubi habetur, quòd siquis mutuasset agricolæ fructus aridos, poterat recipere pro modio octauam partem modij.

Decima conclusio. Quamuis alicui videri posset, q̃ prædictæ leges Codicis concedentes usuras prædictas essent reuocatę per aliam legem eiusdem libri, tamen non sunt reuocatę per aliquam legem eiusdem libri, quamuis sint virtualiter reuocatæ per aliam constitutionẽ alterius libri iuris ciuilis, scilicet authẽticorum.

Prima

Prima pars probatur, quia videri posset, ꝙ essent reuocatæ per l.cūctos populos. C. de sum. trī. & fi. ca. quod sic deducitur. Nam ibidem precipit imperator Iustinianus cunctis populis sibi subditis, ꝙ versentur & viuant in religione tradita a beato Petro, & hæc est religio euangelica. Modò ad hoc ꝙ quis viuat in religione euangelica, oportet, ꝙ vitet vsuras. igitur ibidem precepit vitari vsuras, & per consequens eas prohibuit. igitur si in alijs legibus eiusdem libri vsuras concessit, videtur illas leges reuocasse per prædictam legem. Secunda pars probatur: quia si sic maximè per prędictam legem, scilicet cunctos populos, vt iam dictū est: sed hoc non, quod sic deducitur, supponendo ꝙ (quantū ad propositum sufficit) duo dici in eadem lege. Primò precipit cunctis populis versari in religione tradita a beato Petro. Secundò exponit, quid intelligat per versari in prędicta religione, nolens, ꝙ omnes credant esse tres personas in vna deitate cum pari maiestate, sicut lex euangelica docet. Hoc supposito arguitur sic. Aut per religionem traditam a beato Petro intelligitur tantummodo fides christiana tradita a B. Petro in lege euangelica, aut intelligitur fides & precepta illius legis. Si primum, hoc est dupliciter: quia quando per religione intelligitur fides, aut intelligitur fides quò ad omnem credendum per fidem, vel tantum quò ad articulum trinitatis credendum per fidem, quo secundo modo Iustinianus videtur intellexisse, eo ꝙ exponēdo primum dictum per secundum, nihil exprimit in secūdo dicto, niſi hoc, ꝙ est credere trinitatem in personis & vnitatem in essentia. Si dicis primum, tunc per illam legem non reuocauit leges concedentes vsuras, quod patet dupliciter. Primò, quia illa lex fuit facta ante leges concedentes vsuras factas per eundem. & etiam ante inſertionem legum concedentiū vsuras insertarum in eodem lib. quia lex cunctos, est prima lex primi libri. aliæ autē ponūtur in quarto lib. Codicis. Modò prior nō reuocat posteriores leges, sed potius econtra. igitur. Secūdò sic: quia non sequitur, ille precipit credi ea, quæ sunt fidei legis euangelicæ. igitur precipit vitari opera prohibita in illa lege. vel sic, ergo precipit legem euangelicam seruari tam quò ad credenda, quàm quò ad operanda. Vel sic, & redit in idem. Non sequitur, ille precipit fidem, igitur precipit seruari fidē & mores. Vel sic, non sequitur, ille precipit aliquid credi, igitur precipit illud operari. Patet assumptum: quia illa sunt ita distincta, ꝙ contingit ea separari & separatim conferuari, ita ꝙ quis precipiat vnum & non alterum. Probatur: quia etiam contingit vni illorum preceptorum satisfieri non satisfaciendo alteri, vtputa si quis credit omnia credenda secundùm legem euangelicam, & tamen cōtra aliquod preceptum eiusdem legis operatur peccando mortaliter. Ille quidem satisfacit precepto de credendo, non autem preceptis de operando. Alioquin si non possent separari, sequitur, ꝙ omnis christianus peccator mortalis esset infidelis & apostata in fide. Ex beatus Iac. non innuisset separatum reperiri fidem & mores in vllo homine, cum ait. Fides sine operibus mortua est. Et iterum. Quid proderit fratres mei si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat, nunquid poterit fides saluare eum? Iac. 2. Nec Paulus dixisset. 1. ad Corin. 13. Si omnem fidem habuero, ita ut montes trāsferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Ad propositum ita stat, ꝙ in l. cūctos. præcepit fidem catholicam seruari, idest credi credenda secundùm legem euangelicam, etiam quò ad omnes propositiones credendas, quarum una est ista. Mutuare ad usuram est illicitū, & tamen non præcepit vitare mutuationem vsurariam, sicut sæpe contingit, ꝙ quis credit aliquid illicitum, & tamen non vitat ipsum opere. Si autem dicatur, ꝙ per religionem intelligatur fides euangelica tantùm quò ad articulum trinitatis, tunc minus censebitur per illam legem retractasse leges concedētes vsuras, quia tunc per illam legem etiam non præcepisset credi vsuram esse illicitam, sed tantum præcepisset credi Deum trinum & unum, & cum illo præcepto staret, quod non præcepisset aliquid aliud credi, nec etiam operari secundùm credulitatem & fidem aliorū articulorū, cum contingat hominem credere vnum articulū sine alio, & multo magis credere vnū & aliū, nec seruare fidem, nec opere. Si autem per religionem intelligatur fides & precepta legis euangelicæ, vt sit sensus. Præcipio, ꝙ cūcti viuant secundùm legem euangelicam, tūc exquo lex euangelica prohibet vsuram, ipse virtualiter prohibuisset vsuras, & per consequens videretur reuocasse leges concedentes vsuras, hoc non valet, quamuis hoc modo intelligendo eius præceptum reuocasset leges concedentes vsuras, quę præcesserant illam constitutionem cunctos, quales erant illę, quę in ff. continebantur, non tamen per hoc reuocasset leges a se postea editas, nec etiam leges ab alijs editas, quas fecit postea auctoritatinè inferi suo libro, quas etiā fecit esse suas in hoc, quòd eis auctoritatem dedit, secundùm quod ipse dicit, omnia motiò nostra facimus, quia ex nobis omnis impartitur eis auctoritas. l. 1. C. de veteri iure. enu. Ex hac probatione secundæ partis conclusionis sequitur.

Primum corollarium, ꝙ Barto. in prędicta lege non bene argūit contra illos, qui dicebant (& bene vt videtur) ꝙ in l. cunctos. non prohibuit vsuras, probantes hoc sic, quia ibi præcepit tantum fidem seruari, arguit enim contra eos sic. Imperator præcepit ibi fidem teneri. modo fides includit hanc propositionē, scilicet, vsura est peccatum, igitur etiam prohibuit vsurā. Hoc inquam argumentum nullam habet efficaciam, vt patuit ex probatione in me deducta. sequeretur enim bene. Præcepit fidem seruari, seu credi omnia credenda. igitur præcepit credi illam propositionem. vsura est peccatū, sed non sequitur. ergo præcepit opere vitari illud peccatum.

Secundum corollarium, od Bal. in eadem lege facit argumentum inapparēs ac indignum solutione, arguit enim sic. Videtur, ꝙ imperator incipiat mentiri in illa lege. Nam dicit, ꝙ multi seruati fidem, & tamen ipsi nō seruat fidem, nam permittit usuras, quæ sunt contra fidem, ut infra de usuris per totum. Solutio, hic loquitur de fide catholica respectu trinitatis non respectu aliorum articulorum, qui requiruntur ad salutem animę. Hæc ille. Hoc inquam argumentum assimit consequētiam nullius apparētię, scilicet permittit usuras. igitur non seruat fidem. Qualis enim consequentia, prælati permittunt prostibula. igitur non seruant fidem. Vel christiani pro magna parte peccant mortaliter. igitur non seruant fidem. sed deberet sic arguisse. ipse non tātum permittit, sed etiam diffinit vsuras esse licitas, ut patet

patet in nonnullis legibus, & sic credit vsuras esse licitas. igitur non seruat fidem: nam credere eas esse licitas, non stat cum fide. Non autem sic permittit eas, vel etiam concedit eas. igitur non seruat fidem: quia non nunquam aliquis non solū permittit, immo concedit immo met facit aliqua, quæ credit secundùm fidem eē illicite: & tamen propter hoc non cadit a fide, quamuis a charitate cadat. Item deficit: quia supponit, quasi usura sit contra fidem, quod est falsum: quia sicut adulterium simul stat cum fide, sic etiam vsura. Sed verum est, quòd credere vsuram esse licitam, est contra fidem.

Tertium corollarium. Idem Bal. ineptam videtur facere quæstionem, qua ibidem quærit. Nunquid impetator fuit hæreticus, eo ꝙ permittit usuras, & respōdet di. credendum est ꝙ non: quia non permisit eas tanquā errans in fide, sed tanquam bonum publicum: quia sicut de facto audemus, expedit multoties, ꝙ repetant fœneratores: quia charitas est omnino annihilata. hæc ille. Hoc inquam in loco deficit dupliciter. Primò: quia hęc quæstio est nulla: quis eadem ratione quæreretur. Nunquid permittens meretrices & prostibula sunt hæretici, eo ꝙ permittunt fornicationem, quam tamen est peccatum mortale est de fide: quia eam esse peccatum mortale continetur in scriptura sacra, & non minus clare ꝙ usuram esse illicitam. Sed si mouisset talem quæstionem. Nunquid Imperator fuerit præsumptus hæreticus, habuisset apparentiam. Nam videtur ꝙ sic: quia ille est præsumptus hæreticus, seu præsumitur esse hæreticus, qui condit publicas leges non tantùm permittentes, sed etiam cōedentes exercere aliquod morale vt licitum, quod de lege euangelica est mortale, ꝙ quas leges etiam ipse iuuat ad complementum illius mortalis. Imperator est hmōi, ut patuit in conclusione 9. igitur. Maior nota: quia præsumitur, ꝙ credat pertinaciter tale crimen non esse mortale, ex quo non solū illud permittit, sed etiam ipsum dicit licitum, & alios iuuat ad illud, & leges eis publicè fauentes componit. Hæc inquam quæstio aliqualiter haberet apparentiam. Defendat igitur Bal. Imperatorē ab hac præsumptione hęresis, & videtur posse dici, ꝙ id fecit Imperator ex ignorantia, & minus bene informatus de lege euangelica. Præsumptio quoque prædicta contra eum elidituꝛ per tam catholicas constitutiones, quas fecit, in quibus ostendit zelum ad fidem & obedientiam ad romanam ecclesiam.

Quartum corollarium. Idem Bal. ibidem aliud argumentum minus magistraliter deducit. Arguit enim sic. Videtur, quòd Imperator non possit excusari, quin fuerit hæreticus: ꝙ permittendo usuras, inducit hāc opinionem in recipientibus eas, quòd usura non sit peccatum, sed illi, qui hoc credunt, sunt hæretici. ergo per hoc Imperator est fautor hæreticorum. Et respondendo dicit, quòd ille, qui permittit usuras propter bonum publicum, sciens tamen esse peccatum, non est hæreticus, secus si generaliter crederet non esse peccatum, nisi submitteret se correctioni ecclesiæ. hæc ille. Hic inquam deficit quadrupliciter. Primò: quia dato quòd per illam responsionem eum excularet ab hæresi ecclesiæ non tamen ab hæresi præsumpte: quia adhuc quatuncunque iure credat aliquis aliquid damnatum lege aliqua esse mortale, tamen si illud concedit per publicas leges innuendo exercentes illud ad cōsummationem, atque in illis legibus dicens illud licitum, præsumitur hæreticus. Modò sic est de Imperatore Iustiniano. Secūdò: quia nec etiam a cera hæresi eum excusando respōdet argumento: quia adhuc stat argumentum. significat in subditis opinionem, quæ est falsa & cōtra fidem. igitur est hæreticus. consequētia tenet ex descriptione hæretici. Hereticus enim secundùm Aug. est, qui alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ, principatusq; sui gratia falsas ac nouas opiniones vel gignit, uel sequitur 24. q. 4. cap. hereticus. Vnde dicendum est, ꝙ illud dictum August. debet intelligi, dummodo ipse, qui gignit tales opiniones falsas & contra fidem existentes, easdem tenet pro sua persona & pertinaciter. Alioquin si in sua persona eas nō teneret, licet eas doceret alios, non esset hæreticus a parte rei, licet pro tali haberetur in foro exteriori ipsius ecclesiæ. Et si dicatur: tunc mēbra coincidērēt in descriptione prędicta, scilicet gignit, uel sequitur: quia omnis gignens etiam deberet esse sequens. Dicendum, ꝙ illa duo sic debent distingui, ut sit sensus descriptionis. Est ille, qui pertinaciter tenet opinionem aliquam contra fidem existentem, siue ipse tenens illam opinionem a se adinuenerit eam, siue ab alio inuentam sequitur, & sic secundum membrum cū præcisione acceptum distinguitur a primo, & primum distinguitur a secundo capto cum præcisione. Tertiò dicit: quia argumentum nititur probare, quòd fuerit hæreticus: & tamen tantùm infert, ꝙ fuerit fautor hæreticorum. Mō ex hoc ꝙ cōcluderetur fuisse fautor hæreticorum, non haberetur, ꝙ ergo esset hæreticus: qa oppositum consequentis stat cum antecedente. Quartò: quia cum argumentum meliorem spēm habuisset inferendi. ergo fuit hæreticus (ut patet insipienti vim argumenti suppositi descriptione hæretici) ipse intulit non hoc, sed aliud consequens. ergo fuit fautor hæreticorum. Tertia pars conclusionis probatur: quia idē Iustinianus posteditionem Codicis in alio libro iuris ciuilis, scilicet in authentico de ecclesiasticis, mandat tanquam leges seruari decreta quatuor conciliorum. Modò illa damnauerunt omnem mutuationem usurariam, igitur ipse virtualiter damnauit omnem mutuationem usurariam, & cum illa damnatio sit secuta lēges concedentes usuras, sequitur, quòd reuocauit prædictas leges. Maior probatur: nam sic ait. Sanctissimi uicem legum obtinere sanctas ecclesiasticas regulas, quæ a sanctis quatuor conciliis expositæ sunt aut firmatæ, hæc ille. Et per quatuor concilia intellexit concilium Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Calcedonense: ut ipse ibidem exprimit. & infrauit. Prædictarum enim quatuor synodorum dogmata, sicut sanctas accepimus scripturas, & regulas sicut leges obseruabimus. hæc ibi. Minorem probo dupliciter. Primò sic: quia illa quatuor concilia damnauerunt omne id, quod est contrarium legi euangelicę, eo ꝙ legem euangelicam decreuerunt seruandam. Modò lex euangelica damnat indistinctè mutuationem usurariam, & hoc modo debet probari minor. Sed gloss. in prædicta constitutione libri authenticorum, iam allegata uolendo probare, ꝙ usuræ sint damnatæ in illis conciliis, allegat canonem concilij Nicæni, scilicet c. quoniā 47. dist. Sed ibi non habetur, ꝙ concilium Nicenum damnet, vel prohibeat omnē mutuationē usu-

ariā, q̄ ibi tñ prohibet vſurariam mutuationem ipſis clericis: tamen ad probandum minorem, oportet probare, ꝙ concilia damnauerint omnem mutuationē uſurariam: quia minor prædicta ēt loquitur uniuerſaliter. Nam particulariter loquendo, concluſio non indiget ꝓbatione. ſ. ꝙ Imperator damnauerit aliquā vſurariā mutuationem: quia hoc patuit in concluſione. 6. Secundò ſic poſſet minor probari per eundem canonem: quia idem allegat eſſet præceptum in diuina lege. ſ. qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram. Modò illud præceptū indiſtincte loquitur de omni hoīe ad hoc, ꝙ habiret in monte ſancto Dei. i. beatitudine. igitur conciliū vult, ꝙ ex lege diuina oēs teneantur uitare uſuram ſicut mortale peccatum. & ió Imperator præcipiens canones illoꝝ cōciliorum ſeruari, ēt virtualiter præcipit omnib. vitare vſurā. Secundò principaliter ſic. Ibidem Imperator dicit, ſe accepiſſe ſanctas ſcripturas, ſed ſanctæ ſcripturæ prohibent vſuram omnem. igitur accepit legem, phibentem omnem uſuram. igitur illam accipiendo, reuocauit ſuas leges, quibus uſuram cōceſſerat. Sed nec hæc rō valeret oīno. Nam illa acceptio ſcripturæ ſacræ ēt ꝓ eum fuit facta ante leges in Codice poſitas: quia chriſtianus fuit, qñ Codicē fecit, vt patet in principio libri, & nihilominus condidit leges concedentes uſuras in eodem libro. Quare autem in illa tertia parte q̄nis non tantet dicatur uirtualiter, patebit in tertia probatione ſequentis concluſionis.

Vndecima concluſio. Iuſtinianus non videtur excuſabilis de hoc, ꝙ leges concedentes vſuras, capiendo cōceſſionem modis tactis in ſeptima & octaua concluſionibus, edidit. probatur tripliciter. Primò ſic: quia ſi excuſaretur maximè ex eo: quia tandem eas reuocauit, vt patuit in decima concluſione. ſed hoc non excuſat eū, probatur dupliciter. Primò: quia ſaltē ante illam reuocationem nō vē excuſabilis, eo ꝙ vel ante illam reuocationem ſciuit uſuram eſſe ⁊ legem euangelicā, vel ignorauit? Si primum, maltum reprehenſib. fuit concedendo & promouendo id, quod eſt mortaliter ⁊ legem diuinam. Si ſecundum, nō excuſabilis, ſed accuſabilis eſt de illa ignotātia: quia legem diuinam non licet catholico ignorare, immo cum ſit ⁊ legem naturalem, ut patuit, minus licuit ſibi ignorare. Secūdò: quia ēt poſt reuocationem legum prædictarum redijt ad nomitum. ſ. iterum edēdo leges concedentes uſuras. Nam in eodē libro authenti. cum in tit. de eccleſiaſticis tit. mandaſſet ſeruari quatuor concilia, ipſe poſtea eadem colla. 9. in tit. de uſuris nauticis. edidit legem, quæ incipit, nuncium. ubi concedit uſuram nauticam, ſeu nauticū fœnus, quod quid ſit, patuit in cōcluſione 9. in qua illa eſt vocata vſura de traiectitijs pecuniis, vel ſpecieb. atque ibidem præcipit, ut ſecundum ꝙ cōſueuit illa uſura accipi, ſic etiam debeant iudices deſuper proferre ſnias. & ſic illas conceſſit etiam conceſſione tertio modo, & tamen illa vſura eſt illicita & etiam reprobata ſure canonico in c. nauiganti. extra, de uſuris. Et tamē lex fuit edita poſt prædictam reuocationem: quia in lib. authenticorum ūtuli ſequuntur ſe ſecūdùm editionē ipſarū cōſtitutionum. Secundò ſic. Si eſſet excuſabilis, maximè per illud per quod Bar. eum excuſat in d. Leunctos. vbi excuſando eum allegat gloſ. decreti, diſtin. 10. cap. 1. ꝙ hoc, ſcilicet conceſſionem vſuræ fecit, ut euitarentur maiora mala, ſcilicet rapinæ. & ita talis permiſſio nō excuſat a peccato. hæc ille. Et cū dicit non excuſat a peccato, intelligendū eſt ipſum facientē tale cōceſſum, nō autem eſt illud intelligendum, ꝙ uelit dicere, ꝙ non excuſet ipſum ſuſtinianum. Sed hęc excuſatio non eſt ſufficiēs. Nam quāuis poſſit ſine peccato remitti aliquid malū permiſſione ſimplicis tolerantię propter uitare maius malum: non tamen poteſt ſine peccato aliquod malum etiam minimum, puta uenialo concedi conceſſio, ne omnibus tribus modis captæ ut uiteretur maius malum. Modò Iuſtinianus omnibus tribus modis capiendo conceſſionem conceſſit uſuras, ergo dato ꝙ feciſſet ad uitandum etiam ſpirituale damnum maius. ſ. rapinam, uel homicidium, non excuſabitur, ſed & hoc latius infra patebit. q. 28. Tertiò ſic: quia in prędicta conſtitutione de uſuris nauticis idem Imperator loquendo de conſuetudine capiendi uſuras nauticas ait ſic ad præfectum prętorio. Sancimus ſecundùm quòd teſtarum eſt coram celſitudine tua, ita nunc & deinceps in omne tempus tenere: eo quòd neque iam poſitis regnat legibus. hæc ille. Igitur videtur, quòd nunquā fuerit de mente ſua & intentione expreſſa & ſpecinoca leges concedentes uſuras poſitas in Codice reuocare ꝓ conſtitutionem de eccleſiaſticis titu. allegatam. Nam ſi fuiſſet hoc de mente ſue, iam hic non diſceret Imperator, quòd uſura nautica iam poſitis legibus non repugnaret. Immo repugnaret legi poſitæ pauloante in eodem libro, in quo uirtualiter reuocauerat uſuras. Nec ualet, quod glo. in excuſationem Imperatoris dicit ibidem. Dicendo, quòd ſpeciale eſt in nautico fœnore. nam ſiue ſit ſpeciale, ſiue generale nauticum fœnus (ubi ratione mutui aliquid accipitur, & nō ratione periculi tantùm) eſt uerum fœnus contra legem diuinā. igitur ſi illam ſolam conceſſiſſet, inexcuſabilis eſſet: qa qui in uno offendit, reus eſt omnium. Iacob. 2. cap. que autem dicā. ubi ratione mutui &c. patebit in q. 39. Præterea fœnus, quod ibi conceditur, conceditur in tāta quantitate, ꝙ ſatis aperte conſtat, illud non eſſe proportionatum ſuſceptioni periculi. Nam ſecundùm ibi conceſſa poteſt illa uſura eſſe centeſima: quia ibi dicitur, ꝙ illud fœnus non repugnat legibus iam poſitis de uſuris, & per conſequens illud fœnus non prohibetur, niſi excedat centeſimam. Modò ſatis conſtat, ꝙ ſiquis mutuet mille, & uelit pro ſuſceptione periculi eorum habere mille, ꝙ longè plus iuſto accipit pro illo periculo, & per conſequens præſumitur, ꝙ ratione mutui, & non preciſe ratione periculi ſuſcepti ea accipiat, & tamen talem uſuram conceſſit. igitur.

Duodecima concluſio. Dato ꝙ omnes leges per ſe & alios editas concedentes uſuras, non tantùm uirtualiter: ſed & expreſsè & formaliter reuocaſſet per prędictam conſtitutionem. in libro authen. de eccleſiaſticis titu. nec unquam poſtea aliquam legem uſuras concedentem innouaſſet, adhuc non poteſt propriè loquendo dici, quòd omnis mutuatio uſuraria ſit contra legem ciuilem. Probatur a ſimili ſic. Si Papa ſubditis prohibeat comedere carnes certa die: conſtat, quòd comedere carnes illa die eſt contra legem humanam canonicam. & quamuis Deus in ſua lege euangelica præcipiat nobis ſeruare præcepta Papæ, & uoluerit pro præceptis & legibus habeti: cum ſit. Qui vos audit, me audit, & qui nos ſpernit, me ſpernit.

Luc.

Luc. 10. tamen nemo propriè loquendo diceret, quòd comedere carnes prędicta die eſſet contra legem diuinam, vel prohibitam lege diuina. igitur etiam ſic eſt hic, quòd ex quo lex euangelica, atque canonica de directo precipit vitari vſuram. & per cōſequens vſura eſt ⁊ legem euangelicam & canonicā: tñ ex quo lex ciuilis non de directo, neq; immediate precipit vitari omnem vſurā, ſed tñ modo approbauit in gñali præcepta Dei, & decreta cōciliorum, atq; illa in generali præcepit ſeruari vt leges, ipſa vſura, quæ vnum eſt de prohibitis ꝓ prædictas leges, non uniuerſaliter erit contra legem ciuilem immediate & propriè loquendo.

Quintum corollarium. Nulla vſurariā mutuatio eſt contra legē ciuilē, niſi illę duę. ſ. uſura uſurarū, & hoc ⁊ legem tam ff. quām C. Et ſecundò vſura excedens cēteſimā, & hoc de iure C. Nam illę ſunt expreſsè & in particulari prohibitæ. Aliæ verò licet ſint prohibitæ lege diuina & canonica, & illæ leges ſunt approbatæ per leges ciuiles: tamē ex illa approbatione non habetur prohibitio prohibitorum eiſdem legib. ſ. diuina & conciliorum generalium.

Sextum corollarium. Tam ius diuinum, q̄ canonicū, quæ in nullo concernente fidem & mores, ac ſalutē animæ errant, concedendo non concedendū ſunt magna gloria preferenda vltra ius ciuile cōtinens leges cōcedentes vſuras damnatas lege naturali & diuina.

Tertiadecima cōcluſio. Mutuatio vſuraria eſt peccatum mortale. probatur quadrupliciter. Primò: quia ipſa æquiparatur furto & rapinę, vt patet per auctoritates Augu. & Ambr. allegatas in ſecunda & tertia probationib. primę concluſionis. Modò furtum & rapina ſunt mortalia. igitur & illud. Secundò probatur reſumendo ſex primas probationes tertiæ concluſionis. Hæ. n. non tñ probant mutuationē vſurariā fore peccatum & ⁊ legem diuinā, ſed ēt eſſe mortale peccatū, ut patet ibidē. Tertiò probatur. Illud peccatum eſt mortale, pro quo quis meretur ſequentes pœnas. ſ. deponi a clericatu, excommunicari, nō promoueri ad clericatum, arceri pueriari, priuari cōmunione altaris, ſepultura eccleſiaſtica & receptione oblationū. Sed mutuatio vſuraria eſt huiuſmodi, ut deductum eſt per probationes quartæ concluſionis. Quartò ꝓbatur exemplis, in quib. legitur, ꝙ aliqui dānati fuerunt pp mutuationem uſurariam. Nullus aūt damnatur niſi pp mortale. igitur. Vnde ſi in die iudicij dominus dicit his, qui indigentib. de bonis ſuis non fecerunt pietatem etiā donationis. diſcedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim & non dediſtis mihi manducare &c. quid his dictutus eſt, qui non ſolū non donare, ſed nec ēt, quod minus eſt, gratis mutuare voluerunt: immo mutuare non volebāt, niſi ad vſurā, quā abegenis acceperunt, vtputa a famelicis panē, a ſitibūdis potū, hoſpitiū & domiciliū de oberrantib. circūquaq; & vagis, & indumētū de dorſo nudorū, ex penuria infirmari faciunt ſanos, in carceres tradunt liberos, & tanq̄ lupi rapaces de carnibus miſerorum quærunt ſatiari.

Contra prędictas concluſiones arguitur decem argumentis. Primò ſic. Si mutuatio uſuraria eſſet peccatum, etiam receptio mutui ad uſuram eſſet peccatum. conſequens eſt falſum. igitur & antecedens. Maior ſic ſequela probatur dupliciter. Primò: ſi unum correlatiorum eſt peccatum, & reliquum. modo mutuatio uſuraria & receptio mutui ad uſurā habent ſe ſicut relatiuum & correlatiuum. Nam mutuatio eſt datio mutui ad uſuram: dationi autem correlatiuè reſpōdet illius mutui receptio. Secundò probatur ſequela: quia actus, qēo quis communicat alicui in peccato, eſt peccatum, ſed receptio mutui ad uſuram eſt actus, quo recipiens communicat uſurario in mutuatione ad uſuram. igitur. Falſitas autem conſequentis probatur: qa (vt infra patebit) pauper recipiens mutuum ad uſuram a diuite, recipiendo non peccat. Dicendum ad maiorē, ſeu ſequelam, ꝙ eſt concedenda, ſi conſequens intelligatur in aliquo caſu, & indefinitè: quia in aliquib. caſibus peccatis, qui recipit mutuum ad uſuram, vt patebit infra q. 45. Si autem intelligatur vniuerſaliter, ideſt quòd ſicut mutuatio uſuraria ſemper & in omni caſu eſt peccatum: ſic etiam receptio mutui ad uſuram. Negāda eſt maior, & ad primam eius probationem negāda eſt maior. & patet inſtantia in multis. Primò percutiens proximum dat ei ictum, & alius recipit, dans quidem peccat, recipiens non peccat. Nam iniuſtum pati non eſt iniuſtum, ſed iniuſtum agere, eſt iniuſtum & peccatum. Secundò: quia raptor exigendo & exacta ac capiendo a ſpoliato peccat, & tamen ſpoliatus dando raptori ſua non peccat, & tamen dare & accipere ſe habent correlatiuè. Ad ſecundam probationem concedā do maiorem negetur minor. Nam licet recipiens mutuum cum datore mutui communicet in re mutuata, eo quòd rem ab alio datam recipit, & etiam communicat ſecum in actu mutuandi, eo ꝙ vult illum actum exerceri circa ſe, & ſe eſſe obiectum, cui ille actus impenditur, & hoc conſiderando illum actum in ſe, quo modo non eſt malus, non autem ſecūdùm quòd eſt veſtitus tali circūſtantia. ſ. intentione propter lucrum obtinendum. Nam ſtat, quòd recipienti mutuum diſpliceat illa intentio, & ſit noſita, & per conſequens in talē non communicabit. Modò non dicitur quis communicare alicui in aliquo actu, cui actus illius alterius eſt noſitus & diſplicens. De hoc autem infra latius patebit.

Secundò arguitur. Omne peccatum mortale eſt contra charitatem. mutuatio uſuraria non eſt contra charitatem. igitur non eſt peccatum, ut dicit prima concluſio, nec mortale, ut dicit ultima concluſio. igitur. Maior nota, minor probatur. Nam aut eſt contra charitatem Dei, aut proximi. non ſecundum: quia ſtat, ꝙ ſit vtiliſtam recipienti mutuum, q̄ danti. puta recipiens recipit 100. flore. cum quib. veriſimiliter ſperat ſe lucraturum ſtatim, vel in breui alios 100. & in effectu ſic lucratur, & non dat pro uſura niſi unum florenum. ergo illa mutuatio non eſt nocēs proximo, ſed proficiens. modò proficere proximo non eſt contra eius charitatē. Non primum: quia magis videtur eſſe contra charitatem proximi, q̄ contra charitatem Dei. igitur ſi non eſt contra charitatem proximi: etiam non eſt contra charitatem Dei. Antecedens probatur: quia ſi eſt peccatū & mortale ⁊ legem diuinam, erit cōtra aliquod præceptū decalogi, & contra unum plus, q̄ contra illud. non furtum facias. vbi oīs illicita contractatio rei alienæ prohibetur ſecundùm Aug. Et tale eſt præceptum ordinans hominem ad proximū. igitur aſis uerum. Huic argumēto reſpondetur per S. Bernardi. in tractatu ſuo. Dicendo, ꝙ licet quīque non ſit æqua charitatem tanquam ali-

quod inutile, est tamen contra eam tanquam aliquod inhonestum, vitiosum & malo admixtum, est enim cõtra legem naturæ & contra charitatem. Sed melius videtur dicendum aliter. s. concedendo maiorem negat minor. Ad probationem dicendum, ꝙ est contra charitatem proximi, & etiam Dei. Ad improbationem dicendum, ꝙ mutuatio vsuraria cõsideratur dupliciter. Vno modo secundùm ꝙ mutuatio, & sic est vitiosa proximo. Alio modo secũdùm ꝙ est vsuraria, & sic sp est nociua proximo: quia aufert proximo incrementum sortis, qđ proximus de iure retinere posset. & dato ꝙ lõgè maius esset lucrum reportatum de sorte mutuata, q̃ sit dãnosum incrementum, quod cogitur dare vltra sortem, ad huc tamen dando illud incrementum, patitur damnũ in aliquo temporali, quo spoliatur, cũ illud de iure reti nere posset cum lucro reportato. Nec illa maioritas lucri per eam recompensationis poterit liberare vsurarium a culpa dationis damni: quia illud lucrum adeptum non prouenit de re ipsius vsurarij pro tempore, quo fuit eius, sed pro tempore, quo fuit ipsius recipientis mutuum. & sic per rem alienam, & de aliena prouenientem non poterit facere recompensationem. Secundò: quia dato ꝙ etiam admitteretur, ꝙ illud lucrũ ꝓueniret de re vsurarij aliquo modo loquendi: tamẽ per hoc non liberaretur. patet in simili, si enim ego tibi dono 10. flore. non tamen ob id licebit mihi a te p vĩ furti vel rapinæ accipere etiam vnum denarium. Nam donatio fuit gratuita, & damnificatio tua in vno denario illicita. sic est hic. Mutuatio enim, ex qua secutum est lucrum, debebat esse gratuita. non ergo ob eam licebit sibi damnificare proximum in aliquo incremento ab eo recipiendo. Secundò dictum est, quòd est etiã contra charitatem Dei mediate, licet non immediate. Primum patet. Nam charitas Dei inclinat ad faciendũ id, quod Deus præcepit fieri. & ad vitandum id, quod Deus prohibuit fieri. Cum ergo Deus prohibuit eam, igitur eã faciens facit contra charitatem Dei. Nec probatio in contrarium facta procedit: quia negatum est, ꝙ non sit contra charitatem proximi, & oppositũ ostẽsum est. Secundum probatur tripliciter. Primò: qa nullus actus opponitur immediate charitati Dei, nisi qui est immediate oppositus dilectioni Dei, nihil aũt dilectioni opponitur immediate nisi odium. Si igitur odiũ Dei immediate ꝙ opponitur charitati Dei, mutuatio aũt usuraria non est odium Dei. igitur. Secundò sic. mutuatio usuraria non respicit Deum pro obiecto, sed immediate proximum vel ipsam rem mutuabilem tanquam obiectũ, quod illo actu agitur. i. mutuatur. Modò actus immediate contra charitatem Dei existens immediate respicit Deum pro obiecto, sicut & ipsa charitas hẽt immediate Deum pro obiecto. igitur. Tertiò: quia mutuatio usuraria opponitur actui virtutis non theologicę. s. mutuationi liberali, quæ est actus liberalitatis. Liberalitas aũt est virtus non theologica. i. non habens Deum pro obiecto immediato. igitur mutuatio usuraria non est immediate contra charitatem Dei tenet consequẽtia: quia charitas est virtus theologica.

Tertiò arguitur. si esset peccatũ, maximè esset ☧ proximum, sed hoc non. igitur. Maior patuit in præcedenti argumento. minor probatur, qa si esset ☧ proximũ, esset ☧ aliquod præceptum decalogi, ordinans hominem ad proximum, sed ☧ nullum tale est: igitur. Minor probat: quia ille sunt tm̃ septẽ præcepta secundæ tabulæ. ☧ aũt nullum tale est, quia si contra aliquod eorum esset, maximè contra illud. non furtum facies. Sed hoc non: qa usura & furtum sunt peccata distincta. igitur nomine vnius non venit aliud. Dicendum, ꝙ furtum accipitur dupliciter. Vno modo propriè, & describitur sic. Est cõtrectatio rei alienæ mobilis & corporalis fraudulosa in uito dño lucri faciendi gĩa, sine ipsius rei, sine usus, possessionis ve. Declarationem aũt clausularum pro nunc transeo. Vel breuius sic, vt describit Alex. de Ales in 3. parte sum. circa 7. præceptum. Est contrectatio rei alienæ ignorante dño ☧ suã uolũtatẽ. Et hoc mõ. distinguitur furtum a rapina & usura. Nam rapina est contrectatio rei alienæ sciente domino ☧ eius uoluntatem. Vsura autem est contrectatio rei alienæ sciente dño ☧ eius absoluta, sed non ☧ omnimodam uoluntatem. Alio mõ accipitur cõiter, & sic omnis illicita vsurpatio rei alienæ dicitur furtum. & hoc modo capitur in prædicto ꝓcepto. Vnde Aug. in li. qõũ. Exo. 22. Furti nomine bene intelligitur oĩs illicita usurpatio rei alienæ, nõ enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit, sed aperte totum intelligere voluit, quicquid illicitè rerũ ꝓximi auferetur. & secundùm hoc nolle furti intelligitur rapina, & usura. Et licet posset poni tertia acceptio furti, qua furtũ accipitur interpretatiuè, quam ibidẽ ponit Alex. tũ quæ dictę sunt acceptiones, sufficiunt ad propositũ.

Quartò arguitur. Si mutuatio usuraria esset peccatũ contra proximum & comprehẽsum sub nomine furtitunc esset cum iniuria proximi in accipiendo ab eo incrementũ sortis: quia furtum fit cum iniuria proximi, sed hoc non. igitur. Minor probatur: quia scienti & uolenti non fit iniuria, neque dolus. Modò usurarius recipit incrementũ sortis a mutuatario sciente & uolente. Dicendum, concedendo maiorem, negatur minor. Ad probationem maior est vera de volente absolute uoluntate & pura, non aũt de volente voluntate mixta ex uoluntario, uel quadam coactione & uolũtario. Alioquin ẽt raptor, qui ꝓximo comminatur vulnera, vel mortẽ, nisi dederit sibi pecunias, non iniuriaretur proximo accipiendo pecunias ab eo, eo ꝙ proximus volens dat: qa imperio uolũtatis propriæ mouet manum ad bursam, & porrigit receptori, sed ibi non est voluntas absoluta, sed mixta, & sic est in mutuatario. Nam etiam ille vult incrementum dare vsurario voluntate mixta: quia mallet sibi retinere, sed ne careat re mutuata, qua indiget, potius vult dare incrementum.

Quintò arguitur. Illud non est peccatum, pro cuius omissione seruus regis reprehenditur a iusto rege, sed pro omissione mutuationis usurariæ seruus regis reprehenditur a iusto rege suo. igitur. Maior nota, minor probatur: quia Mat. 25. & Luc. 20. dicitur. Cum quidam homo nobilis accepto regno reuersus esset inter alios seruos suos, quib. dederat x. mnas, venit vnus cui dominus dederat tantùm vnam mnam dicens. Domine ecce mna tua quam habui repositam in sudario. cui ait rex. de ore tuo te iudico serue nequam &c. & infra. Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum usuris exegissem illam. Ille autem rex erat iustus: quia designabat Christum, & increpabat seruum illum, quòd illam pecuniam sibi traditam non exercuerat in usuris. Nam intentio domini erat, ꝙ uolebat sortem & usuras recipere a seruo.

Dicendum

Dicendum concessa maiore, distinguitur minor. Nam duplex est mutuatio usuraria. Quædam propriè dicta, & illa fit ab uno homine respectu alterius, & hoc in rebus temporalibus, & est supra descripta. Alia verò est methaphorica propter similitudinem ad usuram in rẽ poralib. & hęc fit a Deo respectu hominis, & hoc in spiritualib. Vnde talis mutuatio usuraria non est, nisi concessio, qua Deus concedit homini aliquod donum spirituale, ut per illud acquirat aliorum hominum animas. hoc itaque donum dñs vult rehabere, i. recognosci, ꝙ ab eo sit, & vult etiam lucrum habere illius doni d. ꝙ is, qui recipit, aliquam utilitatem, seu bonum fecerit domino de illo dono.

Sextò arguitur. Illud nõ est peccatũ, quod est opus misericordiæ, sed mutuatio usuraria est hmõi. igit. Maior nota, minor probatur: qa sapiens ait Prouer. 19. Fenerator domino, qui miseretur pauperis. vbi vult, quòd dare eleemosynam pauperi est Deo mutuare ad usurã. Sequitur enim per locum a coniugatis in prædicationibus per se, operãs opus misericordiæ fœneratur. igitur opus misericordiæ est fœnetatio. Dicõdũ, ꝙ maior est vera, sed minor nõ est vera de mutuatione vsuraria, ꝓprie dicta, quæ sit proximo & in tẽporalib. sed bene de mutuatione vsuraria metaphorica facta Deo. Vnde concedendũ, ꝙ datio eleemosynæ est mutuatio vsuraria facta Deo, & hoc methaphoricè loquendo, eo ꝙ est similis actus mutuationis vsurariæ propriè dictæ factæ proximo quo ad aliquid. s. quo ad id, ꝙ sicut mutuans ad vsuram proximo recipit plus, q̃ dedit proximo. Sic donãs aliquid temporale pauperi propter Deum dat illud ipsi Deo in paupere, & recipit a Deo plus, q̃ dat: quia recipit spirituale bonum, quod est plus q̃ tẽporale. Ex quo sequuntur duo corollaria. Primum, ꝙ magna stultitia usurarij est, qui mutuando x. proximo propter incremẽtum vsurarũ laborando, vt inde habeat vnum flor. seipsum priuat lucro incomparabiliter maiori, q̃ sit lucrũ vsurarium. s. vnius floreni. Nam si gratis & propter Deũ mutuasset, acquisiuisset beatitudinem æternam incomparabiliter excedentem omne tẽporale lucrum: immo etiam acquisiuisset, vel nonnunquam acquireret lucrũ temporale longè maius, q̃ fuerit prædictum vsurarium lucrum. Nam & Deus nonnunquam: immo sæpe facit ib. opera misericordiæ (de quorum numero est mutuatio gratuita) reddit ẽt in temporalib. cẽtuplũ, & hoc vel directè eis agendo sub tam tẽporaliũ, vel indirectè. s. eos præseruando: ẽt aliquando mirabiliter a dãnis tã bonorũ fortunæ, q̃ bonorum naturæ & famæ, ac corporis, q̃ aliàs incurrissent de cõi cursu, nisi mirabiliter & singulari protectione protecti fuissent. Dare igitur eleemosynam proximo pp Deũ est mutuatio vsuraria methaphorica, Deo facta cum consecutione lucri tam tẽporalis q̃ spiritualis & licita, licet ex intentione dantis eleemosynã facta non sit, nec debeat esse illa mutuatio Deo facta pp lucrum temporale a Deo consequendũ, immo principaliter pp cõplacere Deo, & hoc ex amore iustitiæ & secundariò pp lucrum spirituale. s. beatitudinem consequendam, uel remissionem peccatorũ obtinẽdã, & hoc ex affectione cõmodi, licet occurrere possit spes assequẽdi ex diuina pietate temporalem retributionem. Secundum corollariũ. Duob. põt quis licitè mutuare ad vsurã, loquẽdo de mutuatione vsuraria methaphorica, sed Deo, quod sit dando eleemosynã pauperi pp Deũ principaliter secundariò pp cõsequi spuale lucrũ, nõ aũt pp tpale lucrum. Secũdò terrę. Nam dãs per seminationẽ granũ ipsi terrę id licitè facit, vt idẽ rehẽat æquiualens granum, & cum hoc multa alia grana, sicut & fit: quia vnum granum restituitur cũ incremento nõnũquã 30. granorum, vel 40. vel 100. Similiter dans radicibus arboris simum, recipit ab eis nobilissimum fructum longè excedentem sortem datam, scilicet simum.

Septimò arguitur. Illud, quod est contra legem naturalem, nunquã, seu in nullo casu est licitum, nisi saltem is, qui est super legẽ naturalem. s. Deus dispenset cõcedendo illud, seu relaxando prohibitionem legis naturalis. Sed mutuatio vsuraria in multis casib. est licita, & sine hoc, ꝙ Deus, qui est super legem naturalem concesserit eam, relaxauerit eius prohibitionẽ (licet ius canonicũ determinet illos casus licitos) igitur mutuatio vsuraria non est contra legem naturalem. maior patet: qa da oppositum, tunc aliquis posset semel deobligare ab obligatione legis naturalis, qđ est falsum. Nam illa omnem ligat, nisi Deus, qui præest legi naturali, cũ deobliget, sicut ẽt posset: saltẽ loquẽdo de illo actu, qui est cõtra legem naturalem, non strictè capiendo legem naturalem, quo modo præcepta secundæ tabulę sunt secundùm legem naturalem. sicut occisio hois innocẽtis est contra legem naturalem hoc modo capram, & tñ Deus non solum deobligauit Abraam ab obseruantia illius legis, eo ꝙ Abraam volendo hoc facere non peccauit, sed ẽt ei præcepit illam occisionem, & Abraam eam volendo meruit. Minor probatur: quia in multis casib. licitũ est mutuanti recipere vltra sortem a mutuatario, vt patebit diffusè infra ex dispositione ẽt iuris canonici: mõ mutuatio, vbi vltra sortẽ reciperetur, est mutuatio vsuraria. igitur. Dicendum concedẽdo maiorem, negatur minor. Ad probationem dicendum, concedendo añs, sed negatur 2ña. Nam ad hoc ꝙ mutuatio sit vsuraria, non sufficit, ꝙ mutuans recipiat vltra sortem, sed oportet, ꝙ ratione mutuationis recipiat vltra sortem, & ꝙ illud incrementum intendat recipere ratione mutuationis, & aliæ conditiones, de quib. tactum est in q. 21. de diffinitionibus vsurę, & latius id patebit in sequentib. Modò in illis casibus, in quibus mutuans potest recipere vltra sortem, non id recipit ratione mutuationis & tanquam intẽtum per eum, sed ratione alterius. s. rõne interesse damni emergẽtis, vel lucri cessantis. si ratione mutuationis: non tamen per eum tanquam intentũ. & sic de aliis: vt latius quęstione 46. patebit.

Octauò arguitur. Illud quod ius ciuile permittit: immo concedit, non est contra legem naturalem. mutuatio usuraria est huiusmodi: vt patuit in 6. & 7. conclusionibus. igitur. Maior probatur: quia ius ciuile emanauit a prudentia legislatoris, & prudentia est recta ratio rerum agibilium, & quod a recta ratione emanauit, non est contra legem naturalem: cum lex naturalis met nihil sit, nisi oratio mentalis a recta ratione in lumine naturali dictata. Ad hoc argumentum dicerent aliqui, quòd ius ciuile non permisit mutuationem vsurariam, nisi permissione simplicis tolerantiæ, quæ est non punitio. & de tali promissione maior non est vera: quia sæpe prudentia, & per consequens recta ratio dictant, quòd id, quod est contra rectam rationem, & per consequens contra legem naturalem, non sit puniendum propter vitare maius ma-

ſum, vel aſſequi aliquod maius bonum, quàm illud ſit malum, ſed bene procederet argumentum, ſi permiſſ. fet permiſſione promouente & iuuante ipſas vſuras, de qua nusquam eſt vera, & minor falſa. Sed hęc ſolutio deficit dupliciter. Primò: quia falſum eſt, q̃ ius ciuile vſuras non permiſerit etiam permiſſione promouẽte & iuuante eas, vt patuit in 6. concluſione. Aliter igitur dicẽdum, q̃ maior eſſet vera de iure ciuili, quod re & nomine eſt ius ciuile. Illud enim emanata vera prudentia, vt deducit probatio maioris. Non autem eſt vera de eo iure ciuili, quod tantùm eſt nomine & non re ius ciuile, immo in re eſt iniquitas, & non ius. Modò ius ciuile permittens mutuationem vſurariam permiſſione iuuante & promouente nõ eſt ius ciuile ſecundùm rem, ſed ſolummodo nomine: quia non eſt iuſta lex. Nam nulla lex eſt iuſta, niſi cuius iuſtitia abæterna lege deriuatur, quę Deus eſt, & per conſequens ſi quid Deus prohibuit, & aliqua lex ciuilis illud concedit iuuando & promouendo, vt id fiat, illa lex non erit iuſta, & per conſequens non lex. Vnde Aug. in illis temporalibus legibus nihil iuſtum eſt, quod non abæterno ſibi deriuarũt homines. nec mirum eſt, nec abſonum dictu, q̃ aliquę leges ciuiles fuerint, quæ conceſſerint: immo præceperint, quod fuerit contra legem naturalem & diuinam. Nam etſi hodie & a tempore catholicorum Imperatorum in nullo libro iuris ciuilis inueniãtur cõſtitutiones, quibus diſponitur, quomodo dij & idola colẽda, & contemptores deorum puniendi ſint, eo q̃ catholici Imperatores tales conſtitutiones non ſolum abſtulerint: immo contrarium mãdauerint, vt patet in C. de paganis & ſacrificiis & templis eorũ, per totum: tñ non dubium, quin multæ tales cõſtitutiones fuerit factæ p illos Imperatores infideles, qui martyres perſecuti fuerunt. Nam quando martyres occidebãtur, pro maiori parte occidebantur: quia nolebãt adorare idola, aut quia contemnebant. ſi igitur tunc iudices & præſides, & præfecti Romanorum ſniabant ſecũdum ſtatuta Romanorum principum. igitur habebant aliquas conſtitutiones diſponentes, q̃ blaſfematores edeorum deberent occidi. iſti non volẽres colere Deos & hmõi, & tñ idolatria, quę per tales conſtitutiones cõceſſa, immo p̃cepta fuit, eſt contra legem: immo expreſſius ꝑ legẽ naturalem, q̃ ſit furtum, homicidiũ, adulterium, & hmõi. Item aliqui ſtatuerunt chriſtianos inquantum chriſtianos puniri morte, vbicunque inuenirentur, quę lex vti exerceãt, vel alios exercentes iuuare præſtando eis iuuamenta ad exactionem vſurarum, & nihilominus credere & ſcire, q̃ illa ſit illicita, multo magis hoc põt contingere, quãdo non recognoſcit eam eſſe malam, uel ex non conſideratione, vel negligentia, vel alia de cã. Vnde etiam poſſibile eſſet, Papã, qui in re non eſſet aliqua hæreſi infectus. puta q̃ crederet omnia credenda, ederet conſtitutionem, in qua mãdaret, vel præciperet aliqd, quod eſt contra legem diuinam. utputa, q̃ præciperet, q̃ aliqua chriſtiani bellarent contra alios chriſtianos iuſtos & innocentes. eadẽ ratione idem eſt poſſibile in Imperatore catholico. Neque enim Iuſtinianus fuit cõ firmatus in gratia, vt nec errare poſſet i operatione morali pro ſua perſona, vel pro aliorum perſonis edendo conſtitutiones. immo nec in fide confirmatus fuit, ut in illa errare non poſſet. Nam etiam ipſe dicitur tandẽ lapſus eſſe in hæreſim, ut de eo recitat Nicol. de Lyra ſuper Apoc. ca. 10. in fine.

Nonò arguitur. ſi mutuatio vſuraria eſſet cõtra legẽ naturæ: tunc non ſecundùm rectam rationem & æquitatem ac optimo iure mutuatarius teneretur mutuatori ad vſuras, ſed conſequens eſt falſum. igitur. Maior nota. Nam da oppoſitum, tunc ſequitur oppoſitum aſſris. Si ei ſecundùm rectam rationem & ſecundùm æquitatem, ac optimo iure tenetur mutuatarius ad dandum mutuatori vſuras. igitur mutuator poteſt illas exigere de iure, ac ſecundùm rectam rationem & æquitatem, & ſic exigendo non peccat. ergo nec quando primum mutuabat cum petitione vſurarum peccabat. minor probatur per multas leges, de vſu. in C. Vñ. in lege prima dicitur. Si interrogatione præcedente promiſſio vſurarum rectè facta probetur, licet inſtrumenta conſcripta non ſint: tamen iure optimo debentur. Item in lege ij. dicit. Olco quidem, uel quibuſcunq; fructibus mutuò datis incerti precij ratio additamenta uſurarum ciuſdẽ materiæ ſuaſit admitti. & ſic vult, q̃ ꝛt ratio ſuaſit, q̃ concederetur mutuatori uſurarum acceptio. Item in lege per retentionem. dr. Meritò conſtitutum eſt, & rõnem hẽt, q̃ quis poſſit ſeruare uſuras per retentionem pignoris, ſi conuentio de uſuris eſt facta, licet non ſit interpoſita ſtipulatio. Dicẽdum dupliciter. Primò, q̃ maior poteſt negari. Nam ſtare poſſet antecedens ſine conſequente: nam mutuator peccat mutuando pro uſuris, & tamen recipiens mutuum tenetur ſibi ad vſuram dandam, nõ quidem abſolutè loquendo, ſeu ratione mutuationis, ſed ratione promiſſionis. ſcilicet ſi promiſit per ſtipula-

vſuras mutuatori, nec aliqua æquitas eum ad id cogit. Et ſi ſecũda lex allegata veller, quòd aliqua æquitas ad id cum cogeret ſecluſa promiſſione, neganda eſt illa lex tanquam falſa, ſicut & aliæ leges concedentes vſuras ſunt condemnãdæ. Fateor tamen, quòd vbi emptor nõ daret preciũ venditori, & perciperet fructus de re empta, & vẽditor nullum fructum perciperet, & cum hoc careret precio, quòd emptor teneatur ad dandum aliqd vltra precium vẽditori pro intereſſe eius refundendo: ſed tunc illud non erit vſura. Et per has duas ſolutiones ſatisfactum eſt quatuor legib. allegatis. Vnde nec legum illarum auctoritates acceptare oporter: quia ſi in principali deficiunt concedendo vſuras, etiam deficiunt in eo, quòd dicunt, eas de æquitate, vel de iure deberi, vel fore licitas, vel legitimas: quia nec licitæ ſunt dicendę, etiam dato quòd a legibus ſint admiſſæ: quia illę leges non ſunt leges, ſed impietates cõtra Deum & legem naturalem. Poſſet etiam dici, q̃ quando aliquæ leges dicũt, vſuram eſſe rationabilem & hmõi, q̃ id intelligitur ſuppoſito illo falſo, quòd aliquę aliæ vſuræ ſint rationabiles, ut ſit ſenſus. Si vſura eſt licita in caſibus quarundam legum, etiam rationabilis eſt in caſu tali, vel tali, ſed hoc eſt ſolum rationabile ſub conditione, quę eſt ſimpliciter falſa.

Decimò poſſet argui contra eandem ſecundam concluſionem per hoc, q̃ rationes adductæ ad probãdum, q̃ vſura non ſit contra legem naturæ, non concludunt, ſed ſunt ſolubiles, vt patebit in ſequenti queſtione. igitur talis concluſio non eſt probabilis. Sed dicendum, q̃ & ſi non quælibet ſingulatim ſumpta concludat: tamen quæ non proſunt ſingula, coadunata iuuant. Item ſi non quælibet concludit: tamen aliquæ concludunt, vt patebit. Poſſet etiam argui contra tertiam concluſionem per aliquas auctoritates ucte, teſta. in quibus vſura videtur eſſe conceſſa iure diuino, ſed quis illę ſoluentur in quæſtione 24. ideo hic tranſeo eas, & hæc de preſenti quæſtione.

QVAESTIO. XXIII.

Vtrum omnes rationes intendentes probare mutuationem vſuriariam eſſe contra legem naturalem ſint efficaces? Solutio quæſtionis ſtat in duabus ſuppoſitionibus, & vna concluſ.

Prima ſuppoſitio eſt, quòd ad concluſionem veram

ſent perſuaderi ad tenẽ ueritatis. Vnde cõiter dicunt doctores, q̃ fideles diſputãdo ꝯ infideles cauere debẽt. ne adducant inualidas probationes. & hoc ideo. ſine in fideles crederent nos pp hmõi inualidas probationes credere ea, q̃ credimus. & ſic crederent nos leues, & ſic minus poſſet eis perſuaderi ad ſuſcipiendũ fidẽ noſtrã.

Secunda ſuppoſitio. Si ad concluſionem veram adducuntur rationes etiam in ſe ualidæ: tamen ſi aduerſarij ueritatis nitãtur eas cuadere per cauillationes, aut aliis coloratis euaſionibus, licitum eſt & utiles illas euaſiones ponere, ut excludantur, aut ut ſuper hoc ſtudioſo lectori detur occaſio deſuper cogitandi ad ſe contra tales armandum. Ratio eſt: quia per hoc non præiudicatur ueritati concluſionis, ſed magis fortificatur, utpote, ſi excluduntur, aut ſaltem cautiores redduntur oblectores & aſſertores illius ueritatis: quia præuidendo euaſiones præarmant ſe ad eas excludendum. Sicut. n. iacula præuiſa minus feriunt, ſic reſiſtentia & diffugium p̃uiſa minus impediunt offenſam. Ad propoſitum igitur, in preſenti quæſtione intẽdo circa rationes factas in præcedenti quæſtione ponere aliquas euaſiones in illum finem, ut ſi illæ uideantur euaſiones fundate: ſciantur tales rationes ineffi caces, & per cõſequens q̃ debeamus tales non adducere contra aduerſarios ucritatis, ſi autem non ſint fundatæ, quòd ſtudioſus lector cogitet de modo eas excludendi. Intendo etiam aliquas præferre cæteris tanquam fortiores, & ſecundùm ueritatem ineuaſibiles, ut ex multis eligat lector rationes meliores. Iuxta illud. Cum non poſſis omnia grana, collige meliora. Poteſt autem ſimile dari, certo certius eſt, quòd habere ſimul plures uxores hodie eſt peccatum, & contra legem diuinam expreſsè, Math. 19. Et doctores communiter dicunt, quòd ſit etiam contra legem naturalem, & ſemper fuerit contra eam. licet diſtinitus enim aliquibus patribus olim fuerit diſpenſatum. Dicunt etiam, quòd ſit contra naturam, ſcilicet ſpecioſeam. i. rationem rectam, licet non contra naturam generericam, ſeu genericum ius naturę, & adducunt non nulli doctores ad hoc aliquas rationes, quarum aliquę poſſunt euadi, & tamen nihilominus certum eſt, quòd eſt peccatum contra legem diuinam euangelicam. Ita hic uideri poteſt, quàm efficaces ſint rationes, quas non nulli faciunt ad probandum uſuram eſſe contra legem naturalem.

Concluſio reſponſiua ad quæſtionem eſt. Quan-

damnum sibi inde imminens, aut propter lucrum ei ex eius carentia cessans aut alia de causa, quæ reduci posset ad aliquod prædictorum, nec sit sibi venalis, & tu instes apud eum omnimode quatenus eam tibi vendat, is tibi poterit dare in maiori valore, quàm sic valoris si a natura, vel arte deputatus, scilicet pro maiori precio quàm pro. 10. vt puta pro. 11. vel. 12. prout patebit in q. 56. & 58. Ita in proposito diceret aduersarius veritatis, ꝙ mutuans. 10. qui tantum valet. 10. potest ad illa. 10. habere talem affectionem, ꝙ non vellet per tempus intermedium carere, etiam pro. 12. rehabendis in termino præfixo, & sic propter damnum sibi imminens, vel imminere potens, vel propter lucrum cessans ex eorum carentia, vel ob aliquam aliam similem causam reducibilem ad aliquam prædictarū &c. non obstante illa prima ratione poterit mutuans vltra sortem recipere. & hæc euasio in se est vera, & hoc tam quò ad fallentiam assignatam circa maiorem quàm etiam quò ad eius applicationem ad propositum. Primum patebit in q. 56. & 58. Secundum patet, quia licitum est mutuatori recipere aliquid vltra sortem pro interesse damni emergentis, vel lucri cessantis, vt patebit in q. 50. & hoc seruatis certis conditionibus. Attamen hæc euasio non sufficit defendere mutuationem vsurariam contra prædictam rationem, quia in mutatione vsuraria id, quod vltra sortem accipitur, non accipitur pro interesse damni emergentis, nec lucri cessantis cum obseruantia conditionum requisitarum, quarum vna est, quòd mutuans debet malle carere illo incremento, & retinere sibi sortem, quia mutuans ad vsuram potius contra vult mutuare, vt habeat incrementum, quàm quòd retineret sibi sortem & careret incremento. & sic contendit pro lucro querendo ex mutuo. In præcedente autem casu non contendit pro lucro ex mutuo habendo, sed pro refusione damni, vel cessationis lucri liciti, quod acquisiuisse potuisset. Præterea etiam mutuationem prædictam, ad quam applicat fallentiam, non defendit, vt sit licita, nisi supposito quòd mutuatarius non sit in tanta egestate, quòd mutuans ei etiam teneatur propter eam subire & pati interesse damni emergētis, vel lucri cessantis sine refusione eiusdem interesse, aliter enim nō licebit mutuanti exigere aliquid pro interesse, sicut uecin prædicta fallentia posset venditor vltra. 10. vendere rem suam prætexu interesse sui, si emptor instans pro ea, tanta egestate ea indigeret, quòd venditor teneretur subire illud interesse pro releuanda egestate emptoris. Vnde ad excludendum illam euasionē posset addi ad propositionē assumptam in maiori, nisi transferens in transferendo rem in solo illo valore subire habebat interesse damni emergentis, vel lucri cessantis. quod subire non tenebatur pro illo, in quem transfert, & tunc in minori additur, quòd mutuatio usuraria est contra illam propositionem etiam sic circunstantionatam. Secundo diceretur, ꝙ probatio minoris supponit falsum: quia supponit, ꝙ res mutuabiles habent valorem sibi deputatum a natura, vel arte, & secundum illum debent transferri. modò illud est falsum. Nam aut non habent sibi valorem deputatum a natura, vel arte, vel si habent, non tamen secundùm illum debent transferri, probatur: quia si intelligatur, quòd natura deputauit rebus mensuralibus, vtputa frugibus, & ponderalibus, vt metallis, vel huiusmodi valorem naturalem, verum est, sed tunc secundùm illum non debent transferri: quia tempore famis nonnunquam frumentum vilissimum in valore naturali venditur licitè pro duplo precio respectu precij, pro quo prius fuit venditum, vel postea vendetur frumentum validissimum naturaliter, scilicet extra tempus famis & caristiæ. Si autem intelligatur, ꝙ natura deputauerit eis valorem vsualem, non est verum, sed humana prudētia est illius valoris deputatrix, prout de hoc latius patebit infra in q. 56. Tertiò diceret, ꝙ illa ratio deficit in sua additione: quia etiam cęterę res non mutuabiles, ęque habent sibi valorem suum deputatum a natura, vel ab arte. sicut res mutuabiles: quia non natura, sed ars. hoc est humanum arbitrium deputauit illis rebus valorem vsualem, secundùm quem res illę transferuntur, & vręque res sic se habent, ꝙ non precisè & extrinseca earum substantia & qualitate pensatur valor earū, sed etiam ex extrinsecis & diuersis causis contingentibus. Nam res mutuabiles, vt frumenta, aromata, metalla, & numismata non sunt sic determinati valoris vsualis, quin secundùm varia loca & tempora crescant & decrescant in æstimatione & precio. Et horum duorum defectuum assignationes videntur esse valide. Vnde vt prima ratio non patiatur cauillationes omittenda est illa clausula de deputatione valoris a natura, vel arte, sed dicatur solum de valore vsuali conueniente rei, non determinando unde ei conueniat ille ualor, & tunc maior est vera & minor. & probatio minoris similiter uerum assumit. Ad secundam rationem diceretur, ꝙ deficit dupliciter. Primò: quia maior uidetur falsa, saltem apud arguentem: quia pro agro, qui est res nata fructificare, secundùm eum potest dari pecunia, quæ secundùm eum non est nata fructificare. Sed non ualet hęc euasio: quia maior intelligitur sic, ꝙ transferens rem non natam fructificare transferendo eam, non tanti eam æstimare debet, ac si esset nata fructificare, cum non fructificet. Secundò diceretur, ꝙ deficit in minore: quia frumenta sunt res mutuabiles, & sunt nata fructificare: quia sunt semina, modò illa proiecta in terram faciunt fructum multiplicem; quia aliud. 30. aliud. 60. & aliud centesimum, ut dicit Saluator Matth. 13. & Io. 12. dicit. granum frumenti in terram cadens si mortuum fuerit fructū multum affert, & talem fructum etiam mutuans potuisset ex eo percepisse, si sibi retinuisset, & non mutuasset. Nec ualet probatio, cum dicit, quòd res mutuabiles habent ualorem sibi deputatum, in quo crescere non possunt &c. quia oppositum ostensum est esse uerum in precedentis rationis examinatione. Secundò ad idem: quia non minus videtur pecunia esse res nata fructificare, quàm ager, uel saltem quàm domus: quia nulla illarum rerum fructificat, nisi cum industria hominis eam excolentis, uel ea utentis. Et illo modo etiam pecunia fructificat, scilicet lucrifacit, si homo ea utatur in negotiationibus, prout hoc patebit latius q. 77. Vnde & hi, qui subtiliter uolunt tractare de contractu societatis in pecunia, & defensare, quomodo possit saluari, quod si finita societate non inueniatur nisi solum capitale saluum; illud possit licitè credere soli ei, qui pecuniam posuit, ita quòd ille, qui posuit tantùm, non participet aliquid

quid de illa pecunia, habent dicere ꝙ qui posuit operas, licet eas perdiderit. & sic videatur, ꝙ consocius, qui posuit pecuniam, etiam debeat quid perdidisse, & sic partem capitalis pecuniæ diuidere cum socio: tamen non oportet, quia qui posuit pecuniam, perdidit commoditatem suæ pecuniæ, & illam commoditatem vocant interesse turum, quod est quędam idoneitas ad fructificandum cum industria hominis, cuius importantiam censetur perdidisse, ideſt non est consecutus eius fructum. De hoc aliquid in 6. tracta. huius operis dicetur. q. 92. & sequentibus. Et consequenter illis defectibus assignatis applicaretur huiusmodi defectuum assignatio ad propositum dicendo, ꝙ ex quo mutuans renunciat huiusmodi fructui, quem mutuans frumenta, vel pecuniam consequi potuisset, renuncias, videtur ꝙ possit pro illius fructus refusione quid recipere. Et illi duo defectus, licet in se habeant apparentiam, adeo ꝙ ratio illa non videtur valida pro quanto innititur illi fundamento. s. res mutuabiles non sint natę fructificare, & etiā eorum applicatio ad propositum habeat particularem veritatem. s. de mutuante in casu dāni emergentis, & lucri cessantis, concurrentibus saltem circunstantiis & conditionibus suo loco exprimendis: tamen ipsa applicatio ad defensandum propter hoc mutuationem vsurariam non habet apparentiam: quia in mutuatione vsuraria mutuans aut plus exigit per fructu rei, cui renunciat, quàm fuerit valor illius fructus expecti, aut si tantundem tantùm: tamen quando mutuabat, erat casus, in quo sine refusione & spe refusionis illius fructus debebat, & tenebatur mutuare & tali fructui renunciare.

Ad tertiam diceretur, ꝙ deficit triplicitur. Primò, ꝙa si concluderet, tunc æquè concluderet, quòd nulli negociatori liceret vendere rem suam ad lucrum: quia quando eam vendit, res est iam ipsius emptoris, & sic non licebit venditori recipere ab emptore aliquod lucrum, immo arguteretur, quòd nec precij minus, quàm illud, quod venditor pro ea re dederat, vel partem precij recipere posset: quia etiam pro re, quæ non est venditoris, non licet ei recipere precij. saltem suo nomine. Secundò: quia diceretur, ꝙ quamuis res mutuabilis postquam est mutuata non sit mutuantis, nec pro ea vt sic se habente recipit quid: tamen antequam eam mutuat & in instanti, quo incipit eam mutuare est sua, & pro ea poterit quid recipere in re, vel in obligatione. immo de facto secundùm omnes vt sic recipit quid in re, vel in obligatione etiam licitè: quia obligat protunc receptorem ad restituendum sibi æquiualens in termino præfixo. Et si sic euandenti dicatur, hoc quidem licitè potest, sed non dicitur quid vltra recipere per modū lucri, diceret aduersarius. hoc siue verum sit, siue non: tamen illud non probat prædicta ratio, quæ innititur fundamento. s. quòd res non sit sua: quia fundamentū illud est falsum, vt patuit, igitur. saltem illa ratio nō est idonea ad conuincendum aduersarium veritatis, & illo modo satis apparenter cessaret prædicta ratio. Tertiò diceret aduersarius, quòd venditor vltra id, quod dat pro mercede, recipit saltem in obligatione a venditore, ꝙ debeat sibi dare tantundem, quantum ipse dat, & cum hoc pro refusione operarum, quas habent in adducendo, & pro aliis multis, quæ tangentur quæstione 56. exigit quid vltra, & id vocatur lucrum. Ita diceret, ꝙ mutuatarius pro instanti, quo incipit mutuare, res est adhuc sua, & transferendo eam in mutuatarium, exigit ab eo, vt restituat tantundem, quantum ipse ei dare vult, & pro carentia eiusdem rei, qua interim carebit, tam ea quam nunc dat, quàm ea quam mutuatarius sibi debet restituere, exigit quid vltra nomine lucri. Sed illud vltimum nō valet: quia mox diceretur, ꝙ si est casus, in quo tenetur ei mutuare, non debebit pro illa carentia quid habere: quia aliàs teneretur ad subeundam illam carentiam. si autem non est obligatus, tunc si non est illa carentia sibi causa damni emergentis, vel lucri cessantis, non poterit præterea eius habere colorem ꝛ ea quid exigendi, sicut tamen venditor potuit pro operis suis & cura habere colorem exigendi aliquid. Si aūt talis carentia in casu consilij est sibi causa alicuius interesse, tunc aut expectet pro ea lucrum spirituale, scilicet mercedem a Deo, aut omittat, aut si vtique vult mutuare, & habere refusionem, tunc per hoc non poterit inferri, nec defensari iustificatio mutuationis vsurariæ, quia illa mutuatio non esset vsuraria, si nō plus exigit, quàm valeat lucrum huiusmodi cessans, seruatis aliis conditionibus tangendis infra. q. 53.

Ad quartam diceretur, quòd minor est falsa, vt patuit ex secundo defectu secundę rationis.

Ad quintam diceretur, quòd deficit dupliciter. Primò: quia maior est falsa, si non addatur aliquid: nam vendens proximo pro x. rem valentem x. grauat emptorem. primò si hoc, quòd solum exigit ab eo nouem, sed etiam in hoc, ꝙ illa res stabit in periculo emptoris. Secundò in hoc, quòd vltra primum grauamen exigit ab eo adhuc vnum. Oportet ergo addere in maiori, quando vltra primum grauamen iniquè sibi imponit secundū grauamen, & tunc in minori peritur principiū: ꝙa aduersarius diceret, ꝙ primū grauamen sibi iuste imponit secundùm omnes: quia iustum est, ꝙ recipiens det sibi æquiualens, & iustum est, quòd sentiens commodum, sentiat & onus. & ideo ex quo res efficitur mutua tarij, iustum est, quòd etiam eius periculo stet. Secundum autem grauamen diceret aduersarius etiam iustè sibi imponi, vtpote propter releuamen caritiæ rei fuę qua interim caret. Et quamquam illa causa colorandi illam secundam grauaminis impositionem esse iustam non valeat, vt patuit prius in tertiæ rationis examine: tamen hoc non poterit per vim illius quintæ rationis euacuari, ideo aduersarius veritatis euasisset saltem illam rationem quintam. Secundò diceretur, quòd quauis mutuatarius sit grauatus indigentia x. florenorum. & mutuans ei x. grauet cum in hoc, quòd obligat eum ad restituendum æquiualens, & subeūdum interim periculum illorum x. & cum hoc eum amplius grauet exigendo lucrum pro illis: tamen alio respectu dicitur eū multum alleuiāre: nam si non assequeretur mutuatarius illos x. ipse incurreret damnum 20. vel 100. florenorum a quo releuat eum solum accipiendo vnum florē. ab eo. sicut non est dicendus peccare medicus, qui infirmus grauat dando medicinas, & recipiendo ab eo mercedem. immo si cum abscindat ei membrum vergens in corruptionem corporis, nec est dicēdus oppressum amplius opprimere. Item si concluderet tunc nec in casu damni emergentis liceret mutuanti quid exigere a mutuatario indigente indigentia non notabili vel valde magna, ita ꝙ mutuatio remaneret in limitibus consilij,

consilij, ratio: quia granatum amplius granaret.

Ad textum dicetur, ꝙ deficit quadrupliciter. Primò: quia concessa maiore negaretur minor. & ad probationem dicetur, ꝙ non est idem in numero valor rei mutuabilis, & valor vsus eiusdem, de qua identitate arguens loquitur expressè in argumento: quia de alia loquendo maior esset falsa, vt met dicitur in argumento. Assumptum pro prima parte probatur: quia valor est in re valida. igitur valores rerum realiter distinctarum etiam realiter distinguuntur, modo res mutuabilis & eius vsus sũt realiter distincta. igitur etiam eorum valores realiter distinguuntur, nec poterunt esse idem numero, alias vna res numero esset in duobus realiter distinctis. Minor patet tripliciter. Primò: quia possunt separari & separatim cõtrectari. Nam pecunia sepe est, quando nondum est eius vsus, sine capiatur vsus pro actu, sive pro iure vtendi: quia multi habent aliquas pecunias, qui non habent vsum earundẽ, quomodocunque capiatur vsus, quamuis verum sit, ꝙ si quis habet pecuniam sibi a domino eius mutuatam, talis non habet eam, nec potest habere sine vsu, saltem capto pro iure vtendi. & hoc loquendo de vsu iuris generaliter capto, scilicet prout se extendit etiam ad ius vtendi re usu, qui est eius consumptio, qualis vsus iuris reperitur in homine respectu rerum, quę usu cõsumuntur: quia exquo est ei legitimè mutuata, est plenè dominus eius, & sic habet dominium. & per cõsequẽs usum iuris consumendi etiam illam rem, quamuis loquendo de usu iuris strictè capto, prout diffinitur a iuristis diffusione posita supra. q. 12. non possit quis in talib. rebus, ut mutuatæ sunt, habere usum iuris, quia illenon potest constitui in re nisi aliena, & cuius usus non est eius consumptio. Secundò: quia pecunia non est in homine ut in subiecto, & tamen usus eius est in homine utente ea, & hoc sive capiatur pro actu, sive pro iure utendi. Et sic patet, ꝙ pecunia & usus eius nõ solum distinguuntur realiter, sed etiam loco & subiecto. & per consequens etiam valores eorum distinguuntur loco & subiecto. ergo non sunt idẽ numero, quãuis secus videretur dicendũ de valore dominij pecuniæ & valore usus pecuniæ. Vnde notandum, ꝙ pecunia & proprietas eiusdem, seu dominium pecuniæ realiter distinguũtur, quia dominium pecuniæ est in homine, cuius est. & est relatio rationis. pecunia autem est res corporalis realis, & non est subiectiuè in homine. sic etiam pecunia & eius usus distinguũtur realiter capiẽdo usum pro usu facti, & capiendo etiam pro usu iuris: quia usus facti est res successiua, & est subiectiuè in homine utente. pecunia autem est res permanens, & nõ est subiectiuè in homine. usus etiam iuris est subiectiuè in homine, cuius est pecunia, & est res permanẽs, & relatio rationis tantum formaliter loquendo, tamẽ ipse usus iuris pecuniæ, & proprietas seu dominium directum ipsius pecuniæ videtur idem esse realiter & numero, vel saltem sunt inseparabilia. vnde consequẽs est, ꝙ valor dominij pecuniæ & valor usus iuris eiusdem videntur esse idem valor numero, vel inseparabiles. Tertiò, quia si numisma, quod tibi mutuo, tantum valeat. 10. florẽ. & tibi concedam tam quò ad dominium, quàm quò ad usum, tunc quanto crescit usus eius, puta, quia vis habere ad duos annos, & ego sum in casu, ubi possum ratione lucri cessantis exigere aliquid ultra sortem, tunc possum etiam tanto plus recipere. igitur signum est, ꝙ res mutuata & usus eius non sunt omnino eiusdem valoris. Nec probationes ad minorem adductæ valent. Ad primam enim diceretur negando consequentiam, sicut in simili non sequitur, tanti valet equus, quanti bos. igitur eorum est unus valor in numero. Ad aliam partem eiusdem probationis diceretur, ꝙ ubi unum propter alterum, ibi unum tãtum, non unitate numerali, sed unitate ordinis seu coordinationis, eo modo quo finis & medium cẽsentur ad idem pertinere. Ad secũdam probationem cõcessio antecedente negatur consequentia. sicut nõ sequitur, homo nõ potest concedere tibi suũ corpus ad operas, nisi etiam concedendo tibi animam suam. igitur idem in numero est valor corporis & animæ. Ad tertiam, concesso antecedente negaretur consequentia. sicut in simili non sequitur. Substantia vini non potest bibi sine accidentibus eius, nec econtra, saltem naturaliter loquendo. igitur est idem valor in numero substantiæ vini & accidentiũ eius. Secũdò principaliter diceretur deficere illa ratio in hoc, ꝙ aduersarius diceret, ꝙ mutuans ad usũ tam exigendo a mutuatario sortem, exigit eam pro ipsa re mutuata, translata in eum tam quò ad dominiũ, quàm quò ad usum, quia illa in talibus sũt inseparabilia, saltem inquantum sũt mutuata, & exigẽdo lucrũ non exigit ipsum pro usu eiudem, sed pro carentia sui usus, carendo scilicet usu tam suæ pecuniæ, quam alteri dedit, quàm etiam alterius pecuniæ quã mutuatarius sibi restituere debet, quam carentiam sustinet ut onus quoddam. Tertiò dicetur, ꝙ quãuis mutuatarius tandem restituet rem mutuatam retrans ferendo eam tam quò ad dominium, quàm quò ad usum in mutuantem, tamen non retransferret eam in eum quò ad usum temporis intermedij, ita ꝙ poterit ea uti pro tempore intermedio, quia illud transijt irrenocabiliter in præteritum. & ita dato ꝙ etiam admitteretur, ꝙ usurarius exigeret ipsam sortem pro remutuata, & lucrum pro usu rei, tamen ex quo equialens sors non est illico pro eodem tempore, quo mutuatio est facta restituenda, sed solum post tempus. ideo non æquialet rei mutuatę simili & usui medij temporis. ideo nidetur, ꝙ non exigeret binam refusionem pro una re, saltem quarum utraque equivaleret illi. Videmus enim, q. 20. floreni recipiendi post magnum tempus nõ sunt æquialentes. 20. floren. qui iam in promptu sunt recipiendi, adeo ꝙ iustè poterit aliquis emere ius precipiendi illos. 20. post magnum tempus percipiendos pro. 19. vel 18. uel paucioribus saltem secundum aliquos, prout patebit in q. 67. & satis patet in contractu redditus perpetui; ubi pro. 20. promptis emitur ius precipiendi perpetuò unum annuum florenum. ubi etiam post. 20. annos perticulãtim percoperit. 20. floren. & nihilominus poterit adhuc plures florenos percipere, donec aliũs redimat, nisi quia illi. 20. prompti sunt ita validi valore usuali sicut alij 40. uel centum sic recipiendi post tempora. Quarto dicetur, quòd mutuans saltem in casu, quo mutuum est consilij, dat mutuatario rem non debitam ei, & cum hoc caret pro tempore intermedio ea re, quam ipse sicitè sibi retinere potuisset, mutuatarius autem restituẽdo sortem, dat mutuatori rem debitam ei, & licet careat perpetuò illa re restituta mutuatori, non tamen caret re, quam retinere potuisset, immo quam retinere non potuisset, sed debuit alteri dare, & ita patet, ꝙ si mutuatarius solum sortem restitueret post tempus intermedium, non tantum faceret mutuanti, quantum mutuator sibi impenderat, ideo vt fiat recompensatio beneficij indebiti, tunc diceret mutuator debere mutuatarium sibi plusquam sortem dare in casu, quo mutuatio fuit consilij. quamuis tunc non retineret nomen & rationem beneficij. secus quando fuit necessitatis, quia tunc non poterit mutuator comparare carentiam rei suæ, quia tenebatur ea carere, & eam impendere mutuatario non minus, quàm mutuatarius econtra tenetur restituere sortem & carere ea.

Ad septimam diceretur negando, ꝙ mutuando exigat lucrum pro vsu rei, immo pro carẽtia vsus, ut iam dictum. Et si replicetur, ꝙ etiam ipsa carentia sui vsus est inseparabilis ab ipsa concessione rei, cõcedendum est, eo ꝙ concessio rei est ad illum vsum medij temporis, sed tunc dicetetur, ꝙ sors potè tempus lapsum restituenda, quam exigit, non æquialet tam rei mutuatę, quàm vsui medij temporis, & ideo in quo deficit ab æquivalentia, exigit mutuans incrementum, vt sic id, quod recepeĉat a mutuatario adequetur ei, quod ipse ei dedit, & sic negetur, quòd mutuans attentet rem & vsum eius separari, qua si exigat pro uno eorũ vnũ, & pro alio alterum, sed pro toto aggregato, scilicet pro re ad vsum medij temporis concessa cum sui vsus renunciatione, vel carentia exigit hoc totum aggregatum, scilicet sortem & incrementum. vel si concedatur, ꝙ vnum pro vno, scilicet sortem pro sorte, & incrementum pro vsu medij temporis, tamen per hoc non attentat eas separare, sed pro quanto sors restituẽda non æquialebat rei mutuatæ captæ, cum inseparabiliter sese concomittante, scilicet cum vsu medij temporis & carentia illius vsus ex parte mutuantis. ideo super hoc exigit incrementum, vt fiat æquialentia. sicut si albedo sit inseparabilis a cigno, & emendo cignum attendatur tam substantia, quàm albedo eius. & emens non det sufficiens precium pro substantia cigni simul capta cum albedine, ita ꝙ solum substantia sit per tale appreciata, & nõ eius albedo. & ideo emẽs exigat adhuc aliquantam vltra, quatenus etiam albedo apprecietur, non diceretur ob hoc attentasse separationem cigni & albedinis.

Ad octauam diceretur, ꝙ deficit dupliciter. Primò, quia si cõcluderet, etiam concluderet, ꝙ ille peccaret, qui calcio vitur ad ponendam pecuniam ibi: quia vtitur calcio ad alium finem, quàm ad illum, ad quem est ordinatus. Secundò: quia dupliciter dicitur aliqua res ordinari in aliquem finem. Vno modo ranquam ex debito, ita ꝙ tenetur vtens vti ea re in illum finem. & hoc modo conceditur, ꝙ vtens re in alium finem, quàm in illum, ad quem est ordinata, abutitur ea. saltem si vtitur ea præcisè & solùm in illum alium, aliàs enim etiam non oporteret illud esse verum: quia staret, ꝙ talis res cum hoc ꝙ esset ex debito ordinanda in vnum finem, etiam posset licitè ordinari in alium, dummodo non negligeretur primus finis. sicut opera bona debent ordinari in gloriam Dei vtin finem, & tamen etiam possunt ordinari in salutem proximi, dum modo non negligatur ordinatio principalis eorum in gloriam Dei. Alio modo ordinatur aliqua res in finẽ, vt medium congruũ ad obtinendum illũ nem, ficta tamen hoc, ꝙ distringatur quis, vt non aliorsum vtatur illo medio: sicut de calcio patet. & sic diceretur esse in proposito de pecunia & alijs rebus, quas contingit mutuare. Nam diceret aduersarius, ꝙ res mutuabilis est ordinata ad hoc, vt homo, cuius est, vtatur ea vel eam vendat, vel vtatur ea in negociationibus, vt inde queat sustentationem, non tamen per hoc potest inferri, ꝙ si ea aliorsum vtatur peccet. Alioquin si etiam aliquis uino, quod etiam est res mutuabilis, vtatur ad medicinalem confectionem, aut extinctionem ignis, & pecunia ad locationem, vt aliquando fit, talis peccaret.

Ad nonã diceretur, ꝙ dato ꝙ maior esset vera, pro quanto notanter dicit, pro re &c. Vnde si absolutè diceret. Nullus transferẽs rem in alium debet plus &c. esset falsa, vt patet in casu tacto in primo defectu primæ rationis. Attamen ad minorem diceretur, ꝙ est falsa: quia diceretur, ꝙ mutuans ad vsuram exigẽdo plus quàm fuerit sors, quam transtulit in mutuatarium, nõ exigit illud plus pro ipsa sorte, sed pro carentia eius pro tempore intermedio, pro cuius refusione non sufficit sors tam tardè restituenda, scilicet post illud tempus. Vnde ratio haberet apparentiam, quando res, quã mutuator exigit sibi restituendam pro sua, mox sibi daretur, & æquialeret rei translatę, secus ubi non datur nisi post notabile tempus, infra quod primus dans cogitur tam re sua, quàm re ei æquialenti restituenda carere. Exemplum huius patet in simili. Si quis hortum uendat pro. 10. floren. & valet. 10. & non plus, licitè potest adijcere pactum, ꝙ si non mox dat sibi illos. 10. ꝙ toto tempore, quo non dat, liceat venditori percipere fructus horti, non obstante quòd hortus non valeat nisi. 10. & periculum horti sit apud ementem horto.

Ad decimã, negaretur, secundam propositionem esse legis naturalis, nec talis est vera, nisi addatur pro merce, & tunc diceretur, ꝙ mutuans ad vsuram exigit incrementum sortis, non pro re mutuata præcisè, sed etiam, vt dictum est. Attamen illi euasioni occurreretur per illud, quod dictum est in examine primæ rationis, ꝙ per hoc non posset aduersarius defendere vsuriam mutuationem tanquam licitam, quamuis defenderet mutuationem aliquam, in qua recipitur vltra sortem, quæ tamen non est vsuraria.

Ad vndecimam diceretur, quòd non est simile eo, ꝙ in permutatione, vel cãbio floreni pro floreno dans florenum non caret tam suo quàm alio floreno per tẽpus aliquod notabile, quo posset eis vti. secus in mutuo, vbi pro intermedio tempore pro vtroque caret, attamen est iuris sui renunciativa. Sed huic euasioni occurreret modo tacto in secundis rationis euasione, attamẽ ratio stans p hoc nihilominus fuisset ipsadita.

Ad duodecimam diceretur, ꝙ dupliciter deficit. Primò: quia maior videtur esse falsa. Nam emens redditum perpetuum. 10. flor. super vniuersis vel pluribus obuentionibus alicuius domini, vel communitatis, vel monasterij expectat perpetuis temporibus per se & suos vltra quantitatem sui precij expositi, & tot & tantas pensiones percipere, ꝙ poterit dici percepturus certum lucrum pro pecunia, quam dedit nomine precij,

precij, eo ꝙ probabile est, venditorem nunquam ad tantā inopiam peruenire, quin de eius obuentionibus possit illa annua pensio leuari: & tamen venditor illius redditus, qui ideo vendidit, vt ipse illa pecunia, pro qua vendidit, vteretur in negociationibus, non est certus de lucro proueniturο ex illis negociationibus, quia negociando cum ea poterit contingere, ꝙ non solum nihil lucretur, sed ꝙ etiam perdat sortem: & tamen talis emptio est licita, vt patebit in q. 82. & sequentibus. Et ibi posset exemplificari de emente pratum, aut aliud prædium, de quo verisimiliter omni anno percipit fructum imperpetuum, per se & suos heredes. Secundò diceretur, ꝙ maior bene intellecta est vera, scilicet si vtrobique loquimur eodem modo de certitudine, scilicet probabili. Ratio, quia si res, quæ conceditur non est importarium lucri certi certitudine probabili, tunc est parui valoris, & tamen si transferens ab eo, in quem transfert, exigit tale quid, quod est probabile lucrum, iam exigit pro illa re maius, quàm valeat, sed tunc minor est falsa. Et ad probationem diceretur, ꝙ tam mutuās, quàm mutuatarius est certus de lucro certitudine probabili, & vtraque est aliquo modo etiā incertus de lucro. Incertitudo quidem lucri patet de mutuatario ex concessis ab arguente. de mutuante autem probatur: quia fiat, ꝙ mutuatarius aufugiat de prouincia, vel prodat omnia bona, adeo quòd nihil reperiatur, & sic cedat bonis, nec vnquā recicat ad pingnio rem fortunam, & tunc etiam mutuans perdit sortem & lucrum, & per consequens est incertus, supple certitudine infallibili. Quod verò vterque sit certus probabili certitudine, patet de mutuante ex concessis ab arguente. De mutuatario autem patet: quia non est verisimile, ꝙ acciperet pecuniam mutuò pro negociationibus exercendis, nisi coniceret probabiliter, ꝙ adesset opportunitas negociandi vtiliter & lucrosè. & dato ꝙ vna vice nihil lucraretur, tamen illa non contecnito lucri posset recompensari pro abundantia lucri alio tempore.

Ad tredecimam diceretur, negādo minorem. Nam aduersarius veritatis diceret, ꝙ mutuans ad vsuram nō exigit incrementum sortis ex illa causa, quia scilicet mutuatarius per industriam lucratur cum sorte, sed ideo exigit: quia sors quam mutuatarius post lapsum temporis intermedij restituit, non sufficit ad satisfaciē dum mutuatori pro sorte concessa, & pro carēcia eiusdem per tempus intermedium, per quod ipse potuisset fuisse ea vius ad commoda sua. Secundò diceretur, ꝙ ideo exigit: quia mutuatarius per suam industriam solam non potuisset taliter fuisse lucratus, quantumcunque enim industriosus fuisset, si pecuniam non habuisset, non potuisset fuisse lucratus. & sic pecunia est partialis causa consecutionis lucri, & sic pro concessione non illius, quod natura, sed illius, quod ipse contulit, exigit incrementum. hoc simile potest dari in locatione. Nam si quis concedit tibi equum suum per contractum locationis, vt eo labores, & tu vtaris equo laborando hominibus pro raetcede diurna, tu leuabis lucrum de eodem equo, scilicet mercedem diurnam. & sic per industriam tuam qua sciuisti vti equo: quia equus nullos tibi importasset fructus, si non sciuisses per industriam eo uti. Locator igitur, qui a te exigit locegiam, non exigit illud licitè: quia non pro eo exigit quod tibi natura contulit, sed pro eo, quod ipse tibi cōcessit, scilicet pro equo, qui fuit causa partialis.

Ad decimamtertiam diceretur negando minorem. Nam etiam de facto bodie plures tenent, quòd incrementum vsurarium transferatur in dominium vsurarij, ita quòd ipsum contractando cōtrectarem, cuius est verè dominus, licet restituere teneatur æquivalens, vt patebit in q. 69. Et ad primam probationem diceretur, ꝙ si mixtio voluntatis ex voluntario & involuntario: seu quadam coactione impediret semper, quòd nō posset res, quæ tali voluntate alteri datur, transire in dominium recipientis, tunc sequeretur multa incōue nientia. Primò, ꝙ ille, qui compellitur ad contrahendum matrimonium cum aliqua per metum non cadentem in constantem virum nō transferet corpus suum in potestatē coniugis, quod est falsum. Item sæpe contingit, quòd creditor bona fide habēs litem cum debitore subit compositionē cum eo, eo quòd timet solutionem differri, vel litem, & consentit, quòd debitor illud sibi det, quod arbitrator dandum decreuerit, ita quòd nō absoluta volūtate, sed solùm mixta consentit in illam transactionem. & ita sequeretur, quòd debitor nō posset retinere id, quod arbitrator omisit decernere dādū esse, nec esset dominus illius reliqui, eo quòd in eius retentionem non consentit creditor, nisi mixta voluntate. Item ille, qui impottunis precibus victus donat alteri aliquid, non transferret illud in illius dāmum. Itē qui necessitate habendi pecuniam præssus vendit suā rem alteri, non trāsferet rem suam in eum. Item sepe emptor non simpliciter & purè voluntariè dat iustum pecium, sed potius vellet dare minus: nihilominus vē ditor efficitur verè dominus totius precij. Ad secundā probationem diceretur, ꝙ data, ꝙ concludit propositum, tamen non virtute legis naturalis, sed virtute legis diuinę, & ita non habetur, ꝙ illa 14. ratio sit efficax ad probandum, ꝙ mutuatio vsuraria sit contra legem naturalem: quia non sequitur, est contra legem diuinā, igitur contra legem naturalē: quia etiam in lege diuina possunt præcipi & prohiberi, quæ lege naturali non sunt prohibita, nec præcepta. De præceptis patet in noua lege de baptismo percipiendo, & confessionem faciendo. De prohibitis autem patet in veteri lege, scilicet quòd non comederent de certis animalibus, & sic de alijs.

Ad decimamquintam nō apparet euasio, quin probet propositum, saltem particulariter, scilicet in casu vbi mutuatarius indiget sorte, & mutuator non indiget ea, sed tamen aduersarius cauillando diceret, quòd non probat propositum, quin in casu quo neuter indiget, & tamen vnus ab altero mutuum petit, vt sit in diuitibus anhelantibus ad insatiabilia lucra, non esset cōtra legem naturæ, quòd alter alteri mutuaret ad vsuram: quia vis illius rationis tali casui applicati nō posset, quamuis esset contra legem diuinam.

Ad decimamsextam diceretur quadrupliciter. Primò, quòd si concluderet, etiam concluderet, quòd in casu, in quo datio eleemosinæ (quæ est etiam quædam donatio, & ita contractus ex diuina institutione gratuitus) esset consilij tantum, non posset dare eleemosinam ad redimendum vexationem, quod est falsum. Secuela probatur, quia iam illam dationem facere emptionem, & quasi pro mercede, quia illa datio esset redēptio

ptio vexationis, & sic esset emptio cessationis, quia redemptio includit emptionem, & hoc talis vexationis, a qua alius non tenebatur cessare, quia fiat, ꝙ etiam in casu, in quo dario eleemosynę est tantum consilij, nō dicus possit licitè petere diuitem vt sibi det. Secundò diceretur, ꝙ illa quæ in sunt contractui sunt triplicia. Quædam sunt ei substantialia, quędam naturalia, quę dam accidentalia. Homo autem potest licitè facere cō tractum etiam omisso illo, quod ei est accidentale, & etiam quod ei est naturale, nisi prohibita sit omissio illius naturalis. Sine autem substantiali illius cōtractus non potest eum facere, siue de iure, siue de facto, sicut nec quis potest facere domum sine parietibus, & fundamento. Gratis autem fieri non est substantiale contractus mutui sed est naturale. ergo potest saltem sine illo naturali fieri, tam de facto, quàm de iure, nisi ostē datur, quòd prohibita sit omissio illius naturalis. Modò hoc illa ratio non ostendit, nisi ipsa velit recurrere ad legem diuinam prohibentem. modo hoc facien do non sequitur, quòd actus cum tali omissione sit cō tra legem naturalem, sed bene quòd sit contra legem diuinam. Maior autem huius secundę responsionis patebit diffusius infra q. 79. & 83. & patet exemplariter. Nam regulariter de natura contractus emptionis est, quòd merx empta stet in periculo emptoris, etiam si nondum sit tradita, & tamen per pactum potest fieri, quòd non stet in periculo emptoris, sed vēditoris. Tertiò dicerctur, ꝙ dato, ꝙ gratis fieri esset non solum de natura, immo de substantia contractus mutui. & ita esset de eius natura, non capiendo naturā pro concomitante essentiā rei, sicut ridere dicimus naturā, vel de natura hominis, sed pro ipsa essentia vel parte essentiæ, prout prætendit argumentum, quando dicit, ꝙ est de natura & specie eius, tunc quamuis non posset fieri licite, immo nec de facto, tamen fieret alius contractus specie distinctus ab illo. nec per hoc quòd non ille, sed alius in specie distinctus fieret, peccaretur. patet in simili. Nam commodario prout distinguitur a locatione, est gratuita concessio rei ad vsum, qui non est eius cōsumptio. Locatio verò non est gratuita, sed pro mercede facta concessio rei ad vsum, qui non est eius consumptio. & sic differunt solùm penes gratuitum, & non gratuitum. & si quis equum suum alteri commodare non velit, sed tantum locare, non propter hoc poterit inferri, ꝙ ergo peccet, nec talis tunc contractum gratuitum faceret pro mercede, vel vēderet, sed omitteret gratuitum. & loco eius faceret alium cōtractum non gratuitum, etiam licitè, nisi esset talis & tanta indigentia in petente commodationem, ꝙ teneretur ei gratis concedere. Attamen hæc tertia responsio consequēter haberet dicere, ꝙ contractus mutui esset distinctus specie ab vsurario contractu, sicut commodatio a locatione, quod est contra dicta in q. 21. vbi dictum est, ꝙ mutuum est genus ad vsurarium & ad gratuitum mutuum. itaque per hoc, ꝙ mutuum fit non gratis, non desinit esse mutuum in substantia. Quartò diceretur, dato ꝙ in casu, in quo mutuum est præcepti, sit de natura mutui, ꝙ gratis fiat, sic de natura, ꝙ etiam ratio naturalis dicket, quòd mutuans debeat gratis impendere. & sic illa ratio probaret mutuum vsurarium in tali casu esse contra legem naturalem, non tamen propter hoc haberetur probatum, quòd in casu, quo mutuum est consilij, sit de natura mutui quòd gratis fiat, sic sit licet de natura, quòd secluso lege diuina naturalis ratio dictet, quòd mutuans debeat gratis impendere. & sic non probat ratio mutuum vsurarium in tali casu esse contra legem naturę, sicut in simili commodationē in casu consilij non oportet esse contra legem naturę, si fiat non gratis. hoc est, si fiat per modum locationis. aut si fiat cum pacto permutatæ accommodationis, vt scilicet alius econtra etiam sibi tempore opportuno accommodet similia. Eodem modo posset inferri de donatione, pura, siquis donationem pecuniæ non vult gratis facere, sed per modum emptionis, scilicet pro mercede. aut cum pacto, vt alius similia redonet, non ob hoc committitur peccare. non obstante, quòd donatio est contractus etiā natura sua gratuitus, nisi id in casu, quo donatio gratuita est præcepti, faceret. Similiter concessio feudalis est contractus etiam natura sua gratuitus. ita quòd fit non pro pensione, sed in remunerationem, & tamen non ob hoc peccat, qui concedit alicui feudum non gratuitè, sed pro pensione, quod est impropriè dictum feudum, qualia habent alique ecclesię, quę a suis vasallis volunt habere nō seruitia personalia, quia de illis non curant, sed burfalia, vt aliquot saccos frumenti annuatim, vel par caponum.

Ad decimamseptimam diceretur. quòd bene probat, quòd mutuatio vsuraria sit peccatum & illicita cō tra legem diuinam, sed non probat, quòd sit contra legem naturalem. & quando assumit in maiori quandā propositionem, quæ est legis naturalis, & in minori dicit, quòd mutuatio vsuraria sit contra eandem propositionem, & ita infert, quòd ergo sit contra legem naturalem, diceretur dupliciter. Primò, quòd si concluderet talis argumentatio, etiam concluderet, quòd quicunque transgrediturquodcunque præceptum positiuum ecclesiæ vel Papæ, aut positiuum iussum patris peccaret cōtra legem naturalem & diuinam, quod est falsum. Sequela probatur, quia etiam sic argueretur, lex diuina & naturalis dictat, quòd præceptis superiorum, scilicet ecclesiæ, patris & Papæ est parendum, & hic homo contrauenit præcepto sui superioris, scilicet ecclesiæ, Papæ, vel patris. igitur peccat contra legem diuinam & naturalem. Falsitas autem consequentis patet, quia tunc non iciunare in quadragesima, vel nō ire in vineam in casu, in quo pater præciperet filio, esset peccatum, contra legem diuinam & naturalē, quod est absurdum, quamuis suo modo omnia peccata sint cōtra legem diuinam, pro quanto nihil est peccatum, nisi quia contra Dei volūtatem, quæ est lex. Diceretur secundò ad eandem argumentationem, ꝙ ex maiori de lege naturali, & minori de lege diuina positiua, vel humana positiua, non sequitur conclusio de lege naturali, sed solum erit de lege, de qua fuit minor: quia cōclusio sequitur debiliorem partem præmissarum. sicut si vna est de necessario, & altera de contingenti, conclusionem non oportet esse de necessario, sed potest esse de contingenti. & si vna præmissarum est vniuersalis, altera particularis non oportet conclusionem esse vniuersalem, sed potest esse particularis. Ad propositum, dato quòd maior illa, scilicet, ꝙ si quis seruus &c. sit de lege naturali, tamen minor quò ad eam partem, qua exprimitur iussio, qua dominus Deus iussit gratis impendi mutuum, est de lege diuina positiua, vt cauillando

lando diceret aduersarius veritatis, saltem in casu, quo mutuum est consilij. & sic non poterit inferri, ꝙ ergo talis in casu mutuando ad vsuram peccet cõtra legem nature, sed bene contra legem diuinam positiuam. Secundò diceretur, ꝙ dato, ꝙ concluderet in casu, quo mutuum est præceptiu: quia in tali casu iuste dominus mutuanti nihil recipere vltra sortem, non tamen concluderet in casu, quo mutuum est tantum consilij, quã de scilicet mutuatarius non indiget, puta est æque abũdans sicut mutuator, vel magis, vel si minus, non est tamen talis indigentia, quę facit, ꝙ alius teneatur sibi mutuare. Sicut in simili, si habeo panem, & tu petas eum nomine eleemosyne, & non sit casus, quo tenear eum pro eleemosyna dare, possum pro illo pane quid exigere, licet in casu, quo tenerer tibi nomine eleemosynę dare, nihil possem exigere.

Ad decimamoctauam diceretur tripliciter. Primò, ꝙ dato, ꝙ probaret mutuationem vsurariam esse contra legem naturalem, in casu quo mutuatarius est indigens & oppressus, non tamen in casu quo non est indigens, sed æque abundans, & abundantior, quàm mutuans. & sic saltem remanebit illa ratio insufficiens ad probandum omnem vsurariam mutuationem esse cõtra legem naturæ. Secundò diceretur, ꝙ si etiam in casu, quo mutuatarius est indigens, concluderet propositum, tunc æque concluderet, ꝙ si quis alicui indigenti aliqua re veaderet eam pro insto precio. puta pro. 10. flore. peccaret: quia emens est oppressus, scilicet necessitate & indigentia illius rei. 10. flore. & sibi eã dando pro. 20. exigit ab eo. 9. flore. & sic licet relenet eum ab indigentia rei. 9. flor.: tamen loco illius indigẽtiæ onerat eum alio onere, scilicet. 9. flore. & sic oneratũ amplius onerat eum, pro quanto adhuc vnum flore. ab eo exigit. Et si tu ẽaderes, dicendo nõ est similes: quia ibi nõ onerat eum onere iniquo, sed ęquiualenti, quia releuando eum ab indigentia rei. 10. flore. onerat eũ non nisi precio æquiualenti, secus hic. Contra hoc diceret aduersarius veritatis, quòd in casu vsurarij exigentis. 11. a mutuatario, cui concessit. 10. quibus indigebat, non iniquo onere eum onerat, sed æquiualenti: quia mutuatarius erat pressus in 10. & si mutuator solum onerasset eum in 10. post annum restituendis, iam non reciperet æquiualens ab eo: quia illi. 10. post tantum tempus restituendi non sunt ita validi, sicut illi. 10. quos iam habet mutuatarius, si eos sibi retineret. & ideo vt fiat recompẽsatio illius minoris valoris, exigit vnum flore. vltra. secus quando daret ei. 10. & mox ab eo per cambium, vel per mutuationem esset recepturus alios. 10. similis bonitatis, & cum hoc aliquid vltra illos. 10. Tertiò diceretur, quòd si concluderet, tunc saltem ille venditor peccaret, etiam si non pro aliquantulo minus, quàm pro. 10. qui sunt iusti precium, venderet, quia maior illius rationis non solum dicit, ꝙ non debet eum amplius opprimere, sed addit, ꝙ etiam debet eum releuare. hoc autem non faceret ille venditor: quia non releuaret eum, nam licet releuet eum ab indigentia illius rei, tamen ex quo statim æquiualens precium exigit, non releuat, sicut ille, qui tollit graue onus aquæ ab aliquo, sed loco illius æque graue onus terrę imponit, nõ dicitur eum releuare. Quarto diceretur, ꝙ ille non est dicendus amplius opprimere oppressum, qui oppressum amplius opprimit paruo onere, quo releuatur ab incomparabiliter maiori, prout supra fuit dictum secũda solutione quinte rationis. Sed contra talem argueretur, ꝙ licet comparatiuè loquendo non amplius opprimat, tamen opprimit cum absolutè loquendo. sicut si duo intadant te, vnus contendit tibi vitam auferre, alter autem nisi dederis mihi pecuniam tuam permittam te ab illo occidi. si verò dederis mihi pecuniam tuam te liberabo. iam secũdus liberat eum a primo, & non opprimit eum, ita dãnosè sicut primus nitebatur. & tamen eum opprimit. Ita posset dici comparando mutuatarium ad creditorem suum primum, qui contendit eum damnificare in 40. vel centum, nisi vsurarius mutuando sibi ad vsuram solùm in vno floreno intendit damnificare.

Ad decimamnonam diceretur primò, dato quòd concluderet in casu mutuationis vsurariæ, in qua mutuatarius est indigens, & mutuans abundans, non tamen in casu, quo vterque est abundans equè, vel mutuatarius magis abundans. Secundò diceretur, quòd si etiam in casu, quo mutuatarius est indigens, & nõ mutuator concluderet, tunc etiam concluderet, ꝙ iudex peccaret occidendo reum mortis: quia si iudex esset in illo reatu, & reus. in illa iudiciaria potestate vellet etiam discreta voluntate, ꝙ alius eum non occideret: quia hoc volendo, immo petendo non peccaret: quia etiam reus mortis potest petere veniam. immo auſugere. saltem ante prolationem sententiæ, quando non iuravit non fugere. Tertiò diceretur, ꝙ maior, prout est legis naturæ, debet sic intelligi, quod tibi fieri non vis voluntate non solum discreta, sed etiam volõtate sequente iudicium rationis præceptiuum, vel prohibitiuum, alteri non facias. puta si ego vellem, ꝙ tu non faceres mihi iniuriam, ita ꝙ ratio mea recta dictat prohibitiue te hoc mihi facere, tunc id debeo etiam non alteri velle facere, & tunc in minore petitur principium: quia aduersarij veritatis æquè est ignota minor sicut conclusio. Diceret enim, ꝙ dines, si esset in indigentia, saltem non grandi, non posset velle, quòd alius dines sibi mutuaret gratis, sic quòd recta ratio sua dictaret sibi, quòd alteri esset prohibitum & illicitũ non gratis mutuare. sicut nec dictaret sibi, quòd illi alteri esset illicitum, quòd non nisi per viam emptionis alicuius rei vellet dare ei pecuniam.

Ad vicesimam. Non apparet euasio sufficiens. Nam quamuis aliquis dicere posset euadendo, quòd Aristo. posuit aliqua, non quia ratio naturalis illa sibi sufficiẽter & efficaci iudicio dictauerit, sed vt vulgari opinioni & præcedentium philosophorum se conformaret, per hoc tamen non potest satisfieri prædictę probationi. Primum scilicet, quòd prædicto modo contingeret aliquem velle euadere, patet. Nam Sco. in 4. di. 43. q. 2. vbi quidam volebant probare, quòd demõstratiuè, vel necessarijs probationibus posset probari immortalitas animæ, eo quòd Aristo. & alij philosophi eã posuerũt, qui hoc non potuissent, si non habuissent rationes necessarias ad hoc ponendum, dicit, quòd nõ oia dicta a philosophis etiam allertiue erant eis probata per rationem necessariam naturalem. sed frequenter non habebant, nisi quasdam probabiles persuasiones, vel vulgarem opinionem præcedẽtium philosophorum. Vnde dicit philosophus. 2. de celo & mũdo, inc. de duabus quæstionibus difficilibus tentandum dicere, quod videtur

detur dignum esse reputantes promptitudinem magis imputari, verecundię quàm audacię, siquis propter philosophiam stare & parvas. sufficientias diligit, de qua maximas habemus dubitationes. hęc ille. Vnde paruę sufficientię frequenter sufficerũt philosophis, vbi non poterant ad maiora peruenire, nec contradicerent principijs philosophię. Et in eodem capitulo, de alijs astris dicunt Egiptij & Babylonici, a quibus multas creduli tates habemus de vnoquoque illorum astrorum. Vnde quandoque philosophi acquiescunt propter persuasiones probabiles, quandoque propter assertiones suorum priorum, præter rationem necessariam. Vnde etiã Plato & alij philosophi multa de scriptura veteris testa. furati sunt, & suis libris immiscuerunt, ut diffusè deducit Eusebius de præparatione euangelica. Secundum autem probatur: quia Aristo. non solum hoc dicit, scilicet vsuram esse vituperabilem, sed etiam rationibus nititur ostendere, ut in argumẽto est deductum. & sic non dixit solum ideo, vt scilicet se conformaret vulgari opinioni precedentium philosophorum, sed etiam quia ad hoc ponendum fuit rationibus motus. Et si dicatur, non habuit nisi quasdam persuasiones. Nam etiam ratio sua adducta in argumento est soluta, vt videtur supra in examine secundę rationis. Dicendum, ꝙ probationes & rationes sunt censendæ sufficientes, quando sunt fm materiam subiectam, cum igitur materia illa sit moralis, sufficit ad hoc habere rationẽ persuasiuam grossam & figuralem, & si non necessariã & demonstratiuam, ac omnino efficacem. nam disciplinati est intantum certitudinem inquirere secundùm vnumquodque genus, inquantum rei natura recipit, si mile enim vitium est cõtentem esse persuasione in mathematicis, & demonstrationem exigere in moralibus, aut theoricis. 1. Eth. Et eodem modo ad. 21. non apparet sufficiens euasio.

Ad vicesimam secundam diceretur, quòd mutuans ad vsuram non vendit tempus propriè loquendo, sed solùm impropriè, ideſt. vendit expectationem sortis per tempus intermedium, hoc est. pro illa expectatione accipit aliquid tanquam precium, vel mercedem, & hoc modo debet intelligi Christ. Modò illa expectatio non est tempus vniuersale, nec particulare, ideo nõ vendit propriè tempus. probatio autem meioris procedit de vendere tempus propriè loquẽdo. & de illo modo loquendi, quo dicitur, ꝙ vsurarius vendit tempus, dicetur etiam infra. q. 59. Et si arguatur etiam illam expectationem non licet vendere, diceretur, ꝙ dato quòd hoc esset verum, & ostendi posset alia ratione quàm præsenti, tamen hoc non probat præsens ratio: quia illa non innititur nisi illi fundamento, ꝙ tempus vendere capiendo propriè non sit licitum, & hoc modo est ad propositum, ideo sufficit ostensum esse illam rationem non esse sufficientem.

Ad vicesimamtertiam diceretur, ꝙ maior est vera de rapina propriè capta, non autem capiendo generaliter pro quacunque prohibita ademptione rei alienę: quia staret, ꝙ aliqua adeptio rei alienę esset non nisi cõtra legem diuinam positiuam, vel humanam positiuã. & sic esset illicita, & per consequens esset rapina generaliter capiendo, & tamen non esset propter hoc contra legem naturalem. & illo modo diceret aduersarius esse in propositio, dicens, ꝙ vsuraria mutuatio est illicita ex lege diuina positiua eam prohibente. & ideo est rapina generaliter capta, non tamen inferri potest, ꝙ ergo sit contra legem naturalem. Secundò diceretur, quòd dato quòd Ambr. etiam vellet, quòd esset rapina talis, qualem lex naturalis damnat. & ita inferretur, ꝙ vsura esset contra legem naturalem, tamen hoc nondum esset ratione efficaci ostensum, sed solum auctoritate dicentis.

Ad vicesimamquartam diceretur eodem modo sicut iam secundo dictum est ad præcedentem probationem.

Ad vicesimamquintam. non apparet sufficiens cautio apud catholicum: quia quamuis & non ex ratione probetur in illa probatione, mutuationẽ vsurariã esse cõtra legem naturalẽ, tamen ex auctoritate generalis cõcilij hoc latis videtur probari, quia concilij tacitè infinuat eius prohibitionẽ esse moralẽ, & non iudicialẽ, nec ceremonialem, & per pãs est de lege naturali, quis quicquid est præcepti moralis veteris legis, est & legis naturalis siue modo. Christ. vel largè capte, & p hęc patet sufficienter deducta. tertia pars conclusionis. Quarta verò pars conclusionis patet: quia aliqua ex eis sunt efficaces apud catholicũ, puta. 20. 24. & 25. quia catholicus habet etiam tacita dicta conciliorum acceptare. habet etiam acceptare sententiam S. Amb. vbi si nec cum muniter contradicitur, nec aliquis rationẽ sufficientẽ habet ad oppositum, vt patet in c. sancta romana. dist. 35. secus vbi ratio sufficiens haberetur ad oppositum: ut patet in c. ego. & noli. & negare. dist. 9. Aliquæ etiã ex eis apud alios quàm catholicos apparent sufficientes, ut. 20. quæ apud recipientes doctrinã Aristo. videtur satis procedere, vt ibidem dictũ est. Aliquæ etiã ex eis apud innitentes lumini naturali satis conuincunt, saltem aliquam mutuationem vsurariam esse contra legẽ naturę illicitam, scilicet illam in qua mutuatarius est indigẽs forte illa, & mutuans non indiget, vt patuit de. 15. & de. 18. Et de prima ratione omittendo quandam determinationem positam in maiori & minori, prout ibidẽ patuit. Iste igitur sex rationes sunt ceteris meliores & sufficientes in ista materia morali, in qua non requiritur demonstratio, sed sufficit probabilis ostensio, vt patet per philosophum. 1. ethi. Cęteræ etiam probationes aliquę sunt apparentes, licet putentur aliquæ earum esse aliquando cauillatorias, aliquando legitimas, vt patuit. Et hæc de præsenti quæstione sufficiant.

QVAESTIO XXIIII.

Vtrum ante legem euangelicam iudęis fuerit peccatum mutuare ad vsuram hominibus suæ nationis, siue suæ, siue alterius nationis, & an idem iudicium sit de iudęis a tempore legis euangelicæ vsque hodie? Solutio quæstionis stat in quatuor conclusionibus.

Prima conclusio. Iudęis ante legem euangelicam fuit peccatum mutuare ad vsuram hominibus suæ nationis, scilicet iudęis, vel melius israelitis. Capio enim iudęum hic pro suo genere, scilicet pro israelita, quod est genus ad iudęum. Omnis enim iudęus est israelita, non econtra. Nec omnes iudęi, qui hodie sunt, sunt iudei propriè loquendo de tribu Iuda, sed aliqui de tribu Leui, aliqui de tribu Beniamin. Probatur conclusio. Iudæi ante legem euangelicam subfuerunt legi mo-

faicę modo illa eis prohibet, ne mutuent ad usurā hominibus suæ nationis. igitur. Minor probatur dupliciter. Primò : nam Deutero. 23. dicitur. Non fœnerabis fratri tuo ad usuram pecuniam, uel aliam rem. Secundò probatur : quia Leuit. 25. dicitur. Ne accipias a fratre tuo usuras, nec amplius quàm dedisti. & paulò post. pecuniam tuam non dabis ei ad usuram, & frugum superabundantiam non exiges. Modò per fratres intelle xit Moyses, ad minus homines nationis israeliticę: qa omnes tales ab uno patre. Iacob descenderunt, qui & israel dictus est. Et dicitur notanter ad minus. Nam & aliqui non descendentes ab israel, nec existentes de israelitica natione etiam uocabantur fratres populi israelitici. puta idumei, qui descenderunt ab Esau fratre ipsius Iacob. Vnde Deutero. 23. dicit Moyses ad populū israel. Non abominaberis idumeum : quia frater tuus est. Ex quo sequitur corollarium, ꝙ iudæo non licuisset etiam idumeis mutuare ad usuram, licet non essent nationis israeliticæ, nec erāt fideles. descenderant tamē ab uno auo. ab Isaac, a quo Iacob & Esau processerant, de quibus Israelitæ & idumei descenderunt.

Secunda conclusio. Iudæis ante legem euangelicam peccatum fuit mutuare hominibus ad usuram etiā alterius nationis. puta gentilibus, etiam quibuscūque. Probatur quinque rationibus. Prima : quia ante legem euāgelicam subfuerunt legi diuinæ, non tātùm ut illa fuit tradita in libris legalib. Moysi, sed etiam ut tradita est in libris prophetarum. modò ut sic lex diuina, ꝙ hibet eis mutuationem usurariam respectu cuiuscunque hominis. igitur. Minor probatur. Nam Ezech. 18. decernit Deus ad usuram mutuare esse mortale peccatū, non distinguendo cuicunque homini id fiat. & idem facit in libro psalmorum, ut deductū est in q. 22. conclusione tertia. sicut etiam ibidem fuit glossa hebraica allegata, in qua habetur, ꝙ etiam psalmista loquitur de usura respectu gentilium. Secundò sic : Eusebius Cesariensis Episcopus, quem Hieron. in tracta. de ecclesiasticis tractatoribus ciuem scripturarum & custodem noui testamenti vocat in 7. lib. de præparatione euangelica. ca. 2. ubi ponit præcepta legis mosaysæ, simpliciter & indistinctè intelligit Moysen prohibuisse Iudæis, ne fœnus exercerent, sicut enim inquit in fine illius capitu. Non tollas, quod non depositi : non tangas alienum, non mutues fœnore. Tertiò sic. Si non fuisset eis peccatum maximè : ideo quia eis dispensatiuè concessum fuisset saltem in libris legalibus Moysi, ꝙ possent mutuare ad usuram gentilibus. iuxta illud Deutero. 23. Non fœnerabis fratri tuo ad usuram &c. & infra, sed alieno. Sed ex hoc textu prædicta dispensatiua concessio non habetur, igitur. Minor probatur : quia ad illum textum dupliciter respondetur. Primò, ꝙ Moyses ibi eis non concessit uerā usurariam mutuationem secundùm quòd talem, sed similitudinariam. vt puta, si debes mihi vnū florenum, quem iniustè retines per rapinam, vel aliter detines me inuito, mutuo tibi x. vt vltra fortem reddendā des mihi dimidium florenum vel vnum florenum, quatenus mihi debitum recuperem in parte, vel in toto. hæc mea mutuatio est similitudinaria mutuatio usuraria, sed non est vere talis : quia licet mutuem spe recipiendi aliquid vltra fortem, non tamen ratione mutuationis, aut recipiendi quid mihi indebitum, sed aliquid alia ratione, scilicet quia ex re alias est mihi debita. Ita in proposito gentiles cohabitantes in terra promissionis detinebant iniustè terram illam quia terra illa a Deo erat data filiis Israel : vt igitur recuperarent: saltem in parte rem eis debitam poterant eisdem mutuare spe recipiendi aliquid vltra fortem non ratione mutuationis, nec aliquid eis indebitum, sed debitū, quia eis a Deo datum. Item vita talium gentilium erat data in manus israelitarū sic, quòd auctoritate Dei poterant eos occidere. ita etiam auctoritate Dei poterant eis licitè omnia bona eorum auferre. sicut igitur bello illa abstulisse potuissent, ita mutuatione prædicta spe recipiendi quid non ratione mutuationis & eis indebitum, sed quid a Deo eis concessum, & ratione illius cōcessionis. Et talis usuraria mutuatio etiam licita est hodie christianis in simili casu, vt etiam patebit infra. q. 2. q. & fundatur in c. ab illo. 14. q. 4. Et forte præter alias causas etiam partim ex illa causa iudei hodie arbitrantur sibi licere exercere usuras contra subiectos Romano Imperio, eo ꝙ illi eis abstulerunt locum & regnum. & sic eis videtur, ꝙ sint eis obligati ad satisfactionem: nescientes hi miseri iuste eos perdidisse regnum, quando regem proprium occiderunt. Sed contra hanc solutionem arguitur. hanc eandem eis concessit respectu gentilium, quam prohibuit eis respectu confratrum. igitur. veram concessit respectu gentilium. Dicendum, maior est vera, ꝙ eandem concessit in genere, & quo ad aliqua : non autem eandē in spē & per omnia. Nam in hoc conueniunt ambæ, quòd vtraque est mutuatio, & in vtroq; recipitur aliquid vltra fortem. Sed differunt : quia in vna accipitur aliquid ratione mutuationis, sed alia ratione. & accipitur quid debitum. Secunda solutio principalis ad textum pro iudæis allegatū est, ꝙ Moyses ibidem mutuationem usurariam non eis concessit concessione dispensatiua, quæ scilicet tollit culpam, ita quòd deobligauerit eos a culpa incurrenda, sed tantum eis eam concessit concessione simplicis tolerātię, quo modo quis concedit mala aliqua subditis, pro quanto eos non punit, sed impunitos transire disponit pro præsenti relinquēdo eos punitioni diuinæ in foro Dei. & hoc ideo vt uiderur in eis malus malum, quod oriretur, si id malum in eis non toleraret, nam iudæi ob auaritiam suam usuras accepissent a iudæis Deum colentibus, & etiam a gentilibus : ideo Moyses vt restringeret eorum auaritiam pro parte, videns ꝙ ipsam in totum non poterat tollere, permisit, vt usurus acciperent a gētilibus, quod minus graue est, quàm si accepissēt a iudæis Deū colentibus. Quæ autem illarum solutio horum sit verior, patebit in sequentibus dictis. Attamen quecunque earum detur, patet, ꝙ ex prædicto passu Deutero. non habetur, ꝙ mutuatio usuraria respectu gentilium fuerit iudæis tanquam licita concessa a Moyse. Et confirmatur. Nam Exod. 22. dicitur. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non urgebis eū quasi exactor, nec usuris opprimes. Vbi dicit Rabi Salomon, per hoc quòd dicit, populo meo pauperi, non excludit gentilem, sed datur intelligi, ꝙ prius & in minori necessitate debet iudeus mutuare iudæo, quàm gentili. Et ubi in litera nostra dicitur. nec usuris opprimes. in hebreo habetur. nec morsum pones super eum. Vbi secundùm Rab. Salo. per morsum intelligitur usura, & hoc ex illa ratione, quia, sicut serpens mordens in silentio

silentio parum percipitur, vel sentitur in principio, sed postea inficitur homo, & diffunditur effectus illi⁹ morsus per totum corpus, sic usuræ malum non sentitur in principio, sed postea ascendit ad summam magnam, & deuorat totum hominis substantiam, hæc ille. Ex quib. etiam habetur, ꝙ etiam secundùm illum docto. dare ad usuram gentilibus est prohibitum iudæis ex illa lege. Exod. 22. Quartò probatur illa conclusio. Dato, sed nō concesso, ꝙ Moyses eis illam concessisset etiam dispensatiuè tamen postea illa dispensatiua concessio fuisset a Deo retracta in libris prophetarum supra allegatis, in quibus indistinctè Deus decernit vsurariam mutuationem esse illicitam, & ita saltem illa eis fuisset respectu gentilium illi. ita a tempore prophetarum prædictorū. Quintò sic. Illud, quod est contra legem naturæ fuit iudæis peccatum ante legem euangelicam, nisi desuper a Deo habuerint dispensationem, mutuatio usuraria est contra legem naturæ respectu cuiuscunque hominis. igitur ante legem euangelicam fuit eis peccatum, nisi a Deo habuerint dispensationem. Maior notar. quia illa omnes ligat. minor patet in q. 22. conclusione prima. Modò Deus non dispensauit cum iudæis super illo, vt probatum est in tertia probatione. igitur. Dicitur notanter in maiore, nisi desuper a Deo &c. Nam ante legem euangelicam immo ante legem mosaicam, & tempore legis mosaicæ licuit quibusdam habere plures vxores simul, quod tamen est contra legem naturę, vt alibi deduci habet, sed hoc fuit ex diuina dispensatione exhibita eisdem, vt Abrahæ, Iacob, Dauid, Helcanæ. 1. Reg. 1. Similiter patet de repudio, vt infra dicetur.

Circa autem secūdam solutionem tactam in tertia probatione nota hæc duo dicta & quatuor argumēta. Primum, secunda solutio videtur improbabilis in hoc, quòd exponit illud dictum Moysi de permissione veræ vsuræ, quam dicit cum tantum per mutuationē simplicis tolerantiæ eis permisisse, probatur sex probationibus. Primò sic : nam imprudenter videtur actum, si legislator aliquos actus detestabilis (quos etiam culpabiles velle esse) expresse in sua lege diceret se velle permittere, & super eis concedere temporalem impunitatem : sufficere enim debebit tali prudenti legislatori facto concedere impunitatem, nō autem verbo eam in lege pollicendo. Secundò probatur idem. Nam simile foret dictum, sicut si Moyses diuisset. non adulterabis, sed forneris. i. ꝙ hibeo tibi adulterium etiam sub culpa & pœna in foro Dei, sed si vtique id vitare non vis, minus malum est, quòd forneris, quod etiam licet sit culpabile, illud tamen punire in foro humano non volo, sed illud est incongruum & indecens. igitur. Tertiò : quia talis legislatio est causa magni erroris in populo, præsertim quando legislator legem rudi dat populo : quoniam ex huiusmodi forma æquè creder sibi secundum simpliciter concessum, sicut credit, quòd sibi sit tantùm impunitas temporalis concessa. Quartò : quia ex huiusmodi assecutione temporalis impunitatis occasionabitur populus ad tanto citius committendum tale delictum. Quintò : quia hoc fuisset dicere, quòd Moyses permisisset eis ire ad damnationem, non demonstrando eis illam viam esse damnationis, cuius oppositum requiritur ad speculatorē : qa Ezech. 18. præcipit speculatori, ꝙ denūciet gladiū venīēte &c. Sexto : quia si illud dictum, fœnerabis alieno, intelligere tur permissiuè permissione simplici & non mistæ culpam, sequeretur, quod de plurimis passibus in scriptura, in quibus etiam dicitur, facies homo, non essemus securi, si ibi passus essent de re licita vel non, immo diceret posset de quolibet tali vel plurimis talibus, quòd tale quid agendo, de quo scriptura sic dicit. Fac hoc, vel illud, nihilominus peccaremus : quia diceretur, quòd tale dictum, fac hoc, intelligeretur permissiuè, permissione simplicis tolerantiæ : patet assumptum a simili. Nam 3. August. in epistola quadam ad Hieron. & habetur 9. distin. cap. si ad scripturas sacras, dicit sic. Si ad scripturas sacras admissa fuerint officiosa mendacia, quid in eis remanebit auctoritatis. q. d. nihil. Et hoc ideò est : quia quecunque auctoritas adducatur ad repellendum hæreticum, respondebit illud esse dictum mendaciter & iocosè, & sicut & illud alibi, ergo a simili sic erit hic. Secundum dictum. Malè præferunt quidam secundam solutionem primæ. Nam secunda est improbabiliter, prima autem probabilis & fundata. Secundò : quia tales præferentes secundam primæ addunt, quòd quamuis Moyses tali permissione simplicis tolerantiæ & comparatiua permiserit eis illud peccatum. cap. 25. tamen in cap. 28. illam permissionem reuocauit, quod sic ostenditur. Nam Deuter. 28. ait sic. Fœnerabis gentibus multis : tu autem fœnus a nullo accipies. In hoc inquam quòd de gentibus loquens subdit, dicens. Tu autem a nullo, supple gentili, vel hebreo accipies fœnus. i. vsuram ; prohibuit illud eis, quod prius permisit & sic reuocauit. Item in eodem cap. Aduena. i. gentilis fœnerabit tibi : tu autem non fœnerabis ei. Contra inquam hunc modum dicendi arguitur dupliciter. Primò sic. Nemo reuocat aliquid nisi posset reuocarum in alium statum, quàm fuerit ante. Sed mutuatio vsuraria per te non fuit eis in cap. 23. permissa, nisi permissione tolerantiæ, & non fuit eis concessa dispensatiuè quo ad culpam, quin voluerit eā eis esse prohibita quo ad culpam & pœnam in foro Dei. Si igitur nec in c. 28. eam prohibet, non adijciendo pœnam temporalem, sic & nullam adiecit in ca. 28. igitur non ponit illam in alio statum, quàm prius fuerit. Secundò probatur : quia sic dicentes non intelligunt verba Moysi in c. 28. Nam cum ait. Tu autem a nullo fœnus accipies, non capitur fœnus pro usura, sed præcisè pro mutuo, quod patet, nam præcedens verbum, scilicet fœnerabis gentibus multis. non capitur pro exercere vsuram, ut sic dicentes met dicunt, sed accipitur præcisè pro mutuare. Vade etiam fœnero as, non significat semper mutuare ad usuram, sed significat mutuare, siue hoc sit ad usuram, siue non, quod patet. Nam Hiero. grammaticæ peritissimus in translatione sua ad fœnerare addit dicens in cap. 23. Non fœnerabis ad usuram, ergo. Secundo : quia illa verba non debent legi præceptiuè, uel prohibituè, quasi Moyses ibi aliquid eis præceperit, uel prohibuerit : sed prophetice. Voluit enim dicere, si seruaueris legem Dei, tanta tibi erit diuitiarum abundantia, ut multis gentibus possis mutuare, etiam gratuitè, & quòd ea non indigebis mutuo cuiuscunque. Nam in illo capitulo tractat primò de benedictionibus uenturis super obseruatores legis. Secundò tangit maledictiones super transgressores. Tertiò : quia in alio passu eiusdem capituli, scilicet adcena fœnerabit

fibi: tu autem non fœnerabis ei. iterum non loquitur de usura, sed de mutuo præcisè, nec etiam ibi loquitur prohibitivè, sed propheticè, vt sit sensus, si non seruaueris legem Dei, ad tantam egestatem venies, quòd cogeris mutuum recipere a gentili, & tu non poteris ei mutuare. Vnde capitulum 28. est capitulum maledictionum quas Moyses propheticè denunciauit populo Israel non seruanti, & seruanti legem Dei. Et ex his possunt reprehendi aliqua dicta Panorm. in cap. post miserabilem. vbi recitando motiua iudæorum, dicit, quòd ipsi putant sibi licere vsuram exercere contra christianos per id, quod habetur Deutero. decimoterrio. Fratri tuo non fœnerabis: quia dicunt, quòd contra gentes liceat fœnerari: & respondendo ait. Non obstat hæc auctoritas: quia illa non facit, nisi per contrarium sensum & argumentum a contrario non valet, vbi contrarium est alibi expressum, hæc illic. Deficit enim hic dupliciter. Primò: quia non habetur Deutero. decimooctauo, quod allegat, sed Deutero. vigesimoterrio habetur, & hoc sic. Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram &c. & infra subditur, sed alieno. Secundò: quia melè soluit. Nam auctoritas prædicta non tantùm facit secundùm iudæos pro eis per argumentum a contrario sensu: quia non tantùm dicitur ibi, non fœnerabis fratri tuo ad vsuram: ita vt oporteat argutiùs ibi elicere, Deum concessisse eis vsuram contra gentiles: quia etiam illud, quod per argumentum a contrario sensu esset inferendum, ponitur consequenter expressè ibi cum sit, sed alieno. Vnde oportet aliter respondere illi eorum argumento, quàm ipse respondet, scilicet modo dicto supra.

Contra primum dictum arguitur. Repudiare vxorem ex alia causa, quàm ex causa fornicationis, & maximè ex illa: quia non placet in oculis viri, est contra legem naturæ, & tamen Moyses illud permittendo per missionem simplicis tolerantiæ expressit eandem permissionem verbo in lege sua dicens Deuter. vigesimoquarto. Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem, scribet libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua: ergo nec reputandum esset imprudenter actu, si vsuram existentem contra legem naturæ iudæis permittendo permissione simplici, expressisset illam permissionē uerbo in lege sua, & per consequens fundamentum primi dicti est nullum. Minor nota; maior probatur: quia matrimonium debet esse indissolubile, & etiam quia cum ad præcepta iudicentur vir & vxor quo ad legem matrimonij, secundùm legem naturalem æquè deberet mulier repudiare posse virum ex quacunque causa, quod tamen non licebat, & etiam patet: quia Christus Matth. 19. fatuit repudium tale esse illicitum, in quo statuto dicit, reduxisse matrimonium ad legem naturalem. Dicendum, concedendo maiorem, & negando minorem. Nam Moyses auctoritate diuina ipsis iudæis permisit repudium non tantùm permissione simplicis tolerantiæ, immo concessione dispensatiua, qua scilicet etiam tolerentur culpa repudij, sic quòd iudæi repudiando nec incurrebant pœnam, nec culpam apud Deū, Deo obligante eos ab obseruantia legis naturalis in hac parte. & hoc fecit ad euitandum malus malum. ne cum iudei non possent vxores exosas repudiare, eas potius occiderent, quàm retinerent: & ideo nimirum quòd illam permissionem expressit in lege sua. Et si arguatur, saltē plurimi theologi tenent, quòd permissio repudij fuerit simplex tantùm, & non Deo obligatoria a culpa. Dicendum, verum est, sed contrariis opinio iam posita videtur verior, vt patet intuenti rationes Scot. in 4. dist. 33. vbi probat illam partem, & eam defendit contra rationes ad oppositum. Petrus etiam de Palu. in quarto suo dicit illam veriorem videri. Et si replicetur. Sicut ergo Deus potuit contra legem naturalem dispensando concedere iudæis repudium concessione dispensatiua præseruante a culpa & pœna, ita etiam potuit etiā contra legem naturalem prohibētem vsuram respectu cuiuscunque dispensando eam concedere iudæis concessione dispensatiua præseruante a culpa & pœna. Dicendum, concedo, quòd potuit, sed de facto non fecit in vsura sicut in repudio. In multis enim lege naturali prohibitis potest dispensare, sed non facit, nec facit in omnib. Et si replicetur. Cum circa vtrunque potuit dispensare: vnde ergo negas eam dispensasse de vsura, & tamen concedis eam dispensasse de repudio, cum tamen textus saltem superficietenus verunq; æquè videatur concessisse. Dic, ex hoc sumitur rō differentiæ: quia libri prophetarum, qui in nonnullis declarant legales, repetunt concessionem repudij, vt patet Malach. 2. qui fuit vltimus prophetarum, vbi dicitur. Si odio habueris eam, dimitte eam. Sed oppositum fit de vsura: nam libri prophetarum damnāt vsuram, etiam indistinctè nihil excipientes: vt allegatum est. igitur.

Tertia conclusio. Iudæis a tpe legis euangelicę nunquam fuit licitū mutuare ad vsuram, ēt hominib. alterius nationis vel professionis, vt puta christianis. Probatur quinque rationib. Prima est, iudæi a tpe legis euangelicę tenētur eidem legi subesse, sed illa prohibet mutuationem vsurariam respectu cuiuscunq; hominis, & ēt ipsis iudæis ipsum prohibet. igitur conclusio vera. maior probatur: quia eis præceptū est audire legem Messię, audire inquam per obediētiam, quod tangitur Deutero. 18. vbi Deus loquens de propheta legislatore. s. de Messia eis suscitando dicit, Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum simile tui, & ponam verba mea in ore eius, loquenturque ad eos omnia, quę precepero illi, qui autem verba eius, quę loquetur in nomine meo audire noluerit, ego vltor existam. Modò lex euangelica est lex Messię. quia Christus est Messias eis in lege promissus, vt probari potest alibi. Item Matth. 18. ait pater. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Minor pro prima parte patet: quia indistinctè dicit. mutuum date nihil inde sperantes, scilicet a quocunque, cui mutuaueritis. & non dubium, quin voluerit, quòd a suis fidelibus. s. christianis, cui mutuatur, nihil deberet exigi. Pro secunda parte probatur: quia illud verbum dixit discipulis suis, qui erant indęi: & non tantum illis iudęis, qui erant discipuli sui, sed copiosę multitudini plebis ab omni Iudea & Hierusalem, & maritima, & Tyri, & Sidonis, qui venerant, vt audirent eum. Luce. sexto. Secunda ratio, dato quòd non subessent iudei hodie legi euangelicę, sed tantum legi mosaicę, adhuc non liceret eis mutuare christianis ad vsuram, quia ex lege mosaica etiam est eis hoc prohibitum,

tum, vt patuit in secunde conclusione. igitur. Tertia ratio: dato (sed nullatenus concesso) q̄ ante legem euangelicam mutuare ad vsuram gentilibus licuisset ex hoc, quòd Deus cum eis contra legem naturalem dispensasset: tamen supernenientе lege euangelica, illa eorum dispensatio fuisset renocata & euacuata. igitur amplius non maneret eis ipsa mutuatio vsuraria licita. Consequentia nota. Antecedens probatur: qa veniente lege euangelica corruit lex mosaica, tam quo ad præcepta legalia, quàm quo ad priuilegia eis contra legem naturæ concessa. Primum alibi habet declarari, secundum patet. Nam bigamia, seu pluralitas vxorum, similiter & repudium vxoris ex causa alia a fornicatione fuerunt eis dispensatiuè concessa, & per legem euangelicam, quæ reduxit omnia ad legem naturæ, renocata sunt & prohibita per Christum. Ita ergo cum vsura sit contra legem naturalem, ipsa similiter sicut & alia fuisset renocata, si eis aliquando fuisset dispensatiuè concessa. Quarta ratio, si iudæi licitè mutuarent christianis ad vsuram, etiam licitè reciperent ipsas vsuras ab eis. igitur vsura esset eis lucrum licitum, sed hoc non: quia tunc non essent compellendi remittere vsuras eis nondum solutas, nec essent compellendi iam receptas restituere, cum etiam meretrices lucra earum, quę per illicita opera acquisierunt, non sint compellendæ restituere, multo minus compellendi essent iudæi vsuras, quæ essent licita lucra, & per mutuationem vsurariam licitam eis acquisita restituere. Et si sic, tunc constitutio ecclesiæ esset iniqua in c. post miserabilem. extra. de vsu. in qua præcipitur principibus & potestatibus, q̄ compellāt iudæos ad remittendum vsuras christianis, & hoc sub pœna denegationis communionis christianorum ad eos. sic, s. q̄ vniuersi Christi fideles sub pœna excommunicationis debebunt eis nō communicare in mercimoniis, nec in aliis, donec remiserint vsuras christianis, hæc in quam constitutio esset iniqua: quia tolleret iudæis lucra licita & eis debita, consequens est falsum: quia cū ecclesia sit cultrix & mater iustitiæ, non auferreretis, quod eis est debitum, sed potius mandaret eis illas soluī. Nam in c. per tuas. de donat. dicitur. ecclesia in actibus suis non debet aliquam fraudem adhibere. Vnde nec deberet iudæo volenti baptizari iniungi, q̄ restituret vsuras a christianis acceptas, & nolenti id facere, nō deberet ob hoc denegari baptismus, cuius oppositum tenet vsus ecclesiæ, qui non est erroneus. Quinta ratio, si iudæis esset hodie licitum ad vsuram mutuare christianis, maximè ideo: quia cum iudęis, immo cuilibet sit licitum & concessum mutuare ad vsuram suis hostibus, vt declaratum est in secunda conclusione, christiani autem sunt hostes iudæorum. igitur. Sed hoc non est, quod patet tripliciter. Primò: quia non licet cuiquam mutuare ad vsuram suis hostibus, loquēdo de vera mutuatione, vbi. s. recipitur quid indebiti vltra sortem, & ratione mutuationis, quamuis de similitudinaria veraīa sit, vt declaratum est in secūda conclusione. modo hæc tertia conclusio loquitur de vera tāmen. igitur. Secundò: quia non est verum, q̄ christiani sint hostes indæorū: immo christiana pietas tolerat, receptat, ac sustinet eos, gratiamque impendit, vt dicitur in cap. & si iudæos. extra, de iudæis. Nam & christiani prohibent indæis inferri iniurias per christianos, vt patet in cap. sicut indęi. extra, de iudæis. cum similib. nequaquā enim nobis hæc facerent, quę nos eis impendimus, & ex opposito res sese haberēt. Item iudei sunt cines Romani. l. iudæi. cum l. sequenti. C. de iudæis. Tertiò: quia si essent hostes eorum, tamen iusti hostes essent. Vnde etiam sua propria culpa fuit misit eos seruituti perpetuæ, vt dicitur in capit. & si iudæos. extra, de iudæis. Modò non licet mutuare ad vsuram hostibus nisi inter illis, quos scilicet liceret occidere, vel bona eorum diripere. Fatendum est tamen, quòd si qui iudei haberent aliquos iniustos hostes, qui contra iustitiam eis detinerent bona, licitum esset (cessante saltem scandalo) eis mutuare ad vsuram talibus hostibus suis mutuatione vsuraria similitudinaria modo p̄dicto, hoc enim etiam est licitum christianis & cuicunque (dummodo cesset scandalum) & aliàs recuperare non posset via iuris. Nam etiam si quis rem meam iniustè detineat, quam ab eo via iuris obtinere non possum, illam occultè possum recipere cessante scandalo & periculo meo, & aliorum, alijsque conditionibus concurrentibus, de quibus in tractatu restitutionum videri habet.

Quarta conclusio. Pertinaciter credens hanc propositionem, iudęis nō est peccatum mutuare christianis, vel alijs ad vsuram, est hæreticus. Probatur: quia qui pertinaciter credit aliquam propositionem contradictoriam alicui veritati contentę in canone biblię est hæreticus, prædicta propositio est huiusmodi: quia ex canone biblię habetur, q̄ est eis peccatū, vt deductum est. igitur. Secundò: quia in clemen. vnica, de vsur. indistinctè dicitur, quòd pertinaciter affirmans, q̄ vsuras exercere non sit peccatum, est veluti hæreticus puniendus: nec dictio velut, diminuit de veritate hæretici, sed potius exprimit veritatem. sicut Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre. Tertiò probatur a simili: nam pertinaciter credens fornicationem simplicem non esse peccatū iudæis, vel aliquib. alijs populis, est hęreticus, & hoc non nisi: quia est contra scripturam canonicam ostendentem fornicationem esse mortale peccatum. cum igitur ad Eph. 5. omnis fornicator non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. ergo eadem ratione hic etiam sic erit.

Contra secundam conclusionem arguitur. Illud q̄ permittitur alicui tanquam præmiū virtutis, & tanquā benedictio, non est ei peccatum, iudæis autem permittitur mutuatio vsuraria respectu gentium tanquā præmium virtutis. s. obseruationis legis Moysi, & tanquā q̄dam b̄ndictio. igitur non est eis peccatum. Minor p̄batur Deute. 15. vbi populo Israel si obseruare legē Moysi dicitur. Fœnerabis gentibus multis. Solutio patuit in secundo dicto secundæ conclusionis.

Contra tertiam conclusionem arguitur, in c. quanto. de vsur. prohibetur duntaxat, quòd iudęi immoderatas vsuras non extorqueant a christianis. igitur eis licitum est moderatas exigere vsuras. tenet consequentia per argumentum a contrario sensu, quod est validum in iure. Nam specificè exprimendo in prohibitione immoderatas, videtur concessisse moderatas. Dicendum per tres solutiones. Prima, omnis vsura est immoderata, quod dupliciter patet. Primò: nam cum quis accipit vltra sibi debitum, accipit aliquid sibi indebitum, quantuncunque parum sit, illud dicetur immoderatū: quia p̄ virtutem iustitiæ, quæ vtig;

modum habet, est capere a proximo indebitum capienti. Secundò patet idem: quia omnis vsura vocatur quædam superabundantia, vt patet per Hier. super Ezech. li. 6. & habetur in c. putant. 14. q. 3. Superabundantia autem & immoderantia coincidunt, & ita prohibendo immoderatas vsuras, nullam vsuram non prohibet. Et si replicetur. si omnis est immoderata, cur ergo addit immoderatas, cum de se inesset vsuræ. Dicetur, q illud adiectiuum additur non ad restringendum, vel ad contrahendum vsuras, sed ad vituperium rei prohibitæ, sicut dicendo, prohibemus omnem fornicationem, q̃ mala est, non innueretur quasi aliqua foret non mala. Attamen hæc solutio licet in se contineat veram, non est tamen ad mentem illius. c. ibi enim vult loqui de certis & determinatis vsuris, quæ sunt comparatiuè, vel excessiuè immoderatæ. i. graues. Nam ibi addit di. graues & immoderatas. Ideo secundò dicendum negando consequentiam. & ad probationem dicendum, q̃ argumentum a contrario sensu non est in iure validum in duobus casibus. Primò, quando contrarium inuenitur in iure: modo in iure inuenitur, q̃ etiã leues vsuræ sunt prohibitæ. immo omnes vsuræ: vt patet 14. quæst. 3. & 4. per multa ca. Secundò non valet, quando per illud argumentum sequitur absonus intellectus constitutionis: modò absonum esset, si intelligeretur constituto concedere leues vsuras, quæ & ipsę sunt contra legem diuinam. Tertiò dicendum, dato quòd ius canonicum nullibi prohiberet iudæis leues usuras: immo nec graues, non tamen sequeretur, non prohibet: igitur non est illicita: quia ius canonicum non est omne ius. sufficit enim, quòd alius, scilicet diuinum prohibeat.

QVAESTIO XXV.

Vtrum Potestas secularis, ac prælatus ecclesiasticus possit, atque debeat prohibere iudæis mutuationem vsurariam, atque iudæos contrauenientes prohibitioni possit ac debeat punire. Solutio quæstionis stat in duabus suppositionibus, duabus conclusionibus, & quatuor argumentorum solutionibus. Prima suppositio, per potestatem secularem, in proposito intelligo potestatem secularem, non etiando, an re fideat apud vnum: puta regem, ducem, comitem, & sic de aliis, vel apud plures consules, vel rectores ciuitatis. Secunda suppositio, differunt posse ac debere. Nam multa quis potest etiam licitè, quę tamen non debet, ideò non tenetur, sed econtra, quęcunque quis debet etiam potest, & loquimur de debere regulariter loquendo: quia an in certis casibus debeat eos non prohibere, nec punire, sed tolerare, patebit in sequenti quæstio.

Prima conclusio. Potestas secularis & prælatus ecclesiasticus potest & debet iudęis sub se degentibus prohibere mutuationem vsurariam christianis fiendam, & si contrauenerint prohibitioni eosdem punire. Probatur quatuor rationibus. Prima, potestas secularis & prælatus ecclesiasticus potest & debet iudęis prohibere id quod est eis peccatum contra legem diuinam etiam eorum, seu veterem & naturalem, si saltem est peccatum, quod alias natum est cadere ad forum contentiosum. vsuraria mutuatio christianis facta est tale peccatū. igit. maior nota. Et dꝫ notanter. si saltē &c. propter peccata mentalia & similia, de quibus humanus iudex se non habet intromittere. Minor patuit in precedenti quæstione, conclusione 3. & 2. Quòd autem natum sit cadere ad forum contentiosum patet: quia est peccatum, de quo constare potest iudicialiter & lędęs proximum ac rempublicam: quoniam exhaurit facultates christianorum. vt in c. quanto. de vsuris. Et vsurarius dꝫ trucidator pauperum ab Augus. 14. quæs. 4. in cap. quid dicam. Et etiam dicitur effusor sanguinis Christi. eadem cā. q. 5. c. immolantes. Item si non esset natum cadere ad forum contentiosum, tunc etiam quando christiani illud committerent, non deberent de hoc iudicialiter euacuari & puniri, quod est falsum, Secunda ratio, si iudæus degens sub potestate seculari committeret homicidium, rapinam, aut consimile crimen contra legem naturæ & diuinam, potestas secularis eosdem puniret, commisisset enim crimen prohibitum etiam a potestate seculari tanquam perniciosum reipublicę. modò vsura est peccatum iudęis, & est crimen pernitiosum reipublicæ, sicut & rapina. Nam & Ambr. uocat eam rapinā, & Tulli. vocat eam homicidium, vt patuit. q. 2. 2. igitur potestas secularis illud prohibere poterit eis, & punire, tenetur punire, tenet pña ex identitate rationis. vnde & non nullis iuristarum vꝫ, q̃ si infidelis ꝫhat matrimoniū cū duabus mulieribus eodem tempore, pōt per ecclesiam puniri, si detur facultas: qa ꝫ ius diuinū est prohibitū, q̃ quis ꝫhat matrimonium cum pluribus eodem tempore. immo & per legē naturę, ad quam Christus reduxit matrimoniū in lege sua. Hoc tñ illorum dictum non vꝫ vsq; quaq; certum. Nam sicut infideles ecclesia pmittit, nec prohibet legē & fidem suā seruare, sic nec vꝫ eis prohibere concomitantiam per se fidem, & legem suam seruare, et si in illis discrepēt a lege nra. Si igitur infideles ex suæ legis & fidei concessione habeant, q̃ possit ducere plures vxores simul, nō vꝫ q̃ ecclesia eos super hoc punire deberet, hoc enim est in materia, in qua a fide nra discrepant, & in talib. punctis videntur tolerari, sicut & in fide sua, sicut enim iudæi permittuntur fidem suā & legem seruare, sic nec ecclesia eis prohibet ritus suos cerimoniales & repudium, quòd tñ in lege naturali est ꝑhibitum, nec prohibet eis, q̃ frater ducat vxorē fratris prædefuncti, quod apud nos nequaquam liceret: immo etiam id videtur esse contra legem naturalem, dispensatiuè tamen fuit eis cōcessum. nec si aliqui saraceni habitarent sub ditione christianorum, ecclesia cosdē puniret, si duceret saracenus iuxta ritum legis suæ plures vxores, sed de hoc alibi. Vnde & in maiori primæ rationis subintelligendum est, dummodo tale peccatum nō sit actus, de quo ex legum & fidei diuersitate est contraria opinio, an licitus sit, vel non, & per hoc excluderetur instantia possibilis fieri contra maiorem, de hoc quòd est iudæum vel saracenum ducere plures vxores secundùm legem suam, vel repudiare vxorem, quod tamen licet sit contra legem diuinam & naturalem, & sit natum cadere ad forum contentiosum, non prohiberi debet eis. sicut etiam, econtra non dāt cogi ad dimittendum ritum suæ legis, nec cogendi ad ritus cōtrariæ legis. f. nostræ. Nec dicere possunt iudæi, opinionem eorum de vsura respectu christianorum esse vnam de illis opinionibus, quæ ex diuersitate fidei & legum prouenīunt. Nam ex lege sua bene intellecta non habent, ut eis liceat exercere usuras respectu christianorum:

stianorum: cum illa etiam eis cam prohibeat respectu quorumcunque hominum, ut patuit quæstione precedenti. Non ergo possunt se tueri, quasi hoc sit vnum de concessis eis per legem suam, sicut de repudio se tueri possunt, vel de pluritate vxorum, vel ducendo vxorem fratris sui prædefuncti sine liberis. Nam illa ex lege eorum eis concessa sunt. Vnde si legem suam sic intelligant, ut eis sit licita vsura, possunt super hoc coerceri. Nam & Papa posset in eos animaduertere, si illud legis suæ, non occidas. exponerent taliter, quòd liceret eis occidere christianos. Nam illud est hęresis etiam contra legem eorum bene intellectam: sicut multas iniquas cōtra legem diuinam & naturalem habent constitutiones & sententias in suo talmuth: ut puta mandatur eis in talmuth, quòd faciāt omne damnum gentilibus, & signanter christianis: quia reputant eos absolutos idolatras. Item dicunt, quòd liberè & sine peccato potest iudæus recipere bona christianorum, & quòd iudæus non debet uendere christiano bestiam, nisi pro multo maiori, quàm ualeat. Item quòd meliorem de gentilibus, & meliorem christianum debet occidere iudæus, & multa alia, de quibus uide in fortalicio fidei. lib. 3. consideratione 7. circa fin. Tertia ratio, si non posset, nec deberet: maximè quia neuter haberet iurisdictionem in iudæos: sub se degentes: sed hoc non. Primò: quia tunc non plus haberet potestatis, uel iuris in iudæos in suo districtu morantes, quàm in transmarinos, quod est falsum. Secundò: qa ratione delicti quis fortitur forum, & per consequens in eos accipit uterque iurisdictionem, & sicut ratione delicti, ita ratione contractus iudæus fortitur forum. Vnde & Papa mandat iudæis in ca. quanto. de usur. ut soluant decimas de bonis, quæ ad eos peruenerunt de manibus christianorum. Tertiò: quia in cap. post miserabilem. de usur. Papa mandat principibus & seculatibus potestatibus, ut compellat iudæos ad remittendum christianis usuras. sed hoc non faceret Papa, nisi aliquam haberet ipse & potestas secularis iurisdictionem in iudæos. Quartò: quia culpa eorum subiecit eos seruituti Romani Imperij, cui etiam ante illam seruitutem ipsi professi sunt se subiectos, & licet post ab eo rebellauerint: tamen seruituti Romani Imperij subiecti sunt iusto bello. Modò talis dominus habet iurisdictionem & potestatem in seruum suum cohibendi eum a delictis & puniendi. Quintò: quia si non, maximè quia ipsi sunt infideles, & per cōsequens extra potestatem fidelium, sed hoc non arguit: nam etiam infideles nonnunquam a Deo habent potestatem super tam infideles, quàm fideles: ergo multomagis fideles possunt super infideles habere potestatem, & per consequens prædicta causa non habet locum. Antecedens ꝑbatur: nam Assyrij acceperūt a Deo potestate non solū super populum gentilem, ut super Moabitas, ut patet Hiere. 48. sed etiam super populum israel cum concul candi vi lutum platearum, quamuis illa potestate abusi sint, ut patet Esa. 10. Secundò idē habetur de Caldeis, qui acceperūt potestatem contra tam gentiles, quàm iudæos a Deo, ut ciuitatem Hierusalem & templum deus starent, & populum in captiuitate abducerēt, quę omnia diffusè patent in Hiere. & Esa. ac alijs prophetis. Tertiò idem habetur de Romanis. Nam Aug. vult, q̃ Romanis quamuis essent infideles, Deus dederit tam latum & tam magnum imperium. Ideo, ut punirent grauia mala aliarum gētium. Vndē ait in 4. de ciui. Dei. ca. 13. in prin. Quamobrem cum alia diu fuissent regna orientis illustria, uoluit Deus & occidentale fieri, quod tempore esset posterius, sed imperij magnitudine & latitudine illustrius, idque potissimum talibus concessit hominibus ad demandum grauia mala multarum gentium. Vnde etiam Paulus mandat christianis, vt obedię tiam prestent suis superioribus, qui tamen erant infideles, vt patet ad Romanos. 13. & ibi. Petrus. 1. Pe. 2. Quarta ratio, potestas secularis potest & debet prohibere iudæos, ne exigant a christianis usuras, propter quas antea eis mutuauerant, & si receperint, q̃ eas restituant. igitur potestas secularis potest & debet iudæis prohibere mutuationem usurariam. Antecedens patet in c. post miserabilē. de usur. Consequentia autem tenet tripliciter. Primò: quia pari passu quò ad iniquitatem ac nocumentum proximi & reipublicæ ambulant mutuatio & usuræ exactio, & eiusdem receptæ detentio. Secundum patet: quia mutuatio usuraria non nocet ꝑ se primo, nisi subsequatur exactio & usuræ detentio. Primum autem patet: quia furari, uel rapere, non minus est peccatum, quàm uelle furari. igitur etiam receptio usuræ, & eius detentio non minus est peccatum, quàm mutuare ad usuram. modò potestas secularis ac prælatus ecclesiasticus prohibere debet receptionem usuræ propter eius iniquitatem & pernicioſitatem in proximum & rempublicam. Secundò tenet consequētia: qa qui potest & debet prohibere, ne quis consumet peccatum inceptum, & in ipso perseueret: habet etiam & debet prohibere, ne ipsum incipiat actu exteriori per uoluntatem egredientem limites suos. Modò exigere, seu recipere usuras, est consumare peccatum usuræ, & ipsas detinere est in ipso peccato perseuerare: mutuare autem ad usuram est incipere peccatum usuræ actu exteriori per uoluntatem egredientem limites uoluntatis, sicut is, qui baliſtam uibratam emittit, & si non tum occiderit, egressus dicitur limites uoluntatis, atq; punitus a iudice. Tertiò tenet consequentia: quia qui potest & debet prohibere id, quod prohibere est difficilius, pōt & dēt & prohibere id, qd est facilius, existens. via ad difficilius prohibendum. Mō difficilius est, quæ iam facta sunt prohibere, ne instituantur, & q̃ tollātur. cuiusmodi est usurarū receptio, q̃ prohibere nōdū facta, ne fiat, cuiusmodi est mutuatio ad usuram recipiendam. Et si dicatur ad hanc quartam probationē, q̃ licet Papa mādauerit principib. vt compellat iudæos ad remittendū usuras, quas exigunt, aut restituendum iam receptas, tñ hoc nō facit Papa ex illa radice, q̃ Papæ uel ecclesiæ sit, uel debeat esse ulla cura de peccato iudæorum: qm ei de peccato eorū nulla cura est, nec dēt esse, sed facit vt caueat inderanitati christianorū, cui cauere ꝑ se, & principes seculares tenentur. Dicēdum, dato q̃ hoc esset verum (quod tamen non est, vt in sequenti conclusione ostenderur) tamen per hoc non præiudicatur veritati conclusionis positę. Nā conclusio posita non dicit, q̃ ip si ex illa, vel alia radice id possint, vel debeāt facere, sed tantùm, q̃ possint & debeant. Et dato quòd ecclesia nō deberet, nec tenereturse intromittere de tali mutuatione, inquantum est peccatum iudæis: tamen inquantum est occasio christianis ad multa peccata, tenetur eam prohibere. Hæc enim mutuatio, occasionat christianos

ſtianos ad multa mala : ut patebit in quæſtione 48.

Secunda concluſio. Non eſt uerum, quòd eccleſia faciendo iudæos compelli ad remittendum chriſtianis uſuras, id faciat tantummodo, ut caueat chriſtianorum indemnitati, & non etiam ideo quòd ſibi ſit, uel debeat eſſe cura de peccatis iudæorum, quibus peccãt exigendo uſuras. Probatur quadrupliciter. Primò ſic. Eccleſia faciendo compelli chriſtianos uſurarios ad remittendum chriſtianis uſuras, facit hoc ex utraq; prædictarum cauſarum. igitur etiam idem facit ex utraque cauſa faciendo iudæos ad illud compelli. Tenet conſequentia : quia eccleſia etiam tenetur diligere iudæos dilectione euangelica, nolendo eis bona gratię & gloriæ, & nolendo illis incompoſſibilia, cuiuſmodi eſt peccatum mortale uſurarum : ergo tenetur nolle in eis peccatum uſurarum, & per conſequens ſibi eſt & debet eſſe cura tanta & talis, quanta & qualis exigitur ex præcepto dilectionis euangelicæ, hoc autem exigit, ut publica crimina (ſaltem reipublicam lædentia ac proximum, & nata cadere ad forum ſeculare & eccleſiaſtici cum) dilectis prohibeantur & deſuper puniantur ut ab eiſdem coerceantur. Vnde Ariſtotel. 7. Ethicor. dicit, quòd ad bonos pertinet nec mala agere, amicis concedere, nec miniſtrare, ſupple mala. ſi igitur tenemur eſſe amici iudæorum ex charitate euangelica, ſequitur propoſitum. Secundò ſic. Si iudæus chriſtiano furetur, rapiat, uel occidat chriſtianum, iudex ſecularis eundem puniendo id facit ex utraque cauſarum, ſcilicet quia damnum proximo, ac reipublicæ intulit : & etiam quia peccauit peccato nõ tantùm lege diuina & naturali prohibito, ſed etiam humana lege, uel municipali ſtatuto, cui in hac parte uoluit pro tranquillitate reipublicę ſubiici iudæum ſuis ciuibus cohabitantem, & id potuit, & debuit. Ergo ſimiliter ponit iudæum uelle ſubiectum eſſe legi humanæ, uel ſtatuto municipali prohibenti uſuram tanquam peccatum lege diuina & naturali prohibitum atque tanquam damnoſum reipublicæ. & conſequenter contrauenientem punire etiam, inquantum peccatũ tale fecit, tenet conſequentia a ſimili. Nam ſicut rapinam, ita & uſuram exercere eſt crimen lædens proximum & rempublicam. Vnde & ipſa rapina dicitur ab Ambro. & homicidium a Tullio, ut in quæſtione 22. habitum eſt. Tertiò ſic. Fundamentum ac ſuppoſitum aduerſariorum huius concluſionis eſt falſum. ergo eorum opinio falſa. Antecedens probatur. Sapponunt enim pro fundamento, quòd eccleſiæ non ſit cura de ſalute iudæorum, quod dupliciter oſtenditur eſſe falſum. Primò : nam fideliter orat pro eorum converſione nedum in die paraſceues, ſed & in aliis collectis inſtitutis per eccleſiam ac frequentatis. immo Apoſtolus Petrus mandat chriſtianis honeſtam converſationem habere inter gentiles, partim ex illa cauſa, ut eorum exemplo convertantur ad fidem, ut patet 1. Pet. 2. Non minus autem debet ſibi cura eſſe de iudæis, quàm gentilibus. igitur ſi eorum converſio eſt ſibi cordi & curæ, tunc per cõſequens ſibi ẽt eſt curæ id, quod ad illam converſionem diſponit, hoc aũt eſt abſtinentia a peccatis lege diuina & naturali damnatis, cuiuſmodi eſt uſura. Citius enim illuſtratur a calibus abſtinẽs, quàm ſe illis pollutus, ut patet in ſimili de Cornelio Act. 10. Secundò idem oſtenditur eſſe falſum : quia ſpõſę cura debet eſſe, ne offendatur ſponſus undecunque. Deus autem ſponſus eccleſiæ offenditur cuiuslibet hominis peccato. igitur eccleſiæ debet eſſe cura de peccato, etiam cuiuſcunq; hominis, licet maior de uno quàm de alio : qa magis obligata eſt domeſticis quàm extraneis, ſed non ſequitur. minorem curam illis debet. igitur nullam curam. Nec valet argumentum eorum dicẽdo. Iudęi ſunt in ſtatu damnationis. igitur nõ debet eſſe eccleſiæ cura de eis. Nam æquè concluderet, q eccleſiæ cura deberet eſſe de multis chriſtianis exiſtẽtib. in ſtatu reprobo, vt de uſuriariis & meretricib. & ſicut eccleſia de ſuis chriſtianis malis, nõ ſcit ſi ſint finaliter in illo perſeueraturi. iõ ſibi eſt cura, vt eos ab illo auertat. Sic etiam neſcit, ſi iudæi illi, vel illi ſint finaliter in iudaiſmo perſeueraturi. ideo cura ſibi debet eſſe, ut ab illo conuertantur, & per cõſequens de mediis cõducentib. ad illam converſionem, qualis eſt abſtinentia ab uſuris. ſunt ergo iudæi in ſtatu damnationis, ſed non ſunt inconuertibiliter in illo ſtatu. pro exiſtente autem conuertibiliter in ſtatu damnationis eccleſia curã hẽt. igitur. Quartò, eccleſia deberet ſe de eorum peccato intromittere, inquãtũ illud eorum peccatum eſt offenſiuum Dei, ẽt ſi non intromitteret ſe de eorum peccato, vt eſt ſaluti iudæorum nociuum. Probatur : q tenetur ad hoc agere, vt non offendatur Deus. Vnde Auguſt. in ſermo. plurimorum martyrum ſic inquit. Quando aliquis in Deum peccauerit, ſi ſine grãdi diſtrictione voluerimus indulgere, participes peccati eorũ efficimur. Vnde grauiter peccaret prælatus, ſi talẽ non corrigeret. Nam vno peccante non punito, ira Dei deſeuit ꝑ innocẽtes. l. dif. ſi quis dyaconus. in ſi. & 1. q. 4. §. ſicut populus. & c. turbatur. Quintò, diſpoſitio c. 1. de vſur. in 6. in tell. igitur tam de iudæis vſurariis q̃ chriſtianis, vt patebit in q. 27. in concluſione 6. & tamen illud ca. fundat ſe in periculo animarum. igitur ſibi etiam eſt cura de ſalute iudæorum. Sextò ſic. Prælatus eccleſiaſticus non habetur in laicum, & per ꝯſs in infidelem iuriſdictionem quo ad eius temporalia bona niſi ratione peccati, cum ergo Papa in cap. poſt miſerabilem. de vſuris, diſponat de temporalibus bonis iudæorum, ſcilicet vſuris a chriſtianis acceptis, vel accipiendis, hoc erit ratione peccati, ideſt quia cum peccato illas capiunt, uel detinent. igitur non tantùm vt indemnitati chriſtianorum prouideat, ſed etiam vt peccata iudæorum coerceat, id facit eccleſia. Maior probatur : nam temporalitas non eſt ſufficiens ratio deferendi ipſam iuriſdictionem ad eccleſiam ſuper aliquem laicum, niſi accedat ratio peccati, qua accedente accipit iuriſdictionem in tractantem talem temporalitatem. ſicut uidemus, quòd eccleſia in titul. de empto. & vendit. ſe intromittit de illo, qui rem vendidit plus iuſto pretio, eo quòd talis venditor peccauit, qua ex radice etiam epiſcopus videtur punire poſſe illos, qui in cera vendenda miſcent fabarum farinam, & in aromatibus contritis pulueres commiſtos, eo ꝓ ratione peccati in Deum & proximum commiſſi cõtractus ad eccleſiaſticum defertur forum. Vnde etiam doct. in capit. poſt miſerabilem. colligunt ex textu, quòd iudęi peccant fœnerando chriſtianis, & nominatim Abbas in vltimo notabili. Hoc autem colligere eſt ſignum, quòd voluerunt dicere, quòd Papa aliàs non intromitteret ſe de illis temporalibus reſtituendis : ſed quòd intromittat ſe, eſt ratione peccati, quod committitur in non reſtituendo, ſeu in detinendo

detinendo & acquirendo talia. Septimò & octauò probatur eadem concluſio : ſed illas probationes vide in ſolutione primi argumenti contra ſecundam concluſionem ſtatim infra.

Primò arguitur contra primam concluſionem. 1. ad Cor. 5. ait Apoſtolus. Quid mihi de his, qui foris ſunt, iudicare? hoc eſt, ad me non pertinet iudicare de infidelibus : quia ſunt extra forum eccleſię, & loquitur ibi de infidelibus, qui digni ſunt punitione propter aliquod peccatum, ſubdit enim. Nam eos qui foris ſunt Deus iudicabit. ergo ad prælatum eccleſiaſticum, ſicut erat Paulus, non pertinet punire infideles (cuiuſmodi ſunt iudęi) pro ſuis delictis, ut pro uſura & huiuſmodi. & per conſequens eiſdem nec prohibere delicta. Dicendum diſtinguendo conſequens : quia ſi intelligatur quo ad punitionem per excommunicationem, & ſic cõcedo. Nam eccleſiaſticus prælatus non habet excommunicare (ſaltem directè) infideles, ut iudæos, & alios pro ſuis criminibus. Nam illi aliàs ſunt extra eccleſiam numero & merito. & dico ſaltem directè : quia indirectè etiam poteſt eos excommunicare : quia prohibendo (ut poteſt) chriſtianis ne communicet iudæis (ut facit in caſu capituli poſt miſerabilem. extra, de iudæis) per indirectum excommunicat iudęos. quia impedit eos, ne ualeant chriſtianis communicare : nam communicatio eſt relatiuum æquiparantię. Ideo niſi chriſtiani communicent eis, non dicuntur iudæi communicare chriſtianis. Poſſet etiam conſequens concedi, quòd prælatus eccleſiaſticus non iudicat de infidelibus quo ad hoc, ꝓ imponere uellet eis inuitis regulas canonicas quo ad religionem. Nam ſicut eos dimittit in religione ſua, ita & in conſequentibus eandem dimittere habet. Si autem intelligatur quo ad quamcunque punitionem, negatur. nec Apoſtolus loquitur de omni punitione, quod patet intuenti materiam Apoſtoli ibidẽ. Tractat enim ibi de peccato cuiuſdam chriſtiani publici fornicatoris, qui duxerat uxorem patris ſui, quę ibidem excommunicat. Quòd enim conſequens non ſit indiſtinctè uerum patet : quoniam multi ſunt caſus, in quibus eccleſia iudicat de infidelibus, patet enumerando 12. caſus. Primò in c. conſtituit. 17. quæſt. 4. concilium Toletanum mandat iudæos illos publicis cedib, deputari, qui furexerint ad officia publica illa aſſumendo. Secundò in cap. ſæpe 28. q. 1. mandatur, ꝓ ſi qui iudæi ad fidem Chriſti conuertantur, & non uitent conſortia infidelium, ut iudęorum nondum converſorum, tales converſi donẽtur chriſtianis, & infideles publicis cedibus deputentur. Tertiò in ca. alieni. 2. q. 7. Dionyſius Papa cenſet infideles infames, repellẽdo eos ab actu legitimo. ſab accuſatione fidelium. Quartò ec eccleſia repellit eos ab officiis publicis. 54. diſtinct. nulla officia. Quintò prohiber eis emere mancipia chriſtiana, extra de iudæis. cap. ult. & 54. diſtin. fraternitatem. Sextò : quia non permittit eis facere nouas ſynagogas. in cap. conſuluit. extra. eodem. Septimò prohibet eis, ne diebus lamentationum exeant in publicũ. in c. quia. & in c. in nonnullis. extra eodem. Octauò præcipit eis, vt ſoluant decimas de terris, quas colunt, in c. de terris. extra de decimis. Nonò prohibetur eis, ne chriſtiana mancipia circũcidant. 54. diſtin. c. nulla. Decimò, ne ex teſtamento chriſtiani aliquid capiãt. 23. quæſt. 2. ſanè. Vndecimò diſponit Papa in cap. in archiepiſcopatu. extra de rapinis, quòd ſaraceni prò quibuſdã delictis poſſunt per Epiſcopum pœna pecuniaria mulctari, & etiã flagellis afficì, citra tamen uiadictam ſanguinis. Ex quibus patet, ꝓ multipliciter quo ad prohibitiones & pœnas eccleſia iudicat de infidelibus. Vnde etiam habet electionem, an faciat eos compelli per principes ſeculares, an uerò per ſe uelit exercere iuriſdictionem in temporali pœna corporis, uel pecuniæ, propter quod Papa quidam fecit comburi quoſdam libros iudęorum, qui continebãt hæreſim in lege ſua, ut dicit Inn. in c. quod ſuper his. de uoto. Vnde crimen uſurę eſt mixti fori : quia repeti poteſt uſura in foro ſeculari & eccleſiaſtico, & hoc ubi non dubitatur contractum eſſe uſurarium, ubi autem dubitatur, cognitio pertinet ad forum eccleſiaſticum, poteſt etiam in utroque foro puniri. Nec obſtat, ſi dicatur, quare ergo Papa mandat eos compelli per iudicem ſecularem in cap. poſt noſtrabi lem. de uſuris, ſi ipſe poteſt. Dicendum eſt, quòd facilius poſſunt compelli per ſecularem habentes homines armatos. Nam eccleſia non habet arma. De iuriſdictione uerò ſpirituali parum curant iudęi. ideo ut facilius cogantur iudæi, habetur recurſus ad principem ſecularem. Et duodecimus caſus ad propoſitum eſt de uſuris, ut in cap. poſt miſerabilem. Vnde ſi hoc argumentum concluderet, ſequeretur, ꝓ etiam non poſſet eis prohibere homicidium, rapinam, & huiuſmodi. nec ſuper eiſdem poſſent per chriſtianos puniri.

Secundò arguitur contra ſecundam concluſionem : quia in cap. quanto. de uſuris, allegatur tantùm iudem aitas chriſtianorum pro cauſa prohibendi iudæis uſuras, ſcilicet ne exhauriantur facultates chriſtianorum, & immaniter aggrauentur. igitur illa prohibitio non fit ex eo, ꝓ eccleſia curet de peccato iudæorum. Dicendum concedendo antecedens, negatur conſequentia. Nam locus ab auctoritate negatiuè non ualet. Si enim nullam omnino allegaret, non ſequitur, quòd ergo ſine omni cauſa prohibitio eſſet facta. Eſt igitur illa indemnitas cauſa partialis, non totalis. Aliæ enim cauſæ ſunt : quia offenditur Deus & proximus, & ex facilitate inueniendi mutuum ad uſuras multi leuiter diſſipant ſubſtantiam ſuam uitioſè : & quia exercentes damnant animas ſuas. Vnde etiam in capitu. 2. de uſuris. lib. 6. ubi prohibetur, ne quis locet domos ſuas erijs alienigenis, Papa pro cauſa conſtitutionis allegat in principio capituli, quòd uorago uſurarum animas deuorat, & facultates exhaurit. & ſic uult, quòd cauſa cur illam conſtitutionem edidit, eſt periculum animarum recipientium ad uſuram. Modò ſub uſuras exercentibus, de quibus in primo capitulo agitur, comprehendunturne ſecundùm doctores iudæi etiam. igitur in illa conſtitutione Papæ fuit cura de peccato indæorum, adeo ut eſſet ſibi cauſa illam conſtitutionem edendi ſaltem partialis, & hæc eſſet ſeptima probatio ſecundæ concluſionis. Item in clemen. unica. de uſuris, vbi prohibetur, ne dictentur confiantur uel ſcribantur ſtatuta, quibus diſponatur, quòd uſuræ ſolnantur & ſoluæ non repetantur. dicit, quod hoc eſt in offenſam dei & proximi ac contra iura diuina pariter & humana. Et cauſam ciuſdem conſtitutionis aſſignans dicit. Nos igitur pernitioſis his auſibus obuiare uolẽtes &c. Iannit ergo, quòd cauſa illius prohibitionis eſt : quia

est peccatum contra Deum & proximum. Modò illa clem. secundùm doctor. etiam extenditur ad usurarios iudeos. igitur ecclesię fuit cura de usura iudeorum, & hoc etiam inquantum est in offensam Dei & proximi, & in quantum est peccatum contra legem diuinam & humanam, & hæc esset octaua probatio secundæ conclusionis.

Tertiò arguitur. Si rationes secundæ conclusionis concluderent, æque concluderent, q̃ ecclesia deberet iudeis eorum ritus prohibere, & super hoc eos punire. Nam & illi sunt eis peccata, quibus offenditur grauiter Deus. Respondetur. Non est simile: quia prohibendo eis ritus eorum, prohibetur ex cõsequenti eis fides eorum, cui illi ritus sunt connexi, & sic ad fidem nostram cogerentur. modo non sunt cogendi. Vnde beatus Greg. ait. Qui sincera intentione extraneos a christiana religione ad fidem cupiunt rectam adducere, blandimentis debent nõ asperitatibus studere, ne quorum mentem reddita a plano ratio poterat prouocare, procul pellat aduersitas. 45. di. Sed prohibendo eis usuras, non per hoc coguntur fidem, vel religionem suam deserere: quia ex religione sua nõ sunt obligati ad exercendum usuras, sed eas dimittere possunt: immo tenẽtur ad dimittendum eas.

Quartò arguitur. Si concluderent rationes secundæ conclusionis, æque concluderent, quòd eis omne peccatum esset prohibendum saltem aliud a pertinente ad eorum fidem & religionem, quod est falsum. Respõdetur. Non est simile de omni alio. Nam potestas secularis non se habet intromittere de omni peccato, quia non de illo, de quo sibi iudicialiter constare nõ potest nec de omni etiam, de quo posset sibi iudicialiter cõstare: quia non de venialibus, sed limitata est eius potestas ad aliqua peccata, cuiusmodi sunt illa, quæ rempublicam lædunt, turbantque pacem & tranquillitatem, de quorum numero est usura. Nec etiam prælatus ecclesiasticus de omni peccato habet se intromittere in foro contentioso, nec etiam rationes adductæ pro secunda conclusione fundabant se tantum in hoc quod est, usuram esse peccatum Dei offensiuum, sed quia vltra hoc erat peccatũ lædens rempublicam natũ cadere ad forum seculare & ecclesiasticũ consimile ad rapinã, furta & alia grauia. & simile talibus peccatis, quæ ecclesia & potestas secularis ĩ suis subditis punit: ga est similis usurę christianorũ, quã vtiq; ecclesia punit ĩ suis.

QVAESTIO XXVI.

Vtrum potestas secularis ac prælatus ecclesiasticus licitè possint in aliquo ex sequentibus casibus tolerare mutuationem usurariam iudeorum, atque consentire in eandem, scilicet ad vitãdum maius malum & ad consequendum maius bonum? Solutio quæstionis stat in tribus suppositionibus, & octo conclusionibus, & totidem corollarijs, ac trium argumentorum solutionibus. Prima suppositio. hic capitur potestas secularis sicut in præcedenti. q. in prima suppositione, & patet etiam ordo huius quæstionis ad præcedentem. Nam in præcedenti habetur, q̃ tam potestas secularis, quàm prælatus ecclesiasticus potest & debet iudeis prohibere usuram, & eos desuper punire, & per consequens non est sibi licitum tolerare. & hoc est verum regulariter loquendo, sicut illud etiam latius hic probabitur. sed in præsenti quæstione quæritur an ne hoc fallat in casibus tactis in titulo quæstionis. Secunda suppositio. Longè differunt, tolerare peccatum, & consentire in peccatum. Primò, quia consentire in peccatum est actus voluntatis positiuus, quo voluntas vult peccatum & sibi complacet, sed tolerare non est actus positiuus, sed est negatio positiui actus, est enim non punire, & sic est negatio actus puniendi. Vel si est actus positiuus, scilicet nolle punire, vel velle non punire, vel quo vult punire (si grammatica patiatur) tamen est respectu negationis. Secundò differunt quia nunquam licet cõsentire in peccatum proprium vel alterius, vt patebit. & tamẽ sæpe licet tolerare peccatum alienum. Tertia suppositio. Differunt etiam quę rere, an prælatus ecclesiasticus & potestas secularis licitè possint tolerare, & an debeant tolerare, nam multa licent, quæ non sunt tamen debita, seu præcepta, sed bene econtra, omne debitum, seu præceptum est licitum, & omne illicitum non est debitum: ideo ostenso aliquid esse illicitum, habetur etiam quòd non est debitum.

Prima conclusio. Potestas secularis, & prælatus ecclesiasticus nunquam possunt licitè consentire in mutuationem usurariam iudeorum. probatur octo rationibus. Primò sic, faciens peccatum & consentiens digni sunt pœna. Ad Ro. 1. & etiam æquali pœna, ut in c. notum. in fi. 2. q. 1. & in c. 1. de offi. delegati. & 11. q. 3. qui consentit. ergo vtrique sunt culpabiles & æqualiter. tenet consequentia: quia pœna correspondet culpæ, sed Iudeus mutuans ad usuram peccat mortaliter. igitur consentiens in eandem peccabit mortaliter. Secundò sic. Nullus consensus ad faciendum malum, etiam nullum præstans iuuamen est damnibilis & puniendus. ut in c. felicis. de pœnis. in sexto. in §. illud. Tertiò sic. Augus. in ser. de verbis euangelij, & habetur. 23. q. 4. c. a malis. ait. Communicatur malo, quando facto eius consortium volũtatis, vel approbationis adiungitur, neque ergo consentientes litis malis, ut approbetis, neque negligentes, vt arguatis. Quartò sic. Augus. in serm. de verbis euangelij. & habetur. 23. q. 4. c. recedite. in fi. vbi dicit. hoc est immundum non tangere, & voluntate non consentire, & ore non parcere. igitur secus agendo, scilicet consentiendo tangitur immundum spiritualiter intelligendo, & per consequens contra præceptum Dei dicentis, immundum nolite tãgere: Leuitic. 5. & 2. Corin. 6. Quintò sic. Augu. in lib. 2. contra Parmenianum, & habetur. 23. q. 4. in c. ita plane. dicit, q̃ quis sociatur malis duobus modis, vel committendo malum cum eis, vel fauendo committentibus, si autem neutrum facit, nullo modo sociatur malis, dũmodo addat tertium, vt non sit piger in puniendo, dũmodo hęc omnia faciat cum dilectione corripiendi, & non odio persequendi. Postea textus sic dicit in fine. Vbi autem cętera impediuntur, illa duo sp retenta incorruptum, castumque custodiunt, vt nec faciat malũ, nec approbet factum. Ille enim dicitur cõmittere malum, qui est princeps mali. Ille autem dicitur approbare malum factum, qui præstat consensum & approbationem malo iam facto. Sextò sic. Augu. in epistola facta contra Donatistas, & habetur. 23. q. 4. si quis catholica. in fine dicit sic. Communio malorum nõ maculat

culat aliquem participatione sacrorum, sed consensio factorum. Nam si malis factis non consentiat, portat malus causam suam, nec præiudicat alteri, quem in cõfessione mali operis socium non habet criminis. Septimò probatur sic. Nunquam actus ex genere malus est licitus, sed consensus in mutuationem usurariam est ex genere malus. igitur. Maior probatur: quia bonum est ex integra causa. Causarum autem requisitarum ad bonitatem actus vna est, q̃ cadat super debitum obiectum, quod dicitur genus actus, idest materia circa quam. Minor probatur, quia talis cadit sup actũ malum & damnatum diuina & humana lege. Modò aliter malum non est natum secundùm rectam rationem terminare actum complacentię & volitionis voluntatis. Octauò sic. Leo Papa in ser. 6. de natiuitate domini, ait sic. Quid est autem dilectissimi pacem habere ad Deum, nisi velle, quod iubet, & nolle quod prohibet? Si enim humanæ amicitiæ pares animos & similes expetunt voluntates, nec vnquam diuersitas morum ad firmam poterit venire concordiam, quomodo diuinæ particeps erit pacis, cui ea placent, quæ Deo displicent, & his appetit delectari, quibus illum nouit offendi? Iterum. Nam si in progenie carnali & stirpe terrena claris parentibus genitos vitia malæ conuersationis obscurant, & ipso maiorum suorum lumine soboles indigna confunditur, in quem exitum venient, qui propter amorem mundi a generatione Christi nõ metuunt abdicari? Si autem ad humanam pertinet laudem, ut patrum decus in prole resplendeat, quanto magis gloriosum est ex Deo natos in auctoris sui imagine refulgere, & illum in se, qui illos genuit ostendere. Hæc ille. Exquo habetur, quòd non potest quis amicus Dei esse, & filius per gratiam, nisi fugiat, & nolit id, quod odit Deus, cuiusmodi est peccatum.

Secunda conclusio. Nec propter maius malum, imo maximum spirituale malum, vel temporale malũ vitãdum, nec etiam propter maius bonum, immo maximum bonum consequendum temporale vel spirituale est licitum consentire in mutuationem usurariam. Probatur decem rationibus. Primò sic. Actus ex natura, vel ex genere suo extendens peccatum, non desinit esse peccatum propter hoc, quòd vestitur illa vel alia circunstantia finis, scilicet optimi finis consequendi, vel pessimi vitandi. Cõsentire autem in mutuationem usurariam Iudæorum, est actus extendens ex suo genere peccatum. igitur non desinit esse peccatum propter hoc, quòd ille consensus fit propter talem finem, scilicet ad vitandum maius malum &c. Maior probatur tripliciter. Primò exempliariter. Occidere innocentem, exquo est actus ex genere malus, non desinit esse malus propter hoc, quia fit propter bonum finem, scilicet ut habeantur bona eius, & fundentur ecclesiæ, vel ut vitetur aliquod malum, ut vult Augu. in quadam homẽ. & habetur. 14. q. 5. in c. forte. idem dicitur de rapina, furto, & cæteris. vnde errauit Caiphas secundùm suum intellectum dicens. Expedit, vt vnus homo moriatur pro populo &c. Secundò quia est regula magistralis. Intentio finis boni non iustificat factum ex se damnatum, sicut tractat magister in 2. dist. 40. c. 3. vbi vult, quòd omnes actus secundùm intentionem sunt iudicandi boni vel mali, præter quosdam, qui sunt ita mali, vt nunquam possunt esse boni, etiamsi videantur habere bonam causam. Interest enim plurimũ (inquit Augu.) qua causa, quo fine, qua intentione quid fiat, sed ea, quæ apta sunt esse peccata, nullo bonæ causæ obtentu, nullo quasi bono fine, nulla velut bona intentione facienda sunt. Et ponit Augu. in lib. contra mendacium multa exempla de vtroque, scilicet de his, quæ possunt esse bona & mala, & de his quæ sunt secundùm se peccata. Vtitur autẽ Augus. dictione quasi, & dictione velut: quia peccatum non potest fieri bono fine, nec bona intentione: quia non potest esse bonus finis, nec bona intentio, quæ inducit hominem ad peccatum cõmittendum, licet hoc aliquando videatur erroneæ opinioni hominum. Tertiò probatur eadem maior: quia bonum est ex integra causa secundùm Diony. in c. 4. in li. de diui. nominibus. Malum autem ex singulis defectibus. Et idem vult Aristo. 2. Eth. dicens. Bene agere cõtingit quno modo, peccare autem multipliciter. idest ad hoc q̃ actus sit bonus, requiruntur omnes conditiones requisitę ad eum, & non sufficit vna circunstantia tantum, etsi vna deficit, actus est malus. Modò ad bonum actum ante omnia requiritur genus, idest obiectum debitum. igitur si circunstantiæ essent bonæ, vt puta finis & huiusmodi, si tamen genus est indebitum actus manebit malus. Minor probatur, quia consentire in peccatum, habet pro obiecto peccatum, igitur ex genere, idest ex obiecto suo habet, q̃ est inordinatus, quia cadit super indebitum obiectum. Secundò probatur illa secunda conclusio specialiter de malo temporali vitando, & hoc sic. Nullus licitè comittit peccatum, vt euadat periculum, etiam mortis & vitæ, sed consentiẽs in usuram Iudæorum committit peccatum, ex prima conclusione. igitur si illum consensum præstet etiã propter vitare periculum mortis & vitę, non licitè id facit. & eadem ratione & a maiori propter nullũ aliud temporale malum vitandum licebit cuiquam in eam cõsentire. Maior probatur, tale committere peccatum, scilicet ut euadatur mors, uenit ex radice & causa mala. igitur est malum. Antecedens probatur: quia venit ex timore mundano, ille autem ex prohibitione Christi est malus. ut dicit magister in 3. lib. 34. dist. c. & quia de timore. vbi allegat Cassiodorum dicentem, quando timemus pati pericula carnis, vel perdere bona mũdi, propter quod delinquimus, hic timor malus est, quem dominus prohibet in euangelio dicens. Nolite timere eos, qui occidunt corpus. Tertiò sic, consentire in veniale peccatum non est cuiquam licitum, etiam ad vitandum mortem temporalem proximi, igitur cõsentire in mortale peccatum (cuiusmodi est consentire in mutuationem usurariam Iudæorum) non est cuiquam licitum propter quodcunque temporale malũ vitandum. tenet consequentia: quia omnium temporalium malorum mors est maximum. Antecedens probatur. Nam mendacium officiosum est veniale, & tamen illicitum est illud committere, & per consequens in ipsum consentire etiam ad saluandum vitam, ut dicit textus in c. super eo. de vsuris, & 22. q. 2. c. si quis ad te confugerit. vbi ait Augus. in lib. de mendacio. Nunquam pro cuiusquam vita temporali mentiendum est idest licitum mentiri. & idem dicit Hild. in synonymis eadem. q. in cap. omne genus. Idem dicit ibidẽ Augus. in c. ne quis arbitretur. Et ex hoc sequitur corollarie, q̃ etiamsi per mutuationem usurariam Iudæorum succurretur

curretur pauperibus, ne fame perirent, non est licitum in eam consentire. Et Aug. in li. de mendacio, dicit, ꝙ prohibitum est mendacium dicere, ne alius ab immunditia corporali defendatur, ideò ne eius virginitas, vel castitas violetur. 22. q. 2. c. 1. sic non liceret mutuanti obligare mutuatarium ad dandum quid in eleemosynam pauperibus. Quartò sic. Aug. de ciui. Dei lib. 2. & habetur etiam in c. ista ne. 22. q. 5. dicit, quòd quis debet potius omnia mala pati, quàm malo consentire. & idem habetur in c. faceis. quod metus. Igitur propter nullum temporale malum vitandum licet consentire peccato Iudæorum. Quintò sic. Isid. lib. de medacio. Cum ad hoc venium fuerit, ut saluti hominum, nisi peccando consulere non possit, iam se existimet non habere quid faciat. quantum id reliquum est prosperarit, quod recte faciet. 22. q. 2. c. faciat. Sextò sic Apostolus ad Ro. 3. Non (sicut blasphemamur & sicut aiūt quidam nos dicere) faciamus mala, ut eueniant bona quorum damnatio iusta est. Modè consensus in mutuationem est facere malum. igitur non est illo consensus eliciendus, ut inde eueniant bona etiam quæcunque. Nam indistincte damnat illud Apostolus. Vnde si quis malum faceret, ut saluaretur proximus a damnatione æterna, immo vniuersus mundus, talis non ob hoc excusaretur, nullus enim animam suam debet alienis cōmodis impendere, quoniam ordinata charitas incipit a seipsa. plus etiam salutem animæ suæ debet quisque velle, quàm cuiuscunque alterius. aliter agēdo periret ordinem, & crudelis est in se, pius volendo esse in alium, maxima autem impietas est sibijpsi esse impiū. Miserere (inquit Sapiens) animæ tuæ placēs Deo. Ecc. 30. & Mat. 16. & Lu. 9. dicit Christus. Quid proderit homini si vniuersum mundum lucretur, & animæ suę detrimentum patiatur? Septimò sic. participare cum excommunicato (regulariter loquendo) non est mortale peccatum, sed tantum veniale, dempris quatuor casibus, de quibus alibi, (saltem secundùm vnam & probabilem opinionem, & tamen illa participatio in casu etiam, in quo aliàs esset tantùm venialis, non desinit esse illicita, etiamsi fiat propter vitare mortem proprię personæ, vel cruciatum corporis, vt in c. sacris. quod metus causa. ergo nec consentire peccato mortali alicuius redditur propter quodcunque temporale malum vitandum licitum, cum in id consentire ex suo genere sit mortale & grauius veniali participatione cum excommunicato. Octauò sic. Si quis petendo mutuum occasionaret mutuatorem ad hoc, ut sub vsuris mutuaret, puta si eum ad sic mutuandum induceret, vel sibi ad hoc consentiret, petens peccaret, etiamsi id petisset, quatenus captiuos christianos de infidelium manibus ne occidantur temporali, vel spirituali morte eriperet. ille inquam est casus capituli. si verò. extra de vsuris. secundùm vnum intellectum eius, ergo vult, ꝙ consensus in peccatum vsuræ etiam alterius non desinit esse malus, etiamsi fiat propter magnum malum temporale, vel spirituale proximi vitandum. Nonò sic. Si quis mutuaret ad vsuras finaliter, ut de lucro vsurario redimeret captiuos christianos de manibus infidelium, ne occiderentur temporali, vel spirituali morte, non ob hoc desineret illa mutuatio vsuraria esse illicita, ille inquam est casus eiusdem capitali secundùm alium intellectum, & vterque est verus. igitur eadem ratione nec licebit consentire in illam, si a proximo fiat. Nam proximum sicut me debeo diligere. Decimò, si non esset secunda pars conclusionis vera, eodem ergo modo liceret maleficiato consentire, ut fieret malificium ali quod, quo ipse liberari posset a maleficio sibi inflicto, quod est falsum. unde inter articulos condemnatos Parisius per theologicam facultatem. Anno domini. 13-98. Quintus est, quòd est error dicere, quòd licitum sit uti magicis artibus, vel alijs quibuscunque superstitionibus a Deo & ecclesia prohibitis pro quocunque fine bono. Sextus etiam ibidem est, ꝙ sit licitum, aut etiam ꝙ sit permittendum maleficia repellere, error. Septimus, ꝙ aliquis cum aliquo possit dispensare in quocunque casu, vt talibus licitè vtatur, error. Et hæc conclusione sequitur.

Primum corollarium. Proprièloquendo malè dictum videtur, si sic dicatur, ut quidam ait, ubi quis in ter duo mala est implicitus, ita ꝙ alterum omninò est facturus, consulendum est ei, ut potius faciat minus malum, & euitet maius, utputa aliquis dicit se victū tanta passione amoris, ut nō possit vitare adulterium, nisi adulteram interficiat. consulendum est ei, ut faciat adulterium, quod est minus malum, quàm homicidium. Vnde etiam Panor. in c. super eo. de vsuris air. Si quis non existens ad usuram paratus mutuare, in non mutuando incurreret maius peccatum, quàm mutuādo ad usuram, posset ei quis persuadere, ꝙ mutuaret potius ad vsuram. Probatur corollarium sic. Qui consulit alicui aliquo 3 peccatum, consentit in eius peccatum, sed consensus in peccatum etiam alienū est semper peccatum. igitur talis consulendo peccat, & per cō sequens non est verum, ꝙ consulendum sit ei. Minor nota ex prima conclusione. Maior probatur, quia aut consulendo vult, ꝙ faciat sicut consulit, aut non vult, quòd id faciat. si secundum non uerè, sed simulatoriè consulit. Hic autem loquimur de verè consulente, & si denique tantum simulatoriè consulit peccat, tum quia simulatio est peccatum, tum quia alius occasionatur ad peccatum eius consultatione, licet simulatoria, si prīmum. igitur consentit, ꝙ faciat, velle enim eum facere est consentire eum in id facere. Et si dicatur, consulit sibi non absolute, sed sub conditione, si, scilicet non velis aliàs maius peccatum dimittere, & per consequens non consentit in peccatum eius nisi sub conditione. Contra. Hoc non ex toto excusat consulentem licet a tanto. Probatur. Nam consulens proximo peccare, vult eum peccare. igitur sub conditione consulens ei, peccare vult sub conditione, ꝙ proximus peccet, modo nō tantum is peccat, qui aliquod peccatum vult simpliciter & absolutè, sed etiam qui illud vult conditionata voluntate, licet ipsum absolutè nolit, quod patet. Nam siquis absolutè odit adorationem idoli, sed tamen ut euitet mortem vult illam, talis peccat, nec excusatur a toto, licet a tanto, quia non ita grauiter peccat, sicut, si non anxiatus iam vellet. Secundò probatur idem corollarium. Nam perpetrator minoris mali peccat in hoc, quod sibijpsi consulit minus malum, ut euitet maius. ergo eadem ratione extraneus sibi idem consulens peccat. tenet consequentia, quia nō est ratio diuersitatis. Et si arguatur, beatus Greg. & Aug. consuluit, ꝙ implicitus inter duo mala, quorum alterum est commissurus, faciat minus, ut sic euitet maius. Nam Greg. in

in moralib. parte. 7. lib. 35. c. 14. tractans de eo, qui diabolica fraude perplexus est inter duo mala, ait sic. Est quod ad destruēdas behemoth versutias subtiliter fiat, ut cum mens inter minora & maxima peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato aditus patet, minora semper eligantur: quia & qui murorum vndiq; ambitu, ne fugiat, claauditur, ibi se in fugā præcipitat, vbi breuior murus ingeritur. Hęc ille. 13. distin. c. nemi. in hoc ergo quod ait, est ꝙ &c. vult dicere, ꝙ est dabile consilium, quo in illa perplexitate se habeat perplexus. Aug. quoque de adulteriis coniugijs li. 2. & habetur. 33. q. 2. loquens de marito inclinato ad occidendum vxorem suam adulteratam, nisi aliam ducat ea vivente, seu quod idem est, nisi committat adulterium, ait, si facturus est, quod non licet, iam faciat adulterium, & nō faciat homicidiū. Hæc ille. In hoc ergo quòd ait, faciat, loquitur consultiuè. Et ut habetur in c. duo mala. dist. 23. in decretis. concilium Toletanum dicit. Si necessitas compulerit vnum ex duobus malis perpetrare, debemus resoluere illud, quod minori nexu nosciter obligari. Dicendum, ꝙ hęc dicta & siqua similia reperiantur, non sunt intelligenda propriè, sicut iacent, ut ostēdunt rationes factæ, sed restringenda, quoniam impropriè dicta sunt. sensus enim vtriusque est, ꝙ ille, qui agit minus malum, minus incurrit damnū, & vitat maius damnum, non autem ꝙ nolendum sit eum facere vllū malum. Secundò potest dici, ꝙ ibi duo sunt consyderādo, scilicet maioris mali vitatio, & illa est obiectum natum consuli, & id consulunt prędicti. Secundò est ibi incursio mali licet minoris, & illud non est natum consuli, nec respectu illius est eorum consilium, sed nuda permissio. Vnde illo, qui consulit, quòd uitetur malum maius, bene fecit in hoc consilio, sed in hoc quod etiā consulit exerceri minus, peccat consulendo. Et sic est ibi duplex consilium, vnum malum, alterum licitum. Vnde beatus Aug. post prędicta subdit. Si est vtrumque nefarium, non debet alterum per alterum perpetrare, sed vtrumque vitare. ecce quòd non mult se cōsuluit se, ut committatur minus malum, sed consuluisse, ut utrumque vitetur.

Secundum corollarium. Non oportet circa secundam conclusionem distinguere, ut quidam faciunt, an minus malum, in quod consentitur, ut uitetur maius, sit malum ex lege diuina prohibitum, vel ex humana tantum, quasi in primo casu secunda conclusio habeat veritatem & non in secundo, patet. Nam etiam in secūdo casu est verum: quia comedere carnes in sexta feria est malum ex lege humana prohibitum, & tamē siquis consentiret in illud, quatenus ipse, vel alius vitaret aliquod malum, siue temporale, siue spirituale, & maius, quàm sit comestio carnium, talis peccaret suo consensu. Nec valet, si dicatur, quòd illa distinctio pro tanto fit: quia si minus malum est etiam tantum humana lege malum. Papa potest dispensare & facere, quòd non sit malum, & tunc consensus in ipsum sic dispēsatum: ut vitetur maius, non est peccatum, hoc inquam non valet: quia talis consensus si est dispensatio facta, non erit consensus in malum, sed in licitum. Conclusio autem loquitur de consensu in malum. Item quia eodem modo posset dici, quòd etiam consensus in malum, quod est ex lege diuina malum, non est peccatū, si fiat ad maius malum vitandum, quia, scilicet Deus potest circa illud malum dispensare & per consequens consensus in illud malum iam dispensatum non erit peccatum.

Tertia conclusio. Potestati seculari & prælato ecclesiastico non est licitum tolerare mutuationem vsurariā Iudæorū. Probatur quadruplicitèr. Primò sic. Vbi quis delictum potest impedire, vel ipsum facere corrigi, si hoc non facit, grauiter peccat: quia pro approbante & consentiente habetur, vt in c. error. & in c. quid enim prodest. & in c. consentire. 83. dist. & in c. sicut dignū. de homicidio. Modò potestas secularis & ecclesia possunt impedire vsurariam mutuationem, & eam facere corrigi. igitur. Secundò sic. Cicero in 1. lib. de offi. in capitulo de iniustitia, dicit. siquis nō defendit socium, cui alius facit iniuriam, tam est in vitio, quàm si parentes, aut amicos, aut patriam deserat. Et ad idem est c. quanto. de sententia excommunicationis. sed vsura est iniuriosa non tantum socio, ideò proximo potestatis secularis & ecclesiasticæ, sed etiam Deo: quia offensiua Dei. igitur talis potestas non coercendo peccat, cum possit. Tertiò sic: quia eorum mutuatio vsuraria est crimen natum cadere ad forum secularem & ecclesiasticum, ut probatum est. Modò prædicti tenentur ad puniendā crimina ad suum forum pertinentia in illis, in quos habent iurisdictionem. igitur tenentur ad non tolerandum: quia tolerare est non punire. Maior nota. Nam leges seculares & iura canonica disponūt de vsurarijs puniēdis, licet non equaliter de omnibus, quoniā aliquos usurarios leges ciuiles tolerant, & aliquos non. & ratio ne illius criminis etiam iudęi efficiantur de iurisdictione utriusque fori illius loci, in quo committunt. igitur. Minor probatur octopliciter, discurrendo per legem diuinam, canonicam, atque ciuilem & dictaminis rectæ rationis. Primò ga Apostolus ait ad Ro. 13. Principes non sunt timore boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem, bonum fac. & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum, si autē malum feceris, time, non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est vindex in iram ei qui malū agit. Et infra de principibus loquens ait. Ministri enim Dei in hoc ipsum seruientes. Hęc ille. Tunc sic argoitur. Minister tenetur suum ministerium fideliter explere, sed punire crimina est ministerii potestatis secularis, adeo ut nisi exerceat, sine causa gladium portaret. Videmus enim imperatori & quibusdam alijs præferri gladios in signum, ꝙ eorum est punire crimina. Secundò probatur minor. Nam Exo. 22. dicit Moyſi tanquam habēti potestatem in israel. Maleficos ne patiaris vivere &c. Tertiò probatur. Nam Cyprianus in nono genere abusionis ait. Rex debet furta prohibere, adulteria punire, impios de terra perdere, parricidas & periuros non sinere viuere, filios suos non sinere impiè agere. Quartò. Idem patet per legem. ita vulneratus ad Laquili. Quintò probatur. Nam in c. irrefragabili. de offi. or. concilii generale mandat prælatis ecclesiarum punire excessus subditorum, ne sanguis eorum de manibus suis requiratur. Idem habetur in c. si. de regu. Sextò, in c. ut fame. de sen. excommuni. dicitur. prælati excessus corrigere debent subditorum, & publicę vtilitatis interest, ne crimina maneant impunita, & per impunitatis audaciam fiant, qui pro quiem fuerant, nequiores. Nec valet euasio, dicendo, ꝙ Iudæi non sunt subditi. Nam oppoſi

tum

prȩsenti vitȩ non punit. Item Papa, qui condidit ius canonicum & ecclesia potest etiam iam factas constitutiones punientes usuras auferre ad tempus, vel earum esse ctum suspendere, scilicet vt viretur maius malum. Nam pro bono eas condidit. igitur si ad oppositum tenderet eas auferre, vel suspendere ad tempus potest. Si autem loquantur de permissione dispensatiua tollẽte culpam & pœnam non est verum quòd ad ius diuinum. Nã Deus, a quo ius diuinum processit, posset dispensare, vt vsuras exercere non esset malum, sicut de repudio & pluralitate vxorum, quę & ipsi sicut vsura sunt contra legem naturȩ dispensauit in veteri lege, & licet de facto non dispensauerit in iure diuino, non tamen sequitur. igitur non potest. quamuis quòd ad ius canonicum uerum sit quia nec ius canonicum, nec ius ciuile potest permissione dispensatiua permittere usuram, deobligando scilicet a culpa & a pena illius peccati, ne incurratur. Et quãuis uerum dixissent hi, si dixissent, q̃ nullum ius permittit eam, etiam permissione simplicis tolerãtię. quia tam diuinum quàm canonicum prohibet & pœnam decernit, tamen non debuissent dixisse, q̃ nullum illorũ possit permittere illo uel alio modo capiendi permissionem, vt est ostensum.

Septimum corollarium. Quòd sexta conclusio est uera, etiamsi addatur, q̃ potestas secularis uel ecclesia debet, & tenetur tolerare in tali casu, patet: quia rationes adductę vtrumque probare possunt, ut patet consyderando earum uim & efficaciam, & præsertim illa de heresi tolerandȩ, ubi Christus præceptiue loquẽs ait. sinite utraque crescere &c.

Septima conclusio. Potestati seculari & prælato ecclesiastico licitum est tolerare Iudæorum mutuationẽ vsurariã propter assequi bonum spirituale maius, quãuis illud bonum spirituale sit debitum, seu præceptum, vt obtineatur, & dummodo aliàs obtineri non possit. Probatur dupliciter. Primò sic. Sialiquod bonum spirituale est maius alio. malum illi oppositum est maius malo opposito alteri bono per Arist. 2. priorum. Magis enim eligendum vel bonum opponitur magis fugiendo seu magis malo, ergo si non toleraretur Iudæorum vsura propter assequi bonum spirituale maius, quàm sit illud spirituale bonum, quod per earum vsuras auferatur, tunc in curretur maius malum, quàm sit malum vsurarum. modo illicita est illa non tolerantia, seu illa punitio, ubi per hoc, q̃ punitur minus, incurritur maius, & ex opposito tolerantia minoris, vt viretur maius est licita. ex præcedenti conclusione. Secũdo sic. Non minus peccant Iudæi in suis ritibus & obseruantijs legalibus, quàm usuras exercendo saltem in genere peccatorum loquendo, puta quia vtrobique peccant mortaliter. Modo potestati seculari & prælato ecclesiastico licitum est tolerare Iudæorum ritus propter assequi bonum spirituale maius, scilicet fidem in eis plantandam, quàm illud spirituale sit, quod auferetur per eorum vsuras, scilicet bonum liberalitatis & propter vitare malum oppositum bono fidei vtrandũ, idest continuationem perfidiæ Iudæ. Maior nota ex aliàs deductis. Vnde Esa. de eorum cerimonijs & ritu, quem tempore legis euangelicæ seruant, loquens ait. 66. c. qui immolat bouem, quasi qui interficiat virum, qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem. Minor probatur. Nam beatus Greg. in c. qui syncera. 45. dist. mandat, vt non solum in suis ritibus tolerentur, sed etiam vt non permittantur aliqui eos in eorum obseruantia inquietare, & causam assignat: quia inquietando eos in ritibus eorum, impediretur eorum conuersio, quam tamen inquietantes obtinere per inquietationem intendebant, & quam etiam ecclesia melius aliàs assequi posset, si patiẽter tolerarentur: quia asperitas illa, qua christiani eos super ritu suo molestarent, procul pelleret Iudeos a nobis, quos tamen apud nos mansuetè tractando per rationem & auctoritatem scripturarum suarum ad fidem conuertere possemus. & ita uult, q̃ propter assequi bonum spirituale, scilicet fidem eorum tolerari nedum possint. sed etiam debeant in suis ritibus. Hoc profecto modo beatus Cilianus ducis Gosberti illicitũ cum vxore fratris sui cõiungium aliquamdiu tolerauit ne fidem nouiter plantatam & teneram læderet, licet post roboratum in fide super hoc allocutus sit. Et si arguatur. ex eadem ergo radice posset eorum vsura tolerari. Solutio statim patebit. Dicitur autem notanter primò in conclusione. dummodo sit debitum. Nam propter bonum consilij & perfectionis, sine quo est homini salus, non est tolerãdum malum destruens salutem hominis. sicut nõ debet medicus tolerare. damnosam egritudinem membri sui domini, vt idem, vel aliud membrum assequatur aliquod bonum sibi non necessarium. Similiter non est deserendum præceptum, vt seruetur consilium, nec deserẽdum necessarium, vt obtineatur, quod est supererogationis. præceptum autem & necessarium est punire crimina. igitur. Dicitur secũdò, dummodo aliàs obtineri non posset: quia si illud nihilominus obtineri posset, nullatenus tolerandum esset illud malum, sicut est in proposito. Nam conuersio Iudæorũ ad fidem non permittendo eis vsuras, nihilominus obtineri potest & melius, quàm eis eam permittendo. Nã si non permitterentur vsuras exercere, cogerentur se laboribus suis nutrire & artificijs mechanicis, eaquo duo sequerentur. Primò familiaritas ad christianos, quæ etsi nimia existens posset nocere christianis imperfectis tamen non nimia existens, qualis est inter contrahentes, uel etiam multa cum perfectis, prodesset, ut alliceretur ad fidem contrahentium, ac ad fidem perfectorum, cum quibus conuersarentur, quomodo cõuersus fuit Iodeus per beatum Basilium, uide in legenda sua. Secundò sequeretur, q̃ non ita intendere possent callidis machinamentis, quibus suam perfidiam defendere conantur prauas expositiones scripturę excogitando, Et ex hoc patet, quòd non est simile de tolerando eorum ritus ut conuertantur, & de tolerando eorum vsuras, ut conuertantur. Nam tolerantia ritus eorum est necessaria, ut non impediamus eorum conuersionem. Nam non tolerantia rituũ, vt conuertantur, non est medium accomodũ ad obtinendum conuersionem, sed potius impeditiuũ. Nam cum ritus de per se pertineant ad eorum religionem & fidem, seu potius perfidiam, eo ipso q̃ vellemus eis prohibere ritus, etiam fidem eorum videremur velle eis prohibere, & eos ad nostram fidem cogere. modo compellendo eos ad fidem procul eos a nobis pelleremus per aduersitatem, quos tamen tolerando potuissemus mansuetudine & ratione prouocasse, vt ait Greg. sed vsuras exercere non est de per se ad fidem eorum pertinens; necenim est cerimonia, nec cultus

cultus legalis, quo Deum secundùm suam legem colere debeant, sed potius abstinere adeo, q̃ etiam ipsi habẽt fateri, q̃ abstinere est melius & perfectius, quã exercere. An autem saltem aliqui essent a ritu suo prohibẽdi immo ad fidem cogendi, vt non in tanta multitudine crescerent, tractari habet alibi. hoc inquam placuit Scoto in suo. 4. Et addo huic conclusioni, q̃ etiam vera est, si addatur, q̃ vtrique potestati non tantum licitum est, sed etiam debet & tenetur in tali casu tolerare. Nam rationes ad idem probandum sunt efficaces: vt patet cõsiderado earum uim & efficaciam. Et ex hoc patet solutio argumenti, quo arguerentur, q̃ non licet Papæ, vel imperatori tolerare ritus iudæorum: quia qui posset impedire crimina aliqua & non facit, habetur pro consentiẽte & approbante. c. error. 83. di. & in multis alijs ca. allegatis. illi autem ritus sunt mortalis peccata. & eodem modo argueretur de toleratione usurarũ in casu huius conclusionis. Dicendum, q̃ maior est vera, quando potest, hoc autem non dicitur quis posse, quando non licitè potest. modo non licitè potest quis impedire malum, quando ex impedire sequeretur maius malum necessariò vitandum, aut impediretur consecutio maioris boni necessariò consequendi, sicut est in proposito, vt patuit.

Octaua conclusio. Dato quòd Moyses in lege permisisset permissione tolerantiæ vsuras Iudæis respectu gentilium propter maius malum vitandum, (scilicet ne mutuarent ad vsuram suis fratribus (licet oppositum sit verum) non tamen nunc eis esset id permittendum propter simile malum vitandum, etiamsi eos suis fratribus mutuare ad vsuras esset maius malum, quàm mutuare ad vsuram alijs, puta christianis, vel ẽt paganis. Ratio diuersitatis est, quia quòd Moyses hoc tolerasset, fuisset ad vitandum maius malum, a quo eos coercere non potuisset, si non tolerasset, & sic non ab vtroque malo potuit arcere, vt docuit eorum multa re bellio, tam contra Deum, quàm contra Moysen virum vtrique mitissimum. Nunc autem cum sint pauci comparatiuè respectu christianorum, & in magna potestate eorundem christiani eos possent ab vtroque coercere, & per consequens ratio & causa tolerandi, quæ Moysen mouisset, cessaret. ergo & effectus. Neque enim propter maius malum vitandum est tolerandum minus nisi quãdo maius aliàs vitari nõ potest vnà cũ minori.

Octauum corollarium. Non igitur valet argumentum quorundam persuadere volentium, quòd potestas debet tolerare indeorum vsuras respectu christianorũ, eo quòd sunt minus malæ, & hoc propter vitare vsuras christianorum respectu fratrum, quæ sunt pelores. Nã dicendum, quòd licet verum sit, illas peiores esse alijs, attamen potestas potest vtrasque impedire. igitur non est ratio tolerandi. Et si dicatur, non potest, quin adhuc multę vsurę committantur in secreto, vel in palliatis contractibus. Dicendum, dato quòd sic. sit, minus tamen malum erit illas secretas, quæ ad lucem venire non possunt, tolerare, quàm publicas (quas posset & tenetur punire) impunitas trãsire. Secundò: quia secretę usuræ sunt paucæ numero respectu illarũ, quæ fierẽt si tolerarentur manifestę usuræ, tunc enim passim omnibus mutuaretur, nec timor pœnę, nec rubor uerecundię esset mutuanti. Minus autem malum est, quod modicum est, quàm quod multum est. Fateor tamen, quòd si nõ possent Iudæi usurarij extirpari simul & christiani, quin oporteret alterum illorum sustinere, aut maius spirituale damnum incurrere, quàm sit vsura alterius illorum, tolerandi essent Iudæi vsurarij, vt non haberentur vsurarij christiani. Minus enim offendit Deus ab ipsis, quàm a christianis filijs suis, sicut rex non offenditur ratum, si canes, vel aliæ bestię mingant in cubili suo quàm si filij, vel serui sui facerent id. Iudæos autẽ Christus uocat canes dicens per Dauid. Circumdederunt me canes multi. Et nota, quòd sicut prædictæ octo conclusiones sonantes de iudæis sunt uerę, sic etiam de christianis usurarijs habent ueritatem singulis similiter respondentis. patet: quia rationes utrobique similiter habent ueritatem & locum.

Arguitur primò contra primam & secundam conclusiones. Sæpe multa mala permittenda sunt propter graue scandalum, ut patebit per auctoritates sequentis argumẽti, ergo cõsentiri potest in mala propter maius malum uitandum. Dicendum antecedẽs uerum de permissione tolerantiæ, sed non est uerum de permissione concessionis & consensus. Et ratio diuersitatis est: quia quando mala permittuntur tolerando tantum, deferitur ueritas iustitię, seu punitionis, ideſt non punitur mala, sed quando mala permittuntur concedendo & consentiendo in ea, deseritur ueritas uitæ. Modò regula est, q̃ nunquã dẽt omitti ueritas uitæ pp q̃cunq; graue scãdalũ emergẽs. i. nũquã dẽt q̃s conscientiã suã ullo pacto maculare, ut ueritatẽ q̃cunq; grande malũ spirituale, unde utilius scandalum nasci permittitur, quàm ueritas uitæ relinquatur, exta. de regulis iuris. qui scandalizauerit. Sed propter scandalum graue possunt aliæ duæ ueritates omitti. Vnde uersus. Est ueritas uitæ, doctrinę, iustitiæque. Primum semper habe. propter scandala linque duo. Vnde & propter graue scandalum aliquando desistitur licitè a prædicatione alicuius ueritatis. ut in c. quando. 11. q. 3.

Secundò arguitur contra quintam cõclusionem sic. Non solum licitè potest, immo debet potestas omittere punitionem criminis & ipsum tolerare, si timeatur scandalum ex non tolerantia, uel ex punitione secuturum. Ex hoc autem, quòd nulla usuratio mutuatio tolleraretur, nasceretur scandalum in populo. igitur tolleranda est. Maior patet per Augustinum scribentem ad Bonifacium, & habetur. 1. dist. 11. c. ut constituetur. in fine. & similiter in c. ipsa pietas. 23. q. 4. ubi sic dicit. uerum in huiusmodi causis, ubi per graues dissensionum scissuras non huius, aut illius hominis periculum, sed plurimorum strages iacet, detrahendum est aliquid seueritati, ut maioribus malis sanãdis charitas syncera subueniat. Et beatus Augustinus li. 5. cõtra epistolam Parmeniani uult, quòd quando a multitudine peccatur, uel ab eo, qui multitudinem habet sociam, ab ecclesia non punitur, sed defletur. Minor probatur. Nam deficerent qui mutuarent populo tam ad vsuram, quàm gratis, ad quem defectum oriẽtur impatientia, murmur, & dissensiones in populo. Dicendum per tres solutiones. Prima est, quòd nomine scandali non uenit aliquod temporale malum, uel incommodum emergẽs in populo, nec fames, nec defectus, nec aliquid simile in quantum tale. Nam scandalum diffinitur sic. Est dictum, uel factum minus rectum alteri præbens occasionem ruinę, oportet ergo, q̃ sit actus præbens occasionem peccã-

ti certè rectitudine sibi debita ineſſe. Si igitur ad extirpationem omnium vſurariorum ſequatur aliquod ſcandalum incommodum, nec illud incommodè, nec actus ad quem ſequitur, dicendus eſt ſcandalum, niſi ratione occaſionis ruinæ in altero. & ideo dato quòd propter ſcandalum omittenda ſit punitio criminis, non ob hoc habetur aliquid contra concluſionem, quoniam cõcluſio dicit, q propter temporale malum virandum non eſt tolerandum ſenus iudæorum. Scandalum autem eſt ſpirituale malum, igitur nihil contra concluſionem. Secundò dicendum, q etiam non propter quodcunque ſcandalum ſecuturum eſt omittenda punitio, ſed propter tale, quod grauius malum eſſet, vel induceret, quã ſit illud, quod toleratur. Vnde & Aug. loquitur de graui ſcandalo, vbi fierent graues ſciſſuræ, & multi periclitarentur, & non ille, vel ille tantum. Vnde etiam in omiſſione prædem. §. pro graui, extra de renunci. habetur, q inter ſcandalum & ſcandalum facienda eſt differentia, ita ut niſi grane ſit ſcandalum, nõ eſt de eo cutandum. Tertiò dicendum, q etiam duplex eſt ſcandalum: quod dam dicitur acceptum, vbi quis ad dictum, vel factum alterius mei ſcelere propria malitia præcipitat in peccatum, ſaũ tamen illius alterius dictum, vel factum non fecit natum cum occaſionare ad hoc, quale ſcandalũ eſt phariſaicum, & propter illud nõ eſt dimittenda punitio criminis, vel aliud quid bonum, nec curandum eſt illud, quod & Chriſtus nos docuit. Cum enim diſcipuli ſui dicerent, domine ſcis: quia phariſei hoc audito ſcandalizati ſunt, tradit. ſinite eos: ceci ſunt & duces cecorum. Vnde ſi in via omnino rectã aliquis cadit, nõ viæ imputandum eſt, ſed proprio defectui. Vnde regula eſt cancellæ Pariſienſis. Nullius agens bene ſecũdum omnes circunſtantias dici debet ſcandalizare alterum quantumcunque ſcandalizaretur alter. Aliud eſt ſcandalum datum, quod eſt, cuius diſſinitum in prima ſolutione, vbi quis ino actu & minus rectè exercito, vel incauto, vel indebitis circumſtantijs. & per conſequens nato cauſare ruinam in proximo facit proximum ruere in peccatum. & hoc uel concurrente & concauſante infirmitate & imperfecto proximi, quod vocatur ſcandalum puſillorum, vel etiam illa imperfectione non concurrente. & propter tale ſcandalum, niſi prius ſedetur quantum fieri poteſt, omittenda eſt punitio criminis, vel aliquid, quod alias liceret. Si autẽ imperfectus & infirmus, de cuius ſcandalo ob ſuam infirmitatem timetur, prius ſufficienter informetur de non capiendo occaſionem peccati ex illo vel illo actu, & informetur de bonitate actus, & ille nihilominus adhuc ſcandalizetur, non erit amplius illud ſcandalum dicendum datum, ſed acceptum & phariſaicum, nec tunc propter eius ſcandalum eſt illud omittendum. Ad propoſitum. Si propter extirpationẽ vſurariorum vſurarij incurrant impatientiam, murmura & huiuſmodi, non ob hoc deſerenda eſt, ſic enim homicidæ & adulteri eſſẽt nihilo minus puniendi, ſi ſe dicerent impatienter ferre punitionem, eſt enim illorum impatientia & murmur acceptum ſcandalum. Si etiam ſecundò propter extirpationem eorum ceteri homines, puta ſeculares incurrant impatientiam, murmur, & huiuſmodi propter defectũ mutuantium eis quocunque modo, tunc aut ſunt ſufficienter informati de iuſtitia & vtilitate illius extirpationis, ſcilicet quemadmodum ſuperiores ad illam extirpationem teneantur, & quomodo ſit res placita Deo immo ſimpliciter vtilis reipublicæ, & a perſonis ciuitatis allegando eis plurima damna, quæ inferunt vſurarij reipublicæ tam ſpiritualia, quàm temporalia, de quibus damnis & vtilitatibus patebit. q. 44. Aut non ſunt informati. Si primum, iterum eorum ſcandalum non eſt curandum, quoniam eſt phariſaicum, & preſertim quando hi ſcandalizarentur, qui conſueuiſſent accipere mutuum ſub vſuris ad negligenter & prodigè viuendum & ſua diſſipandum, niſi in caſu. vbi ex huiuſmodi impatientia tales ſeditiones in populo eſſent futuræ, quibus temporalis pax & conſequenter ſpiritualis turbaretur vſquead odia inteſtina & graues diſſenſiones & partialitates. Nam tunc iterum toleranda eſſet vſura, ſaltem pro parte, neque tunc propter temporale malum præcise, ſed propter ſpirituale malum maius malo vſurarum toleraretur. Nihilominus tamen interea laboretur ad eorum extirpationem non punitiuè, ſed illo modo, quo Auguſtinus docuit commeſtationes & obtrectationes extirpare, quando ſcribens ad Aurelium, air. Non aſperè quantum extimo, non duriter, non modo impetioſo iſta tolluntur, magis docendo, quàm iubendo, magis monendo, quàm minando. Si autem non ſunt ſufficienter informati, omnino prius huiuſmodi populares (qui communiter ſunt rudes) ſunt informandi, quemadmodum extirpatio etiam in rem eorum ſit multiplicãter, vt infra habebitur, & eis informatis fiat, quod dictum eſt.

Tertiò arguitur. Furta ſunt crimina, & tamen illa quandoque tolerantur propter neceſſitatem furantiũ & temporale malum, quod eos praſſit, vel propter neceſſitatem aliorum, quibus ipſi ſuccurrerunt per furtũ. igitur multo magis crimen vſurarum eſt tolerandum propter neceſſitatem nõ tantum vſurariorum, ſed etiã ipſorum recipientium ad vſuram, quatenus ſolicet dãtes recipientes mutuum patientes neceſſitatem habeãt quo ſuccurant ſuis neceſſitatibus. Conſequentia nota pro vtraque parte conſequentis. pro prima a ſimili. pro ſecunda a minori. Minus enim videtur tolerandum erimen factum in fauorem agentis, quàm in fauorem alicuius innocentis. Antecedens probatur in c. ſiquis, extra, de furtis. Dicendum ad antecedens, q aut neceſſitas furantis eſt extrema. & tunc ſimpliciter toleratur: quia non eſt tunc crimen, immo tunc propriè non toleratur, cum non ſit malè factum. accipit enim, quod ſuum eſt. licet ad cautelam poſſit ſibi penitentia imponi propter dubitatæ neceſſitatis. & eodem modo mutuans quid ad uſuram, ut habeat panes, quos aliàs habere non poſſet, cum ſit in extrema fame conſtituens non peccaret. acciperet enim non ratione mutui quid ſibi indebitum, ſed debitum. Si autem furantis neceſſitas eſt citerior, non debet tolerari: immo puniri, ſed bene leuius punitur, quia etiam leuius peccauit, cum magna neceſſitate inductus peccauerit. ita etiam leuius puniri poſſet exercens vſuram ob ſuam neceſſitatem, quàm exercens ex cupiditate.

QVAESTIO XXVII.

Vtrum poteſtas ſecularis & prælatus eccleſiaſticus poſſit iudeis dare licentiam mutuandi ad vſuras chriſtianis, vel alijs cum pacto tali eos

eos conducendo, vel recipiendo ad ciuitatem? Solutio. q. ſtat in duabus ſuppoſitionibus, ſeptem concluſionibus, & decem argumentorum ſolutionibus.

Prima ſuppoſitio. Dare iudæis licentiam mutuandi ad vſuram eſt eis concedere mutuationem vſurariam. Ergo tot modis contingit licentiam dare eis, quot modis contingit concedere eis mutuationem vſurariam. Modò tribus modis contingit eis mutuationem vſuraria concedere: quia trib. modis capitur peccatio, quos modos vide ſupra. q. 22. concluſione. 7. quos hic ſuppono.

Secunda ſuppoſitio. Ille cõtractus, vel actus, quo iudæi recipiuntur in ciuitatem aliquã cum pacto de dando eis licentiam prædictam: & econtra iudæi intrant eandem cum pacto tali, q detur eis licẽtia prædicta, vocatur conductio, ſed impropriè. Prima pars eſt nota. Secunda probatur: quia ad conductionem propriè dictã requiritur, quòd conducens cõueniat cum locatore de precio certæ quantitatis, quod conductor debeat dare locatori: & econtra locator rem aliquam concedit cõducenti ad uſum ſuum, vel etiam perſonam ſuam, & proprium corpus ei concedit, ut eodem utatur. i. operas eius habeat ad commodum ſuum, prout infra diffuſius habebitur in q. 87. de contractu locationis & conductionis. Modò cum rector alicuius ciuitatis facit præ dictum contractum cum iudeis, non conuenit cum eis de dando ipſis aliquod precium certæ quantitatis pro conceſſione, qua econtra iudæi debeant rectori ciuitatis, vel ciuitati concedere aliquam rem ad uſum, vel ét corpora ſua, ut ciuitas habeat operas eorũdem. igitur. Maior nota. Minor probatur dupliciter. Primò. Nam non ſolum rector, uel ciuitas non dat eis precium aliquod, ſed potius iudæi habebũt rectori, uel ciuitati dare tributa & cenſus pro ingreſſu eiudem, ſeu (quod idẽ eſt) pro iure inhabitandi ciuitatem, adeo q ſi quæ conductio ibi eſſet, potius iudæi dicerentur conducere a rectore uel a ciuitate aliquid, q̃ econtra. Vnde & iudæi aliquando aſtringũtur ut mutuent quodammodo gratis incolis eiuſdem ciuitatis, gratis dico compatatiuè. i. q minores uſuras recipiant ab incolis, q̃ ab extraneis. Secundò probatur minor: quia ſi non ſit uera, maximè pro tanto, diceretur rector, uel ciuitas conuenire cum iudæis de dando eis precium pro quanto rector, uel ciuitas conuenit cum eis de dando incrementum ſortiũ mutuandarum tanquam precium ipſius pro hoc, ut occupent ſe in mutuationibus, quaſi mutuationes ſint operæ eorum. Sed hoc non ſufficit ad defendandũ uel ſaluandum ibi eſſe conductionem propriè dictam, hoc aſſumptum patet quadrupliciter. Primò: quia illa incrementa vſurarum non dat rector, vel ciuitas, ſed hi, qui mutuum recepturi ſunt ab eis. Hi autem, nec ſunt rector, nec ciuitas, nec tales, apud quos eſt auctoritas concedendi alicui ius inhabitandi ciuitatem, & aliqñ non ſunt ciues, uel incolę, uel indigenæ ciuitatis, ſed extranei. Secundò: quia ſi conſentur rector & ciuitas, prædicta incrementa concedendo eis aliquid dare pro mutuis exercendis, illud erit licentia tantùm, vel ius capiendi incrementa (ius dico non verum: quia nullum tale eſt eis dabile, ſed fictum, quod potius eſt iniuria, q̃ ius dicendum) hoc autem ius non dicitur precium certæ quantitatis. Precium enim propriè eſt numiſma, & prædicta incrementa ét non ſunt certæ quãtitatis. Tertiò: quia & ſi mutuatio poſſit dici quædam opera eo mõ, quo illum actum exercet famulus alicuius mercatoris, uel cãſoris pdictus ad numerãdũ pecuniam dñi ſui his, qui uolunt eã recipere: tũ illo mõ capiendo mutuare, nõ poſſunt iudæi ad ciuitates, ut mutuent: quia non conducuntur ut numerẽt pecuniã ciuitatis vel rectoris ciuſdẽ uolentib. eã mutuò accipere, quo mõ liceret mutuanti recipere precii certæ quãtitatis ultra ſortem ſm exigentiã laboris quem impendit, & hoc ab ipſo dño, cui ſeruit in hac opa, nõ aũt dñs poſſet aliquid exigere pro hmõi opa, & hoc pp ſpeciem mali, & ét qa modica eſt talis opera, vel labor mutuationis, adeo q ét ſi quid pro hmõi opa (forte quia lõgo tpe habebit numerare) ſibi deberetur: tamen illud valde modicũ eſſet, & non trãdem, quantum eſt incrementũ, qđ uſurarij accipiũt a recipiẽtib. mutuũ, iudæi ét nõ pducunt ad mutuandũ capiẽdo mutuare, p transferre dñiũ rei ſuæ vſu conſumptibilis in aliũ, quo mõ famulus mercatoris nõ mutuat. Hocaũt mõ capiendo mutuare nõ eſt quædã opa dicenda & per pñs non cenſenẽ iudęi locare operas ſuas, qñ offerũt ſe ciuitati ad mutuandũ potẽtib. mutuũ. nec ét locãt aliquã rẽ a corpore ſuo uel operis ſuis, quę res ſit ut locatar: quia nullã aliã rẽ pcedunt recipiẽti mutuum, niſi illã quã mutuant. Mõ re ſmutuata nõ eſt res locata: qa locata res non eſt uſu cõſumptibilis inquãtũ locata, ſed mutuata res eſt uſu cõſumptibilis, ſm q mutatur. Attamen huic probationi reſpondetur, q mutuare ét ſecundo mõ captũ eſt quædam opera dicẽda, ſine illud mutuare ſit gratuitũ, ſiue non, ſicut laboratio ruſtici in uinea eſt quædã opa: qa eſt actus natus afferre bonũ aliquod ei, p quo fit, & hoc ſiue fiat gratis, ſiue non, ita ét mutuatio iudæorũ eſt q̃dã actus natus afferre bonũ ciuitati, vel mẽbris ei⁹, quãuis p illa opa nihil liceat recipere. Nã ſi mutuatio eſt gratuita, patet propoſitũ de ſe. Si aũt eſt uſuraria, ét nihil licet pro ea recipi: quia iã mutuatio uſuraria fieret magis uſuraria, eo q illud, pro quo fieret, etiã eſſet uſura dicenda. Nec tñ ſequitur, p illa opa nihil licet recipere. igit nõ pringit ibi eſſe ẽctũ conductionis, ſicut p opa ſpirituali nihil licet recipere p modũ precij, & tñ ſi pueniam tecũ de dando tibi numiſma certæ quantitatis pro tali opa tanquã precij eſt pductio licet illicita. Solutio, q ét conductio eſt, p opa illicita, ubi tñ abſoluta receptio precij eſt illicita, ſicut fornicãs pducit meretricẽ, vt ſibi locet corpus ſuũ, quo habeat opas illius ad bonũ ſuum delectabile, & tñ meretrix pro illis operis licitè recipit precium, quamuis conductio ſit illicita, eo quòd ibi eſt conſenſus utriuſque in illicitum actum. Quicquid tamen de hoc ſit, conſtat, quòd etiamſi mutuatio uſuraria ſit quædam opera illicita: tamen ciuitas non dat iudæis pro illa aliquod precium certæ quantitatis. igitur non eſt conductio propriè loquendo. Quartò: quia ſi quid dat rector, uel ciuitas iudæis, illud eſt ius habitandi in ciuitate. Illud autem non eſt precium: quia precium eſt numiſma. Dando ergo eis tale ius, non dicitur eas conducere, ſed potius econtra, ex quo dat eis illud ius pro certa pecunia, quam dare cogentur iudæi ciuitati, ſequitur, quòd potius uendit ciuitas eis aliquid, & ſic erit contractus uenditionis inter ciuitatem & iudæos. Ex hac ſuppoſitione ſequuntur duo corollaria. Primum, quòd rector, uel ciuitas dat iudæis duo, ſcilicet ius habitandi in ciuitate, & pro illo correſpondẽter accipit ciuitas precium certę quan-

titatis. Secundò dat eis licentiam exercendi usuras (quę est ius solo nomine iuris) & pro illo etiam dant iudei precium. Nam iudęi pro iure inhabitandi ciuitatem non darent tanta tributa, nisi eidem iuri habitandi esset annexum ius exercendi usuras. ideo augens tributa, & per consequens una pars tributorum respicit ius habitandi, & alia pars ius exercendi usuras. Secundum corollarium est, quòd potius est ibi uenditio ex parte ciuitatis, & emptio ex parte iudęorum, uel si non est contractus emptionis & uēditionis, sed conductio: erit conductio ex parte iudæorum & non ex parte ciuitatis uel rectoris: sed erit ex parte ciuitatis & rectoris locatio: quia locabunt iudæis certam partem ciuitatis ad habitandum ibi pro certo precio, sed ius exercendi usuras nō confert ciuitas eis locare, sed dare contractu innominato, vel vēdere.

Prima conclusio. Capiendo dare licentiam pro concedere primo modo, tunc in eodem casu, in quo potestati seculari, & Prælato ecclesiastico licitum est tolerare mutuationem usurariam iudæorum, etiam est licitū eis dare licentiam mutuandi ad usuras. Probatur: quia concedere primo modo nihil aliud est, q̄ tolerare. igit si tolerantia illius criminis erit in eodem casu licita, capiendo concessionem pro tolerantia, tenet p̄ia ab eodē ad idem. Et q̄ dare licentiam capiatur aliquādo pro tolerātia patet: quia sic accepit Greg. in c. qui sincera 45. distin. ubi in fine loquens de iudeis ait. Liberā habeāt obseruandi, celebrandiq; licentiam, suppic legales suas ceremonias, in hoc inquam, quòd dicit licētiam, capit licentiam pro tolerantia, quę est concessio primo mō. Et in hoc quòd dicit liberam, innuit etiam cōcessionē secundo modo. i. tolerantiam cum prohibitione impedimentorum, & sic ibidem tangitur concessio primo & secundo modo. Et licet hęc conclusio sit indubitanter uera, quantum tamen ad casum quæstionis requiritur, nō esset opus eam ponere suppositā communi practica eiusdem casus. Nam quæstio est de illa datione licentiæ, quæ fit in casu, quo iudęi recipiuntur ad habitandum in ciuitate aliqua, uel si prius sint ibi ad hoc ut recepti ibidem perseuerare possint, uel debeant. Modò nunquam uel raro in tali receptione datur eis licētia tantummodo primo modo: quia nunquam iudæi darent tanta tributa ciuitati pro tali licentia tantummodo primo modo capta. Nam rectorem, uel ciuitatem dare eis hoc modo licentiam non esset aliud, quàm quòd rector, uel ciuitas sponderet eis, quòd pro peccatō usurarum non uellet eos punire in tali casu, in quo per suum crimen usurarum uitarentur maius malum, quàm sit malum usurarum, quod maius malum aliàs uitari non posset, uel in casu, in quo per suum crimen usurarum obtineretur bonum, aliàs debitum & necessarium, seu præceptum maius, quàm sit illud bonum, quod laeditur per crimē usurarum, quòd bonum aliàs obtineri non posset, de quibus casib. habitum est in sexta & septima conclusionibus precedentis quæstionis. Modò illi duo casus rarò, uel nunquam se offerunt inter ciuitatem & iudęos, & per consequens rarò, uel nunquam contingeret, q̄ ciuitas, uel rector eius assecuraret iudæos de impunitate criminis usurarum. Modò iudęi nullatenus darent ciuitati tanta tributa, si non deberent habere securitatem ut in plurimum, & quasi universaliter de impunitate illius criminis. immo etiā non darent ea si non haberent securitatem de non impediendo eos prosecutione & collectione usurarum, quod assecurare de non impediendo, & impeditores prohibendo est eis dare licentiam etiam de secūdo modo. Attamen hęc conclusio posita est pro bonitate intelligentię, ut. s. eo melius intelligat decisio quęstionis.

Secunda conclusio est trimembris, & est hęc. Capiēdo dare licentiam pro concedere secundo modo non est licitum p̄ati seculari, & Prælato ecclesiastico dare licentiam iudeis mutuandi ad usuram, etiam per quocunque malo uitādo, siue temporali, siue spirituali, vel etiam pro quocunque bono consequendo tēporali uel spirituali. Prima pars probatur: quia dare licētiam mutuēndi ad usuras, prout idem est, q̄ concedere secundo modo captum includit, seu infert consensum in id, q̄ concedit. Modò non est cuiquam licitum consentire in mutuationem usurariam, igitur conclusio uera. Minor nota ex precedenti quæstione. Maior probatur: quia ille, qui concedit aliquem actum capiendo concedere secundo modo, sic se habet, quòd non solùm tolerat, seu nō punit eum, sed etiam prohibet impedimēta possibilia fieri exercēti talem actum. Modò in casu mutationis usurariæ ad hoc antecedens. s. ille tolerat hūc actum & prohibet impedimēta eiusdem, sequitur hoc duplex consequens. Igitur prohibet, ne hi qui recepērant ad usuras se opponant ad soluendum usuras. Secundò igitur prohibet, ne hi, qui usuras, sub quibus receperunt mutuum, soluerunt, repetant usuras. Mō ad primum p̄is sequitur. igitur talis prohibendo opponēs se solutioni usurarum iuuat usurarios ad extorquēdum & imbursandum usuras. Et ad secundum consequēs sequitur, igitur talis prohibēdo repetitionem usurarum solutarum iuuat usurarios ad detinendum & retinendum usuras, nolendo eas restituere. Modò, qui iuuat ad extorsionem usuræ nondum solutæ, aut ad detētionem solutæ consentit in crimen mutationis usurariæ, uel saltem in crimen æquale criminī prædicto: q̄ extorsio usurę & eiusdem detentio non minus crimen est, quàm mutuatio usuraria. Secunda pars probatur tripliciter. Primò: quia pro quocunque malo temporali uel spirituali uitando, etiam maximo, non est licitū cuiquam consentire in peccatum etiam minimum, ut patuit in præcedenti q. Modò dare licentiam, ut idem est, q̄ concedere secūdo modo, necessariò includit, vel infert consensum in peccatum mutuationis ad usurā, vel in peccatum non minus illo. igitur. Secundò sic: quia si esset licitum maximè pro aliquo tpali malo vitādo maiori, quàm sit mutuatio ad usuram, sed hoc non quia nullum tēporale malū est maius peccato mutuationis usurariæ: quia licet mutuatio usuraria inferat ali quod malum tpale. s. quia aufert usuram recipienti mutuum, & quo ad hoc esset bñ dabile tpale aliqđ malum maius, q̄ sit illud tpale malū, qđ infert per mutuationē usurariam: tñ præter illud damnum talis mutuatio est spūale malū, tale sit ex toto genere est maius omni tēporali malo. igitur. Tertiò: quia si sic, maximè pro uitādo, ne pauperes fame morerentur, & ne pauperes mercatores atque artifices, & huiusmodi parerentur desolationem suorum negociorum, artificiorum, & officinarum, eo quòd talibus sæpius succurratur per usurarias mutationes. Sed nec in tali casu licebit dare licentiam prædicto modo usurariis, cum tale dare licentiam

licētiā sī cludat, vel inferat p̄sensum. Mō (s̄m qđ vult Papa s̄m unum inrellectū in c. super eo) nō licet usurario exercere mutuationem usurariā, ēt vt exercens p̄ lucrū tale redimat captiuos, qui moriturī sunt, uel temporaliter, uel spiritualiter, nec ēt licet alicui p̄ducere aliquē ad mutuandum sub usuris, & de illo mutuo redimant tales captiui, ut vult Papa in eodē c. s̄m aliū intellectū, de quib. intellectib. est habitum in precedenti. q. & per p̄is vult, q̄ potius permittendū est tales mori, q̄ cōmitteūdū peccatum usurę, vel q̄ inducendū aliquē ad crimen illud, & per p̄is eadem rōne potius permittendū est, tales artifices mori, q̄ consentiendō in illud crimē. Hæc ultima p̄a tenet: quia uterq; faciens & p̄sentiens peccat mortaliter, & facienti nō est licitū, co q̄ faciēdo peccat mortaliter. igitur, si consentiens etiā peccat mortaliter, eadem rtione non licebit sibi, sicut nec facienti. Tertia pars probat: quia uel illud bonum esset tēporale, uel spirituale. Si primum, nullum tale erit maius bonum, q̄ sit illud bonum, qđ tollitur per usurariā mutuationem, & per p̄is pro nullo temporali bono p̄sequēdo consentiendum est in illam mutuationē, quæ tollit maius bonum, non est. n. consentiendum in perditionem maioris boni pro assecutione minoris boni. dare aūt licētiā capiēdo p̄cedere secūdo mō includit, uel infert cō sensum. igit. Si secūdū, tunc quāuis essent dabilia maiora bona spūalia, q̄ sit illud bonum spūale, quod tollit; uel leditur p̄ mutuationē usurariam: tñ pro nullo bono spūali p̄sequendo ēt maximo p̄sentiēdum est in malū spūale ēt minimum, neq; enim sunt facienda mala, vt eueniant bona, ad Ro. 3. adeo ut siquis uno peccato ueniali posset redimere totā infernum, non liceret sibi illud ueniale cōmittere, quin peccaret illud cōmittēdo.

Tertia conclusio. Sicut secunda cōclusio, quæ sonat de dare licentiā capto pro p̄cedere secundo mō est uera quo ad oīa tria membra, ita eadem cōclusio quo ad oīa tria mēbra est uera, si capiat dare licētiā pro p̄cedere tertio mō. Probatur sex rationib. Prima rō probat ēā quo ad oīa tria membra, & est per locum a maiori negatiuē. Nam magis uideretur, q̄ liceret eis dare licentiam secūdo modo, q̄ tertio modo, & tñ secundo modo non licet. igitur nec tertio modo. Maior probatur: quia dare licentiam tertio modo includit dare licentiam secūdo modo, & cum hoc aliquid ultra. Secundò sic: quia hoc tertio modo p̄tēm seculārē, vel Prælatum ecclesiasticum dare licentiam, est dare auctoritatē cōmittēdi talo crimen, modo hoc nō est licitum. Maior probat: qa eo ipso q̄ ille, ad quē spectat ex officio punire crimina, assecurat aliquē de impunitate criminis, & sic q̄ pelit impeditores criminis coercere & inuare ad deductionē ac cōlamationem criminis, ipse auctoritatē p̄æstat crimini, modo hoc facit p̄ās, si dat licētiam tertio mō capiēdo. Minor probat: quia dans auctoritatē committendi crimen, tātūdem peccat, vel magis, q̄ ille, qui tale committit, ut patet in c. qui consentit 11. q. 3. ubi ait Isido. Qui consentit peccantibus, & defendit alium maledictus erit apud Deum & homines, & cōripiet increpatione seueriſſima, hinc ēt quidam sanctissimus pater ait. Si quis peccantē defendit, actius q̄ ille, qui peccauit, coercetur, hæc ille. Mō ubi grauior pena, maior culpa. Tertiò sic, non est licitum dare licentiam tertio modo iudæis id faciendi, qđ redundat in opprobriū christiānorum, sed iudæos mutuare christianis ad usuram redundat in opprobrium christianorum. igitur. Minor patet ex deductis. q. precedenti conclusione tertia. p. probatione quarta. Quarto sic. dans tertio modo licentiam iudæis ad mutuandum sub usuris est causa duplicis peccati, scilicet in iudæo (cui auctoritatem præstat & occasionem committendi crimen usurę, qui aliàs illud non committeret, saltem incipiendo & consumando, quamuis forte proponendo) & etiam sæpe in recipientibus mutuum a iudæis. igitur tale dare est licitum. cōsequentia nota. Antecedens pro prima parte patet, sed pro secunda probatur. Nam licet non sit necesse recipientem mutuum sub usuris peccare in recipiendo, tamen sæpe contingit, quòd multi recipiēdo peccant, vel occasionantur ad peccandum, qui non peccarent, si tales mutuatores non inuenirent. Primum probatur: quia in nōnullis casib. ēt est peccatum recipere mutuū sub usuris, ut patebit in q. 47. Secundum aūt probatur: quia multi ducti spe inueniendi aliquos qui mutuent eis super bonis suis ociantur, ad ocium aūt sequuntur multa uitia, multi etiam prodigè consumūt sua eadem spe ducti, non enim conceduntur tñ pro patientib. necessitatem, sed pro quibuscunq; uolentib. mutuum recipere, multi ēt recipiunt mutuum ad ludos, & ad alia illicita, multi ēt furant' dñis suis, aut aliis, & impignerant iudęis usurariis, qui si non inuenirent, quib. impignerarent, non furarent, & tunc cogetur dñs rem suam redimere, & interdum perdit eam: quia iudęi celant, si possunt. Quintò sic. Non esset licitū p̄ati seculari, uel Prælato ecclesiastico, q̄ ciuitas careret publicis meretricib. aliquas mulieres ēt alias paratas ad meretricandum, ut puta, quæ prius essent meretrices in alio loco, accersire dando eis licentiam meretricandi, capiendo dare licentiam pro concedere tertio modo. igitur nec simile licebit circa usurarios respectu mutuationis ad usuram, tenet p̄ia dupliciter. Primò a simili: quia utrq; quę est peccatum mortale. igitur, qua ratione unū non licebit, nec reliquum. Secundò tenet p̄ia a maiori: qa magis uideretur primum q̄ secundum, p̄ duo. Primò: quia & si meretrix peccet exercendo opus meretricale, non tamen peccat recipiendo precium, iudæus autem peccat tam exercendo mutuationem ad usuram, quàm etiam recipiendo usuram. Secundò ideo: quia per hoc q̄ opera meretricum tolerantur, uitatur malum spirituale, & malus q̄ sit opus meretricum. s. adulterium & peccatum p̄ naturam, quæ aliàs suppositā infirmitate & carentia gratiæ in pluribus uitari non posset, sed sæpissime incurreretur, sed per opera usuriatorum non sic uitantur mala spūalia maiora, quin illa eadem etiā sup positate infirmitate, & carentia gratiæ in plurib. hoīb. possent, ut cōter & frequenter uitari: quia rarissimè sic ciderent casus, quo nō possent uitari mala spiritualia maiora, q̄ sit peccatum usuræ, nisi toleraretur usura. Sextò: quia si quę excusatio foret in dando licentiam eis tertio modo, maximè esset illa, quæ sequitur, sed illa non excusat. igitur nulla est excusatio. Maior probat, ponendo excusationem talem. Dicendo, scilicet quòd dans eis licentiam mutuandi ad usuram considerat ipsam mutuationem usurariā, non s̄m quòd est usuraria & iniuriosa uel nocita proximo recipienti mutuum: sed s̄m quòd est allatiua cōmoditatis in republica, & ut sic considerata concedit. mō ut sic considerata concedere & in ipsam p̄sentire non v̄ illicitū, quod sic

patet, quia per illam uiam assignatur excusatio ipsius, q recipit mutuum. s. usuras ab usurario, puta si quis est ne cessitate pressus & recipit mutuū sub usuris pp commoditatē, quam sibi affert mutuatio usuraria, eo q per illā liberat a necessitate, non facit in hoc q d illicitū, & hoc pro tanto: quia quāuis recipiēdo mutuū sub usuris cōsentiat in mutuationem usurariam, non tñ in ea cōsentit, fm q est usuraria & pitiosa ex parte usurarij: immo nec in eadem fm q est ex sua parte sibi nociua, saltē ab soluta uolitione, quāuis conditionata malēs pati dānū in illo modico, q̄ non patiendo paruum dānū incurre re magnū, sed consentit in eandem, inquātū sibi affert commoditatem, per quam euadit maius dānū. Si igit recipiens sub usuris mutuum per illam uiam excusat, q non absolutè consentiat in mutuationem usurariā, sequ tur q per eandem uiam excusari poterit ptās dans usurariis licentiam mutuandi ad usuras, ēt consentiēdo in eorum mutuationem usurariam. Minor sūt, scilicet q hæc excusatio non excusat ptātem patet sic. Nā in mutuatione usuraria sunt tria cōsideranda, primo mutuatio, secundò uolitio hūdi incrementum ultra sortē indebitum, tertiò receptio incrementi indebiti. Primum non est actus prohibitus, immo cōcessus & ꝑsultus. Secundum ūt, quod est intentio prana, est ꝓhibitus actus, fmaliter tertiū, concedendum igitur est, q cōsentire in primū non est illicitum, & maximè cū in illud ꝑsentire pp Deum & bonū reipublicæ, sed ꝑsentire in secūdū est illicitum, sīst cōsentire in tertiū, etiamsi fiat ꝑsensus in ipsum pp bonum tpale publicū: immo si fieret pp sum mum bonum spūale obtinendum, vt onūm est in ꝓcedenti. q. Mō ptās conducendo iudæos & dando eis licentiā tertio mō, concedit eis tam primū q̄ secundum & tertium actum, ꝑsentiēdo in oēs. De primo patet. De secundo & tertio probatur: qa eo ipso q dat licentiam, vel concedit tertio mō mutuationem usurariam spon det eis, q non solū non uelit eos pro illo secundo actu, uel ꝓ actu sibi subordinato punire, sed ēt q uelit illos, qui receperunt mutuum sub usuris compellere ad solu tionem usurariam, & eos, qui soluerunt usuras impedi re, ne recuperēt solutas, & ipsis usurariis esse auxiho ad colligendum usuras, sub quibus mutuauerunt, & ad re tinendum usuras iam imbursatas, hoc autē spōdere est consentire in secundum & tertium, ut patet de se. Et q obiicis a simili de recipientibus mutuum sub usuris. Di cendū, q si similem casum ponis, ēt nec illud erit licitum, puta si recipiens mutuum ꝑsentit in primum, secū dum, & tertium, volendo illos actus fieri vel esse, tunc enim recipiens peccat mortaliter. Vnde ad hoc ut cui tet peccatum, requiritur, q tūmō uelit primum ex prædictis, & q nolit secundum & tertium, uel saltē non ue lit secundum & tertium, sed bene pōt uelle aliū actū, q se tenet ex parte sua, s. soluere usuras usurario. Nam illud soluere non est peccatum. Non enim peccat uolendo soluere, uel soluendo, sicut nec spoliatus peccat uolendo dare, vel actu dando res suas spoliatori, peccaret tñ si uellet, vel placeret sibi, q spoliator raperet homini bus res suas, sed de hoc infra latius tractabitur in q. 45. Et si iterum arguas pro excusatione prædicta, & dicas, fateor, q ꝑsentire absolutè in secūdum & tertiū est peccatum. similiter cōsentire in secundū & tertiū inquantum est iniuriosum recipienti mutuum, qui cogit dare ultra sortem, vel inquantum est ꝑ Deum, uel inquantū est peccatum, sed tñ consentire in secundum & tertiū non absolutè, nec ēt sub prædicta rōne, sed sub illa rōne, qua secundum & tertium cum cōiuncto eis primo sunt utilia reipublicæ, non vī malum. Modò ptās secularis, vel prælatus ecclesiasticus conducēs usurarios prę dicto mō, non consentit in secundū & tertium, nisi in quantum ipsa cum primo sunt utilia reipublicæ, igit ex cusatio ꝓdicta adhuc habet locū. Dicendū, q hoc argu mentum quadrupliciter deficit. Primò: quia supponit falsum. supponit enim, q secundum & tertium sint utilia reipublicæ, & hoc est falsum. Nam auferre, vel nelle auferre membris reipublicæ bona temporalia, & nec il la applicare fisco reipublicæ, non est utile eidem, talia aūt sunt secundum & tertium. Et si dicis, quāuis illa se solum non sint utilia reipublicæ, tñ iuncta primo sunt utilia, hoc non est uerum. Nam quāuis primum sit utile, non tñ sequitur, ergo secundum & tertiū iuncta primo sunt utilia, sicut si duo ethiopes jungantur uni hōi albo, non est uerum dicere, q illi ethiopes sint albi etiā prout sunt iuncti uni hoi albo: immo nec uerum est, il los tres homines esse albos. Secundò deficit: quia qñ aliquis actus est ex genere malus, tunc consentire in ip sum ēt sub quacunq; rōne uel ordine ad quēcūq; finē, nunquā erit bonū, ut ostensum est in q. præcedenti. cū aūt secundum & tertiū sint actus ex genere mali, nun quam poterit ptās licitè in illos cōsentire sub rōne qua cunque, uel ordine, ad quēcūq; bonū finē. Vnde si hoc excusaret, eadē ratione, & fortius liceret rectori ꝑsentire in opa meretricum, ut fierēt, & hoc sub illa rōne qua sunt utilia reipublicę. s. ꝑseruatiua ab adulteriis & turbationib. sequentibus adulteria, quæ utilitas maior est, q̄ illa, quā affert mutuatio usuraria. Tertiò deficit: quia non sequitur, consentiens in illos actus nō consentit in eos, inquantum sunt ꝑ Deum uel proximum. igitur cōsentiendo non peccat. Nam sufficit. q illi actus a parte rei sint ꝑ Deum & proximum. Quòd autem hæc suf ficiat, & non requiratur, q consentiens vel faciens eos faciat eos inquantum sunt ꝑ Deum uel proximū, proba tur: quia si hoc requireret, multi non peccarent in mul tis casib. de q̄b. non dubitamus, quin peccēt. Probat, nā is qui libidine affectus fornicat, nō agit illū actū inquā tum est displicēs Deo uel proximo, sed inquātū est sibi delectabilis, & q adorat idola, uel periurat metu mor tis inducti, non adorat idolū, uel periurat, inquantū ille actus displicet Deo, sed pro quanto est sibi uia euadēdi mortē, & multi, qui furant proximo, nō id faciūt, ut noceant proximo, sed ut prouideant sibi, quāuis nō nulla alia peccata fiant in illū finem. s. ut offendatur ꝓximus. Quartò deficit: quia non sequit, ꝑsentiēs ī illos actus non ꝑsentit in eos inquantū sunt peccata, sed sub alia rōne, vel pp aliū finem. igit nō peccat. Nā si hoc va leret, nemo in quocūq; actu peccaret. Nam nemo quēcunq; actum faciat, nult illū actum inquantū est pecca tū. inquantū caret rectitudine sibi debita inesse: quia illa carentia nō est quid natū appeti, eo q nō est qd bo nam, nec est nata hīe rōnē bonitatis. Mō qñ uoluntas aliquid uult sub aliquali ratione, illa est ratio aliquius bonitatis, siquidem nemo facit actum aliquē, quin uel let, q ille non esset peccatum, & q liceret sibi illum fa cere. unde nemo aspiciens ad malum operatur.

Quarta cōclusio. Non est licitum potestati seculari, vel prælato ecclesiastico conducere iudæos cum pacto de dando

de dando secundo vel tertio modo eis licentiam mutuandi ad usuram, probatur dupliciter. Primò: quia sequitur bene, conduco te cum pacto de dando tibi licē tiam secundo vel tertio modo, igitur paciscor meiā da re, vel me daturum tibi licentiam talem, & si paciscor, igitur consentio, vel uolo tibi dare licentiam secundo uel tertio modo: quia ubi est pactum ibi est consensus. l. 1. ff. de pactis. et si uolo eam tibi dare, igitur consentio in dationem eius, sed illa datio licentiæ est peccatum mortale ex secunda & tertia conclusione. igitur consen tio in mortale, consentire autem in mortale est mortale, igitur de primo ad ultimum, conducere iudęos cum pacto prædicto, est mortale & illicitum. Secundò sic, qui conducit aliquem, nult, q conductus id faciat, ad quod eum conducit, siue sit ibi conductio propriè dicta, siue impropriè dicta, Potestas autem conducendo iudęos & promittendo eis, q uelit eis dare licentiā mu tuandi ad usuram conducit eos, etsi non propriè loquē do: tñ impropriè, igitur Ptās nult, q iudæi faciāt id, ad quod eos conducit, sed Potestas eos conducit ad exercē dum usuras, igitur Ptās nult illum actū ab eis fieri, sed ille actus est mortalis, igitur nult mortale ab eis fieri.

Quinta cōclusio. Non est licitum ptāti seculari, vel prælato ecclesiastico conducere iudæos taliter, q ptās prohibendo eis maiores usuras, concedat minores con cessione secundo uel tertio modo a cępta, probatur tri pliciter. Primò: quia sequitur bñ a tota cop Patina ad alteram partem. s. prohibent eis usuras maiores, & conce dunt minores, igitur concedunt minores usuras, & ul tra concedunt minores usuras, igitur cōcedunt usuras, modo illud concedere est illicitum ex secunda & tertia conclusionibus igitur. Secūdò: quia si liceret, maximè pro tanto: quia exercere minores est minus malum, q̄ exercere maiores. sed hoc non sufficit ad reddendum il lud licitū: quia quāuis exercere minores usuras sit mi nus malum, q̄ exercere maiores, tñ ēt non licet conce dere secundo uel tertio modo minus peccatum: immo nec minimum, ēt ve uitetur maximum, ut oltēsum est. Tertiò: quia quāuis exercere minores usuras sit minus malū intensiuè q̄ maiores exercere, tñ concedendo eis minores exercere conceditur eis malum, qđ est vel erit extensiuè maius q̄ esset maior usura concessa uel ēt pro hibita. De concessa patet sic. Nam ex hoc q eis cōcedit secundo uel tertio mō exercere minores usuras, multo plures recipiunt mutuum sub usuris, q̄ si usuræ essent graues, & sic plurib. vicib. exercetur peccatum, q̄ si ma gnæ essent concessæ, adeo q ubi aliàs tantùm una uice exerceretur peccatum usuræ, si usura grauis acciperet, ibi minor decem uicib. exercebitur, & illud extensiuè esse maius æquiparabit minorem usurā maiori usuræ, q̄ est intensiuè maior, sicut x. furta, quorum quodlibet est uarius flor. æquiualet uni furto quo sit quis x. furatur. Et si dicis, si prohibentur intellectiuè oēs usuræ, tunc adhuc fierent in secreto aliquæ usuræ & valde graues, fateor, sed tñ illæ graues fierent rarò in cōparatione ad leues expressè concessas: quia si leues concedantur ex pressè, tunc omni timore postposito exercebunt eas, & per ꝑs plurib. vicib. & tot, q leues usuræ æquiparabūtur uni grauj usuræ, vel excedent. & ita iterum hī, q cō cedere minores est concedere malum, quod est extensiuè maius, q̄ sit usura grauis ēt prohibita. Et si arguatur, licitum esset rectori ciuitatis statutū edere, qđ contine

solei, sub quibus quis accipit mutuum, & quòd tales vsurę solutę non repetantur, nec repetitæ soluantur, est excommunicatus ipso facto, & idem iudiciũ est de eo, qui obseruat prædictum statutum iudicãdo secundùm ipsum: puta compellendo ad solutionem vsurarum, aut impedendo repetitionem solutarum. Modò potestas secularis, vel prælatus ecclesiasticus recipiendo iudæos cum prędicto pacto & datione licentię secundo vel tertio modo videtur facere statutum prędictum. igitur est excommunicatus. Maior patet per clementinam vnicam, de vsuris. Minor probatur: quia talis pẽa, vel prælatus facit prædictum pactum, inquantum pẽas vel prælatus, seu virtute suæ auctoritatis: ergo intendit vt personam publicam obligare ad obseruãtiam illius pacti, & similiter intẽdit etiam suos subditos obligari ad eiusdem pacti obseruãtiam: ergo tale pactum habet omnem effectum, quem haberet prędictum statutum. igitur videtur prædictum statutum fecisse in faciendo tale pactum. Prima pẽa tenet: quia si statuisset illud, qd prædictum est, ipse obligasset se ad hoc, ꝙ vellet laborare in iudicio, ꝙ vsurę soluerentur, & soluto non repeterẽtur, & similiter obligasset subditos, & nihil aliud importasset statutum prędictum, modo idem hẽt locum virtute prędicti pacti. Nam concedẽdo eis secundo vel tertio mò licentiam, spondet eis, ꝙ velit auferre impedimenta usurarum, vel eos iuuare ad consumationem usurariæ mutuationis, hoc aũt includit, ꝙ velit iudicia liter & virtute suę auctoritatis compellere subditos, ut soluant usuras & solutas non repetant. Nam si esset purum pactum, ut distinguitur a statuto, non obligarẽtur subditi non consentientes. Nec obstat, ꝙ tale pactũ nõ est quædam sanctio cõscripta. Non enim requiritur ad rationem statuti, ut sit scriptum. Nam sufficit, quòd sit ab eo editum, qui auctoritatem hẽt statuẽdi cũ quibusdam aliis conditionib. & hanc primam partem tenuerunt nonnulli doctores iuris expresse, vt patebit inferius. Secunda pars probatur: quia probationem iã habi tam forte enaderet aduersarius, dicendo quòd in pœnalibus sunt termini accipiẽdi propriè & strictè, cũ ergo prædicta clementina sit pœnalis, & faciat mentionẽ de statutis, non de pactis, sequitur, ꝙ rector ciuitatis nõ faciens statutum, sed pactum prędictum nõ sit cẽsendus excommunicatus, quantuscunq; pactum prędictũ importet omnem effectum, quem importaret statutũ. Itẽ pactum prædictum est temporale, sicut & cõductio eorum est ad determinatum tps, statutum aũt est quid pperuum. i. non ad certum tempus præfixum durare debens. Et quicquid sit de hac euasione, an verè elidat ꝓbationem prædictam, vel non relinquo cogitandũ vlterius a lectore, tñ nisi hęc satisfaciat & excuset prædictam potestatem ciuitatis ab incursu excommunicationis, non vt alia excusatio dabilis, pura nõ illa, qua quis diceret, ꝙ pro tanto talis rector prefeꝛatur ab excommunicatione: quia & si prędictum pactum faciendo videatur facere statutum, quo usuræ soluantur, & solutę non reperantur: tñ illud non facit de vsurariis christianis, sed tñ iudæis, clementina aũt prædicta vt loqui de vsurariis christianis; hęc inquã excusatio nõ valet: quia prędicta clementina de quocunq; vsurario est intelligẽda indistinctè, sicut & ipsa indistinctè sonat. Vñ & hoc sentit gl. in prędicta cle. & probatur rõne: quia indistinctè tam iudæi, q̃ christiani peccant indistinctè mortaliter exercendo vsuras, igitur & cle. prædicta indistinctè de vsurariis loquẽdo non debet ꝓlus trahi ad christianos, q̃ ad iudæos. Præterea etiã Guil. qui scripsit super cle. & do. Car. & Io. de Imo. i d. cle. dñt, ꝙ rex Aroganũ & eius officiales, qui leuant magnũ tributum a iudæis & saracenis pp usuras, quas eis permittunt, incidunt in excommunicationem, si repetẽtes vsuras per eos impediantur repetere. Et dicit Io. de Imo. ꝙ hoc est bene notandum: quia fm hoc bodie quasi omnes dñi essent excommunicati. Item quamuis. c. 1. de vsur. lib. 6. loquẽs de locantib. domos vsurariis, nõ loquit specificè de vsurariis iudæis, tñ illud intelligitur tam de iudęis, q̃ christianis. ita ꝙ locans domum ad exercendũ vsuram vsurario, siue iudæo, siue christiano, incurrit excommunicationem, & hoc tenet dñs Dominicus qui scripsit super 6. in c. 1. de vsur. in 6. Idem ẽt tenuit dñs Lan. de Ridol. de Flo. in tractatu suo de vsur. q. 145. ubi ẽt tenet, ꝙ ꝑ iudęum põt opponi exceptio. c. quia frustra. & c. Michael, de vsur. vt si iudęus vellet reperere vsuras solutas christiano, non prius audiat, q̃ fatiuat vsuras, quas ab aliis receperit, & tamen illa capitula non loquũtur specificè de iudæis, sed simpliciter dicunt, ꝙ fenerator repetens vsuras, quas ipse soluit, nõ audiatur, nisi prius restituat usuras, quas ab aliis ipse recepit. In casu igitur huius conclusionis sextę consulendum est rectori ciuitatis, si fecit prædictum pactum, vt absolutionem ab excommunicatione procuret visis prædictis rationib. & & auctoritatibus doctorum.

Septima cõclusio. Non est licitum ptãi seculari cuicunque condere statutum, vel decretũ, vel legem, quo disponatur, ꝙ cõpelli debeãt ad solutionẽ vsurarũ illi, quibus sub usuris mutuauerũt usurarij, siue christiani, siue iudæi, & ꝙ non debeant usurarij compelli ad restitutionem usurarum perceptarum, & intelligitur pcto, ẽt si illud statutum, vel decretum fiat cum expresso cõsensu populi, cui præiudicatur in hac parte: quia cogit soluere usuras, & solutas non repetere. Hæc conclusio probatur tripliciter. Primò sic: quia non licet pactũ facere de cõpellendo prædictos ad solutionem vsurarũ, & de non compellẽdo ad restitutionem perceptarũ, vt patuit, igitur nec statutum, tenet pña a maiori: magis enim vt primum admittibile, q̃ secundum, vel saltem tenet pña ab idẽtitate rõnis. Secundò sic: quia in editione talis statuti editor cõsentit in peccatum usurarũ, qd est mortale. Tertiò: quia ex prædicta cle. talis incurrit excõmunicationẽ pro editione illius statuti, igitur peccat mortaliter. vade ẽt Iustinianus nõ fuit excusatus in condendo leges huiusmodi, nec potuit sine peccato eas condere, ut etiam habitum est supra, quęstio. 22.

Contra secundam conclusionem arguitur dupliciter. Primò sic, beatus Greg. dedit iudęis licentiam exercendi ritus legales, capiendo dare licentiam, vel concedere secundo modo, & hoc licitè fecit, ergo eadem ratione poterit quis licitè dare licentiam iudęis exercendi usuras. tenet consequentia: quia utrunque exercitium est mortale. igitur qua ratione concessio unius est licita, etiam concessio alterius eodem modo capta erit licita. Antecedens pro prima parte patet in cap. qui sincera. 45. distin. Nam ibi habetur, quòd tolerauit eos: immo mandauit tolerari exercitium rituum legaliũ, & etiam hoc prohibuit impeditores illius exercitij, nõ concessio secũdo mõ nihil aliud est, nisi tolera-

toleratio & impedimentorum prohibitio. Pro secũda parte patet: tum ex sanctitate eius, tum etiam quia ecclesia adhuc idem seruat, quę tamẽ non erat in statuendo vel mandando ea, quæ ad mores pertinet, sicut nec in his quæ ad fidem. Dicendũ, concedendo antecedẽs & negando consequentiam. Et ratio diuersitatis est: qa concessio secundo modo capta includit, vel infert consensum concedentis mutuationem vsurariam, sed eadẽ concessio secundo modo capta non includit, vel infert cõsensum concedẽtis in exercitium rituum legalium, ideo vna concessio est licita & alia non. Rõ autem quare in vno casu infert & in alio non infert, non est ratione formæ ꝓpria, alioquin cum forma sit eadem: sicut in vno inferret, sic in reliquo, sed est ratione materiæ. Nam in hoc, ꝙ quis concedit mutuationem vsurariam secundo modo capiendo concessionem aufert impedimentores illius criminis, hoc autem auferre includit, vel infert, ꝙ auferens compellat receptores mutui ad solutionem vsurę, & inuet vsurarios ad collectionem vsurarũ, & similiter infert, ꝙ tollens impedimẽta prohibeat soluentes vsuras, ne repetant solutas, & ꝙ inuet vsurarios ad tenendam vsuras receptas, & sic infert, ꝙ concedẽs iuuet ad crimina, & per consequens consentiat. Sed in hoc, ꝙ quis concedendo secũdo modo ritus legales aufert, vel compescit impeditores rituum legalium, non per hoc infert, ꝙ ergo talis etiam iuuet exercentes; quia illud crimen non de per se dependet a carentia impedimentorum, sicut prædicta crimina. s. vsuræ receptio & eiusdem detentio de per se dependent a solutione vsurę, & ante recuperationem: quia impossibile est, vsurarium recipere vsuram, nisi vsura sibi soluatur, impossibile est etiam vsurarium detinere vsuram, nisi illa non recuperetur. Secundò etiam non est simile pro tanto: quia ꝙ ecclesia concedit eis licentiam exercendi ritus concessione secundo mõ est pp assequi bonum maius, q̃ sit bonum læsum per vsuras, quod maius bonum est necessarium, quod alias. i. non concedẽdo ritus, non assequeretur ecclesia. s. fidẽ inserendam cordib. eorum, vt declarat B. Greg. in eo. c. & idem habitum est in præcedenti q. sed non est sic (tẽr saltem loquendo) aliquod bonum maius, q̃ sit bonum læsum per vsuras, quod sit necessarium & non obtinibile, nisi secundo modo concedantur vsuræ iudæis: quia nihilominus ad fidem possunt allici, etiam non concedendo eis primo vel secundo modo vsuras, vt declaratũ est in præcedenti. q. Si tñ. efferret se similis casus, posset eis concedi primo modo non autem secũdo modo pp causam dictam tactã.

Secundò sic, Moyses concessit iudęis mutuationem vsurariam, igit eadẽ rõne potestas secularis poterit eis concedere. Dicendum, argumẽtum deficit dupliciter. Primò: quia ans est falsum loquendo de pcessione secũdo modo, de qua tñ loquitur secunda conclusio, ꝙ quã hoc argumentũ nititur ire. Secundò: quia ẽt est falsum de concessione primo modo. i. tolerantia: quia non toleravit eam saltem scripto eis illam tolerãtiã in lege exprimendo, vt tñ aliqui imaginantur, sicut ostensum est q. 24. immo forte loquendo de tolerantia in facto non toleravit eam, quin si constitisset sibi aliqua mutuatio vsuraria cõmissa per populum, ipse eũdem arguisset, vt fidelis rector populi, vel si pro tempore nõ fecisset, hoc fuisset pp vitare maius malum, aliàs nõ vitabile, in quo casu licitè toleraſſet, sicut ẽt hodie licet plato tolerare eã in tali casu, verũ est tñ, ꝙ Deus hoc mò aliquãdo eis concessit. i. tolerauit eã, sicut & multa mala eorum tolerauit, seu dissimulauit pro pñti vita hęc non puniẽdo, quo mõ Deus ẽt hodie concedit. i. tolerat ſspe pro pñti vita ẽt alia mala. Nec tñ ob hoc inferri põt, ꝙ ergo ẽt in dex humanus debeat illa mala, quæ Deus ſspe tolerat, tolerare (ſſt loquendo) Nã non est simile de Deo & homine. Nam hõ iudex tñ hẽt forum suum ꝓ pñti vita, & sic non puniendo pro præsenti nunquam puniret, & sic suũ ministerium nunquã exequeretur ſſt. Deus aũt habet duplicem forum, ideo non puniendo in uno puniet in alio. Tertiò deficit: quia ẽt dato ꝙ eis concessisset eam capiendo concessionem primo mò illã tolerantiam, ut scripto in lege sua eis permittẽdo, ut aliqui ponũt, nõ sequeret plus quã ꝙ hodie ẽt prælatus posset in simili casu eis eam concedere, si talis casus se offerret. & sic est uerum, sed non sic natus ẽſſe casus se offerre sicut nunc, ofiam est in ultima cclusione præcedentis. q. Quartò: quia dato ꝙ ẽt eis concessisset respectu gẽtilium secundo uel tertio mõ, hoc fuisset ex dispẽsatione qua Deus cũ eis dispensasset, ut eis ꝓtinũ liceret exercere respectu gentilium, & per ꝑs tunc ẽt licuisset Moy si eis illam concedere secundo uel tertio mõ, sed tunc non sequitur. ergo ẽt potestas nũc posset eis concedere secundo uel tertio mõ, nisi addẽdo ẽt uel supponẽdo, ꝙ Deus dispensasset nobiscum, sed nond ũ dispensauit Deus nobiscum. igitur non est licitum. Nec sequitur, cum eis dispensauit in uete. le. igitur nunc etiam dispẽsatum est. Nam antecedens est falsum, ut patuit. & etiã dato ꝙ esſet uerum, non sequitur. igitur nunc est dispẽsarum. Nam etiam dispensatis cum eis de repudio & pluralitate uxorum, & tamen nunc illa dispẽsatio Dei non est: quia per Christum renouata est.

QVAESTIO XXVIII.

Vtrum Papa possit dispensare cum potestate seculari, uel prælato ecclesiastico, ut talia potestas, uel prælatus ad uitandum maius malum, uel consequendum maius bonum licitè & etiam impune ualeat conducendo, uel recipiendo iudæos ciuitatẽ dare licentiam mutuandi ad usuras? Et loquar in hac quæstione tantum de dare licentiã secundo, uel tertio mõ nõ primo modo. Solutio. q. stat in duabus suppositionibus, tocidiẽ conclusionibus, & unius argumẽti solutione, ubi examinabitur sniã eorum, qui dicũ, Papã posse modificare ius diuinum, & ꝺ ipsum in parte dispẽsare.

Prima suppositio. Aliud est querere, an Papa possit cum iudæis dispensare, ut licitè ualeant mutuare ad usuras, & quærere, an Papa possit dispensare cum potestate seculari &c. ut in titulo q. Nam in primo casu quæritur de dispensatione Papæ impendenda iudæis. In secundo uerò de dispensatione Papę impendenda potestati conducere uolenti iudæos. Item in primo casu quæritur de dispensatione fienda super hoc, quod est mutuare ad usuras. In secundo uerò casu de dispensatione Papæ fienda super hoc, quod est dare licentiam mutuandi ad usuras, Illi autem actus, scilicet mutuare ad usuras, & dare licentiam mutuandi ad usuras longè differunt, quamuis in hoc conueniant, quòd uterque actus est mortale: ut probatum est in præcedenti questione.

Secunda ſuppoſitio. Aliud eſt etiam quærere, an Papa poſſit diſpenſare cum poteſtate ſeculari, vel prælato eccleſiaſtico, vt conducendo, vel recipiendo iudæos licitè valeat talis poteſtas, vel prælatus dare eiſdē iudæis licentiam &c. Et quærere, an Papa poſſit diſpenſare, cum poteſtate &c. vt conducendo &c. impune valeat talis poteſtas, vel prælatus eiſdem licentiam &c. Nam in primo caſu quæritur, ſi per illam diſpenſationē præ ſeruetur poteſtas, vel prælatus ab incurſu culpæ, quam aliàs contraheret, ſi non eſſet cum eo diſpenſatum. Nā ſolum illud dicitur fieri licitè, quod ſit ſine incurſu culpæ. Sed in ſecundo caſu quæritur, ſi per illam diſpenſationem præſeruetur poteſtas ab incurſu pœnæ, quam aliàs incurreret, ſi non eſſet cum ea diſpenſatum, hæc autem. Incurſus culpæ & incurſus pœnæ longè differunt. Nam quamuis incurſus culpæ ſemper habeat conſectum incurſum alicuius pœnæ, hoc eſt reatus ad pœnam: quia culpæ debetur pœna, ſaltem aliqua, vel pœna alicuius fori: tamen incurſus culpę aliquando non hēt incurſum pœnæ ſibi coniunctum dictatæ, vel dictabilis a iudice humano, vel iure poſitiuo: quia ſi legislator poſitiuus voluerit Ioan. incurrentem aliquam culpam nō incurrere pœnam iuris poſitiui, Ioannes non incurret illam pœnam, licet incurrerit culpam. Vnde aliquando vni peccato correſpondet duplex pœna. S. in foro Dei, & illa ſequitur ineuitabiliter culpam. Alia in foro eccleſiæ, & illa non ſequitur ineuitabiliter culpam: quia ſi eccleſia non ordinauit pœnam aduerſus illam culpam ipſo facto incurrendam, non eam ſequetur, vel ſi ordinauit eam ipſo facto incurrendam, & tamen diſpenſat ſuſpendendo effectum talis conſtitutionis, non incurret pœnam, talem committēs culpam. Et ſicut vni actui culpabili correſpondet aliquādo in duobus foris duæ pœnæ. ſ. pœna in foro Dei, & pœna in foro eccleſiæ, ſic in vno actu contingit reperire duas culpas. i. difformitates, vel carentias rectitudinum debitarum ineſſe. Nam ſi aliquis actus prohibeatur lege diuina & humana: illo ſi fiat, erit carens rectitudine ad legem humanam: cui tñ deberet eſſe ꝯformis, & illa carētia erit vna culpa, ille idem ēt erit carens rectitudine ad legem diuinam, & illa carentia erit alia culpa, quæ eſt in ordine ad legē diuinam. Vnde quanto aliquis actus eſt ꝯ plūs præceptis, tanto plures habet in ſe culpas, ſeu difformitates, quo modo dicimus, ꝙ adulterans in die feſto, licet committat vnum actū in numero, tñ ille hēt in ſe plures rōnes peccatorum, ſeu culpas: quia ꝯ præceptū de non faciendo opus ſeruile die feſto, & ꝯ præceptū. Non mechaberis.

Prima concluſio eſt quinmembris, & eſt. Papa non poteſt diſpenſare cū iudæis, vt ſimpliciter licitè valeant mutuare ad vſuras, neque etiam vt ſimpliciter impune valeant, ſed aliquo modo loquendo de poſſe, Papa pōt diſpenſare cum eis, ſecundùm quid licitè id valeant, & ſecundùm quid impune id valeant, aliquo uerò modo loquendo de poſſe, non poteſt illiud Papa. Prima pars probatur quinque rationibus. Prima: quia in cap. ſuper eo, de vſuris, dicitur, ꝙ cum vſuræ ſint vtroque teſtamento prohibitæ, non videtur aliquem ſuper hoc poſſe diſpenſare. Modo vſuræ ſunt nō tantum iudæis, ſed etiam chriſtianis prohibitæ. igitur nullus, & per cō ſequens nec Papa poterit cum eis diſpenſare, & ſi non poteſt diſpenſare: igitur nec diſpenſare, vt omnino licitè id valeant. tenet conſequentia a toto in mō ad ſuā partem negatiuè. Secunda ratio, qui diſpenſat cum aliquo, conſentit, quòd diſpenſatus faciat illud, ſuper quo diſpenſat ſecum, ſed Papa non poteſt conſentire, vt Iudæi exerceant uſuras, etiamſi illum conſenſum præſtaret ad maximum malum uitandum, vt oſtenſum eſt in præcedentibus. Sed tamen hæc ſecunda ratio probatur ſolum, quòd non poteſt licitè diſpenſare cum eis. Prima autem pars intelligitur etiam de quocunque poſſe, ita ut ſi etiam attentet diſpenſare cū eis, ut omnino liceat, illa diſpenſatio non habebit vllum effectum, ſcilicet ut omnino liceat eis, & hoc probant prima & tertia ratio & ſequentes. Tertia ratio eſt, & pro ea ſupponitur, quòd diſpenſare capitur duplicitèr. primò propriè, ſecundò minus propriè. Diſpenſare propriè eſt, deobligare aliquem ab obſeruātiā legis alicuius. Impropriè autem diſpenſare cum aliquo ſuper aliquo caſu eſt interpretari legē aliquam non eſſe latā a legislatore in tali caſu, nec legislatorem noluiſſe legē ſuam intelligi in caſu tali. Exemplū primi, ut Deus præcepit mihi, ut non occidat quiſquā innocentem hominē, quę lex utique ligat. ſi igitur Deus deobliget aliquē ab hac lege, ita ut nō obligetur ad hanc legē ſeruandā, iam Deus diſpenſat cum illo de occaſione innocentis hominis, capiēdo diſpenſare primo mō. Similiter Papa præcepit, ut nullus celebret, niſi de die (ſaltē regulariter loquendo) ſi igitur deobliget aliquem ab hac lege: ita vt valeat etiam in profundo noctis celebrare, iam cum illo diſpenſat. Exemplum ſecundi, vt Deus præcipit dicens. Non occides, & tamen iudex licitè occidit malefactorem reum mortis: quia diſpenſatum eſt cum iudice reſpectu malefactoris, diſpenſatum inquam eſt in primo modo: quia nunquam fuit obligatus ex illo præcepto ad non occidendum malefactorem, nō igitur indiguit deobligatione, ſed ſecundo modo: quia interpretatus eſt Papa, vel eccleſia, vt illud præceptum non fuerit a Deo intellectum indiſtinctè, ſed tñ de occiſione huiuſmodi innocentis, vel etiam nocentis, ſi occiſio fieret a non iudice, & extra ordinem iudiciarium. Ad propoſitum igitur probatur prima pars: quia ſi poſſet Papa diſpenſare cum iudæis, aut igitur primo mō capiendo diſpenſare, aut ſecūdo modo. Non primo mō: quia non valet deobligare eum, quem Deus non vult deobligari. Modò Deus non vult aliquem hominē deobligari a prohibitione, qua prohibuit mutuationem ad vſuras, igitur nec Papa poterit aliquem hominem deobligare ab eodem præcepto, & per ꝯſ nec diſpenſare primo modo. Nec ēt ſecundo modo: qa non pōt interpretari legem diuinam ꝯ mentem Dei, ſed ꝯ mētem Dei prohibentis mutuationē vſurariā eſſet, ſi illa prohibitio tñ mō intelligeretur de aliis hominib. a iudæis, & non ēt de ipſis iudæis: qa Deus prohibendo mutuatio nē vſurariā intellexit ſuam prohibitionem reſpectu ēt iudęorum, vt oſtenſum eſt q. 24. igitur non poterit ſecū do mō diſpenſare cum eis. Quarta rō: quia non pōt Papa diſpenſare, vt iudæi licitè committant rapinas. igitur, nec quod licitè committant vſuras, tenet conſequentia: quia vtrunque eſt peccatum mortale a Deo eis prohibitū, & ēt quia vſura eſt quędā rapina, vt vult Ambr. vt vbi ſupra allegatū eſt. Quinta rō, qui oīno vel ſimpliciter licitè aliquid valet facere, valet illiud facere, vt nulla culpa inſit illi actui, modo Papa non poteſt facere, quòd mutuationi vſurariæ oīno non inſit culpa: quia

quia illi ſemper inerit carentia rectitudinis ad legem diuinam, quę rectitudo deberet actui illi ineſſe: quia ſicut Papa non poteſt tollere legem diuinam & obligationem ad eandem, ita nec tollere, quo minus actus hominis debeat eſſe conformis illi legi. Confirmatur prędicta pars concluſionis: quia Deus nō dedit licentiam Petro peccandi, ut habetur. 40. diſt. c. 1. nec ſucceſſoribus ſuis, ergo nec ipſe Papa poteſt alteri dare licentiam peccandi. vſuras autem exercere eſt peccatum iudæis. igitur non poteſt dare licentiam exercendi vſuras. ergo nec diſpenſare. Secunda pars probatur: quia omnem culpam ſequitur reatus vel obligatio alicuius pœnæ. igitur ſi Papa non poteſt diſpenſare cum iudæis, vt ſimpliciter licitè, ideſt ſine omni culpa valeāt mutuare ad vſuras: quia ſemper aliqua culpa inerit illi actui: ſequitur, quòd etiam nunquam Papa per ſuam diſpenſationem poterit efficere, quòd Iudæi omnino impune mutuent ad vſuras: quia ſicut incurrunt culpam in foro Dei, ſic etiam pœnam in eodem foro. Tertia pars probatur ſic, ſi aliqua conſtitutio eſt humana & edita per Papam, Papa poteſt illam inquantum eſt humana tollere in toto vel in partē. ideſt reſpectu omniū, vel reſpectu alicuius. hoc eſt, vel omnes deobligando, vel aliquem. loquendo de aliquo poſſe, ſcilicet de illo, quo dicimus, aliquem aliquid poſſe, qui ſic ſe habet, ꝙ ſi illud agit actus, tenet. etiamſi illum illicitè agit. Modò vltra hoc, ꝙ mutuatio vſuraria eſt prohibita lege diuina, eſt etiam prohibita lege humana Papæ. igitur Papa poteſt illam legem, vt eſt humana, tollere, ſic quòd ſi tollit, tenet illa abrogatio, vel deſtitutio. modo ſublata lege vel præcepto tollitur etiam culpa, quæ aliàs infuiſſet actui, qui contra illam legem fuit elicitus. Nam ſi lex vel conſtitutio tollitur non ligat. igitur actus qui prius debebat eſſe cōformis eiamplius non debet eſſe eidem conformis. & per conſequens ſi caret conformitate vel rectitudine ad illam. non tamen carebit conformitate vel rectitudine ſi bi debita ineſſe, ſola autem carētia rectitudinis debitæ ineſſe eſt culpa. igitur. Et dico notāter in maiore huius probationis, & in concluſione eiuſdem, vt eſt humana quia exquo talis conſtitutio non eſt purè humana, eo quòd tadem res, quæ prohibetur per illam conſtitutionem, eſt etiam diuina conſtitutione prohibita. ideo talis conſtitutio non poteſt ſimpliciter tolli, ſed tantum pro quanto eſt humana, poteſt tolli. Quarta pars probatur: quia cuilibet culpæ correſpondet pœna aliqua. igitur ſi per diſpenſationem Papæ poteſt præſeruatiuè tolli culpa aliqua, etiam poterit per eandem præſeruatiuè tolli pœna aliqua illi culpæ debita. Exemplum de hac quarta parte, ſi Papa prohiberet Iudęis, vel chriſtianis mutuationem vſurariam, adijciens pœnam, puta excōmunicationis in chriſtianos, & pœnę pecuniariæ, vel corporalis in Iudęos, vel etiam excōmunicationis per indirectum (ſicut & indirectè excommunicari poſſunt Iudæi) ſi tunc Papa illam conſtitutionem reuocet, eam deſtituendo totaliter, vel eam ſuſpēdat quò ad aliquos, quos ab illius conſtitutionis obſeruantia deobligat, ſaltem pro tempore, & quos vult non incurrere tales pœnas, tales non incurrent illam culpam & pœnam, quam aliàs incurriſſent, ſi illa deſtitutio, ſuſpenſio, vel diſpenſatio non fuiſſet facta. ſicut enim contingens fuit eum illam conſtitutionem edere, & pœnas adijcere, ita non eſt impoſſibile eum eandem reuocare, & pœnas tollere.

Quinta pars probatur, quia (vt videtur) Papa diſpenſando contra ſuam conſtitutionem humanam prohibentē vſuras aliquas, ſcilicet deobligando ab incurſu culpæ & pœnę illius conſtitutionis peccaret. igitur non poteſt diſpenſare contra illam conſtitutionem. loquendo de poſſe quo id dicitur quis poſſe, quod licitè poteſt. conſequentia nota. Antecedēs probatur, quia Papa peccaret, ſi diſpenſet cum aliquo ſuper tali actu, qui etiam diſpēſatione retenta remanet peccatum. modo ſic eſt hic. igitur. Minor probatur, quia etiam diſpenſatione Papæ obtenta mutuario uſuraria remanet peccatum exercenti eam: quia quamuis tunc nō haberet illa mutuatio culpam, nec pœnam in ordine ad legem humanam, tamen haberet culpam & pœnam per legem diuinam. Maior autem probatur duabus rationibus, & quatuor auctoritatibus. Prima ratio, quia conditor legis humanæ, ſiue ſit Papa, ſiue imperator, eſt conſtitutus a Deo, & ab illo habet ſuam auctoritatem, qui ſibi mandauit & commiſit adminiſtrationem uice ſua. Modò qui alicui aliquid mandat, non dicitur mandare ei, ut quicquam faciat contra ſe, igitur illicitè facit concedendo aliquid contra legem ſui ſuperioris, cum non habeat ius id agendi. Secunda ratio, quia conſentit in actu, ſuper quo diſpenſat. Modò conſentire in actum, qui remanet peccatum, eſt peccatum. Secundò probatur quatuor auctoritatibus. Prima. Nam in c. nulli fas. 22. q. 1. ubi textus loquitur de iure diuino & canonico, dicitur ſic. quia nos, qui potentiſſimi ſacerdotis adminiſtrantes officiū talium tranſgreſſionum culpa reſpiciet, ſi in cauſis Dei deſides fuerimus inuenti: quia meminimus, quòd timere debemus, qualiter comminetur Deus negligentię ſacerdozum. Secunda auctoritas: quia in c. ſunt quidam. ea. q. ſic ait. Vbi aperte Deus, uel eius Apoſtoli, & eos ſequentes ſancti patres ſententialiter aliquid diffinierunt, ibi, non nouam legem romanus Pontifex dare, ſed potius quod prædicatum eſt uſque ad animam, & ſanguinem confirmare debet. Tertia auctoritas eſt in c. contra ſtatuta. ca. q. ubi textus ſic dicit. Contra ſtatuta canonum aliquid concedere, uel mutare, nec quidem huius Sedis poteſt auctoritas. Quarta auctoritas eſt in c. omne. ea. q. ubi ſic dicitur. Nequaquam enim, quod contra euāgelicam, uel propheticam, uel apoſtolicam doctrinam conſtitutione ſiue eorum, ſiue ſanctorum patrum actum fuerit, ſtabit. In his igitur auctoritatibus habetur & maximè in tertia, ꝙ ſi aliqua eſt conſtitutio, etiam canonica, non licet Papæ contra illam diſpenſare, ſi illa conſtitutio nō eſt purè canonica & humana, puta ſi eſt ſuper actu, qui etiam remaner peccatum diſpenſatione, uel conceſſione Papæ obtenta. pro quanto adhuc ille actus eſt contra legem diuinam & non tantum contra humanam. Et quod in quarta auctoritate uult, ꝙ etiam talis conceſſio non ſtabit, intelligitur, ſcilicet quò ad hoc, quòd ille, cui talis conceſſio, uel diſpenſatio eſt facta, ſit excuſatus ſimpliciter. Nam nec ipſe eſt excuſatus culpa & pœna in foro Dei, licet ſecundùm quid a culpa & pœna, quæ ex humana lege fuiſſet contracta, ſit excuſatus, ut tertia & quarta pars dicunt, nec etiam cōcedens, uel diſpenſans eſt excuſatus a culpa & pœna in foro Dei.

Secunda concluſio. Sicut prima cōcluſio quò ad omnia ſua membra eſt uera de diſpenſatione, quam Papa faceret cum Iudæis ſuper illo actu, qui eſt mutuare ad

uſuram,

vsuram, sic etiam eadem conclusio quò ad omnia quinque membra est vera, si formetur de dispensatione, quã faceret Papa cum potestate seculari, vt prælato ecclesiastico super illo actu, qui est dare secundo vel tertio modo licentiam mutuandi ad vsuras. Probatur illa conclusio, quia licet Iudæis sit mortale peccatum tam ex lege diuina, quàm humana ille actus, scilicet mutuare ad vsuram, ita potestari seculari & prælato ecclesiastico mortale peccatum est datio licentiæ secundo, vel tertio modo tam ex lege diuina, quàm humana. ergo sicut omnia membra primæ conclusionis sunt vera, sic omnia membra huius secundæ conclusionis erunt vera. tenet consequentia: quia fundamentum probationum omnium membrorum primę conclusionis consistit in hoc, quòd mutuare ad vsuram est Iudæis mortale peccatum ex lege diuine, & non tantum ex lege humana. Modò vbi fundamentum est idem, probatio est eadem. Item rationes & auctoritates, quibus omnia membra primæ conclusionis sunt probata, possunt applicari ad omnia membra huius secundæ conclusionis, vt patet practicanti. Secundò specialiter probentur duo prima membra, & hoc sic: quia datio licentiæ secundo vel tertio modo ad mutuandum ad vsuras incidit consensum in crimen vsurarum. & consentire in crimen proximi, est mortale ex lege diuina & humana prohibitum, vt ostensum est supra per vtrãque legem, etiamsi ille consensus fiat ad maximum malum vitandum, vel ad maximum bonum consequendum. ergo Papa non potest dispensare cum potestate seculari, vel prælato ecclesiastico, vt omnino licitè valeat, nec etiam omnino impunè valeat talem dationem licentiæ agere, etiamsi per illam dispensationem posset vitare maximum malum, alias nõ vitabile, vel maximum bonum effugiri, aliàs non obtinibile. tenet consequentia, quia Papa dispensando met consentit in illam dationẽ licentiæ, quæ est mortale peccatum, & consentiendo in illam dationem licentiæ consequenter consentit in crimen vsurarum. Et intelliguntur duæ primæ partes conclusionis secundæ sic, quòd non solum Papa non potest dispensare super illa datione licentiæ loquendo de posse licitè, sed etiam nec de absoluto posse, & hoc effectuali, ideſt si attenret dispensare cum aliquo prælato, vt ille omnino licitè, vel omnino impune valeret dare taliter licentiam, ipsa eius dispensatio non sortietur effectum, quia dispensatus non dabit omnino licitè, nec omnino impune talem licentiam. Secundò eadem duo prima membra probantur sic. Dare secundo vel tertio modo licẽtiam exercendi vsuras non est minus peccatum, quàm dare secundo vel tertio modo licentiam rapiendi, furandi, & meretricandi, saltem stando in genere grauitatis: quia quælibet talis datio licentiæ est peccatum mortale. Modò Papa non posset (siue loquamur de posse licito, siue de absoluto posse saltem effectuali) dispensare quòd aliquis prælatus, vel potestas omnino impune posset dare secundo vel tertio modo licentiam prædictam faciendi, scilicet meretricãdi, rapiendi &c. ergo nec in proposito.

Contra prædictas conclusiones arguitur. Papa potest dispensare contra legem diuinam. igitur fundamẽtum vtriusque conclusionis quòd ad primas duas partes est falsum, tenet consequentia: quia fundamentum vtriusque est, quòd ex quo tam exercere vsuras, quam dare secundo, vel tertio modo licentiam eas exercendi sit contra legem diuinam, ideo Papa non posset dispensare, vt illi actus fiant omnino licitè & impune. Antecedens probatur: quia ius diuinum potest modificari per constitutiones principum, vt in c. cum omnes. & in c. quæ in ecclesiarum. de constitutionibus. cum ibi notatis per doctores. Modò dispensatio contra ius diuinum est quedam modificatio. igitur principes possunt dispensare contra ius diuinum. Papa autem est maximus principum. igitur antecedens verum. Ad hoc argumentum respondet quidam dicens. quandoque aliquid est malum, quod aliqua ratione potest fieri bonum. & tunc Papa potest interpretari & modificare ius diuinum, vt patet in c. licet. de ferijs. vbi dicitur, q̃ instante necessitate licitum est piscari diebus dominicis capiendo allecia, quę so terrę inclinauerint, eo quòd si tunc non caperentur, non possent postea capi quia raro fit illa inclinatio eorum, & tamen feriæ sunt introductæ iure diuino, actus enim piscandi est in se licitus, quamuis ratione diei prohibeatur. Quandoque est aliquid ita malum in se, q̃ nulla ratione potest fieri bonum, vt est vsura. & tunc non potest illud interpretari, vel modificare cap. super eo. de vsuris. Hęc soluto deficit quadrupliciter. Primò, in primo membro distinctionis. & arguitur contra ipsum sic. Si aliquis actus sit malus, qui tamen aliqua ratione potest fieri bonus: vt puta aliqua circunstantia accedente. aut ergo ius diuinum prohibens talem actum malum prohibet eum tam non accedente tali ratione, hoc est acceptum sine illa circunstantia, quàm acceptum cum illa circunstantia, aut prohibet eum tantum acceptum sine circunstãtia tali. Si primo modo, tunc Papa non potest super tali actu facere modificationem circa ius diuinum, sic quòd neque licebit Papæ diffinire & dicere illum actũ accedente tali ratione vel circunstantia esse licitum, neque etiam licebit illum actum accedẽte tali ratione concedere alicui, quia ex quo actus etiam cum illa circunstantia captus est prohibitus a iure diuino ex intentione & voluntate Dei, non licebit ei dicere prohibitũ, licitum, nec concedere, & per consequens consentire in illicitum: quia vbi his, qui dicunt malum bonum, & magis his, qui concedunt malum tanquam bonum. Vnde etiam scripturam sacram, in qua cõtinentur præcepta Dei inter pretans aliter quàm fuerit mẽs spiritus sancti, a quo est inspirata, pura falsę eam exponẽdo, dicit potest hæreticus, vt dicit Hiero, vt patet. 23. q. 6. c. hęreses. Si secundum, tunc diffiniendo, vel concedendo actum captum cum tali circunstantia tanquam licitũ, non dicetur a parte rei modificare ius diuinum prohibens actum: quia ius diuinum non prohibuerat a parte rei illum actum taliter circunstantiatum, quãuis enim prohibuisset illum actum, & nihil adiecisset, scilicet qualiter vestitum, vel non vestitum, vellet esse prohibitum, tamen mens legislatoris, scilicet Dei nõ fuisset illum actum prohibere accedente tali ratione vel circunstantia. Et vltra si non dicetur Papa modificare a parte rei ius diuinum, quamuis solum. secundùm superficiem litere, tunc nec etiam dicetur dispensare cõtra ius diuinum, & per consequens solum modo non satisfacit argumento: quia argumentum tendit ad probandum, quòd Papa possit dispensare contra ius diuinum, cuius oppositum fuit fundamentum conclusionum

num positarum. Secundò improbatur prędicta solutio arguendo exemplariter in illo exemplo, in quo prædictus doctor exemplificauit de primo membro primę distinctionis. Nam dato (non tamen concesso) q̃ opus seruile facere dominico die, cuiusmodi est piscari, esset prohibitum iure diuino, aut ergo ius diuinum prohibens tale opus illa die fieri prohibuit tale opus etiam accedente illa ratione, propter cuius accessum conceſsum est a Papa capere allecia, vt habetur in c. licet. extra, de ferijs. aut nõ prohibuit tale opus, quando accesserit illa ratio. Si primum. igitur de mente Dei fuit, q̃ veller illum actum esse prohibitum etiam accedente tali ratione vel circunstantia. igitur Papa non potest licitè diffinire cum esse licitum, nec concedere illum ut licitum. Si secũdum, tunc diffiniendo, vel concedendo illud opus vt licitum, non diceretur a parte rei modificasse ius diuinum: quia ius diuinum non prohibuerat a parte rei illud opus accedente tali ratione. Tertiò improbatur prædicta solutio: quia malè exemplificat de actu malo primo modo existente contra ius diuinum, per hoc quod est piscari die dominico, vel etiam aliud opus seruile materiale facere. Nam facere opus seruile die dominico licet sit regulariter loquendo actus malus, non est tamen contra ius diuinum, patet tripliciter. Primò: quia si sic, maximè quia esset contra legem diuinam veterem prohibentem operari seruilia opera sed hoc non: quia illa lex non facit mentionem de dominica, sed de sabbato. Sabbatum autem nõ est dominica dies, igitur ex illa lege non habetur condemnatio illius actus, qui est operari seruilia dominico die. Etsi dicas, dominica succesſit sabbato, hoc non satisfacit argumẽto: quia quęro quis ordinauit dominicam pro sabbato, aut Deus, aut homo? non Deus: quia nec in veteri lege hoc fecit, nec vllibi in noua lege fecit, vt patet discurrendo per omnes libros noui test. vbi nullibi præcipitur nobis, ut colamus dominicam pro sabbato, sed tantum hoc præcipitur in iure humano, scilicet ca nonico. & per consequens dominico die operari seruilia erit actus malus contra ius humanum immediate existens non contra diuinum. Secundò sic, lex uetus hodie nec quò ad cerimonialia, nec quò ad iudicialia obligat, eo q̃ quoad illa est mortua & euacuata, licet eius moralia hodie obligent. Præceptum autem de nõ operando seruilia sabbato non est morale quoad determinationem temporis: quia non plus recta ratio dictat, quòd fiat illa die illa cessatio operum seruilium, quàm quòd alia die fiat: quinetiam rationes congruentiæ inueniri possent, quòd alia fieret die. igitur si etiam nomine sabbati veniret dominica dies: adhuc non esse mus hodie ex lege diuina veteri obligati ad non operãdum seruialia die dominica. nec etiam ex noua: ut paret. igitur tantum esset illa obligatio ex lege humana, & per consequens operari illa die tantum est malum contra ius humanum immediate. Tertiò sic, quia etiã dato quòd determinatio temporis esset moralis, tamẽ cessatio ab operibus seruilibus nõ est de præcepto morali nisi pro quanto est impeditiua vacationis diuinorum, q̃ vacatio est de præcepto morali pro quanto recta ratio & lex naturæ dictauit, quòd est aliquando vacandum diuinis laudibus, vel cultui. ergo siquis vacaſset diuino cultui, ut puta audiendo missam: & ita expleſſet vacationem, quæ determinata est, & post operaretur seruilia: illud operari non esset contra præceptum morale: quia illud non impeditiuum vacationis debitæ vel sibi præceptæ. & per consequens non erit illud operari malum contra legem diuinam. ergo tantum contra legem humanam, & per consequens siquis cum licentia Papæ etiam ratione aliqua accedẽte operaretur seruile opus dominico die, non diceretur illa operari ex modificatione Papæ facta circa ius diuinũ, sed tantum facta circa ius humanum. immo, quod plus est, siquis etiã pro nulla parte dominicæ diei vacaſset diuino cultui, sed totaliter intendiſset operi seruili, & hoc de licentia Papæ feciſset, non diceretur feciſse ex modificatione Papę facta circa ius diuinum: quia etiã nec talis vacatio diuinorum est de lege diuina pura hodie obligante, quando illa vacatio accipitur cum determinatione temporis, determinatio enim temporis est ex lege humana. Vnde ad satisfaciendum legi diuinę, vel naturali hodie obliganti ad vacationem diuini cultus sufficeret aliquando vacare diuino cultui quocunque die, vel hora id faceret. licet ad hoc vt satisfiat legi humanæ canonicæ requiratur, quòd determinatis diebus id faciat, & determinato cultu. Quartò principaliter improbatur, prædicta solutio sic. Homicidium est malum secundo modo, & contra diuinum ius, & tamen Papa & Imperator potest super homicidio facere modificationem circa ius diuinum, loquendo de modificatione eo modo, quo prædictus doctor de ea loquitur. igitur membra distinctionis coincidunt: quia circa vtrumque malum actum poterit fieri modificatio per Papam circa ius diuinum. & sic soluio nulla. Antecedens pro prima parte probatur: quia nõ est minus malum quàm vsura, quam ipse ponit malam secũdo modo. Pro secunda verò parte probatur: quia quãuis homicidium sit malum, tamen potest aliqua ratione accedente fieri bene, puta si occidendus sit reus mortis: & occidens sit iudex eius, vel etiam si occidendus sit innocens, & occidens ignoret, ignorantia probabili, eo quòd occidendus conuictus est per falsos testes, quorum falsitas omnino latuit. & latet iudicem propter indeprehensibilitatem falsitatis testium. Aliter igitur soluendum est argumentum. & hoc tripliciter. Primò, quòd modificare aliquod ius accipitur dupliciter sicut & dispensare acceptum est dupliciter, ut patuit in prima conclusione. Hoc suppoſito dicendum, q̃ Papa potest modificare ius diuinum modificatione secundo mõ accepta, non autẽ primo mõ: & est modificatio secundo mõ possibilis Papæ circa ius diuinum nõ dẽt dici fieri contra ius diuinum a parte rei: quia talis non fit contra intentionem Dei, qui tulit illud ius. immo oporter, quòd fiat secundùm intentionem eius. Et tũc cum ultra arguitur. vsura est contra ius diuinum. igitur Papa potest super ea modificationem & dispensationem facere. Hæc consequentia deficit dupliciter. Primò: quia est ex puris indefinitis: quia vult sic reduci ad formam super actu existente cutra ius diuinum Papa potest dispensare, seu modificationem facere. vsura est actus existens contra ius diuinum. igitur potest super vsura facere modificationem. Et si maior veniẽs litetur, dicendo scilicet, super omni actu existente contra ius diuinum &c. erit falsa, tamen etiam non est vera, prout est indefinita. Secundò deficit: quia & si Papa potest modificare ius diuinum, tamen per hoc non habetur,

betur, q ergo possit dispensare contra ius diuinū? quia non est concessum, quòd possit alterare ius diuinum, sed tantum modificare. ius diuinum. idest interpretari vel declarare, in quo casu non voluerit Deus intelligi suum ius. Modò si Papa declaret, quòd Deus non in tellexisset suā prohibitionem de vsuris quò ad iudæos, nec etiam quò ad concedentes licentiam fenerandi, non modificaret ius diuinum ad mentem Dei, & per consequens non licitè posset. Nec mirum, q Papa possit modificare ius diuinum secundo modo capiendo modificationem, scilicet pro interpretatione. Nam etiā doctor theologiæ id potest, licet in hoc differant, q interpretatio Papæ est iudicialiter auctoritatiua. Interpretatio autem doctoris theologiæ inquātum talis est tantum scholastica & doctrinalis. Sed quia per illam solutionem solum habetur qualiter intelligendum sit quòd Papa possit modificare ius diuinum non autem qualiter alij principes possint illud modificare. Auctoritas autem allegata ex c. cam omnes. & c. quæ in ecclesiarum. loquitur in plurali de principibus. Ideo secunda solutio est addenda, pro qua supponitur, quòd ius diuinum capitur dupliciter. Vno modo pro iure, quod a Deo latum est, & adhuc vigorem obligationis habet. & sic lex euangelica est ius diuinum. & hoc modo etiam lex vetus ante aduentum Christi fuit ius diuinum, non autem hodie. Alio modo pro eo, quod olim a Deo fuit latum & post euacuatum, sed tamē de nouo ab homine institutum est, vel pro eo quod ab homine institutum est, conformiter tamen ad legem diuinam olim latam, nunc autem euacuatam. Exemplum primi, vt si princeps etiam secularis aliqua iudicialia præcepta veteris legis in suo regno institueret dando illis ex sua potestate robur obligationis, quæ olim habuerunt robur diuinæ obligationis. Exemplum secundi, vt præceptum de non exercendo opera seruilia die dominica, quod institutum est ab homine conformiter ad legem diuinam, quæ olim præceperat non exerceri seruilia die sabbati. Ad propositum, principes igitur etiam alij a Papa possint modificare ius diuinum captum secundò modo. idest iudicialiaue legis per eos institutā (quæ olim erant de iure diuino) & hoc modificatione secundo modo, scilicet explanando, vel declarando, in quibus casibus velint ea non fore obligatoria. immo etiam modificatione primo modo, puta deo bligendo aliquem in aliquo casu a talibus præceptis, etiam in casu, in quo aliàs ille & alij regulariter loquēdo fuissent obligati. Tertiò etiam potest dici, quòd nō habetur in capitulis allegatis expresse, nec etiam sufficienter inde dici potest prædicta auctoritas, scilicet q Papa possit modificare ius diuinum, ut patet intuenti illa capitula. quòd autem doctores ibi illam notant, nihil arguit: quia non fundatur hoc eorum notatum in capitulis illis, sed id notant more solito, quo consueuerunt ad sua notabilia, & opiniones adducere nonnunquam textum, vbi non potest fundari, quod notant, experientia teste in multis. Et si aliquod aliud capitulum allegetur, vt puta. c. licet. de ferijs. ubi id videtur habeti. Dicēdum, q non habetur ibi, nisi q Papa modificat præceptum de non exercendo quoddam seruile opus die dominico, vel alijs festis. Modò illud præceptum non est de iure diuino, saltem primo modo, sed humano, vt ostēsum est. Si etiam id probetur per hoc, quòd Papa & ecclesia ac imperator modificant præceptum, non occides, concedendo homicidia in aliquo casu. respondeo est. q ibi non dispensat, nec vllam modificationem facit Papa, vel imperator, vel ecclesia, nisi modificationem secundo modo captam, & hoc non contra ius diuinum, sed secundùm illud ius, eo quòd talia homicidia, qualia prohibet ius diuinum, non cōcedit Papa, vel ecclesia, nec concedere posset, sed illa tantum, quæ etiam ius diuinum concessit. Si iterum & quartò probetur: quia ius diuinum præcipit restitui alienum, & tamen Papa & imperator cōcedunt, quòd quis rem alienam restituere non teneatur in casu, quo eam prescripsit. Dicendum, q Papa & Imperator non concedunt, q quis rem alienam manentem alienam non teneatur restituere. rem autem alienam, quæ facta est propria, concedunt non restituendam. Modò res, quam quis præscripsit, licet sit aliena, quàm diu præscriptio currit, & nō est completa, talis res definit esse alicna, & efficitur propria præscribenti. & hoc auctori tate eius, qui habet transferre dominia rerum. Modò lex diuina nō mandat restituere rem alienam factam pro priam, sed tantum manentem alienam. Si quas alias probationes adducerent domini instantiæ, possent omnes ex prædictis fundamentis tactis solui similiter Si etiam quintò allegetur, quòd Papa restringit numerum testiū, & etiam auget eum in certis casibus, quod tamen est contra ius diuinum, quod statuit numerum determinatum sufficere & non vltra requiri, & etiam determinatum numerum requiri, & non minorem sufficere, quando ait Deu. 17. In ore duorum aut trium testium peribit, qui interficietur. Nemo occidatur vno contra se dicente testimonium. Dici potest dupliciter. Primò, q illud est iudiciale præceptum veteris legis, & per consequens non obligans virtute legis ueteris pro statu nouæ legis, ideo si Papa contra ipsum, vt est iudiciale, aliquid disposuit, non per hoc haberetur, q dispē sasset contra ius diuinum, nisi secundo modo captum. Contra tamen hanc solutionem replicabitur post tertiam solutionem. Secundò posset dici, etiamsi illa lex esset moralis, tamen loquitur in casu, ubi quis occidēdus est. In tam ardua autem causa Papa non disposuit oppositum, scilicet q sufficiat unus testis, & forte nec id disponere posset. Quod autem disponit in certis casibus, non sufficere duos, vel tres, sed requiri plures, nō haberetur, q per hoc dispōsuisset cōtra prædictum ius, quia nec prædictum ius negat plures requirendos, sed vult, q ad minus sint duo, vel tres, & per hoc non negat, q plures possint requiri. Sed nec hæc solutio quo ad suam primam partē satisfaceret simpliciter, immo nec quò ad secundam eius partem: quia & si per hoc esset responsum ad auctoritatem prædictam, vt ponitur Deu. 17. tamen alia ponitur generalior Deu. 19. ubi dicitur. Non stabit testis vnus contra aliquem, quicquid illud peccati & facinoris fuerit, sed in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. Tertiò ergo posset dici, q dato q etiam voluisset, q deberēt sufficere duo, vel tres, & non esset augendus numerus testiū, tamen non sic intellexisset, quin rationabilibus superuenientibus causis posset humanus legislator augere numerum testium, eo q non expediebat singulos casus occurrere possibiles particulariter ponere in lege, sed eos reliquit discreto arbitrio humani legislatoris & executoris

toris legis diuinæ, cui in hoc tradidit facultatem arbitrandi secundùm conditionem casuum occurrēdum, quo modo etiam aucta fuit pœna furis tempore veteris legis. Nam cū lex diuina in tebus inanimatis statuisset tantum pœnam dupli, & pœnam quadrupli, si quis furatus esset ouem, & pœnam quintupli, si bouem, vt patet Exo. 22. & tamen postea per rectores populi israel statuta fuit pœna septupli, ut patet Prouerbi. 6. ubi dicitur de fure, deprehensus quoque reddet septuplum. vbi dicit postilla, quòd propter incrementum furti fuit additum ad pœnam legis, vt homines a furto cohiberē tur, nec est contra legem: quia non inhibuit addere ad pœnam pro bono reip. Hęc ille. Et ita in proposito, si Papa dispōneret, q in certis casibus requirantur plures tribus, non propter hoc dispensasset capiendo dispensare primo modo, sed tantum secundo modo, & hoc nō contra ius diuinum, sed secundùm illud ius: quia exposuisset qualiter ius diuinum esset rite intelligēdum. Et si cōtra primam solutionem argueretur, dato quòd esset iudiciale, tamen de nouo esset a Christo inditurū in lege euangelica & approbatum. Vnde Ioan. 8. ait. Iudæis. In lege vestra scriptum est: quia duorum hominū testimonium verum est. ergo vt sic effet ligans auctoritate diuinę nouæ legis, & si non veteris. Nam præcepta nouę legis ligant, etiamsi non sint moralia, sicut est præceptum de baptismo suscipiendo, quod non est diuinū morale, sed diuinum ceremoniale, vel sacramentale nouæ legis. & potest dici diuinum positiuum, nō diuinum morale, seu naturale, idest fundatum in lege naturali. Dicendum, quòd quando Christus prædicauit legem euangelicam, adhuc lex mosaica non solum curre bat & seruabatur licitè a Iudeis: immo debebat seruari etiam quò ad iudicialia & ceremonialia vsque ad mortem Christi, saltem quò ad illa ceremonialia, loco quorum non erant instituta alia ceremonialia, vel sacramē talia nouæ legis. quòd dico: quia præceptum de circuncisione non obligabat absolutè iudæos a tempore, quo Christus prædicauit baptismum: quia poterant tunc loco circuncisionis accipere baptismum, qui tunc erat consilij, & consilium de baptismo deobligabat ab absolura suscepticne circuncisionis, tantum enim erāt obligati subdisiunctione ad suscipiendum vel circuncisionem, vel baptismū. Et sic ex prędicta allegatione Christi non habetur, q ergo hodie liget præceptum allegatum, sicut nec præceptum de seruando sabbatum ligat hodie, quod tamen Christus allegauit dicens Ioan. 7. Si circuncisionem accipit homo in sabbato, vt non solua tur lex Moysi &c. vbi innuit, q præceptum de non operando sabbato obligat, ita tamen q liceat circuncisionem facere sabbato: immo circuncisio debet fieri die sabbato, si sabbatū est octaua dies a natiuitate pueri. Et tamen neutrum allegatum per eum habet hodie veritatem pro statu nouæ legis. sicut enim allegat præceptum de dandis decimis etiam minutis dicens. Hæc quidem oportuit facere &c. & tamen hodie non obligat ex lege diuina, sed humana, quæ de nouo illud iudiciale renouauit, aut alias in tractatu de quota decima rum dixi. Hæc autem solutio quamuis satisfaceret argumento, prout tantum allegat prædictam auctoritatem Ioan. 8. tamen non satisfaceret, si allegarentur aliæ auctoritates nouę legis, vt puta Mat. 18. vbi ait Petro de fratre corrigendo correctione fraterna. Si te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, ut in ore duorum testium, vel trium stet omne verbum, ubi videtur statuisse etiam pro statu nouæ legis determinatum numerum testium tanquam sufficientem & requisitum, & hoc in casu denunciationis fratris non correcti, & non tantum in hoc casu, sed in omni: quia addit, omne verbum, idest omnis causa discutiatur duobus vel tribus testibus. Similiter etiam Paulus. 2. Corin. 13. dicit. Ecce tertiò venio ad uos, ut in ore duorum uel trium testium stet omne verbum. ubi videtur ut præco legis diuinæ allegare prædictum præceptum, tā Christi, quàm legis mosaicę tanquam pro statu nouæ legis esse obligatorium, etiam ex lege diuina, ideo soluendum finaliter per tertiam solutionem supra datam ad prædictam probationem de numero testium.

Secundò arguitur contra utramque conclusionem. In multis casibus concedit Papa mutuanti, etiā si christianus est, recipere vltra sortem, ut patebit in sequentibus quæstionibus. sed mutuantem recipere vltra sortem est committere mutuationem vsurariam. igitur Papa potest concedere mutuationem vsurariam, & sic dispensare non tantum cum iudeis, sed etiam cum christianis ad exercendum eam, & per consequens eadem ratione potest concedere, quòd conducantur vsurarij conductoribus dantibus eisdem licentiam exercendi vsuras, saltem in prædictis casibus vsurarum. Dicendū, concedendo maiorem negatur minor, si saltem vnius saltem intelligatur. Non enim omnis mutuatio vbi recipitur vltra sortē, est vsuraria, sed oportet illud, quod vltra sortem recipitur, esse quid temporale, & indebitum mutuanti, & quòd recipiatur ratione mutuationis, & sic de alijs clausulis tactis supra in quæstione de diffinitione vsuræ. modo in casibus illis, in quibus mutuanti licet recipere vltra sortem, non conuertunt prædictæ clausulæ, sed deficiunt, ut patebit in processu sequentium quęstionum. igitur non debet cōcedi, quòd in talibus casibus sit vsura concessa, sed quædam mutuatio, quæ & si habeat aliqualem & imperfectam similitudinem cum mutuatione vsuraria, non est tamen verè talis. Nec Papa concessit talem mutuationem, quæ si sine eius concessione non esset aliàs concessa, seu quæ si aliàs esset prohibita iure diuino: quia tunc concessisse non potuisset, sed concessit eas, idest determinauit, uel diffiniuit eas esse a Deo & a lege diuina, ac lege naturali concessas & non prohibitas esse.

QVAESTIO XXIX.

Vtrum mutuanti ex beneuolentia, vel propter beneuolentiam licitum sit postea recipere aliquid oblatum non exactum ultra sortem a mutuatario circa hoc, quòd mutuatio facta fiat vsuraria. Solutio quæstionis stat in duabus suppositionibus, & sex conclusionibus.

Prima suppositio. Differunt mutuare ex beneuolentia, & mutuare propter beneuolentiam. Nam secundū est magis commune respectu primi. Omnis enim mutuans ex beneuolentia etiam mutuat propter beneuolentiam, sed non econtra. Nam ille mutuat ex beneuolentia, cuius mutuatio procedit a beneuolentia tanquam a causa effectiua, prepositio enim, ex, dicit circunstantiam causæ efficientis tantum in his, quę non habent

causam

causam materialem ex qua, cuiusmodi sunt accidentia. Mutuatio autem est accidens, quia est actus humanus. & dico in his, qui non habent &c. quia in habentibus causam materialem ex qua, etiam dicit circunstantiam causæ materialis ex qua, vt homo est ex corpore & anima. sed præpositio propter, dicit circunstantiam cuiuscunque causæ. ut patet secundo phisicorum, in c. quæ autem sint causæ. Nam propter causam efficientem dicitur res esse. & similiter propter causam finalem & formalem, magis tamen dicit circunstantiam causæ finalis. Cum igitur dicitur quis mutuasse propter benevolentiam. potest esse sensus, q̃ benevolentiam existens in mutuante, fuerit causa illius actus. & tunc est idem quod mutuasse ex benevolentia, potest etiam esse sensus, q̃ benevolentia obtinenda per mutuatorem apud mutuatarium fuerit causa finalis, quæ per modum causæ finalis amatæ & desideratæ allexerit mutuantem ad mutuandum, & tunc non est idem quod mutuasse ex benevolentia.

Secunda suppositio. Benevolentia comprehendit amicitiam. Vnde benevolentia est qualitas inclinans ad volendum alteri bonum, siue ille alius etiam econtra illi velit bonum siue non, & siue alium latcat hunc sibi velle bonum, siue non. Sed amicitia est species benevolentiæ. Diffinitur enim sic. Amicitia est benevolentia in contrapassis non latens, ut habetur. 8. eth. c. 4. & dicitur in contrapassis: quia ad amicitiam requiritur, quòd alter, respectu cuius inclinat ad benevolendum ei bonum, etiam econtra illi velit bonum, idest quòd etiam sit econtra amicus eius, est enim amicitia includens relationem equiparantiæ. & etiam requiritur, quòd non lateant eos illę mutuæ volũtates de se inuicẽ.

Prima conclusio. Licitum est mutuare ex benevolentia & etiam propter benevolẽtiam, ly propter, dicit causam effectiuam. Probatur: quia mutuare est actus non ex genere malus, sed licitus, vel saltem indifferens, igitur non redderetur malus per accessum circunstantiæ illius causæ efficientis eum, scilicet benevolentiæ, sen per hoc, quòd a tali radice procedit; scilicet a benevolentia. Nam per hoc, quòd fructus procedit a radice bona, non inficitur. Modò benevolẽtia est bona radix. Nam benevolentia aut est amicitia, aut genus eius, & per consequens est radix bona, amicitia enim est virtus quædam, vel cum virtute. 8. eth. in prin. & Sco. in 3. dist. quòd amicitia est perfectissima virtus moralis, & est species iustitiæ, & perfectissima inter oẽs spẽs eiusdẽ. Itẽ mutuare ex charitate infusa, siue acquisita est licitum. igitur etiam ex benevolentia est licitum. tenet cõsequentia: quia benevolentia est charitas quædam, vel genus charitatis saltem acquisitæ.

Secunda conclusio. Si propter, dicat circunstantiam causæ finalis, licitum est mutuare propter benevolentiam, si ibi sistatur. Non autem si ibi non sistatur, sed benevolentia vlterius ad temporalia ordinetur. Prima pars probatur, quia mutuare finaliter propter acquirẽdam virtutem in proximo tãquam quoddam bonum, vel etiam vt bonum spirituale sibi ipsi, non est illicitũ. Modò benevolentia saltem aliqua est virtus: quia amicitia, & sic mutuans propter benevolentiam (si propter, dicat circunstantiam causæ finalis) mutuat, ut illa virtus acquiratur in mutuatario, idest ut mutuatarius efficiatur benevolus. & hoc in bonum mutuatarij, vel etiam in bonum spirituale mutuatoris. Nam etiã mutuans finaliter ut Deo placeat, & ut consequatur præmium beatificum, licitè mutuat: quia opera virtutum possumus facere finaliter tam propter Deum, quàm etiam propter spirituale bonum proximi, & nostrum spirituale commodum, scilicet beatitudinem. istata illud Psal. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem. Secunda pars probatur: quia siquis mutuaret proximo. ideo finaliter vt mutuatarius efficeretur benevolus mutuatorij, quatenus mediante benevolẽtia mutuatarij, mutuator consequenter assequeretur temporalia bona, eius mutuatio esset vsuraria: quia esset cum intentione recipiendi temporale bonum vltra sortem, quod temporale speratum etiam causa fuisset mutuationis, mutuatio autem tali intentione vestita est usuraria ex diffinitione habita. Vnde cum sint tres species amicitiæ, secundum phylosophum. 8. & 9. eth. scilicet vtilis, delectabilis, & honesta. Amicitia honesta est virtus, nec est æstimabilis precio. Amicitia autem vtilis non est virtus, & est æstimabilis precio, sicut & humana vtilitas, ideo propter vtilem amicitiam mutuare principaliter, est peccatum usuræ, non sic de amicitia honesta.

Tertia conclusio. Si quis mutuauit ex benevolentia, vel propter benevolentiam eo modo, quo dictum est licere tali, licitum est in duobus casibus postea recipere aliquid vltra sortem a mutuatario, circa hoc quòd mutuatio præterita reddatur vsuraria. In quatuor verò non est sibi licitum tale quid recipere. Prima pars probatur. Nam si mutuatarius sibi aliquando donum ex mera liberalitate offert, & illud cognoscit ut donum sibi liberaliter oblatũ, & tali animo recipit: non peccat. probatur: quia ille, qui mutuat, per hoc quòd mutuat, non redditur peioris conditionis, quàm fuisset, si non mutuasset. Modò si nõ mut nasset, licuisset sibi aliquod donum ex mera liberalitate sibi oblatũ recipere a proximo suo ut taliter oblatum. igitur & nunc sibi licebit. Secundus casus, si etiam mutuatarius non vt donum, nec etiã mera liberalitate tale quid offerat: sed ut precium mutuationis, ac ut precium redimendi vexationem, eo quòd timet se postea malè habiturum apud mutuatorem, si non sibi quid offerret vltra sortem, puta timet, quòd mutuator concipiat maleuolentiam, propter quam postea non mutuabit sibi, uel solutionem sortis mutuatæ non differret, & huiusmodi. Attamen mutuator non cogitat illud esse oblatũ sibi a mutuatario ex tali animo, sed probabiliter credit, quòd ut verum donum & etiam ex liberalitate sibi oblatum sit. Probatur, quia non minus licet mutuanti recipere quid vltra sortem a mutuatario, quàm homini licetet recipere a proximo rem furtiuam in domũ, si recipiens probabiliter credit rem esse ipsius offerentis, & nõ furtiuam, ita quòd recipiendo non peccat, licet postea cũ incipit sibi cõstare rem esse furtiuam, restituere teneatur: etiamsi consumpta esset res, antequam inciperet constare rem fuisse furtiuam. ergo etiam secundus casus tactus est licitus. tenet consequentia: quia sicut prohiberur homini recipere rem furtiuam in donum a fure, quia non est recipientis: ita & æquè & non plus prohibetur mutuanti recipere a mutuatario incrementũ sortis non liberaliter oblatum. ergo si primum licebit propter bonam fidem interuenientem, etiam secundũ erit

erit licitum eadem fide interueniẽte. An autem in hoc casu licitè retineat, vel non, sed restituere teneatur, dicetur in quarta cõclusione. Casus verò quatuor, in quibus nõ est licitum sibi recipere aliquod oblatum a mutuatario sit isti. Primus est, si mutuatarius illud vt precium mutuationis sibi factæ, vel vt precium redimendi vexationem offert, & illud constat probabiliter mutuatori. Nam recipiendo peccat, quod probatur, quia detinendo peccat. igitur & recipiendo. consequentia nota. Antecedens probatur; quia eam detinendo detinet rem alienam, quę scilicet non est in sui dominio: quia si esset facta recipientis maximè titulo donationis, sed hoc non: quia ibi non interuenit donatio: quia dans nõ liberaliter dat, nec verè per modum doni. Modò ad hoc q̃ sit donatio, requirit libera volitio actiua ex parte donatoris, & non sufficit datio quasi coactæ alioquin datio, qua is, qui spoliatur, dat spolianti pecuniam suam, timens ne si resistat, occidatur, esset donatio transferens datum in dominium spiritualis. Maior autem, scilicet q̃ si talis res esset facta recipientis, hoc maximè esset titulo donationis. Probatur: quia non apparet quo alio titulo posset dici esse facta eius. si enim dices, q̃ titulo mutuationis actiuæ: puta quia mutuans sibi seruiuit in mutuando, sed hoc non: quia ille titulus non est sufficiens ad transferendum rem in dominium recipientis. Nam ille titulus, ne sit medium acquirendi dominium alicuius rei, est lege diuina prohibitus, ac inualidatus: ita vt non sufficiat ad translationem dominij incrementi vltra sortem in mutuatorem Et si dicis, incrementum vsurarium transfertur in dominium vsurarij non obstante, quòd mutuatarius nõ liberè offerat ipsum, nec vt donum sed ut precium mutuationis. vel ut precium redimendi vexationem. igitur ratio prædicta nulla. Respondetur, quòd antecedẽs licet ab aliquibus concedatur, non est tamen verum apud omnes, & de illo alibi. Et etiam dato quòd trãsferretur in dominium eius: tamen adhuc ratio prædicta starer, quia si dicatur, quòd mutuans velit recipere, atque detinere oblatum titulo mutuationis actiuè. & dicatur, quòd etiam sic in eum translatum dominium illius rei, vt dicunt multi, adhuc tamen peccat retinendo & recipiendo etiam secundùm illos, qui dicunt, dominium incrementi transferri in vsurarium. & sic etiã dato, quòd in casu primo iam habito transferretur dominium in mutuantem, adhuc tamen peccarer detinẽdo, atque recipiendo, potest enim quis peccare detinendo rem aliquam, etiam cuius habet dominium, puta si illa res est obnoxia restitutioni. Secundus casus, si etiam mutuatarius offerat id ex mera liberalitate, sed mutuator credat credulitate probabili, vel equilibri mutuatarium non liberaliter offerre. De probabili probatur tripliciter. Primò. Nam si a parte rei mutuatarius non liberaliter offerret, & mutuator id crederet sibi non liberaliter offerri, non liceret sibi id recipere, sicut in primo casu probatum est. igitur etiam in hoc secundo, tenet consequentia: quia causa, cur illicitus erat casus precedens, radicaliter fundabatur in conscientia probabili recipientis igitur eadem conscientiam probabili durante manebit eadem ratio illiciti. consequentia nota: quia vbi est eadem causa, ibi est idem effectus. Antecedens probatur: quia sublata conscientia probabili in præcedenti casu cessat ratio illiciti, vt patet per secundum casum licitum. Secundò hoc idem probatur. homini non est licitum recipere id, quod creditur esse tale, quale si esset, a parte rei non esset recipiendum. Modò si in re esset non liberaliter oblatum, non liceret sibi recipere. igitur etiam si credit ipsum tale nõ licebit. Tertiò sic, non liceret mihi a te recipere in donum rem, quam crederem esse furtiuam, licet non esset in re furtiua. ergo etiam incrementum oblatum nõ licet mihi recipere, si credam ipsum nõ liberaliter oblatum, licet sit liberaliter oblatum. tenet consequentia: quia æquè prohibetur vnum sicut reliquum, si vtrobique subest veritas credulitatis. igitur etiam si in vno nõ subest veritas, & tamen nõ licet propter credulitatem probabilem desuper extendentem, etiam in reliquo non licebit propter credulitatem, etiam non subexistẽte veritate. De æquilibri vero probabilitate probatur: quia vbi agere contra conscientiam probabilem etiam non habẽtem sibi substratam veritatem est peccatum, ibi etiam agere contra æquilibrem: quia agendo cõtra equilibrem, exponit se æquilibri periculo mortalis peccati. modo æquilibri periculo suam animam exponere est neglectui exponere salutem contemnendo eam, & per consequens tunc agitur contra charitatem ad seipsum. Et non capitur hic credulitas probabilis precisè pro ea, quę prouenit ex signis probabilibus rationabiliter mouere debentibus hominem, sed generaliter pro credulitate, qua quis magis credit vnam partem quàm aliam, sine hoc proueniat ex probabilibus siue leuibus motiuis. Et æquilibris vbi vni parti nõ plus adheret, vel dissentit, quàm alteri. Tertius casus, si mutuatarius ex mera liberalitate offerat: & mutuator etiam hoc idem probabiliter credat sibi taliter offerri, & tamen in effectu ipsum non vt tale quid: immo vt precium mutuationis recipiat: nolens vt donum recipere, peccat recipiendo: quia vt sic recipiendo non acquirit dominium eius, vel si etiam acquireret, tamen restituere tenetur. & sic detinendo peccaret, & per consequens eadem ratione recipiendo. Quod autem vt sic non acquireret dominium, vel saltem si acquireret, nõ tamen absolutum, quin restituere teneretur. Probatur quia ibi non interuenisset vera donatio. illa enim requirit cõsensum in donante & in donatario: ita quòd etiam donatarius illud vt donũ velit recipere, & alius aliter velit dare. Perficitur enim ille contractus necessariò interueniente consensu vtriusque, sicut in simili, si tu mihi aliquid ut donum mitteres, ego illud nuncio auferrem vt spolium, non accipiendo ut donum: non efficerer dominus eiusdem, quamdiu non mutarem intentionem illam, secus si postea intentionem meam mutarem acceptando ipsum a te vt donum. Quartus casus, si mutuatarius ex mera liberalitate offerat, & mutuator etiam hoc idem probabiliter credat atque etiam vt sic oblatum recipiat consilij animo. Attamen altera illarum duarum præsumptionum acta fit, vel verisimiliter ventura sit apud alios homines, scilicet quòd datio illa non sit liberalis, vel si sit liberalis, non tamen eam constare talem mutuatori, immo mutuator eam recipere vt precium mutuationis per eã factæ. Probatur iste casus; quia receptio scandalizans actiuè, vel de qua infirmi scandalizantur passiuè, etiam si aliàs in se esset licita, efficeretur illicita propter scandalizationem sibi accedentem, aut si esset nata infamare sinum

resuum actorem. modo quando altera prędictarum duarum præsumptionum adest, receptio erit scandalosa, aut infamatiua actoris. Nã homines, apud quos est præsumptio prædicta, cogitabũt illum esse vsurarium. Secundò sic, quia actus etiam si in se licitus sit, erit agẽti illicitus, si habeat notabilem speciem mali, quia Apostolus. 1. ad Tim. 5. præcipit dicens. Ab omni specie mali abstinete vos. Modò prædicta receptio si adest, vtraque, vel altera prædictarum præsumptionum habet speciem mali. Erit dicis, quando timendum est, ꝙ habeantur præsumptiones. dic ꝙ existentibus coniecturis apris natis mouere ad præsumptionem, timẽdum est, adesse præsumptionem, & quanto plures concurrunt, tanto erit notabilior præsumptio, quanto verò pauciores, tanto minor & improbabilior. Et pronunc enumero sex. Prima est, si mutuatarius est homo notabiliter pauper, ita ꝙ non præsumatur donare aliquid, eo ꝙ ea quæ habet vix sibi sufficiunt. Secunda, si adhuc durat debitum sortis: quia præsumitur, quòd ideo quid offerat: quia timet sortẽ repeti a mutuatore. Tertia, si mutuator consueuit egreferre, quando mutuatarij nihil sibi offerebant vltra sortem. Quarta, si mutuator consueuit non dimittere diutius sortem mutuatarijs nihil offerentibus, sed repetere & alijs mutuare, qui aliquid offerunt. Quinta, si mutuator aliàs consueuit manifestè ad vsuram dare. Sexta, si mutuator tempore mutuationis verbis, vel gestibus intelligere dedit, se quid deliderare vltra sortem, licet nullum pactum fecerit, sed tantummodo quasi musitauerit, etiamsi iocosè fecerit, dummodo alij seriosè dictum, vel gestum esse credant. Hæ coniecturę contra mutuatorem etiam habentem sinceram intentionem inducunt aliquam ex prædictis duabus præsumptionibus, vel vtramque, & hoc maiorem vel minorem secundùm ꝙ omnes prædictæ concurrunt, vel non omnes sed maior pars earũ. Hæ autem coniecturæ hic enumeratę sunt nõ pro quãto habet eas respicere iudex in foro exteriori, quoniã & si ex illis poterit iudex in foro exteriori præsidens informare animum suum in casu, vbi ventilaretur corã eo causa, in qua mutuatarius repeteret aliquid quod dedisset mutuatori vltra sortem: dicendo se illud vsuræ nomine dedisse, non vt donum, & mutuator diceret, se vt donum recepisse, tamen hic non habent tractari documenta concernentia strepitum iudicis exteriotis in casu mutui, sed hic enumeratæ sunt ex duplici causa, scilicet prout concernunt iudicem in foro pœnitẽtiæ, idest cõfessorem, & etiam reum eiusdem, idest confitentem. De confessore quidem pro tanto: quia et si in foro pœnitentiæ credatur cuilibet pro se & contra se, & ita si confitens dicat se probabili conscientia recepisse vt donum, non videtur opus cõfessori recurrere ad prædictas coniecturas ad inuestigandum, si ue rum dicat, vel non. Nam si mentitur neminẽ nisi seipsum decipit, nihilominus tamen ex alia parte possunt vtiles esse confessori dupliciter. Primò: quia exquo cõtingere potest, ꝙ confitens esset fictus: & sic fictus vel let confessorem decipere & seipsum, tamen si confessor aliquas coniecturas adduceret, facientes præsumptionem contra confitentem, posset conuincere eum de fictione, & reducere ad confessionem veram, & ad tedium veræ pœnitentię. Expedit enim confessori, ut non semper credat cõfitenti ad primam eius negationem, aut iustificationem sui, sed nonnunquam opus est, ut cum mentitur iniquitas sibi, conuincat eum cautis interrogationibus & argumentis. Secundò, quia cõtingere posset, ꝙ confitens bona conscientia recepisset credens sibi vt donum oblatum: cuius tamen credulitas fuisset indiscreta, ita quòd attentis cõiecturis prędictis potius debuisset probabiliter oppositum credidisse & per consequens a parte rei non fuisse liberam donationem. & sic confitens detineret id, quod iure esset restituendum, & non restitueret, eo ꝙ perseueraret in prædicta credulitate indiscreta, in qua non restitutione prędudicaret proximo, & etiam sibi, & famæ suæ, quia non haberet sufficientem excusationem ex prædicta credulitate indiscreta. ideo utile est confessori re currere ad prædictas coniecturas, ut illis inuentis indu centibus præsumptionem notabilem committat confi tenti: vt inquirat, si mutuatarius sibi vt donũ verè donauerit. quatenus si comperiat, ꝙ non liberaliter sibi donauerit, restituat sibi oblatum. Si autem comperiat, ꝙ liberaliter donauerit, dimittatur inquictè. Vbi autẽ esset credulitas rationabilis non indiscreta in recipiente, eo quòd prædictę coniecturæ non affuissent, non esset compellendus receptor, ut inquireret de voluntate & mente eius, qui sibi obtulit, inuita illud, nihil interrogantes propter conscientiam. De confitente autẽ patet, ꝙ expedit ei illas scire: quia expedit ei ea scire, propter quorum ignorantiam, vel inconsiderationem, & respectum contingeret, eum committere actum scã dalosum proximo, vel suipsius infamatiuum. Modò non inspiciendo illas, ipse aliquando reciperet oblata, quorum receptio scandalosa esset alijs, vel sui infamatiua, eo ꝙ præsumptio esset contra eum de corrupta intentione, etiam si sincera esset in re. Secundò: quia expedit ei scire illa, propter quorum ignorantiam & inconsiderationem contingeret, eum detinere alienum. ignorando se detinere alienum indiscreta ignorantia licet esset ignorantia facti: quia nec talis est sufficiens excusatio detinendi alienum. sic autem est de prędictis coniecturis. igitur.

Quarta conclusio. Duo casus liciti tertiæ conclusionis differunt: quia in primo licitè recipit, & etiam licitè detinet de per se, nec tenetur id restituere: quia ibi fuit vera donatio. in secundo verò quamuis licitè reciat oblatum, & etiam licitè detineat, & hoc per accidens, & eodem modo contingat, ꝙ non teneatur restituere. puta postquam constiterit sibi, ꝙ alius non liberaliter sibi obtulit, sed ut precium mutuationis. probatur vltima pars assumpti. Nam quicunque detinet rẽ, quę a parte rei est aliena, & cuius ipse non habet dominium, tenetur eam restituere, quantum est de per se. quamuis per accidens, & tempore non obligetur: puta durante credulitate probabili, credit illã rẽ esse suã. Modò in secũdo casu id, qđ recipit mutuator a mutuatario, nõ efficitur de eius dñio, aut si de eius dñio efficeretur, nõ tamen absoluto, quin restituere teneretur, ut ostensum est in probatione primi casus illiciti. Secũdò probatur a simili, quantumcunque bona fide quis recipiat in donum aliquid, quod alius transferre non potuit in eius dominium. utputa quia res fuit furtiua, recipiens non poterit illam detinere, postquam constiterit offerentem non potuisse transferre. ergo idẽ est, si offerens non voluit transferre dominiũ in recipientem, licet fecerit, acti transferre voluerit, cum tamen tantummodo dederit ut precium mutuationis sibi fuit, & ut precium redimendi negationẽ, quæ datio est inefficax ad transferendum dominium. Contra ultimam partem assumpti arguitur ratione quorundã tenentium contrarium sic. Si quis rem alienam bona fide tenuit per legitimum tempus, per quod debet currere præsciptio credens eam esse suam, non tenetur eã restituere, si postea completo tempore præscriptionis incipiat sibi constare, illam rem fuisse alienam: quia est facta sua & translatum est dominium rei in ipsum. Igitur eadem ratione hic, ex quo mutuator recipit bona fide credens sibi donati a mutuatario, non cogitur eam restituere, si aliquando postea comperiat mutuatarium non sibi liberaliter donasse. tenet consequentia a simili, dicendum, concedendo antecedens, & negando consequentiam, & dissimilitudo est illa: quia quod in casu antecedẽtis res aliena sit ipsius, qui eam bona fide detinuit, non est præcisè ratione primæ occupationis eius, aut detentionis distinæ, aut bonæ fidei, aut ratione alicuius actus, quo eam habuit a domino illius rei, non volentis eam transferre in eius dominium, & hęc omnia patent: quia si etiam hæc omnia concurrent, & tamen non etiam adesset auctoritas legis ac legislatoris habentis potestatem transferendi domiaia rerum ac volentis, quòd qui sic bona fide tanto tempore detinuisset, esset factus dominus rei: nunquam ille esset liber a restitutione, quin superueniente mala fide, teneretur restituere rem domino suo, si supereset vel hæredibus eius: etiamsi per centum annos detinuisset bona fide. & ita causa cur detinens bona fide in casu antecedentis non tenetur restituere, est voluntas eius, qui voluit rem transire in dominium eius. Modò illa causa non habet locum in casu consequentis, igitur. Fateor tamen, quòd si casus antecedentis concurreret cum casu consequentis, tunc non teneretur restituere: quia iam præscripsisset, sed quòd tunc non teneretur restituere, hoc esset per accidens: quia ratione præscriptionis, & ideo ante illud tempus teneretur superueniente mala fide restituere.

Quinta conclusio. Quatuor illiciti casus tertiæ conclusionis differunt, probatur dando tres differentias. Prima, quia primi tres sunt de per se illiciti & ex genere, quartus verò non ex genere, nec per se, sed per accidens ratione scandali emergentis, vel accidentis, hoc autem non arguit actum ex se malum. Nam & actus ex se boni possunt aliquando concurrente infirmitate proximi scandalizare eum, & tunc est cessandum ab illis. nisi prius sedetur scandalum possibile emergere. cessante autem vel præuento tali scandalo licitum esset eos agere, & sic etiam est in quarto casu. Nam si in quarto casu non adesset actu aliqua præsumptionum prædictarum, & probabiliter crederet mutuator, quòd non esset etiam ventura præsumptio, quæ præsumeret quisquam hoc, eo quòd probabiliter credit illam receptionem ad nullius notitiam pernenturam, licitè recipiet. Secunda differentia: quia receptio in tribus primis casibus est usuraria, sed in quarto non, sed tantummodo est infamatiua vel scandalosa. Tertia differentia: quia in primo casu tenetur restituere, si recipiat, non autem sic in

alijs tribus, cum moderatione tamen sequenti. in secundo enim casu licet etiam teneatur restituere, non tamen nisi quamdiu durat in eo credulitas probabilis, vel equilibris. Nam si postea comperiat eum sibi liberaliter donasse, poterit acceptare rem, ut taliter sibi donatam, & consentire in donationem. & sic res erit eius, quæ prius nondum fuit eius: quia quamuis donatione non transferatur dominium rei in donatarii nisi accedente consensu vtriusque, tamen non est necesse, quòd illi consensus fiant simul tempore. Similiter quamuis in tertio casu teneatur restituere, quamdiu non mutat intentionem prauam, consentiendo in donationem mutuatarij, tamen mutata intentione sua sine hoc, ꝙ superueniat nouus actus ex parte mutuatoris, res erit eius, nec tenebitur restituere. In quarto etiam casu non est obligatus restituere, licet teneatur dolere de hoc, ꝙ recipiendo se infamauit, vel aliquem scandalizauit, & infamationem, vel scandalũ illud purgare debet. ꝙ si non purgauerit, peccabit detinendo: quia sicut recipiendo alios scandalizauit, uel se infamauit, ita detinendo se infamabit, aut scandalizabit homines, apud quos est aliqua præsumptionum prædictarum.

Sexta conclusio. Siquis alicui ex benuolentia, uel propter benefactum modo licito mutuauit, & tamen postea in aliquo quatuor casuum illicitorum recipit ab eo aliquid vltra sortem sibi oblatum, talis licet peccauerit recipiendo tale, tamen propter hoc præterita mutuatio non redditur usuraria. Probatur: quia quod non est, non potest depranari, uel reddi iniquũ. modo præterita mutuatio amplius non est. igitur per sequentem receptionem alicuius rei a mutuatario illicitam non redditur usuraria. *Secundò sic*, stat, quòd mutuatio præterita fuerit meritoria, utputa si eam in charitate fecit. igitur per superuenientem actum illicitum non redditur demeritoria. igitur nec usuraria. Nam quamuis præterita mutuatio si fuit meritoria poterit per sequẽtem receptionem vitiosam mortificari, eo quòd opera meritoria mortificantur per sequens mortale, non tamen redditur per hoc demeritoria. eam enim mortificari non est eam demeritoriam reddi. sed est Deum nolle dare præmium pro ea, quamdiu actor eius non resurgit a peccato, quo eam mortificauit, nõ obstante ꝙ illa mutuatio fuerit accepta a Deo tanquam meritũ æternum. Et sic illud mortificari non est aliquid formaliter in existens actui, qui morificatur, sicut est esse demeritorium, vel meritorii, alioquin etiam non posset præterita mutuatio mortifi cari, sicut nec reddi potest demeritoria, sed eam mortificari dicit, non dandum præmium pro illo actu. Contra. Talis, de quo hęc sexta conclusio fuit, peccauit recipiendo quid vltra sortem, & non nisi peccato usuræ saltem in tribus primis casibus. igitur commisit mutuationem usurariam: quia peccatum usurę nõ est nisi mutuatio usuraria. Modò nullam aliam mutuationem fecit nisi illam, quæ præterita: quia stat, ꝙ recipiendo, nihil mutuet sibi de nouo. igitur oportet, ꝙ præterita mutuatio sit facta usuraria. Dicendum concedendo antecedens & distinguendo consequens, vel in effectu, & sic non oportet, vel quantũ in se fuit, & sic conceditur. Nã eo ipso ꝙ recipit quid ultra sortẽ in primo, secũdo, vel tertio casu, habet volitionẽ, qua unit quid rõne mu-

tui recipere vltra sortem, quamuis nihil mutuet actu, modo illud sufficit ad hoc, vt dicatur peccatum vsurę commisisse, sicut is dicitur peccarum adulterij commisisse, qui vellet coire cum vxore proximi, vel coitum habere cum ea.

QVAESTIO. XXX.

Vtrum mutuatori liceat repere mutuationis, vel post exigere a mutuatario vltra sortem aliquid pro suo interesse damni emergentis & ęt lucri cessantis, atque exactam recipere, citra hoc quòd mutuatio reddatur vsuraria. Solutio. q. stat in quatuor suppositionibus, ex eo conclusionibus, tribus argumentis, ac unius documenti salutaris assignatione in fine quæstionis. Et quia in compluribus locis sequentium quęstionum huius operis sient remissiones ad resolutionē præsentis quæstionis, præsertim quo ad primam & quartam conclusiones: quoniam innumerabiles casus pendent ex illis, ideo diligenter & cautè cōsiderentur conditiones & circunstantiæ, quibus conclusiones huius quęstionis restiętur, quas semel & vno in loco expressisse pro omnibus locis sufficiat.

Prima suppositio. Quæstio querit quinque. Primū, an exactio, de qua sonat titulus quæstionis, sit licita, si fiat tempore mutuationis. Secundum, sit sit licita facta post mutuationem. Tertium dato, quòd sit licita, an in vtraque specie ipsius interesse sit licita, scilicet tam damni emergētis quàm lucri cessantis. Quartum, an exactum liceat sibi recipere. Quintum dato, quòd in aliquo illorum casuum vtraque acceptio, atque exactio esset illicita, an per huiusmodi exactionem, vel receptionem mutuatio facta reddatur usuraria, nel non.

Secunda suppositio. Si exactio fiat tempore mutuationis, est exactio pactionalis: quia si mutuator exigat tempore mutuationis, vult dicere, mútuo tibi, ea tamen conditione, quòd des mihi tantum ultra sortem, aliàs non mutuaturus, alius autem recipiendo consentit verè vel interpretatiuè in illam conditionem, igitur pacisciter: Sed exactio post mutuationem facta non est necessariò pactionalis. Nam si mutuatarius exactionatur tempore solutionis sortis nel post, non oporret ibi esse peccatum, posset tamen esse pactionalis, si illa exactio fieret ante solutionem sortis pro quanto, scilicet mutuator nolles differre ulteriorem solutionem mutuatario, nisi dato sibi aliquo vltra sortem, & sic ibi exactio pactionalis fieret, sed tamen interueniret noua mutuatio: quia dilatio solutionis sortis implicitè est noue mutuatio: quia perinde est, acsi mutuator rehabereo sortē & eam de nouo mutuaret mutuatario.

Tertia suppositio. Interesse est perdere aliquod bonum temporale iam habitum, vel non assequi bonum temporale obtinibile. Et dicitur interesse: quia is, qui bonum temporale iam habitū perdit, uerè dicit, mea interest id perdere. Nam illud perdere spectat ad ipsum, seu eum contingit, vel tangit, similiter it, qui bonum temporale, quod ueri similiter obtinuisse potuit set, non assequitur, uerè dicit, mea interest non assequi illud: quia illa non assecutio eum contingit. Et sicut descripto hēc duas clausulas, sic est duplex interesse. Primum enim, scilicet perdere bonum tempore, quod verè hꝫ, dr interesse dāni emergētis, & est destructio in transitiua, ita q̄ est interesse, quod est ipsum damnum emergens. Nam tale interesse est perditio boni, quod iam habetur. Secundum autem dicitur interesse lucri cessantis etiam per constructionem intransitiuam: quia sensus est, secundum interesse est cessatio lucri, seu nō assecutio lucri. De primo interesse potest exemplificari duobus exemplis in casu, vbi mutuantis interest per interesse primum. Si tibi mutuo hoc tempore centū: & tamen eisdem cētum indigeo hoc eodem tempore ad soluendum creditori meo, cui hic eodem die solue re teneor in rota: & quia mutuando tibi illa centū reddo me impotentem ad solutionem mei creditoris. iō quatenus soluam creditori meo, cogor mutuò accipere alia centum ab aliquo alio, & quia neminem inuenio uolētem mihi mutuare gratis, sed tantùm sub vsuris; ideo cogor ab vsurario recipere centum mutuò sub usuris, dando eidem quinque. Iam me perdere quinque est interesse damni emergentis, & illud incurro occasione mutuationis, qua tibi mutuaui: quia si non mutuassem tibi, sed mihi retinuissem, satisfecisse potuissem creditori meo sine hoc, quòd mutuò ab vsurario recepissem, & hoc exemplum eodem modo applicari posset, si astrinxissem me meo creditori illo tempore sub pœna 5. florenorum satisfacere. Secundum exemplum. Si mutuo tibi centum, ut in primo exemplo usque ibi: & quia illa centum mutuando tibi reddo me impotentem ad soluendum creditori meo, ideo ut acquiram alia centum quæ soluere possem creditori meo, vendo res meas viliori precio, q̄ aliàs ex eis habuissem: puta quia licet etiam nunc sint dignę maiori precio: tamen non inuenio emptorem uolentem dare iustum precium, uel etiam: quia dispositum res illas, quę hoc tempore sunt utilis precij conseruare ad tempus, quo essent cariotis precij. Iam inquam partem precij, quam iam virtualiter habebam, habendo mercem perdo, & sic bonum habitum perdo, quod perdere est interesse damni emergentis. Prima tamen pars huius secundi exempli est melior. De secundo interesse potest exemplificari etiam duobus exemplis. Primum, si habendo centum intendebam ire ad nundinas, & emere merces uendendas ad assequendum lucrum de eis, ut puta ueri similiter assecutus fuissem quinque uel quatuor: tu uerò indigens illis petis, ut ea tibi mutuem pro hoc anno, quo facto impedior ab assecutione illius lucri, hæc non assecutio est interesse lucri cessantis. Secundum si habendo centum intendebam emere domum, de qua empta intendebam lucrum assequi, scilicet aliquot flor. locando nomine locagij: tu uerò indigens illis petis, ut ea tibi mutuem pro hoc anno, quo facto impedior ab assecutione illius lucri.

Quarta suppositio. Mutuantem contingit dupliciter pati interesse damni emergentis. Primò contingit eum pati illud interesse ante moram mutuatarij, sic quòd illud patitur ex mutuatione, etiam si mutuatarius soluat sortem in termino sibi prefixo a mutuante, & illud dicitur interesse emergens ante moram debitoris, idest emergens antequam teniat terminus solutionis sortis, seu antequam mutuatarius sit negligēs in soluendo sortem, & de illo sunt formata exempla posita in præcedenti suppositione. Secundo modo cōtingit

tingit eum illud pati non ex mutuatione, sed tantùm illud sibi contingit post terminum solutionis ex dilatione solutionis, & dicitur interesse post morem, uel ex mora debitoris. Exemplum, si tibi mutuando centum restituenda mihi ad festum S. Ioannis, eo q̄ interim bene possum illis carere, sed adueniente festo indigeo eis, & cum non habeam ea termino præfixo, cogor sub usuris accipere, vel vēdere res meas viliori precio, vt prius dictum est, tunc perdere illa, quæ cogor vsurarum nomine vsurario dare, vel perdere partem precij de rebus meis, quas vēditioni exponere cogor, dicitur interesse post moram debitoris.

Prima conclusio. Quamuis de rigore scholastico loquendo, & seruatis septem conditionibus licitum sit mutuanti tempore mutuationis exigere a mutuatario vltra sortem aliquid pro suo interesse damni emergentis ante moram mutuatarij, tamen quæcunque harum conditionum defecerit, mutuatio redditur illicita, & si denique aliquis contendat omnes obseruare, habeat ille, cui talis casus proponitur oculum ad documentū, quod in fine huius quæstionis annectitur. Prima pars conclusionis declaratur. Prima cōditio est, quòd a parte rei sic sit, sicut prætēdit, s. quòd ex mutuatione emergebat sibi damnum. Nam si non sic esset, sed simularet sic esse, tunc illud, quod reciperet vltra sortem esset vsura dicendum, & non interesse damni emergentis, & eius exactionē nominasset pro interesse in fraudem vsurarum. i, vt palliaret exactionem vsuriam. Secunda conditio est, q̄ exactum non excedat illud bonum, cuius perditio dicitur interesse, ita q̄ si perdit vnum florenum occasione mutuationis non debet exigere aliquid vltra vnum florenum, saltem nomine interesse damni emergentis. Tertia conditio, q̄ mutuans, si respicere debuisset temporale commodum, maluisset sibi sortem retinuisse, & sic vitasse damnum emergens, quàm mutuare, & sic recipere quid vltra sortē, & hæc sequitur ex prædicta. Nam da oppositum huius tertiæ conditionis, tunc signum est, quòd aliquod temporale commodum se sperabat assecuturum vltra restaurationem damni perpessi, & sic intendebat vsuram assequi. Et dixi, si respicere debuisset temporale commodum: nam quòd de facto magis vult mutuare & recipere, damni emergentis restitionem venire debet: ex motus pietatis ad succurrendum proximo eum inducit ad illud, in qua tamen pietate vult se conseruare in demanem. Quarta, quòd mutuator præcisè occasione mutuationis damnum incurrat, idest non ratione alicuius alterius, puta propriæ negligentiæ, vel incuriæ, uel malitiæ. Quinta, quòd mutuatio fuerit cōsilij tantùm, & non præcepti. Sexta, quòd exactio non infamet actorem suum, nec aliquem scandalizet, nec aliquis concurrente infirmitate inde verisimiliter sit scandalizandus propter coniecturas inducentes præsumtionem, de qua dictum est in q. præceden. conclusione tertia. Septima, quòd exactio, quam tempore mutationis facit, non fit ad hoc, quòd mutuatarius teneatur refundere interesse ipsi illico in ipsa mutuatione, cum mutuator nondum sit in ipsa mutuatione passurus actu interesse, quamuis posit eam passurus sit ante moram mutuatarij. Nam mutuatarius non tenetur mutuatori soluere interesse pro tempore, pro quo nondum est interesse positum in esse, vel in effectu, vnde tantummodo licet mutuanti exigere a mutuatario, vt mutuator ei soluat interesse tunc temporis, qū illud patitur, licet ante moram patietur illud. Probatur hęc conclusio dupliciter. Primò sic, dans efficacem occasionem damni proximo, qū proximus subire non teneretur pro eo, & quod proximus etiam non vult remittere ei, qui illius occasionem præstitit, tenetur eū releuare ab illo damno, sed si quis petit a mutuatore, vt sibi mutuetin esse, in quo mutuare non est præcepti, & mutuans cogitur occasione mutuationis etiam ante moram mutuatarij perdere bonum aliquod, iam petens & recipiens mutuum dat mutuanti efficacem occasionem damni: igitur mutuatarius tenetur releuare mutuatorem ab illo damno, & sibi dare tantumdem, quantum alius fuit coactus perdere, si damnum passus non vult sibi id remittere. Modò licitum est mutuanti exigere a mutuatario id, quod ille obligatur sibi dare vel statim incursurus est obligationem id ei dandi, & non solum exigere, sed etiam pacisci secum, quòd uelit sibi dare illud, ad quod sibi dandum incurrit obligationem iam, vel paulò post, quando sibi actu emergit damnum, incurrit mutuatarius obligationem releuandi mutuatorem de damno, quod incurritex mutuatione, igitur conclusio vera. Secundò probatur: quia in q. peruenit. extra, de fideiussoribus. est casus, q̄ quidā clerici nominibus C & F. receperat quandā quātitatem pecuniæ mutuò a quibusdam mercatoribus Bononiensibus, quidam clericus nomine R. fideiussit pro prędictis clericis apud mercatores, & vnus eorum per fidem suam, alter per iuramentum promisit ad terminum constitutum soluere pecuniam, sed illis pecuniam non soluentibus dictus R. clericus satisfecit creditoribus de eadem. Vnde conquestus domino Papæ, scribit Papa cuidam Episcopo, & cuidam archidiacono, ne dictus R. dispēdium patiatur, unde videtur primium obtinere, & mandat Bononiensi episcopo, ut inspiciat instrumenta super debitis illis, quæ sunt apud creditores, & eorum transcripta sub sigillo suo signata mittat iudicibus illis mādans eisdem, quatenus si per confessionem clericorum prædictorum, vel aliàs eis constiterit rem taliter se habere, moneant illos, & cōpellant, ut prædicto R. pecuniam, quā pro eis soluit, restituant, & ipsum conserment indemnē, sic q̄ damnum quod ex solutione pertulit, ei refarciāt, aliquin de rebitibus eorū debita ipsa persolui faciant, & damna illa refarciri aut redditus illos sibi assignent tandiu detinendos, donec de ipsis satisfactum fuerit. Vide ibi. Modò fideiussor scilicet R. in hoc ipso, quòd soluit pro debitoribus, censetur mutuasse eisdem precium solutionis dilatæ, ergo si posset exigere refusionem damni perpessi ex solutione, posset etiam exigere refusionem damni perpessi ex mutuatione: quia idem actus, qui est solutio respectu creditorum, mutuatio respecta debitorum. Dictum est autem notanter seruatis septem conditionibus. Ratio enim primæ conditionis est habita ubi suprà. Ratio uerò secundæ conditionis est: quia da oppositum, iam non subest ratio exigendi: quia ratio exigendi est refusio dāni illati, modo non intulit sibi damnum nisi in tāto bono quantum perdidit, igitur illo refuso, nō erit damnum passo licitum exigere aliquid vltra, saltem nomine interesse damni emergentis, quod notanter dico: quia si

mutuans occasione mutuationis non tantùm incurrit damnũ emergens, sed & cessationem lucri posset a mutuatario aliquid exigere vltra damnum emergens. & hoc pro interesse lucri cessantis, ut patebit in sequentibus. Ratio tertiæ conditionis patuit super ex secũda. Ratio quartæ est: quia da oppositum illius quartæ cõditionis, non licebit mutuatori exigere restitutionem illius damni a mutuatario: quia illud mutuatarius nõ sibi intulit. Exemplum. Si mutuator occasione mutuationis cogitur vendere res suas, & posset ex eis leuare tantum precij, quantum valerent, & etiam quantum ipsemet sperabat se leuaturum, si eas reseruasset usque ad tempus destinatum per ipsum: & tamen sua propria negligentia, uel incuria venderet viliori precio, uel etiam si id faceret ex malitia, scilicet quatenus mutuatarius (quem forte odit) damnificaretur in hoc, quòd cogeretur sibi tale interesse refarcire, iam non licebit mutuatori exigere tale interesse: quia illud nõ licet occasionatum ex mutuatione, sed ex propria negligentia, vel malitia mutuatoris, igitur non tenetur mutuatarius eum in illo releuare, sed sibi ipsi imputet. Idem etiam iudicium est, si mutuator accepisset sub vsuris, cum interueniisse potuisset gratuitum mutuum: unde etiam cum cogitur sub vsuris accipere mutuum, debet hoc ad cautelam prius intimare mutuatario suo: quia forte idem si sciret hoc grauamen facturum, inueniret viam, qua suum mutuatorem & per consequens se liberaret ab illo grauamine. Ratio quintæ conditionis est: quia dato oppositio non licebit sibi (saltem uniuersaliter, uel indistinctè) exigere quid ultra sortem. Nam si mutuatarius est in tali necessitate constitutus, & mutuator in tali abundantia, aliæ quoque circumstantiæ concurrunt, quæ inducunt mutuatori necessitatem præceptiuam ad mutuãdum debet mutuare, & nihilominus ipsum interesse mer supportare, nec uelle releuationem eiusdem interesse a mutuatario habere. Probatur: quia maius est donare quàm mutuare. Modò in casu, in quo donatio est præcepta (sicut in casu in quo eleemosynam dare est præceptum) tenetur quis donare, etiam si ex illa donatione perdat aliquod bonum iam habitum, etiam ultra rem donatam, & etiam si ex illa donatione esset sibi lucrum, quod acquisisse potuisset, si rem donatam retinuisset, ita quòd tenetur tunc ei donare, & non licebit ei obligare donatarium ad refarciendum sibi damnum emergens, vel lucrum sibi cessans ex illa donatione, immo debet donatarium dimittere liberum, vt nec teneatur ei rem donatam restituere, nec etiam refarcire damnum, quòd emerſit, vel lucrum, quod cessauit. igitur a maiori, si est casus, in quo quis mutuare tenetur, debebit ei mutuare, non obstante quòd ex illa mutuatione perdet bonum aliquod, debebit ei inquam mutuare, & non licebit ei obligare mutuatarium ad refarciendum sibi damnum, quod inde sibi emergit, vel lucrum, quod inde sibi cessat. Vnde contentus debet esse, ut sibi fors restituatur, renunciando refusioni interesse, sicut in casu, in quo donatio est præcepti, renunciare debet tam restitutioni donati, quàm interesse perpessi. Dictum est tamen notanter in ratione huius quintæ conditionis, saltem vniuersaliter. Vnde notandum est circa illam quintam conditionem, q̃ sunt gradus in necessitatibus hoc modo, q̃ aliquando adeo magna est necessitas in paupere, q̃ illa inducit obligationem in diuite ad donandum, & ita ad renunciandum rei donatæ tam pro tempore, q̃ pro perpetuo, & cum hoc refusioni ipsius interesse, quod incurrit ex carentia rei donatæ toto tempore, quo illa carere debet. Aliqua verò est minor necessitas, q̃ que non sufficit illã inducere, inducit tñ obligationẽ in diuite ad mutuandum pauperi, & ita ad renunciãdum forti mutuatæ q̃ tempore. Item etiam pter in hac secunda necessitate possunt reperiri gradus, ita q̃ poterit aliqua esse necessitas tanta ex parte mutuatarij & abundantia mutuantis, & etiam tam parum interesse, q̃ mutuans renunciando forti mutuatę pro tpe tenebitur renunciare toti interesse, quod oritur ex illa mutuatione pro tpe carentiæ. Aliquando verò poterit esse remissior, seu minor necessitas in mutuatario, & remissior abundantia in mutuante, & tam graue interesse oriens mutuanti, q̃ quamuis talis necessitas & abundantia faciẽt mutuationem esse præceptam, non tñ erit mutuãs obligatus ad renunciandum toti interesse, sed tantúmodo parti, vel etiam non vlli parti: immo q̃ poterit velle habere totum interesse, hoc inquam assumptũ satis patet põderando gradus necessitatum, quarum vna quanto est maior, tanto maiorem obligationem inducit, & altera minor minorem inducit. Si quis autem quærat, qñ est talis, vel talis gradus necessitatis, non põt de hoc dari certa regula, sed hoc vnctio docebit. Quando verò mutuans sit præcepti, habitum est supra q. 19. Rõ sexta conditionis est: quia cessandum est ab exactione scandalosa, siue illa sit scandalosa actiuè, siue passiuè ob infirmitatem ipsius scandalizati, & si illa alias cessare scãdalosa esset in se licita. Quando aũt talis exactio sit scandalosa, dic illo modo, vt dictũ est in præcedenti cõne, cessandũ est ẽr ab exactione; quæ est suiipsius infamatiua; quia talẽ faciendo, agit ꝯ charitatẽ suiipsius, & in proprij honoris præiudicium. Et gratia exempli, si is, qui notorius vsurarius hucusque fuit, mutuet mihi in casu, quo est consilij, & ex illo mutuare patitur damnum emergens, quamuis a parte rei liceret sibi a me exigere aliquid vltra sortem in refusionem illius inter esse, hi tamen, qui videbunt talem in mutuatione exigere quid vltra sortem, nisi sint prius informati informatione sedante scandalum, cogitabunt, q̃ vsurarius illud exactum vltra sortem exigat ratione mutuationis, sicut aliàs hucusq; consueuerat, & non ratione alicuius interesse perpessi, & præsertim si later eos, quòd mutuator incurrit damnum ex mutuatione, opus igitur erit sibi illam exactionem taliter facere, quòd nec ipse inde infametur, nec aliquis inde scandalizetur, alioquin cessandum est ab illa exactione, vel absolutè mutuandum, vel omnino dimittenda esset talis mutuatio, cum sit consilij, quod potius dimittendum est, si scandalizetur quis infirmus, quàm sęgdum sequente tali scandalo.

Secunda conclusio. Sicut prima cõclusio est vera de interesse ante moram mutuatarij, sic est vera de interesse damni emergentis accidente ex mora mutuatarij. Probatur: quia eadem ratio est vtrobique, igitur eadem iuris dispositio. Antecedens probatur. Nam ratio cur in casu primæ conclusionis potest exigere aliquid pro suo interesse, fuit: quia mutuatarius dederat mutuanti efficacem causam damni inducendo eum ad mutuandum sibi, & per consequens tenebatur mutuã ei refundere illud damnum, & ita licitè potens mutuans illam refusionem exigere vltra sortem. Modò si mutuator incurrit damnum ex mora mutuatarij, qua mutuatarius negligit in termino præfixo soluere mutuatori; iam mutuatarius dat mutuanti etiam efficacem causam damni per suam moram. Secundò probatur: quia in casu capit. peruenit. extra, de fideiussoribus (ut allegatum est in secunda probatione primæ cõclusionis) licitè poterat fideiussor (qui & ipse etiã tenebatur mutuator) refusionem damni perpessi ex solutione (quæ fuit etiam quædam mutuatio) exigere a mutuatario, qui erant in mora respectu creditorum, ergo eadem ratione si crediteres fuissent perpessi damnum ex mora debitorum, etiam ipsi potuissent illius damni refusionem exegisse, tenet consequentia: quia est eadem ratio utrobique. Nam & creditores mutuauerant debitoribus, sicut & fideiussor eisdem debitorib. mutuauerat, & tunc vltra, ergo signum est, quòd tenebantur ibi ad refusionem illius damni, & si sic: ergo ante poterat exigere ab eis, ac si tale damnum eum incurre se contigerec; satisfacerent sibi de illo vltra sortem. Tertio: quia quando mutuatarius est in mora, puta: quia detinet sortem ultra terminum præfixum, non tamen inuito ipso mutuatore, perinde est, ac si de nouo recepisset mutuũ eam a mutuatore, & per cõsequens, si ex illa detentione vltra terminum accidat aliquod damnum mutuanti, illud tenebitur damnum emergens ex mutuatione, quamuis non prima, tamen secũda iam de nouo post terminum facta, igitur uigore primę conclusionis poterit mutuator illius damni refusionem exigere. Quartò: quia quando mutuatarius est in mora, puta: quia detinet sortem ultra terminum sibi præfixum, si illa detentio est contra uoluntatem mutuantis, eo quòd impliciter uellet sortem rehabere, iam mutuatarius committit furtũ, quia contrectat rem alienam inuito domino, non est enim illa sors amplius sua, ex quo expirauit ratio mutui, quæ non debebat durare nisi usque ad terminum præfixum. Modò fur tenetur dño rei nõ tantum restituere rem furtiuã, sed etiam interesse, quod emerſit dño ex carentia suæ rei. Sed hæc ratio non valet: quia diceretur, q̃ fors est mutuatarij etiam post terminum, licet illa ael alia sit debita mutuatori.

Tertia conclusio. Sic prima & secunda de utroque interesse damni emergentis, scilicet ante moꝝ & post moram sunt uerę quòd ad exactionẽ, quæ fieret in mutuatione, sic eędem sunt uerę de exactione, quæ fieret post mutuationem, probatur dupliciter. Primò a minori affirmatiuè, minus etiam uideretur, quòd in mutuatione liceret exactionem ipsam facere, eo quòd stabat, quòd nondum actu, quando scilicet mutuabat, incurreret damnum, quamuis statim post mutuationem & ante moram vel statim post moꝝ esset incursurus, sed post mutuationem illat, quòd iam actu incurrit ipsum damnum. igitur. Secundò probatur: quia probationes prædictarum conclusionum probant, non minus de exactione facta in mutuatione, quàm de facta post mutuationem: immo magis sunt de secunda, quàm de prima, ut patet inspiciendo secundam probationem primæ conclusionis & secundam secundæ, igitur.

Quarta conclusio. Quamuis de rigore scholastico loquendo, & iuxta octo conditionibus licitum esset mutuanti tempore mutuationis exigere a mutuatario vltra sortem aliquid pro suo interesse lucri cessantis, si illud esset ei ante moram mutuatarij, tamen quicquid horum defecerit, reddetur illicitum, & si denique aliquis contendat omnes obseruare, habeat ille, cui talis casus proponitur, actum ad documentum, quod in fine huius quæstionis annectitur. Prima pars conclusionis declaratur. Conditiones enim octo sunt illæ. Septem primæ exdein, quæ positæ sunt de interesse damni emergentis in casu primæ conclusionis, dum taxat uariando terminos illis in prima cõclusione fit mentio de perditione boni habiti hic, in hac conclusione fieri debet mentio de cessatione lucri obtinibilis. Octaua autem est, quòd mutuator exigendo refusionem lucri cessantis, primò debet deducere expensas, quas posuisset, donec illud lucrũ fuisset adeptus, secundò etiam deducere debet illud, quo propter dubium illud lucrum, licet uerisimiliter fuisset futurum magnum minus ualuit nondum obtentum, quàm usualet ex actu obtento, ut puta uerisimiliter obtinuisset vltra omnes expensas quinq; flor. attamen ſ cum verisimilitudo non sit certitudo) illi quinque non sunt in ealidi sicut quatuor certi uel pauciores ſm rei exigentiam. Illis igitur seruatis probatur cõclusio. Primò sic. Dans efficacem causam impeditiuam assecutionis lucri uirtualiter contenti in rebus impediti tenetur (quãtum est de se) impedito refarcire lucrum non assecutum, sic q̃ nihil impedimus sibi a principio. ſ. antequam præstet sibi impedimentum, vel post præstitum impedimentum remittat, tenebitur illud ei refarcire, si impeditus nõ tenebatur subire illã causam efficacem impedimenti. Mõ mutuatarius est huiusmodi, ſ sufficiunt conditiones iam positæ. igitur tenetur impedito refarcire illud lucrũ quantum est de se. sic q̃ nisi sit ex ut in maiore. Tunc vltra. Illud aũt q̃ refarcire debebit, erit aliquid vltra sortem mutuatam. ergo tenetur mutuatori, quid vltra sortem date. & si tenetur tale quid, igitur alius poterit illud exigere. Maior aũt huius rationis probatur dupliciter. Primò sic, quia æquo lucrũ continetur in rebus impeditis, est iam aliqualiter suũ. igitur si eum ab illo consequendo impedit, ita non solũ impedit eum ab obtinendo, sed etiam tollit sibi quasi iam habitum. Mõ in prima conclusione probatũ est illum teneri ad refusionem, qui dat occasionem efficacem proximo perdendi bonum iam habitum. Secundò probatur eadem maior, quia de oppositi maioris, sequerentur tria inconuenientia. Primũ, quia nõ esset compellendus saltem in foro cõscientiæ ad refusionem, vel satisfactionem aliquam illis, qui proximo ſne mor cõsentiente, nec obligato plenitie, arborem eiusdem natã fructificare aliquo impedimento impediret, ut pro hoc anno nõ ferret fructum. Nam ille nõ aliud facit, q̃ odat efficacem causam impeditiuam assecutionis lucri, vel fructus contenti virtualiter in arbore proximi. Secundum, q̃ detinens exercatorem, ne procedat ad nundinas includendo eũ in carcerẽ in casu, in quo includens nõ haberius id agendi, nec mercator plenitie tenetur in illã inclusionem, nõ teneretur mercatori ad refusionẽ illius lucri, qd uerisimiliter obtinuisse posſilla vice. Tertium, q̃ detinens artificem mecha-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

nicum, nec eum ledens, quo artificium suum exequi non possit, nihil tñ talis non hēt ius id faciēdi, necalius id subire tenetur: non esset compellendus ad refusionē artifici. hoc autem sunt inconuenientia & falsa, ut in seperat. igitur, maior vera. Minor autem probatur. Nam existēb. prædictis conditionib. in pecunia, vel alia re mutuabili, atque in industria mutuatoris conti nebatur virtualiter aliquod lucrum, quod ex illis suis facilecte re mutuabili & industria acquisiē potuisset. Nam inducendo eum ad mutuandum facit, q̄ sua industria, & res mutuata, quæ acquisiuit sibi fructum cum non afferunt, detinet eum mercatorem, ne procedat ad nundinas in casu quo non tenetur consentire in detentionem. Secundo probatur conclusio sic: quia si non esset vera, nec ratio iam ad eam adducta valida, maximē propter sequentes cauillationes & euasiones, sed hoc non, igitur. Major probatur, ponendo duas euasiones, seu cauillationes. Prima est: quia dicerent ad oppositum, quòd maior est vera, quando talc lucrum est ex re, quæ est nata fructificare, sicut exemplificatum est in illatione primi inconuenientis de arbore. Modo res mutuabilis, cuiusmodi est pecunia, nō est res nata fructificare, & per consequens, si quis dumtaxat pro tanto impedit aliquem a consecutione lucri, pro quanto ab eo recipit mutuo aliquam rem non natam fructificare. & per consequens, in qua non fuit illud lucrum cōtentum, sed tantum in industria hominis, non oportebit eum illi pro tali lucro satisfacere. Contra hanc euasionem arguitur tripliciter. Primò: quia tunc in primo inconuenienti loco arboris, ponō domum, quæ est res non plus ex se nata fructificare, q̄ pecunia. Nec persio annus, seu lucrum, quod quis ex ea leuare potest, continetur plus virtualiter in ea, q̄ lucrum contentū virtualiter in pecunia mercatoris, ut probabitur, & tamen si quis domino non consentiēte, nec obligato consentire effectu impedimentum præstaret, ne dominus domus annuam pensionem haberet ex domo, quam alias haberet, puta aliqua magica illusione eam reddendo horridam habitationi humanæ. Assumptū aūt probatur, quia si quis haberet domum aliquam centū annis, nisi per hanc industriam ea utatur exercendo industriam suam in illa, vel locando eam alijs habitanti bus in ea ad exercendum ibi industriam suam, domus illa nullum lucrum, vel fructum sibi afferret. Secundò sic: instatur 2a euasionē: quia loco arboris accipio agrū proalin, quem si quis impediret, ne pro hoc anno afferret fructum, teneretur ad refusionem fructuū, quos alias percepisset, & tamen etiam non est res ex natura fructificare, nisi ope operā humana. Nam si quis agrū haberet per 100. annos, non afferret sibi frumentū, nisi humana industria excoleretur, & seminaretur. Et si dicas, ager partim ex se est natus fructificare: quia aliqua opera adhibita postea sine humana industria ex se fructificat, non autem sic pecunia, quia quamprimum humana industria cessat, cessat fructus, vel lucrum ex pecunia. Et similiter diceretur de vineis, quæ etiam ex se fructificant, & sine opera humana, licet non tantum fructum afferret de se, quantum quando opera humana excolitur, hoc non valet: quia sicut illa quantitas fructuum, quæ accedit per hoc, q̄ vinea efficaciam, qua ex se habet fructificandi, adhibetur opera humana, & hoc sequeretur, q̄ impedies vineatore, vel agricola, ne obtineatur, non teneretur ad refusionem illius lucri, eo q̄ non est fructus rei natæ fructificare ex se, ut ex se regat operam humanam, sed rō illius fructus, quem vinea de se protulisset, quod est falsum: quia quātūis non totum fructum, quem vinea potuisset protulisse per operam humanam teneatur restituere, sicut nec etiam eum, quem vinea sine opera hominis protulisset, teneretur restituere: tñ tenetur aliquam recompensationem pro utroque facere, sicut tangetur in quinta probatione, de hoc expatebit. q. 74. & 80. Tertiò non valet: quia quantumcunque res mutuata non sit nata fructificare: tñ industria hominis est res nata fructificare. Modò inducens mercatorem in casu huius conclusionis ad mutuandum impedit eius industriam, ne pariat fructum, quem nata est producere: quia cum illa industria non possit fructificare, nisi mediante pecunia, quam ille mutuò recipit, sequitur q̄ impossibilitat eius industriam non minus quàm si quis peritum architectum mechanicum, non quidem ligaret in carcerem: etiamsi et tollereter instrumēta artis suæ ad tempus, sine quibus eius industria, vel ars in actum exire non posset. Secunda euasio est, quòd maior non est vera, nisi quando impediens facit impedito iniuriam, sicut fit in tribus inconuenientibus illatis. Hic autem non facit mutuatarius iniuriam mutuanti inducendo, eū ad mutuandum inductione faciente lucrum mutuantis cessare: quia nolens mutuat, volenti autem non fit iniuria, hoc euasio non soluit argumentum, quia adhuc sit simile: quia etiam in illis tribus inconuenientibus illatis nō facit iniuriam, qui proximū inducit ad cōsentiendum in lectionem arboris sue, vel qui mercatorem, vel artificem inducens, ut se recludi permitteret & detineri in carcere: quia detentione cessaret lucrum eius, & tamen nihilominus mercator, vel artifex inducendus licitè exigeret ab includente refusionem lucri cessantis, adeo quod licitè posset denegare consensum in illam inclusionem, si non vellet includēti ei refundere lucrum cessans, & si contra voluntatem eius cum includeret, nihilominus teneretur ei de illo interesse satisfacere. Sic hic, nam quamuis mutuatarius induxerit mercatorem ad mutuandum sibi, & mercator consentiat, & ipse non faciat ei iniuriam, tamen non vult consentire sine refusione lucri cessantis, nec tenetur ad illum consensum præstandum, & sic etiam non illicitè exigeret, refusionem lucri cessantis, & si mutuatarius secus ab eo illud mutuum habere vellet, vi ex torquendo faceret ei iniuriam, & teneretur ei nihilominus satisfacere. Et ex exclusione harum cauillationum sequitur ad conclusionem. Tertia ratio, si quis rusticus peteret, vt ei pro sui vtilitate, vel necessitate concederet talia agere circa hortos, agros, vineas & huiusmodi, ex quibus impediret, q̄ rusticus abstineret a consecutione fructuum, quos alias verisimiliter suis seruis, & rusticis non teneretur, ex præcepto Dei ei talia concedere, sed esset supererogationis, tūc licite posset rusticus inter concedendum ei talia exigere etiam satisfactionem pro interesse lucri cessantis. Similiter si quis peteret ab artifice, ut sibi sua artis instrumenta accommodaret, & artifex non teneretur alias ex præcepto Dei ei accommodare, sed esset supererogationis, tunc poterit illa accommodanda petere, ut releuet sibi interesse lucri cessantis, quod patitur

patitur ex carentia suorum instrumentorum suæ artis. Ergo eadem ratione cum mercator in aliquo casu debi li non teneatur sub præcepto pecuniam suam mutuare proximo, & tamen proximus petit eam mutuo, ex quo mutuo mercator carere incipit quasi instrumentis suæ artis, & etiam incipit eius ars. s. industria quasi in carcere detineri, vel suspendi a sua executione actuali, & etiā circa suas res. s. industriam & pecuniam (quæ simul aptę sunt natæ fructificare) incipit pati talia a mutuatario, ex quibus impeditur ab assecutione fructuum, qui aliàs prouenirent ex rebus illis, igitur si ei talia concedit de rebus suis, poterit inter concedendum exigere, ut sibi satisfaciat pro illo fructu cessante. Quarta ratio, si mutuatio est consilij tantum, vt supponit sexta conditio, fiat quòd mutuator mediocris sufficientiæ ab aliquo notabili lucro verisimiliter sibi prouenibili impediatur propter mutuationem, & tamen mutuatarius mediocris indigētiæ lucrum in duplo maius lucro cessanti mutuatori ex mutuo assequatur, & mutuator id sciat, vel speret assecurum mutuatario ex suo mutuo, sicut igitur pietas inclinabit mutuatorem ad mutuandum proximo, ut proximus assequatur illud magnum lucrum, sic econtra æquitas suadet, ut indemnis seruetur mutuator, qui ut proximus lucretur, mutuat renunciando proprio lucro, quod sibi verisimiliter assecurum fuisset: nam da oppositum. & q̄ nō liceat mutuatori illam exactionem facere, tunc ex quo sine peccato poterit dimittere omnino mutuationem, ipse dimittet eam, & consequitur suum lucrum integraliter, & proximus toto lucro speraro priuabitur, qui tamen alias assecutus fuisset duplum lucrum, & licet id pro medieta te fuisset dare coactus mutuatori pro interesse suo, tamēn reliquam medietatem assecutus fuisset, quæ tanta fuisset, quantum fuisset lucrum mutuatoris, hoc aūt. s. tantum unum illorum lucrari & alterum omni lucro priuari non est ita pietati cōsonum sicut si ambo lucrarentur. Ea autem, ad quæ pietas inclinat, & æquitas suadet, non funt iniusta. igitur. Quinto probatur octo auctoritatibus eorum, qui illam conclusionem vñr sensisse. Prima est S. Tho. qui in 2. 2. q. 42. ar. 3. quærit, an aliquis debeat restituere, quod ad abstulit, & arguit q̄ sic. Primò: quia ille, qui damnum alicui infert, tenetur dānum remouere, sed q̄que aliquis damnificat aliquem ultra id, quod accepit, puta cum aliquis effodit semina, damnificat eū, qui seminauit, tota messe futura, & sic videtur, q̄ tenetur ad eius restitutionem, ergo aliquis tenetur ad restitutionem eius, quod non abstulit. Secūdò ad idem sic. Ille, qui detinet pecuniam creditoris ultra terminum præfixum, videtur cum damnificare in toto illo, quod lucrari de pecunia posset, quod tñ ipse non aufert, ergo videtur, q̄ aliquis teneatur restituere, quod non abstulit. Et respondendo ad quæstionem dicit sic, quicunque damnificat aliquem, videtur ei auferre id, in quo ipsum damnificat, damnum. n. dicitur ex eo, q̄ aliquis minus hēt, q̄ debet hēre, sm Philosoph. 5. ethic. & ideo homo tenetur ad restitutionem eius, in quo aliquem damnificauit. Sed aliquis damnificatur dupliciter. Vno modo: quia auferē ei id, quod actu habebat, & tale damnum semper est restituendum sm re compensationem æqualis. puta si aliquis damnificet aliquem diruens domum eius, tenetur ad tantū, quantum valet domus. Alio modo damnificat aliquis aliquem impediendo, ne adipiscatur, quod erat in via habendi, & tale damnū non oportet recōpēsare ex æquo; quia minus est hēre aliquid in virtute, q̄ habere actu, q̄ autem est in via adipiscendi aliquid, habet illud solum sm virtutem, vel potentiā, & iō si redderetur ei, vt haberet hoc in actu restitueret ei, quod est ablatū nō sim plum, sed multiplicatum, quod nō est de necessitate restitutionis, tenetur tñ aliquā recompēsationem facere sm cōditionem personarum & negotiorū, & per hoc patet responsio ad primum argumentum & secundū: nam ille, qui semen sparsit in agro, nondū hēt messem in actu, sed solum in virtute, & similiter ille, q̄ hēt pecuniam, nondū hēt lucrū in actu, sed solum in virtute, & utrūq; pōt multipliciter impedire, hæc ille. Ex illis autem uerbis tria habentur. Primò, q̄ illa regula. s. dānificans tenetur ad refusionem dāni, est vera sm S. Tho. tam de dāno emergēti, q̄ de lucro cessante, quānis nō teneatur æqualiter ad refusionem in utroq; casu. Mō ex illa regula sic intellecta sequitur, q̄ inducens ad mutuandū sibi, ubi mutuator inductus damnificatur dāno emergente, vel ēt lucro cessante tenetur dānificato refusionem facere, & per pūs damnificatus pōt illud exigere, q̄ subijt mutuationē, hoc autem fuit quarta conclusio. igitur. Secundò hī, q̄ ad veritatē quartę cōclusionis requiritur octava conditio posita. Tertiò hī, q̄ quānis secundum argumentum ex sua forma tantū loquatur de lucro cessante ex mora debitoris vel mutuatarij, in quo casu nulli, q̄ debeat refusio fieri mutuatorī: tñ S. Tho. non minus voluit esse mutuatariū obligatum ad refusionē lucri cessantis in casu, ubi lucrum cessat precisē ex mutuatione ante moram mutuatarij, ut patet inspiciendo uerba solutionis qōnis. ubi indistinctē ualet, q̄ damnificans aliquem impediendo, ne adipiscatur, quod erat in uia habendi, tenetur aliquam recompensationem facere. Secunda auctoritas est Ioā. de Gerf. cancell. Paris. in trac. de florib. regularū, in materia de auaritia, talē regulam ponēs. Ois fere 3ctus usurarius ex genere pōt per piā intentionē dandi & recipientis trāsferri a suo genere in opus pietatis, ut si cō fuccurrēdi principaliter indigētiæ proximi ex una parte & præseruandi se indemnē ex altera, petat aliquis ultra sortem, nisi infra tale tps sua sors ei detur, sic quòd māllet (testo pscientia sua) sortem apud se manere nunc sine illo precio, q̄ tūc cū tali precio cādem recipere ob damnum certum vel probabile, quod ex solutionis dilatione sibi oritur hæc ille. Modò sibi velle refundi lucrum cessans est velle se præseruare indemnem. igitur conditionibus supra tactis extendentibus licitum erit mutuanti aliquid petere vltra fortē pro interesse lucri cessantis ex mora mutuatarij, & sic eadē rōne idem licebit sibi illud interesse si imminet statim ex ipsa mutuatione ante moram mutuatarij. Tertia auctoritas est Host. in c. salubriter. extra, de usu. q. in casu quarta conclusionis sentit, licitum esse, quamuis non defendat ad singulas circunstantias positas: facit enim tantummodo mentionem de prima conditione, ut licet nō fiat huiusmodi exactio in fraudem usurarum. Quarta auctoritas est Ioan. de Lignano sententiis cum Hostien. Quinta auctoritas est Petr. de Ancha. super clemen. ex graui. de usuris, ubi dicit. Credo quòd non solum damnum emergens, sed ēt lucrum cessans pōt accipe, si ille erat mercator, qui cum pecuniis consue-

uiz negociari, & idem vt dicendum, & si non esset mercator, sed tñ intendebat omnino illam pecuniam exponere negociatoribus licitis ad lucrandum, secus autem esset, si persona esset talis, q ipsam pecuniam retinuisset in arca, hæc ille, & remittit ad notata. 12. q. 2. cap. si quis de clericis. & in c. conquestus. extra. de vsur. Sexta auctoritas est Panor. in c. nauiganti. vbi postquam ex verbis Io. And. traxit, q in 5ctu mutui possit peti post moram debitoris interesse lucri verisimiliter cessantis dicit sic. Sed ex principio possit haberi illa ratio, posset forte dici, quòd vbi mutuans ducit bona intentione, & potius mutuat vt seruiat amico, ẽ in fraudem, q tũc excusatur a peccato, licet alia opinio sit tutior, hæc ille. Septima auctoritas est dñi Ant. de Butrio dicentis, qñ socer promisit nouo doris suo genero certam quantitatem pecuniæ, & socer est in mora, vt patet: quia dos incontinenti debebat soluj, tunc pro interesse potest petere quantum verisimiliter fuisset lucratus cum illa pecunia, vt sic habeatur ró ad interesse lucri cessantis, hæc ille. Modò si incontinenti debebat socer soluere dotem, & tñ non soluit incontinenti, petitur est actio socer interim mutuo recepisset pecuniam a genero suam a tẽpore promissionis dotis, & cum ex illa nõ solutione (quæ includit mutationem) cesset genero lucrum, sequitur, q gener ex mutuatione eã motam soceri patiatur illud interesse, nam quamuis socer sit in mora satisfaciendi promissioni, nõ est tñ in mora quò ad mutuum receptum virtualiter a genero: quia cum omne mutuum sit ad aliquem terminum, & terminus nondum aduenerit socero, sequitur, q non est in mora 5ctus mutuationis, & per ꝑs hẽ ex illa fuit eius, q pro interesse lucri cessantis, & ante moram mutuatarij potest quid accipi vltra fortem: in quo casu eiusdẽ casu labitur. non est nisi casus interesse dãni emergentis & lucri cessantis, ita q aliter non posset iustificari, vt patebit in q. 35. Octaua auctoritas est Gregõ. de Arimino etiã de interesse, quod mutuator a principio mutationis incurrit, siue sit damni emergentis, siue lucri cessantis, vt patebit. q. 45. a principio in sexto dicto.

Contra illam quartam cõclusionem arguitur tripliciter. Primò sic, dicendo eam esse veram datur materia committendi prauitatem vsurariam, igitur non est dicendum illam conclusionem esse veram. Antecedẽs probatur: quia etiam quilibet vsurariam mutationẽ facere volens posset eam hoc modo ꝓalliare dicendo: aliquid velle habere vltra fortem, non ratione mutationis: sed ratione interesse lucri cessantis, fingendo, scilicet se fortem voluisse posuisse ad mercationem aliquam, & hoc fuit motivum Innocentij in cap. fin. extra. de vsuris, ad tenendum oppositum prædictæ cõclusionis, & ad dicendum contractum quartæ conclusionis esse vsurarium, qui & dicebant, se non scire sic contrahentem excusare, quamuis quidam contrarium teneant. Et eandem opinionem sic propter idem motiuum sequitur est Io. And. restrictius tamen intelligendo opinionem suam. s. intelligendo eam de interesse lucri cessantis ante moram. Pro hoc inquit Io. And. nõ licet quid recipere vltra fortem, sed tamen pro interesse lucri cessantis post moram licet recipere quid ultra fortem, & idem dictum Ioan. And. secutus est Io. Cald. Ad hoc argumentum dicẽdum est, q deficit sextupliciter. Primò: quia si concluderet, æquè concluderet, q non liceret mutuanti aliquid ultra fortem recipere, & pro interesse dãni emergentis, quod est falsum, & 3 mei Innocentium & 3 omnes, sequela probatur: quia dicẽdo hoc licere, daretur materia committẽdi mutuationem usurariam, quia etiam quilibet nolẽs facere usurariam mutuationem posset eam hoc modo palliare dicendo se quid uelle habere ultra fortem non ratione mutuationis, sed pro interesse damni emergentis fingendo se pati aliquod damnum emergẽs ex hmõi sua mutuatione. Secundò deficit: quia añs est falsum, & ad probationem dicendum concedendo assumptum probationis, sed ex hoc non sequitur añs: quia aliud est alteri dare materiam, uel occasionem committẽdi mutuationem usurariam, & illum alium accipere materiam vel occasionem committendi eam. Vnde si docco quartam conclusionem tanquam ueram, & posica quis exerceat mutationem usurariam palliando eam prædicto modo: non ideo dedi sibi materiam, uel occasionem ad usurariam mutuationem, sed ipse accepit, & ita scãdalizatur non ex me, uel ex scandalo per me sibi dato, sed scandalo accepto per suam propriam malitiam de mea uera doctrina, quale scandalum non est curandum. Sic enim de sana doctrina Christi pharisei scandalizati fuerunt, quorum scandalum docuit Christus non curandũ, cũ discipuli dixissẽt. Dñe scis quia pharisei hoc uerbo audito scandalizati sunt. Mat. 15. & dixit illis, sinite eos, cęci sunt & duces cęcorum. Tertiò deficit: quia dato q aliquid concluderet, non tñ concluderet, nisi q docere talem conclusionem esset scandalizatiuum, sed ex hoc non sequitur, q conclusio nõ sit uera: nam etiã doctrinam ueritatis contingit esse scandalizationem aliquorum. unde & non omnib. omnis ueritas dicenda. Quæ tõ etiam deficit: quia dato q probaret, q etiam actus in se esset scandalizatiuus, non tamen sequeretur, ergo usurarius, sicut tamen supra. ꝓtendit: unde etiam illa scandalizatiuitas est exclusa per sextam cõditionem in quarta conclusione ponitur. Quintò deficit: quia non est dictũ, q mutuator excuset per hoc, q allegat, vel dicit, se non id pro interesse suo exigere, sed per hoc, q a parte rei sic est, sicut dicis, & per hoc, q aliæ circunstantiæ, quæ dictæ sunt, concurrunt in ueritate. Modò usurarius etsi dicat: non tamen uerum dicit dicendo se ꝓ interesse exigere. igitur non reluabitur a peccato. Sexto deficit singulariter pro quanto ei innititur Io. And. & Io. Cald. quia si aliquid ualeret, æquè cõcluderet de interesse post moram debitoris, sicut de interesse ante moram: quia & usurarius posset fingere, q ex mora debitoris pateret aliq̃ lucrũ cessans, ꝓ cuius refusione tale quid exigeret, sicut fingeret eũ fingere, q ante moram, seu precisè ex mutuatione pateretur cessationem lucri.

Secundò arguitur, illa mutuatio, quæ fit cum exactione alicuius pro interesse lucri cessantis, est latibulum latronum, seu usurariorum: quia (ut patuit) sub illo colore possent exercere impune usuras. igitur est actus illicitus. Dicendum, quòd deficit tripliciter. Primò dato quòd sic esset, non tamen sequeretur, igitur est actus malus, nam sæpe mali abutuntur multis bonis operibus sub illorum nomine cõmittendo suas prauitates dicendo se ea bono animo facere, ut quæ prætextu zelo animarum audirent confessiones, quæ tamen zelo pecuniarum audirent. Secundò deficit: quia si concluderet, æquè concluderet, quòd mutuatio cum exactione interesse damni emergentis esset quid illicitum: quia etiam posset esse latibulum usurariorum. Tertiò, quia si quid concluderet, non concluderet, nisi q ex quo esset latibulum usurariorum posset iure positiuo prohiberi saltem cum tali moderamine, q nullus mutuando exigeret quid ultra fortem etiam pro interesse, nisi habito consensu iudicis, qui inspecta qualitate mutuantis admitteret, vel prohiberet talem exactionem, qui iudex posset admittere tunc uni & alteri denegare propter præsumptiones facientes contra unum & non contra alterum, sed non sequitur, posset prohiberi. igitur est quid malum: quia etiam bona aliqua, vel non mala possunt prohiberi cum aliquo modo ratione, ut scilicet eis non utantur mali pro latibulis suæ malitiæ.

Tertiò arguitur. incrementum usurarium est etiam quoddam lucrum, & id semper cessat usurario per hoc quòd mutuaret gratis. igitur liceret semper usurario mutuare exigendo quid ultra fortem pro interesse incrementi usurarij sibi cessantis, & sic nunquam cõtingeret casus, in quo etiam usurarius mutuando non posset a parte rei excusari. Dicendum, cõclusio intelligitur de lucro licito cessante, sicut est id, quod acquiritur per mercationem licitam & huiusmodi. Modò incrementum usurarium non est licitum lucrum.

Quinta conclusio. Sicut quarta conclusio fuit vera de interesse lucri cessantis ante moram mutuatarij, sic etiam est vera, si formaretur de interesse lucri cessantis post moram. Probatur tripliciter. Primò: quia est eadem ratio vtrobique. Nam in casu, scilicet vtrinque interesse lucri cessatis mutuatarius præstat causam efficacem impeditiuam assecutionis lucri, scilicet in uno per suam moram, in alio per inductionem ad mutuandum. Modò non refert, quomodo quis alium efficaciter impediat, dummodo impediat. Secundò sic, quia minus videtur licitum exigere pro interesse lucri cessantis ante moram, quàm pro interesse lucri cessantis post moram. igitur si primum licet, etiam secundum licebit. Antecedẽs paret: quia Ioan. And. & Ioan. Cald. tenent, exactionem pro secundo interesse esse licitam & negant de prima, vt patuit in primo argumento. & Panor. quamuis de utroque concedat, q licita sit exactio: tamen aliqualiter titubat de primo, non autem de secundo, ut patuit in sexta auctoritate quintæ probationis. igitur. Tertiò probatur, quia auctoritas prima & secunda allegate in quarta conclusione sunt de utroque interesse indistinctè, vel saltem expressius de interesse post moram.

Sexta conclusio. Sicut quarta & quinta cõclusiones sunt veræ de exactione facta in mutuatione, sic essent veræ de exactione facta post mutuationem. sicut probatæ est tertia conclusio.

Septima conclusio. Sicut licet exigere aliquid pro interesse: sic licet illud recipere. probatur: quia ex opposito secundi infertur oppositum primi, si enim non licet aliquid recipere, nõ licuit illud exigere prius: quia exigere includit velle recipere.

Octaua conclusio. In casu, in quo non licet exigere aliquid pro interesse: exactio reddit ipsam mutuationem usurariam, si exactio fiat tempore mutuationis: non autem si post mutuationem fiat illa exactio. Secunda pars probatur ex his, quæ dicta sunt in prima cõclusione huius quæstionis: sed tamen fallit illa prima pars in casu, in quo sola sexta conditio deficeret: quia & si tunc exactio redderet mutuationem vitiosam: quia infamatiuam sui actoris, vel aliorum scandalizatiuam, nõ tamen usurariam.

Hic tamen notandum est unum documentum & tale, quòd quamquam de rigore scholastico loquendo prædictæ conclusiones omnes videantur fundatæ, si ob seruentur cõditiones memoratæ in eisdem, tamẽ quia difficile est omnes illas concurrere, & facile mentitur iniquitas sibi, ideo ante factum sunt tales mutationes dissuadendæ. etiam si dicant conditiones se velle obseruare, quamuis post factum, si affuerunt omnes conditiones dictæ, non videam eas esse condemnandas. Et hæc uel cõsimilis causa, scilicet ob difficultatẽ seruandi omnia seruanda, videtur mouisse Papam in simili in capitulo. in ciuitatẽ. extra. de vsuris. ad dissuadendum contractum similem ibidem positum. licet etiam ille dem possit licitè fieri, & ut talis defendari, ut patebit in quæstione. 61. in solutione secundi & tertij argumentorum. Præterea videretur mihi, quòd valde expediret in republica, quòd si quis vellet aliquam ex prædictis, mutuationibus facere etiam taliter quòd nullam de se contineret iniquitatem cõtra iustitiam commutatiuã, quòd eam cum conscientia & consensu atque auctoritate publicæ potestatis faceret, ita quòd etiam in casu, quo contineret pietatem & nullam iniquitatem, nullus eam auderet facere, nisi potestas publica eandem prius examinasset & approbasset, & præsertim ubi ratione lucri cessantis exigitur vltra fortem. Nam hoc sic fiet ad tria vtile. Primò: quia cessaret species mali, & infamatio contrahentis. Secundò: quia per hoc etiã illi, qui vellẽt talem cõtractum in fraudem vsurarij facere, & contra iustitiam commutatiuam, non hẽrẽt locum, suæ fraudi resistente potestate publica. Tertiò: quia per hoc promouereture sæpe opus pietatis, quod aliàs iret mittitur timore oblocutionis aliorum & propriæ infamationis, & sic permitteretur proximus in currere damnum mains, quàm esset refusio interesse, etiam in casu, in quo non teneatur quis ad mutuandum proximo. Et hoc documentum etiam potest applicari ad nonnullos: immo multos alios contractus ancipites & periculosos, quales sunt illi, qui tractabuntur in sequenti quæstione, & inferius quæstione. 61. 66. 67. & quæstion. 80. Et hæc de præsenti quæstione.

QVAESTIO XXXI.

Vtrum mutuãti ad certum terminum licitum sit obligare mutuatarium ad dandum sibi ultra fortem aliquid nomine pœnę, si non in præfisso termino restituerit sibi fortem, & an idem incrementum

mentum nomine pœnæ dandum liceat sibi in casu, defectus exigere, ac recipere. Solutio quæstionis stat ex duabus suppositionibus. & 12. conclusionibus.

Prima suppositio. Titulus huius quæstionis habet tres partes. Prima est de obligatione ad pœnam. Secunda de exactione post lapsum termini. Tertia de usuræ pœnæ receptione. Triplex est autem pœna quantum ad propositum sufficit, quædam dicitur conuentionalis, & est illa, quæ de consensu partium imponitur debitori a creditore in contractu, vt promissa firmiora consistant, quatenus sic debitor saltem metu pœnæ diligentius procuret soluere debitū in termino sibi præfixo. Exemplum in proposito, scilicet in contractu mutui, mutuasti tibi. 100. vsque ad terminum A. in termino A. nō soluis, cito te ad iudicium, tu recognoscis debitum; iudex tibi mandat, vt mihi in termino restituas sortem sub pœna. 1. floræ. ille flore. dicitur pœna iudicialis. Et de illa sonabunt tres aliæ conclusiones, scilicet quarta, quinta & sexta. Tertia est legalis, & est pœna, quæ a legislatore statuitur in lege disponente, quòd debitor ex contractu, vel quasi contractu, si non soluerit debitum debeat in pœnam suę negligentię dare aliquantum. Et capitur hic legalis non stricte, vt distinguitur contra canonicam, vel vt distinguitur contra pœnam statuti municipalis, sed vt etiam comprehenditur canonica & municipalis. Et de hac pœna dantur duo exempla. Primū, statutum est in aliqua ciuitate, quòd tutor de illis pecuniis pupilli, quæ peruenirent ad manus eius, teneatur emere possessiones, vel respondere pupillo ad rationē. 5. pro centenario, si tunc tutor pecuniam pupilli expoauat, non pro utilitate pupillę sed pro factis suis; vel faciat negotiationes pro se, & ita cogatur soluere de. 100. quinque, illa quinque sunt pœna legalis municipalis, & si in simili facto, vel similis pœna decerneretur in canone, vel lege ciuili, etiam diceretur legalis pœna, & de hoc exemplo sonabunt septima, octaua, & nona cōclusiones. Aliud exemplum de pœna legali est, statutum est in aliqua ciuitate, q̄ si debitor non satisfaciat creditori in certo termino præfixo, debeat creditor mitti in possessionem & luctari fructus ad rationem quinque pro centum, & tunc deficiēre debitore in termino præfixo, si creditor missus in possessionem accipiat quinque de centum, illa quinque vocantur pœna legalis. & de hoc exemplo sonabunt tres vltimæ conclusiones. Dictum est autem notanter in hac secunda suppositione q̄ triplex est pœna quantum ad propositum sufficit, quia & si aliæ pœnæ possint poni, tamen vel non deferrent ad propositum, vel possent reduci ad iam dictas. vt puta aliqua est pœna, quæ dicitur compromissoria, & aliqua, quæ dicitur pœna contumaciæ, sed illæ possunt reduci ad conuentionalem, & aliqua dicitur consuetudinaria, & illa potest reduci ad legalem.

Secunda suppositio, & sequitur ex prima. Mutuatarium contingit triplicem pœnam incurrere non soluēdo sortem sibi mutuatam in termino præfixo, scilicet conuentionalem, si scilicet mutuator sibi eo pacto mutuuit, & iudicialem, si iudex sibi præcepit sub aliqua pœna, vt soluat in termino præfixo, & legalem si aliqua lege ciuili, canonica, vel municipali disponitur, quòd non soluens in termino præfixo incurrat tantam pœnam. Et de omnibus illis videndum est, si actus obligatio ad illas, & etiam receptio earundem sit licita.

Prima conclusio. Titulus quæstionis est licitus quò ad primam eius partem, quæ est de obligando mutuatarium, & hoc seruatis tribus conditionibus. Prima cōditio potest duplici forma verborum poni, & redeunt ambæ in idem. Vno modo sic, q̄ mutuator mallet tutiæ conscientia sua sortem suam in termino præfixo rehabere sine illo incremento nomine pœnæ sibi dando, quàm carendo sorte in termino præfixo sortem suam postea cum tali incremento recipere. Alio modo exprimitur sic, q̄ mutuator obligando mutuatarium ad dādum sibi aliquid nomine pœnæ vltra sortem, non faciat id in fraudem vsurarum. hoc est dictum, q̄ mutuās non sit talis animi, quòd exquo aliàs libēter vellet mutuare ad vsuram, & non auder præ verecundia, vel timore potestatis vsuram recipere, ideo vsuram, quam desiderat, nominat pœnam; dicens se illud incrementum recipere pro pœna, & tamen non vellet, q̄ mutuatarius soluereat in termino præfixo: sed potius q̄ deficeret in termino præfixo, vt sic ipse lucraretur pœnam. Ratio illius conditionis primę est: quia ad oppositum, illa mutuatio & etiam obligatio eius erit vsuraria. Secunda cōditio etiā ponitur duplici forma. Primò sic, quòd obligando eum ad pœnam modo tacto in titulo non emergat infamatio actoris neque scandalum, nec verisimiliter sit inde emersurum. Alio modo sic, q̄ non præsumatur in fraudem vsuratum facere talem obligationem, in fraudem dico, quæ tacta est in prima conditione. & hæc conditio hoc secundo modo expressa redit in idē cum primo modo: quia si præsumatur illam obligationem facere in fraudem vsurarum, tunc emergit infamatio, vel scandalum, vel natum est emergere: quia tunc homines iudicabunt eum committere vsuriam mutuationem, & ipse suam famam, & bonam opinionem denigrabit: & sic agit contra charitatem sui. Et si dicis, quando præsumitur mutuare in fraudem vsurarum, & per consequens quando debet mutuator ratiōabiliter timere, quòd scandalum sit emersurum ex illa obligatione? Dic concurrentibus duabus circunstantijs. Prima, si apponens pœnam cōsueuit esse vsurarius. nam quantumcunque hac vice ex syncera intentione apponeret pœnam secundùm tenorem primæ conditionis; tamen homines iudicabūt illam obligationem fieri taliter in corde, qualiter hucusque idem cōsueuit mutuatario suos obligare. Secunda circunstantia. Si obligatio fiat ad pœnam incurrendam per singulos mēses, vel annos: quia tunc obligatio indicare videtur, q̄ non potius mallet sortem suam rehabere sine pœna, quàm terminum elabi & habere pœnam. Tertia conditio est, q̄ mutuatio fuerit consilij & non præcepti. & hoc non tantum pro tempore præcedenti terminum præfixū mutuatario, pro quo mutuatio debuit durare, sed etiam pro tempore sequēti, per quod mutuatarius detinet

detinet vltra terminum præfixum. Ratio illius conditionis est: quia da oppositum, scilicet quòd fuerit præcepti pro vtroque tempore, ergo mutuatarius iustè detinebit sortem pro tempore sequenti terminum sibi præfixum. Modò non debet quis puniri pro eo, quod sibi licuit, nec puniens potest tuta conscientia ad illam pœnam eum obligare, vel eam ab eo exigere, vel recipere. Consequentia autem prædicta probatur: quia ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis. Nam si non iustè detinuisset sortem pro vtroque tempore, ergo mutuator non tenebatur dimittere sortem apud eum, & per consequens non fuisset mutuatio præcepti pro vtroque tempore, quod est oppositum antecedentis. posset tamen in casu, quo hæc tertia conditio deficeret, vtputa quando mutuatio pro vtroque tempore fuisset præcepti contingere, quòd posset eum ad pœnam obligare, & hoc propter interesse, quod mutuator passurus esset: ex eo q̄ stat, q̄ etiam vbi mutuatio est præcepti, posset mutuator aliquid pro interesse recipere ponderata pœna necessitate mutuatarij recipientis mutuum, & magna quantitate interesse mutuatoris. ut tactū est in præcedenti quæstione conclusione prima. Posset etiam poni quarta conditio, scilicet quòd illa pœna sit moderata non nimis magna: quia si esset nimis magna, mutuator mallet mutuatarium deficere in termino, vt sic lucraretur pœnam illam, quod est contra primam cōditionem, aut saltem præsumeretur mal le illud, & sic præsumeretur in fraudem vsurarum facere, quod est contra secundam conditionem, & sic illa quarta conditio necessariò requiritur, sed tamen comprehenditur sub prima & secunda, & ideo commendando primam & secundam, volo etiam illam quartā includere in eis. illis itaque conditionibus concurrentibus probatur conclusio quadrupliciter. Primò: quia si esset illicita talis obligatio, maximè quia, esset vsuraria, sed hoc non: quia non obligat mutuatarium ad dādum sibi vltra sortem aliquid ratione mutuationis: quia mallet potius nullum incrementum habere, & rehabere sortem in termino præfixo, vt dicit prima conditio, nec illud incrementum allequendi cum mouet ad mutuandum. ergo tale incrementum non est vsura. tenet consequentia: quia vsura est incrementum, quod quis vult allequi ratione mutuationis, & quod eum mouit ad mutuandum, vel si non mouit tempore mutuationis, tamen exposit cum recipit, mouet eum taliter, quòd si adhuc esset mutuaturus moueret eum ad mutuandum. Secundò probatur, quia exquo mutuator non tenebatur rarere sorte in termino præfixo, igitur iustè poterat eam velle rehabere: igitur alius si vellet detinere vltra terminum sibi concessum, iniustè detinere vellet, & per cōsequens dignus esset pœna, ergo mutuator cum ad illam pœnam obligare potuit: quia ad pœnam quis obligari potest, qui delinquere potest. Tertiò: quia volenti non fit injuria. Modò debitor vult illam pœnam sibi fieri, si in termino præfixo non soluit, & mutuator non tenebatur remittere sibi sortem pœna imponitur, quia omnino retinere potuit, ut elicit tertia conclusio, & non cogit mutuatarium, ita cum illa pœna recipiat igitur si mutuatarius esset, cum onere illius pœnę recipit, non potest dicere sibi injuria fieri quia volenti non fit injuria. Quarto etiam probatur per regulam Ioan. de Gat. in suo de locibus regularum, dicens. Sicut in redditibus censualibus reddis per dominos certis terminis, quandoque pœna pecuniaria imponitur non soluentibus die assignata, ita potest aliquis recta intentione & securiter solutionis taliter statuere in particulari contractu, vel concessione ad terminum, & autem illius intentionis signum, si mallet creditor id, quod est concessum die statuto, ad prius recipere quàm terminum elabi, ut emendam lucraretur. sic de emptoribus redditus sub libertate redimendi iudicamus. Hæc ille. Contra hanc conclusionem posset argui tribus argumentis proportionabiliter formatis de illo incremento nomine pœnę accipiendo sicut formam fuere duo prima argumenta cōtra quartam conclusionem præcedentis quæstionis, & eodem modo proportionabiliter soluerentur, ideo illuc recurratur.

Secunda conclusio. Titulus quæstionis etiam est licitus quoad secundam partem, scilicet de exigere & recipere, & quoad tertiam partem, scilicet de recipere ta le incrementum nomine pœnę, & hoc seruatis prædictis conditionibus. Probatur: quia da quòd illud exigere & recipere sit illicitum, tunc etiam obligatio fuisset illicita: quia obligatio includit velle incrementum recipere. Modò velle est actus interior & elicitus voluntatis. & talis est illicitus, si eius actus exterior imperatus est illicitus. Nota tamen, quòd vtra prædictas conditiones videtur etiam in exactione pœnę seruāda alia conditio, scilicet quòd si debitor soluit partem debiti, non debebit exigere pœnam, nisi pro parte non soluta, & hoc est verum, nisi secus conuentum fuerit, quando creditor primuni obligauit debitorem ad pœnam.

Tertia conclusio. Prædictæ conditiones etiam sufficiunt ad hoc quòd titulus quæstionis sit licitus quoad omnes eius partes, probatur: quia si non, maximè quia requirentur etiam alię tres cōditiones, vt forte aliquibus videretur. Prima, scilicet quòd mutuator ideo imponeret pœnā mutuatario: quia passurus esset interesse ex mora mutuatarij non soluentis in termino præfixo, sed hoc non requiritur. Nam pono, quod nullum penitus interesse sit passurus ex mora mutuatarij, adhuc potuit forti illam pœnam annectere, vt satis probat tertia ratio: quia in nullo iniuriatur mutuatario. Ipsi dicis, quid ergo moueret eum ad annectendum illam pœnam forti, si nullum interesse est passurus ex essentia sortis, & per consequens videtur, q̄ non moueat eum, nisi cupiditas requirendi incrementum vi supra. Ad hoc statim infra respondebitur. Secunda etiam conditio non requiritur, scilicet quòd moderetur illam pœnam secundum interesse, quod passurus est: quia si nō oporteres, quòd se passurus aliquod interesse; etiam non oportet quòd pœnam moderetur proportionabiliter ad interesse. Tertia etiam conditio nō requiritur, scilicet quòd lapso termino & deficiente, mutuatario non ex culpa sua, vel negligentia sed ex impotentia sine sua culpa incurrit, non debeat mutuator exigere incrementum nisi passus fit interesse, & non plus de incremento exigere debet, quam fuerit interesse perpessum. Nam illam conditionem non si opus accedere tantibus aliis tribus tactis in prima conclusione. Nam si (ut tertia condicio ponit supra) mutuatio fuit & est consilij pro vtroque tempore, tunc etiam mutuator incurrit defectum solutionis sine culpa sua (& consilij

dimittere

mittere sortem apud mutuatariū sine onere pœnę, quoniam est cōsilij, potest nolle eam dimittere apud eum hoc illo onere. igitur potest velle illam pœnam habere. si enim fuit consilij pro utroque tempore, ne mo est, qui diceret, mutuatorem initium habere mutuatario, aut contra eum peccare, si in termino præfixo absolute vellet sortem rehabere, & nemo est, qui diceret, quòd mutuatarius non teneretur ei restituere sortem, etiamsi impotentiam soluendi incurrit sine sua culpa. igitur si non suis sortem dimittere apud mutuatarium, nisi cum onere pœnę, & mutuatarius onus subit, non facit ei iniuriam, nec contra eum peccat. Dico autem notanter, quòd hæc tertia conditio non requiritur tantibus tribus conditionibus ponis in prima cōclusione. nam si non omnes tres adsint, & signanter si tertia deest, non esset mutuatori licitum exigere pœnā a mutuatario deficiente in termino, ex impotentia soluēdi sine sua culpa incursa. nam si esset præcepti pro vero que tempore, non posset exigere pœnam a mutuatario deficiente ex culpa sua, immo etiam staret, q si esset aliquod interesse passus ex non solutione mutuatarij, dūmodo fuisset mutuatio præcepti pro illo tempore non posset pœnam illam in refutionem etiam sui interesse exigere, ut dictum est in prima conclusione præcedentis quæstionis.

Pro moderamine tamen huius tertiæ conclusionis notandum, quòd quamuis de rigore verum sit, quòd hæc tertia conditio non requiratur, tamen non est mutuatori consulendum, vt exigat pœnam a mutuatario in casu, ubi deficit mutuatarius ex impotentia incursa sine sua culpa. etiamsi mutuatio fuerit consilij, & mutuator nullum interesse sit passus. Ratio huius est duplex. Prima: quia tutor via est consulendi, & non ea, quæ minus est tuta. modo tutor est ita non exigendo in tali casu quàm exigendo. igitur. Minor probatur: quia sæpe contingere posset, quòd illa impotentia tantū faciendi existens in mutuatario & incursa sine sui culpa, faciat mutuationem pro tempore post terminum esse præcepti, ubi forte mutuator iudicaret adhuc mutuationem, ut prius esse consilij, & per cōsequens mutuator non posset ullam pœnam exigere, maxime visō, quòd nullum interesse esset passus. & non solum sæpe hoc contingere posset, sed magis natum est contingere, quàm oppositum. hoc est magis natum est contingere, quòd mutuatio incipiat fieri præcepti, si in termino solutionis mutuatitius incurrit impotentia soluendi sine sui culpa, quàm quòd maneat cōsilij, sicuti erat ante impotentiam incursam. Attamen post factum nō est mutuator condemnandus per confessorem, taliter, quòd sibi deneget absolutionem, dummodo confessor comperiat adfuisse omnes tres conditiones primæ conclusionis. Vnde etiam oculus habendus est ad documentum traditum in fine quæstionis præcedentis de interesse. Secūda causa est, quia &si de rigore iuris posset mutuator talem pœnam exigere, tamen de benignitate & æquitate non debet. Modò benignitas consulenda est & æquitas, non autem rigor.

Contra hanc conclusionem arguitur probando, q primū consilio refutatur: quia si nullum interesse patitur mutuator ex carentia sortis in termino, non videtur obligatio, qua obligat mutuatarium ad satisfaciendum sibi sub pœna in termino præfixo, procedere ex alia radice, quàm ex cupiditate lucrandi aliquid de mutuatione sortis. Dicendum, quòd hoc assumptum non necessarium. Nam datis, quòd mutuator non consequatur interesse vllum damnum, nec sibi vllum lucrum cessantium ex carentia sortis in termino. Attamen est affectus ad possidendum sortem suam actuali possessione vel detentione in termino præfixo, magnū enim est commodum possessionis, ut dicunt domini legistæ, & cum mutuatio pro tempore precedenti & sequente termino præfixum sit consilij, nō peccat in illa affectione. Modò quando quis afficitur ad aliquam rem habēdam, amat eandem, & odit oppositum illius habitionis, scilicet carentiam illius rei, & per cōsequens si nō teneretur ad oppositum, scilicet ad carendum eadem, nō haberet alius ius sibi infligendi illud exosum, & per cōsequens qui timet sibi incurrum oppositum exosum: potest ad pœnam aliquam obligare alij, quem timet si bi procuraturum illud pessimum, qua talem pœna punitor ille alius, & quæ satisfiat mutuatori de sua ferentia carentiæ exosæ ei, quam sustinere non tenebatur. Tres sequentes conclusiones erunt de pœna iudiciali, est ergo.

Quarta conclusio. mutuatarius licitè potest obligari ad pœnam iudicialem, si deficiat in termino sibi præfixo, & hoc stantibus quatuor conditionibus. Prima conditio est, quòd imponens pœnam iudicialem, scilicet iudex debet malle, quòd mutuatarius solueret in termino præfixo, quam quòd non solueret, ut sic lucraretur pœnam. Nam da oppositum illius conditionis, tunc iudex ex cupiditate imponeret pœnam, & non amore iustitiæ inclinaretis, ut quisque habeat quod sibi debetur. unde tutum esset iudici volenti abstinere a specie mali, & etiam volenti cauere, ne in ipso mentiatur iniquitas sibi, q pœnam incurrendam non sibi applicaret, sed alicui alteri, puta ad pias causas. vnde etiā hoc consulitur iudicibus ecclesiasticis in c. 1. de homicid. & in clementie pœnis. Secunda, quòd pœna iudicialis sit moderata, scilicet tam magna, quòd sufficiat incutere timorem mutuatario, ut soluat in termino præfixo, & non maior, nec minor. Nam si maior sit, quàm requiratur, videbitur iudex pœnā ex cupiditate imposuisse, & non præcise amore iustitię, ex quo si amore iustitiæ fecisset, minor sufficeret. Si etiam minor esset, tunc insufficiens esset ad inducendum mutuatarium ad solutionem, & per cōsequens vana obligatio & inutilis & negligentis iudicis signum. Tertia, quòd imponens eam sit alius a mutuatore, quia si ipse idem iudex esset mutuator & iudex, iam esset quis iudex in causa propria pœnam iudicialem imponēdo. Quarta, quòd mutuatio pro tempore termini an & post fuerit consilij, & nō præcepti. Nam da oppositum, scilicet q fuerit præcepti, non peccabit mutuatarius non soluendo in termino sibi præfixo, & per cōsequens nō erit dignus puniri a iudice, cuius est reos tantum punire & innocuos absoluere. si stantibus illis quatuor cōditionibus vera est hæc conclusio. & probatur: quia non apparet hic iniquitas, immo talis obligatio est actus procedēs a iustitia.

Quinta conclusio. Si adsint prædictæ tres conditiones, etiam licitè potest iudex pœnam exigere, ac recipere a mutuatario deficiente in termino præfixo. Probatur, ut secunda conclusio probata est. Attamē potest

addi

addi quinta conditio vltra prædictas quatuor, & est, quòd si debitor soluit partem debiti, non debebit iudex velle habere totam pœnam, sed tantum pro parte non soluta, nisi secus esset in mandato iudicis expressum, & hoc ex iusta causa, & etiam nisi mutuator esset interesse passus, cui pro interesse sui refusione veniret applicanda pars pœnę.

Sexta conclusio. Si adsint prædictæ conditiones, nō oportet ad veritatem illius conclusionis requiri tres alias, scilicet primo, quòd mutuatori imminеat interesse. quod passurus sit ex carentia sortis in termino præfixo, quasi non posset iudex imponere mutuatario pœnam, nisi aliquod interesse imminеat mutuatori ex carentia sortis. Secunda conditio, quòd iudex imponendo pœnam moderetur eam proportionaliter illi interesse, quod passurus est mutuator ex carentia sortis in termino præfixo, quasi si pœna esset maior, quàm esset illud interesse, non liceret iudici sibi eam imponere. Tertia, q in casu, quo mutuatarius deficiat in termino præfixo non soluendo, & hoc ex impotentia incursa sine sui culpa, iudex non exigat illam pœnam a mutuatario, nisi forte pro tanta parte, quantum fuit interesse mutuatoris. ita quòd si exigeret talem pœnam, peccaret, vel saltē si exigeret, plusquam fuisset interesse mutuatoris. Quod enim hæ conditiones non requirantur, probatur, quia etiam si nullum interesse immineat mutuatori, potest iudex imponere pœnam mutuatario: quia si nullum interesse imminеat ei, & tamen mutuatio sit consilij, tenebatur mutuatarius in termino præfixo restituere sortem mutuatori, & per consequens detinendo vltra terminum sine cōsensu mutuatoris delinquit. igitur dignus est pœna, & per consequens poterit eum iudex obligare ad pœnam. Et ex improbatione huius primę conditionis consequenter etiam habetur improbatio secundæ conditionis: quia secunda præsupponit primam, tertia etiam non requiritur, si adsint aliæ tres conditiones iam positæ: quia si mutuatio est consilij. igitur in termino præfixo teneba tur ei soluere sortem, vel pœnam subire, non obstante q factus sit impotens, etiam sine sui culpa. & si teneba tur ad alterum illorum, & non pōt sortem dare. igitur tenetur pœnam dare, ergo poterit iudex exigere eam ab eo, non obstante eius impotentia soluendi sortem in termino, dummodo tamen sit potens pœnam solue re. Et dictum est notanter, quòd hæc tertia non requiritur, dummodo adsint aliæ tres conditiones. Nam si nō adsit tertia, utputa: quia mutuatio facta est præcepti propter impotentiam mutuatarij in soluendo in termi no incursam sine culpa eiusdem, non liceret iudici punire mutuatarium: quia tunc non teneretur mutuatarius dare sortem in termino, sed iustè detineret ac licitè, & mutuator teneretur sibi sortem dimittere aliquādiu, eo quòd mutuatio esset præcepti. Et quamuis verum sit, quòd hæc tertia conditio non requiratur, si ad sint conditiones, quæ positæ sunt in quarta & quinta conclusionibus, non tamen est indici consulendum, vt pœnam exigat in casu illius tertiæ conditionis. Et hoc propter duas causas, quæ tactæ sunt in tertia conclusione. Sequentes autem tres conclusiones erunt de pœna legali, & hoc quò ad primum exemplum positum in tertia suppositione de pœna legali. Est ergo.

Septima conclusio. Mutuatarius licitè potest obligari ad pœnam legalem, de qua sonat primum exemplū tertiæ suppositionis, & hoc stantibus quatuor conditionibus, non obstante q illa pœna cedat mutuatori. Prima est, q legislator mallet mutuatarius, utputa tutor exponere pecunias pupilli emēdo possessiones pupilli, vel exercendo eas in mercantijs, quàm q exerceret eas in proprium commodum dādo inde pupillo quin que ad rationem de centum. Ratio est: quia semper legislator debet potius velle obseruantiam legis, quàm pœnam incurrendam: quia pœna nō apponitur, nisi propter obseruantiam legis. igitur obseruantia legis magis debet apperi. Secūda: quia etiam pupillus magis illud vellet nam da oppositum, tunc vellet habere incrum de mutuatione sua. Tertia, quòd mutuatio non fuerit præcepti: quia si secus siue pro tempore ante terminū siue post terminum, non oporteret mutuatarium obligatum esse ad pœnam legalem: quia licitè detinebit sortem vltra terminum sibi concessum; eo quòd mutuator tenebatur sibi vltra terminum eā dimittere. Quarta, q pœna sit moderata, puta non nimis magna, nec nimis parua: nam si esset nimis parua, insufficiens esset ad inducendum tutorem ad hoc, ut fideliter ageret cū substantia pupilli, & per consequens talis pœna esset vana: quia non induceret effectum, propter quem esset ordinata. & etiam staret, quòd per illam pœnam existē tem nimis paruam non satisfieret pupillo de interesse, quod pateretur ex hoc, q tutor non posuisset sibi pecu nias ad emendum possessiones, vel ad mercantias exer cuisset. si etiam illa pœna esset nimis magna, tunc esset iniqua ex parte legislatoris, qui dēt pœnas proportionatas delicto imponere, & etiam ex parte pupilli, cui pœna applicāda est: quia reciperet pœnam maiorem, quā fuisset interesse perpessum. vel etiamsi nullum esset perpessus, reciperet pœnam maiorem, quàm fuisset sibi pœnale carere sorte, ad quam affectus erat habendam in termino, & per consequens partem pœnę, quæ esset excessiua, non alia radice reciperet, quàm ex cupiditate, quod est illicitum. Illis igitur conditionibus omnibus concurrentibus probatur conclusio excludēdo ea, pro pter quæ videri posset, non esse licitum, & hoc quadru pliciter. Primò sic, nam ibi nulla potest notari malitia ex parte legislatoris, ut patet ex prima conditione. patet etiam ex parte finis: quia pœnam apponit, ut tutores non sint infideles pupillis ex malitia, vel negligentia malè tractando res, vel substantias eorum, sicut frequenter fit, ille autē finis est bonus. Secundò ēt nulla pōt notari malitia in pupillo, ut patet ex secūda pōne: nā si secunda pōdo reperiatur in pupillo, posset etiā pupillus conuentionalem pœnam recipere a mutuatario, ut patuit in prima conclusione. Tertiò etiam non potest tutor coqueri de iniuria aliqua sibi facta: quia nō fuit coactus ad vtendum pecunijs in proprios vsus, immo debebat eas exercere ad utilitatem pupilli, & ideo si nō fecit sed ad suos usus habuit, & nihil inde lucratus est, nihilominus debet dare quinque de centum. imputet sibi ipsi. si enim ad vsum pupilli posuisset, tunc sine inde lucratus esset pupillus, siue non, sine etiam damnum sustinuisset. illud totum pertinuisset ad pupillum & non ad tutorem. Quartò etiam non obstat, quòd illa pœna applicatur pupillo. Nam etiam conuentionalis pœna potest accipi a mutuatore, ut ostensum est, & hoc siue mutuator sit passus interesse, siue non, igitur etiam

pœna

pœna legalis poterit applicari ei. & maximè quãdo mutuator passus esset interesse damni emergẽtis, vel lucri cessantis. sicut natum est contingere pupillo, cuius pecuniæ, si fuissent positæ ad mercantias licitas, vel emptæ essẽt de eis possessiones, pupillus habuisset lucrũ.

Octaua conclusio. Legislator & etiam mutuatarius licitè potest exigere & recipere illam pœnam legalem a mutuatario, de qua præcedens conclusio sonuit, seruatis conditionibus ibidem tactis. probatur vt secunda conclusio probata est. Et nota, quòd sicut iam dictum est, ꝙ tutore vtente pecunia pupilli, pupillus licitè ab eo accipit pœnam legalem prædictam, sic etiam dicendum est, quòd pupillus licitè eam acciperet ab ipsamet communitate, vel officialibus ciuitatis habentibus curam de pupillis, si officiales usi fuerũt pecunia, seruatis tamen conditionibus septimæ conclusionis, & signanter secundæ. Attamen etiam debet addi, quòd pupillus non debet accipere totam pœnam legalem, quando tutor parte pecuniæ vsus est ad commodum pupilli, sed tantum pro ea parte, qua non est vsus ad commodum pupilli, & illa additio fit hic proportionabiliter, sicut facta est ad secundam & quintam conclusiones.

Nona conclusio. Ad hoc vt liceat legislatori, vel pupillo exigere legalem pœnam non requiritur tres alię, vt pure quòd mutuator passus sit interesse, & quòd pro eo exigatur talis pœna. Secunda, quòd talis pœna sit proportionata rali interesse. Tertia, quòd defectus mutuatarij in termino præfixo non venerit ex impotentia incuria sine sui culpa, ꝙ enim illæ conditiones non requirantur, si adsint aliæ supradictæ conditiones tactę in septima conclusione, potest probari proportionabiliter, sicut probatum est illud in simili in tertia & sexta conclusionibus cum simili moderamine ibidem anne xo. Sequentes conclusiones erunt de pœna legali secũdi exemplitertiæ suppositionis.

Decima conclusio. Mutuatarius licitè potest obligari ad illam pœnam legalem, de qua sonat secundum exẽplum tertiæ suppositionis, si adsint quatuor conditiones. Prima, quòd legislator maller, quòd debitor solueret in termino præfixo, & sic vitaret pœnam, quàm ꝙ deficeret, ut sic incurreret eam, vel ut sic creditor lucraretur illam. Secunda conditio, ꝙ etiam creditor magis debet velle, ꝙ sibi fieret solutio in termino præfixo, & ꝙ non lucraretur pœnam, quàm oppositum. Tertia, ꝙ mutuatio non fuerit in præcepto. Harum conditionum rationes proportionabiliter sumuntur sicut in septima conclusione sunt tactæ. Quarta conditio, quòd talis pœna sit moderata, sic, scilicet quòd non sit nimis magna, nec nimis parua. Ratio est: quia debet imponi principaliter, ut eius metu induçatur debitor ad solutionẽ. Modo si esset nimis parua, nõ esset sufficienter inductiua. Si autem esset nimis magna, esset iniusta ex parte legislatoris imponẽtis: quia debet esse proportio inter delictum & pœnam, quàm etiam ex parte creditoris, cui applicabitur: quia creditor nec esset tãtum interesse passus ex carentia sortis suæ in termino præfixo, quanta est pœna, si est nimis magna. Nec etiam ita affectus fuit ad habendum sortem suam in termino, ꝙ maluisset sortem habuisse in termino sine tali pœna, quàm caruisse sorte, & lucrari pœnam, si est nimis magna, immo si est nimis magna, magis voluisset pœnam habere & carere sorte in termino, quàm e contra. Hoc autem est contra secundam conditionem. Vel si nõ voluisset, hoc tamen nõ poterit habere rationem, vel causam iustam, cur partem, in qua pœna est nimis magna, accipere velit, nisi cupiditatem habeat pro ratione, & per consequens illicitum erit sibi partem excedẽtem accipere.

Vndecima conclusio. legislator & etiam mutuator licitè potest exigere & recipere illam pœnam legalem, de qua secundum exemplum sonuit, seruatis quatuor conditionibus tactis in decima conclusione, probatur sicut secunda est probata. debet tamen addi, ꝙ si debitor soluit partem debiti, non debet ab eo exigi tota pœna, sed tantummodo pro parte debiti nondum soluti. nisi mutuator esset passus tantum interesse, cui non satisfieri posset, nisi totam pœnam exigendo, tunc enim etiam totam pœnam licitè reciperet. secus si nullum interesse passus esset.

Duodecima conclusio. Ad hoc, quòd liceat illud, qđ dictum est in decima & vndecima conclusionibus, nõ requiruntur tres aliæ conditiones similes illis, de quibus in tertia, sexta & nona cõclusionibus dictum est. probatur eodem modo sicuti ibidem est probatum, seruato moderamine ibidem dicto.

QVAESTIO XXXII.

Vtrum mutuanti liceat recipere a mutuatario pignus detinendũ donec soluatur sors. Solutio stat in duabus suppositionibus, & sex conclusionibus.

Prima suppositio continet vnam distinctionem cũ quatuor subdiuisionibus. & est, quòd contingit mutuãtem recipere pignus. Primò ad securitatem tantum, sic quòd non intendat fructum percipere pignoris, sed tantum vt securus sit de rehabendo sortem, vel si mutuatarius sortem non restituat, quòd habeat saltem æquiualens. Secundò non ad securitatem tantum, sed etiam vt interim, quo caret sorte, capiat fructus pignoris. Et ille secundus modus subdiuiditur: quia aliquando contingit, quòd pignus est taxlatter mutuantis de iure, quãuis mutuatarius sibi impignorans de facto ipsum detinuerit hucusque, & nunc sibi impignoret. Alio modo, ꝙ est mutuatarij. Et etiam hic secundus modus subdiuiditur: quia vel est sic mutuatarij, quòd etiam est mutuantis, licet diuersimodè. ita quòd tam mutuãs, quàm mutuatarius habent dominium in illa re, licet diuersimodè, puta mutuator habet directum dominium, & mutuatarius vtile. Aut est sic mutuatarij, quòd non est mutuantis, ita quòd mutuans etiam nullum habet dominium in re illa. Et hic secundus modus etiã subdiuiditur: quia aut mutuans intendendo capere fructus ex pignore intendit eos computare in sortem, sic quòd plures fructus recipit, tanto minus proportionabiliter recipier de sorte: quia de sorte defalcabit tantumdem quanti precij fructus percepit. Aut nõ intendit fructus computare in sortem, immo vult nihilominus sortem sibi integraliter restitui. Et hic secundus modus etiam subdiuiditur: quia aut non manet ibi vera ratio impignorationis, de quo casu habebit in sequenti quæstione. Aut manet vera ratio impignorationis. Et de illo hic videbitur. Et si arguatur contra secundam subdiuisionem. Si aliqua res est mutuantis quòd ad dominium saltem

saltem directum, & quòd ad vtile mutuatarij. igitur nõ potest esse pignus mutuanti: quia tunc est mutuanti propria, in re autem propria non consistit pignus. Dicendum, in re quæ est omnino propria sic, ꝙ alius aliquem habet dominium, in eamon est ratio pignoris reparabilis, saltem de iure, tamen si est non omnino ei propria, eo ꝙ tantum habet dominium directum, & alius habet vtile, bene potest ratio pignoris inueniri, & sic est in secunda diuisione. Et dixi notanter, ꝙ in re omnino propria non est ratio pignoris reperibilis de iure: quia de facto reperitur, scilicet quãdo res omnino propria ab alio de facto tantum & iniustè occupata mihi impignoratur, ut in primo membro primę subdiuisionis. Secunda suppositio. Pignus in præsenti quæstione capitur largè: ita scilicet stet pro re obligata, sive sit mobilis, quæ proprie dicitur pignus, sive immobilis, quod dicitur hypoteca.

Prima conclusio. Si mutuans tantum recipit pignus ad securitatem, licita est receptio. Probatur: quia si nõ maximè quia reciperet aliquid vltra sortem mutuatã. sed hoc non arguit ibi esse peccatum: quia quando dicitur recipere aliquid vltra sortem mutuatam est illicitum, intelligitur quando id recipitur volendo habere dominium recepti & ratione mutuationis, & ut preciũ eiusdem, & sic de aliis cõditionibus tactis in q. 22. circa diffinitionem vsurę. Modò in casu illius conclusionis non recipit pignus volendo habere dominiũ eius: quia nullo tantum habere vtrem impignoratam. Modo per impignorationem non transfertur dominium pignoris in eum, cui res est impignorata, ut patuit supra quæstione. 17. igitur. Item etiam non recipit ipsum rõne mutuationis, nec ut precium eiusdem, sed tantum pro sui securitate. vnde etiam a fideiussore mutuatarij potest accipi pignus. vade pronec. 20. Tolle vestimentum eius, qui fideiussor extitit alieni, & pro extraneis aufer pignus ab eo. i. licitè potes tollere &c. & idem habetur Proverb. 27. Fallit tamen hæc conclusio, quando mutuatarius est in tanta necessitate constitutus, ꝙ ita necessarium est sibi pignus, ꝙ si res talis esset mutuatoris, deberet mutuare talem rem, vel commodare mutuatario. Nam tunc nõ debet recipere pignus a mutuatario, sed si indiget securitate recipiat aliam cautionem pro sui securitate, in quo casu est intelligendum id quod dicitur Exo. 22. vbi postquã tractauit de mutuo, dicit, si pignus a proximo tuo receperis vestimentum, ante solis occasum reddes ei, ipsum enim est solum, quo operitur indumentum carnis eius, nec habet aliud, in quo dormiat. si clamauerit ad me, exaudiam eum: quia misericors sum. hæc ibi. Et sic peccatum est recipere pignus ipsum, detinendo & non restituendo impignoranti, dum indigeat necessariò eodem. Et ubi dicitur in translatione nostra ante occasum solis reddes ei, in hebreo dicitur. vsque ad occasum solis reddes ei. & verumque est verum, quia si fit vestimentum de die sibi necessarium, debet ei reddi de mane ad detinẽdum vsque ad occasum solis. ut dicitur in hebreo, & tunc restumi, scilicet cessante necessitate, vel indigentia eius. Si autem sit vestimentum necessarium de nocte, debet sibi reddi vesperę, & post restumi de mane, & hoc tangit litera nostra dicens. Ante occasum solis, scilicet ante quam uadat dormitum. unde subditur, nec habet aliud, in quo dormiat. Similiter habetur Deu. 24. ubi loquens de debitore, a quo exigit creditor pignus, dicit: si pauper est, supplè debitor, nõ pernoctabit apud tẽ pignus, sed statim reddes ei ista occasum solis, ut dormiens in vestimento suo benedicat tibi, & habeas iustitiam coram Deo tuo. & ibidem. Nec auferes loco pignoris viduæ vestimentum. Et Iob. 22. impingitur ipsi Iob ab amico suo tanquam iniquitas accipere pignus necessarium ei, a quo accipitur, cum dicitur. Abstulisti pignus fratrum tuorum sine causa & nudos spoliasti vestibus. Nudos, idest parum indutos. & per consequens vestibus eis necessariis eos spoliasti. Et Iob de effectu peccatorum 24. dicit. Abstulerunt pro pignore bouem viduæ. Et Ezech. 18. non reddere pignus pupillę necessarium hominiꝫ computatur inter peccata repugnantia charitati. Et Amos. 2. inter alia crimina enumeratur accubitus super vestimentis pignoratis.

Secunda conclusio. Si mutuans recipit pignus non tantum ad sui securitatem, sed etiam vt interim, quo caret sorte, percipiat fructus pignoris, & tamen pignus est de iure mutuantis. Et dumtaxat de facto mutuatarii iniustè detinentis, licitè recipit pignus ac fructus eius, etiam non computando fructus in sortem & sine restitutione eorundem, seruatis duabus conditionibus. Probatur tripliciter. Primò sic: quia licitum est ab iniusto detentore recipere rem debitam recipienti, atque fructus eiusdem rei percipere: quia sunt fructus rei propriæ. igitur. Secũdo sic probatur per c. 1. de usuris, ubi habetur, quòd si laicus iniustè tenet possessionem ecclesię, & impignorat ipsam rectori illius, licitè & absque usitio vsurę rector poterit recipere fructus possessionis ultra sortem, sen non computando eos in sortẽ. Et quamuis ten. ibi tantum modo faciat mẽtionẽ de possessione ecclesiæ a laico iniustè detenta, tamen ídẽ iudicium est de possessione vnius laici ab alio laico, vel ecclesia iniustè detentã: quia vtrobique est eadem ratio, scilicet illa quæ tacta est in prima probatione conclusionis. Tertiò sic probatur a simili. Si aliquis miles iniustè detinet decimam ecclesię, & eam impignoret rectori eiusdem, rector licitè percipit fructus decimæ. etiam non computando eos in sortem, ut habetur in c. fi. de decimis. & hoc non est nisi: quia talis rector nõ percipit fructus, nisi ut res suas sibi ex re sua debitas, & non debitas militi. ergo eadem ratione sic est hic. Conditiones autem requisitę sunt istæ. Prima, ꝙ percipiens fructus non possit per tiam iuris redire ad recuperationem rei & fructuum eius. Secunda, ꝙ percipiendo fructus, & eos non computando in sortem cesset scandalum. sen, quòd idem est, quòd non præsumatur in fraudem vsurarum facere, ut in simili declaratum est quæstione. 3o.

Ex hac conclusione sequitur corollarium binum. bre. Quòd si tu iniustè detines possessionem meam, & cum tibi mutuo aliquid, tu eandem possessionem impignoras mihi non solum possum licitè fructus illius recipere, non computando eos in sortem, sed etiam si qualdam alias possessiones mihi impignoras, possum fructus de eisdem recipere non computando eos in sortem, dummodo illas & alias possessiones acquisitis de fructibus perceptis de possessione mea iniustè per te detenta, patet: quia in tali casu etiam illę possessiones non sunt tuę, sed meę: quia emptæ de rebus ad me spectantibus. immo, quod plus est, videtur quòd etiam si illas

illas alias acquisueris precio proprio tibi, & non de fructibus primę possessionis ad me spectantis, quòd possim etiam illarum possessionum percipere fructus non computando eos in sortem, & hoc si tu perceperas fructus meę possessionis, nec illos restituere vis, nec ego eos a te recuperare possum via iuris propter potentiam tuam, vel aliud impersimearum, & dummodo etiam cesset scandalum. Probatur: quia si tu mihi furaris equisel vi abstulisti rem meam, uel aliàs debes mihi aliquid, & a te id recuperare non possum via iuris, licitum est mihi occultè id recipere, & sic mihi ipsi satisfacere, vel si inuenero rem illam, vel æquivalentem, possum eam retinere, saluis quibusdam cõditionibus, puta quòd eam nulla possim via iuris rehabere, & q̃ cesset scandalum ac periculum famæ & corporis possibile imminere mihi, & etiam alteri personæ, quæ forte de subtractione illius rei haberetur suspecta, & precauendo, ne heredibus meis fiat iterata restitutio eiusdem: cum ego mihipsi satisfecerim, sed de his & aliis conditionib. latius in tractatu restitutionũ dici habet.

Tertia conclusio. Si mutuans recipit pignus non tãtum ad sui securitatem, sed etiam ut interim percipiat fructus eiusdem, & pignus est de directo dominio mutuantis, & de dominio vtili mutuatarii, tunc in casu, quo res pignorata est feudalis, licitè percipit mutuator fructum pignoris, non computando eos in sortem, non curando, an mutuator sit clericus, seu ecclesia, vel laicus, & hoc stante una conditione. Probatur quia in c. conquestus extra, de vsuris, habetur, quòd si ecclesia, vel prælatus recipit terram aliquam in pignus, & percipit fructus illius a debitore, nõ tenetur computare fructus in sortem, si debitor sit vasallus ecclesiæ, & ecclesia sibi illam terram in feudum concesserat, & si ecclesiæ respectu sui vasalli licitum est recipere fructus sui feudi sibi pignorati, non computando eos in sortem: etiam idem erit licitum seculari, vel laico domino respectu sui vasalli in simili. quod probatur sic: quia si illud nõ liceret seculari domino respectu sui vasalli, maximè quia esset vsura, sed hoc non: quia tunc etiam esset vsura ecclesiæ respectu sui vasalli in simili casu, & per consequens non liceret ecclesiæ: quia vsura est contra legem naturę & diuinam, ut ostensum est. q. 22. & per consequens non plus licebit ecclesiæ quàm seculari domino. Secundò probatur conclusio ratione: quia de natura feudi est, quòd quando pignoratur dominio feudi a vasallo, incipit dominus habere non tantũ dominium directum rei feudalis, sed etiam cum dominio directo consolidatur dominium vtile, seu vsufructus, ita quòd incipit habere aliquo modo vtrumque dominium, seu perfectum dominium. ergo tunc licitè percipit fructus nullo modo computandos in sortem tenet consequentia: quia de re, cuius quis habet vtrũque dominium, vel perfectum dominium, licitè percipit fructus etiam citra hoc, quòd ratione fructuum debeat defalcare aliquid. Antecedens probatur: quia in concessione in feudum tacitè inest illa conditio, scilicet concedo tibi illud dominium vtile illius rei, ita tamen, quòd si mihi eam pignoras, redeat ad me, etiam dominium vtile illius, uel vsufructus toto tempore, quo mihi pignorata fuerit. sic igitur eo ipso quòd vasallus accipit eam in feudum, subit hoc onus, quòd tenetur dimittere domino omnes fructus rei pro tempore, quo durat pignoratio. Et si arguatur contra: quia si consolidatur dominium utile, vel usufructus cũ dominio directo tempore, quo durat pignoratio, igitur interim vasallus non habet dominium utile, nec usufructum, sed consequens videtur inconueniens propter tria. Primò: quia tunc non esset eius vasallus. Secũdò: quia tunc soluto debito non teneretur dominus rẽ sibi pignoratam restituere vasallo: quia facta esset pleno iure domini. Nullus autem tenetur facere ex re sua feudum. Tertio: quia tunc cessaret ibi ratio pignoris toto tempore pignorationis, quod implicat. cõsequentia tenet: quia iam dominus haberet vtrumque dominium rei, & sic res esset propria domino. ratio autem pignoris non consistit in re propria. Dicendum ad consequens illius argumenti, quòd vasallus interim, quòd durat pignoratio, non habet dominium utile, nel usufructum liberum quò ad actum, sed tantum ligatum & suspensum pro toto tempore pignorationis, & tantum in habitu. Ipse autem dominus habet dominium utile, uel usufructum quò ad actum, & non nisi pro tẽpore, quo sibi non est solutum debitum: & cum obligatione restituẽdi illud vasallo pro tempore extinctionis debiti, & per hoc cessant tria inconuenientia illata in argumento. Nam ad primum dicendum, quòd tempore pignorationis adhuc manet vasallus in habitu suspenso ab actu pro tempore. Ad secundum dicendũ, q̃ dominus tenetur sibi illam rem in feudum restituere soluto debito: quia non habuit utrumque dominium, nisi secundùm quid, scilicet pro tempore. Ad tertium dicendum, q̃ bene potest ratio pignoris consistere in re ẽ propria, qñ est nõ perfectè propria, scilicet habet dominium directum, sed vtile non habet nisi pro tpe, & quò ad actum alio habente eiusdem rei vtile dominiũ in habitu. Ex prædictis sequitur corollarium tale.

Primum Quod glo. in prædicto cap. videtur errare in hoc, quod insinuat, q̃ eam cur citra vsuram licet ecclesię recipere fructus pignoris non computando eos in sortem, sit ista: quia, scilicet in fauorem ecclesię hoc sibi concessum est. Nam si hoc esset verum, tunc causa cur ecclesiæ id liceret, esset ex concessione iuris canonici, quasi sine illa concessione esset usura. Sed hoc non: quia ius canonicum non potest receptionem existentẽ vsurariam concedere alicui, ut sibi liceat, quasi facere possit de usura non usuram, & dispensare. Nam hoc est ostensum falsum supra in q. 28. Secundò: quia tunc idem non liceret laico respectu sui vasalli, eo quòd licuisset ecclesiæ fauore iuris canonici sibi exhibito. huic autem fauorem nõ exhibuisset laico. igitur. consequẽs autem est ostensum esse falsum in prima probatione conclusionis. Conditio autem requisita est, q̃ vasallus interim, quo durat pignoratio, sit deobligatus a seruitio: quod alias ratione feudi esset obligatus exhibere domino. Nam ex quo ad seruitium tenetur domino ratione perceptionis fructuum feudi. igitur cessante causa, scilicet perceptione fructuum quòd dominus eos percipit, etiam debet cessare effectus, scilicet seruitiũ.

Secundum corollarium, quòd toto tempore pignorationis obligatio mutua inter dominum & vasallum est suspensa, sed non omnino extincta. Nam vasallus tunc non obligatur actualiter ad seruitium domino, & econtra dominus nõ obligatur actualiter admittere vasallum ad perceptionem fructuum.

Tertium

Tertium corollarium, q̃ si vasallus tempore pignorationis aceller seruire domino ipso domino renitente, nõ tenetur dominus eum admittere ad perceptionem fructuum, uel eos percipiendo computare in sortem, nec tenetur acceptare seruitium: quia nemo tenetur re sllere iure suo. Modò dominus ex prima concessione feudi reseruauit sibi hoc ius, quod si sibi pignoraretur, posset fructus liberè ad se trahere. Et si alius seruiat sibi inuito, non tenetur eidem ad aliquid pro seruitio.

Quartum corollarium, quòd si vasallus seruiat sibi tempore pignorationis, & dominus hoc admittat, nec tamen verè consentiat, nec renunciet iuri suo, quàuis eum admittat ad seruitium, tunc in foro exteriori non potest dominus fructus non computare in sortem: quia illa admissio habetur pro consensu & renunciatione iuris, nisi sit protestatus de contrario. Si autem consentit verè, & renunciat in animo iuri suo percipiendo fructus, debet etiam in foro interiori computare eos in sortem.

Quintum corollarium. si in concessione rei in emphiteusim non inest tacitè illa conditio, quæ inest in concessione feudali, de qua dictum est in secunda probatione conclusionis, non poterit dominus emphiteutæ percipere fructus rei emphiteuticæ sibi pignoratæ ab emphiteuta non computando eos in sortem, sicut potest dominus feudi. Ratio est: quia cessat causa in eo, quæ fuit in domino feudi. Si autem illa conditio inest tacitè, & ex natura emphiteusis, tũc idem potest, quod dominus feudi. Sed opus est, si affuit illa cõditio, q̃ non sit conditio iniqua grauans emphiteutam vltis aliis grauaminibus, quæ habet emphiteuta: quia nõ ita gratuitè recipit sicut vasallus rẽ suam a domino: quia in introitu dat certã quantitatem pecuniæ nõ sic vasallus, & etiam quædam alia habet grauamina, quæ vasallus non habet. Sed vtrum de facto talis conditio insit ex natura talium contractuum, vel ex pacto contrahentium, & si sic, an æqua sit illa conditio, uel iniqua, non diffinio. Vnde in hoc dubio esset Papa consulendus.

Sextum corollarium, q̃ sicut iam dictum est de emphiteutica concessione sit dicendum de cõcessione vsu fructus & colonia: quia ubi eadem ratio, ibi eadem dispositio. Modò tacita conditio, quæ inest concessioni feudali fuit causa, propter quam licebant prædicta. igitur etiam si illa est in aliis concessionibus (& hoc si inest non iniquè & cum iniusto grauamine eius, cui fit concessio) etiam erit ibi eadem iuris dispositio. Nec valet, quòd aliqui dicunt, quòd in concessione colonię non inuenitur hoc priuilegium expressum. Nam qui hoc dicunt, uidentur in suo dicto insinuare, quasi causa, cur liceant prædicta domino feudi, sit ex aliqua dispensatione, vel ex singulari concessione priuilegiatus, quod est falsum: immo causa est tacita conditio, quæ uel ex pacto contrahentium citra iniquitatem, vel ex natura ipsius contractus inest. Ideo si similiquia similis conditio inest aliis, etiam erit similis dispositio iuris. Nam ius disponens hoc de domino feudi, non disponit id dispositione dispensatiua & causatiua liciti, quasi si non sic disponeret, non sic liceret, sed ideo sic disponit: quia sic est æquum & iustum in re. Et sic disponit dispositione declaratiua, uel interpretatiua liciti: non causatiua liciti.

Quarta conclusio. Si mutuans recipit pignus non tantum ad securitatem sui, sed etiam ut interim percipiat fructus pignoris, quos non intendit computare in sortem, & si pignus sit de dominio duntaxat mutuatarij, adhuc licitè recipit pignus, dummodo perceptio fructuum fiat de consensu mutuatarij. Ratio est: quia si esset ibi aliqua culpa, maximè usura, uel furtum. Sed non usura: quia illos fructus non accipit ultra sortem, sed in solutione sortis: quia eam attenuant. Nec etiam furtum: quia & si res pignorata sit adhuc de dominio mutuatarij, & per consequens non deberet mutuator fructus eius percipere: tamen quia facit hoc de consensu domini consentientis in illam contrectationem: ideo non committit furtum. Et ideo notanter dictum est in conclusione, dummodo &c. quia si domino nescienti, & nec actu, nec habitu consentiente percipiat fructus, peccat. Et quamuis non sit usura: quia intendit eos computare in sortem: tamen est furtum: quia contrectat rem alienam inuito domino. unde quando res agitur secundùm tenorem conclusionis, mutuans mutuat tali pacto, quòd mutuatarius soluat sibi sortem particulatim per fructus, quos percipere uelit de pignore, & sic recipit eos vt solutionem sortis (alter particulatim.

Quinta conclusio. Si mutuans recipit pignus non tantum ad sui securitatem, sed etiam ut interim percipiat fructus pignoris, quos non intendit computare in sortem, & pignus est tantummodo mutuatarij, mutuans illicitè recipit pignus, ac fructus eius, demptis quatuor casibus, probatur: quia uel percipit illos de consensu mutuatarij, aut sine eius consensu. Si primum, tunc perceptio est usuraria: quia est perceptio incrementi sortis mutuatę propter mutuum. Si secundum, est furtum: quia contrectat rem alienam, scilicet fructus pignoris inuito domino. Dicitur notanter, si manet ratio pignorationis propter casum conclusionis sequentis, in quo licitum est pignus recipere, & fructus eius percipere non computando eos in sortem. Dicitur secundò, demptis quatuor casibus: quia in tribus casibus, ubi etiam manet uera ratio pignorationis, licitum est fructus pignoris percipere etiã nõ computando eos in sortem. Primus casus est, quando creditor accipit fructus pro interesse damni emergentis, uel lucri cessantis, saluis tamen conditionibus requisitis ad hoc, quæ tactæ sunt quæst. 30. Secundus, quando percipit eas pro pœna more debitoris, saluis tamen conditionib. quę tactæ sunt quæst. 31. Tertius, quãdo percipit fructus in domum sibi uerè liberaliter oblatum, saluis tamen conditionibus tactis quæst. 29. Quartus, quando mutuator fecit expensas colligendo, uel obseruando fructus pignoris. Nam regulare est, q̃ expensæ, quæ fiunt gratia fructuum quærendorum, colligendorum, & conseruandorum, deducuntur etiã a quolibet malæ fidei possessore, & non solum prædictas expensas factas circa collectionem & conseruationem fructuum pignoris, sed etiam expensas bona fi de factas necessarió, uel etiam utiliter circa rem pignoratam, puta colendo fundum, uel pascendo iumentum, nisi fuissent immoderatæ. Et quamuis posset etiam poni quintus, scilicet quando pignus est traditũ genero a socero suo pro dote filię nondum soluta, de quo casu in q. 35. patebit: tamen ille potest reduci ad primum, ut patebit ibidem.

Sexta conclusio. In casu quinte conclusionis tenetur mutuator restituere fructus perceptos, & etiam illos, quos percipere potuisset, & hoc in quatuor casib. Prima pars conclusionis probatur: quia fur tenetur restituere rem furtivam, & usurarius usuram. Modò mutuator in casu quintæ conclusionis, aut est fur, aut usurarius respectu fructuum perceptorum. igitur &c. Secunda pars probatur: quia creditor debet computare in sortem fructus, quos percipere potuisset, ut dicitur in l. 1, & 2. C. de pac. pig. ergo si non computauit in sortem, tenetur de talibus satisfacere debitori. Et dicitur notanter in quatuor casibus: quia secunda pars non est vniuersaliter uera. Nam in aliis casibus ab illis quatuor iam ponendis non tenetur. Primus casus est, si creditor ut mutuator ex dolo omisit percipere fructus pignoris, ut puta odio debitoris, quatenus scilicet non percipiendo fructus careat debitor fructu rei suæ. Secundus, quando creditor fuit in lata culpa, ut puta quilibet suę professionis percepisset tales fructus: tunc enim est in lata culpa non percipiendo: quia ille dicitur in lata culpa, qui hoc non agit, vel nouit, quod quilibet suæ professionis ageret, vel nosceret. Vnde lata culpa diffinitur, est deuiatio incircunspecta ab ea diligentia, quam communiter habent homines illius professionis. Vnde si non locauit domum soliam locari, tenetur ad lo cagium, ac si locasset. Immo si erat non solita locari, & reperiebat conductorem, & noluit locare, saltem si dolo noluit. Tertius, si etiam creditor in non percipiendo fuit in leui culpa, dummodo contractus sit factus gratia utriusque: quia regulare est, quando contractus fit gratia utriusque, l. dantis & recipientis, tenetur recipiens de dolo, lata culpa, & leui, licut tenetur de omni culpa etiam leuissima, quando fiet gratia recipientis tantum, ut in commodato & de solo dolo & lata culpa quando fit gratia dantis tantum, ut in deposito. Dico regulare. Nam fallit in mutuo, q mutuatarius tenetur in sorte mutuata tam de dolo, q de omni culpa etiam leuissima, & de fortuito casu. Quartus casus, si creditori satisfactum est, ut puta tantos fructus percepit, quòd æquiualent sorti & suo interesse, si aliquod passus est, & etiam expensis, si quas fecit, & sic de aliis, & ultra hoc detinet pignus non percipiendo tamen fructus. Nam tunc (non curando in qua culpa fuerit) tenebitur ad omnes fructus, quos percipere potuisset: qa postquam sorti satisfactum fuit, cepit esse malæ fidei possessor in non restituendo pignus: quia mox illud restituere tenetur, ut in c. 1. de usuris. Modò malæ fidei possessor tenetur indistincte ad fructus, quos percipere potuisset, igitur.

QVAESTIO. XXXIII.

Vtrum mutuanti irreuocabiliter. 2. milia florenorum licitum sit cum pacto recipere a mutuatario aliquam possessionem ualentem annuatim importare 100. floren. in redditibus, uel fructibus, pacto, uel intentione percipiendi fructus illius possessionis sine eorum computatione in sortem donec ei a mutuatario soluatur sors mutuata, scilicet duo milia floren. Huius autem atque sequentis quæstionis materiam specialiter discussit & attigit eximiæ doctrinæ uir Dominus Ioannes Vergenhans decretorum doctor ecclesiæ Tubingen. præpositus, ac nostræ uniuersitatis cancellarius in quadam disputatione quodlibetica, tenens partem affirmatiuam utriusque. Huius itaque determinatione audita simul, & postea plecta eius fundamentis & dictis (exceptis aliquibus) inhærens, & spicas quæ manus metentis effugerant cum Moabitide demetens, ac ex naturali, atque diuina lege fundamenta ulteriora adiiciens præsentem quæstionem iuxta modum procedendi mihi accommodum per quatuor suppositiones, & nouem conclusiones resoluam.

Prima suppositio est, q causa, cur illa quæstio mouetur est: quia casus eius sæpe accidit in hac prouincia, ac aliis locis Germaniæ. Nam sæpe contingit, quòd aliquis potens & dines miles mutuat alicui principi, 2. milia floren. quam mutuationem nollit cum septem circunstantiis, quas ipse & Princeps expresse adijciunt contractui, uel si non omnes adiiciunt: tamen tacitè insunt contractui, & hoc ex consuetudine patiæ, quæ illum contractum taliter interpretatur. Prima, quòd mutuatio est irreuocabilis sic, quòd miles non potest repetere sortem a Principe, nec eandem compellere ad restitutionem eiusdem. Secunda, quòd Princeps pignorat militi castrum. Tertia, quòd Princeps tenetur militem admittere ad perceptionem annuorum censuum, & reddituum castri pignorati. Quarta, quòd miles non teneatur illos fructus computare in sortem Principi, si aliquando Princeps uelit sortem restituere militi. Quinta, quòd miles sit obligatus restituere Principi castrum tunc, quando scilicet Princeps restituet ei sortem mutuatam, scilicet duo milia floren. sic quòd fructus perceptos hucusque non teneatur restituere, nec eosdem defalcare in sorte. Sexta (quæ etiam communiter inest prædicto contractui) est, quòd miles toto tempore, quo detinet castrum & eius fructus percipit tenetur ad tria. Primò tenetur castrum in structura debita tenere. Secundò, non exercere castrum contra Principem. Tertiò, castrum dimittere Principi apertum pro suis necessitatibus. Septima, quòd si miles perdit castrum a casu, siue ille casus præuideri potuerit per eum, siue non, ut puta si incendio cœlesti perijt, uel incursu latronum, etiam sine sui culpa non debeat habere regressum ad principem, scilicet exigendo ab eo in pignus aliam possessionem talem fructus prædictos importare, immo illa perditio debeat esse militi damnosa, ita quòd sicut lucrum castri, ideft redditus est militis: ita etiam eiusdem sit periculum.

Secunda suppositio. Non sequitur A. & B. contrahentes nominant suum contractum tali nomine, igitur eorum contractus est talis. Probatur. 8. exemplis, & præter hæc octo possent etiam sex alia adduci, quæ adducentur pro probatione tertiæ suppositionis: quia etiam in eisdem patebit, quòd contractus nominatur aliquo nomine: & tamen non est talis. Primum exemplum. Nam 4. Regum texto. quidam commodato acceperat securim a proximo suo, & tamen dicebat: heu, heu, heu: & hoc ipsum ferrum, scilicet securis mutuò acceperam, & sic contractum nominabat mutuum: & tamen non erat mutuatio: quia mutuatio est concessio rei usu consumptibilis ad talem usum, qui est eiusdem consumptio.

ptio. Modò ferrum non est usu consumptibile, sic quòd usus eius sit illius consumptio, sicut usus panis, scilicet commestio est eius consumptio, nec etiam proximus conferret sibi ad talem usum, unde erat cõtractus commodationis. Secundum exemplum Leuit. 25. disponitur, quòd si aliquis puta A. uendiderat possessiunculam suam, puta agrum aliquem ipsi B. & A. poterat precium ad redimendum inuenire, poterat redimere, quod uendidit, & tenebatur emptor computare fructus in sortem ex eo tempore, quo A. sibi uenditerat: ita quòd A. tanto minori precio redimere poterat possessiunculam a B. quanti fuerũt fructus, quos B. perceperat ante redemptionem. Hoc suppositio patet, quòd contractum A. & B. dominus uocat uenditionem & emptionem: & tamen non est ibi re uenditio nec emptio, igitur. Maior nota, minor probatur dupliciter. Primò: quia si esset uenditio & emptio: B. non teneretur fructus agri computare in sortem: immo fecisset eos pleno iure suos, quod patet: quia hoc est de natura emptionis, ut si emi a te agrum pro 100. floren. & eo fruar. 10. annis percipiendo inde fructus in ualore 100. floren. iam percepi fructus æquales precio, quo emeram: & nihilominus tibi uolenti a me emere agrum possum eodem precio uendere. An tamen illud secundum exemplum sit conueniens, sicut quibusdam uideretur, qui dicerent contractum in illo capitu. esse in re pignorationem & mutuationem, patebit in quæstio. 83. conclusione prima, probatione octaua. Tertium exemplum Deutero. 23. dicitur. Fratri tuo sine usura id, quo indiget, accommodabis, ubi loquitur de contractu, in quo contingit fieri usuram, & nominat eum commodationem: & tamen contractus, in quo contingit usuram fieri, non est accommodatio, sed tantum mutuatio, ut patet ex diffinitione usurę supra quæstione 21. Quartum exemplum. 4. Reg. 4. Heliseus dixit uiduæ. Pete mutuò ab omnibus vicinis tuis uasa uacua non pauca, ubi contractum fiendum per uiduam uocauit mutuationem: & tamen non erat mutuatio, sed accommodatio: quia erat concessio & receptio rerum, quarum usus non est earundem consumptio. Quintum. Neemiæ. 5. ait Neemias. Ego & fratres mei & pueri mei commodauimus plurimis pecuniam & frumentum, ubi contractum suum uocauit commodationem: & tamen non erat commodatio, sed mutuatio. Et Ezech. 18. enumerat multa, quæ si quis omiserit, erit in gratia Dei, & si illa fecerit morietur morte, seu non erit in gratia, & unum est, si pecuniam suam non commodauerit ad usuram, ubi mutuationem pecuniæ uocat commodationem, & tamen in commodatione non potest residere usura. Immo si pro commodatione rei aliquid accipitur, non manet commodatio, sed transit in locationem, quæ etiam potest esse licita. Sextum exemplum Luc. 6. ait dominus dixisse quendam amico suo. Amice accommoda mihi tres panes, qui contractus non erat commodatio, sed mutuatio. Vnde etiam hoc nomen locatio in iure ciuili aliquando reperitur positum pro contractu innominato, ut in l. si olei. C. locati. Septimum exemplum: quia in nostro uulgare idẽ terminus significat commodationem, conductionem, & mutuationem. Nam tam commodans quàm locans equum dicit, Ich lich. Et similiter mutuans pecuniam eisdem uerbis utitur. Et ideo exquo uulgare est confusum, contingit, q etiam latini termini confunduntur ponendo unum pro altero, & per consequens propter confusionem terminorum non sequitur, cõtractus nominatur tali nomine, igitur est talis. Octauum exemplum est, quòd sæpe contractus ab altero contrahentium in fraudem nominatur aliquo nomine, ne deprehendatur malitia, uel uitiositas cõtrahentis si eum nominaret proprio nomine. Modò nunc non sequitur, nominatur tali nomine, igitur est talis. Maior patet exẽplo. Nam si quis libenter mutuaret 100. flore. ad usuram, & cum non audet præ uerecundia, uel rumore populi, ad pathationem suæ nequitiæ dicit ad B. ego non mutuo tibi 100. sed ea ut precium do tibi pro anno redditu. 5. floren. ita tamen q apud me sit facultas repetendi sortem traditam, & non apud te. Quamuis suum contractum uocet emptionem: tamen in re est mutuatio, ex quo apud A. est facultas repetendi pecuniam traditam. Minor probatur: quia si ualeret, nominat: eum talem, igitur est talis: tunc licitus esset prædictus contractus, quod est falsum, consequentia tamen tenet: quia esset emptio mercis iustæ pro iusto precio: quia ubi aliàs sit emptio annui redditus, censetur iustum precium, quando dantur centum pro iure percipiendi. 5. annuatim. De hoc tamen latius dicetur quæst. 84. Præter hęc octo exempla possunt adhuc poni alia sex. Primum. si A. dicat ad B. done tibi centum causa mortis, & hoc irreuocabiliter, & B. consentiat in donationem: ille contractus nominatur a donatore, uel ab utroq; contrahentium donatio causa mortis: & tamen propter circunstantiam adiectam iudicandum est non esse donationem causa mortis: quia quamuis sit donatio: tamen non est donatio causa mortis: quia de natura donationis causa mortis est, quòd possit renocari, & hoc fundatur in l. ubi in donatur. ff. de donatione causa mortis. & sic ista circunstantia, scilicet irreuocabilitas facit, quòd trãsit in alium contractum: quia erit dicenda donatio inter uiuos, ut habetur in l. cum manu fata. ff. de ꝓbenda emptione. Vnde Panorm. in cap. infinuante. qui clerici non uenies, uidt, quòd ubi pactum est contra naturam contractus, & impropriatis aliquatenus uerbis potest transire in alium contractum: fiet interpretatio alterius contractus, secus si non ponuntur uerba: ut fiat transitus in alium contractum. Nam tunc pactum inficit contractum. Secundum exemplum. Si A. emat a B. aliquam possessionem eo pacto, quòd apud emptorem sit facultas resoluendi contractũ sic, quòd post tempus recipere cogatur B. illam possessionem restituto precio ipsi A. & dare ipsi A. ultra forte aliquid, fructibus tamen in ea computatis in sortem per emptorẽ, talis contractus licet nominetur emptio & uenditio: tamen re est ꝟctus pignorationis, & p ꝟis pręsumitur usurarius, & præsertim qñ emptor aliàs cõsueuit exercere usuras, ita q illa dario A. qua dat B. pecuniã cẽsetur mutuatio, & dario, qua B. dat usurario possessionẽ, cẽset pignoratio, & ita perceptio fructuum cõputãdorũ in sortem censetur solutio sortis, & id quod ultra fortem accipit, censet usura. Hoc exemplum fundatur in c. illo uos. extra, de pignoribus. Vnde dicit Panor. ibidem, quòd in cognoscendo speciem alicuius contractus, magis debẽt attendi pacta apposita in eo, quàm nuda uerba ꝟctus.

Nam licet hæc verba inuenerint contractum esse emptionis & uenditionis: tamen propter pacta apposita magis conuentientia pignori indicatur contractus pignoraticius, quod notat. & ad idem est textus in l. si unus. ff. locati. hæc ille. Tertium exemplum. Si A. dicat ad B. depono hanc pecuniam apud te in negociationem licitam, eo cum contractus nominatur depositi: & tamen non est contractus depositi propter duo, ratione quorum egreditur terminos depositi: quia tali contractu dominium pecuniæ transit in B. alioquin cum illa non posset licitè mercari per se, cuius oppositum patet ex conuentione contrahentium. Modò in contractu depositi dominium rei depositæ non transit in depositarium, sed manet apud deponentem. Secundò: quia B. non teneretur A. nisi tantundem in genere, hoc enim agi uidetur, cum A. dicit B. quòd ad negociationem licitam apud eum deponat, igitur dat ei potestatem distrahendi, & per consequens consumendi, & sic non restituendi idem in individuo, & hoc etiam est contra naturam depositi: quia in depósito tenetur depositarius reddere idem in individuo. Vnde sequitur, quòd contractus huius exempli est potius censendus mutui, eo quòd circunstantiæ adiectæ pertinent ad naturam mutui, & sunt contra naturam depositi. Et de hoc exemplo uide Ludouicum de Roma consilio. 400. Quartum exemplum. Si A. dicat ad B. emo a te prouentus tuos: puta pedagij & telonei, & hoc ad certos annos, & pro certo precio soluendo annuatim, talis contractus quamuis nominetur emptio ex parte A. & uenditio ex parte B. tamen in re non est talis contractus, sed est contractus conductionis & locationis, sic quòd A. censetur conduxisse pedagium, & B. sibi locasse, & hoc propter illam circunstantiam, scilicet quòd A. non dat precium ab initio, sicut tamen in emptione ab initio soluitur precium, sed dat annuatim pro rata, & sic est contractus conductionis & locationis. Vnde non est curandum, an B. dicat, uendidi, uel locaui. A. sed inspiciendum est, si sit talis contractus, quale nominant contrahentes. Quintum exemplum. Si A. dicat ad B. concedo tibi hanc possessionem meam in feudum pro 10. saccis frumenti dandis, ut aliquæ ecclesię faciunt, vel pro aliquo pari caponum, & sic de aliis. hoc inquam faciunt ecclesiæ aliquæ: quia non curant de seruitiis personalibus, sed tantum burgalibus, talis contractus non est feudalis. Nec ille est feudalis, quo quis emit mansum a domino in feudum, licet dicat se in feudum ab eo recipere. Et ratio utriusque exempli est: quia contractus feudalis debet esse gratuitus. Modò neuter contractuum iam dictorum est gratuitus, ideo propter pactum adiectum censendus est alius contractus, quàm feudalis. Sextum exemplum est. Si A. dicat ad B. mutuo tibi centum, ita, q̃ nunquam a te repetam, nec mihi obligatus sis restituere illos, nec aliquid loco eorum, quamuis nominetur contractus mutui, tamen in re est donatio: quia transfertur dominium rei plenè in alterum gratuitò sine ulla obligatione ad restitutionem illius, uel æquiualentis. Quòd enim de substantia mutui sit, quòd mutuatarius sit obligatus ad restituendum sortem, & quòd mutuator habeat ius repetendi sortem, probo sic: quia mutuatio est contractus & non capiendo contractum propriè, prout patuit quæst. 16. quia diffinitio contractus hoc modo capti non competit sibi, sed minus propriè capiendo contractum, & sic est ibi obligatio ex parte alterius contrahentium tantum, & non ex parte mutuantis, ut satis patet, igitur ex parte mutuatarij: non apparet autem in quo mutuatarius tenetur mutuanti, nisi quia ei tenetur restituere sortem, & hoc ciuiliter: plus enim obligatur quàm donatarius, qui naturaliter obligatur ad antidora. Si igitur ciuiliter obligatur mutuatarius, mutuator habet actionem contra eum: quia obligatio ciuilis est mater actionis. Modò actio illa non est nisi ius repetendi sortem, igitur. Et quòd non sit mutuatio, ubi non habet mutuator ius repetendi, sensit etiam Ba. in uerbo usura. 2. quæst. 12. post Catonem: ut patebit quæstio. 45.

Tertia suppositio est. Quando inter A. & B. celebratur aliquis contractus, quem nominant certo nomine: & tamen adiicitur aliquod pactum unum, uel plura existens, uel existentia contra substantiam illius contractus, cuius nomine uocitatur, tunc contractus ipsorum non solum potest: immo debet censeri non esse prædictus contractus, cuius nomine uocitant eum, sed debet censeri alterius generis, scilicet illius, ad cuius substantiam accedit pactum adiectum. Probatur quadrupliciter. Primò ratione a simili. Si aliquod corpus naturale nocetur ab A. & B. nomine alicuius elementi, ut puta ignis, & tamen uideamus ipsum habere conditiones repugnantes naturę illius elementi, non dicemus ipsum esse tale elementum, sed esse aliud. Vt si uideamus aliquod corpus innanimatum moueri deorsum sine motore extrinseco, & quiescere in loco deorsum, non dicimus ipsum esse ignem, uel de natura ignis a dominio, sed esse terram, uel aquam, uel de natura eorum a dominio. Nam accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quòd quid est, adeo quòd ex multis accidentibus non tantum propriis, sed etiam communibus, tamen simul aggregatis, concludimus aliquid esse hanc substantiam & non aliam: ergo etiam quantuncunque aliquis contractus dicatur talis, non tamen est iudicandus talis, si circunstantiæ eius eidem repugnant, sed erit ex suis circunstantiis & pactis iudicandus alterius generis, scilicet illius, ad quem tales circunstantiæ naturaliter pertinent. Secundò probatur: quia ex nomine non sufficienter arguitur contractus esse talis, qualis nominatur, ut patet ex prima suppositione, igitur aliunde oportet eum arguere esse talem, & non nisi ex circunstantiis & pactis adiectis, igitur suppositio uera. Tertiò probatur: quia in sex exemplis secundæ suppositionis contractus iudicantur esse alterius generis, quàm nominentur, & hoc iudicium prouenit ratione obiecti, uel materię, super qua fiebant contractus, eo quòd fiebant super materia, circa quam non est natus fieri ille contractus: sicut contingit in omnibus exemplis, dempto secundo & ultimo: ergo eadem ratione rõne pactionum, vel circunstantiarum poterit contractus iudicari esse alterius generis, q̃ nominetur, tenet ꝓma: quia sicut obiectum actus variat actum, ita & circunstantia, adeo quòd sæpe actus habentes idem obiectum propter diuersas circunstantias, etiam in specie moris diuersificantur, ubi contractus fuerunt iudicati in re esse

esse alterius generis, quàm fuerunt nominati propter pacta, quæ erant apposita. Quartò probatur per sex ultima exẽpla, quę posita sunt in secunda suppositione. Vnde B. Augu. in lib. de duab. animabus, ait, q̃ non est controuersia facienda in uerbis, cum res constet.

Contra præcedentes duas suppositiones & aliqua exempla earundem obiici forte posset per l. die sponsaliorum. 8. fin. ff. depositi. Nam ibi habetur, q̃ si quis pecuniam non obsignatam deponat apud alium, & ille alius consertat eam in usus proprios, talis post moram temporis condemnandus est iudicio depositi ad solutionem usurarum. Ex hoc arguitur sic. Iurisconsultus in illa lege supponit, q̃ ille contractus sit depositi, sicut & ab initio fuit sic nominatus per contrahentes, & tamen ibi desunt substantialia contractus depositi. igitur si aliqui contrahendo utantur nomine alicuius contractus: ille etiam erit talis iudicandus, non obstante q̃ ei desint substantialia illius contractus. Maior nota, minor probatur: quia de substantia depositi est, quòd depositarius teneatur idem in individuo reddere, nec est dominus rei depositæ ideo nec eam poterit conuertere in usus proprios. Vnde depositor nec dominium, nec possessionem rei depositæ amittit, & hoc etiam patet per l. præcedentem eodem titul. ubi dicitur. Si conuentum est, supple inter deponẽtem & depositarium, quòd tantundem soluatur, supple & non idem in individuo, contractus egredietur notissimos terminos depositi. Secundò arguitur: quia glossa in l. Lucius Titius. eodem titul. dicit, quòd licet non sit propriè depositum, quando dominium transfertur in depositarium, & datur eidem facultas conuertendi in proprios usus: tamen dici potest depositum, immo si ita actum fuit, est depositum, adeo quòd etiam erit contractus bonę fidei, & ideo possunt uenire usurę tam ex mora, quàm ex pacto incontinenti appósito, licet secus esset in mutuo, qui est contractus stricti iuris, hæc ibi. Ex quibus patet, quòd etiam contractus, cui desunt substantialia depositi, dicitur: immo est depositi, adeo quòd non est mutuum, licet per omnia conueniat cum mutuo solo uocabulo excepto. Ad primum dicendum, quòd si deponens uoluit in ueritate, quòd alius uteretur pecunia ad usus suos, & sicut præsupponitur ex hoc, quòd ei eam non obligatam tradidit, & etiam effectus iudicauit: quia fuit usus ex ea) tunc realiter secundùm ueritatem, atque essentialiter & intrinsecè non est depositum, quomodocunque nominetur: capiendo depositum propriè, ut est contractus distinctus a mutuo & ab aliis. Nec obstat, quòd dicitur, q̃ iudicio depositi est condemnandus: quia talem, uel talem actionem competere alicui contrahenti est contingens & uoluntarium, & positiuum, ideo ex hoc, quòd talis, uel talis actio competit ex dispositione contingenti positiui iuris, non infertur sufficienter illum contractum esse essentialiter talem in specie: quia nun quam contingens infert necessarium, nec accidentale essentiale: ideo ob talem actionem competentem cõtrahenti non oportet cõtractum esse talem essentialiter, sed sufficit, quòd habeat aliquam apparentiam, aut quòd solum impropriando uocabulum illius contractus sit talis, & sic est hic, ut met dicit glos. Habet etiam prædictus contractus apparentiam, quòd sit depositi, eo quòd in principio eius sunt contrahentes usi uocabulo illius contractus, sed quando secundùm ueritatem iudicare uolumus, non est ad uocabulum recurrendum, si desint substantialia. Ad secundum dicendum eodem modo: quia non est depositum nisi impropriè: ut met dicit glos. Quòd uero distinguit glos. eum a mutuo, si intelligatur hoc substantialiter & intrinsecè loquendo, non est uerum, nec sunt allegandæ glosę in materia problematica: quia solum sunt magistralia dicta, uel doctoralia, ut patet per glos. in l. sed licet. ff. de officio præsidis, potest tamen esse, quòd aliquo intrinseco & accidentali distinguatur a contractu, qui re & nomine uocatus est mutuum, sed hoc nihil ad propositum in foro conscientiæ.

Quarta suppositio est. Ad respondendum quæstioni motæ, oportet circa casum eius tria uidere. Primò, an inter A. & B. fuerit uera mutuatio, quando, scilicet A. dedit duo milia florẽ. B. uel non, & si non, quàlis contractus fuerit illa datio, & de hoc erunt quatuor primæ conclusiones. Secundò, an assignatio castri, & receptio eius fuerit contractus pignorationis, uel non. Et de hoc sonabunt quinta & sexta conclusiones. Tertiò respondebitur ad quæstionem per tres ultimas conclusiones, ad quas tex primæ dipónunt. Præterea ex quo hic fit mentio de substantia, uel natura contractuum, & de his, quæ sunt contra substantiam, uel naturam contractuum, & de pactis substantialibus, naturalibus, & accidentalibus, & de illis, quæ sunt contra naturalia & præter ea, ideo de hoc recurratur ad ea, quæ habentur infra quæst. 79. in secunda suppositione, & quæstione septuagesimaseptima. in corollario 1.

Prima conclusio. Ex quo A. dicendo ad B. mutuo tibi duo milia, adiecit circunstantiam illam, scilicet quòd mutuatet ei irreuocabiliter, talis contractus non est mutuatio. Probatur dupliciter. Primò: quia si sic, maximè quia contrahentes utuntur uocabulo nec tui, sed hoc non arguit, ut patet ex prima suppositione. Secundò sic. Illi contractui attribuitur circunstantia repugnans substantiæ mutuationis, igitur ille contractus non est mutuatio. tenet consequentia ex tertia suppositione. Antecedens probatur: quia de substantia mutuationis est, quòd mutuatarius sit obligatus ad restituendum sortem mutuatori, & quòd mutuator possit repetere sortem a mutuatario, ut patet ex quinto exemplo tertiæ suppositionis. Modò si A. dicat ad B. mutuo tibi centum irreuocabiliter: iam B. non est obligatus ad restituendum cẽtum A. nec A. poterit centum repetere a B. Et quæ uis A. obliget B. ad hoc: ut loco pecuniæ assignet sibi ius percipiendi fructus castri tamen ex hoc potius habetur, quòd non sit mutuatio, quàm quòd sit: quia in mutuatione obligatur mutuatarius ad dandum mutuanti idem in genere: seu, ut philosophi loquuntur, idem in specie. Modò hic obligatur princeps ad assignandum militi aliud in genere uel specie, scilicet ius percipiendi fructus castri, de hoc etiam vide, quæ adducam quæstione. 45. in tertio modo dicendi. in conclusione 1. & confirmatione eiusdem. & quæstione. 83. in quodam argumento.

Secunda conclusio. Si A. in mutuatione prædicta ultra circunstantiam irreuocabilitatis, noluit

aliam adiiceret circunſtantiam, vel pactum, ſ. q A. habeat caſtrum in pignus, & percipiat fructus eius, eſſet vera donatio. Patet ex 6. exemplo ſecundæ ſuppoſitionis. Nam ex quo in prima concluſione probatum eſt, ꝙ non ſit mutuatio, igitur erit alius contractus, & non eſt indicandus alius, niſi ille, ad cuius naturam accedit circunſtantia adiecta. Modò circunſtantia adiecta eſt circunſtantia donationis, ſi nihil vltra eam adiiciatur. igitur.

Tertia concluſio eſt. Ex quo A. in mutuatione prædicta vltra circunſtãtiam irreuocabiliter adiecit etiam tertium & quartam circunſtantias. ſ. ꝙ A. habeat caſtrũ B. in pignus, & percipiat fructus eius, etiam non compurando eos in ſortem, talis contractus eſt cenſendus contractus emptionis, vel ſaltem contractus innominatus, do ut des. Probatur: quia talis contractus non eſt mutuatio propter primam circũſtantiam adiectam, vt probatur in prima concluſione, igitur eſt alius, & non niſi ille, ad cuius naturam accedit. Modò propter circunſtantias adiectas accedit ad naturam emptionis ex parte A. & venditionis ex parte B. vel ſaltem ad naturam contractus innominati, do ut des. Probatur. Nã ipſa duo milia florẽ. ſunt res nata habere rationem precij, & ius percipiendi fructus caſtri, eſt res nata habere rationem mercis, & interuenit conſenſus A. & B. vt ſcilicet 2. milia florẽ. fiat irreuocabiliter ipſius B. & econtra, ius percipiendi fructus caſtri ſit ipſius A. igitur. Et quamuis poſſet hic argui contra primam concluſionem, & etiam contra hanc tertiam, quòd irreuocabilitas adiecta mutuationi non tollat rationem mutuationis, & hoc ſic: quia mutuans ad mentem florentinum ſponte ponendo ibi denarios, mutuat irreuocabiliter, & tamen eius datio eſt mutuatio: quia eſt uſuraria datio, vt dicunt doctor. ergo eſt mutuatio: quia propria ſedes uſuræ eſt contractus mutui &c. De hoc argumento & de quibuſdam videbitur in ſequenti queſtione. Et ſi dicas, quod illorum eſt, ſcilicet an ſit emptio, vel an ſit contractus innominatus? Dicendum, quòd quamuis alicui videri poſſet, quòd potius eſſet dicendus contractus innominatus; do ut des, eo quòd pacta alludunt ei, & & etiam attento, ꝙ ubi probabiliter dubitatur, an conuentio aliqua incidat in ſpeciem contractus nominati, vel innominati, in dubio ſemper iudicare debemus contractum innominatum ſecundùm dominos iuriſtas, vt in l. 1. ff. de teſtibus. & l. gratuitam. ff. de præſcrip. verbis, in princ. Attamen videtur, quòd potius ſit dicendus contractus emptionis: quia habet omnia ſubſtantialia emptionis non minus, quàm ſi A. diſſiſſet: emo a te pro duobus milibus flore. ius percipiendi annuatim 100. Sic ergo non dubitatur quin ſi diſſiſſet: emo, eſſet emptio, ſic non videtur dubitandum, quin ſit emptio, quãdo illa eadem fiunt, & ſolummodo ſit mutatio in ſtatu vocis, qui nihil habet mutare in re, cum contingenter ſignificet potius unum, quàm alterum, & per hoc ceſſant motiua primæ partis: quia dicendum, quòd pacta magis alludunt emptioni, & quòd non probabiliter dubitatur, an contractus ſit nominatus, vel innominatus. Videtur propterea poſſe dici, quòd miles emerit ipſum caſtrum totaliter: tamen cum pacto retrouendendi, ita ꝙ finaliter ex contractibus inchoatis deuentum eſſet ad emptionem caſtri. Vnde & ſi primò cepiſſet contrahere mutuo, tamen procedendo ad redemptibiliratem pecuniæ deuentum eſt ad emptionẽ iuris fructuum caſtri: immo totius caſtri. Quod & ſi dicatur pignorati ſibi: tamen poteſt dici, quòd licet verbis illis utantur, non eſt aliud actum, quàm quòd ipſum eſt ſibi ut merx traditum: attamen cum onere aliquo & iure reſeruato in eo. ſ. ut princeps etiã eo poſſet uti, & ſic de aliis. Nam ſicut venditor poteſt ſibi vel le reſeruare in merce, vt repetat eam: ita non obſtat venditioni, ꝙ reſeruet ſibi aliquod aliud ius, aut ci imponat aliquod onus ſeruari æquitate inter ſe & emptorẽ, & quomodo contingat contractũ aliquem inchoari in una ſpecie, & conſumari in alia, patebit in ſequenti q.

Quarta concluſio. Ex quo A. in prædicta mutuatione vltra prædictas quatuor circunſtantias addit ſeptimam. ſ. ꝙ A. ſit obligatus reſtituere B. caſtrum, quando B. reſtituet A. ſortem mutuatam. ſ. 2. millia floren. tunc debet cenſeri ex parte A. contractus emptionis cum pacto retrouendendi, & ex parte B. contractus vẽditionis cum pacto redimendi. Probatur: quia ex tertia concluſione præcedenti habetur, ꝙ ibi eſt contractus emptionis & uenditionis, ſi non adiicitur ſeptima conditio: ergo ſi ſeptima adiicitur, erit emptio cum pacto retrouendendi, & uenditio cum pacto redimendi, tenet conſequentia: quia ſeptima conditio nihil aliud eſt, quàm obligatio mutua ad hoc, vt A. recuendat B. redimenti.

Quinta concluſio eſt. receptio, qua A. recipit caſtrum a B. & aſſignatio, qua B. aſſignat ſibi caſtrum, non eſt neceſſariò dicenda pignoratio, quando fit cum quinta & ſexta circunſtantiis ſeu conditionib. tactis in prima ſuppoſitione. Probatur: quia talis aſſignatio & receptio non ſit cum aliqua circunſtantia propria pignorationi, & conuertibili cum ea. igitur non eſt neceſſe eam dicere eſſe pignorationem, tenet conſequentia: quia ex quo ex ſolo nomine nonpoteſt argui contractus talis: maximè nideretur debere argui talis ex circunſtantiis propriis & connaturalibus alicui contractui. Antecedens probatur dupliciter. Primò: quia nulla talis apparet. Secundò: quia prædicta aſſignatio & receptio potius habet circunſtantias, quæ & ſi non repugnent ſimpliciter pignorationi, ſeu non ſint contra eius ſubſtantiam, ſic quòd eam faciant tranſire in aliam ſpeciem, tamen ſunt ei omnino præter eius naturam, ita quòd non conueniunt ei ex ſua natura. Nam quantum eſt ex natura pignorationis, ad ipſum creditorem non ſpectat periculum pignoris emergens a fortuna, vel etiam ex culpa leniſſima creditoris. Hic autem ad ipſum A. ſpectat omne periculum caſtri undecunque emergat. Item quantum eſt ex natura, vel ſubſtantia pignorationis, fructus pignoris cedunt debitori, & non creditori, niſi pro quanto creditor eos uult comparari in ſortem. Hic autem oppoſitum ſeruatur. Et dixi notanter, illę circunſtantiæ non repugnant omnimodo ipſi impignorationi, ſic quòd tranſferant contractum in aliam ſpeciem: quia aliud eſt aliquam circunſtantiam omnino repugnare contractui, ſeu ſubſtãtię eius. ſic quòd ipſum tranſferat in aliam ſpeciem: ſicut ſic in exemplis ſecundę ſuppoſitionis. & aliud eſt, circunſtantiam alicui contractui non conuenire ex ſui natura, ſicut eſt hic. ſicut in philoſophia dicimus, ꝙ indiuiſibilitas

litas omnino & eſſentialiter, vel ſubſtantialiter repugnat quantitati, & albedo ei non conuenit ex natura: non tamen ſibi repugnat, ſed eſt ſibi præter naturam. Nam & ſi ex ipſa ſubſtantia, ſeu natura contractus pignorationis non conueniunt ei prædictæ circunſtantiæ: tamen ſi de facto aſſumantur illæ circunſtantiæ p contrahentes ex pacto, non ob hoc perditur ſubſtantia pignorationis. Nam aliquando contingit, ꝙ creditor recipit periculum pignoris in ſe, & nihilominus manet pignoratio, & aliquãdo quis recipit fructus pignoris etiam non computandos in ſortem, ſicut ſit in vſurario percipiente fructus pignoris, vt in præcedenti quæſtione tactum eſt, & tamen nihilominus manet pignoratio. De differentia autem pactorum, quæ ſunt contra ſubſtantiam contractus, & quæ ſunt contra milia, patebit latius in quarto & quinto tractatibus, & de confuſione iſtorum terminorum. Et dictum eſt notanter in hac concluſione, quòd prædicta receptio & aſſignatio caſtri non eſt neceſſariò dicenda pignoratio, & non eſt dictum, quòd non ſit pignoratio, vel ꝙ non poſſit ſuſtineri, ꝙ ſit pignoratio. Nam (vt in ſequenti concluſione dicetur) etiam poteſt ſuſtineri certo reſpecta, quòd ſit pignoratio, nec illa contra dicunt, ſicut non contradicunt iſta duo, ſcilicet ſuperficies non eſt neceſſariò alba, & ſuperficies poteſt eſſe alba, vel eſt alba.

Sexta concluſio eſt, prædicta aſſignatio & receptio caſtri poteſt ſuſtineri, & dici eſſe vera pignoratio, probatur aſſumendo antecedẽs trimembre ſic. ſ. quia omnia requiſita ad pignorationẽ poſſunt dici ibi uerè concurrere, & nihil ibi inuenitur omnimodo repugnans contractui pignorationis, & cum hoc ſunt aliqua in dicia apparentia, pro hoc ꝙ ibi ſit pignoratio. igitur concluſio vera, conſequentia nota, antecedens probat pro prima parte. Nam caſtrum & dominium eius dirẽctum, & dominium utile acq; uſufructus, uel ius percipiendi fructus eius poſſunt ſeparatim cõſiderari, & ſic ſeparatim conſiderata etiã ſeparatim concedi, vel tranſferri, ſic. ſ. ꝙ unum aliquo contractu transferatur alio, uel omnino non transfato, uel ſaltem non translato eodem contractu, ſed alio. Modò ius percipiendi redditus caſtri poteſt habere rationẽ mercis, & 2. millia florẽ. rationem precij, & ſic accedente conſenſu erit ibi emptio iuris percipiendi fructus caſtri ſine emptione ipſius caſtri, quo facto cum ſuperſit ibi caſtrum diſtinctum ab omnibus prædictis, ſuper quo habet dñs, ſeu princeps dominium directum, ꝙ illud non vendiderat ipſi A. ſed ſibi retinuerat, & non tãtum illud, ſed etiam partim retinuit partiale dñium vtile, ꝑ quanto reſeruauit ius utendi caſtro pro ſuis neceſſitatib. ut in ſexta circunſtantia tactum eſt, ſequitur, quòd caſtrum, cuius ad hoc hẽt dominium directum, & etiam partim vtile, poterit hẽre rationẽ pignoris. Maior probatur dupliciter. Primò ſic: quia nemo dubitare poteſt rationabiliter, quin princeps poſſit uendere ius percipiendi redditus ſui caſtri retento apud ſe dominio directo caſtri. Nam dominium directum poteſt ſeruare alienato dominio utili & uſufructu, ut in infeudatione patet, ſic fieri poteſt ut per uenditionem. Secundò probatur eadem maior. Nam in l. ſi quis argentum. §. ſi uerò. C. de donationibus. habetur, ꝙ ſi quis redditus ex poſſeſſionibus donauit, neceſſe habet fundos tradere tãtum redditum

nalentes. Et dicit gloſ. ſecundùm unum intellectum, ꝙ fundus datur in pignore, & poſtmodum dicit donatarium habere ius in fundo inſtar uſufructuarij. Vnde hic etiam uidemus actum ſic, ꝙ miles licet uelit tantum modo emere dominium utile illius caſtri, uel ius percipiendi fructus eius inſtar uſufructuarij: tamẽ ex quo ſion eſt ita certus de redditib. ſi princeps caſtrum poſſideret, eo ꝙ multa impedimenta interuenire poſſent, ideo non uult emere illud ius, niſi etiam caſtrum ſibi in pignus tradatur pro ſecuritate contractus, ſicut & pignora in hunc finem traduntur. Antecedens verò pro ſecunda parte probatur. ſ. ꝙ nihil inueniatur ibi repugnans pignorationi: quia ſi ſic, maximè circunſtantię prędictæ. ſ. ꝙ omne periculum caſtri pertineat ad A. ſed hoc non arguitur: quia periculum pignoris ſpectat ad creditorem, quamuis nõ inſit pignorationi ex natura ſua: tamen etiam ei non repugnat omnimodo, ſic quòd faciat ipſum tranſire in aliam ſpeciem cõtractus, ut probatum eſt. Nec ex ſecunda circunſtantia, ſcilicet ꝙ A. percipit fructus pignoris non computando eos in ſortem, & hoc pater dupliciter. Primò: quia non percipit illos ut fructus pignoris, ſed ut fructus mercis emptę. ſ. iuris percipiendi, quod ius ſunt merx & res diſtincta a caſtro. Sicut in ſimili ſi habẽs dominium directũ rei emphyteuticæ pignoret eam emphyteutæ quo ad dominium directum, quod habet. Nam tunc emphiteuta non percipit fructus pignoris ut pignoris, ſed fructus rei ſuæ, ut ſua eſt, ſcilicet ut habet eius dominii utile ante omnem pignorationem. Secundò: quia dato, ꝙ eos caperet, ut ſunt fructus pignoris: tamen tãlis conditio non repugnat omnimodo contractui pignorationis, ſic omnimode. ſ. ſubſtantialiter. ſ. ꝙ tollat ſpẽm talis contractus faciendo eum tranſire in aliam ſpẽm, ſicut nec receptio incrementi uſurarij tollit ſubſtantiam mutui, licet ſit ꝫ naturalia mutui: quia debet eſſe gratuitum, non eſt tñ ꝫ ſubſtantiam mutui. Tertia pars añtis probatur: quia aliqua fiunt in prædicta aſſignatione & eius receptione, quę aliqualiter indicant pignorationem. Vnum eſt, ꝙ tenor inſtrumenti ſonat de pignoratione. Secundum, ꝙ princeps expreſsè in contractu ſibi reſeruat ius, ꝙ illud caſtrum debeat ſibi eſſe apertum pro ſuis neceſſitatibus, & ita non renunciauit dominio directo, immo nec totaliter utili, ſicut etiam pignorans manet dñs ſui pignoris directè, & etiam utiliter. Tertium, ꝙ miles non debeat exercere caſtrum ꝫ principem. Quartum, ꝙ debet caſtrum in debita ſtructura tenere. Modò illa indicant, ꝙ princeps reſeruauerit ſibi dominium nõ ſolum directum, ſed etiam aliquid de dominio vtili, gratia quorum dominiorum pignorare potuit caſtrum militi, & nihilominus eidem vendidiſſe reliquum dominium utile eiuſdem.

Septima concluſio & reſponſiue ad concluſionem eſt, ꝙ caſus quæſtionis ueſtitus illis circunſtantiis, quæ in titulo ſunt poſite, & latius declarate in prima ſuppoſitione, videtur eſſe licitus. Probatur quadruplicíter. Et primę tres probationes ſunt excuſationes argumentorum, propter quæ uideretur ille ꝫctus eſſe illicitus. Primò ergo ꝓbatur cõcluſio ſic: quia ſi nõ, maximè quia talis mutuatio eſſet uſuraria, eo ꝙ mutuando vellet, cũ ſibi reſtitueretur ſors, fructus caſtri pereeptos non computare in ſortẽ, & ſic recipere ultra ſortẽ, quod eſt mutuare ad uſuram. Sed hoc non arguit: quia ibi non

est mutuatio.igitur non est vsuraria mutuatio, nec vsura.tenet consequentia: quia vsura præsupponit mutuationē.Antecedens probatur: quia illi mutationi adiicitur conditio irrenocabilitatis. Item in illa mutuatione obligatur mutuatarius ad restituendum non idem in genere, quod philosophi vocant idem in specie, sed ad assignandum aliud in genere. Cui⁹ percipiendi redditus, vel fructus castri. Hę autem conditiones faciunt illum ℑctum transire in aliam speciem, ut ostensum est in prima, secunda, & tertia conclusionibus. Secundò sic: quia si non maximè quia A. percipit fructus pignoris non computando eos in sortem, quod est regulariter illicitum, sed hoc nō arguit, quod patet dupliciter. Primò: quia dici potest, ꝙ ibi castrum non habet rationē pignoris, ut ostensum est in quinta conclusione. & per ꝑns si percipiat fructus eius: no tū dicetur recipere fructus pignoris. Secundò: quia dato ꝙ esset pignus, sicut dici potest in sextam conclusionē, tñ fructus non percipit, ut sunt fructus castri habentis rationem pignoris, sed ut sunt fructus mercis emptæ. Modò licitū est percipere fructus mercis emptæ, non computando eos in sortem. igitur. Tertiò sicut: quia si esset illicitus, maximè quia dato ꝙ nec ibi mutuatio esset, nec pignoratio, sed præcisè emptio & uenditio cum pacto redimēdi, tamen videretur non esse debita proportio precij ad mercem. puta: quia vel merx nimis magna & precium diminutum. vel econtra, sed hoc non. quod dupliciter patet. Primò: quia communiter in emptionibus reddituum perpetuorum, si cum pacto redimendi emitur ius percipiendi. 1. flor. pro. 20. flor. & apud communiter contrahentes æstimatur debita proportio. Modò sic etiam est in prædicto contractu, quia duo milia correspondent iuri percipiendi. 100. sicut 20. correspondēt iuri percipiendi vnum. Secundò: quia in tali emptione non est melior cōditio, nec deterior in A, quàm in B.& econtra, sed est vtriusque conditio æqua, conditione ipsa tendente ad gratiam & utilitatem utriusque, ita ꝙ nec miles conqueratur de principe tanquam nimis parum sibi dante, nec econtra princeps de milite, alioquin neuter cum alio iniret contractum prædictum, eo ꝙ stat, quòd neuter sit necessitate præssus notabili, propter quam cogatur talem contractum subire. Hec autem paritas conditionis non esset, si non esset debita proportio inter mercem & precium. Nec illum contractum subirent, si esset alteri parti onerosus iniustè, nisi illa pars esset necessitate indigentiæ præssa. Et si dicatur, miles pro suis. 2. milibus non solum nult habere ius percipiendi valorem. 100. flor. sed etiam ultra: quia vult habere inhabitationem castri. Dicendū ꝙ inhabitatio licet sit res æstimabilis precio, tamen re compensatur principi per militem in hoc, ꝙ miles tenet ipsum in structura, & per hoc quòd se obligat non exercere castrum contra principem, ideo nihil superacipit, quod non recompensetur. supponitur enim illa inter se equiualere ad recompensationem, ut non sit melior conditio unius, quàm alterius. Si dicas 2. milia valent reditum. 100. flor. dandorum sine laboribus & curis emptoris. hic autem miles suis curis & laboribus suorum habet fructus colligere. igitur plus quàm modicum datur militi. Dicendum quòd hoc non angeret militem peccare, sed principem, hic autem de milite loquimur. Preterea stat, quòd ultra expensas & labores colligendi importet castrum valorem. 100. flor. Si autem adhuc deficeret notabiliter, & sic non esset iustum precium. hodie, tamen si miles sciens & volens recipit eum redditum, non fit sibi iniuria nisi mixta voluntate, & quasi coactionis faceret, de istis autem latius patebit in 3. & 4. tract. sufficit enim pro nunc, ꝙ sit contractus sic licitus, quòd non sit vsuracius, an autem sit non. equa. emptio, patebit ex dicendis alibi. Quartò probatur per quandam si. quia contractus ad firmam est licitus. Modò casus quæstionis motæ est ille idem. igitur est licitus. Maior nota, minor probatur dupliciter. Primò: quia quicquid faceret miles si prædictum castrum haberet a principe per concessionem ad firmam, hoc et facit habendo ipsum per prædictum ℑctum. igitur signum est, ꝙ prædictus ℑctus est ℑctus ad firmam, tenet ꝑns: quia illē effectus hūt reduci ad eadem causam. Aūs probatur: quia si miles haberet prædictum castrum a principe per concessionem ad firmā perciperet fructus eius, faciendo eos suos, & non teneretur eos computare in sortem, atque virtute illius cōcessionis præsentaret ad beneficium: cuius ius proponatur fuisset annexum eidem castro: nisi in concessione ad firmam illud ius fuisset expressè reseruatū per concedentem: ut patet in. c. ex literis. extra, de iure patro. Mō illa eadē facit miles prædictus, si habeat castrū per prædictū cōtractum. Nam ꝑtuare solū ad beneficia castri, quod non posset si inter se & principem esset tantummō peractus ℑctus mutui & pignoris, ut ibidē vult glo. eo quòd tunc nullum dūium ēt utile illius castri fuisset translatum in militem, & per ꝑns nec ius ꝑsonatus in eum transisset, qđ aliàs cū uniuersitate rerum transiret. Secundò probatur eadem minor ex uocabulo theutonico, quo talis ℑctus vocatur satz vvig. vel satz. Modò ℑctus ad firmam etiam tali vocabulo theutonico vocitat. Hæc tamen quarta probatio huius conclusionis videtur inualida propter duo. Primò minor enim videtur falsa ex eo: quia si esset ℑctus ad firmam. ergo esset contractus locationis & conductionis sed consequens est falsum. igitur minor falsa. sequela probatur: quia contractus, qui dicitur concessio ad firmā est locatio & conductio saltē longi temporis. Vnde Panor. in c. vestra, extra, de loca. & conduc. air. Nota, ꝙ res conceditur ad firmā, cum ponditur ad annuū censū seu locatur, & est vulgare Anglicorū. hęc ille. Et idē in c. ex literis. de iure patro. tractando glo. primā. dicit, ꝙ glo. uiderur velle, ꝙ in casu capituli ex literis. in quo fit mentio de cōtractu ad firmā, fuit inhitus peractus, per quem trāsiuit vtile dominiū illius: ut puta quia locatio fuit facta ad magnum tempus iuxta notata per Innoc. in c. propter. supra, de locationibus. & sic cum conductio habeatur hic. si casu capituli ex literis. loco dominij respectu utilis dominii, transit etiam ius ꝑsonatus, hęc ille. & ita in utroque loco patet secundum Panor. quòd concessio ad firmā est contractus locationis. Falsitas autē assequētis patet: quia in tertia cōclusione habitū est, ꝙ est ℑctus emptionis & venditionis vel innominatus, do ut des, inter militem & principem. igitur non est ℑctus locationis vel conductionis cum illi peractus sint distincti. Nisi dicereтur, ꝙ aliquid locare alicui ad longum tempus, coincidit cum contractu illius uēditionis, qua tm transfertur utile dominiū rei, eo ꝙ in utroque ℑctu nihil transfertur nisi dominiū utile: tamen

tamen dato ꝙ in hoc conuenirent illi contractus. s. ꝙ sicut in uenditione, qua vtile dominium tm transfertur, nihil transfertur nisi utile dominium. sic in locatione longi temporis etiam utile dūium tm transferetur, tñ adhuc non censentur idē ℑctus in iure propter alias diuersitates inter eos: quia in emptione precij simul soluitur, uel debet solui a principio, i locatione autem fit annuatim solutio & per partes. Secūdò vt inualidat quia probationes minoris sunt inualidæ. Ad primam enim dicendum, ꝙ sæpe a distinctis causis idem effectus emanat, ut a luce & caliditate procedit caliditas sic per distinctas concessiones distinctorum contractuum fiat, ꝙ contrahentes idem agere valeat, quod patet etiam in casu eiusdem capi. ex literis. Nam si miles vsilam, de qua idem capitulum loquitur, habuisset a monasterio per aliquem contractum, quo tantū utile dominium fuisset translatum in eum, potuisset præsentasse ad beneficia & alia fecisse, de quibus procedit argumentum. & illa eadem potuisset fecisse per contractum alium, puta per omnimodam uenditionem, quatam directum, quàm utile dominium fuissent translata in ipsum. & similiter si per donationem habuisset eam, & tamen tales contractus fuissent distincti. Præterea, ꝙ miles in casu quæstionis præsentat ad beneficium castri, diceret aduersarius, id nō sibi de rigore cōpetere, sicut nec competit sibi recipere fructus castri nō computandos in sortem, sed utrobique peccatum committeret, ibi vsuram, & alibi simoniam, quando ex pacto uel intentione dedisset pecuniam, ut illam præsentationem haberet. Ad secundam probationem dicendum, ꝙ uulgare nō arguit, ut ex secunda suppositione patet. Nam in theutonico multi contractus eodem nomine generali nominantur. Vnde & contractū huius conclusionis uocant mutuationem & pignorationem, & tamen talis non est. Ex dictis & etiam dicendis in hac & sequenti quæstione patet, ꝙ sententia docto. Ioan. de Franchfordia in tract. suo de contractibus, conclusione 7. aliquid habet ueritatis, & est pro nobis, aliquid autem falsitatis. Et idem in conclusione. 9. De 7. conclusione patet: quia ait sic. Dubitatur, ciuitas Heidelbergen. obligatur mihi mille flor. & petit a me, ꝙ permittam solutionem stare, & omni anno quā diu non soluerit mihi integrè mille flore. ult dare mihi 100. flor. tanquam census de mille flore. quos tenetur soluere, & nos facimus pactum simul, & placet mihi, quòd ita fiat. Queritur, an sit contractus licitus? Respondet, quòd non, nisi sit iusta emptio & iustum precium, & non intercuniat fraus, nec auaritia stimulans, & intentio sit recta: quia tunc est licitum, quia date tantum pro tanto, & utrobique sit translatio veri dominij. Si autem non sit contractus iustę emptionis & uenditionis quis solum habeat nomen, sed in uetitate peccatio, & solū pro expectatione dātur 100. flor. & quille mutuans expectat & tacet a repetitione, uel saltē renunciat iuri suo repetendi pro 100. flor. annuis, & tā diu donec persoluantur mille flor. dico, ꝙ simpliciter est usura, quicquid inde leuatur, etiā si de mille flore. non daretur nisi unus flor. in anno, immo nisi unicus obolus. hęc ille. In quibus verbis prędictus magister ponit tria dicta. Primum, ꝙ sit licitus contractus, si sit iusta emptio &c. & sic innuit, ꝙ potest esse ibi contractus emptionis, & tamen ex forma casus in dubio vē, ꝙ ille, cui mille flor. debent: ēt vsur nō nisi uerbo equiualēte verbo mutuo: quia in hoc, quòd dicit, pmitta solōē stare, idē dicit, ac si diceret, expectabo de illis mihi debitis. expectare autem de pecunia debita est eam mutuare debitori. igitur. In hoc autē, quod dicit, si sic iusta. innuit, quòd requiritur, quòd intercuniat iustum preciū. & cum dicit, si sic iusta. patet, ꝙ nō dicit esse iustū: quia preciū est minimi parui. quia si emptio est emptio redditus redimibilis, modo pro redditu redimibili temporibus suis fuit, & nostris temporibus iustū precium est, ut de mille denarijs. 50. Secūdū eius dictū est, ꝙ cuia si esset emptio, & tamē nō esset pro nimis paruo precio, ꝙ esset illicitus peractus. Et in hac secūda conclusione uerū dicit. An autē sit solum iniqua emptio, & non etiam sit usuratius saltem præsumptus, patebit q. 84. 2. conclusione. 2. tamen deficit in hoc, quod precium suo tēpore notorię iniustum reuocari in dubium, si sit iniustum. Tertium autem eius dictum tangitur ibi, quòd si ibi non sit emptio, sed tantum concessio &c. In hac conclusione deficit: quia implicat contradictoria. Nā ponit, quòd possibile sit, quòd prædictus creditor dici possit illa mille mutuare ciuitati, etiam si non solum non repetat, sed etiam renunciet iuri repetendi. hoc autē est falsum, ut patuit. & confirmatur ex primo eius dicto. Nam concedit, quòd in contractu prædicto poteſt esse vera emptio. quæro quando sit dicenda ibi uera emptio? nō equidē nisi quando ea dat irreuocabiliter: quia quando reuocabiliter ea dat, est uerū mutuū igitur potius casus tertiæ conclusionis esset exemplum primi dicti. Ita ꝙ tunc esset uera emptio, licet esset pro nimis paruo precio, & sic iniqua. Sed uerum esset tertium dictum, quando creditor haberet facultatem repetendi pecuniam sine computatione fructum in sortem. In nostra autem conclusione dicit, ꝙ si princeps dedit militi Heidelbergā in pignus, eo ꝙ miles dederit ei mille flo. & miles seuat omnes prouentus, qui aliàs cederent principi de Heidelberga, donec soluantur militi mille, tunc licitus est contractus, dummodo prouentus æquiualeant expensis, laboribus, & periculis, quæ & quos subire habet in defendendo ciuitatem, & miles illos recipiat non pro mille censibus, sed pro prędictis laboribus & expensis refundendis, dummodo ad illos labores non aliàs tenebatur. Hæc ille. Et sic a contrario sensu damnat militem, si plus recipiat, quàm ascendant expensæ, labores, & pericula. Item etiam si non in relatione ad illas expensas recipiat. Item tertiò, si aliàs tenebatur miles ad illos labores. Modò licet illa essent vera, quando reuocabiliter dedisset miles principi; quia tunc esset mutuatio, non autem quando irreuocabiliter: quia tunc est emptio redditus redimibilis super prouentibus Heidelberga, & tunc non oportet recurrere ad uidendum, si annui prouētus æquiualeant expēsis &c. sed an equiualeant precio dato. puta si annui sunt plus quàm. 50. ꝙ tunc est illicitus, nisi illud vltra, quod accipit, accipiat propter expensas & labores prædictos, eo quòd ad illos non teneatur ratione prouentuum, quos recipit, sicut necalius emptor redditum tenetur ad culturam prædij, in quo sunt constituti, si dat iustum precium, ut patebit q. 83.

Octaua conclusio. Dato quòd in prædicto contractu esset vera mutuatio in datione. 2. milium flo.

& uera

& vera pignoratio in castri assignatione & perceptione fructuum pignoris. ad hoc posset saluari miles in perceptione aliquorum fructuum castri, etiam non computando in sortem, quamuis non omnium. Probatur: quia ex forma contractus tenetur miles castrum rene in debita structura. Modò creditor potest fructus pignoris percipiendo non computare in sortem ad tantam quantitatem, quantę fuerũt expensę necessariæ, & etiam utiles, quas fecit in re sibi pignorata, dummodo non sint immoderatę. Secundo probatur conclusio: quia stater, militem pati interesse damni emergentis, vel lucri cessantis ex ipsa mutuatione, de quo princeps teneretur sibi satisfacere, pro qua satisfactione posset tantos fructus percepros nolle computare in sortem; quantum fuisset interesse perpessum. Sed tamen per hanc cõclusionem non saluaretur miles vniuersaliter, si omnes fructus castri percipere vellet non computando eos in sortem: quia tæpe tales fructus excedunt omnes expensas ac interesse & pœnam.

Nona conclusio. Si in contractu quæstionis esset vera mutuatio & pignoratio, non posset miles quò ad id, quod reciperet vltra expensas & interesse modo facto in præcedenti conclusione sufficienter excusari. Sicut tamen quidam nititur eum excusare per hoc præcisè, quòd ille tractatus communiter obseruatur inter principes tam ecclesiasticos quàm seculares, aliosque potẽtes, & palam frequentatur, qui huiusmodi cõtractum credunt licitum, & eum bona fide quotidie tanquam licitum celebrant, passimque absoluuntur a confessoribus, & (quod plus est) ratiõ eisdem desuper conscientia formatur. Probatur: quia nec communis obseruantia se sola accepta sufficit excusare eum: quia tunc communis obseruantia excusaret intrantes lupanaria, nec bona fides seu conscientia se sola, vel etiam cum communi obseruantia accepta: quia tunc sequentes doctrinam hæreticorum erroneam in fide vel moribus, qua dicunt aliqua credenda, vel aliqua licere, quæ tamen non licent, excusarẽtur, eo quòd in talibus sequacibus hæreticorum inueniuntur ambo, scilicet obseruantia communis & fides, qua credunt illa eis sic licere. Et dato q̃ prædicti contrahentes propter obseruantiam & bonam fidem excusarentur a pœna fori exterioris, eo q̃ non reputarentur vsurarij, nec vt tales punirentur, eo quòd in dolo non fuissent taliter contrahendo, tamen per hoc non essent immunes a culpa. & per cõsequens nec a pœna in foro Dei. & quamuis illa eorum ignorantia attenuaret culpam, & pœnam in illo foro, non tamen in toto tolleret. Vnde & tempore quo leges concedentes expressas vsuras obseruabãtur, communiter, multi exercebant vsuras credentes sibi licere, nec tamẽ hi excusabantur a peccato. Dico autem notanter in cõclusione præcisè per hoc &c. quia positis certis conditionibus vltra hic tactas, posset quis excusari a culpa & pœna in foro Dei contrahendo contractu etiam in se damnato lege diuina, sed hæ conditiones patebunt in quæstione vltima huius operis. Contra hanc conclusionem arguitur, quòd prædicta communis obseruantia sufficienter excusaret: quia communis obseruantia est quedam consuetudo, consuetudo autem valet excusare. Dicendum, consuetudo non valet excusare aliquẽ a delicto, si est delictum lege diuina damnatum. Modò contractus prædictus, si esset ibi vera mutuatio & pignoratio, esset damnatus lege diuina; quia vsurarius; qui damnatur Lu. 6. igitur non valeret consuetudo eũ excusare, quamuis consuetudo contra legem merè positiuam inducta & sufficienter præscripta excuset illos, qui post eam inductam agunt cõtra talem legem: quia talis lex non est amplius lex, sed abrogata & interpretatiuè reuocata per legislatorem pro quanto tolerauit consuetudinem. Et si probatur, quòd etiam quando est communis obseruantia, vel consuetudo contra legem diuinam excusetur quis: quia (ut arguit quidam (consuetudo contra matrimonium legitimè contractum excusat, ut est textus in c. fi. de sponsa duorum. ubi erat consuetudo, q̃ licet quis contraxisset matrimonium per verba de præsenti cum una, & post similiter contraxit cum alia, carnali copula subsecuta, tenebatur ex cõsuetudine manere cum secunda, & dicit ibi glo. & doctores, q̃ ista consuetudo licet de iure non valeat, tamẽ ex quo erat tolerata, excusabat matrimonia præcedentia hanc reprobationem, & etiam prolem suscepta. Ex quo infertur, quòd probabilis error iuris causatus ex tolerantia consuetudinis contra ius, & quæ non valet, habet excusare. Ad hoc glo. in c. venerabilis. de consuetudine. & quod notat Panor. in c. cum dilectus. de tit. ubi notat, quòd lege existente dubia, debemus recurrere ad consuetudinem loci. & si de ea appareat, non est ab ea recedendum ab illo intellectu. quem consuetudo tribuit, etiam si ex post facto appareat, quòd ille intellectus non sit bonus, nam debet illud satis valere ratione consuetudinis. Dicendum, q̃ hoc argumẽtum deficit in quinque. Primò: quia quamuis consuetudo saltem sufficienter inducta, & præscripta contra aliquã legem merè positiuam dimittendo aliquid circa matrimonium, viuentes tali consuetudine excusare posset, non obstante q̃ ageretur contra talem legem, eo q̃ amplius non esset lex abrogata & interpretatiuè reuocata per tolerantiam legislatoris, tamen consuetudo contra legem diuinam inducta nunquam valet excusare siue circa matrimonium, siue circa alia negotia, nisi esset ibi ignorantia inuincibilis. modo nos loquimur hic in casu, ubi actus, qui consuetudine inualuisset, esset lege diuina damnatus. Secundò deficit: quia falsum assumit, scilicet q̃ prædicta consuetudo excusauerit contrahentem cum secunda quam cognouerat, primam dimittendo, eum qua prius contraxerat pro verba de præsenti. immo non obstante cõsuetudine illius diocesis, peccabat cum secunda stando, & deserendo primam: quia in re in foro Dei erat nullum matrimonium inter se & secundam, sed tantum cum prima. Nã de lege diuina est, q̃ non ligatus contrahens cum non ligata per verba de præsenti, & cum consensu utriusque efficitur maritus illius, & inhabilis ad contrahendum cum secunda, ita q̃ nihil facit cum secunda contrahendo, saltem pro tempore legis euangelicæ. Nec illius diuinæ legis ignorantia, cum sit uincibilis excusat. Tertiò deficit: quia dicit, q̃ hoc assumptum habetur in c. fi. de sponsa duorum. Nam hoc ibi non habetur. Papa enim tantummodo recitat illam consuetudinem sed non dicit, q̃ excusauerit contrahentes, sed tantum modo recitata ea disponit, quomodo decætero debeat episcopus se hꝫe in matrimonijs cõtrahendis. Sed per hoc q̃ dicit decætero, non sequitur, q̃ ergo uoluerit, q̃ hucusque contrahentes fuerint excusati a culpa coram Deo,

Deo, quamuis potuerint esse excusati a pœna fori exterioris, & etiam proles potuerit fuisse legitimata per Papam. Vnde in re proles non fuit legitima, sed quò ad effectũ legitimitatis potuit ratione illius erroris prouenientis ex consuetudine tali haberi ut legitima. Non enim potest Papa facere, q̃ præteritum non fit præteritum. & sic illum, qui verè fuit de concubitu uiri, cum non sit sua, & per consequens illegitimè natus facere q̃ non fuerit illegitimè natus. Effectus quidem legitimatis sibi conuenientes ex iure positiuo potest concedi illegitimo, & indispositiones conuenientes ex iure positiuo illegitimitati possunt tolli ab illegitimo per Papam. Quartò deficit: quia dicit, quòd glo. dicat, quòd illa consuetudo excusauerit contractum matrimonij. Nam glo. hoc non dicit, ut patet intuenti. & si diceret, non esset uerum, nisi quo ad pœnam fori exterioris. immo uidetur, quòd postquam constitisset Papę de aliquo tali matrimonio ex tali consuetudine contracto ante emanationem illius capituli, nihilominus debuisset laborasse ad eius solutionẽ, & inter personas dignitatium celebrasse, & si noluisset discessisse, debuisset eos punuisse, sicut Esdras separauit Israelitas a coniugib, quas contra legem mosaicam duxerant, ut patet. 1. Esdrę vl. nisi per uiam dispensationis potuisset deobligasse maritum a priore coniuge. & etiam cum sic cum effectu liberasset. sed an hoc potuisset Papa, nõ est parua disputatio, de qua alibi. Quintò: quia allegat, quòd probabilis error iuris causatus ex tolerantia excusat, uerũ est iuris merè positiui, non autem diuini, nisi ubi esset error inuincibilis, vel intelligitur de excusatione non a toto, sed a tanto. Argumenta autem, quæ fieri possent contra conclusionem primam, tertiam, & septimam patebunt in sequenti quæstione.

QVAESTIO. XXXIIII.

Vtrum ipsi A. utputa alicui militi mutuanti irreuocabiliter ipsi B. utputa alicui principi 2. milia flo. liceat obligare ipsum B. ad dandum sibi ex camera sua annuatim 100. flor. donec restituatur sibi integraliter sors mutuata, non computatis in sortem illis. 100. flor. quos annuatim percepit, data facultate ipsi B. & suis successoribus sese liberandi, & censum prædictum extinguendi, per restitutionem sortis mutuatæ. Solutio quæstionis stat in quatuor suppositionibus, tribus conclusionibus, & sex argumentorum solutionibus.

Prima suppositio. Casus huius quæstionis, & casus præcedẽtis conueniunt & differunt. Conueniunt quin tupliciter. Primò quia in utrusque quæstionis casu mutuatio fit irreuocabiliter. Secundò quia utrobique fit cum obligatione ipsius B. ad dandum A. ius percipiendi annuatim. c. Tertiò quia sors mutuata, & annui fructus sunt utrobique æquales. Quartò, quia utrobique B. habet facultatem se liberandi ab obligatione dandi A. annuos fructus. Quinto: quia utrobique fructus medio tempore percepti non computantur in sortem mutuatam, cum sors restituitur. Sed differunt tripliciter. Primò: quia in præcedenti fuit mutuanti assignatum pignus pro sorte mutuata hic non saltem ex forma casus. Secundò: quia in præcedenti fuit mutuanti assignatum ius percipiendi censum annuatim ex possessione aliqua, hic autem assignatur ex camera. Tertiò: quia in præcedenti fuit mutuans obligatus ad varia ex parte possessionis, scilicet castri sibi pignorati, hic autem ad nullum illorum est obligatus.

Secunda suppositio, & tertia sunt illæ eędem, quæ positæ sunt & declaratę in præcedenti quæstione. Vnde & ideo hæc quæstio in hoc loco est posita propter vicinitatem resolutionis eius ad præcedentem, alioquin sequens quę de pignore mutuatarij sonat, immediatè debuisset fuisse secuta.

Quarta suppositio. Causa, cur hæc quæstio mouetur, est: quia eius casus cum prædictis suis circunstantijs sæpe accidit in nostra prouincia inter nobiles ex una parte, & aliquem dominum, uel principem ex alia, ita q̃ utuntur illo termino mutuatio in prædicto casu nedum verbo, sed etiam scripto. puta in instrumẽtis desuper confectis. circunstantiæ autem huius contractus satis patent ex titulo & prima suppositione.

Prima conclusio. Casus cõclusionis restitus illis circunstantijs, quę in titulo & prima suppositione sunt positæ, uidetur licitus, probatur tripliciter. Primò: quia si nõ, maximè quia ibi esset mutuatio usuraria, pro quã to mutuans restituta sibi sorte uult habere aliquid ultra sortem, scilicet annuos florenos medio tempore perceptos, sed hoc nihil arguit: quia ibi non est mutuatio: quod dupliciter probatur. Primò: quia si sic, maximè quia ab ipsis contrahentibus sic uocitatur tam scripto, quàm verbo, sed hoc nihil arguit, ut patet ex secunda & tertia suppositionibus. Secundò: quia illa mutuatio fit cum duabus circunstantijs, repugnantibus omnino naturæ mutuationibus & substantiæ eiusdem. Prima: quia fit irreuocabiliter, ita quòd mutuatarius non est obligatus ad restituendum sortem mutuatam. Secunda: quia quamuis fiat cum obligatione mutuatarij ad dandum mutuatori annuatim 100. flo. tamen in hoc habetur, q̃ illud, q̃ mutuatarius dat mutuatori respectiuè ad 2. milia, est ius percipiendi annuatim. 100. modò hoc ius est res alterius generis, quàm sint duo milia flor. Modò mutuatio debet fieri cum obligatione mutuatarij ad restituendum sibi idem in genere, & tantundem in numero, pondere, & mensura, & sic etiam obligatur ad restituendum rem consistentem in numero, pondere, & mensura. igitur. Et si non est mutuatio propter circunstantias repugnantes ei, sequitur, q̃ erit alius contractus, & talis, cui tales circunstantiæ conueniunt concurrentibus substantialibus illius alterius. Modò circunstantiæ illę conueniunt emptioni & uenditioni, & adsunt hic substantialia illius contractus: quia ibi est recipere precium, scilicet duo milia, & mercem, scilicet ius percipiendi annuatim censum, & consensus utriusque. & ibi agitur per contrahentes, q̃ reddatur genus pro quantitate, scilicet ius percipiendi pro duobus milibus, & econtra. quantitas, scilicet duo milia pro genere, scilicet pro prædicto iure. & quando tale quid agitur inter contrahentes, tũc est indistinctè emptio & uenditio secundùm iurisperitos, ut Barto. in l. mutuum. in principio. Secundò sic: quia si esset illicitus, maximè quia cum mutuanti relinquitur sors, ipse nult habere aliquid ultra sortem, scilicet fructus medio tempore perceptos, sed hoc nihil arguit: quia quamuis illicitum sit ultra sortem verè mutuatam aliquid velle habere, non tamen ultra sortẽ;

quæ

quę non est verè mutuata, sed tradita ut precium. Modò prædicta duo milia non sunt fossmutuata, immo sunt precium traditum principi, & ius percipiendi annuatim 100. flor. est merx empta, cuius mercis fructus sunt. 100. annui floreni, quos percipit tãquam fructus fortis suæ per se emptæ, & illi etiam non consentur esse quid vltra sortem: quia sunt inclusi in sorte empta, sed bene sunt quid vltra precium datum quod sibi restituitur. & hoc non est inconueniens: quia emens vineam pro. 10. florenis, si propter longitudinem temporis percipiat fructus tanti valoris, quantum fuit precium, nihilominus poterit eandem vineam reuendere suo venditori pro. 10. Tertio sic. Si A. dixisset B. ego do tibi duo milia florenorum obligando te, ut des mihi ex camera tua annuatim. 100. flor. donec &c. ut in quæstione, contractus diceretur licitus, quia diceretur esse emptio redditus pro precio iusto cum pacto redimendi, quæ emptio est licita, ut patebit infra. q. 83. Et etiam patet ex. l. fi. C. de rerum permutatione. ubi habetur illum contractum esse licitum, per quem dominus, vel donans ex causa transferret rem aliquã, & conuenit, ut donatarius, vel recipiens eam præstet si bi quid annuum, vel menstruum. igitur etiam nunc est licitus, quando dixit mutuo &c. tenet consequentia: quia tunc essent ijdem contractus, quod probatur sic: quia contrahentes sunt ijdem número, & extrema illius contractus sunt eadem, scilicet datum, & illud pro quo datur, & pacta ac circunstantiæ sunt eædem. Modò ubi eadem extrema & circunstantiæ eædem, ibi idẽ actus. sicut ab eodem homine in uno oculo respectu eiusdem coloris elicitur eadam visio in specie & nõ distincte visiones specie, uel genere. Nec obstat diuersitas nominis, quo. vtereturA. in primo & secundo contractu propter duo. Primò: quia sicut propter nostrum affirmare, uel negare non mutatur aliquid in re, sic propter nostrum appellare non mutatur res in sui natura, & uerba debent seruire intentioni, & non e contra. Nam Plato ait: Sermo subiectus est rei nõ res sermoni. Vnde si nigredinem corui uocem nigredimen, & nigredinem ethiopis vocem albedinem, non erunt propter hoc distincte nigredines specie, & latinis hoc patuit in secunda suppositione, & tertia præcedentis quæstionis. Secundò: quia illud uerbum mutuo, non est omnino diuersum ab illo verbo do. Nam etiam omne mutuare est dare. & econtra: dare est mutuare. Et si dicis, quòd saltem non omne dare est mutuare. Dicendum, quòd sistendo præcisè in uirtute, vel derivatione, vel ethymologia illius nominis mutuare, etiam omne dare, quo scilicet transfere dominium rei in alium effet mutuare: quia mutuare dicit de meo facere tuum, quamuis appropriatè accipiendo mutuare ad dit ultra hoc aliquid aliud, scilicet ꝙ res talis sit usu consumptibilis, & ad talem usum concedatur, & quòd obligetur recipiens ad restituendum idem in genere. Et ex hoc patet responsio ad argumentum, quo quis diceret, interpretatio prædicti contractus, ut nõ sit mutuum, sed sit emptio, non potest fieri, nisi impropriando uocabulum mutui. igitur non est talis interpretatio talida. Nam dicendum dupliciter. Primò, ꝙ dato ꝙ esset cum impropriatione. tamen negatur consequentia: quia etiam talis interpretatio ad alium contractum fieri potest, si fiat cum aliquali impropriatione uocabuli, ut patuit per Panor. in primo exemplo tertię suppositionis. Secundò dicendum, quòd illa impropriatio nõ est magna: quia etiam mutuare potest prędicari de omni dare, quo transfertur dominium rei, quia iã dictum est sistendo in uirtute & derivatione nominis, nulla est impropriatio, ut patuit.

Secunda conclusio. dato ꝙ esset ibi vera mutuatio: adhuc A. posset saluari quò ad aliquos florenos annuos perceptos, quos nollet restituta sorte sibi computari in sortem. Probatur: quia ratione interesse damni emergentis, vel lucri cessantis posset tot florenos retinere in restitionem sui interesse, quantũ fuisset interesse, saluis tamen conditionibus ad hoc requisitis, & tactis in q. 30. hæc conclusio est similis parum octuæ conclusioni præcedentis quæstionis.

Tertia conclusio. Dato ꝙ esset ibi vera mutuatio, ipse A. percipiendo aliquid ultra sortem & ultra interesse non posset saluari per hoc, quòd est communis observantia in terra nostra, & bona fides in contrahentibus, probatur, sicut probata est nona conclusio præcedentis quæstionis.

Contra primam conclusionem arguitur sextupliciter Primò sic. Mutuans sponte super montem Florentinorum, seu super loca Ianuensium, verè mutuat, & tamen talis etiam irreuocabiliter mutuat. igitur irreuocabilitas non est circunstantia repugnans mutationi faciendo eam transire in aliam speciem. sicut tamẽ pro fundamento habetur hic, & habitum est in præcedenti quæstione. Maior probatur: quia talis mutuans committit usuram, ut tenent doctores, qui determinauerũt de talibus mutuis, & nominatim sanctus Bernardinus tener talem committere usuram, ut patebit infrá. q. 45. Modò usura non committitur nisi in mutuatione, quę est propria sedes usurę. igitur. Maior vera. Minor probatur: quia talis mutuans nunquam potest repetere a communitate Florentinorum sortem mutuatam, sicut nec illi qui collẽ desuper mutuant; sicut docet practica eiusdem contractus. Dicendum per duas solutiones. Prima dato ꝙ maior esset uera, & similiter minor, tamen per hoc non concluditur oppositum fundamenti prędicti: quia irreuocabilitas illa, quæ recipitur in mutuo super montem Florentinorum, aliter est ibi, & aliter in nostro contractu, & hoc patet assignando duplicem dissimilitudinem, vel differẽtiã. Nam in nostro contractu est cum talibus circunstantijs, quæ conueniunt emptioni & uenditioni: quia hic mutuanti assignatur res certa & potens habere rationem mercis & consensus utriusque, & per consequens, cum accedit irreuocabilitas, quæ aliàs disconueniret mutuationi, potest talis contractus interpretari, ut non sit mutuatio, sed emptio. Sed in mutuatione super montem Florẽtinorum non assignatur mutuanti aliquid certum: quia regentia ciuitatis potest, si uult, uni plus, alteri minus pro centenario constituere, alteri omnino nihil, nec possunt mutuantes contradicere. Et sic deficit vnum ex substantialibus emptionis, scilicet: quia debet esse res certa, quæ debet dici merx. Ideo nimirum ꝙ talis mutuatio non censetur, uel interpretatur esse emptio, sicut mutuatio in nostro casu. Secunda dissimilitudo: quia in casu argumenti ipsi contrahentes intendunt (non obstante conditione irreuocabilitatis) contrahere cõtractu mutui. Nam potestas in hunc modũ imponi

imponit ipsis ciuibus, scilicet ut mutuent, & ciues etiã per modum mutui præstant pecunias super montem. & ideo nimirum si iudicentur secundùm intentionem principaliter intentam. sicut si A. corrupta intentione reciperet aliquid a B. A. peccaret, etiam si B. incorrupta & syncera intentione sibi daret, nõ obstante quòd eadem receptio fuisset licita ipsi A. si non talis intentione, sed alia recepisset, sicut si quis nuncio deferenti sibi munera raperet, uel furaretur, illicitè reciperet, quãuis in re fuisset sibi ea donaturus. & hoc propter intentionem corruptam, & si quis conferens beneficium ipsi B. reciperet ab eo temporalia per modum precij, cum tamen alius obtulisset illa merè gratis & syncerè. Ita est cum A. in casu argumẽti intendit mutuare propter lucram, & potestas intendit etiam recipere ut mutuum, nimirum si A. peccat recipiendo aliquid ultra sortem stante tali intẽtione. Sed hęc solutio videtur insufficiẽs quod patet quadrupliciter: quia dato quòd utraque dissimilitudo assignata esset valida, tamen per hoc non infringitur, quin argumentum concludat suum propositum: quia propositum argumenti est concludere, ꝙ irreuocabilitas non sit conditio, uel circunstantia repugnans omnino mutuationi, faciendo ipsam transire necessariò in alium contractum: quia stat cum mutuatione, & illud suum propositum sufficienter concludere et non obstante assignatione utriusque dissimilitudinis. Nam quòd tu recurris ad alia, quæ obstant, ne prędicta mutuatio interpretetur esse emptio, non per hoc defendis ipsam irreuocabilitatem obstare prædictæ interpretationi. Secundò deficit: quia dato quòd mutuanti Florẽtiæ super montem nõ assignaretur certa res, uel summa: ut dicit solutio, tamen saltem contingit aliquando assignari certam rem, uel summam, quo posito, argumentum procedit ut prius, non obstãte prędicta dissimilitudine: quia etiã assignatione certę summæ facta, adhuc docto. tenentur sponte sic mutuantem committere usuram. Tertiò deficit: quia nõ est uerum, quòd mutuantibus super montem non assignetur certa summa. Nam in statuto ciuitatis expresse habetur, ꝙ statuit ciuibus quoslibet restituat sortem, seu capitale sium, quinque dandos pro centenario, & ita de facto diu obseruauit, obseruatque quotidie, ut patet in summa archiepiscopi Florentini, parte. 2. ti. 1. c. 11. in principio. & similiter per Bernardinũ sermo. 41. circa principium. quamuis uerũ sit, ꝙ Venetijs quãdoque dentur. 10. uel 8. pro. 100. ut dicit idem sanctus Bernardinus, Quartò: quia sicut in secunda dissimilitudine censet mutuantem Florentiæ super montem ideo peccare: quia intendit contrahere contractu mutui, & sic per illum habere aliquid ultra sortem. Ita etiam in casu quęstionis nostræ condemnaretur A. quia intendit mutuare ipsi B. & sic relabere aliquid ultra sortẽ. Nam A. ita vtitur verbo mutuo, sicut mutuans super montem Florentię, & sicut tu uelles excusare A. dicendo, ꝙ & si vtatur verbo mutuo: tamen in re consentit in contractum, qui in re est emptio. ita dico etiam excusaretur mutuans Florentiæ super montem: quia quę necessitas esset, ut mutuãs Florentiæ super mõtem uel let in animo præcisè intendere contractum mutui, & per illum quid lucrari cum pernitie animę suæ, cum tantumdem utilitatis haberet sine periculo animæ habendo oculum super illum contractum, ut est emptio.

Secunda igitur solutio est. Maior uidetur neganda. Vnde sponte mutuans reuocabiliter super montem volendo recipere de centum quinque per annum, remanere facultate apud ciuitatem redimendi prędictum centum per restitutionem sortis, non uidetur agere cõtractum ex se illicitum, nec est ille contractus mercatio, sed in re est emptio redditus annui cum pacto redimẽdi, & datur iustum precium: quia centum censentur iustum precium ad emendum ius percipiendi annuatim quinque. Ad probationem maioris negandum est, ꝙ ibi sit usura, & quamuis aliqui doctores, scilicet Bernardinus id dixerint, tamen non omnes hoc senserũt ut patebit infra. q. 45. Dixi notanter, non uidetur contractum ex se illicitum facere: quia de per accidens potest ei esse illicitus in duobus casibus. Primò, si mutuãs esset in illa corrupta intentione, ꝙ crederet ibi mutationem esse in re, & per consequens crederet sibi illicitum esse quid recipere ultra sortem, & nihilominus uellet recipere, ille inquam esset ex intentione usurarius. sicut declaratum est exemplis in simili in solutione. 1. non autem a parte rei & in actu exteriori: quia non feciset cõtractum, qui verè esset mutuatio. & per consequens, nec usuram committeret exteriorem. Secundò, si mutuaret pro nimis magno incremento habendo, ut cum iustum precium sit 100. ad habendum ius percipiendi annuatim. 5. ipse non vellet ponere, sed quando dantur. 10. vel. 8. ipse cupiditate ductus mutuat seu dat. 100. Nam tunc talis emit magnam mercẽ pro precio nimis paruo. & in istis casibus haberet dictũ sancti Bernardini veritatem.

Secundò arguitur. Si mutuo tibi. 100. flor. ita ꝙ eos teneas ad libitum tuum, & tamen singulis annis quibus tenebis debeas mihi dare. 10. saluo nihilominus capitali, usurarius sum, ut ait Bernardinus, & tamen in tali mutuo etiam non possum repetere sortem. igitur irreuocabilitas non facit mutuationem transire alium contractum. Dicendum, negando antecedens. Nam eo ipso ꝙ adijcio, ꝙ ad libitum tuum teneas, renuncio repetitioni, & per consequens non obligaris restituere, ergo non es verè meus mutuatarius. Vnde quod subditur, scilicet saluo nihilominus capitali. si intelligatur sic, ꝙ ego nihilominus uelim absolutè relabere sortẽ, quando placuerit mihi, tunc casus implicat contradictionem, si autem intelligatur sic, ꝙ quando uolueris te liberare a decem annis debeas mihi sortem restituere, tunc casus non implicat, sed antecedens est falsum. Ad probationem dicẽdum, ꝙ pecco, exquo ibi est emptio iuris percipiendi annuatim. 10. quia vt esset licita emptio, deberet seruari æqualitas precij, & mercis. Modò ninuis paruum precium est dare. 100. pro iure percipiendi annuatim. 10. quia communiter æstimatur iustum precium. 190. pro iure percipiendi annuatim quinque. & si fieret hoc in casu antecedentis, non solũ non esset usura, sed etiam non esset illicita emptio. Ad auctoritatem autem. S. Bernardini, uolentis quòd etiã sit usura. Dicendum, quòd fuit illius opinionis, eo quòd credebat sibi remanere ratione mutui, quod non est.

Tertiò arguitur. In casu quæstionis neuter cogitat de contractu emptionis uel uenditionis. igitur non est inter eos emptio, uel venditio. tenet consequentia a simili, si A. animo donandi det ipsi B. duo milia, & B. recipit

cipit ea non animo donandi, sed per modum mutui non erit ibi donatio nec mutuatio: quia nec A. consensit in mutuationem, nec B. consensit in donationem. & hoc est, quia contrahentes non cogitauerũt, nec cõsentiunt in unam speciem contractus. & hoc etiam fundatur in l. si pecunia. & l. non omnis. Et si certum petatur. Multomagis non erit emptio uel uenditio, quando neuter cogitauit de contractu emptionis uel uenditionis. Dicendum, ꝙ uirtualiter uterque cogitauit & consensit in contractum emptionis & uenditionis: quia uterque cogitauit & consensit in mutuationem uestitam talibus circunstantijs, quibus ipsa est facta emptio & uenditio. igitur consensit uirtualiter in eam, tenet consequentia a simili, si quis plenè consentiat ad dandum tibi ter nouem, & tamẽ neſciat, ꝙ ter nouem sint 27. ille uirtualiter consensit ad dandum tibi. 27. sic si A. & B. nesciant illam mutuationẽ in sui natura esse emptionem & uenditionem, & tamen cõsentiant in eam talitet uestitam, qualiter uestita est emptio, iam consentiunt uirtualiter in emptionem: & quia bona fide faciunt illum contractum, & contractus in re est licitus, sequitur ꝙ excusentur.

Quartò arguitur. In casu quæstionis A. & B. consentiunt in mutuationem, credendo esse mutuum, sicut sæpe accidit, eo ꝙ non sunt tanti ingenij, ut sciant discernere differentias specificas contractuum. Et si esset mutuum, non liceret ipsi B. recipere fructus medio tẽpore, nolendo eos computare in sortem. igitur A. peccabit, quamdiu stat in illa credulitate, qua credit esse mutuum, tenet consequentia a simili, si quis cognoscat uxorem propriam, ille actus ex se est licitus, & tamen si credat eam esse alienam, & nihilominus cognoscat eam, peccat mortaliter. sic est hic: quia quamuis contractus ex se sit licitus: tamen quia A. credit eum esse mutuum, tunc per consequens credit sibi non licere recipere quid ultra sortem, eo ꝙ scit dictum esse Lu. 6. Mutuum date, nihil inde sperantes. Dicendum, non est simile: quia cognoscens propriam credendo eam esse alienam, contra conscientiam agit, quæ ædificat ad gehennam: quia quantum in se est, facit facere actum illicitum: quia ex quo credit eam esse alienam, & nihilominus agit actum. igitur Deus perinde sibi imputat, acsi in re esset aliena: quia non stat per ipsum, quo minus cognoscat in re alienam, sed non sic est in casu conclusionis nostræ: quia A. egendo contractum in se licitũ, quamuis credat eum esse mutuum, tamen nihilominus credit illud mutuum nõ esse de numero illorum, de quibus Lu. 6. dicitur, sed credit illud mutuum esse alterius casus, & de numero illorum, in quibus licet recipere ultra sortem, quorum casuum unus est ille, scilicet cum non manet ratio mutui, & bona fide id agit, non sic potest cogitare, qui cognoscendo propriam, quam credit alienam: quia non est casus, in quo concessum sit cognoscere alienam, quã credit cognoscens esse alienam.

Quintò arguitur A. originaliter contraxit cum B. contractu mutui, licet postea addiderit circunstantias distrahentes a ratione mutui & constituentes rationẽ emptionis. igitur ille actractus fuit illicitus: quia cuius origo & principium est malum, & ipsum est malum. Vnde rarò, quæ malo inchoata sunt principio, bono finiuntur exitu. 1. q. 1. c. principatus. Vnde etiam doctores ualde ponderent in contractibus illud, quod est originalis causa, ut Baldus in l. emptione. C. plus valere quod agitur, post Odofredum. Idem Hostiensis in summa. & ꝙ a uerbis claris non est recedendum, de sponsa. ex litteris. cum similibus. Dicendum, quòd mutuò accipitur uno modo, prout præcisè dicit dationem, seu de meo facere tuum. Secundò modo dicit talem dationem determinatam. Capiendo primo modo contraxit originaliter cum B. contractu mutui: quia dedit ipsi B. faciendo de suis. 2. milibus, ꝙ essent ipsius B. sed illud primum est genus ad talem & talem dationem, & per consequens non est datio mutui, ut mutuatio est una species contractus, ratione cuius non licet recipere ultra sortem. Secundo modo capiendo nõ oportet, ꝙ originaliter contraxerit secum mutuationem similer captam: quia stabat, ꝙ prima intentio A. fuerit contrahere contractum mutuationis uestitæ circunstantijs distrahentibus a ratione mutui: attamen si contraxisset primo tali contractu, & ut sic noluisset habere aliquid inde, peccasset, sed tunc nihil contra nos: quia nos loquimur de mutuatione non remanente in ratione mutuationis, sed distracta ad rationem emptionis, ideo dato ꝙ præcedens actus fuisset illicitus, non propter hoc sequens actus realiter distinctus a priori esset illicitus. Nam sæpe homo de malo actu deuenit in bonũ. sicut & Deus ex omni malo nouit elicere bonum. Et quamuis non sit recedendum claris uerbis, ubi nulla circunstantia adiecta est distrahens a uerborum significatione, tamen ubi talis circunstantia adijcitur, ex qua constat de alia significatione verborum, recedendum est a uerbis etiam claris: quia ubi constat de re, non est contendendum de uerbis, ut ait beatus Aug. Et idem habetur. l. 1. C. plus ualere &c. ubi dicitur, quòd in cõtractibus rei ueritas plus inspici debet, quàm scriptura & sicut illud dogma seruatur in condemnandis cõtractibus in fraudem conceptis, sic etiam illud est seruandum in non condemnandis contractibus, qui possunt saluari, & in fraudem non sunt concepti. Nõ enim promiores debemus esse ad condemnandum, quàm ad interpretandum in melius. Immo in dubio debemus interpretari in melius.

Sextò arguitur. Si tibi legarem. 2. milia, & mandarẽ, ꝙ tanto tempore, quo tibi non præstarentur illa. 2. milia, deberet tibi per hæredem meum dari aliqua quantitas, illa quantitas esset usura, sed hoc non esset, nisi mutuatio facta irreuocabiliter, & uolendo annuatim habere aliquam summam non computandam in sortem, & illa summa esset usure, seu incrementum usurarium. igitur casus conclusionis est illicitus. Maior probatur per. l. 3. in fi. ff. de annuis legatis, ubi tex. dicit. Si cui certa quantitas legetur, & quoad præstetur in singulos annos certum aliquid, uelut usuras iuserit testator præstari, legatum ualet, si in usuris hactenus valere debet, quatenus probabilem modum usurarum non excedit. hęc ibi, ubi uult, ꝙ legatio illa teneat, & etiam licite tu recipis annuum fructum, qui est usura. dummodo non sit usura excessiua, de quibus usuris uide supra q. 12. conclusione. 9. Et quamuis sit illicita concessio iuris ciuilis, in hoc ꝙ concedit recipere aliquas usuras, etiam quantumcunque minutas, ut ibidem fuit ostensum conclusione. 11. tamen quantum ad propositum sufficit, uideatur sibi standum in hoc, ꝙ censet illum annuum

nuum fructum, quem leuat legatarius esse usuram. Ni determinationi iuris ciuilis standum uidetur, quando diffinit aliquem contractum esse usurarium, licet non sit ei standum, quando aliquem usurarium contractũ hominibus concedit agere. Minor probatur: quia receptio, qua legatarius recipit annuum pensionem ab hærede testatoris, nõ esset usuraria, nisi intenerisset mutuatio inter eos: quia propria sedes usuræ est mutuatio. modo inter eos nulla censetur mutuatio pacti, nisi pro quanto hæres testatoris detinet. 2. milia legatario debita, quæ legatarius censetur mutuasse hæredi, & tamẽ illa mutuatio est irreuocabilis. igitur mutuatio etiam irreuocabiliter facta manet vera mutuatio, scilicet quę nata est esse sedes usuræ. Et ex hoc sequuntur duo. Primò, ꝙ irreuocabilitas non præiudicat mutuationi, quo minus maneat vera mutuatio, quod est contra fundamentum primę conclusionis, & etiam 7. conclusionis precedentis quæstionis. Secundo sequitur, ꝙ sicut in casu prædictę legis est usura, quod legatarius recipit, sic etiam erit in casu nostræ conclusionis: quia est casus eodem modo uestitus uirtualiter: quia urrobique est mutuatio irreuocabiliter facta. Dicendum per duas solutiones. Prima, quòd maior est uera in casu, quo hæres obligatur personaliter ad soluendum annuam pensionem. Nam & hodie tenetur, ꝙ mutuãs alicui etiam irreuocabiliter, & obligans personaliter mutuatarium. puta quia mutuatarius in personam suam constituit ius mutuatori percipiendi annuatim aliquam pensionem & non in aliquibus bonis prædialibus, uel aliàs fructum importantibus, facit contractum usurarium. Non autem si in bonis prędialibus fuisset constitutum ius percipiendi prædictam pensionem, ita ꝙ ius in talibus bonis cõstitutum fuisset assignatum legatario pro. 2. milibus, quæ detinet hæres. Nam in tali casu fuisset contractus emptionis inter legatarium et mentem pro. 2. milibus ab hærede legatarij prędictum ius & non esset mutuatio vera. Modò in casu nostro non est B. in persona obligatus ad dandum A. annuatim 100. flor. sed B. constituit A. ius in prouentibus & redditibus cõmerę pro. 2. milibus. Sed hæc solutio nõ satisfacit propter tria. Primò quia non plus apparet ex prædicta lege hæredem personaliter obligatum legatario: quàm obligatum mediantibus aliquibus prædialibus bonis. igitur cum indistinctè loquatur: indistinctè videtur in tẽligenda. ubi enim lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Secundò: quia dato, ꝙ etiam loquere tur de mutuatario personaliter obligato: tamen nihilo minus habetur, ꝙ mutuantem recipere annuam pensionem a tali mutuatario est usura, non obstante quòd mutuatio fuit irreuocabiliter facta. & sic iterum haberetur, ꝙ irreuocabilitas non esset conditio faciens mutuationem transire in aliam speciem. Tertiò: quia & si communiter teneatur, ꝙ non licet constituere pensionem annuam, uel censum in persona, nisi ratione prędiorum, uel aliarum possessionum fructum importantium aliquem: tamen uidetur etiam opposita opinio probabilis, eo quòd sicut persona mediante prædio potest se constituere censualem, ita persona mediante sua industria, quæ & ipsa cum pecunia prompta & fructifera potest se constituere censualem. Nam sua industria & prompta pecunia sunt res ita natæ obtinere lucrũ, sicut est aget, qui etiam non germinat frumentum, nisi per industriam humanam, uel domus, quæ nõ affert fructum nisi locetur, ut tactum est in q. 30. & latius de hoc patebit. q. 74. & 80. Alia igitur solutio est, dicendo quòd maior si debet esse uera, debet intelligi, aut ꝙ loquatur lex in casu, quo legatarius potest reuocare legatum ad se, & sic non fuit ibi irreuocabilis mutuatio. Aut si loquitur de irreuocabili mutuatione, tunc accipitur usura generaliter pro incremento, quod obtinetur ex mutuo, siue id sit rerum mutuum, siue mutuum quod transit in emptionem. Et de hoc etiam patebit infra latius quęstione. 83.

QVAESTIO. XXXV.

Vtrum in sequenti casu sit mutuatio, & si sic, an sit mutuatio usuraria, scilicet. Socer promisit nomine doris genero suo mille flor. genere ducta filia in domum perit a socero suo mox sibi dari dotem promissam. socer non uult dare, eo quòd uxi nõ habet, uel si habet uult is illis mille uti ad alia, & gener petit sibi dari pignus in ualore mille flor. tales importare annuatim. l. flor. utputa aliquam possessionem ualentem tantumdem importare. Hanc itaque possessionem socer pignorat genero, gener etiam donec dos promissa sibi soluatur, fructus pignoris percipit nolẽ, do cũputare, nec cõputando eos in sortem, ita ꝙ uult dorem promissam nihilominus sibi integraliter soluia socero. Solutio quæstionis stat in sex conclusionibus, & quinque dubiorum emergentium decisionibus per octo conclusiones. & sic erunt. 14. conclusiones.

Prima conclusio respondet primę parti quæstionis, scilicet an sit ibi mutuatio, uel non, & in prædicto casu contingit non esse mutuationem in duobus casibus, & etiam contingit esse mutuationem secundum uarie tatem circunstantiarum casus. Nam si gener dusit filiã soceri sui cum pacto de dando sibi dotem hoc modo, ꝙ gener uult socerum constituere debitorem ipsorum mille flo. non prorsus, & mox a principio contractus matrimonij, sed pro aliquo tempore sequenti, utputa post duos, uel tres annos. Aut socer mox constituitur debitor pro tunc & non pro aliquo termino sequenti. Si primo modo, tunc toto tempore præcedenti termi num præfixum, pro quo socer incipit esse debitor, non est mutuatio inter socerũ & generum, ita ꝙ gener non censetur socero mutuasse prædictos mille, quos socer detinet: quia illi mille nondum fuerũt generi, nec sibi debiti. & ideo de eis ut de suis non fecit, ut edsent sua ri. ergo non mutuauit: quia mutuare est de meo facere tuum. Nec econtra, socer pignorando possessionem genero, si faltem mereatur dici pignoratio, de quo postea dicetur, censetur sibi quid mutuasse, quod tripliciter probatur. Primò: quia talis possessio non est res mutuabilis: quia non est usu consumptibilis, nec ad talem usum concessa. Secundò: quia cum sibi dicatur pignoratio sunt contractus distincti. Tertiò: quia periculum illius possessionis spectat ad socerum, non ad generum igitur non est res mutuata, tenet consequentia: quia ea mutuatæ periculum pertinet ad mutuatarium. Si autem gener secundo modo conuenit cum socero, tenet subdistinguendum est: quia vel gener consentiens suo socero in detentione illorum mille, quos mox debebat

sibi

sibi dare, consensit ut illos irrenocabiliter teneat, & se admittat ad perceptionem fructuum pignoris, aut consensit, ut illos detineat sed non irrenocabiliter. Immo gener vult, quòd socer teneatur sibi, cum petierit restituere mille flore. Primo modo iterum nō est mutuatio quia adiecta est circunstantia irrenocabilitatis, repugnans substantiæ mutuationis & faciens eam transire in etiam speciem cōtractus, scilicet emptionis, ut patet ex dictis in duabus præcedentibus quæstionibus. Secūdo autem modo est ibi mutuatio: quia gener de suis mille facit, quòd illi sunt soceri. Nam exquo socer erat constitutus mox debitor illorum mille generо, tunc mille erant ipsius generi, & ideo gener consentiendo, quòd socer eos ultra detineret, perinde egit, ac si ex hac sua eos dedisset socero, & quia gener voluit illos mille posse ad se revocare, & ita obligauit socerum ad reddendum quantitatem pro quantitate, & idem in genere pro illis mille, & etiam voluit periculum illorum mille residere apud socerum & non apud se: sequitur, ꝙ ibi erit mutuatio: quia omnia necessaria illius contractus aderant.

Secunda conclusio. In primo casu, in quo prædictus contractus non est mutuatio, quamuis gener nō committat peccatum usuræ, tamen contingit eum alio peccato peccare, & etiam contingit cum nullo peccato peccare. Prima pars probatur: quia propria sedes peccati usuræ est mutuatio. igitur quando non est ibi mutuatio, non peccabit gener peccato usuræ. Secūda pars probatur: quia in primo casu, in quo non est eorum contractus mutuatio, si gener percipit fructus pignoris inuito socero, peccat peccato furti: quia pignus non est generi sed totaliter est de dominio soceri. igitur etiam fructus pignoris non sunt generi sed soceri, & per consequens si gener percipit fructus eius, cōtrectat rē alienam inuito domino. Tertia pars probatur: quia si gener eos simpliciter consentiente domino percipit, non committit furtum, ut patet ex diffinitione furti, & si sic consentiente socero percipit, eos, tunc siue velit eos cōputare in sortem, siue nolit, dummodo fiat illa computatio, vel non computatio de consensu soceri, licitè eos taliter percipit, excepto si socer consentiret eos non cōputari in sortem propter futuram mutuationem recipiendam a genero, & etiam gener illos fructus ideo perciperet: quia scilicet esset mutuaturus socero mille flore. post terminum, in quo inciperet socer esse debitor dotis. Nam tunc gener committeret usuram: quia propter lucrum fructuum pignoris, quos perciperet, esset mutuaturus suo socero. Circa tamen istam conclusionem notandum, quòd in casu huius conclusionis non est propriè pignoratio inter socerum & generum: quia pignoratio præsupponit pignorantem esse debitorem illius, cui pignorat. Modò hic socer nondum est debitor generi. igitur. Vnde ad hoc ut gener in casu huius secundæ conclusionis licitè recipiat fructus possessionis, videtur oportere, ꝙ gener eos percipiat ut sibi donatos libere a socero suo, vel ꝙ gener in conuentione astrinxerit socerum ad dandum sibi illos fructus in partem dotis totalis, ita ꝙ mille flor. quorum debitorem socerum non statim sed post duos vel tres annos constituit, non sunt totalis dos. Immo quòd totalis dos sit aggregatum ex annuis fructibus possessionis usque ad principium obligationis mille flo. & ex ipsis mille flo. Et cum hoc oportet, ꝙ gener astringendo socerum ad annuos fructus usque ad principium obligationis mille, non ideo eum astringat ad eos: quia scilicet differat principium obligationis socero ibi sistendo, sed ideo: quia gener patitur interesse dando talem dilationem obligationis, pro cuius interesse refusione nult illos fructus interim percipere, alioquin duxisset filiam eius in uxorem, nisi data sibi ad statim dote mille flor. vel ad statim debitore constituto socero.

Tertia conclusio. In secundo casu, in quo prædictus contractus non est mutuatio, gener nec peccato usuræ, nec alio peccato peccat, si agitur contractus eodem modo, quo formatus est in titulo. Ratio est: quia tunc non est mutuatio. igitur ibi non est usura. consequentia tenet ut prius. Nec etiam alio peccato: quia si sic, maximè propter hoc, ꝙ percipit fructus pignoris, nolendo eos cōputare in sortem: sed hoc nihil arguit: quia aut illa possessio non est pignus. immo est res empta per generum a socero cum pacto retrouendendi. vel si est pignus, tamen illos fructus non percipit ut sunt fructus possessionis pignoratæ, sed ut sunt fructus iuris empti super illa possessione. est enim ibi emptio iuris percipiendi fructus, quod ius emitur super tali possessione. Vnde ille casus erit ille idem, qui est habitus in q. 32. Et dixi notanter, si agitur contractus eodem modo &c. quia si secus, staret, ꝙ peccaret. utputa si annui redditus possessionis essent regulariter pluris precii quàm. l. flore. utputa fl. 60. vel huiusmodi. Nam tunc precium, sci licet mille flore. esset nimis parum respectu mercis emptæ quia gener emeret pro. 20. flor. ius percipiendi plusquam vnum flor. cum tamen communiter æstimetur esse æqualitas precii & mercis, quando emitur ius percipiendi unum flor. pro. 20.

Quarta conclusio. In casu, in quo prædictus contractus est mutuatio, casus quæstionis esset illicitus, ita ꝙ ibi esset mutuatio usuraria, & hoc si gener percipit præ dictos fructus ratione mutuationis, probatur: quia gener mutuaret socero, & uellet sibi sortem restitui, & nihilominus retinere fructus medio tempore perceptos, qui sunt aliquid ultra sortem, & illos ratione mutuationis nellet habere. igitur.

Quinta conclusio. In casu quartæ conclusionis non esset mutuatio usuraria, nec illicitus contractus quando gener non ratione mutuationis, sed ratione interesse reciperet prædictos fructus, & idem si ratione pœnæ conuentionalis acciperet. probatur: quia licitum est recipere mutuanti quid ultra sortem ratione interesse, siue damni emergentis, siue lucri cessantis, & etiam nomine pœnæ, ut patuit quæstione 30. & 31. Et hoc est natum contingere in casu nostro. Nam gener, cui socer mox deberet tradere mille flore. si haberet illos mille, posset emere vnam possessionem, sicut etiam talem emere intendebat, ut possibile est, ex qua habuisset fructus. l. flor. vel potuisset sicut intendebat negociando ultra omnes expensas, & dempta omni dubietate lucri lucrari lucrum in valore. l. flore. quod interesse tenetur sibi refundere socer: & multomagis si gener patereтur interesse damni emergentis. Oportet tamen ut seruentur omnes conditiones tactę supra quæstione. 30. quia si aliqua deficeret, non liceret genero recipere prædictos fructus ratione interesse.

Sexta conclusio. In casu, in quo prædictus contractus

ctus est mutuatio, casus quæstionis etiam est licitus, si fructus possessionis non computandos in sortem recipere et ratione onerum matrimonialium, attamen illa ratio reduci debet ad rationem alicuius interesse iam in quinta conclusione tactam. Prima pars conclusionis probatur auctoritate Papę in cap. salubriter. extra, de usuris, ubi pro ratione cur genero licet recipere fructus possessionis pignoratę a socero, ponit ipsa onera matrimonialia. Sanè generum ad fructus possessionum, quæ sibi a socero sunt pro numerata dote pignori obligarę, computandos in sortem non credimus compellendum, cum frequenter dotis fructus non sufficit ad onera matrimonij supportauda. Secunda pars probatur duabus rationibus. Prima: quia si ratione onerum matrimonialium liceret genero illos fructus recipere, non reducendo illam rationem ad interesse, quod patitur, tunc tantummodo liceret genero tot fructus recipere & tantos, quanta essent onera matrimonialia, saltem non ultra, ut puta quantas expensas faceret in alimentando uxorem & prolem, si habent prolem communem, sed hoc non est uerum, igitur signum est, quòd non est prędicta receptio fructuum licita sistendo pręcisè in ratione onerum matrimonialium. Maior probatur a simili, si alicui licitum est recipere ultra sortem mutuatam ratione interesse, tunc oportet, quòd non plus recipiat, quàm sit interesse, ita quòd quantitas incrementi recipiendi est metienda secundum quantitatem interesse, eo quòd illud incrementum recipiendum debet recipi nomine interesse, igitur etiam sic erit hic, scilicet quòd si gener aliquos fructus ultra dotem, quam confetur mutuasse socero, recipit annuatim de possessione sibi pignorata, & eos recipit ratione onerum matrimonialium, precisè sistendo in ratione illorum onerum, erit metienda quantitas illorum fructuum licitè recipiendorum secundùm quantitatem onerum matrimonialium. Minor probatur: nam contingere potest, quòd gener non posset licite recipere tantos fructus, quanta sunt onera matrimonialia, & etiam contingere potest, quòd posset maiores recipere, quàm sint onera. Primum probatur. Nam pono, quòd gener & socer liberè contenerint de dote mille flor. & tamen onera matrimonialia annuatim ascendant ad 100. vel 80. flore, tunc genero dimittenti dotem per uiam mutui apud socerum modo tacto in tit. quæstionis non liceret uelle, quandiu detineret socer dotem, habere annuatim a socero fructus alicuius possessionis ualentis importare regulariter fructus in ualore 100. flor. vel 80. quanus onera ad tantam quantitatem ascendant. Nam eo ipso quòd liberè conuenerunt de dote mille flore. gener subiit onus alimentandi uxorem & prolem, & alia onera matrimonialia ferenda, si igitur gener consentit, ut socer detineat dotem, non poterit a socero quid exigere, nisi interesse, quod sustinet ex carentia dotis, quod tamen non ascendit ad tantam quantitatem, quæ ta sunt onera annua, uel saltem sæpe & communiter contingit, ꝙ non ascendit ad tantam quantitatem. Nec potest allegare excessiua esse onera matrimonialia: qa liberè subiit uolendo omnia supportare in hoc, quòd contentus fuit de dote mille flore. igitur. Secundum probatur: quia si onera matrimonialia ascendant tantum ad 30. floren. nihilominus poterit gener recipere fructus prædictæ possessionis, de qua sonat casus quæstionis, si gener patiatur tantundem de interesse damni emergentis, uel lucri cessantis. Secundò probatur eadem secunda pars cōclusionis sic: quia dicere, quòd gener possit recipere ratione onerum matrimonialiū, non est aliud dicere, quàm dicere, ꝙ ex quo cogitat gener alimentare uxorem, & dos traditur pro alimentis filiæ, sequitur, quòd ex quo socer nondum tradidit dotem, ꝙ ergo aliquid aliud debet dare pro alimentis filiæ. Aut igitur sufficit socero, quòd ad alimentandum filiam det annuatim, quanta sunt onera alimentorum, aut non sufficit. Si primum, ergo satisfaceret, si per illam annuam prestationem aleret filiam suam, nolendo talem prestationem computare in sortem, donec tota dos esset soluta, uel saltem etiam soluta dote, si postea adhuc eam per totam uitam aleret, sequela patet quia fecisset illud, propter quod debuisset dotem dedisse, scilicet alimentasset filiam suam, verum enim est dicere, quòd alimentasset filiam, & supportasset onera matrimonialia, etiam computādo in sortem dotis ea, quæ annuatim expolsuisset. Si secundum, ergo signum est, quòd quando dicitur, quòd ex quo socer nondum tradidit dotem, quæ datur pro alimentis filiæ, debet aliquid aliud interim dare pro alimentis filiæ ratione onerum matrimonialium, quòd hoc non est precisè sistendo in illa ratione onerum matrimonialium, sed est ulterius procedendum ad interesse, quod patitur, uel sustinet gener ex carentia dotis: quia si illam dotem haberet, gener non aleret immediate de ea summa uxorem: quia sic capitale consumeretur: ita ut tandem non haberet de dote ad alimentandum uxorem & prolem communem sibi & uxori, sed de ea emeret unam possessionem, de qua haberet fructus annuos, quibus alere posset uxorem, & saltem maneret capitale, uel poneret dotem ad licitam negociationem, pro cuius interesse refusione accipit annuos fructus possessionis sibi pignoratæ. Circa determinationem quintæ & sextæ conclusionum incidunt quinque dubia, ad quę per sequentes octo conclusiones respondebitur. Primum, an sicut genero licet a socero recipere fructus possessionis sibi pignoratę, donec soluerit dotem, etiam sic licet eidem recipere sine pignore pecuniariam pensionem a socero, donec soluerit dotem, scilicet de mille. 50. floren. annuatim. Respondetur per septimam conclusionem & talem.

Septima conclusio. Si socer fuisset mox a principio traditionis filiæ constitutus debitor dotis mille florenorum, quos tamen gener dimitteret apud socerum, non quidem irrenocabiliter: immo renocabiliter, & per consequens conferetur mutuatse eos socero, gener tamen pro sui securitate reciperet non pignus, puta possessionem aliquam, ut prædictum est, sed cautionem tantum, obligando tamen socerum, quòd interim, quo differt sibi soluere dotem: debeat sibi annuatim dare certam pensionem pecuniarum, puta de 100. 5. seu de mille 50. saluo nihilominus capitali dotis in sua integritate, tunc in duobus casibus est illa receptio annuæ pensionis illicita, & in aliquo casu est licita. Prima pars conclusionis patet enumerando duos casus. Primus, si gener non patiatur damnum emergens ex dilatione solutionis mille. Nec

etiam aliquod lucrum sibi cessat, eo quòd non erat expensurus mille ad sectã dum aliquod lucrum, etiam si habuisset eos, sed reservasset eos in arca. Nec etiam ex animo accipit annuam pensionem nõe pœnæ: cũ illis circunstantijs, quæ tactæ sunt in q. 31. tunc non est sibi licitum recipere annuam pẽsionem. Probatur: ga plus vi sibi licere recipere fructus possessionis sibi pignoratæ q̃ pensionem pecuniarum sine alicuius possessionis pignoratione, & tñ cessante rõne interesse & pœnę, nõ est genero licitum fructus possessionis pignoratæ recipere ultra sortem a se mutuatam socero, igitur minus licebit hic. Maior probatur: quia doct. omnes 3ceduat, ꝙ fructus possessionis licet sibi recipere, & tñ non oẽs doct. concedunt, ꝙ liceat sibi aliquam pensionem pecuniariam sine pignoratione aliculus possessionis recipere, ut patebit infra in argumentis, igitur signum est, ꝙ plus uideretur sibi licere primum, q̃ secundum, ut dicit maior. Secundò probatur idem casus: quia cessante ratione uel cã, cessat effectus, mõ cã, cur uerè mutuanti licet recipere quid ultra sortem, est interesse, uel pœna, & huiusmodi, igitur si cessat hic interesse & pœna, nec alia cã apparet, rõne cuius liceat (quia rõ onerum matrimonialium, quem quis allegaret, non valet, nisi reducatur ad rationem interesse, ut patuit) sequitur, ꝙ non licebit sibi recipere talem pensionem. Secundus casus, si etiam gener patitur interesse lucri cessantis ex illa dilatione solutionis dotis, ut puta gener erat expensurus pecuniam ad lucrum consequendum in emendis prædiis, uel in mercantiis. Attamen maluit illam pecuniã dimittere apud socerum expectando talem annuam pensionem, quàm eam habitam exponere in mercantiis, uel emendis prædiis, eo quòd maius commodum est consecuturus recipiendo a socero annuam pensionem, quàm exercendo pecuniam in mercantijs. Ratio autem cur tunc est illicita receptio: quia tunc recipit plus, q̃ fuerit lucrum cessans, & ẽt quia maluit illã pensionem recipere, q̃ lucrum cessans. Modò suprà in q. 30. ostensum est, ꝙ hoc est illicitum & 5 conditiones requisitas ad hoc, ꝙ mutuanti licitum sit recipere vltra sortem ratione lucri cessantis, ideo ille secundus casus posset generalius sic poni, scilicet ꝙ esset illicitus, qã. l. deficit aliqua conditionum requisitarum ad accipiendum licite quid ultra sortem ratione interesse vel pœnæ, quæ conditiones sunt tactæ. q. 30. & 31. Attamen nota, ꝙ sicut casus huius 7. conclusionis est genero illicitus in illis duobus partialibus casibus iam positis, sic non minus est sibi illicitus casus quintę & sextę conclusionis. l. receptio fructuum in illis duobus casibus iam tactis, & ita pari passu ambulant receptio fructuum & receptio pensionis pecuniariæ. Secunda pars conclusionis probatur. Nam si gener patitur annuatim tantum interesse damni emergentis, uel lucri cessantis sibi annuatim, & hoc ratione moræ soceri non soluentis dotem, quanta est illa annua pensio, quam recepit a socero, licita est genero predicta receptio, quod patet tripliciter. Primò: quia licitum est mutuanti recipere ultra sortem tantum, quantum est interesse, siue damni emergentis, siue lucri cessantis, ut ostensum est in quæst. 30. etiam si illud incrementum consistat in pecunia, & non in fructibus alicuius predij, uel possessionis: saltuis tamen conditionibus ibidem tactis. Secundò: quia talis socer in foro conscientiæ tenetur generum releuare a tali interesse, adeo ꝙ nisi liberaliter remittat, uerè est debitor illius interesse, igitur undecunque accipiat socer illud, quo refundatur interesse, hoc est, siue de aliqua possessione, siue de bursa sua accipiat, licitum erit illud genero datum recipere. Tertiò probatur soluendo motiua aduersariorum. l. quorundam dominorum iuristarum tenẽtium indistinctè genero illicitam esse receptionem in casu huius septimæ conclusionis.

Primò arguitur. Non habetur in iure expressum, ꝙ ille casus licitus sit, igitur non est dicendum, ꝙ sit licitus. Antecedens probatur: quia in iure non habemus textum, ubi hoc haberetur, nisi esset cap. salubriter. de usur. modo illud c. non loquitur nisi in casu, ubi gener a socero accipit fructus possessionis sibi pignoratæ pro tempore moræ soceri, non autem in casu ubi gener a socero accipit tantum cautionem & pensionem pecuniariam.

Secundò arguitur. Si haberetur in iure, ꝙ prædictus casus licitus esset, maximè ga par ratio est, qñ gener recipit fructus possessionis a socero, & qñ recipit pensionẽ pecuniariã ab eo, & ita sicut unus casus haberet in iure, sic ẽt alter: quia ubi eadem rõ, ibi cadẽ iuris decisio. Sed non est par rõ hinc indę pp duo. Primò: quia possessio, de qua recipit gener fructus fm prædictum c. est res nata fructificare, sed in casu 7. conclusionis gener non recipit pensionem pecuniariam de re nata fructificare: quia nulla res est, quę pariat pecuniam, igitur non est par ratio. Secundò: quia recipiendo fructus possessionis recipit quid incertum, eo quòd possessio aliquando minus 50. flore. aliquando nihil importat, eo ꝙ fructus eius substant diuino iudicio, sed recipiendo pecuniariam pẽsionem, recipit quid certum, igitur non est par ratio.

Tertiò arguitur. Si liceret, maximè ideo quia maritus cogitur supportare onera matrimonialia, & per cõsequens cum de dote debeat fieri alimentatio uxoris, quæ est quum ex oneribus matrimonialibus, gener poterit aliquid aliud ab eo recipere. Sed hoc non arguit: quia huic rationabiliter recipiendi, ut scilicet alimentetur uxor, poterit alia uia succurri, & ita ista uia non est necessaria, & per consequens sufficiens ad arguendum prædictam receptionem in illum finem ordinatam esse licitam. Nam succurri potest per hoc, quòd gener recipiat dotem, & ponat eam ad licitam negociationem, de cuius lucro alimentet uxorem, & sic supportet onera matrimonij. Hæc argumenta sunt in effectu Ioan. Andr. & sequentium eum, cuiusmodi est Ioan. de Lignano, qui dicit opinionem Ioan. And. posse defendi pro ueriori & securiori, sed quia contraria opinio uidetur uerior, ideo ad argumenta illa inualida respondẽdum est. Ad primum dicendum, quòd deficit quadrupliciter. Primò: quia consequentia non valet, etiam si antecedens esset uerum. Nam nõ oportet, quòd si aliquis casus sit licitus, quòd sit iure canonico, uel etiam ciuili expressus, alioquin oportuisset ius ciuile fuisse ab origine mundi: quia ab origine mundi fuerunt multi casus, aliqui liciti, &. aliqui illiciti, qui fuerunt tales ante editionem iuris canonici uel ciuilis, puta quia fuerunt contra legem naturę, & sic illiciti, uel secundùm legem naturæ & diuinam, & sic liciti. Item si omnes casus hodie essent expressi iu-

si iure canonico, vel ciuili, non esset opus condere aliquam decretalem nouam, vel legem super casib. dubijs: quia omnes tales dubij essent expressi iure. Secũdò deficit: quia licet Papa tantum ibi loquatur de casu, ubi gener recipit fructus possessionis, nõ tamen hoc fecit volens tantum id licere in illo casu, sed quia quęsitus fuit tantum de illo casu, ideo tantum de illo rãdit, & si de alio casu fuisset interrogatus idem respõdisset, quia eadem ratio subfuisset. Tertiò deficit: quia tale argumentum prædẽdit, quasi causa, pp quam licitus sit casus de genero fructus possessionis recipiente, sit ex concessione iuris cãnonici, ita quòd ideo sit licitus: quia sic dispensatiuè sit admissus in fauorem matrimonij, & ex quo non est alius casus sic admissus a iure, ideo non sit licitus. Sed hoc fundamentum est falsum: quia casus de genero recipiente fructus possessionis non est licitus ex concessione dispensatiua iuris canonici, quasi sine dispensatione eius non esset licitus, sed usurarius. Nam si esset ex se illicitus & usurarius, non posset per dispensationem cuiuscunque iuris humani, siue canonici, siue ciuilis reddi licitus, cum de actu damnato lege diuina, cuiusmodi est usurarius contractus, non possit ius humanum facere, quòd fiat licitus. Immo talis casus est & fuit licitus ante omne ius canonicum editum, & hoc ex ipsa lege naturali, scilicet ratione interesse, do quo lex naturæ dictat, quòd dans occasionem, quòd proximus patiatur interesse, debet ei illud interesse refundere eo modo, qui tactus est quæstio. 30. Et ex hoc patet, quòd Paulus de Eleaza. licet teneat etiam, ꝙ casus septimæ conclusionis sit licitus, errat tamen in fundamento suo, dicit enim, ꝙ ex quo in fauorem matrimonij hoc indultum est ad subleuandum onera eius, ut scilicet gener percipiat fructus possessionis pignoratæ a socero pro dote non computandos in sortem, si ipsam nutrit, ita etiam debet iuuari ille alius, hæc ille. Nam hoc dicendo insinuat, quasi ille casus sit ex dispensatione iuris canonici licitus, quod est falsum, nec est approbatus licitus in fauorem matrimonij, sed de se est licitus non tantum in matrimonio, sed etiam extra matrimonium, quando est similis ratio, scilicet interesse, ad cuius rationem est reducenda ratio onerum matrimonialium. Quartò deficit: ga habemus textum in iure, ubi fundari potest, ꝙ est licitus, scilicet cap. salubriter, ut patebit in solutione secundi argumenti. Ad secundum argumentum dicendum concedendo maiorem, & negando minorem. Nam paritas rationis est: quia in utroque casu socer est genero occasio alicuius interesse, igitur debet eum releuare per aliquid æquiualens, & per consequens non refert, an per fructus possessionis, vel per pecuniam satisfaciat damnum passo. Ad probationem minoris dicendum, ꝙ deficit tripliciter. Primò, dato ꝙ assumptum pro utraque diuersitate hinc inde assignata esset, uerumtamen per hoc non haberur, ꝙ ergo sit par ratio quantum ad propositum nostrum, scilicet recipiendi refũsionem interesse: quia cum illa diuersitate stat idẽ citas quo ad rationem interesse, & refusionem eiusdẽ, sicut non sequitur, differunt recipere fructus ex illo prædio, & ex alio prædio in hoc, ꝙ illius prędij fructus sunt blada, & alterius sunt uina, ergo non est par ratio, si Ioanni licet recipere ex primo, ꝙ etiam liceat recipere ex alio: quia cum illa diuersitate stat identitas in ratione recipiendi, sic est etiam hic. Secundò dicendũ ad eandem probationem minoris, ꝙ prima diuersitas nõ obstat: quia possessiones multæ sunt, quæ ẽt non sunt natæ fructificare, nisi per humanam industriam, ut domus & ager. Sic etiam pecunia soceri non fructificat, nisi exerceatur per eius industriam in mercantiis, & de aggregato ex tua pecunia, & industria procedit pensio pecuniaria, quam assignat genero annuatim, de hoc ẽt est tactum. 8. q. 30. Tertiò dicendum est ad secundam diuersitatem, ꝙ non obstat, & hoc pp quinque. Primò: quia stat, ꝙ interesse, pro quo gener accipit quid annuũ a socero, sit ẽt certum, igitur ẽt poterit quid certum recipere a socero in refusionem illius interesse. Secũdò: quia non sit certum omnino illud interesse, potest tã cõiecturaliter esse certum, ergo potest quid certum ꝙ eo recipere, ex quo mallet potius expectare illud, quod est tñ coniecturaliter certum, pura lucrum quod tñ si bi cessat) q̃ illam pensionem annuam a socero habere, licet forte certior sit prędicto lucro. Tertiò: quia etiam pensio pecuniaria est incerta aliqualiter: quia stat, ꝙ socer perdat omnia sua, & sic perdet gener dotem & pensionem annuam. Quartò: quia & si fructus subsint diuino iudicio: tñ vt communiter aliquid importat possessio, ideo si recipere pensionem a socero ultra sortem mutuatam ei esset illicitum propter certitudinem alicuius importantiæ: etiam in fructibus possessionis esset illicitum. Quintò: quia dato ꝙ gener ageret gratiosius cum socero, recipiendo pro suo annuo interesse fructus possessionis, qui tamen aliquando non æquè ualent interesse, & aliquando omnino pereunt, tamen per hoc est negandum, ꝙ alius, qui non ita gratiam facit, puta gener accipiens pensionem pecuniariam, faciat quid iniquum, facere enim gratiam non est regulariter necessarius, ita ꝙ non faciens committat iniquitatem. Ad tertium argumentum dicendum, ꝙ deficit duplicitèr. Primò: quia concedendo maiorem (dummodo ratio onerum matrimonialium reducatur ad interesse generi & non sistendo præcisè in rõne oneri, ut ratio est in 6. solutione) minor neganda est, si reducat rõ onerũ ad rõnẽ interesse. Et ad probationẽ dicendũ, ꝙ stante casu septimę conclusionis, vt formatus est, non põt succurri genero in sua rõnabilitate, saltem salua pietate illa, qua saluaretur percipiendo pensionẽ annuã a socero. Nam qđ argumentum dicit, ꝙ gener debeat accipere dotem a socero, nõ hẽt locũ in nostro casu: nã casus ponit, ꝙ socer non possit dare iam dotẽ, uel indiget met si his mille, & gener motus pietate dimittit eam apud socerum mutuando ei: & tñ vult sese conseruare indemnem recipiẽdo pensionẽ pro suo interesse, & ita subuenit socero, & ẽt sibiipsi, si aũt uellet omino habere dotem, iam vel inpiè ageret cũ socero, quem notabiliter gravaret, puta quia non posset, uel non nisi cum præiudicio magni lucri, & ut stat longè maioris lucri possibilis obtineri per socerum, quod sibi cessaret, quàm ẽ set illud, quod cessabit genero, uel si neutrum adesset, tamen aliàs esset omnino inuitus ad dandum dotem, & si uellet simpliciter gener habere uia iuris compellẽdo eum, surgeret notabilis maleuolentia inter eos, quibus omnibus occurrendo gener dimittit ei dotem, & recipit annuam pensionem pro suo interesse, maller tã habere dotem & carere pensione, q̃ carere dote & hac pensionem. Et ẽt secundò deficit: quia dato, ꝙ alia uia

posset succurri genero, per hoc non habetur, quin etiã illa via maneat non illicita: quia multæ licitæ uiæ pñt teadere ad eundem terminum, sed faceor, ꝙ tunc illa uia non esset necessaria, nec sufficiens ad probãdum id licere genero, sed tamen alia uia poteſt id probari. ſ. róe interesse, qđ patitur. Et ſi quærò arguatur, ſaltem opinio Io. An. est securior. Dicendum, daro ꝙ esset securius eam sequi, non est tñ verior opinio, puta in ſimili, secu rius est sequi opinionem diſſuadentem emptionem red dituum perpetuorum & condemnantem tales emptio nes: quia certum est, ꝙ non emendo non peccat, & tñ emendo non est apud omnes hoc certum, eo ꝙ quidã teneruntur contrarium. Non est tñ talis opinio verior: immo ꝑia est verior, quæ eos iuſtificat, ut patebit, ſic ẽ hic. Secundò ẽt dicẽdum, ꝙ fiat inter duas opiniones, quarum utraque est tuta, veaeu esse tutiorem alia, per hoc tñ non ſequitur, igitur tenenda est neceſſariò illa, q̃ est tutior. Vnde ad illam regulam, tutior uia est eligen da, dicendum ꝙ illa regula tũc est præcepti, qñ illa, quę est minus tuta, est etiã non tuta, ſic ꝙ plus hẽt periculo ſitatis, q̃ ſecuritatis, uel tantundem, ſeu qñ est periculoſa pericuło probabili, vel equibiri, prout dicemt q. 100. ſic non est hic. Tertiò etiam dicendum, ꝙ non est ſemper ſecurius ſequi illam opinionem Io. An. Nam in caſu, quo uellet genet omnino haberet dotem a ſocero, non obſtante inopia eiuſdem, vel nõ obſtante ceſſatione lucri ſocero ceſſaturi longè maioris, q̃ ſit lucrum ceſſans genero ex carentia dotis, non vt ſecurius, ſi ge ner compellat ſocerum ad dandum ei dotem, & ſic emat prædia, de quorum fructibus alat uxorem. Nam prudentius & magis piè ageret dimittẽdo dotem apud ſocerum, recipiendo ab eo ſuum intereſſe lucri ceſſan tis: quia hoc fieret cum lucro utriuſque tam generi, quàm ſoceri, & ita promoueret ſe & ſocerum, aliàs tan tum ſe promoueret, & ſocerum impediret a lucro ꝛ re gulem. Quod alteri prodeſt, & mihi non obeſt &c. Ex hoc ſequitur, ꝙ nõ taler dictum domini Laur. de Rid. dicentis, ꝙ ex quo opinio Ioan. And. est tutior, ideo ſa lubrius est eam tenere, & in hoc bene dicit, cum dicit ſalubrius: quia nemo hoc negat, ſaltem ſalubritate con ſilij non præcepti, non tamen pp hoc est verior. Sed tñ ſubdit di. & hoc præcipuè qñ quis hoc voluntariè agit in ſui maius commodũ, vel eum intendebat pecuniam reſeruare, hæc ille. Nam dico, ſi agit hoc uoluntariè in ſui maius commodum, vel omnino intendebat pecu niam reſeruare, non est ſalubrius ſalubritate cõſilij, ſed præceptiquia dico, ꝙ tunc non licet genero talem pen ſionem annuam recipere a ſocero: quia ceſſat ratio. ſ. in tereſſe, vel recipit plus q̃ ſit ſuum intereſſe: immo pec cat tunc mortaliter. Cur autem in capite huius con cluſionis ſeptimæ fuerit uariæ clauſulæ poſitæ. ſ. ꝙ ſo cer fuerit conſtitutus debitor mox a tempore tradi tionis filiæ, & quòd reuocabiliter mutuauerit gener ſocero dotem, ſatis patet ratio ex dictis in concluſione prima, ſecunda, & tertia. Ex quibus trahi poteſt ratio in propoſito illius concluſionis. Nam ſi gener dimit teret dotem irreuocabiliter apud ſocerum, non eſſet mutuatio, ſed emptio redditus cum pacto retrouendi, ſi etiam reuocabiliter, & tamen nondum eſſet ſocer conſtitutus debitor dotis, ſed tantum pro tempore futuro, tunc non eſſet ibi mutuatio, & quòd ge ner reciperet penſionem a ſocero hoc, uel ex dono, vel nomine partialis dotis reciperet. Secundum dubium. Ex quo dictum eſt, quòd genero liceat id, quod dictum eſt in 5. 6. & 7. concluſionibus dubitatur, an genero mortuo & dote nondum per ſocerum ſoluta, liceat il lud idem hæredib. generi, ſcilicet recipere fructus præ dictæ poſſeſſionis, donec ſocer ſoluerit dotem pro miſſam. Reſpondetur per ſequentem concluſionem quadrimembrem.

Octaua concluſio. Quamuis quidam dicant non li cere hęredibus mariti, ſeu generi iam mortui, hoc, quod dictum eſt licere genero: tamen illa opinio non videtur rationabilis, neque uera: immo videtur, quòd illud idem, quod dictum eſt tam in caſu quintæ & ſex tæ concluſionis, quàm in caſu ſeptimæ concluſionis li cere genero, quòd etiam liceat hęredibus eius. Prima pars concluſionis probatur: nam Ioan. And. & Ioan. de Lignano poſt Hoſtien. in capit. ſalubriter. dicunt, ꝙ hæredes mariti, licet alere teneantur relictam, quam diu dotem non tenentur reſtituere. ſ. uſque ad annum poſt mortem: tamen non habent illud priuilegium, quod maritus, puta gener habuit. ſ. recipiendi fructus poſſeſſionis, quam ſocer, qui nondum ſoluit dotem ꝓ miſsam pignoraut genero. Secunda pars probatur: quia ratio illius opinionis eſt talis. Cauſa uel ratio pro pter quam gener habuit tale priuilegium, & per con ſequens ſibi licuit, fuit iſta: quia neceſſe habebat ſup portare onera matrimonij. ſ. alimentare uxorem & alia egere, ratione quorum debebat habere dotem, qua ta men carebat, ideo ei indultum fuit, quòd interim poſ ſet fructus poſſeſſionis recipere, etiam ſine computa tione in ſortem. Modò illa ratio (ut dicit illa opinio) nõ habet locum in hęredibus mariti ſeu generi, igitur. Ma ior eſt nota ex cap. ſalubriter. Minorem probant: quia hęredes mariti non habent neceſsariò ſupportare onera matrimonialia, quòd patet dupliciter. Primò: quia matrimonium amplius non eſt, ſed ſolutum eſt, igitur etiam ceſsant onera matrimonialia, conſequentia eſt nota. Secundò probatur: quia non tenentur alere ipſam relictã, quod eſt unum ex oneribus matrimonialibus: ga ſtatim pñt ei dotem aſſignare, & ſic erũt abſoluti ab ea, vel poſsunt ei dare pignus, uel rẽ obligatam pro dote. Et ſic habent uiam euadendi neceſſitatẽ ſupportandi onera matrimonialia, & per conſequens minor nera. Tertiò: quia genet debebat habere dotẽ in ſuppor tationem onerum matrimonialium, quam quia nõ habebat, ſó fructus recipiebat poſſeſſionis pro dote. Mõ ſoluto matrimonio ceſsat eiſe dos id, quod ſocer de bebat genero, & non est amplius dos id, quod debet hę redibus mariti, igitur in hæredibus non habet illa ra tio ſocum, quæ in genero erat. Modò hæc ratio illius opinionis eſt nulla: quia deficit in quatuor. Primò: ga in maiori præſupponit falsum in hoc, quòd inſinuat, quòd genero id, quod dictum eſt, licere genero, licuit ei ex priuilegio Papæ vel iuris canonici, uel ciuilis, quaſi ex diſpenſatione habuerit. Hoc inquam inſi nuat prędicta opinio in uerbis ſuis, ut patet intuenti, illud autem ſuppoſitum eſt falſum, ut patuit in præcedenti concluſione in ſolutione primi argumen ti. Secundo deficit in eadem maiori, in eo quòd præ tendit, quòd cauſa, cur licuit illud genero, fuit ſupportatio onerum matrimonialium iſtendo in ra tione illius ſupportationis, alioquin ſi uoluiſset, quòd illa

illæ ratio eſſet ulterius reſtricenda ad rationem in tereſſe, quod patitur gener: tunc diuiſſet, quòd illa ratio etiam habuiſſet locum in hæredibus generi, quos etiam contingit pati intereſſe ex carentia dotis promiſſæ genero, ut patebit. Modò oſtenſum eſt in ſexta concluſione, quòd illa ſupportatio non eſt cauſa, cur illud licuit genero: niſi pro quanto uterius reducitur ad intereſſe, & per illos duos defectus, pa tet ſolutis argumenti illius opinionis quantum ad ma iorem eiuſdem. Tertiò deficit in minore: quia dato quòd non habeant neceſsariò onera matrimonij alia ſupportare, quæ genet habebat: tamen ſtat, quòd ita bene patiantur aliquod intereſſe ex carentia eius rei, quam locet genero promiſerat: & non dedit, ſicut gener patiebatur. Modò ratio fundamentalis, cur gene ro id licuit, fuit intereſſe ſuum, igitur eadem ratio po teſt inueniri in hæredibus eiuſdem, & ſic idem eis li cebit, & per iſtum defectum patet reſponſio ad duas primas probationes minoris. Nam licet illud debitum deſinat habere rationem, vel nomen dotis, non tamen deſinit habere rationem debiti: ex cuius ſolutionis di latione creditor, uel eius hæredes patiuntur intereſſe, igitur poterunt ratione illius aliquid percipere ultra debitum. & per hoc patet reſponſio ad tertiam proba tionem minoris, & ita prędicta ratio eſt nulla. Tertia pars concluſionis, ſcilicet quòd etiam non ſic vera, pro batur, quia vbi eadem ratio, ibi eadem licentia, ſed ta tio, cur licuit genero, fuit intereſſe, gratis cuius refun dendi licuit ſibi tales fructus percipere ſaluis circun ſtantiis in concluſione de intereſſe poſitis, & aliàs non licuiſſet ſibi. Modo contingit æque hæredes eius pati intereſſe cum ſimilibus debitis circunſtantiis. igitur idem eis licebit, quorum tamen circunſtantiarum ſi aliqua deeſſet, non licebit eis, ſicut nec genero licuiſ ſet. Minor eſt nota, quis enim dubitat, quin contingat & poſſibile ſit, quòd ſi hæredes generi haberent mul le flor. debitos genero a ſocero, ipſi ſtatim de illis mer carentur, & annuatim veriſimiliter lucrarentur vltra 50 flo. vel emerent prædia, ex quibus leuarent annuatim fructus tanti valoris, quod tamen lucrum eis ceſ ſat, pro cuius lucri ceſſantis refuſione (aliis circunſtan tiis requiſitis concurrentibus) licitè poſſunt percipere fructus prædictæ poſſeſſionis, ſicut genero licuit, in quinta concluſione & ſexta, vel etiam ſi nulla poſſeſſio fuiſſet a ſocero genero pignorata: ſed tantum cautio præſtita cum obligatione annuatim dandi de illis mil le 50 flo. ſicut genero licuit in caſu ſeptimæ concluſio nis recipere 50 flo. quarta pars patet ex tertia iam pro lata. Tertium dubium. Ex quo dictum eſt, quòd gene ro, cui ſocer diſſert dotem debitam, licitum eſt recipe re fructus poſſeſſionis ſibi pignoratæ, non computan do eos in ſortem: dubitatur, an illud idem, quod li cuit genero reſpectu ſoceri: etiam licitum ſit mulieri ri relictæ poſt mortem mariti: & hoc reſpectu hære dum mariti. Nam ſicut ſocer debebat genero dotem, & cum differret ſoluere, gener poterat interim fru ctus poſſeſſionis pignoratæ recipere. ſic mortuo mari to, etiam ſi ſocer ſoluat dotem genero, hæredes mari ti debebunt reſtituere dotem mulieri. & ſi differant dare, & pignorent ei aliquod prædium, vel poſſeſſio nem, an tali mulieri liceat fructus illius recipere ſine computatione in ſortem? Ad hoc ponitur.

Nona concluſio. Quamuis quidam dicant, mulieri relictæ non licere illud reſpectu hæredum ſui mariti, qui obligati ſunt, ſibi reſtituere dotem, quod licuit ſuo marito, ſcilicet genero reſpectu ſoceri: tamen il la opinio non videtur rationabilis, neque vera. immò id, quod genero in obligatione dotis licuit reſpectu ſoceri in caſu quintæ, ſextæ, & ſeptimæ concluſionis: etiam mulieri in obligatione dotis licet reſpectu hæ redum mariti ſibi obligatorum dotem. Prima pars concluſionis probatur. Nam Innocen. & Hoſtienſis dicunt, quòd mulier viſeram committeret, ſi id agere vellet, vnde dicunt conſequenter conſulendo mulieri relictę, quòd debeat eſſe cauta in hoc, quòd ab hęredibus mariti non debeat pro dote ſibi reſtituenda recipere aliquam poſſeſſionem in pignus, vel aliam rem in obligationem, & ſic expectare ſolutionem dotis. Nam hoc faciendo ipſa non poſſet licitè fructus poſſeſſionis recipere: niſi computando eos in ſortem: & ſic ex tenuarentur ſors dotis. ſed debet fieere dari dotem ſi bi debitam, uel talem poſſeſſionem dari in ſolutum: & ſic fructus poſſeſſionis erunt ſui: ipſa poſſeſſione tanquam dote ab hæredibus reſtituta remanente ſibi ſalua in ſua integritate. Secunda pars concluſionis pro batur. Nam ratio illius opinionis eſt illa: aſſumen do maiorem rationis tactæ in concluſione præceden ti & minorem talem, ſcilicet illa cauſa non habet lo cum in muliere relicta reſpectu hæredum mariti: ſi cut habuit in genero reſpectu ſoceri, igitur. Minor illa probatur tripliciter. Primò, ſicut ibi fuit proba ta. Secundò: quia mulier non tenetur aliqua onera ſupportare matrimonialia: cuius matrimonium ſit ſolutum: ſicut tamen gener tenebatur, igitur. Tertiò probatur, ſicut ibidem fuit probata. Modo hæc ra tio eſt nulla: quia deficit in quatuor. Primò & ſe cundò in maiore, & hoc duobus defectibus ibidem aſſignatis. Tertiò in minore eodem modo, ſicut ibi dem dictum fuit. Nam ſtat, quòd vidua, vel relicta ex carentia dotis ſibi ab hæredibus debitæ patiatur in tereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis: quia ſi haberet, poneret pecuniam ad negocium licitum, vel mercantias, vel emeret prædia, prout ibidem de hæredibus reſpectu ſoceri fuit dictum. Quartò de ficit eodem defectu, ſicut ibidem fuit dictum, & per conſequens patet illam rationem eſſe nullam. Tertia pars concluſionis probatur, ſicut probata eſt certia pars concluſionis præcedentis. & ſimiliter quarta pars probatur, vt ibidem. Quis enim dubitat, quin ſi illa bo na vidua, vel relicta mulier patiatur intereſſe eo mo do, quo maritus eius patiebatur, & adſint ſingulæ cir ciſtantiæ: ita licet ſibi id, ſicut licuit marito ſuo: & ſi cut non licuit id marito, ſi aliqua circunſtantiarum re quiſitarum deeſſet, ſic etiam mulieri non licebit, quæ autẽ illæ ſint, patuit latis in q. 50. de intereſſe. & in 31. de pœna. Quartum dubium & bimembre. Si rectores vel rectores ciuitatis ederent tale ſtatutum, quòd qui cunque hæredes mariti mortui definent poſt annum a morte mariti computando dotem relictę debitam: teneantur dare alimentum uxori dotatæ, & maximè 2. denarios pro libra quolibet menſe, an licet relictæ recipere ab hæredę huiuſmodi denarios. Et ſecun dò, an rectoribus ciuitatis liceret edere tale ſtatutum citra incurſum excõmunicationis maioris. Ad hoc du

bium respondetur per tres conclusiones, quarum duæ primæ respiciunt primam partem dubij, alia secundam partem dubij: et sic ego.

Decimæ conclusio. Si relicta accipit illos denarios, p̃ suo interesse, quod in rei veritate patitur p̃ carentiam doris sibi debitæ, licita est sibi illa receptio, saluis tamē conditionibus requisitis ad receptionem interesse tactis in q. 30. & si aliqua harum defecerit, non est sibi illa receptio licita ratione interesse.

Undecima cōclusio. Si relicta accipit illos denarios non pro illo interesse, eo p̃ nullum patitur, uel non tantum, attamen accipit nomine pœnæ legalis, quam sibi lex illa municipalis applicat, licita est illa receptio, salvis tamen conditionibus requisitis ad recipiendum qd nomine pœnæ tactis in q. 31.

Duodecima conclusio. Si statuentes id statuerunt tanquam pœnam, licitè id egerunt citra incursum excommunicationis, dummodo adsint conditiones requisitæ ad statutēs pœnam legalem tactæ in quæst. 31. Patet ratione ibidem tactæ, & si licitè egerunt, non incurrerunt excommunicationem maiorem: quia illa nō nisi pro uero mortali incurritur ūcrē & in foro animæ. Secus si in fraudem usurarum id statuissent, & per consequens contra conditionem primam tactam in quæst. 31. conclusione 10. quia ex quo in fraudem usurarum fecissent, mallent, quòd debitores non soluerent debitum, & sic incurrerent pœnam, eo quòd pœna est forte sibi uel suis applicanda, puta: quia ipsimet mutuauerunt, vel mutuaturi sunt, & sic lucraturi tale lucrum. Nam tunc peccarent mortaliter, & incurrerent excommunicationem maiorem, per clementinā. ex graui. de usuris. ubi disponitur, quòd statuentes, q̃ usuræ soluantur, aut solutæ non repetantur, incurrūt excommunicationem maiorem ipso facto. Et per illas tres conclusiones contradicitur opinioni Ioan. de Imola super cle. ex graui. de usuris. dicentis, quòd uxori relictæ non liceat prædictos denarios recipere, & quòd ciuitati non liceret edere tale statutum: immo quòd incurrunt excommunicationem maiorem. Quintum dubium. Si gener nondum consecutus dotem a socero sibi debitam mutuò reciperet a Ioanne hoc pacto mille, quòd Ioannes solutionem illorum mille sibi de bitorum acciperet a socero illius generi, & gener admitteret Ioannem ad perceptionem fructuum possessionis sibi pignoratæ a socero, donec socer soluisset Ioanni dotem debitam genero, an liceret Ioanni illos fructus percipere, sicut licuit genero. Ad hoc respondetur per duas sequentes conclusiones.

Decimatertia conclusio. Si Ioannes ex charitate mutuaret genero prædicta mille, & non motus propter lucrum fructum obtinendorum ultra sortem, & generetiam Ioanni liberaliter ex amicitia donaret fructus, licitè posset Ioannes illos fructus percipere. Patet ex dictis in quæst. vigesimaoua. salvis tamen circunstantiis ibidem positis debentibus concurrere ad hoc, q̃ mutuator licitè possit recipere a mutuatario aliquid per modum doni.

Decimaquarta conclusio. Si etiam gener nō per modum doni liberalis donaret illos fructus Ioanni, nec Ioannes ut sic reciperet eos, adhuc licitum est Ioanni illos fructus percipere eo modo, quo genero licuit, non obstante opinione & ratione quorundam in contrarium. Prima pars probatur. Nam genero licuit propter interesse, quod patitur ex carentia dotis sibi a socero debitæ (cui eam censetur mutuasse) igitur si Ioannes etiam patitur interesse in casando illius mille, quæ mutuauit genero, poterit a genero etiam fructus aliquos recipere in tanta quantitate, quantum est interesse. Saluis tamen circunstantiis requisitis ad recipiendum quid licitè ratione interesse tactis in quæst. 30. quarum una fuit, quòd Ioannes deberet malle carere illis fructibus & retinere suam sortem, quàm mutuare, & luctari illos fructus: attamen pietate subueniendi genero motus mutuat sibi, & ut se feruet indemnem, accipit illos fructus pro interesse, & sic de aliis circunstantiis. Secunda pars probatur: nam Guielmus tener contrarium, similiter & Bald. in C. de usur. super rubricam, & ratio eius est: quia quòd hoc licuit genero fuit: quia fuit maritus, & sic supportans onera matrimonialia, & Ioannes non est talis. Modò quotiescunque persona est immediata causa priuilegij, tūc mutuata persona mutatur priuilegium. Modo illa ratio est nulla: quia præsupponit falsum, scilicet quòd gener hoc habeat inquantum maritus, uel supportans onera sustendo in illa ratione; sed hoc habuit ratione interesse, quod patitur, quòd interesse æquè potest locum habere in non marito, scilicet in Ioanne, nec est uerum, quòd maritus hoc habeat in priuilegium: imrao hoc de lege communi habet tam ipse, q̃ quicunque alius similis modò patiens interesse.

QVAESTIO. XXXVI.

Vtrum ad mutuationem usurariam requiratur, quòd incrementum usurarium, vel temporale commodum, quod re uel spe consequitur mutuator usurarius, consequatur a mutuatario, uel ab aliquo alio loco ipsius, hoc modo, scilicet quòd mutuatarius uel alius incipiat carere tali temporali, & qd̃ prius habuerit illud. Vel sub aliis terminis, an oporteat, quòd mutuatarius, uel aliquis alius damnificetur in hoc, quòd mutuator assequitur incrementum usurarium.

Conclusio responsiua est, q̃ non requiritur. Nam sufficit, q̃ mutuator re, uel spe assequatur aliquod tale cōmodum, non curando a quocunque id assequat, & ēt nō curando, an id prius fuerit in rerū natura, uel non, & an fuerit in dominio mutuatarij, vel alterius, & an incipiat mutuatarius carere aliquo temporali, quod prius habuerit, & sic contingat eum damnificari vel non. Assumptum probatur dupliciter. Primo. Nā Christus ait Luc. 6. Mutuū date nihil inde sperantes, nolens indistincte, q̃ si quid separetur temporale, pp qd fieret mutuatio, esset usuraria. Modo non ait, nihil a mutuatario sperantes, sed ait, nihil inde. i. de mutuatione. Iō si quod temporale commodum per mutuationem cōsequitur re, vel spe, ad quod mutuatio fuit ordinata, vadecunq; id obtineatur, nihilominus erit mutuatio usuraria. Secundò probatur: quia in sequentibus octo exemplis est mutuatio usuraria, & tamen in eis nō consequitur re, uel spe usurarius aliquod temporale commodum a mutuatario, quo ille carere incipiat.

Primū exēplū. Petr⁹ rogat Paulū, vt sibi mutuet. Paul⁹ sentit a tū nisi adiecto pacto, q̃ Petr⁹ emere deberet eo qualdam

qualdam res non bene, uel facili uendibiles, utputa Paulus habet aliquas res steriles, quas non bene potest uendere, aut habet antiquos currus, biges, collipendia, & frena, vel huiusmodi, aut habet ius exigendi debita a quibusdam debitoribus non bene potentib. soluere, & naris fallere, quod ius uendere uult Petro. In hoc inquam exemplo mutuatio Pauli est usuraria, & hoc in duobus casibus: quia non solum in casu, quo Paulus uendendo Petro huiusmodi res pro pluri precio quàm ualeant, ideo sibi pro pluri uendit: quia, scilicet ei mutuauit. Sed etiam in casu, quo uenderet ei p̃ digno & iusto precio. De primo inquam casu patet, q̃ esset usuraria mutuatio: quia mutuat propter aliquid habere ultra sortem mutuatam. s. propter illud plus, p̃ quo uendit sibi res adductas in pacto. Nec exemplum datum in illo casu est de conclusione responsiua, sed in secundo casu. Nam uenditorem inuenire emptorem rerum suarum, quas uendere desiderat, est quid temporale æstimabile precio. igitur Paulus mutuans tali pacto, ut Petrus emat ab eo res prædictas, mutuat propter assequi temporale aliquod æstimabili precio. Antecedens probatur dupliciter. Primò: nam uenditor sæpe dat merces suas remissiori precio, quàm ualeant, donādo partem precij emptoribus, ut emant: illam autem donationem non facit, nisi propter temporalem utilitatem, quę non alia est, nisi illa. Sunt habeat emptores rerum suarum. Secundò: quia communiter venditor remissius dat merces suas, quando emuntur in magna quantitate, quàm si in parua emerentur. Hoc autē non est, nisi quia distrahere merces est sibi temporale commodum, igitur. Differunt tamen mutuatio Pauli in primo casu & in secundo: quia licet utraque sit usuraria: tamen in secundo non tenetur aliquid restituere Petro eo, q̃ nihil ab eo recepit, quod Petrus prius habuerit, & quo carere incęperit, quāmæquius lens ei assignauerit, & sic eum non damnificauit, sed in primo casu tenetur ei restituere illud plus, pro quo uendidit ei res prædictas, & hoc dupliciter. Primò: quia illud plus accepit ratione mutui, & sic est usura, igitur subiacens restitutioni. secundò etiam: quia uendidit rem plus iusto precio, quod autem est plus iusto precio, tenetur uenditor restituere: etiam si sit citra dimidium iusti precij, & hoc in foro animæ. Attamen in primo casu debet Paulus tantundem erogare pauperibus quanti precij æstimauit hoc, quod est inuenisse emptorem rerum suarum, hoc enim fuit usura.

Secundum exemplum. Mercator, vel uenditor aliquarum rerum mutuat alicui non adiecto pacto, quo obliget eum, ut a se emat merces potius, q̃ ab alio: attamen principaliter in illum finem facit, ut talis potius ad eum declinet in emptionibus rerum suarum, quàm ad alium uenditorem: etiam si illæ res sint aliàs bene, & non difficulter vendibiles, ut in primo exemplo, & etiam dato quòd uendat ei pro iusto precio. In tali casu mutuatio est usuraria, & probatur, sicut probatus est secundus casus primi exempli. Et tū in tali exemplo mercator ipsum incrementū usurariū nō recipit a mutuatario, sic q̃ mutuatarius id præhabuerit, & nūc incipiat eo carere, nec mutuatarius in aliquo damnificat.

Tertium exemplum. Doctor mutuat scholari principaliter illa intentione, ut acquirat benevolentiam illius scholaris, non quidem ibi listendo: quia hoc esset licitum, ut dictum est q. 29. sed ulterius ordinando illam benevolentiam in lucrum tēporale. s. quatenus ille uisitet scholas eius, ut sic augeatur numerus auditorum, & sic aucto numero augeatur fama, & per consequens stipendium temporale, propter quod finaliter & principaliter mutuauit. Et tamen in tali exemplo ipsum incrementum usurarium non recipit de scholare mutuatario, sic quòd scholaris mutuatarius illud præhabuerit, & nunc incipiat carere illo, nec mutuatarius in aliquo damnificatur.

Quartum exemplum. pistor mutuat Petro principaliter illa intentione, ut panes suos pinsi faciat apud eū, non apud alium, ut sic habeat precium pisturæ, etiam si non accipiat nisi condignum precium ab eo. In quo exemplo etiam pistor non recipit aliquid a Petro, in cuius carentia Petrus damnificetur. Nam & si recipiat precium pisturæ tamen econtra, pistor Petro condignas operas impendit pro eodem.

Quintum exemplum. Molitor mutuat pistori principaliter illa intentione, ut frumenta sua apud eum molat, ut sic ipse habeat precia molturæ, & si non acciat, nisi iustū preciū, & de hoc die ut de præcedenti.

Sextum exemplum. Si Paulus habens frumentum, quod timet sibi perire, si diutius seruaretur, mutuet illud Petro, qui statim est ipsum cōsumpturus, motus tamen principaliter ideo, ut recipiat futuro tempore aliud, quod est tantummodo æquale precij tempore redditionis: tamen est diutius mansurum. In hoc inquam casu est mutuatio usuraria, etiam si mutuator non fuisset suum frumentum diutius retenturus, & sic consecuturus lucrum, quo iam priuetur per mutuatio nē. Immo mutuator ēt consumpsisset statim in illo precio si non mutuasset. Secundò circa hoc exēplū dic disputatiuè, q̃ ēt si non intendat se habiturū frumētū diutius mansurū, sed tāmō æqualis durationis, uel si erit maioris durationis: tū non inquantū tale ipsum appetit habere, eo q̃ qū reddet, statim illud sumet, anteqũ pereat, illud aūt qd mutuat, nō ita statim pōt sumere, quin pereat, & sic solū intendit principaliter vitationē sui dāni. Et in primo dicto huius sexti exempli ꝑdicitur opin. Ioā. de Lignano, qui ꝑiū asserit dicēs, q̃ in primo casu nō est usura, nisi essent circūstantię usurę mētalis, puta si credit plus valiturū, vel nisi id, qd mutuaret, cēt putrefactum & parū valens. In secundo dicto ꝑdicitur opin. Ioā. de Lignano, qui ꝑiū asserit dicēs, q̃ in primo casu nō est usura, nisi essent circūstantię usurę mētalis, puta si credit plus valiturū, vel nisi id, qd mutuaret, cēt putrefactum & parū valens. In secundo dicto ꝑdicitur ēt multis aliis, sed hoc nō obstāte prædicta duo dicta stāt in veritate. Primū probat. Nā si Paulus vult frumentū existens equale in qualitate & ꝑcio tpe redditionis hīc loco fruméti mutuati pp hoc principaliter: qa reddendū est diutius mānsurū, q̃ id qd mutuat, qd esset statim periturū, q̃us si ēt reddēdū deberet vēdi tpe redditionis nō esset pluris precij, q̃ fuerit fruméti mutuatum, ergo intēdit aliqd cōmodū tēporale ꝑsequi ex mutuo, nō obstāte q̃ fruméti reddendū nō plus ualeret in precio tpe quo redditur, q̃ valuerit frumentū mutuatum. Nam ex quo reddendū est diutius mansurū, & natura est aliquam maiorem bonitatem & vtilitatē afferre Paulo, q̃ frumentum mutuatum tantum fuerit ei afferre. Confirmatur: quia etiam ipse Ioan. de Lignano addit dicens. Nisi essent circunstantiæ &c. Nam talis circunstantia est hic. Ex quo enim principaliter mouetur, vt rehabeat fruméti diutius mansurū, ergo mouet principaliter vt rehabeat melius frumentum, secus si non

principaliter molleretur, ut rehaberet frumentum diutius manfurum, secundùm quod tale, eo ꝙ nõ curaret, an illud esset diutius manfurum, puta: quia intendit ipsum tempore reddidionis statim consumere, tunc eũ posset contingere, ꝙ non esset usura, & etiam quòd esset usura: ut in probatione secundi dicti statim iam dicetur. Secundum autem dictum, cuius contradictorium magis videretur verum, quàm contradictorium prece dentis dicti) probatur sic: Nam Paulo non perire frumentum suum, quod aliàs certũ est perire, est quid æstimabile precio, adeo ꝙ si posset cum vno, vel duobus solidis facere, ꝙ nõ periret sibi, ipse id ageret, ergo si principaliter mutuat ad hoc, ut non pereat sibi, erit usuraria mutuatio. Confirmatur. Nam illud damnũ, quod intendit uitare per mutuationem non est damnum injustum: quia naturale est, igitur si mutuet principaliter propter illius damni vitationem: erit usuraria mutuatio, tenet consequentia ex dicendis in sequenti quæstione. Et si arguatur. Mutuans potest velle uitare interesse damni emergẽtis, ut patuit quæst. 30. igitur mutuans frumentum potest intendere, quòd uitet destructionem sui frumenti, quod aliàs sibi periret. Dicendum, antecedens est verum de interesse emergenti ex mutuo, hoc autem interesse emergit ex natura, & non ex mutuo: immo mutuans conatur illud per mutuum uitare. Dico autem notanter in secundo dicto, si principaliter intendit uitationem prædicti damni. Nam si non intendit hoc principaliter: immo principaliter mutuat propter bonum proximi petentis tantum: secũdariò autem propter uitationem damni, puta cum vult mutuare incidit ei illa uitatio damni, & propter eum eo libentius mutuat: non tamen omitteret mutuationem, etiam si non subesset uitatio damni: immo si uitatio damni esset causa, sine qua non mutuaret, dummodo tantum esset secundaria, adhuc mutuatio propter eam facta non esset usuraria: quia adhuc maneret gratuita, ut probabitur a simili de collatione beneficij ecclesiastici in fine octaui exempli. Quia tamen plures tenerent probabiliter contrarium secundi dicti, scilicet ubi principaliter mutuaret propter solam uitationem damni prædicti, dicentes etiam tunc non esse mutuationem usurariam, ideo ne sim ille, de quo dicitur. Qui nimis emungit, elicit sanguinem. Ideo non omnino resisto, sed tamen quod dictum est habet apparentiam & disputationem, atque etiam rationis est. Circa tamen ista nota casum, in quo quis licitè posset mutuare uetus frumentum uolendo sibi reddi nouum in maiori mẽsura quàm fuerit uetus, & hoc in recompensam prejudicij, quod aliàs mutuans uetus pateretur, si duntaxat in æquali quantitate mensuræ sibi nouum restitueretur, ut puta: quia frumentum uetus iam arruit, & sic ultra non diminuitur sicut nouum, quod cum nõdum arruerit, diminuetur in tempore, & etiam uetus, si non sit putrefactum, plus valet, quàm nouum, de hoc etiam dicetur in quæstio. 38. in fine. Dicitur autem notanter in principio huius sexti exempli, Petro, qui statim est ipsum consumpturus. Nam si Petrus non esset statim consumpturus, sed retenturus, & per consequens incursurus damnum, tunc Paulus adhuc grauius peccaret: quia præter hoc quòd mutuatio esset usuraria, etiam damnificaret Petrum, ubi si mox Petrus consumeret frumentum, non sic damnificaretur. Et confirmatur. Nam si venderet Petro tale frumentum uerisimiliter credendo, quòd antequam Petrus posset consumere, aut distrahere ipsum periret sibi, uel aliàs notabiliter in precio descenderet, ut puta scit quàmtocius superuenturam maximam copiam frugum similium, ob quam descenderet precium: Paulus secundùm probabilem opinionem non excusaretur a peccato, ut patebit in quæst. 62. Item sextum exemplum etiam sic probatur: quia si qs haberet pecuniam, quam timeret futuro tempore minus ualituram per statuta legis positiua uel domini terræ, & mutuaret eam alicui hoc pacto, ut sibi redderatur in æquali precio, in quo est cum ab eo datur, dicit Alexand. de Ales multis uideri quòd hoc sit illicitum & usura, igitur etiam sic est in prædicto sexto exemplo. Et quamuis etiam idem dicat, quòd econtra multis uidentur, quòd non sit illicitum, qui habent pro fundamento, quòd mutuans non intendit lucrum, sed tantum damni uitationem: tamen illud non concludit, ut patuit, & etiam patebit infra quæst. 62. in simili de vẽdente mercem, quę in precio uerisimiliter quàmtocius decresceret. Nec est verum, quod dicunt, quòd qui uitat damnum suum, non facit iniurium proximo suo, nec lædit eum. Nam uerum est, ꝙ uitando damnum suum inquantum hoc facit, non lædit proximum, sed quando uitat damnum suum, & hoc mediante illatione damni proximo, facit etiniuriam, si enim est leo me inuasurus, nec euadere possum, nisi te posito loco mei, non ob hoc excusabor, ꝙ damnum meum uitare volo.

Septimum exemplum. Si Paulus mutuat Petro hoc pacto adiecto, quòd Petrus sit obligatus ad remutuandum Paulo futuro tempore, hoc exemplum probant aliqui sic: quia quamuis mutuatarius sit naturali obligatione obligatus mutuatori ad antidora, ut scilicet sibi indigenti pariformiter remutuet: tamen non tenetur sibi obligatione ciuili, ita quòd eum ad hoc cogere possit, sed si ducit hoc in pactum, scilicet promittendo remutuare, ex hoc insurgit ciuilis actio, qua mutuans potest cogere mutuatarium, ut sibi remutuet, & sic recipit ultra sortem aliquid. illam obligationem ciuilem. Sed hæc probatio non uidetur ualida. Nam quamuis in foro animæ mutuatarius, qui promisit, remutuare, teneatur ad remutuandum iusta promissa, non solum si iurasset, sed etiam si simplici uerbo promisit: intendens illam promissionem seruare: quia apud Deum etiam promissio sine iuramento facta ligat: tamen in foro exteriori non potest ad illud cogi per iudicem, quia excipiendo possit elidere actionem actoris, & inanem eam facere, quod patet: quia etiam si iurasset, potest ab solutionem petere, si nondum ad est terminus seruandi promissum, & sic non cogetur. Si etiam non iurauit, potest excipere coram iudice, dicendo illam obligationem esse usuram, & per consequens non teneri se ad illam obligationem. Et iudex non potest iudicare cogendo eum ad obseruantiam obligationis, sicut non licet iudici iudicare, ut usuræ soluantur. Aliter igitur sic probari potest exemplum: quia prædicta obligatio est res æstimabilis precio: quia sæpe quis daret, & dar pecuniam, ut haberet, uel habeat sibi remutuantem, cum indiget. Immo hoc exemplum habet ueritatem, si etiam Paulus non adiicit pactum prædictum, sed principaliter ideo

ideo mutuat, ut alius futuro tempore sibi remutuet. Attamen hoc exemplum non est de casu huius quæstionis: quia mutuatarius incipit carere aliquo temporali, scilicet libertate recusandi mutuum. Nam non est ita liber ad recusandum mutuum sicut si non promisisset: quamuis illam obligationem in foro exteriori elidere posset, & recuperare libertatem: quia etiam si pecuniam aliquam promisisset per modum usuræ se daturam, elidere posset in foro exteriori exactionem promissi, aut si decidisset repetere solutum.

Octauum exemplum. Si dominus alicuius agri mutuat rustico certam quantitatem pecuniæ ob hoc, ut colat eius possessionem, pro quo tamen cultu, uult sibi dare mercedem. In hoc exemplo est mutuatio usuraria in quatuor casibus. Primus. Si dominus uult aliquo minus iusta mercede dare rustico pro cultura agri, eo quòd sibi mutuauit, propter partem operarum rustici sine mercede habendarum, quę tamen operæ sunt ses æstimabiles precio. Nam ex quo non dat sufficientem mercedem rustico, sequitur, quòd aliquę operæ rusticę non soluuntur rustico. & per consequens illas sine mercede impendit domino, & cum dominus hoc intendat intendit lucrum ex mutuo, multomagis quando mutuat sibi, ut omnino sine mercede possessionem sibi colat. Secundus casus, si dominus uult a ruttico sibi respondere de aliquo pluri in fructibus, quàm dignum sit, & hoc propter mutuum impensum ei. Nam illud plus in fructibus est usura. Tertius, si uult, quòd rusticus propter mutuum sibi plures, uel diligentiores operas impendat, quàm debeat secundùm mercedis quantitatem. Nam illud plus in operis, uel diligentia est res æstimabilis precio. Et illi tres casus sunt indubitati, nõ tamen sunt de casu huius quæstionis: quia in eis mutuatarius incipit carere aliquo temporali sibi debito. Et dixi notanter in tertio casu, quam debeat secundùm mercedis quantitatem. Nam si dominus mutuaret sibi ideo: quia timet, ꝙ nisi mutuet sibi, rusticus non adhibebit diligentiam tantam, ad quantam tenetur ratione mercedis, tunc non esset usuraria mutuatio: quia mutuatio fieret ad redimendum uexationem iniustam, quod licitum est, ut patebit in sequẽti quęstione. Quattus verò casus est, si dominus nil plus recipit ratione mutui, & de hoc casu ait Greg. de Arimino, quòd non est usura, quod persuadetur ab eo & ab aliis quadrupliciter. Primò sic: quia nisi sic: maximè ideo quia mutuat sibi, ut colat possessionem, aliàs non mutuaret sibi & econtra, rusticus colit ei, aliàs non coleret, quod colere est res æstimabilis precio. sed hoc nihil arguit: quia cultura non est domino lucrum, eo quòd illam condigna mercede soluit, dando equitaleas pro ea, & sic nihil ultra sortem mutuatam recipit. Secũdò sic per simile, posito ꝙ dominus conducat colonum ad certũ tempus pro iusto precio, & illud tradat, antequam colonus incipiat operari eidem, postmodum nolente colono laborare, nisi dominus mutuet ei certam quantitatem pecunię, dominus mutuat, ut operetur, aliàs nõ mutuaturus. colonus impendit operas, quarum precia prius accepetat. equidem in hoc casu non erit mutuũs vsurarius: quia nil ex tali mutuo lucratur, sed recipit operas sibi debitas ex precii solutione. Tertiò patet: quia licitum est alicui detinenti contra iustitiam possessionem sibi debitam mutuare, & hoc in illum finẽ ut recuperet possessionem, uel saltem fructus eius eũ ultra sortem mutuatam, ut patet in c. 1. de usuris. igitur etiam sic erit hic de domino respectu coloni. Quare tò sic. Si tu occupasti rem meam, uel per potẽtiam tuã uim facis mihi in rebus meis, uel non restituis mihi rem per me tibi mutuatam, locatam, uel commodatã, nec uis desistere a uiolentia, nec etiam reddere rem reddendam, nisi mutuem tibi mille, quo facto uis desistere, uel restituere debitum, & ego ideo tibi mutuem, ut desistas, uel reddas, non committo mutuationem usurariam: quia nihil lucror, sed redimo uexationem, & nil acquiro, nisi quod aliàs mihi debebatur, & forte cũ hoc patior interesse lucri cessantis: quia cum illis mille fuissem lucratus aliquid. Sed circa illum octauum casum distinctius uidetur loquendum. Nam quamuis opera sit opinio Gregorii in casu, quo colonus ante mutuationem tenebatur colere agrum, & nunc non uult colere, nisi sibi mutuetur. Nam tunc dominus nihil sibi indebitum lucratur, sed tantum redimit vexationẽ. & de hoc latius in sequenti quæstione patebit. & solũ in hoc casu procedunt tres ultimę persuasiones, ut pater intuenti eas, & per consequens patet solutio earundem. Sed non est uera, quando colonus ante mutuationem non tenebatur colere agrũ, sed liber erat ad subeũdum culturam, uel non, dominus autem ei mutuauit principaliter, ut eum sibi obligaret ad colendum agrũ, & sic per suam mutuationem adeptus est obligationẽ coloni. Hæc autem obligatio est res æstimabilis precio adeo ꝙ mutuatio redditur vsuraria, quæ propter eam acquirẽdam exercetur, quod probatur: quia dominus sæpe ultra mercedem culturæ daret aliquantulam pecuniam, ut posset habere colonum, eo ꝙ omnes, uel quasi omnes coloni lecanerunt operas suas alijs, & ita difficulter potest habere colonum. Secundo probatur idem. Nam non dubitatur apud doctores, quin sit mutuatio usuraria, si quis mutuet cum pacto, quo obligat mutuatarium, ut alia uice sibi uelit remutuare, cum indigeat, & hoc quia obligatio remutuandi est res æstimabilis precio: quia sæpe quis daret pecuniam, ut inueniret mutuantem sibi. hic tamen casus non est de casu præsentis quęstionis, sicut nec præcedens exemplum. Et dixi notanter, quando dominus ei mutuauit principaliter, ut eum sibi obligaret. Nam non esset usura, si principaliter mutuauit in bonum rustici non sibi ta adeptionem obligationis culturæ. puta: etiem ei mutuaret, si sciuisset eum non culturum sibi agrum, attamen secundariò ex hoc moueretur ad mutuandum, sperans, ꝙ eum habebit beneuolum, ut sibi potius, quàm alteri colat pro iusta tamen mercede, & sic illud secundariò mouens non causat volitionem mutuandi, sed tã tum promouet, immo non auderem condemnare factum illud in casu, quo etiam illa obligatio esset causa sine qua non, dummodo solum esset secundaria causa. Nam si esset causa, sine qua non: dũmodo solum secundaria, sicut possibile, est illa duo simul stare, adhuc uiderentur mutuatio gratuita: quia collatio beneficij ecclesiastici est gratuita censenda, quæ principaliter solũ fit propter spiritualem idoneitatem personæ ad gloriã Dei, & ecclesiæ utilitatem, & secundariò fit propter cõsanguinitatem, uel obsequia, etiam si illa secundaria intentio esset causa, sine qua non declinasset patronus, uel collator ad illam personã potius, quàm ad aliam,

quę

quæ fuisset æquè idonea. secus vbi ad minus idoneum declinaret propter obsequia, uel cõtinuitatem. Nã illicitum est in rebus ecclesiasticis præferre minus idoneum magis idoneo secundùm uniuersi opinionem, etiam si minus idoneus sit sufficienter idoneus. & intelligo de idoneitate omnimoda respectu beneficij, uel officii ecclesiastici, non de idoneitate in sanctitate. Nã aliquando minus sanctus potest præferri magis sancto in collatione beneficii, si magis sanctus sit in alijs requisitis ad beneficium ecclesiasticum inhabilis, ubi tamen minus sanctus sit habilis ad exercendum tale officium, sed de hoc latius in tractatu de simonia, & de cõtraria opinione an ne esset defensabilis. Ad argumentum autem primum Gregorij dicendum, negãdo maioren. Nam in casu, quo dixi mus, dominum peccare, nõ dicimus, q̃ ideo peccet: quia mutuet propter culturam, sed ideo quia mutuat propter habere obligationem a rustico, ut habeat culturam, quæ obligatio est quid distinctum a centura & æstimabile precio ultra eandem, eo quòd sæpe quis daret ultra mercedem cõdignam culturæ aliquam pecuniam, ut in prompto haberet aliquem, qui sibi coleret.

Ex prædictis sequitur, q̃ Petrus peccat peccato usuræ, qui Paulo vineatori mutuat pecuniam natiuitatis Christi, uel paschæ, uel pentecostes super uinum leuãdum per vineatorem in autumno futuro, & aduenientе autumno conueniunt Petrus & Paulus, & computãt & inueniunt, q̃ Petrus mutuauit Paulo. 30. flo. pro quibus Petrus a Paulo exigit tria plaustra uini, quæ tunc valẽt bene. 36. flor. ita q̃ si Petrus uellet ea emere, etiã pro prompta pecunia oporteret eum dare de communi foro. 36. flo. Nam tunc Petrus cum nullum interesse possit allegare veraciter, ut supponitur, non præsumitur ualorem sex flor. quem exigit ultra ualorem. 30. flor. exigere nisi pro hoc, quòd ante terminum dedit. 30. flor. & sic eos mutuasse censetur. Quod si in foro conscientiæ dicat, se tantundem & amplius interesse sustinuisse, agat cõfessor secum, sicut in quæstione. 30. dictum est. Quod si dicat, nõ se illos 30. mutuasse Paulo, sed ut precium ei dedisse pro uino futuro in quantitate trium plaustrorum, quod sibi loco. 30. flor. debet dari, & sic nõ est mutuum: quia idem in genere debet restitui in mutuo, tũc si fuit verisimile, quòd tria plaustra tunc temporis essent ualituta plusquam 30. puta. 36. ut dictum est: iterum præsumitur ideo precium ante dedisse, ut sic per anticipatã solutionem, quæ includit implicitam mutuationem, lucretur sex flor. peccat peccato usuræ, si autem non fuit verisimile, nec spe illius lucri consequendi solutionem anticipauit, sed pietate motus dat, non cogitans se plus habiturum in uasotere uini, quã sint. 30. flor. & emit eo modo, quo quis emit iactum retis, non est damnandus, de hoc patebit infra q. 67. Ex illis etiam patet, quid sit dicendum de illis, qui mutuant pecuniam vineatori super uino futuro, & hoc ad ordinarium & publicum computum fiẽdũ, ut dici solet. & sciunt vineatores habere in suis uineis uites producentes uina notabiliter meliora, quàm sint uina communia cadentia sub computo, & nihilominus uolũt plaustrum habere secundùm communẽ rationem. Nam illi committunt usuram eo modo, ut Petrus in prædicto casu.

Cõtra quinque prima exempla arguitur. Prædictus Paulus mutuator posset donare Petro aliquid, ut emeret ab eo aliquas res iusto precio, aut apud se faceret pinsi, uel molì. igitur etiam posset eidem mutuare propter prædicta. tenet consequentia: quia non apparet ratio diuersitatis, cum tam mutuatio, quàm donatio sit contractus gratuitus. Dicendum, quòd prædicta donatio non esset contractus donationis, prout est contractus gratuitus, sed est alterius speciei, est enim contractus innominatus, scilicet do ut facias. Mutuatio autẽ est contractus, qui debet esse gratuitus, & manet mutuatio, etiam si fiat propter usuram capiendam. Et si dicas: Cur possum aliquid dare B. ut sit meus notus. utputa, q̃ apud me pinsat, aut a me emat necessaria, & non possum ei tantundem mutuare, ut a me emat. Dicendum, ratio est: quia si ei do. 1. flo. ut sic sit notus meus, non exigo aliquid ex eo, quod excedat ualorem dati, sed cum sibi mutuo. 1. flo. obligo eum ad reddendum equiualentem, & ultra hoc etiam uolo habere aliquid æstimabile precio. igitur facio contra iustitiam commutatiuam, non sic in priori casu.

QVAESTIO. XXXVII.

Vtrum mutuatio facta principaliter propter uitationem damni iniusti, aut uexationis iniustæ sit usuraria. Dicendum per duas conclusiones.

Prima. Si damnum est iniustum, similiter uexatio, mutuatio non est usuraria. Probatur, nam tunc mutuãs non intendit assequi ex mutuatione aliquod temporale commodum, aliàs sibi indebitum, immo illud aliàs sibi debebatur. Nam si damnum & uexatio sibi iniustè inferenda erant, mutuans habebat ius, ut non sibi inferretur, & per consequens obtinens eorum uitationem nihil noui sibi aliàs indebitum obtinet. Et de hac conclusione sunt quatuor exempla sequentia. Primum, secundum, tertium sunt illa tria, quæ posita sunt in præcedẽti quæstione in octauo exemplo circa opinionem Gregorii. Quartum est. Si ab aliquo patior persecutionem iniustè, & ne mihi noceat, cogor conducere armigeros in meam defensionem: & sic incurro damnosas expensas, ad quas uitandum mutuo sibi, ut cesset a persecutionibus iniustis, quatenus sic uitem dãnum iniustum & uexationem iniquam.

Secunda conclusio. Si damnum est iustum similiter & uexatio, mutuatio facta principaliter, ꝓpter talis dãni uel uexationis uitationẽ est usuraria. Probatur: quia est principaliter facta propter temporale commodum, aliàs indebitum ultra sortem obtinendum. Nam si mutuatarius iustè potuisset damnum, uel uexationem intulisse, æstimetur illud damnum. 100. flor. tunc uitatio illius damni fuisset comparata. 50. flor. igitur talis mutuat, ut consequatur tem talentem. 50. flo. quæ res nõ fuit sibi debita, nam ad illam cessationem non tenebatur mutuatarius, exquo per casum mutuatarius potuisset iustè ei illud damnum intulisse. Dictum est notanter, principaliter facta &c. quia si secundariò propter id fieret, ita q̃ adhuc mutuaret, si illud non subesset: so cus est, ut patet ex dictis in sexto exemplo præcedentis quæstionis.

Ex hac conclusione sequitur, quòd necessariò est addenda limitatio tribus dictis quorumdam doctorum.

Primum

Primum Laurẽ. de Ridol. dicentis, q̃ illa mutuatio non est usuraria, quæ fieret in sequenti casu, scilicet si quis iniuriaturaliceri, propter quod recipiens iniuriã ei intimetur. & si illum, qui iniuriam fecit, oporteat subire certas expensas, puta. 10. flo. in mẽse in famulis, quos oporteat tenere armatos, si is, qui fecit iniuriam, mutuet iniuriam passo eo pacto, uel illa principali intentione, ut remittat iniuriam, ut eius gratiam quærat, & per consequens ueniam, qua obtenta cessant expensæ prædictæ, talis mutuãs non uidetur committere usuram: quia licitum est cuilibet redimere uexationem suam. de simonia. c. dilectus, & ita facit ille. Nec obstat, si dicas, dedit censum delicto. igitur non redimit uexationem suam: quoniam si ille peccauit iniuriam dando, & ille etiam peccabit in uindicando: quia contra Dei præcepta est inferre uindictam, ille etiam non lucratur, sed tenetur eutiat dãnum, quod subire oportet. 14. q. 4. quoniam multi. hæc ille. Hoc inquam dictũ deficit quinupliciter. Primò: quia si mutuans est prius iniuriatus, igitur passus iniuriam habet ius prosequẽdi actionem suam contra iniuriantẽ seruato ordine iuris, in qua prosecutione damnificabitur iniuriæ illator, illius autem iustæ prosecutionis tiendæ uitatio est res æstimabilis precio. igitur iniuriæ illator mutuauit iniuriam passo propter temporale commodum sibi indebitum ultra sortem obtinendum, ergo est usurarius. Et confirmatur: quia eo ipso q̃ iniuriatus est alteri, est debitor eius. igitur si mutuat ut remittat illud debitum, mutuat, ut sibi quid donetur: quia in omni remissione debiti, est quædam donatio, eideo quòd sicut datio alicuius temporalis reddit collationem spiritualium nõ gratuitam, sed simoniacam, si fuit facta propter eam, sic etiam remissio debiti reddit eam non gratuitam sed simoniacam. ergo etiam hic reddit remissio actionis mutuationem non gratuitam, sed usurariam. Secundò deficit: quia & si prædictus doctor uideatur uelle loqui de damnificatione bellica, uel armorum, & non de iudiciali, tamen per hoc non habetur, quòd uelit loqui de uexatione inordinata, uel iniusta. Nam cõtingit etiã uexationem, quæ per arma & bellum infertur, esse iustam, ordinatam, & iuridicam. pro cuius cessatione nõ minus contingit dari, quàm pro cessatione uexationis iudicialis. ideo nec pro illius cessatione est mutuandũ, si fit iusta. Tertiò deficit: quia indistincte allegat, quòd liceat redimere uexationem, quod tamen non est uerum indistincte, sed dumtaxat quando uexatio est facti non iuris, sed iniusta. In casu autem suo contingit, uexationem qua iniuriam passus prosequitur actionem suam cõtra iniuriantem esse iuris & iustam. licitum est enim alicui actionem suam prosequi, etiam agendo ad pœnam rei, si pro sui indemnitate ad refusionem sui damni & zelo iustitiæ ad pœnam agat. quamuis tamen rem dimittere teneatur. Quartò: quia allegat, quòd mutuans nil lucretur. Nam dico, quòd lucratur remissionem debiti, si enim mutuans mutuaret suo creditori, cui ex contractu aliquo teneretur, ut remitteret sibi debitum, scilicet 100. flo. quos ei ex contractu deberet, nemo diceret, quin esset usurarius. igitur etiam quando mutuat alicui, ut remittat ei debitum, quod sibi debet ex maleficio, uel quasi ex maleficio. Quintò deficit, cum dicit, quòd iniuriam passus peccat uindicando iniuriam. hoc enim non est uerum, si iniuriam passus uindicet ordine iuris seruato. Nam uindicare de se non est malum. alioquin non diceret Apostolus de terrena potestate: Dei minister est uindex in iram ei, qui malũ agit ad Ro. 13. quamuis propria auctoritate uindicare sine ordine iuris, uel etiam cum ordine iuris, sed libidine satisfaciendi propriæ odio sit contra legem Dei. Secundum dictum est Speculatoris dicentis, q̃ ẽ quis mutuet uniuersitati eo pacto, q̃ uniuersitas ei nõ imponat collectas, quas aliàs sibi interim posset imponere, non committit mutuationem usurariam. hæc ille. Modò dico, si illæ collectæ potuissent sibi iustè fuisse impositæ (sicut potest contingere) ipse est usurarius, ut patet ex prædictis. Tertiũ est Ioan. An. & Ioan. de Lignano, & Ioan. de Cal. dicentium, q̃ dictum Speculatoris licet non habeat veritatem, quando collectæ sunt certæ, tamen quando nullæ certæ statutæ sunt, est verum, hæc illi. Modò si etiam nullæ certæ sunt statutæ, si tamen iustè potuissent sibi fuisse impositæ, ipse est usurarius, ut patet ex prædictis rationibus.

QVAESTIO. XXXVIII.

Vtrum A. mutuans B. ipsum G. restituendum in tempore D. in quo tamen tempore G. plus ualebit, quàm ualuerit tempore mutuationis, committat mutuationem usurariam? Solutio huius quæstionis stat in uno exemplo, & quinque conclusionibus. Exemplum est A. mutuat B. frumentum, quod nunc ualet medium flor. & in Decembri modium flor. & quatuor solidos, simile dari põt de uino, & de moneta. Nam aliquando contingit (quamuis non in sequente sicut de frumento & uino) q̃ moneta aliquo tempore pluris æstimatur, quàm alio.

Prima conclusio. Si consecutio illius pluris, quod ualebit G. in tempore D. ultra illud, quod ualuit tempore mutationis, fuit principaliter motiuum, propter quod A. mutuauit B. mutuatio fuit usuraria. patet ex diffinitione mutuationis usurariæ supra. q. 32. Et est hæc conclusio vera, siue A. cum effectu consequatur illud plus, siue non, puta sperabat B. plus ualituram in D. licet non ualuerit plus: quia sufficit principalis intẽtio consequendi lucri ex mutuo ad reddendum mutuationem usurariam, quamuis in primo casu teneatur restituere aliquid, non autem in secundo: quia nil percepit.

Secunda conclusio. Si consecutio illius pluris non mouit A. ad mutuandum, sed sola charitas, attamen ut similiter erat G. plus ualiturus in tempore D. quàm mutuationis ualuerit, mutuatio non erit usuraria verè, quamuis poterit esse præsumptiuè usuraria, præsumptione debili, uel forti secundùm circumstantias personæ A. Prima pars patet: quia non est facta propter lucrum, quamuis lucrum accesserit præter intentionem A. accessus autem lucri non intenti non arguit tantam mutationem usurariam, aliàs non liceret mutuanti ex charitate recipere, postea aliqua dona a mutuatario, quod tamen licet seruatis certis circumstantiis tactis in q. 19. Nec oportet, quòd in eius intentione fuerit (licet tamẽ quidam dicit oportere) quòd si talis res mutuata fuisset facta ultior, illam ultiorem sic recipere uoluisset. Nam hoc non oportet, sed sufficit, quòd in eius intentione fit, quòd fires mutuata solum tantundem tunc esset

esset valitura sicut nunc, adhuc mutuasset ei, non enim teneretur in mutuando infidere nelle perpeti damnum. Secunda pars conclusionis probatur. Nam ex quo plus verisimiliter erat B. valiturum in tempore D. quàm in tempore mutationis, tunc si A. alias consuerit mutuare ad usuras, præsumeretur etiam nunc mutationem illam fecisse usuraria intentione, eo quòd semel malus semper præsumitur malus. Vade in tali casu quantumcunque A. qui consuesset huiusque essetalis, uellet mutuare nunc ex syncera charitate, tamen abstinere deberet ab illa mutuatione, quamdiu nata esset oriri præsumptio contra eum de corrupta intentione: quia abstinendum est a specie mali, donec cesset probabilis origo scandali, sicut ractum est in q. 29. & 30.

Tertia conclusio. Si secutio illius pluris nõ mouit A. ad mutuandum, sed sola charitas, & etiam non fuit verisimile, q̃ B. erat valiturum plus in D. quàm tempore mutuationis valuerit. Illa mutuatio nec verè erit usuraria, nec præsumptiuè, etiam si in effectu plus ualebit. Prima pars patet ex conclusione præcedenti. Secunda pars probatur: quia cessat causa præsumendi, scilicet verisimilitudo maioris valoris, qui mouisse potuisset A.

Quarta conclusio. Si consecutio illius pluris non mouit A. ad mutuandum, sed sola charitas, & tamen verisimile fuit, q̃ erat plus valiturum in D. quàm tempore mutationis, quòd plus etiam A. intendebat consequi, non erit mutuatio verè usuraria, quamuis posset esse aliqualiter præsumptiuè usuraria. Prima pars quò ad suppositum sumpta, quo supponit, q̃ illa se simul compatiantur, scilicet q̃ A. intenderit consequi illud plus, quod B. valebit in tempore D. & tamẽ quod illud plus nõ mouerit ipsum ad mutuãdum, probatur. Nam stat, quòd A. erat reseruaturus B. usque ad D. quo erat verisimile ipsum plus valiturum, ita quòd non intendebat B. consumere, vel distrahere ante D. lam A. intendit cõsequi illud plus, quæ intentio est sibi licita: quia non tenetur quis rem suam distrahere tempore, quo non nisi uili precio venditur: & tamẽ ex quo B. petit C. sibi mutuari A. ductus charitate mutuat ei G. cognato tu interim per mitteres iacere G. vsque ad D. melius est quòd proximo tuo charissimo, per G. benefacias. ex quo illud potes sine damno tuo: quia in tempore D. restituet tibi æquale in bonitate, & sic non perdes lucru, quod alias eras obtenturus in D. & ita simul stant prædicta duo, scilicet quòd consecutio illius pluris non mouerit eum ad mutuandum, & tamen consecutio eius fuerit intenta. Hoc supposito igitur probato: probatur prima pars conclusionis: quia stantibus prædictis A. mutuat ex charitate & cum prouidentia seipsum conseruando indemnem, quod utique licet per regulã Ioan. de Gerso supra allegatam. p. 30. Et quamuis in illo casu sit A. immunis a peccato usuræ, attamen non esset ab omni peccato immunis, si B. tempore mutuationis fuisset in ea indigẽtia constitutus, q̃ A. debebat ei mutuare nũc, etiam renunciando lucro sibi cessanti, & nolle restituere G. usque ad D. prout tactum est quæstione. 30. Secũda pars probatur primò sic: quia si alias A. cõsueuit ad usuras mutuare, & ex aliqua circunstantia appareat, q̃ A. distraxisset, vel consumpsisset B. & non reseruasset vsque ad D. tunc contra eum præsumeretur de mutuatione usuraria. & quamuis præsumptioni illi non subsit veritas, attamen a specie mali abstinendum est: donec cesset origo scandali possibilis. Secũdò probatur sic: quia si A. deneget B. libertatem restituendi C. ante D. præsumetur, quòd A. velit per suum mutuum cõsequi aliquod lucrum, quod consequi non posset, si A. retinuisset G. usque ad D. Nam si non id, intenderet non referre apud A. an B. restitueret sibi G. ante D. & sic A. conseruaret G. vsque ad D. vel an restitueret sibi in D.

Quinta conclusio. Si quis frumentũ hoc tempore, quo est cerissimũ, & sub æstimatione precii nunc currentis mutuet, obligans mutuatarium ad restituendũ sibi aliud frumentum futuro tempore, quo erit vilissimi precii, sed tamen illud aliud debeat sibi restitui in tãta quantitate, q̃ tantum valeat, quantum modo valet frumentum, quod sibi tradit. & ita obligat eum ad dandum sibi plus frumenti in quantitate, quàm mutuauerit, non committit usuram: quia illud plus, quod recipit, licet sit plus in quantitate molis, seu mathematica, non tamen in quantitate ciuili vel valoris, sed equaleideo nullum lucrum intendit. Vnde etiam equiualenter vendit si frumentum nunc, & mutuat precium gratis, quod sibi vult restitui æquale in frumento tempore solutionis. Sicut etiam mutuans frumentum vetus recepturus nouum licite potest exigere, q̃ nouũ sibi dandum, detur in maiori mensura, quàm ipse ei dederit de veteri, si hoc facit non spe lucri, sed ratione damni vitandi, quod sibi accideret, si nouũ in æquali mensura acciperet. Nam si mutuans intendebat suũ vetus diutius retinere (eo q̃ erat bonum frumentum) quamdiu adhuc conseruari poterat, & reciperet nouũ in equali mensura, ipse pateretur hoc præiudicium, q̃ conseruando nouũ loco veteris, in fine cõseruationis minus inueniret de frumento nouo, quàm de veteri conseruato inuenisset: quia frumentum nouũ tempore intermedio arefcit, & sic diminuitur, vetus autem iam aruerat & fecit suam diminutionem, & sic non amplius diminuitur. Vnde in tali casu licet recipiat maius in mensura & quantitate mathematica, non tamen in ciuili quãtitate valoris. Si tamen illud causa lucri exigeret, prout de hoc est casus positus supra. q. 30. peccaret mutuas vt ibidem patuit.

Ex dictis in hac quæstione patet, q̃ non est indistincte verũ id, quod doctor Ioannes de Franchafordia in tractatulo suo de contractibus dicit conclusione. 14. dicens, q̃ illicitum est, si Ioannes in messe, quando bladi sunt in vili precio, mutuat Petro maldrũ bladi, obligãs eum ad restituendum aliud maldrũ paſcę, quando scilicet maldrũ verisimiliter valet amplius, puta in messe valet dimidium flor. & paſcę valet vnũ flor. Et idem dicendũ, si adiicit, quòd paſcæ debeat sibi dare vnũ maldrum vel pecuniam ad tantam, quantam tũc maldrũ valebit. Ita q̃ stet in optione Ioãnis recipere pecuniam vel bladũ. hæc ille. Nam primum dictum licet habeat veritatem in casu primæ cõclusionis huius quæstionis non tamen in casu quartę conclusionis. Nec valet probatio sua: cum sit, q̃ in casu primi dicti tantũdem agit Ioannes, ac si diceret in messe, concedo tibi dimidium flor. vt paſcę amplius mihi reddas. Nam ad hoc dicendum, q̃ non est simile: quia pecunia non reseruatur a messe vsque ad paſca, vt amplius valeat, aut vendatur pro maiori. sicut bladum in casu quartę conclusionis. Vnde si contingeret similis alteratio in valore pecuniæ

sicut

sicut bladi, non video, quia in casu quartę conclusionis etiam aliquis habens certum genus numismatis & probabiliter credens id valiturum paſcę plus, quã nũc valeat, & intendebat omnino illud vsque ad paſca seruare, posset velle mutuatorium esse obligatum ad satisfaciendum de sorte, & de illo pluri, defalcatione tamen facta secundùm dubietatem lucri: quia mutuator pro interesse inceti cessantis potest aliquid exigere a mutuatario vltra sortem, saluis tamen conditionibus tactis q. 30. Secundum autem dictum eius habet veritatem, si optio illius distincti sit quid æstimabile precio vltra valorem sortis mutuatę, sicut natum est contingere, q̃ mutuatario soluente sortem mutuator malet habere pecuniam, adeo q̃ etiam aliquanta pecunia carere vel let, vt potius haberet pecuniam quàm bladum.

QVAESTIO. XXXIX.

Vtrum Paulo liceat Petro nauiganti vel eunti ad nundinas mutuare centum tali pacto, q̃ Paulus recipiat in se periculum illorum. 100. & pro hoc det Petrus Paulo aliquid vltra sortem, scilicet quinque. Solutio quæstionis stat in duabus suppositionibus, quatuor conclusionibus, & duorum argumentorum solutionibus. Prima suppositio, pronomen hoc in titulo quæstionis, cum dicitur pro hoc, potest referre ipsum mutuare, vel dumtaxat ipsum recipere periculum, vel vtrumque. Secunda suppositio. Paulum recipere in se periculum, nihil aliud est, quàm Paulum velle, si fors perdatur, scilicet 100. flor. vel etiam merces inde emptæ, q̃ illa sint sibi perdita, ita q̃ vult hoc damnũ sustinere, adeo q̃ Petrus non teneatur sibi sortem amutuatam restituere, neque alias merces inde emptas.

Prima conclusio. Si pronomen hoc refert dumtaxat mutuare, mutuatio Pauli est vsuraria: quia pro ea recipit, vel recipere intendit Paulus aliquod temporale p̃ modum precii. Vnde pro precio mutuasse verè dicitur. Et in hoc casu est in foro conscientię decretalis nauigãti. extra. de vsuris: intelligenda. vbi sic dicitur. Nauigãti, vel eunti ad nundinas certam mutuans pecuniæ quãtitatem eo quòd sustineat in se periculum, receptutus aliquid vltra sortem, vsurarius est cẽsendus. Et si arguatur. C. de nautico fœnore. l. prima. dicitur, talem cõtractum ad obseruationem communium vsurarum liberum esse: quia & si non sit communis vsura, est tamen vsura. Vnde glo. super verbo communium vsurarum dicit. sed non centesimarum. Dicendum, quòd leges approbantes aliquas vsuras non valent, vt patet ex quæstione. 22.

Secunda conclusio. Si hoc refert dumtaxat recipere periculum, mutuatio Pauli non est verè vsuraria de lege diuina, vel naturali. Probatur dupliciter. Primò sic: quia si quis non mutuaret, & tamen periculum sortis per alium, & alteri mutuatę susciperet in se, posset aliquid recipere pro illa susceptione citra peccatum verę vsuræ. igitur etiam si mutuat & susciput periculum, poterit sic pro illa susceptione aliquid recipere. tenet consequẽtia: quia da oppositum, sequeremr, quòd per hoc q̃ mutuasset, & succurisset proximo, factus esset peioris conditionis. quàm si ei non succurisset, quod est inconueniens: quia de beneficio non incommodum, sed commodum reportare debet. Alia igitur intentionis di rectio Petri in casu secundæ conclusionis, quam in primo facit de vsurario, non vsurarium: prout in simili in materia simoniæ accidit. sicut bene inquit Petrus de Alexo cardinalis cameracensis dicens, homines si dirigerent intentionem suam in spiritualium datione & receptione, multi sunt simoniaci, qui non essent. Secundò probatur: quia licet tunc mutuans recipiat aliquid vltra sortem, non tamen ratione mutuationis, sed ratione alicuius alterius, ratione cuius citra vsuram potuit temporale recipere. Nam exquo mutuans non tenetur subire periculum rei mutuatę, immo quantum est ex naturalibus contractus mutui res mutuata stat periculo mutuatarij. ergo si vltra hoc, quòd mutuat, etiã subit periculum, seruit mutuatario in re æstimabili precio, pro qua re nõ est vsurariè quid recipere, sicut pro mutuo recipere precium. Nam sæpe postquam quis recepit mutuum, daret alicui siue mutuanti, siue alteri aliquantam pecuniam, q̃ cum assecuraret de non perdendo rem mutuatam, vel de subeundo periculum rei mutuatæ. Nec pro illo seruitio, vel beneficio, scilicet subeũdi periculum, est indistincte prohibitum quid recipere sicut pro mutuare. Vnde in hoc casu Paulus contrahit cum Petro duobus contractibus. Primò contractu mutui gratuiti. Secundò contractu inominato, quo Paulus facit, vt Petrus det. facit inquam periculum eius, videt subit periculum, ut Petrus det precium. Confirmatur. Si aliquis alius a Paulo mutuatore subeat illud periculum pro Petro cum predicto pacto, non censetur ille alius cõmittere usuram, eo q̃ nullum interesset mutuum. igitur etiam idem erit dicendum hic, si præcisè sistatur in contractu illo, scilicet facio, uel subeo, vt des, vel do, vt facias, uel subeas. Et quãuis recipere aliquid pro receptione periculi in se prædictis casibus non sit vsura, an tamen sit aliud peccatum, videbitur infra quę stione. 71. Vbi uidebitur, an ne illud sit turpe lucrum.

Contra hanc conclusionem arguitur sic, ponderando bene verba decretalis. c. nauiganti. extra. de vsuris. viderur Papa uellet, quòd etiam mutuans est vsurarius censendus, si pro receptione periculi in se aliquid accipiat vltra sortem, ait enim sic, eo quòd sustinet in se periculum receptutus aliquid vltra sortem. Dicendum q̃ in foro conscientiæ non est iudicandus verè vsurarius, qui sibi conscius est, q̃ non pro mutuatse recepit quid vltra sortem, sed pro sola receptione periculi, ut satis probant rationes adductæ. Neque etiam in foro contentioso esset iudicandus verè vsurarius, si sufficiẽter constaret de prædicta eius intentione. secus ubi nõ sufficienter constat, & cum hoc sunt præsumptiones cõtra mutuantem, quarum una est, si alias consueuit exercere usuras manifestas, uel palliatas & fraudę circunseptas. Secunda præsumptio esset, quando nullum, uel quasi nullum, vel modicum periculum subesset, & mutuans pro tali suscipiendo diceret se recepisse incremẽtum sortis. Tertia, si etiam notabile periculum subesset attamen incrementum esset excessiuè improportionatum susceptioni, nam tunc iterum esset præsumptio contra eum de vsura in foro exteriori. vputa quòd in fraudem vsurę excogitasset. & quamuis liceat, quòd in re non esset vsurarius, tamen tunc esset alijs iniquus, scilicet exigendo improportionatum precium pro susceptione periculi minoris. Et in hoc sensu & cum intelligendus est Rich. in 4. dist. 15. a. 5. q. 5. ubi etiam dãnat

mutuantem

mutuátē recipiētē in se periculū sortis, si recipit vltra sortem. Nam causam illius damnationis allegat sic dicens, quia nisi fuerit culpa, vel negligentia illius, qui accipit, tardè accidit, quòd pecunia, quam mutuò accepit pereat. Vnde ille, qui in casu isto dat mutuò pecuniā, habet in fauorem suum id, quod accidit sæpe, nec habet contra se, nisi id quod accidit tardè. hæc ille. Et sic patet ex qua causa damnat. si igitur illa esset, non appareret ratio eum damnandi, vt vsurarium verè, seu ex lege diuina, vel naturali. Et confirmatur: quia si tradens pecuniam ponat tam capitale, quàm lucrum sub dubio, vel fortunæ & recipiat quid vltra sortem: talis excusatur, nec restituere tenetur secundùm Rich. ibidem per c. nauiganti. in §. illo quoque. & hoc ratione verisimilis dubii, quod dubium non videtur notabiliter magis in fauorem dantis quàm accipientis. ergo vult, ꝙ in illo casu non est iniquitas, eò ꝙ tradens, vel mutuans non est plus in lucro, quàm mutuatarius: sed est æqua conditio vtriusque per hoc, ꝙ hinc inde faciunt sibi communicationes. quod sic patet: quia cū mutuatori competeret ius, vt saltem esset sibi capitale in omni casu: tamen vult illi iuri renunciare: & in recompensam huiusmodi renunciationis vult, quòd sibi cedat pars lucri, aliàs sibi indebiti, si obueniat. & econtra, cum mutuatarius habeat ius, quòd lucrum prouentum debeat sibi soli, & non mutuatori etiam in parte cedere: vult illi in parte cedere, quatenus etiam mutuator subeat secū periculum sortis. & quia hinc inde pensando onera & reuelamina manet æqualis conditio vtriusque: ideo iustificatur. & tamen si verisimiliter non esset periturum capitale: immo saltandem. & cum verisimiliter speraretur obuenturum lucrum: non excusaretur mutuans, vel tradens pecuniam: etiam in illo casu, quem ipse iustificat. & hoc propter eandem rationem, quę in casu, quem damnat, est posita. puta quia mutuans haberet pro se id, quod verisimilius esset futurum: & mutuatarius non haberet tale pro se, immo contra se: quia si non subiret illum contractum: verisimiliter totum lucrum esset suum siue periculo capitalis: quia illud verisimiliter non euenīet. Ergo eadem ratione in casu questionis cessabit ratio condemnandi eum, vt lege diuina, vel naturali vsurarium, quando lucrum illud esset proportionatum suceptioni periculi: quia nō melior esset conditio vnius quàm alterius. Quarta presumptio patebit postea. Posset tamen etiam Papa, vel ecclesia, vel imperator talem contractum succeptionis periculi in mutuatione absoluē prohibere tāquàm vsurariū, & sub pœnis vsurariorum, eo quòd & si in se sine vsura fieri posset, tamen mali ex eo in fraudem vsurarum abuterentur. An autem de facto voluerit eum vt talem prohibuisse in predicto c. non dico. Et quamuis si Papa illud fecisset, hoc occasionaliter tamen fecisset propter maleuolos, qui sub illo velamine alias exercuissent vsuram: tamen etiam alijs, & non maleuolis esset ille contractus vt vsurarius illicitus.

Ex rationibus adductis hanc conclusionem potest de facili impugnari dictum glosse in c. nauiganti. quæ indistinctē vult, quòd mutuanti, etiam recipienti in se periculum, non liceat aliquid vltra sortem recipere: etiam si in compensationem receptionis periculi recipiat illud, & causam tangens ait: quia illud excedit naturam mutui. Sed hoc non valet: quia &si illud natura mutui excedat, & ita non possit recipi ratione mutui, tamen non excedit naturam contractus innominati, scilicet facio ut des, qui contractus est coniunctus per accidens contractui mutui quæro enim, si ille idem mutuans etiam seruisset mutuatario portando sibi sortem per 10. miliaria ad ciuitatem aliquam, an ne posset aliquid recipere ab eo vltra sortem. & hoc ratione contractus locationis operarum annexi contractui mutui. Itē dato, quòd illud pactum esset contra naturalia mutui, non tamen potest inferri. ergo deprauat contractum, prout patebit diffusius. q. 89. corollario primo. Item aliam causam tangens ait. si nullum periculum secutum fuit, & aliquid vltra sortem recipit, illud usura est, hoc non valet: quia non recipit illud incrementum tantum ex lege, si sequatur periculum in effectu, alioquin non. s. flo. tantum, sed centum exegisset, sed recipit pro receptione periculi possibilis euenire. Hæc autem receptio est secuta in effectu, licet periculum non sit secutum in effectu. Et quod subdit, cum hinc inde sit mutuum, nihil inde speratur debet. uerum est inde, ideo est de mutuo, non tamen sequitur, ergo non de receptione periculi in se.

Secundò arguitur. Lex non ponitur super indubitabili. modò indubitatum est, quòd non liceret mutuanti quid exigere ratione mutui. igitur lex illius decretalis damnans exactionem illius incrementi non damnat præcisè in illo casu, quo ratione mutui exigeret. Dicendum, ꝙ damnat illam exactionem non solum tūc, quando præcisè ratione mutui fieret, in quo casu res est indubitata, sed etiam in casu, ubi non in ratione mutui, quàm in ratione periculi exigeretur, qui casus non est ita manifestus sicut præcedens. Vel si hæc solutio non placet. Dicendum, ꝙ illa decretalis fundatur super presumptione. Modò in certo casu, in quo decretalis est intelligenda, est presumptio contra mutuatorem, quòd palliare uelit crimen vsurarum, scilicet quando mutuator inter mutuandum adiicit se suscepturum periculū, sic ꝙ non uult mutuare, nisi alias dimittat periculum ei, & pro eo sit quia sibi datorus. Et hoc esset tertia uel quarta presumptio nel circunstantia faciens presumptionem contra mutuatorem. Nam tunc signum est, ꝙ mutuat spe lucri: quia non uult mutuare, nisi mutuatarius uelit inire secum aliam contractum, & hoc lucro sum mutuanti. ideo Papa decreuit illum contractum rescindendum. Vbi autem illi præsumptioni ueritas nō subest, cessat dispositio illius decretalis. utputa si extra tempus mutuationis, uel etiam inter. mutuandum suscipere in se periculū, & nihilominus mutuaret sibi, & mutuatarius non uellet sibi concedere sustinentiam periculi, & aliquid super hoc dare, immo mutuator mallet esse susportatus a subeundo periculum, uel saltē indifferens esset. quamuis si inter mutuādum pro prio motu se offerat subiturum periculum pro precio, sit suspicio, quòd ideo mutuet, ut alter secum isto contractu contrahat, & tamen stat, quòd illi suspicioni non subsit ueritas, oportet tamen cauere a specie mali, cessat autem suspicio, quando non proprio motu sed ad rogatum mutuatarii sustinet periculum pro precio, nisi aliæ adsint conditiones eum (ut dixi) suspectū reddentes.

Tertia conclusio. Si pronomen hoc, refert utrūque, mutuatio Pauli est vsuraria: quia sequitur bene, recipit aliquid pro mutuare, & pro subire periculum. igitur recipit aliquid pro mutuare. Modò recipere aliquid pro mutuare, est peccatum usuræ. igitur.

Quarta conclusio. In casu huius tertię conclusionis non oportet Paulum totum, quod recipit vltram sortem restituere Petro vt vsuram. Probatur: quia non totum, quod recipit, est vsura. Nam ex quo id, quod accipit, recipiat pro vtroque. igitur receptum partim est receptum pro mutuasse, & partim pro subijsse periculū non receptum. pro subijsse periculum non tenetur restituere quia licitè illud recipit, saltem in casu, quo licitum est recipere periculum pro mercede. immo etiā si est casus, in quo peccat, non licet suscipiendo periculum pro mercede, adhuc licitè recipit, sicut de merce de prostibuli dicitur. Sed receptum pro mutuasse tenetur restituere Petro. Quid autem sit dicendum ad casum, in quo Paulus recepisset super se partem periculi pecuniq. puta pro tempore, quo pecunia est in mari, vel in itinere, & aliam partem periculi pecuniæ, puta pro tempore, quo pecunia actu subiacet mercationi, impo fuisset Petro, & uellet habere partem lucri, si prouenīret lucrum, & si nihil prouenīret, nihil vellet habere vltra sortem. patebit q. 94. in 5. casu corollarij. Ex prædictis patet, ꝙ in casu secundę conclusionis & tertiæ, licet non sit contractus verè, & de lege diuina, uel naturali vsurarius, tamen duplici ratione alia contingit eum esse illicitum, scilicet aut quia est præsumpta vsura, & sic præferens speciem mali & infamatarius suijpsius: aut quia receptum est turpe lucrum, de quo in quæstione. 81. patebit.

QVAESTIO. XL.

Vtrum quando Paulus mutuauit Petro. 100. & Petrus cogitur habere fideiussorem: & Ioannes pro Petro fideiubet, liceat Ioanni a Petro pro hoc recipere aliquid de illis 100. utputa. 5? Solutio quæstionis stat in duabus distinctionibus, quatuor conclusionibus, & vno corollario.

Prima distinctio est ista. Aut Ioānes est fictus fideiussor, aut verè est fideiussor. Exemplum primi. Si Ioānes sit a parte rei ille qui mutuat Petro. 100. quod tamen mutuum exerceat per manum Pauli fingentis se de sua pecunia mutuare Petro, cum tamen Paulus sit dumtaxat minister, vel conductus, vel subordinatus per Ioannem, vt loco sui mutuet Petro. Illa enim fraus est nata contingere ad palliandum vsurarium mutuationem. Nam si Ioannes timet manifestè mutuare ad vsuram, prædictum viam excogitat, quæ mutuauit cum certa spe lucri: quia scilicet, siue Petrus deficiat non soluendo in termino, & sic Ioannes pro eo soluet, siue nō, immo soluat in termino, tamē ex quo Ioannes fuit factus fideiussor, exigit. 5. a Petro, & tantum habebit Ioannes lucri, quantum si immediate mutuasset Petro. 100. pro 5. Exemplum secundi est, quādo Paulus verè mutuauit nomine proprio & de suo.

Secūda distinctio est trimembris. Si Ioānes est verè fideiussor, & a Petro (pro quo de 100. fideiubet) exigit pro hoc 5. tunc hoc contingit tripliciter. Qui autem exigit 5. pro futura mutuatione, ad quam se obligat impendendam Petro in casu, quo Petrus deficeret, non

soluēdo Paulo in termino præfixo sortem mutuatam. Aut exigit quinque non pro mutuatione futura, sed pro damno vitando, quod Ioannes incurreret veriimiliter ex futura mutuatione, quam se timet impensurū pro Petro. Aut exigit quinque pro receptione periculi capitalis. puta quia timet, quòd Petrus totaliter deficiet, ita ꝙ nec in termino soluet sortē Paulo. Nec posset, posset sibi, scilicet Ioanni reddere id, quod Ioannes loco Petri soluit Paulo, ita quòd pro receptione periculi in se exigit prædicta. 5. eo modo, quo etiam in secūda conclusione præcedentis quæstionis mutuator, scilicet Paulus vltra sortem exegerat a Petro 5. propter receptionem periculi. & sic ex toto habētur quatuor casus huius quæstionis. scilicet primus in prima distinctione & tres in secunda distinctione.

Prima conclusio. In primo casu Ioanni non licet exigere prædicta. 5. a Petro. Prima pars probatur: quia in tali casu Ioannes est verus mutuator, & exigit non ratione fideiussionis: quia in re non est verus fideiussor, sed fictus. sed exigit ratione mutui impensi. igitur est vsurarius. Secūda pars probatur: quia non licet Paulo cooperari Ioanni in mutuatione vsuraria. Modò Ioannes in prædicta exactione committit vsurariam mutuationē per manum Pauli, qui vt minister, vel subordinatus mutuat.

Secūda conclusio. In secūdo casu Ioanni non est licitum exigere prædicta. 5. probatur: quia nō licet quid exigere pro mutuatione præsenti, præterita, vel futura.

Tertia conclusio est trimembris & est hęc. In tertio casu licitū est Ioanni exigere prædicta. 5. a Petro, saluis circunstantijs requisitis ad hoc, ꝙ licitū sit mutuatori aliquid recipere pro interesse damni emergentis, vel lucri cessantis, quę tactæ sunt supra. q. 30. Sit autem aliqua eorū deficeret, non erit licita Ioanni exactio prædicta, nisi in vno casu. Exemplū primi, vbi adsunt, vputa Ioannes videt, ꝙ nisi fideiubeat pro Petro, ꝙ Petrus nō obtinebit mutuū a Paulo, ideo motus pietate fideiubet pro Petro. Attamen Ioannes vult se conseruare indemnem ab illo damno, quod posset incurrere tam ex fideiussione, quàm ex futura mutuatione quam cogetur facere pro Petro, quæ tamen futura mutuatio est consilij, vt supponitur per casum. insuper Ioannes verisimiliter coniicit, ꝙ Petrus non soluet Paulo sortem in termino præfixo, & ita verisimiliter coniicit, quòd ipse cogetur soluere. Et cum hoc verisimiliter coniicit, quòd quando cogetur soluere Paulo sortem loco Petri, quòd patietur damnum emergens, ad minus 5. flo. eo quòd tūc cogetur mer sub vsuris. 5. flo. mutuò recipere alibi 100. aut cogetur res suas vendere precio in 5. flo. viliori, quàm dignum sit, vel si non coniicit se passurū damnum emergens ex illa solutione facienda pro Petro, tamē coniicit sibi verisimiliter cessaturū lucrum. 5. flo. quod verisimiliter vltra omnes expensas, atque dubietate lucri defalcata obtinere posset ex centum, quę loco Petri soluit. Vellet insuper Ioannes potius esse susportatus a fideiussione illa, & carere illis. 5. quàm quòd deberet subire fideiussionem, & recipere. 5. insuper etiam Ioānes non exigit. 5. hoc modo, quòd mox illa. 5. deberet Petrus sibi dare, sed tantum exigit ab eo, vt illa sibi det, postquam passus fuerit interesse, ratione cuius accipit insuper etiam ex illo tractatu inter Ioānem & Petrum non emergit scandalum pusillorū, nec infamatio Ioannis.

nis. Omnibus igitur illis concurrentibus, Ioanni licita est prædicta exactio, vt patet ex deductis in prædicta. q. 30. Si autem aliqua earum defecerit, erit ibi illicita, vt patet ex ibidem deductis. Exemplum vbi aliqua deficit vt si Ioannes cogeret loco Petri soluere Paulo sortem mutuatam, & tamen Ioannes non pateretur vllum interesse, quamuis in præcedenti tempore contigerit se passurum interesse, non poterit prædicta 5. recipere saltem nomine interesse, quantumcunque licuerit sibi præcedenti tempore super illis pacisci, eo q tunc coniiciebant de interesse, quod tamen nunc in veritate non sibi accidit, similiter si pateretur interesse, attamen non tantum, quantum sunt 5. flo. non poterit tantum recipere a Petro, quamuis prius licite super illis fecisset pactum, quia illud pactum non erat rationabile, nisi supposito, quòd in re pateretur interesse. Tertia pars conclusionis probatur, nam si etiam Ioannes non coniiciat se interesse passurum, attamen exigit illa quinque a Petro nomine pœnę, quatenus metu pœnę sollicitet Petrus ad soluendum Paulo in termino præfixo, & non cogatur Ioannes satisfacere Paulo, non est prædicta exactio, nec etiã illorum. 5. receptio est illicita in casu, quo deficeret Petrus, & Ioannes loco eius cogeretur soluere Paulo, dũmodo Ioannes seruet omnes illas conditiones, quæ tactę sunt in q. 31. requisitæ ad hoc, quòd liceat mutuanti aliquid recipere nomine pœnę a mutuatario, & si aliqua illarum defecerit, non erit illa exactio, vel receptio licita.

Quarta conclusio. In quarto casu non est vsura Ioanni exigere prędicta. 5. a Petro dummodo præcisè, & dũtaxat pro illa receptione periculi ea recipiat. Probatur: quia si Ioannes mer mutuasset Petro, si fuisset Ioanni vsura pro receptione periculi aliquid vltra sortem recipere. ergo etiam nõ erit Ioanni vsura, si non mutuauit, sed tantum fideiussit. Item Ioannes non mutuat quid Petro fideiubendo, aut si implicitè obligat se mutuaturum sibi pro quanto obligat se soluturum pro eo deficiente, tamen non ratione mutuationis exigit quinque. igitur. Et hæc conclusio non dicit, q illa exactio non sit peccatum Ioanni, sed q non sit ei vsura. Nam an recipere aliquid pro receptione periculi in se sit licitum, patebit latius infra. q. 71. Vnde si recipere aliquid pro receptione periculi sit non solum non vsura: sed etiam nullum aliud peccatum, tunc oportet, quòd illa quinque non sint nimis multum respectu periculi, quod subit. Nam quanto periculum est minus verisimiliter euenturum, tanto minus debet esse id, quod exigitur pro receptione periculi. & hoc si potest exigi aliquid, p receptione periculi, & quanto est maius, tanto maius potest exigi pro eius receptione. Hæc autem maioritas, vel minoritas periculi potest considerari ex circumstantia personę, pro qua quis fideiubet.

Corollarium. Quamuis dominus Laur. de Rid. titu bauerit approbare contractum huius quæstionis faciés argumenta pro & contra. & tandem concludens simpliciter, q rutius est abstinere ab eo, tamen eius argumenta non concludunt, quin prædictę conclusiones approbantes contractum prædictum in duobus vltimis casibus, & reprobantes in duobus primis maneãt secatæ, & non sint periculosæ eo modo circũstantionatę, sicut ibidem sunt posite. Probatur examinando eius argumenta, quæ tria sunt. & primò primum argumentum, quo improbat contractum quæstionis (dimissa tamen sua forma verborum) clarius ducam ad propositum sic. Paria videntur ex vna parte mutuare & recipere quid vltra sortem, & ex alia parte penes creditorem satisdare, seu fideiubere, & aliquid a debitore recipere, sed primum est illicitum. igitur & secundum, quod est contractus quæstionis. Minor est nota. Sed maior probatur: nam si Ioannes fideiubet pro Petro: deficiente Petro Ioannes soluet pro Petro, & sic Io. censetur mutuasse Petro: & Petrus equè censetur ex mutuo esse debitor Ioãnis, sicut ex mutuo Petrus erat debitor Pauli. igit Ioãnem fideiubere pro Petro, & recipere quid a Petro, pari passu ambulabit cum hoc, quod est, Paulum mutuare Petro, & a Petro quid recipere vltra sortem, & sic maior est probata. Et si quis euadendo dicat, q argumẽtum probat contractum quæstionis pari passu ambulare cum mutuatione habente annexam receptionem vltra sortem, & hoc si Ioan. soluet in effectu pro Petro, eo quòd tunc censetur Io. mutuasse Petro, sed nondũ habetur, q si Io. non soluat pro Petro, eo q Petrus non deficit, q tũc pari passu ambulent prædicti contractus duo. Sed hæc euasio non tollit argumentum etiam in illo secundo casu. Nam si Ioanni soluenti pro Petro deficiente non licuit quid recipere a Petro, eo q pari passu ambulabat cũ mutuatione habente annexã receptionem alicuius vltra sortem, etiam non licebit Ioanni ali quid exigere a Petro, si Io. nihil soluit pro Petro. puta quia Petrus non defecit. Nam da oppositum, tũc melioris conditionis esset Ioan. non soluens aliquid pro Petro: quàm Ioan. soluens pro Petro: quia Ioanni non soluenti liceret quid recipere a Petro, cum non in tantum seruisset. & tamen soluenti (& ita multum seruienti) non liceret quid recipere, quod est inconueniens. Ad hoc inquam argumentum dicendum, q maior est vera, quando fideiussor aliquid recipit ratione mutuationis, quam cõijcit se subiturum pro debitore, in quo casu diximus, contractũ esse illicitũ, vt patet in secũda cõclusione. Si aũt maior intelligatur qñ fideiussor exigit illud plus a debitore alia ratione, quàm ratione mutuationis. puta rõne interesse, vel pęnę, vel periculi, tũc maior licet ẽt sit vera, tñ minor erit falsa: quia tũc etiã mutuanti non est vsura recipere quid vltra sortẽ, si illa alia ratione. s. ratione pęnę, vel interesse quid recipiat.

Secũdum argumentũ. Si contractus quæstionis non esset vsurarius: maximè quia Ioannes exigit 5. pro receptione periculi, sed hoc non habet locũ hic. nã si Pet. deficiat, & ita Ioan. cogatur soluere pro Petro, tamẽ per hoc nõ pericliatur Ioan. quia iam Pe. erit debitor Ioãnis, sicut prius erat Pauli, & ideo Ioã. repeteret illa a Petro. Dicendũ, q maior est vera, & minor falsa. Nam dato, q Pe. efficiatur debitor Ioannis pro se soluentis, nihilominus stat, q periclitabitur Ioan. quia stat, q Pe. etiam illud debitũ Ioanni soluere non possit, vel non soluet, multi enim sunt debitores, quorum creditores periclitantur. insuper si hoc argumentũ concluderet, eodem modo concluderet contra casum secũdæ conclusionis præcedẽtis qõnis, vt patet cuilibet intuenti.

Tertium argumentum est. Si prędictus contractus non esset vsurarius, maximè ex eo: quia Io. non censetur quid mutuare Petro, quando fideiubet pro eo, & recipit. 5. ab eodem, sed facit cum eo contractum innominatum, scilicet facio periculum illud meum vt des mihi 5. Modò vbi non est mutuatio, ibi non est vsurarius contractus: quia talis est quidditatiuè mutuatio, vt patet ex quæst. 21. Hoc inquam argumentum non concludit, vt ait Luc. quia diceretur, quòd licet Ioan. fideiubendo & recipiendo ab eo 5. non cõtrahat cum eo cõtractu mutui explicitè tamen contractu mutui impliciti. Nam pro quanto obligat se pro eo soluturum Paulum, obligat se ad mutuandum sibi, & sic contrahit contractu futurę mutuationis. Sed ad hoc argumentum dicendum, q ratio, propter quam tenemus cum non esse vsurarium in duobus vltimis casib. 3. & 4. conclusionis non est illa. s. quia ibi non fit mutuatio: immo concedimus ibi esse mutuationem implicitam, & tamen nihilominus dicimus, q illa mutuatio non efficitur vsuraria per receptionem alicuius vltra sortem, si sit secundùm tenorem 3. & 4. conclusionum: quia illud recipiendum nõ recipitur ratione mutui. Et sic apparet esse responsum sufficienter cuibus argumentis prædicti Laurẽ. Idem in fine addit di. q prędictus contractus videtur præcipuè esse dicendus vsurarius, quando fideiussor ab eo, pro quo satisfat, vel fideiubet, facit sibi idoneè caueri de indemnitate, vel ẽt si fideiussor non faciendo sibi idoneè caueri de indemnitate, tamen scit pro certo se non posse habere damnum, aliàs ipse non fideiuberet, hæc ille. Hoc inquam dictum est verum, dempta tamen vna fallentia. Primũ patet, s. q sit verum. Nam si facit sibi sufficienter caueri de indemnitate, & vltra hoc exigit aliquid, non poterit id exigere pro interesse: qa pro illo sibi aliàs sufficienter est cautum. Ideo si quid vltra exigit, non erit illud exactum pro interesse. Similiter si scit se non passurum vllum interesse. Secundum verò, scilicet q illud dictum eius fallat, patet: quia si etiam nullum interesse sit passurus, vel sit sibi sufficienter cautum ex parte interesse, attamen illud, quod exigit, exigat nomine pœnæ, & seruentur conditiones requisitæ ad hoc, quæ tactæ sunt, quæst. 31. licita erit exactio.

Beatus etiam Bernardi. tenet, q ille contractus, de quo sonat quæstio, est omnino illicitus: quia in primo cadit mutuum indirectum. Nam ibi assecurans stat loco mutuantis: quia indirectè perinde est, ac si mutuando prædictam pecuniã uelle sibi restitui duo vel quinque pro centum vltra sortem, quæ tamen sors non stat periculo fideiussoris: quia si etiam contingeret, quòd fideiussor satisfaceret per solutionem creditori pro debitore, nihilominus fideiussor semper habet pro hoc obligatum debitorem. Sed ad illud argumentum dicoretur, quòd quamuis sit mutuatio inter fideiussorem & debitorem, & sors mutuata non stet periculo fideiussoris, & ita nec ratione mutui, nec ratione susceptionis periculi exigere poterit aliquid a debitore, eo quòd non suscipit periculum illius sortis in se: nam sortem non transfert in manus debitoris, nec in eius dominium ibi sistendo, sed in dominium creditoris, & ita apud debitorem periclitari non potest, quamuis debitor aliàs in suis bonis possit periclitari, quo minus habeat restituere æquitalens sorti mutuatæ, quorum alio rum bonorum periculum non recipit in se, fideiussor tamen exponit se periculo patiendi interesse damni emergentis, vel lucri cessantis, quod subire non tenetur, itaque pro susceptione illius interesse exigit quid, & hoc non erit illicitum, saltem si non exigit illud, nisi in casu, quo effectualiter contingat eum id pati.

QVAESTIO. XLI.

Vtrum Petrus, cui Paulus sub vsuris, scilicet 5. floren. mutuauit 100. possit licitè illos 100. mutuare Conrado cum tali pacto, quòd Conradus soluat Paulo prędictam sortem & vsuram 5. flore. Solutio quæstionis stat in tribus conclusionibus.

Prima stantibus duabus conditionibus, licitum est Petro mutuare Conrado cum illo pacto, de quo quæstio sonat. Prima conditio, quòd Petrus per illam actiuam mutuationem, quam Conrado impendit, patiatur tantum interesse, quantum exigit a Conrado, scilicet 5. floren. & ita accipiendo 5. pro sue interesse tanquam sibi debitos assignet tam eos, quàm etiam sortem sibi debitam restituendam Paulo nomine Petri, qui & ipse in tanto est debitor Pauli. Sub illa tamen prima conditione comprehendo etiam omnes conditiones requisitas ad hoc, quòd mutuanti liceat quid recipere a mutuatario pro interesse expressas quæst. 30. dempta vna, quam singulariter ex prima in secunda conditione. Dicitur notanter per illam actiuam mutuationem &c. quia si non per illam, sed per passiuam mutui receptionem incurreret, secus esset dicendum, vt patebit in secunda conclusione. Exempla autem possunt dari, ubi obseruaretur prima conditio inter Petrum & Conradum. Primum est. Petrus illos 100. sibi a Paulo mutuatos detinuit per annum, de qua detentione nomine vsurarum dat 5. floren. & si vltra annum eos detineret, oporteret eum iterum dare Paulo 5. floren. nomine vsurarum, ad quod vitandum appropinquante principio sequentis anni, disponit se ad restituendum sortem Paulo: Conradus verò indigens illis 100. præuenit illam restitutionem, rogans Petrum, vt sibi illa centum mutuet. Petrus respondet. Si mutuauero eos tibi, & non restituero statim Paulo, oportet me dare 5. floren. Paulo: si igitur vis me releuare in illis 5. vltra sortem, mutuabo tibi eos. Attamen in hoc primo exemplo oportet, quòd Petrus præter conditiones seruandas ex parte interesse, etiam seruet conditiones requisitas ad petendum licitè mutuum sub vsuris, de quibus conditionibus patebit quæstione quadragesimaseptima. Nam Petrus in hoc exemplo virtualiter facit perinde, ac si iuuaret Conradum ad impetrandum mutuum sub vsuris a Paulo. Non minus enim agit Petrus, quàm si diceret Conrado, restituam centum Paulo, vt sim liber a futuris vsuris, attamen restitutione facta laborabo apud Paulum, quòd tibi eos mutuet sub similibus vsuris, & quamuis aliàs multum differant Petrum mutuare Conrado, & Petrum iuuare Conradum, vt sibi Paulus mutuet, vt patet: tamen quo ad prædictas conditiones requiri non differunt: quia Petrus habet rationem tam mutuantis, quàm virtualiter, vel æquiualenter laborantis, vt Paulus mutuet. Et si dicatur, Petrus quasi loco Pauli mutuat Conrado, igitur sicut Paulo non licet, sic nec Petro licebit 5. exigere. Dicendum non est simile: quia Paulus supponitur nullum interesse pati, sicut tamen Petrus patietur, ut supponitur ex casu. Secundum exemplum, dato

quòd Petrus ex mutuatione actiua impendenda Conrado patiatur aliquod interesse: non tamen prædictum interesse, quod patitur a Paulo, puta: quia non cogetur Paulo pro secundo anno aliquid dare nomine usurarum, sed aliquod aliud interesse, vt puta si Petrus sequèn anno gratis potuisset detinuisse sortem, & ex sorte acquisisse plusquam 5. floren. vltra omnes expensas, & etiam defalcata lucri dubietate, quod lucrum sibi cessaret, ex hoc, quòd mutuasset sortem Conrado, vel forte esset passuris tantundem interesse damni emergentis ex mutuatione, iam eadem ratione seruatis conditionibus seruandis posset Petrus illa quilibet exigere, si pateretur. Secunda conditio requisita est, quòd Petrus mutuando Conrade, & exigendo ab eo prædictos quinque, non exigat eos ratione mutuationis et impensæ, sed ratione interesse. Illis igitur conditionibus stantibus tanquam requisitis & sufficientibus probatur, quòd prædicta mutuatio Petri facta Conrado est licita: quia quamuis mutuans capiat plura fortem, & ita videatur illicita mutuatio: tamen non capit illud incrementum ratione mutuationis, sed ratione interesse, nec capit aliquid sibi indebitum: immo sibi debitum. Modo hoc est licitum, vt ostensum est quæst. 3. o. seruatis conditionibus ibidem tactis, quas etiam hic comprehendimus.

Secunda conclusio. Quæcunque harum conditionum defecerit, mutuatio prædicta erit illicita. Probatur primò per ea quæ dicta sunt quæst. 3. o. vbi defectus illarum conditionum probatus est esse culpabilis. Secundò probatur exemplariter: Nam si deficiat prima hic enumerata, erit usuraria mutuatio. Exemplum, si statim & quàm primum Petrus recepit mutuum à Paulo, & iniit pactum cum eo de dando sibi quinque nomine usurarum. Conradus petat eandem sortem a Petro sibi mutuari, & Petrus nullum interesse patiatur, nisi prædictorum quinque floren. quos cogetur dare Paulo, iam Petrus non propter mutuationem actiuam impensam Conrado patitur interesse prædictorum 5. floren. quia non minus illud interesse incurrisset, si non mutuasset Conrado: immo incurreret illud interesse ante mutuationem actiuam. Vnde illud interesse incurrit per passiuam mutuationem, idest per mutui receptionem a Paulo. Non ergo licebit Petro velle sibi fieri refusionem illius interesse a Conrado, qui non præstitit ei vllam occasionem eiusdem, nec cuiusquam alterius. Secundum exemplum de eisdem conditionis defectu. Si Petrus adueniente secundo anno, proponit sortem etiam secundo anno detinere sub pluris prædictis, & Paulus etiam sibi nolit eam dimittere sub vsura prædicta, & Conradus petit in secundo anno, vt Petrus sibi illa centum mutuet, neque Petrus aliud interesse incurrat, quàm prædictorum 5. floren. non est censendum prædictum interesse incurrisse per mutuationem actiuã impensam Conrado, nec debebit velle illius refusionem habere a Conrado. Nam non minus incurreret illud interesse, & incurrere volebat: etiam si non mutuaret aliquid Conrado.

Tertia conclusio. Quamuis quidam omissis vel non tactis prædictis duabus conditionibus ponat quasdam & alias duas conditiones tanquam requisitas & sufficientes ad hoc, vt prædicta mutuatio Petri sit licita: tamen eius determinatio non potest subsistere. Prima pars conclusionis patet: Nam dominus Laurentius de Ridol. in sua repetitione super capit. consuluit. de usuris. Primò dicit requiri, quòd Petrus intenderit omnino tunc restituere sortem Paulo, vt sic euitaret damnum, quod incurrisset, si diutius detineret: quia si non intendisset tunc restituere, immo diutius retinere sub usuris sicut prius, non esset licita Petro prædicta mutuatio. Secundò dicit requiri, quòd etiam Paulus paratus erat recipere a Petro restitutionem sortis. Nam si Paulus noluisset recipere sortis restitutionem, & per consequens opportuisset Petrum sortem diutius retinuisse sub usuris prædictis, non esset licita Petro prædicta mutuatio, vt puta si Paulus conuenisset cum Petro, quòd deberet sortem detinere per duos annos, & secundo anno sicut primo dare 5. & laplo primo vellet restituere sortem, vt vitaret vsuram secundi anni: quam tamen vitare non posset, eo quòd iuxta conductum teneretur etiam secundo anno retinere sortem & dare 5. nec si non vellet detinere, quòd nihilominus daret vsuram integram pro secundo anno. Iam enim Petrus non patitur interesse illud propter mutuationem Conrado impendendam, & sic ab eo illud non posset requirere, & illis duabus conditionibus stantibus concludit, licitam esse mutuationem Petri. Secunda pars conclusionis probatur impugnando eam tripliciter. Primo sic. Prima conditio non necessario requiritur. Qui si etiam Petrus intendisset diutius, puta sequenti anno detinere sortem, & hoc siue gratis siue sub prædicta vsura. Et tamen Petrus patitur interesse 5. florenorum a Paulo, sed ex hac actiua mutuatione impensa, nec impendenda Conrado, tunc adhuc Petrus potest mutuare Conrado cum prædicto pacto, vt puta ex hac actiua mutuatione cesseret Petro lucrum plusquam 5. floren. quod acquisisse potuisset, si non mutuasset, nec refert, quòd Petrus obligat Conradum, vt quinque & sortem, quos & quam Petrus Paulo tenetur, soluat Conradus Paulo: quia ex quo Petrus tenetur Paulo in tanto, & Conradus tenebitur Petro in æquali quantitate, si ab eo habere nult mutuum: ideo potest Petrus Conradum obligare, vt loco sui satisfaciat Paulo de eo, & 5. Similiter secunda conditio non requiritur. Nam si etiam Paulus non fuisset paratus recipere restitutionem sortis, & ita coactus fuisset Petrus subire interesse 5. floren. dandorum Paulo, & tamen ex mutuatione actiua impensa Conrado Petrus pateretur aliud interesse 5. florenorum potuisset illius secundi interesse refusionem velle habere a Conrado, vt puta si Petrus potuisset (dubietate lucri & omnibus expensis defalcatis) fuisset lucratus 5. floren. quod lucrum sibi cessat propter mutuationem impensam Conrado. Secundò sic: quia ratio fundamentalis & radicalis apud prædictum dominum Lauren. est interesse, quod patitur Petrus ex mutuatione actiua impensa Conrado. Igitur vndecunq; illud interesse patiatur ex mutuatione actiua, aderit ratio fundamentalis ad hoc, vt prædicta exactio quinque floren. licita sit, & per consequens non oportet prædictas conditiones restringere ad interesse, quod Petrus patitur a Paulo, sicut tamen prædictus doctor facit. Tertiò sic. Quandocunque aliqua conditio requirit ad hoc, q aliquis actus sit licitus, & talis conditio habet varias species, in quarum qualibet ita sufficienter saluatur ratio illius conditionis, q quæcunque illarum specierum illius conditionis adsit, actus erit licitus, non congruit illam conditionem assignare in tali, vel in tali specie, sed debet in genere assignari, vt ad hoc, quòd aliqua substantia corporea sit animal, requiritur, quòd habeat animam sensitiuam. Anima autem sensitiua habet varias species, scilicet animam bouinam, asininam, & sic de aliis. Vnde cum dicitur, q ad animal requiritur, quòd habeat animam sensitiuam, non congruit dicere, quòd oporteat, q habeat animam bouinam: quia etiam sine illa potest esse animal. Modò conditio, propter quam licete debet Petro prædicta exactio, est interesse Petri, & illud interesse ex variis modis accidere Petro ex prædicta mutuatione, scilicet aut quia Petrus vlterius mutuando Conrado cogitur Paulo quid dicere, quod tamen non oportuisset, si non vlterius mutuasset, aut quia cogitur aliquo lucro carere, quod si non mutuasset aliquid Conrado obtinuisse potuisset, aut quia propter illud mutuum cogitur res suas viliori precio distrahere, & sic de aliis, igitur non debuisset prædictus Lauren. precisè fecisse mentionem de interesse, quod cogitur Petrus dare Paulo.

QVAESTIO. XLII.

Vtrum Paulo liceat mutuare ad vsuram suis hostibus? Soluitio stat in quatuor conclusionibus.

Prima conclusio Paulo non licet mutuare ad vsuram suis hostibus, siue iniuste eum persequentibus, siue iuste. Probatur tripliciter. Primò sic. Mutuare ad vsuram, est actus ex circunstantia malus, igitur non potest stante tali circunstantia bene fieri respectu cuiuscunque fiat, tenet consequentia: quia actus ex circunstantia malus respectu cuiuscunque fiat, manet malus, sicut de mentiri patet; quod non est Paulo licitum; etiam respectu inimicorum suorum. Nam mentiri est actus ex circunstantia malus: quia fit intentione fallendi. Nam quamuis liceat vti insidiis contra hostes, non tamen capiendo insidias pro aliquo mendacio, siue oris, siue operis, quam aliter capiendo insidias liceat vti, sed de hoc alibi. Vnde in cap. super eo. extra. de vsur. habetur, quòd sicut non licet mentiri pro alterius vita, sic multomagis non licet usuras exercere, etiam pro redimenda vita captiui: & ideo sicut non liceret mentiri ipsi hosti, vt sic mentiens saluet vitam suam, sic non licebit contra hostem exercere vsuram, vt exercens saluet & recuperet res suas. Secundò sic, fornicari est prohibitum lege diuina, sic etiam ad vsuram mutuare, & etiam vtrunque est prohibitum lege naturali, vt de mutuare ad vsuram patuit quæst. 22. & de fornicari alibi habet probari. Modò fornicari non est Paulo licitum respectu cuiuscunque personę id fiat, igitur etiam sic erit de mutuare ad vsuram. Tertiò sic, & magis fundamentaliter. Velle habere aliquid a proximo ratione alicuius actus, ratione cuius actus prohibitum est sibi illud velle habere, est illicitum, quantuncunque aliàs liceret sibi illud a tali proximo velle habere. Modò mutuans ad vsuram hosti suo, vult ab hoste habere aliquid vltra sortem, & hoc vult habere ratione mutui impensi sibi, & tamen ratione illius actus, scilicet mutuationis impensæ est prohibitum sibi aliquid velle habere. Luc. 6. igitur quantuncunque aliàs Paulo liceret sibi quid velle habere ab hoste: tamen non liceret ei illud velle illa ratione habere. Maior patet in simili. Nam quantuncunq; liceret iudici occidere reum mortis: tamen si occideret eundem intentione satisfaciendi odio suo peccaret grauiter minor probatur: quia hoc est de ratione mutuationis vsuratiæ, vt ipsum incrementum quæratur habere ratione mutuationis impensæ. Nam si alia ratione quæratur, non manet ratio mutuationis vsuratiæ.

Secunda conclusio. Si Paulus suis hostibus, qui iniuste eum persequti sunt, & damnificauerunt, mutuet ad vsuram, quamuis grauiter peccet: tamen vsuram talem receptam non tenetur eis restituere, si eam detinet decætero, non vt vsuram, sed vt refusionem damno eum sibi iniuste illatorum ab eis, dummodo scandalũ & infamatio suipsius non emergat ex illa detentione, & dummodo aliàs decætero non posset illorum damnorum refusionem via iuris obtinere, probatur quadrupliciter. Primò: quia si hostis suus sua sponte, vel compulsus a iudice ei satisfecisset de damnis illatis: non teneretur ea, quæ ab hoste sibi data essent restituere hosti, quamuis illa non essent eadem in individuo cum illis rebus, quas hostis sibi abstulisset, igitur etiam si nunc habet tales res æquivalentes suis damnis, non ex omnino spontanea datione hostis, nec per compulsionem iudicis, eo q omnino sibi deficit via iuris, cuius supplementum met accepit, non tenetur eas restituere, tenet consequentia: quia non videtur ratio diuersitatis in foro conscientię. Secundò sic, quando quis habet, quod sibi debetur, & quod aliàs sibi secundùm rectam rationem alius dare tenetur, non tenetur in foro conscientię id restituere: quia restitutio fieret frustra ex eo quòd secundùm rectam rationem non aliis deberet illud illi reassignare. Tertiò probatur: quia si teneretur restituere, tunc peccaret non restituendo, sed hoc non: quia sic, maximè quia retineret alienum inuito domino, sed hoc non: quia non retineret tunc alienum domino semper rationabiliter & differrè existente inuito: quia deberet hostis esse contentus, quod tale detineret pro eo, qđ ei debet. Quartò a simili. Nam si quis sit debitor Pauli, & non possit debitor aliàs iuris cõpelli ad satisfactionem, licitum est secundùm doctor. Paulo occulte accipere mutuo dem a debitore, dummodo adessent conditiones septem computando prædictam circunstantiam. Sq nulla via iuris compelli posset, de quibus conditionibus alibi habet dici, quæ cõstituunt in hoc, q cessare debeat, omne periculum, & omne scãdalũ, & dato q aliqua deficeret, & per pñs peccaret accipiendo, tñ post acceptionem non peccaret detinendo, si nõ adsit periculum & scandalum ex detentione, igitur eadem ratione hic nõ tenebitur Paulus restituere vsuram acceptam. Dicitur notanter primò, dummodo ex illa detentione non oriat scandalum: quia non liceret sibi illud detinere, si oriretur infamatio suipsius, aut scandalum ex illa detentione, ut pura. si. ob id crederent homines, esse vsurarium, ita quòd illud vsuram detineret, & forte consequenter crederent, quòd liceret ad vsurã mutuare hostibus indistincte, & quòd indistincte liceret

per vsuram receptam retinere, quamuis peccatum esset mutuare ad vsuram: immo crederetur, quòd licuisset ei mutuasse ad vsuram hostibus. Dicitur secundò notanter, dummodo aliàs non posset &c. quia posset via iuris habere, non liceret sibi illud detinere: quia propria auctoritate detinere, cum sibi subsit via iuris, est sibiipsi dicere ius. Modò peccatum est sibiipsi dicere ius. Nam sicut peccaret accipiendo propria auctoritate, siue occultè, siue palam, cum via humana posset recuperare sibi debita: ita simili modo detinendo peccaret. Dictum est autem notanter in prima probatione in foro conscientiæ: quia secus in foro contentioso: quia in contentioso foro spoliatus debet ante omnia restitui, etiam si spoliatus sit ab eo, cuius fuerunt res spoliatæ, hoc enim in odium spoliationis est ordinatum, & propter præsumptionem, qua contra spoliantem præsumitur, non ad eum pertinere de rebus spoliatis, qua præsumptione cessante (sicut cessat in foro conscientiæ) non ligabit illa constitutio, & ita non est necesse eam in foro conscientiæ seruari, saltem vbi aliàs via iuris non posset ipse, cuius sunt res, recuperare: immo etiam in foro contentioso non esset opus spoliatum restitui ante omnia, vbi esset sufficienter notorium, q res non ad eum pertinuissent, sed ad spoliantem, quem per prius spoliasset.

Tertia conclusio. Licitum est Paulo suis hostib. qui eum iniustè persecuti sunt damnificando mutuare, intendendo aliquid recipere ab eis vltra sortem, non ratione mutui eis impensi, sed ratione debiti, quo ei sunt obligati, & hoc stantibus duabus conditionibus. Prima, quòd aliter recuperare non possit refusionem damnorum sibi illatorum. Secundò, q non oriatur infamatio, vel scandalum ex tali mutuatione. Probatur conclusio: quia talis mutuatio non est vsuraria, cum ipsum incrementum non intendatur accipi ratione mutui, sed pro solutione debiti: & tamen si esset peccatum de per se, hoc esset: quia esset vsura. Nec est peccarum de per accidens ratione infamationis, vel scandali: quia illud excluditur per secundam conditionem, igitur. Et in hoc sensu debet intelligi auctoritas Ambrosij 14. quæst. 3. cap. ab illo. vbi sic dicit, ab illo exige vsuram, cui meritò nocere desideras, cui iniuriæ infortunia & arma. Hunc legitimè auferuntur vsuræ, quem bello vincere non potes: ab hoc vsuram exige, quem non sit crimen occidere, sine ferro dimicat, qui vsuram flagitat, sine gladio de habite se vlciscitur, qui fuerit vsurarius exactor inimici; ergo vbi ius est belli, ibi est ius vsuræ, hæc ille. Vnde si hæc auctoritas allegetur contra primam conclusionem, potest ad eam dupliciter responderi. Primò, quòd illud dictum Ambrosij debet intelligi capiendo vsuram impropriè, scilicet pro incremento fortis mutuatæ, quod non accipitur ratione mutui, sed alia ratione, scilicet pro solutione alias debiti. Potest etiam secundò dici ad illam auctoritatem Ambrosij, quòd non est sancti Ambrosij, sed Ambrosij adoptati cuiusdam hæretici, qui sub spe. B. Ambrosij multa falsa dixit, vt recitat Alexander de Ales. Duæ aliæ solutiones dantur ab aliquibus ad prædictam auctoritatem. Vna, q intelligatur capiendo vsuram pro nimia pensione, & de tributa ab infidelibus exigendo, ut pili onerigenati conuertantur ad fidem. Sed contra. Aut intelligant de hoc pensione quæ non iustè eis imponitur, & tunc non est licitum eis illam imponere, etiam si ex illa bona intentione imponatur, scilicet vt ad fidem conuertantur: quia non sunt facienda malà, vt inde eueniant bona. Si autem iustè, tunc non est opus, vt ideo eis imponatur, quatenus ad fidem conuertantur. Nec hoc modo tantum ab infidelibus, sed etiam a fidelibus, si sint iniusti hostes nostri, possumus exigere vsuras captas pro magna pensione. Item etiam quia non apparet, cur talis pensio dicetur vsura, cum vsura solum locum habeat in mutuo. Vnde oportet vsuram capi pro incremento sortis mutuatæ habentie ad minus similitudinem aliquam vsuræ, pro quanto accipitur vltra sortem mutuatam. Secunda solutio est, quòd Ambrosius loquitur in casu iusti belli, quod geritur contra hostes, in quo casu licitum est iustè bellantibus accipere vsuras ab eis, dum tamen non fiat vitio cupiditatis, sed zelo charitatis, vt sic macerentur vsuris, qui non possunt domari armis. Sed hæc solutio non satisfacit: quia quantuncunque fiat bono fine, si verè recipitur vsura, erit illicita receptio: quia actus aliàs damnatus non rectificatur propter bonam intentionem adiectam. Vnde in cap. super eo. extra, de vsur. ait Alexan. III. Cum scriptura sacra prohibeat pro alterius vita mentiri: multomagis est prohibendus quis, ne etiam pro redimenda vita captiui vsurarum crimine inuoluatur, hęc ibi. Ita etiam non licebit vsuram recipere ab hostibus, vt sic macerentur vsuris, qui non possunt domari armis: quia non minor iustitia, vel pietas est redimere captiuos, quàm sit domare hostes. Nec refert, an illi hostes sint gentiles, vel iudæi, vel christiani. Nam gentilitas, vel iudeitas, vel christianitas nihil facit ad hoc, vt ab eo, cuiquis mutuauit, recipiat vltra sortem, sed esse iniustum damnificatorem mutuantis, est ratio illius. Ideo si iudæi essent huiusmodi damnificatores, tui (sicut frequenter sunt in exactione vsurarum a christianis & aliis) ita ab eis sicut ab aliis recipere posses vltra sortem per rei eis mutuatam. Verum tamen ex alia etiam ratione videtur quibusdam ab eis posse accipi vltra sortem mutuatam, scilicet quia serui sunt christianorum, vt in cap. & si iudęis. extra, de iudæis. vbi dicitur, quòd propter mortem Christi submissi sunt perpetuæ christianorum seruituti, quod fuisse dicitur demandatum executioni per Constantinum, vt notat Hostien. extra, de iudæis. cap. consuluit. Modò res serui sunt domini: ergo quicquid acquirit seruus, acquirit domino, ita tamen vt non subtrahantur necessaria vitæ: igitur illi domini, quorum iudei essent veri serui, si quid acciperent ab eis vltra mutuatam sortem, non alienum acciperent, sed quod suum est, recuperarent. Dico autem notanter, illi domini, quorum ipsi essent veri serui. Nam dato, quòd essent veri serui christianorum: non tamen ob id sunt veri serui cuiuscunque christiani. De eorum etiam seruitute qualis sit, non est præsentis speculationis: si enim est seruitus simpliciter dicta, non solum domini possent prædicta agere, sed etiam eos vendere possent, maximè quando essent damnificatores christianorum, sed de hoc alibi. Vnde duæ primæ solutiones ad auctoritatem Ambrosij sunt meliores. Ratio autem duarum conditionum adiectarum

rum patet ex dictis in secunda conclusione. Vnde si aliqua illarum desit, non erit prędicta mutuatio licita Paulo.

Quarta conclusio. Paulo non est licitum suis hostibus, qui iustè eum damnificauerunt, nel hodie damnificant mutuare, quatenus cessent ab illa persecutione iniusta mutuationis, patet ex dictis in quęstione trigesimaseptima.

QVAESTIO. XLIII.

Vtrum contractus factus in sequenti casu sit usurarius, scilicet A. dedit 100. flore. B. sibi restituendos certo termino hoc pacto, quòd sicut R. mercator habens 100. floren. cum illis lucrabitur, uel perdet, sic etiam A. sentiat consimile, scilicet tantundem recipiendo a B. vel consimile damnum in dando tantundem B. Solutio stat in tribus suppositionibus & quinque conclusionibus.

Prima suppositio. prædictus contractus dationis potest esse mutui, probatur: quia A. potest velle, quòd B. habeat solus dominium 100. floren. & quòd B. valeat eos distrahere, & quòd omne periculum ipsorum 100. spectet ad B. Similiter omne lucrum & damnum proueniens de 100. etiam spectet ad B. ita quòd A. nihil vult participare de lucris uel damnis prouenientibus B. occasione 100. floren. sed tantum vult sibi restitui sortem integraliter. Et quamuis A. velit sibi responderi per B. de quodam lucro, & econtra etiam A. velit ipsi B. esse obnoxius de quodam damno: tamen hoc potest A. velle fieri propter quendam alium contractum annexum contractui mutui. Nam vltra hoc, q A. mutuat B. etiam A. contrahit cum B. tali contractu scilicet, si R. patiatur damnum, tunc quantum damnum patietur R. tantum ego dabo tibi, vt tu (si R. lucretur) mihi des tantum quantum R. lucrabitur, quòd enim illa secundus sit distinctus contractus a primo probatur sic. Nam contingere posset, q A. & B. contraherent illo secundo contractu, etiam si nunquam fuissent, nec contracturi essent primo contractu, & econtra contingeret, eos contrahere primo contractu sine secundo, igitur sunt realiter distincti, tenet consequentia per viam separationis.

Secunda suppositio. Prædictus contractus dationis potest esse depositi veri, vel non veri. Nam si A. dando 110. ipsi B. velit, q B. debeat illa 100. non distrahere, sed duntaxat custodire, vel reseruare, & aliquando illa eadem numero, seu in individuo sibi restituere, erit ibi contractus depositi veri. Si autem velit, quòd B. habeat potestatem ea distrahendi, & per consequens vult, quòd habeat dominium ipsorum 100. & quòd non idem in individuo, sed idem in genere restituere teneatur, non erit illo contractus verum depositum, sed erit mutuum, si velit sibi tantundem restitui certo termino.

Tertia suppositio. Prædictus contractus dationis potest esse contractus societatis, puta si A. transfert illos centum in B. non abdicatiue, sed communicatiue, pro ut dicetur quæst. 93. probatur: quia si non maximè: quia contractui societatis obstaret vna conditio prædicti contractus, quæ est, quòd omne periculum & lucrum atq; damnum ipsorum 100. spectat duntaxat ad B. & nihil ad A. hoc enim videtur esse non de natura, sed contra naturam, vel naturalia societatis. Nam socij subeunt communiter periculum, lucrum, & damnum. Sed hæc conditio non obstat, quin possit adhuc prędictus contractus manere societatis: quia illi conditioni natæ inesse contractui societatis possunt tam A. q B. renunciare ex pacto, & hoc adiecto alio pacto illius conditionis. f. q loco lucri quod cedere deberet ipsi A. debeat B. ipsi A. dare tantum lucri, quantum R. lucrabitur, si lucrabitur, & econtra, q A. loco ipsius damni, qđ A. deberet vt socius pati, velit pati tantum damni, quantum R. patiatur assignando. f. & dando tantundem ipsi B. Nec hoc pactum adiectum loco conditionis natæ in esse contractui societatis debet alicui videri esse insolibile & vniuersaliter iniquum, pro quanto. f. A. vult sibi a B. dare æquale, vel tantum pro lucro, quantum est totum lucrum ipsius R. qui est mercator cum 100. flor. & tñ si A. & B. simpliciter viuerét. Fm naturam contractus societatis, A. nõ posset plus lucri exigere a B. de illis 100. q̃ medietate lucri. Hæc inquam apparentia inæquitatis potest tolli per hoc, q ex alia parte A. subire vult tantum damnum, quantum erit totum damnum ipsius R. mercatoris etiam cum centum, cum tñ A. minõ de secundùm naturam contractus societatis non teneretur ad sustinendum, nisi medietatem damni emergentis circa mercantiã suorum 100. dorum B. & ideo fit cut B. grauiter in vno, sic releuatur in alio, & similiter ipse A. & ideo fi fiat æqua & proportionabilis refusio grauaminum, hinc inde non esset ibi iniquitas.

Prima conclusio est trimembris & talis. Si contractus dationis 100. celebratus inter A. & B. est contractus mutui, tunc in vna intentione A. eius dario est vsuraria. In alia verò intentione non est vsuraria, quamuis tũc posset esse ibi alia species peccati in A. Prima pars probatur: quia si A. dando dationem mutui 100. ipsi B. intendit, q illud lucrum, quod B. ei dare debeat (lucrate ipso R.) debeat ei dare ratione mutui, quo A. seruiuit B. talis dario est mutuatio vsuraria: quia est mutuatio cum intentione recipiẽdi quid ratione mutui vltra sortem, igitur. Et hæc corruptis interio potest deprehẽdi ex hoc scilicet, si A. nõ vellet dare prædicta 100. ipsi B. seu mutuare, nisi B. iniret secũ tale pactum lucrotum. f. si R. lucretur, dabis mihi tantundem, tunc enim patet, q ideo A. mutuat B. vt de mutuo consequatur lucrum, & quamuis etiam adiiciatur conditio, si R. perdat, q A. velit tantundem damni pati, remittendo B. q̃ tundẽ de sorte, sibi per B. restituenda, tñ si verisimilius est R. lucrari, q̃ perdere, verisimilius est A. consequi lucrum ex mutuo, & dato q etiam nõ esset sic futurum, nec verisimile, si tamen A. crederet sic esse futurum, & p ꝑs spe principaliter talis lucri ductus dedisset 100. ipsi B. esset illa dario vsuraria. Secunda pars conclusionis probatur: quia si A. dando, seu mutuando B. 100. non intendat aliquid habere a B. ratione 100. sed duntaxat id quod vult habere a B. vult habere in recompẽsationem illius periculi, vel damni, qđ subit spondens, si R. perdet aliquantum, q tantum damnum sustinere velit, remittendo B. tantundem de sorte mutuata, ita quòd A. nisi subiret illud periculum, vel damnum, cũ A. non vellet aliquid a B. exigere, & etiam non ideo dedit ipsi B. centum, vt secum iniret illam secundam dictum primum secundus hũc se impertinẽter ad primũ.

Nam stante tali intentione, si A. recipiat quid ultra sortem mutuatam, non est ibi usura: quia non ratione mutui recipit tale, sed alia ratione. Tertia vero conclusionis, scilicet quòd tunc nihilominus posset ibi esse alia species peccati in A. probatur: quia posset esse, quòd A. in hoc secundo contractu, vel pacto contraheret cū B. qui esset ibi communiter lucrosus, & ipse B. ut communiter damnosus, ut puta si de communi curia R. solet lucrari, & ut in pluribus consuevit perdere, tūc longè melior est conditio A. quàm B. & non est æqua conditio utriusque: immo A. pro subeundo damnū, ut in pluribus contingens, exigeret lucrum ut in pluribus contingens, B. verò pro lucro ut in pluribus contingente expectaret damnum, ut in pluribus contingens. Corollarium contra ipsum A. quòd quantuncunque A. dicat se non velle quid habere a B. ratione mutui impensi, sed tantummodo ratione illius, quod fuerit periculum, vel damnum, ad quod se obligat respectu B. tamen si illud damnum est ut in pluribus sibi accidens, & lucrum ut in pluribus obveniet præsumitur, quòd ideo mutuaverit, ut B. secum iniret tale pactum lucrosum, & per consequens præsumitur, quòd illud lucrum recipiat ratione mutui, & quod propter ipsum consequendum mutuaverit, secus autē esset de illa præsumptione contra A. quando damnum & lucrum ipsius R. essent nata contingere æqualiter & ad utrumlibet: tunc enim non esset præsumptio talis contra A. vel non tam verisimilis, tunc enim A. & B. in hoc secundo pacto tanquam omnino impertinenter se habent ad primum contractum viderentur contrahere contractu cuiusdam concertationis, quæ vulgari nostro dicitur, vvetten, de quo habebitur in quæstione 71.

Secunda conclusio, quæ est quadrimembris, est talis. Si contractus dationis 100. celebratus inter A. & B. sit contractus depositi veri, vel non veri, in una intentione est illicitus non vsurarius, in alia est illicitus & vsurarius. In tertia verò non est ille contractus dationis vllo modo illicitus, quamuis contractus adiectus possit esse illicitus. Prima pars probatur: quia si mens ipsius A. sit talis, ego depono 100. apud te B. volens, quòd lucrum tantum, quantum R. lucrabitur, des mihi in recompensam illius depositi apud te, & depositum sit mera ratione depositum, ita quòd A. non voluerit transferre dominium illorum 100. sed illud sibi retinere, & solum B. esse custodem eorundem. Nam tunc A. peccat exigendo aliquid a B. quia illicitum est mihi quid exigere ab eo, qui mihi seruit pro eo, quòd ipse mihi seruit: quia potius ipse habet a me exigere, quàm econtra. Modò B. in hac parte seruit ipli A. custodiendo sibi 100. igitur. Secunda pars probatur: quia si A. velit habere a B. lucrum in recompensam depositi, & depositum non habeat meram rationem depositi, vt puta quia A. voluit transferre dominium eorum in B. & periculum eorum incumbere ipsi B. & huiusmodi, tunc A. committit vsuram: quia tale depositum fuit mutuum: ideo censetur tunc ratione mutui aliquid ab eo exigere, igitur. Tertia pars probatur: quia si mens ipsius A. sit: ego depono illa 100. apud te, & nihil ratione depositorum apud te exigo, sed viso q ego extra illum contractum habeo tecum vnum alium contractum, talem scilicet, quòd si R. perder, ego tantundem tibi dem, quantum ipse perdidit: ideo ego in recompensam illius obligationis exigo a te, ut si euenerit si R. lucretur, etiam tantundem lucri mihi assignes. Tunc enim A. recipiendo quid a B. vltra sortem non committit vsuram: quia illud receptū non recipit ratione mutui impensi, sed ratione alterius contractus inter eos celebrati. Et potes hic si vis addere clausulas de præsumptione super vsuraria pravitate, quomodo oritur, vel non oritur contra ipsum A. eo modo, sicut in præcedenti conclusione est dictum. Quarta pars probatur: quia si ille secundus contractus sit longè plus lucrosus vni, quàm alteri, est iniquus, & dato q etiam esset ad vtrumlibet, & per consequens non iniquus, hoc est contra æqualitatem iustitiæ communitatis, tamen alias est contractus super turpi lucro initus: quia est quedam concertatio lucri, vnigaritet vvetten: quia cōtrahentes innituntur fortunæ, vel conjecturis futurorum euentuum, de quo etiam patebit in quæstione 71.

Tertia conclusio, quæ est bimembris, est talis. Si contractus dationis 100. celebratus inter A. & B. sit contractus societatis, non est illa datio usuraria contractus, potest tamen aliàs esse peccatum in ipso A. Prima pars probatur: quia sola datio, quæ est mutuatio, est nata esse vsuraria contractus, sed datio facta per modum societatis non est mutuatio, sed distinctus contractus a mutuatione, & manet distinctus contractus ab eadem, etiam si de datione facta per modum societatis auferatur ex pacto illa conditio societatis, scilicet quòd lucra & damna, ac pericula debeant esse vtriusque, ut puta si contrahentes conueniant, quòd illa debeant esse duntaxat alterius contrahentium, scilicet ipsius B. quia illa conditio licet sit naturalis societati, ita quòd nata sit inesse eidem: non est de substantia eius, quin possit substantia illius contractus manere sublata illa conditione per pactum adiectum, quo illa removetur, & loco eius alia conditio non repugnans substantiæ societatis adiicitur, sicut hic fit. Secunda pars probatur: quia si adiiciat prædictum pactum per modum cuiusdam concertationis dictæ vulgariter, vvetten, quasi A. dicat ad B. ego dando tibi 100. ad mercantias, volo contraxisse tecum contractu societatis, resilia tamen illa conditione contractus societatis, quæ est, quòd socij lucra & damna ac pericula sortis, in qua sunt socij, equaliter subeant: quia nolo, quòd omnia illa sint ad te spectantia, & loco illius conditionis resilisse ego ineo tecum, & tu etiam in ess mecum loco eiusdem aliam conditionem, vel pactum, scilicet quòd si R. lucretur, des mihi tantundem lucri, quantum R. lucretur, & si R. perdat, ego tantundem tibi dabo pro lucro: iam stat, quòd A. peccet: quia stat, quòd longè melior sit conditio ipsius A. quàm B. puta si R. ut communiter consueuit lucrari, & rarò perdere, tunc enim B. ut communiter est in damno, & A. in lucro, & tamen hoc est iniquum, siue hoc ineant A. & B. absolutè inter se, siue ineat hoc loco conditionis resilisse a contractu societatis initæ. Nam si non residisset A. conditionem prædictam a societate inita, per fuisset conditio A. & B. in lucro & damno, nunc autem non esset par, sed lōgè impar, nisi illam inæqualitatem resarcire posset per aliam viam. De contractu autem societatis pecuniario,

an

in vterque socius debeat alteri esse æqualis in participando damnum & lucrū, & de multis aliis patebit latius in tractatu penultimo q. 93. & sequentibus.

Quarta conclusio. Quocunq; horum trium modo eum. f. mutui, depositi, vel societatis fiat prædictus contractus dationis, videtur, quòd & si in se possibile esset eum fieri licitè: tamen posset per Papam, vel alium rectorem reipublicæ indistinctè prohiberi. Et ēt si non prohibeatur: tamen debet dissuaderi. Ratio primi: quia omnibus illis tribus modis natus est esse pallium usurarum, quia usurarij non audentes expressas usuras exercere, possent sub hoc latibulo eas exercere. Ratio secundi: quia exercendo quis natus est seipsum suspectum & infamatum reddere, atque scandalizare proximos. Habet enim ille contractus speciem mali: unde etiam consultè agerent iudices seculares, si talem contractum rescinderent, quando ad eos deuolueretur. ita q neuter contrahentium teneretur stare tali contractui, & præsertim ipsi B.

Quinta conclusio. Modus respondendi domini Lancen. de Rid. ad eandem quæstionem vel similem vt insufficiens, probatur. Nam ille mortens talem quæstionem, quid cum quis tradit alteri centum ducatos, mox in suis necessitatibus expendēdos sub hoc pacto, quòd sicut cōsimiles 100. ducati apud Titium mercatorem legalem lucrabuntur, vel perdent, sic isti 100. ducati sibi traditi lucrentur, vel perdant, est ne contractus licitus, & respondendo dicit, q talis contractus dubius reputatur, & videtur usuram sapere secundùm plures doctos. & hoc propter tria. Primò: quia tale pactum in fraudem usurarum adinuentum videtur, ut sub pallio quasi societatis latiret mutuum cum spe lucri. Secundò: quia ut peter. 88. dist. ciiciens. pecunia ex se sola minimè est lucrosa, nec valet seipsam multiplicare, sed ex industria mercantium fit per eorum negotiationes lucrosa. Tertiò, quod est efficacius: quia de tribus est vnum in dicto contractu. Nam dicta pecunia, aut est tradita per modum mutui, aut per modum depositi, aut per modum capitalis, ut scilicet in persona tradentis emptionibus & mercationib. deputetur, si per modum mutui, tunc manifestè est usura: quia mutuo transferur dominium in eum, cui factum est mutuū. Vnde non debet lucrari, vel perdere nisi sibi. Si per modum depositi, tunc ipsa reddi debet absque omni lucro, quin potius, qui eam seruasit, remunerandus esset: & tamen ex forma contractus patet, quòd non est data per modum depositi, cum depositarius eam ex pendere possit. Si per modum capitalis seu rectæ societatis, tunc in pacto esset, quòd deberet eam solis mercationibus fideliter deputare. Et hæc ultima ratio fortiter probare videtur, quòd non sit tradita dicta pecunia, nisi ut habens rationem mutui, in quo spes lucri reprobatur. Si diceretur, non esse mutuum, nec depositum, nec societas, sed contractus innominatus, scilicet do ut des, scilicet do tibi 100. ut des mihi tātum, quantum &c. Respondeti potest, quòd licet talis contractus aliquando licitè fieri possit, scilicet do ut des, non tamen in dicto casu, sed in fraudem videtur esse usurarum, sicut & fraus etiam committitur in aliis contractibus etiam ex se licitis, vt 14. quæst. 3. plerique. cum gloss. & huius sententiæ fuit Innocēt. de usu. cap. fin. & Ioan. And. ibidem, hæc ille. Hæc autem respon-

sio deficit dupliciter. Primò deficit in eius secunda ratione: quia licet pecunia ex se sola & sectusa industria non sit lucrosa, sed cum industria tantum, tamen per hoc non potest quid plus inferri de pecunia, quàm de domo. Nam & domus non est nata afferre lucrum ei, qui eam potest locare, nisi per industriam locantis & utentis, est enim etiam res artificialis sicut & pecunia. Vnde quòd de pecunia non liceat quid recipere, non sufficit allegare, quòd pecunia non fructificet de se, sed aliam rationem oportet allegare, ut patuit supra quæst. 30. conclusione quarta. Vnde etiam in hac secunda ratione in hoc deficit: quia per illam rationem non videtur quid valle inferre, nisi quòd in fine quæstionis pactum illud sit illicitum, scilicet quòd 100. traditi debeant lucrari, vel perdere, cum pecunia non sit nata quid lucrari, sed hoc non potest inferri: quia adversarius diceret illud pactum sic debere intelligi, quòd tradens debeat de illis 100. traditis alteri, & qui fuerunt illi alteri medium lucrandi ab eodem lucare lucrum, vel si perdat eis utendo, quòd contra tradens debeat illi alteri quid dare. Vnde diceret, q pecunia nata est esse medium, & instrumentum mercatori lucrandi, sicut instrumenta artis mechanicæ nihil lucrantur in illa arte, sed sunt adminicula lucrandi. Secundò deficit in tertia eius ratione trimembris: nam concesso quòd per modum mutui essent traditi, adhuc posset dans excusari per illum modum, qui est tactus in prima conclusione. Vnde non est necessario dicendum, q sit manifesta usura, ut tamen ipse loquitur. Similiter dato secundo membro non omnino potest inferri damnatio illius contractus: quia fatet, q illud incrementum, vel lucrum reciperet non ratione depositi, sed ratione alterius contractus adiuncti, ut dictum est in secunda conclusione. Similiter dato tertio membro nihil concluditur: quia cum dicit, q deberet eam solis mercationibus fideliter deputare, diceretur, q etiam sic facit A. de facto: quia tradidit illa 100. ut B. mercaretur cum eis concedendo ipsi B. etiam q ne lucrum sit ipsius B. ita tamen q loco lucri sibi debiti det sibi aliud lucrum, & loco damni ipse velit ei aliud quid dare.

QVAESTIO. XLIIII.

Vtrum ciuitas, vel dominus ciuitatis indigens pecuniis possit licitè compellere ciues, vel subditos ad præstandum, vel mutuandum ei certam quantitatem pecuniæ, offerendo se ad dandum cuilibet ciuium prestantium, vel mutuantium annuum q uentum, vel annuam pensionem, donec ei sors soluat, duntaxat tamen dando 20. flor. loco sortis 100. flor. præstitorum, vel mutuatorum cum qualib. circumstantiis soler fieri in quibusdam ciuitatibus Italiæ, nominatim in Florentie, Ianua, & Venetiis, quæ circumstantiæ statim enumerabuntur. Solutio quæstionis stat in quatuor suppositionibus, sex conclusionibus, duobus corollariis, & sex argumentorum solutionibus.

Prima suppositio. Modus, quo in prædictis ciuitatibus, & nominatim gratia exempli in Florentia sit prædicta compulsio ciuium ad præstandum, habet decem circumstantias. Prima est, quòd ciuitas indigens pecuniis imponendo ciuibus suis prædicta one-

ta (quæ vulgariter dicuntur prestantiæ, ad quas solvendas quilibet compelliter etiam inuitus) statuit, q interim, quo non restituat sortem, seu capitale ciui, qui prestitit ciuitati centum, dare debeant ei quinq; pro centenario, & si ducentos præstitit 10. & sic consequenter, & sic quilibet talium ciuium habuit ius super bonis illius ciuitatis ad exigendum annuatim & accipiendum pro centenario ab eodem ciuitate 5. Secunda circunstantia est, quòd ciues præstant prædictas præstantias ciuitati irreuocabiliter, sic q non potest ciuis sortem præstitam, vel mutuatam repetere in toto, nec in parte a ciuitate. Tertia, quòd ciuitas habet facultatem extinguendi ius, quod quilibet ciuium prædictorum habet super ciuitatem sic, quandocunque placuerit ciuitati, poterit per restitutionem etiam solum partialem sortis sibi præstitæ mutuatæ, sese liberare a dando ciuibus prædictas pensiones annuas. Quarta, quòd ciuitas non uult astringi ad hoc, ut quando pro sui liberatione, seu extinctione prædicti iuris ciuium restituere debet sortem, quòd restituat ciui totam sortem, seu tantundem, quantum ciuis præstitit, sed uult & statuit, quòd per hoc quòd dat 28. ci qui centum sibi præstitit, sit prædictum ius extinctū, & ciuitas liberata, ac sors censeatur restituta. Quinta, quòd ciuitas uult, quòd ciuis non teneatur de annuis pensionibus, quas usque ad prædictam restitutionem sortis percepit, aliquid unquam restituere ciuitati, immo quòd sibi possit retinere, ita quòd uelit eos esse tutos in utroque foro, scilicet Dei & fori. Sexta, quòd ciuitas annuas pensiones, quas assignat prædictis ciuibus, uult dare pro refusione interesse, quod prædicti ciues patiuntur ex carētia suarum pecuniarum sic præstitarum, sine illud interesse sit damni emergentis, sine lucri cessantis. Aut si nullum inde interesse paterentur, uult eis illas pensiones dare omnino liberali & spontaneo dono cunquam ad tale beneficium donationis eis impendendum sit ciuitas prouocata ex eorum beneficio, quo ipsi ciuitati benefecerunt. Septima, quòd ciuitas uult, quòd etiam quilibet ciuium prædictorum in recipiendo tales annuas pensiones, recipiat eas eo animo & modo, quo ciuitas uult sibi dare: modo scilicet iam tacto in sexta circunstantia. Octaua, quòd ciuitas uult, quòd quilibet prædictorum ciuium uelit alienare ius suum, quod habet prædicto modo super bonis ciuitatis, dando illud alteri dono, uel conditione: ita tamen quòd ciuitati liceat illud redimere, etiam ab illo alio, & pro eodem precio, scilicet dando 28. pro 100. sicut licuit sibi redimere ab ipso ciue sic alienante, & quòd ille alius teneatur remendere ciuitati, sicut tenebatur primus, retentis tñ illis pensionibus, quas percepit a ciuitate sine omni obligatione restitutionis. Nona, quòd dispositio circunstantiarum prædictarum redacta est per modū cuiusdam statutæ ordinationis, & hoc taliter, quòd talis statuta ordinatio, & omnia in ea contenta in fauorem prædictorum ciuium, seu creditorum ciuitatis intelligantur singulis diebus pro futuro tempore (donec per ciuitatem præfatam fuerint reuocata) immo singulis horis singulorum dierum de nouo condi & renouari, & de nouo condire & renouata, & sic effectum suum singulis dictis horis & diebus sortiantur, atque talis statuta ordinatio sic fiendo, ach singulis uicibus & temporibus condita esset, extendendo etiam eam ad quantitates in præteritum iam receptas per quoscunque creditores ciuitatis prædictæ. Ex causis memoratis, uult etiam ciuitas, q illa statuta ordinario solum uendicet sibi locum in ciuibus prædictæ ciuitatis, & in distributalibus suis: ita tamen q per hoc non præiudicetur ciuitati prædictę in aliquo iure sibi quęsito, seu quærendo in posterum, uigore alicuius ultimæ uoluntatis factæ, siue faciendæ. Decima, q quamuis in prædicta ciuitate iuxta ordinationem iam recitatam communiter detur 5. pro 100. tamen aliquando contingit q pro 100. non 5. sed pauciores dantur, si conditio ciuitatis est deteriorata, quandoque uerò plures contingit dare pro 100. quàm 5. quia quandoq; dantur Venetijs 8. quandoque 9. Sic etiam cum redimit ciuitas se a prædictis ciuibus, uel aliquo eorum, quamuis iuxta prædictam ordinationem communiter redimantur 100. pro 28. tamen quandoque pro 27. quandoque pro minori, immo accidere posset ciuitati talis deteriorationis, quòd ipsa absque ullo precio redemptionis reddito uellet esse liberata ab omni obligatione dandi ciuibus prædictis pensionem annuam, & sic perderent ciues tam sortem in toto, quàm etiam pensionem annuam, quam pro futuro tempore percipere potuissent.

Secunda suppositio. octo sunt accidentia, quæ cōtingunt circa ȝhentes cum ciuitate modo prædicto. Primum (quod est trimembre) est, q aliquando ciuis alicui a tanto tempore recepit prouentum annuum, seu pensionem annuam a ciuitate. s. 5. pro 100. præstitis, q imbuit fuit pēsionem maiorem, q̄ fuerit sors prestita, ut si recepit eam per 21. annos: quia tūc recepit 100. & 5. flo. & nihilominus si sequenti anno ciuitas se ab eo liberare habebit 28. flor. pro sorte prestita, & per consequens loco 100. flor. præstitorum habebit 100. & 33. floren. Quandoque uerò nondum tanto tempore recepit pensionem, quòd pensio excedat sortem, sed duntaxat est æqualis, ut quando eam solum recipit per 20. annos, quæ tamen recepta potest contingere, q sors redimatur. q. dantur sibi 28. pro redemptione, uel si ciuitas non se liberat, habebit pro futuro pensionem, quibus pensio recepta excrescet ultra sortem. Quandoque uerò nondum tanto tempore recepit, quòd pensio adequatur sorti, ut si solum 10. annis recepit, adeo quòd si se ciuitas liberaret restituendo loco sortis præstitæ 28. non haberet omnibus computatis totam sortem præstitam, sed cæteret adhuc 22. florēn. Secundum accidens est, quòd contingit quandoque aliquem ex prædictis ciuibus pati tantum damnum emergens ex prædicta præstatione, quòd quamuis multo plus recepерit, q̄ præstiterit: tamen nondum est sibi satisfactum de prædicto damno sibi emergenti: immo nec unq̄ sibi satisfiet, etiam restituta sorte in toto uel in parte, ut puta compulsus fuit ciuitati præstare centum, uel mille, non potuit autem illa præstare, nisi distraheret omnia sua immobilia, ut puta possessiones, prædia, & huiusmodi, & hoc uiliori precio, quàm iustum fuerit, adeo q per hoc irreparabiliter deductus est ad maximā paupertatem, & præsertim hoc potest contingere in uiduis & pupillis & orphanis compulsis præstare. Tertiū accidens est, q contingit sępe aliquē ex prædictis ciuibus pati tantum lucrū cessans ex prædicta præstatione, q nunquam sibi refundetur illud lucrum cessans, quanto-

quantocunque tempore percipiat pensionem, etiam si tandem restitueretur sors sibi in toto. Nam sępe contingit, q ciuis aliquis existēs mercator omni anno, quo caruit sua sorte, scilicet centum, potuisset fuisse lucratus. 10. uel 12. uel ultra, si potuisset eos ad mercantias licitas & honestas, qui tamen omni anno nō recipiet nisi quinque, uel aliquando minus, uel tandem nihil, uel ipse de illis centum emisset unum redditum importantē sibi annuatim. 5. flo. ubi tamen in remenditione habuisset iterum centum. hic autem in remenditione non habebit a ciuitate nisi. 28. pro centum, & hæc duo accidentia, secundum scilicet & tertium contingunt circa compulsos. quinque verò sequentia accidentia contingunt circa non compulsos. Quartum accidens est, q aliquando aliqui ciues non compulsi, sed proprio motu atque spente præstant prædicto modo ciuitati centum summā principaliter tamen propter lucrū. vtputa quando cōij ciuant, q non solum non patientur inde damnū emergens, nec lucrum cessans, immo q ex hoc habebunt lucrum tale, quod aliàs non essent habituri. vtputa: quia non potuissent aliàs mercando, vel redditus emendo tantum habuisse, & præsertim quando datur maior pensio quàm. 5. flo. vtpura quando dantur 8. uel 10. vt Venetijs quandoque contingere dicitur. Quintum accidens, q quandoque ciuis, qui præstitit ciuitati centum, vendit alteri pro consimili sorte, scilicet pro centum ius suum, quod prætendit se habere super bonis ciuitatis. & sic consequenter ille emptor percipit pēsionem annuam sicut primus percepit aliquamdiu, & per cipere potuisset de futuro, vel nondum ille percepit. Sextum quandoque a principio, cum quis compulsus non habet ad præstandum, rogat alium, qui loco eius præstat certam summam, subintrans in ius, quod compulsus habuisset, si præstitisset. Septimum, quandoque etiam quis est compulsus, sed volens est compulsus. vt puta quia placuit sibi, quòd compelleretur, vt sic frontem haberet præstandi ciuitati. placuit autem ei compulsio, ideo quia præstatio est sibi lucrosa. Octauum quandoque quis proprio motu præstat ciuitati non ob lucrositatem principaliter, sed principaliter ob charitem, quæ afficitur ad succurendum reipublicæ ciuitatis non autem ob lucrositatem principaliter, quamuis secundariò speret se lucrum obtenturum, vel etiam hoc nullo modo sperat. immo cōijcit se pasurum dānum.

Tertia suppositio est quadrimembris & talis. Ciues præstantes ciuitati vocari possunt tripliciter secundùm vsum prædictarum trium ciuitatum. Nam in Florentia vocantur creditores montis, in Ianua habentes loca, Venetijs habentes impresitia. Item sortes præstitæ vocari possunt etiam tripliciter: quia vocantur in Florentia præstantię montis, in Ianua possunt vocari sortes locales, vel locorum, Venetijs sortes impresitorum. Item contractus prędictorum ciuium possunt etiam vocari tripliciter, scilicet in Florētia contractus prestantiarum. In Ianua contractus locorum. Venetijs contractus impresitorum. Pensiones possunt etiam vocari tripliciter, scilicet in Florentia denarij montis, in Ianua loca, Venetijs impresitia, ita q ciuis percipiendo annuam pensionem dicitur percipere denarios montis, vel loca vel impresitia. Vnde prestans Ianuæ centum dicitur habere vnum locum. Attamen contigere potest aliquando confusio illorum terminorum, ita q loca & impro-

fitia aliquando capiuntur pro sortibus datis, aliquādo pro pensionibus percipiendis pro sortibus.

Quarta suppositio. Exquo de præsenti materia multa consequenter disputabuntur in hac questione & sequenti, ideo ad uitandum multiplicationem terminorum, & etiam ad uitandum variietatem terminorum, determinabo me ad certos terminos. Nam ciues prestantes vocabo ciues, vel creditores ciuitatis, & debitores illorum creditorum vocabo ciuitatem intelligēdo per ciuitatem illos qui habent plenam potestatem dominatiuam dominandi, regendi, & administrandi rem publicam ciuitatis, si ciuitas regatur per multos, vel si regatur per vnum, vt per dominum aliquem, erit de illi domino idem iudicium, quod est de ciuitate. Ipsum sortem prestitam vocabo prestantiam. & actum prestandi vocabo prestationem, & non vocabo eam mutuationem ex illa causa: quia quamuis frequenter sic vocetur tamen exquo ferè totus modus materię futurę pendebit in hoc, an illa prestatio sit vera mutuatio, vel nō, sed alius cōtractus. ideo vtar vocabulo communiori, cuiusmodi est prestatio, presto enim prestas, prestare, in proposito capitur communiter, ut significat exhibere, dare commodare, & mutuare, hæc enim significat presto, vbi ista alia eius significata.

Prima conclusio. ciuitas licitè potest ciuibus suis imponere tantam præstantiam, quanta egeat pro amotione illius mali, quod reipublicæ ciuitatis imminet: dum modo illud malum sit peius, vel pernitiosius reipublicæ, quàm sit hoc, quod est ciues cogi ad talem præstantiam. probatur dupliciter. Primò sic: quia in tali casu ciues met tenentur ad tantam præstantiam. igitur ad eam possunt per habentem aliàs potestatem, vel donationem in eos ad hoc cogi. consequentia nota. antecedens probatur: quia in corpore naturali natura hoc docet, q imminente aliquo grandi malo corpori, quod liber membrum potens occurrere tali malo naturaliter se opponit eidem, quantum potest: etiam cum præiudicio propriæ salutis, si illud malum sit peius corporis quàm sit hoc, quod est membrum pati tale præiudicium. Vnde. Vt corpus redimas: ferrum patiaris & ignem, igitur sic etiam erit in corpore mystico & suis membris. res autem publica, cuius administratrix est ciuitas, est corpus mysticum, & ciues sunt eius membra. Secundò probatur: quia ciuitas potest ciuibus imponere vt in personis suis tantum impendant auxilium rei publicæ, quanto personali auxilio indiget pro amotione mali imminentis reipublicæ: vt si pernitiosa bella imminent. igitur multomagis potest eis imponere tantam præstantiam, quæ est solum auxilium in rebus. cō sequentia nota. antecedens probatur: quia ad hoc ciues met tenentur, scilicet, personaliter occurrere talibus malis, etiam vsque ad mortem certando pro salute reipublicæ. igitur ad hoc eos ciuitas compellere potest. Dicitur notanter in conclusione, dummodo illud malum sit peius &c. quia si secus esset, non posset ciuitas eos compellere: quia ad hoc non tenentur: quia nemo tenetur pro amotione minoris mali ab aliquo corpore id agere, quod esset pernitiosius malum eidem corpori. Modò cum respublica non sit nisi aggregatum ex omnibus ciuibus. igitur posset tanta præstantia esse & ita pernitiosa ciuibus, quòd esset pernitiosior reipublicæ: quàm esset rempublicam pati aliud

malum

malum imminens pro cuius amotione talis p̃ræstantia imponitur.

Secunda conclusio. Aliquando posset talem præstantiam, de qua prima conclusio loquitur, ciuitas imponere ciuibus absque assignatione cuiuscunque pensionis, absque omni spe restitutionis sortis. probatur: quia si ciuitas est in tali conditione, quòd non speret se ventura ad talem fortunam, quòd recepta p̃cstantia possit sortem eis restituere, cuin nouam incurreret necessitatem ita vrgentem ciuitatem ad reimponendum eis præstantiam, sicut prior eos vrgebat, ita q̃ quantam partem sortis vellent restituere, tantam cogerētur partem præstantię reimponere, & si totam vellent restituere, etiam totam cogerentur reimponere. Nam ciuitas tūc stultè ageret restituendo sortem in toto, vel in parte, cum quod restituerat, illud mox compelleret ciues sibi repræstare. Similiter si ciuitas esset in tali conditione q̃ non speraret se annuatim posse vllam pensionem assignare ciuibus creditoribus montis, quin quantum in pensionibus eis assignaret tantam præstantiam de nouo eisdem imponendi incurreret necessitatem. Nam tunc stultè ageret eis id assignando, quod creditores tuos cogerentur repræstare ciuitati.

Tertia conclusio. Illam præstantiam, quam iusta prima cōclusionem potest ciuitas imponere, debet ciuitas aliquando non imponere, nisi cum assignatione magnæ, vel paruę pensionis annuę, sine vlla obligatione restitutionis sortis in toto, vel in parte. Aliquando verò cum assignatione pensionis, & etiam cum obligatione restitutionis sortis in toto, vel in parte. Prima pars probatur: nam si ciuitas coniicit, uel conijcere debet, quòd possit annuam pensionem magnam, vel paruam assignare creditoribus suis citra hoc, q̃ incurreret nouā necessitatem tantundem reimpōndi præstantiarum, quantum assignat in pensionibus, & tamen q̃ non possit ipsis restituere sortem in toto, vel in parte, quin quā tum restitueret, tantundem præstantiarum cogeretur reimponere, tūc sine obligatione restitutionis sortis (eo q̃ obligatio ista stultè fieret) deberet eis assignare talem pensionem annuam: quia ex quo ciues patiuntur interesse in dando præstantiam, & carendo suis pecunijs & ciuitas eos releuare posset sine suo grauamine a tali interesse, nulla ratio esset eos ab illo non releuandi, immo etiam ratio eos releuandi: quia qui occasionem damni dat, & per consequens damnum dat, si potest releuare debet, & præsertim ciuitas id respectu suorum membrorum agere deberet: quia bonum ciuium est bonum ciuitatis.

Secunda pars probatur: quia si ciuitas conijcit, vel conijcere debet, quòd tam pensionem assignare, quàm etiā sortem restituere poterit absque incursu nouę necessitatis vrgentis ad illius nouę præstantiæ reimpositionem, tunc debet tam pensionem assignare, quàm sortem restituere: quia cessat ratio & causa detinendi sortem. ergo irrationabilis esset illa detentio, & sic iniusta. Confirmatur: quia si ciuitas a principio non habuisset rationem exigendi præstantias a ciuibus, eo q̃ non habuisset necessitatem eam vrgentem, peccaret grauiter exigendo eam. igitur etiam nunc peccat, si sine ratione detinet, cum restituere posset.

Quarta conclusio. ciuitas libera, habens proprios annuos prouentus, obuentiones, siue fructus sibi iustè prouenientes de prædijs, possessionibus, castris, & villis iustè ad eam pertinētibus, vel de pedagijs, guidagijs, teloneis, vel vectigalibus iustis, vtputa ex causa iusta & auctoritatem habentis ea instituere institutis, potest vo lentibus emere, vendere ius percipiendi annuas pensiones de prædictis eius obuētionibus, si ciuitas habet causam rationabilem, vel eam vrget necessitas, vtputa vrgetur pro bono reipublicæ ad habendum. 10. milia in prompta pecunia, quæ ipsa habere non potest de suis obuentionibus, quæ annuatim sunt tantum mille, & hoc potest facere cum pacto redimendi, quando placuerit. probatur illa conclusio: quia de priuato sic est, quòd si habeat annuos fructus sibi prouenientes de suis possessionibus potest cum pacto redimendi, quando sibi placuerit, alicui vendere ius percipiendi annuas pensiones, vel fructus de suis obuētionibus, ut patebit late infra in quarto tractatu. igitur etiam communitas vel ciuitas hoc potest: quia non minus ius habet ciuitas prædicto modo habēs obuentiones, quàm priuatus in suis habeat. Dictum est autem notanter ciuitas libera habens proprios &c. quia si ciuitas non est libera, sed alteri seruiens, nec habet proprios annuos prouentus in toto, vel in parte, vtputa est subdita alicui domino, qui omnia, quæ possent esse communia, scilicet territorium vectigalia, & alia habet sibi appropriata, tunc ex quo ciuitas non habet proprium ius percipiendi annuos fructus, vel obuentiones, non poterit aliquibus pro precio vendere & tradere mercem prædictam, scilicet ius percipiendi annuas pensiones.

Quinta conclusio. si ciuitas illa, de qua loquitur præcedens conclusio, nō potest inter sibi nō subditos inuenire emptores iurium prædictarum pensionum, ipsa posset suos ciues compellere ad emendum iura earundem ab ea saltem precio iusto, immo etiam aliquando precio excedēte valorem mercis. Prima pars probatur: quia ciuitas in casu huius & præcedentis conclusionis posset suos ciues compellere ad aliquam talliam sibi dandam, per quam reseruaretur a necessitate, quæ eam premet, si non sufficit ciuitas sibi alia via prouidere: quia ad hoc met tenentur ciues. ergo multo magis poterit eos compellere ad prædictam emptionem, exquo alios emptores pensionum inuenire non potest, nec alia via sibi prouidere de succurrentibus suæ necessitati nisi vendendo aliquid: tenet consequentia: quia minus est, ciues compellere ad dandum talliam: quia ibi nihil recipiunt æquiualens: quàm compellere eos ad emendum aliquam mercem pro precio iusto. Item si non posset extraneos emptores inuenire, nisi donaret aliqua eisdem, posset ciuitas ciues suos compellere ad aliquātulam collectam, quæ pro dono daretur illis emptoribus, vt emerent prædictas pensiones. igitur magis poterit ciues ipsos compellere, vt met sint emētes: quia hoc leuius est ciuibus, vel saltem æquè leue. Secūda pars probatur: quia posset eos compellere ad emendum eas precio æquiualente, ut dicit prima pars conclusionis. pono igitur, q̃ per preciū æquiualens mercī recipiendū a ciuibus ciuitas non releuetur a necessitate eam vrgente. quæro, an ne ciuitas posset ciues compellere ad tradendum aliquid vltra & patet q̃ sic: quia ad illud onus nondum releuatum releuandum met tenentur, modo quādo ciuitas vltra æquiualens preciū aliquid imponit tam precium erit excedens valorē mercis. igitur secūda

pars

pars vera, quamuis tunc non esset intelligēdum, quòd illud plus acciperent ratione mercis, sed aliàs per modum tallię in succursum ciuitatis. Secunda conclusio, quando emens dat ciuitati. 100. flor. pro iure recipiendi annuatim. 5. remanente apud ciuitatem facultate redimendi illud ius pro 100. quando placuerit, tunc censetur dari iustum precium, & quòd sit proportio equalitatis inter precium & mercem. hoc patet ex communi æstimatione hominum, quæ est optima magistra diffinjendi quantitatem valoris vsualis preciorum & mercium. Si autem emens dat ciuitati. 100. flo. pro iure percipiendi ab ea annuatim. 5 flor. remanente apud ciuitatē facultate redimēdi illud ius pro paucioribus quàm pro. 100, vtputa pro 28. vt fuit quarta circunstantia primę suppositionis, tunc non seruatur proportio equalitatis inter precium & mercem, sed precium longè excedere mercē: quia perinde est, ac si daret. 100. & 72. flo. pro iure percipiendi. 5. flo. eo q̃ in redemptione cogetur dumtaxat recipere. 28. & per cōsequens de 100. quos deberet in repemptione accipere, cogitur carere. 72. flo. dare autem. 100. & 72. flo. pro iure percipiendi. 5. flo. est dare precium excedens valorem mercis.

Primum corollarium responsiuum, stantibus septē conclusionibus, ciuitas, vel dominus ciuitatis potest licitè facere illam compulsionem, de qua sonat titulus quæstionis. vestitam cum circunstantijs primę suppositionis. Prima conditio, quòd ciuitas indigeat tanta præstantia, quanta resultabit ex partialibus præstantijs singulorum compellendorum. vtputa indiget. 10. milibus, & ad talem summam ascendit aggregatum ex partialibus præstantijs. Secunda, q̃ malum imminens reipublicę, pro cuius amotione indiget tanta præstantia, esset damnosius reipublicæ, ac si accideret, quàm sit hoc, quod est ciues dare tantam præstantiam. Tertia, q̃ ciuitati non possit per alios. utputa per extraneos succurri via leuiori etiam iusta, utputa nemo esset, qui ciuitati gratis mutuare vellet tantundem. Quarta, quod ciues non possent succurrere ciuitati, si ad statim ciuitati certam summam darent simpliciter, idest sine assignatione cuiuscunque pensionis, & sine obligatione cuiuscunque restitutionis. Nō possent inquam, quin vel ciuibus maior esset incommoditas dare talem certam summam sine assignatione cuiuscunque pensionis, quàm si darent cum assignatione pensionis, quamuis minor esset illa præstantia, quam sine assignatione pensionis darent, quàm illa, quam cum pensionis assignatione. Vel si non esset maior incommoditas ex parte ciuiū, tamen ciuitas per illam certam summam non posset releuari in sua necessitate eam præmente, vtputa quòd illa certa, quam darent sine assignatione pensionis, esset minor quàm illa, quam darent cum assignatione pensionis: quæ tamen minor non sufficeret ciuitati. Quinta, quòd assignatio pensionis annuæ non inducat ciuitati incursum nouæ necessitatis, iterum eam vrgentis ad imponēdum præstantiam. Sexta, q̃ ciuitas tantam assignet pensionem, quantam commodè potest, & non minorem, similiter in restitutione sortis fiēda in redemptione tantam restituat, quantam commodè potest sine incursu nouæ necessitatis. Septima conditio non est simpliciter necessaria, sed tantum est necessaria stante opinione illorum, qui dicunt (vt infra patebit) quòd prædicta præstatio ciuium sit vera mutuatio, & sic consequenter dicunt, q̃ sponte præstans principaliter spe lucri sit vsurarius, & sic talis conditio, q̃ ciuitas respectu illorum, qui sponte præstant, quos ipse per prædictam suam ordinationem inuitat & inducit ad præstandum, & per consequens mutuandum, taliter se geras, qualiter necesse est illum gerere se qui petit mutuum ab vsurario, nisi offert se daturum vltra sortem, cattera enim debet, ne pretendo sit occasio peccati in proximo, de quo modo se gerendi patebit in q. 46. Hæc tamen septima conditio non est necessaria, tenendo q̃ prædicta præstatio nō sit vera mutuatio, sed vera emptio. Et tunc loco illius septimæ requireretur, q̃ ille, quem inducit ad præstandum, sit capax & dignus redditum percipere, quia autem talis sit, patebit in q. 73. & hoc quando ille sponte præstaret. si autem etiam talis sponte præstans sit indignus, tunc taliter agat (si citra compulsionem potest illas præstantias) quòd non censeatur ciuitas eum occasionare ad peccatum, sicut de petente mutuum sub vsuris est dictum. Illis igitur conditionibus omnibus concurrentibus licita est prædicta compulsio. probatur: quia compulsio in se est licita visa necessitate ciuitatis, ut patuit ex prima & secunda conclusione. & non potest cōdemnari propter adiectam circunstantiam, scilicet quia ciuitas se offert ad assignandum præstantibus pensionem. 5. flor. de centum: quia ad hoc tenetur, si ciuitas id habet in suis iuribus & facultatibus, ut patet ex tertia conclusione. Nec condemnatur de hoc, quòd cum ciuitas vult redimere, vult dare tantum. 28. quia stante sexta & septima conditione non potest plus dare nisi nouam necessitatem æqualem priori, incurreret, tunc autem non tenetur, ut patet ex eadem conclusione tertia. igitur nulla via patet condemnandi talem compulsionem.

Secundum corollarium responsiuum est, si aliquæ prædictarum sex vel septem conditionum deficit, non est licita compulsio prædicta, patet inductiuè. Nam si ciuitas nō indiget tanta præstantia pro necessitate reipublicę, inique agit grauando tam miserabiliter suos ciues, qualis miserabilitas patuit in primo accidente secundæ suppositionis, & tanto iniquius, quanto iniustos deberet esse fidelior, & magis eorum paternam & maternam gerere curam. Vnde. 1. ad Titum. 5. Si quis suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Et intelligitur ibi la prima conditio de indigentia pro bono reipublicæ necessario. Nam si ciuitas dumtaxat indigeret tali præstantia pro vanagloria ciuitatis, uel pro iniustis bellis vel pro pompa ipsorum ministrantium & regentium ciuitatem, aut pro quodam decore ciuitatis, siue quo transire posset ciuitas, esset talis compulsio iniqua. Nā non sunt enumeranda membra naturalis corporis pro uano ornatu capitis, uel decore accidentali corporis, sic nec est agendum in corpore mystico. Vnde philosophus. 3. topi. Sanitas est eligibilior, quàm pulchritudo, uel decor corporis. Si etiam secunda conditio deficit, non est licita compulsio, ut patet ex prima conclusione. Si tertia deficit, similiter non est licita compulsio, ut de se patet. Si quarta deficit, quòd non sit licita compulsio. probatur sic: quia tunc ciuitas compelleret suos ciues ad præstantiam grauiorem, quàm ipsa ciuitas indigeat: quia si quarta, aditio deficit: tūc ciuitati alia via posset sufficienter per ciues succurri: & hoc cum ma-

iori

lori commoditate ciuium, uel cum æquali commoditate eorum: utputa si ciuitati sufficienter posset succurri per hoc, quòd ciues præstarent certam summam simpliciter sine assignatione cuiuscunque pensionis, quæ eis aut esset commodiosior ciuibus, utputa quia minorem darent summam, quàm quando eis esset assignanda pensio, quod dare posset esse in rem ciuium, aut saltem illud fieret cum aliquali commoditate. Si primum ergo ciuitas iniquè ageret grauando suos ultra, quàm opus esset eos grauare pro releuamine necessitatis reipublicæ, quod est illicitum. Si secundum: tunc ciuitas imprudenter agit eos illa via compellendo, & hoc propter duo. Primò: quia alia via eos compellendi esset brevior, & per consequens magis amplectanda. Secundò: quia illa alia via esset minus dubitabilis in foro conscientiæ: tam ex parte ciuitatis, quàm ex parte ciuium. Nam tunc non remoueretur in dubium, quin ciuitas ad talem absolutam præstationem eos compellere posset: & ciues etiam præstare possent; ubi tamen apud multos est magna dubitatio: si quando alia via præstant ciues, scilicet sub assignatione pensionis ciuibus licear illam pensionem recipere: immo an ciuitati liceat eis in ipsa compulsione offerre eam. Ratio autem quare quinta & sexta requiruntur, patet ex prædictis in secunda & tertia conclusionibus. septima autem conditio cur (saltem secundùm opinionem aliquorum) requiratur: patuit in præcedenti corollario. Et ex hoc sequitur, quòd crudè loquuntur, qui non positis conditionibus dicunt, licere ciuitati facere prædictam compulsionem.

Contra primum corollarium arguitur volendo probare indistinctè, ꝙ prædicta compulsio sit illicita: ut quidam arguit nomine Guido de Belloregeldo genera lis ordinis Eremitarum, qui consultus desuper indistincte respondit, ꝙ lex statuens prædictum lucrum, seu pensionem dandam ciuibus, non est licitè statuta. & ideo non obseruanda, sed abolenda. & per consequens vult, ꝙ ciuitas non possit facere compulsionem secundùm dispositionem prædictæ ordinationis: quod tamè esset contra primum corollarium, quod approbauit prædictam compulsionem, saltem cum certis conditionibus. Primò igitur arguitur sic. talis lex est in diminutionem reipublicæ, igitur mala. consequentia nota. antecedens probatur: quia sæpe contingere potest, ꝙ ciuitas uni creditori dupliciter solueret pecuniam sibi ab eò præstitam: ut patet ex primo assignato secundæ suppositionis. hoc autem est damnosum reipublicæ, ex cuius pecuniis fit illa solutio. Dicendum, antecedens est falsum. Ad probationem dicendum concedendo maiorem, minor est neganda: quia ciuitas soluendo tali ciui dupliciter, non facit id, nisi per adeo multas particulares diminutas petias, & tanto tractu temporis interuenientes, ꝙ ita facile est ciuitati facere particulatim illam solutionem etiam finaliter duplam uel triplam, existentem, & etiam restituere. 28 pro sorte, sicut esset sibi eam simplam simul & semel facere, uel ipsi ciuitati non est ita damnosum facere successiuè talem solutionem etiam duplam: sicut fuisset damnosum a principio carere sorte: uel sortem simul totam soluisse. Primum patet in his, qui pro 100. flo. uendunt redditum perpetuum. 5. flo. cum facultate redimendi eundem. Nam tales vendentes ita facile dant annuatim 5. flo. & cum hoc tandem restituunt nedum partem sortis, sed totam sortem, sicut ꝙ una uice dedissent. 100. flo. & cū hoc tempore intermedio cum illis. 100. receptis ab emptore potuerunt. 5. flo. annuatim habere, & intantum vltrà, ꝙ una dierum cum placuerit, potuerunt de illo pluri collecto, etiam sortem totaliter restituere, etiam si bi retento aliquali lucro, vel retento ipso capitali pro lucro Et si vendens ius. 5. flo. hoc potest facere cum suo lucro: qui tamen redimendo cogetur dare. 100. multo magis id poterit ciuitas vendens ius. 5. flor. quę in redimendo tantum cogetur dare. 28. flor.

Secundò arguitur sic. Lex continens plus bonum priuatum, seu singularium personarum, quàm bonum publicum, seu communitatis est iniusta: quia præferendum est bonum communitatis bono singularium personarum. Modò prædicta lex est huiusmodi. igitur. Minor probatur: quia est lucrosa ciuibus, vel creditoribus & damnosa ciuitati, ut patuit in precedenti argumento Dicendum, quòd neganda est minor. Et ad probationem patuit solutio, quòd non est damnosa ciuitati, immo staret, ꝙ si ciuitas in redimēdo cogeretur dare. 100. ci qui sibi præstitit. 100. ciuitas non fuisset passa damnum, sicut nec venditor alicuius reddit⁹ perpetui, si redimit reddit⁹ pro equali precio, pro quo vendiderat, censetur fuisse passus damnum, ergo multominus censenda est ciuitas pati damnum, si in redimendo nō nisi 28 pro 100. est data. Quod autem dicis, quòd est lucrosa creditoribus: patet exilitas huius lucri ex primo & secundo antecedente secundę suppositionis. Patet etiam, ꝙ sæpe est eis multum damnosa, quamuis nō iniustè sustineant illud damnum, eo quòd tenentur illud subire pro republica. Patet etiam, ꝙ longè plus fuissent lucrati vtēdo sua forte in mercātijs, uel in emptione alterius reddit⁹, data facultate redimendi emptori pro precio equali sorti.

Tertiò arguitur. Lex inducens homines ad peccandum, est iniusta, prędicta est huiusmodi. igitur. Minor probatur: quia lex illa offert pensionē ciuibus præstantibus percipiendam a ciuitate vltra sortem præstitam. Modò præstatio ciuium est mutuatio, igitur offert mutuantibus lucrum. ergo inuitat eos & occasionat eos ad mutuandum spe lucri, non minus quàm si priuatus ad priuatum diceret. Mutua mihi. 100. & dabo tibi annuatim. 5. flor. in quo casu vtique diceretur, quòd talia dicens, & sic se offerens, peccaret mortaliter, occasionando alium ad mutuandum spe lucri. Dicendum dupliciter. Primò, negando minorem. Ad probationem conceditur maior, & minor est neganda. Nam ut infra finaliter tenebitur, illa præstatio ciuium non est mutuatio: quia sit irreuocabiliter. Vnde est vera emptio, uel traditio precij pro merce, & si ciuitas se offert ad dandum mercem, scilicet ius percipiendi annuatim. 5. flo. ipsis, qui sibi sicut emptores tradent precium, scilicet 100. flo. Si tamen teneretur, quòd præstatio esset mutuatio, ut plerique tenentur, diceretur, ꝙ argumentum concludit, quòd sex illa inducit homines ad peccatum, si non seruetur septima conditio primi corollarij. & per consequens est iniusta, & etiam compulsio, quæ secundùm eam fieret, sed hoc non accidit si seruetur septima conditio ibidem posita: quia tunc lex illa non induceret eos ad peccandum. Et hæ solutiones sunt meliores, quàm illa, quam dat dominus Lauren. de Rid. negans

negans quòd per prædictam legem inducerētur homines ad peccandum. Nam, ut dicit, considerato quòd si quis vellet das pecunia vellicitè, plus luc rarentur, immo etiam si in licitis, quinimmo & in possessionibus, quæ magis fecare sunt, quàm mutuare communiter, non est dicendum quòd per hoc quòd 5. dari statuuntur, inuitantur homines ad vsurarie mutuandum, maximè cum dubium sit nedum de lucro, sed etiam de sorte principali, ne perdatur. hæc ille. Etiam beatus Bernardinus soluendo idem argumentum ait, quòd uerū esset, quòd ordinatio ciuitatis inuiteret ad peccatum, quando præstantes mouerentur spe lucri principaliter, modò præstantes non principaliter spe lucri mouētur, sed secundaria tantum spe, quæ nō facit hominem vsurarium, & ꝙ non principaliter spe lucri moueantur ostē dit: quia multo plus lucrarentur aliis vijs: sicut etiam deducit hic Lauren. Hęc inquam solutio deficit dupliciter. Primò: quia non sequitur, mutuans spe lucri posset plus lucrari cum illa sorte in aliis contractibus illicitis, & etiam licitis. igitur illud mutuare sub spe lucri factum, non est peccatum. Nam mutuare principaliter sub spe parui lucri recipiendi ratione mutui est vsura: quamuis nō ita grauis usura, sicut mutuare sub spe magni lucri ratione mutui obtinendi, & mutuare sub spe lucri obtinendi ratione mutui, est vsura quantumcunque mutuans potuisset licito modo tantum, vel maius lucrum fuisset consecutus. Secundò deficit: quia nullt excusare mutuantem ciuitati, per hoc quòd mutuans est in dubio perdendi tam lucrum, quàm sortem. Modò hoc non releuat, quin si mutuans mutuat spe lucri ratione mutui obtinendi, sit vsurarius: quia quantumcunque dubitat de lucro & sorte tamen intētio est iniqua: quia inde vult habere aliquid, vnde sibi prolubitū est quid velle habere. Et ita illa solutione non satisfieret argumento prædicto, si admitteretur illud, quod arguens supponit, sicut Lauren. videtur admittere, scilicet ꝙ ex illa lege aliqui inuitantur ad mutuandum spe lucri: nam illud non negat, sed tantum laborat excusare tales, quo modo in sic sperando non peccent, quę excusatio tamen non valet, si sperant illud lucrum ratione mutui se habituros, siue parum, siue magnum, siue sint in dubio perdendi lucrum & sortem. secus si ratione interesse imminentis, sed tunc adhuc argumentum staret, eo ꝙ arguens diceret se velle loqui de illis, qui nullum interesse patiuntur, & tamen inuitantur ad mutuandum ciuitati. Vnde standum est in duabus primis solutionibus, & præsertim in prima.

Quartò arguitur. Si esset iusta maximè quia eius ordinatio tēdit in vtilitatem tam reipublicę, quàm ciuiū eiusdem, ex quòd secundum illam legem ciues coguntur præstare ciuitati certam summam, per quam succurratur necessitati reipublicę, & bonum reipublicæ est bonum membrorum eiusdem. sed hoc non arguit prædictam legem esse iustam, nisi quò ad hoc, ꝙ disponit, ꝙ visa necessitate reipublicę exigatur à ciuibus certa summa pro illius necessitatis succursu. Non autem quò ad hoc, quòd exigendo ciuitas contra se offerat daturam ciujbus certam pensionem annuam: quia ex quo ciues aliàs tam in personis, quàm in rebus, vel pecunijs remanent absolutè succurrere reipublicæ, superfluum est eis aliquid offerre pro huiusmodi subsidio. & cum illa superfluitas sit cum damno reipublicę soluentis annuatim oblatum, sequitur, ꝙ est iniusta: quia lesiua reipublicæ. Aut si talis fuit necessitas, ꝙ aliquid de præfatis venit restituendum ciuibus, solum id eis restituatur, & non vltra, secundùm autem prædictam legem contingit sæpe eis restitui vltra, quàm restituendum est. Dicēdum concedendo maiorem, negatur minor, falsa in casu primi corollarij. Ad probationem dicendum, ꝙ uerum est, ꝙ ciues ram in personis, quàm in rebus, vel pecunijs tenētur succurrere reipublicę, non tamen semper tenentur ad hoc, ꝙ faciant illud absolutè ideſt sine assignatione pensionis. Nam quamuis aliquando talis posset esse conditio ciuitatis, ꝙ tenerentur ad talem præstantiam absolutam, vt patuit in secunda conclusione tamen econtra aliquando potest esse talis conditio ciuitatis, ꝙ ciuitas teneatur ciuibus sibi incurrentibus reassignare annuam pensionem, vt patuit in tertia conclusione. eo ꝙ ciuitas cōmodè posset sine incursu alterius necessitatis suis grauatis ciuibus impendere releuamē grauaminis cærendo forte præfata, ideo reofferendo se non agit rem superfluam, sed debitam. nec censetur ciuitas tunc lędere rempublicam, soluendo illud, ad quod se obtulit: quia non censetur debitor se lędere, si soluit, quod debet. Et si dicis, si ciuitatis conditio talis est, quòd potest annuam pensionem commodè dare in releuamen grauatis ciuibus, & per consequens tenetur dare. ergo potuit eo minorem præstantiā exigere a ciuibus, & exigere absolutè. & sic non debuisset exegisse rātam, eo ꝙ in minori potuisset fuisse contenta. Dicendū, ꝙ stante casu primi corollarij illa simul stant, ꝙ ciuitas non potuisset suam necessitatem releuasse, nisi ciues tantam summam præstitissent, & tamen cum hoc ciuitas potuit commodè annuam eis pensionem assignare, vtputa indigetad sfation hoc die vel meaſe decem milibus, & non habet annuatim nisi mille, tunc quantumcunque in fine anni haberet mille, & ita videretur tantum debere exigere. 9. milia a ciuibus, & loco decimi millenarij accipere mille de suis obuentionibus propris, tamen ex quo illi mille non obueniunt sibi hac hora, qua indiget 10. milibus. ideo omnino cogitur a ciuibus exigere. 10. milia, & ex quo in fine anni habebit obuenientes sibi fuos mille, poterit de illis aliquod releuamen impartiri ciuibus, in quo casu tenetur ciuitas, & in tali casu solū sonuit primum corollarium. Et hæc solutio melior est, quàm illa, quā dat sapiēdictus dominus Lau. de Rid. qui dando tres rationes responsiuas dicit sic. Etsi cōmunitas valeat compellere ciues ad mutuandum absque eo, ꝙ statuat aliquid dare vltra sortem, tamen non omne possibile est nolibile. sępe namque multa possumus, quæ pro bono reipublicę, & pro scandalo fugiendo non facimus, & meritò, argumento. 2. q. 1. cū primis. cum similes coactiones frequenter consueuerunt difficiles habere exitus. extra. de spō. c. requisiuit. & melius est cū aliquali consēsu, & pace omnium suis necessitatibus prouidere, quàm per huiusmodi coactiones & violentias non sine sorti & grani scandalo. hæc ille. Et secundam rationem responsiuam prædicto argumento subdit di. Quòd si quosdam enormiter ex hoc (experientia media) damnificari quotidie cernimus, immo & multos funditus destrui, & ad extremam paupertatem deduci, tales tamen ex hoc laltem aliqualiter subleuantur & consolantur, ꝙ dicta. 5. percipiunt annuatim, & nisi hoc esset, forsitan

in despera-

in desperationē deducerentur, & in rempublicam machinarentur in grauē animę suę & corporis sui dispēdium, & reipublicæ pericula. Et si dicetur, si lex talibus & non alijs prouideret, bene esset. Respondeo, q̄ lex debet esse communis pro reipublicę vtilitate, ne alij seruulosi corde moueantur, & dorum foret atque difficile vnum distinguere ab alio. hæc ille. Et postea tertiam responsionem ponens subdit. Præterea interest reipublicæ erga suos ciues taliter se habere, quòd non deducant in paupertatem, ut cum alias opus fuerit sibi, valeat subuenire. si ergo in damni restaurationem, vel ex liberalitate vt alliciantur ad bene se habendum erga rempublicam aliquid gratis donat. & sic indubia vtilitas reipublicę procuratur. hęc ille. Hac inquam triplex responsio Laurentij non satisfaceret prędicto quarto argumento, nisi cum adiutorio solutionis primæ vel prædictis patet. Nam contra primam suam rationem respōsiuam replicaretur sic. si ciuitas aliquam pensionem assignat ciuibus annuatim propter hoc, q̄ quānis possit eis nihil dare, tamen ad vitandam malevolentiā ciuium, & per consequens scandalum & turbationem dat eis aliquid. ergo eadem ratione deberet nullam omnino eis præstantiam imponere: quia omittendo impositionem præstantiæ vitabit malevolentiam & turbationem in ciuibus. Et si tu dicis, illa malevolentia non est curanda: quia est accepta non data, eo q̄ ciues ad præstantiam tenentur, & licitè ab eis exigitur ulra necessitate reipublicę. sic diceret aduersarius, quòd etiam non est curanda malevolentia, quam cōciperent super hoc, quòd nulla pensio eis assignatur annuatim, eo quòd ciuitas non tenetur eis eam assignare, & per consequēs est malevolentia non eis data, sed accepta. Et hoc etiā est veritas, quando ciuitas non posset eis assignare, nisi cum incursu nouæ necessitatis prædictis rempublicā ad denso imponendam præstantiam, aliàs si potest assignare, nō est excusanda ciuitas per hoc, quòd facit pro vitādo malevolentiam, sed per hoc est excusanda quia tenetur sacculare suis ciuibus per se grauatis, ex quo commodè hoc potest. In secunda etiam ratione responsiua deficit: quia quantumcunque aliqui per huiusmodi præstantiam essent destructi, tamen si ciuitas non posset sine incursu nouę necessitatis reimponendi præstantiam assignare talibus annuam pensionem, nō tenetur assignare eis eam, immo imprudenter ageret grauādo rempublicam pro releuamine priuatarum personarum, qui etiam maius malum fuissent obligare subire pro republicæ, quàm destructionem bonorum suorum, scilicet vulnera & mortem personarum. Quod etiam tales inciderent in desperationem, aut inciperent machinari contra rempublicam in præiudicium animæ sug, esset ab eis acceptum scandalum, non eis per ciuitatem datum, q̄ si illa machinatio esset eis in temporale damnum reipublicæ, faceor, quòd illa machinatio posset esse tantum malum, quòd potius ciuitas deberet quid assignare cum parvo & minori damno reipublicę, quam non dando incurrere illud maius malū machinationis, sed non sic frequenter notum est accidere. Sola igitur ratio iustificandi ciuitatem in dando de republica pensionem ciuibus, est illa, quę dicta est in prima solutione. Attamen solutio, quam dat idem & argumentum per seipsum interpositum est valida, & etiam ad necessaria: tenendo illam solutionem: quia etiam tenendo eam arguiretur, q̄ ex quo aliqui ciues non sunt grauati, & per consequens ciuitas solitem talibus non deberet quid assignare de pecunijs reipublicæ etiam si commodè posset. Ad hoc enim dicendum, ut retigit illa solutio Laurentij. In tertia etiam responsiua ratione deficit: quia nō habet locum, nisi quando ciuitas commodè potest sine incursu nouę necessitatis assignare eis talem pensionem. Alioquin non expedit reipublicę cūsuipsius enervatione subuenire illi mēbro, ne in pauperiem ducat, & seipsam exhaurire, sed potius seipsam saluare cū præiudicio illius, vel alterius mēbri.

Quintò arguitur sic. Pro bono utili & temporali rei publicæ seruando, vel consequendo non est dimittendum bonum honestum, ex cuius omissione Deus offenditur. Sed compulsio ciuium facta prædicto modo, licet fiat pro bono temporali & utili reipublicæ, tamen fit cum dimissione boni honesti, qua Deus offenditur. igitur est iniusta. Minor probatur: quia fit cūm sequela multarum mutuationum vsurariarū, quas multi ciues committent: quia sponte non compulsi mutuabunt ciuitati ducti principaliter spe lucri obtinendi, quæ mutuationes sunt vsurarię, ut infra patebit. Dicendum per duas solutiones. Prima, q̄ mutuationes sponte factæ etiam spe lucri, non sunt vsurariæ, si fiant modo tacto in titulo quæstionis, scilicet irrenocabiliter: quia non sunt mutuationes, sed emptiones, ut patebit, quamuis alij contrarium dicant, & sic non sit illa compulsio cum sequela vsurariarum mutuationum. Secundò dicendum, dato q̄ tales essent vsurariæ mutuationes: tamen si seruantur conditiones positę in primo corollario & nominatim ad propositum septimæ, tunc cōpulsio nō sit cum sequela peccatorum data per ipsam compulsionem, sed accepta. hoc autem non est peccatum. sicut non peccat priuatus, qui pro sua necessitate quia est præsus petit mutuum ab vsurario, sciens q̄ mutuatio nō nisi vsuraria erit. & sic sciens, q̄ sequitur peccatum. hæc enim sequela non est per peremtem dem: sed per vsurarium accepta. si petens mutuum seruauerit septimam conditionem primi corollarij. Et hæ solutiones sunt meliores, quàm illa, quam dat prædictus Laur. dicens sic, q̄ non est contractus vsurarius inter ciuitatem & ciuem recipientem, si pro centenario &c. sed illa solutio non valet: quia dato, q̄ assumptum sit verum de mutuante coacte, non autem est verum secūdùm eum & multos alios de mutuante sponte principaliter spe lucri, de illo autem arguit argumentum. igitur non satisfacit argumento.

Sexto arguitur. onera non possunt fine principij iustificari, sed prædictę præstantię sunt quędam onera. igitur cum ciuitas non sit princeps, nec habeat ad hoc licentiam a principe, sequitur, q̄ illicita est illa impositio & compulsio. Maior probatur per ius ciuile. ut in l. 1. C. de exactoribus tribut. lib. 10. & eodem lib. de excusatorum. l. placet. Dicendum, q̄ quamuis generalem collectam cimerę fiscali applicandam nemo possit imponere sine permissu principis, ut in prædicta l. tamen collectam specialem vnaquaque ciuitas & vniuersitas pro necessitate sibi incumbente indicere potest, ut l. omnes. C. de ope. publi. de quo est date notabilem glossam in l. 1. 5. quòd si nemo. super verbo, proconsuli. ff. quod cuiusque vni. no. & per hæc satisfactum est argumentis aduersariorum.

QVAE-

QVAESTIO. XLV.

Vtrum ciues præstantes ciuitati prædictas præstantias possint licitè a ciuitate recipere præfatas pēsiones annuas sine obligatione restitutionis earundem, atque etiam tandem recipere sortes suas modo prædicto cum ciuitati placuerit redimere iura pensionum. Solutio quæstionis stat in recitatione trium modorum dicendi cum improbatione duorum primorum.

Primus modus est Greg. de Arimino generalis ordinis Eremitarum beati Augu. Et potest eius sententia reduci ad sex dicta. Primum est quadrimembre. & tale. Ciues præstantes intentione lucri peccāt peccato vsurę. Et hoc sive intentionem illam habeant ante præstationem, sive in præstatione, sive post eam. Et tenentur pensiones perceptas restituere, si possunt, & si nō habent tenentur proponere se velle restituere, cūm poterunt. Prima pars dicti probatur: quia illa præstatio est mutuatio, modo mutuatio lucri intentione facta est peccatum vsurę. Vsura enim secundùm eundem dicitur esse lucrum ex mutuo intentum. Secunda pars probatur: quia non refert, quādo illa intentio habeatur. Tertia pars & quarta patent: quia illæ pensiones sunt lucra vsuraria, eò quòd propter eas præstiterūt, seu mutuauerunt. Modò vsurarius tenetur vsuras restituere, si potest & si non potest, tenetur proponere restitutionem. Et quia aliquis diceret, quando præsumendum est, uel dici potest, q̄ ciues intentione lucri præstent, ideo ponitur secundum dictum. in duobus casibus dici potest & præsumi, q̄ ciues intentione lucri præstent. Primus, quando ciuitas dat annuas pensiones ratione mutui percepti, uel vlterius detinendi, & ciues sciunt, uel credunt ciuitatem tali ratione eis eas dare. Secundus, quādo hoc nec sciunt, nec credant, attamen possent id scire, vel credere, si nellent coniecturas debito modo considerare: utputa vident, quòd ciuitas statuit tale lucrū dare mutuantibus, & plus dare cum mutuantib. & nō obstare q̄ alij ciues similia, vel maiora bona cōsecuti attulerūt, id tñ eis nō statuitur, nec aliquam remunerationē similē consequuntur, uel ex probabilib. aliis argumentis, quę cum possunt, nolunt aduertere, uel inquirere. Ratio huius dicti: quia ex quo credunt, vel credere possent, q̄ ciuitas eis tali ratione dat, dici potest & præsumi, q̄ ipsi tali ratione, scilicet ratione mutui recipiant, quia accipiens videtur recipiendo aliquid a datore cōformare mentem suam menti dantis. Modò recipere ratione mutui est recipere vsuraria intentione. igitur. Tertium dictum. ciues nulla intentione lucri præstantes non peccant peccato usuræ. probatur: quia tūc præstatio prędicta est mutuatio gratuita. modo talis nō est peccatum vsuræ. igitur & illud signum negatiuum nulla, negat omnem intentionem positam in primo dicto. Quartum dictum. contingit ciues etiam in præstando non committentes peccatum vsuræ adhuc in tribus casibus obligari ad restitutionem pensionum, probatur: nam primus est, quando ciuitas dat eis pensiones propter mutuum perceptum, & ipsi non sciuerunt, nec crediderunt tali ratione eis eas dare, attamen scire, vel credere id potuissent, si rem per debitas coniecturas considerassent. Ratio: quia quamuis tunc syncera intentione mutuauerint, & sic non peccauerint præstando, tamen exquo pensiones a parte rei dantur eis tali ratione, quali ipsi nō possunt recipere: ideo quamuis dominus rei velit eam transire, non acquirunt dominium illarum pensionum. & sic restituere tenentur. Secundus casus, quando ciues etiam prædictam rationem dandi non potuissent scisisse, vel credidisse, sed tamen nunc eis incipit constare, q̄ ciuitas prædicta ratione, eis dedit. Ratio, quia ex quo illa ratio eis constat, tunc constat consequenter, q̄ dedit eis tantum tali ratione qua li ipsi non possunt habere. igitur. Tertius casus, quando ciuitas etiam non ratione mutui daret, vel dedisset, sed alia quali, scilicet potuissent recipere, attamen credunt ciuitatem eis dedisse ratione mutui. Nā interim q̄ stant in illa credulitate, consequenter habent credere, q̄ receperint ab ea pensiones tali ratione, quali recipere non possunt. igitur credere habēt se obligatos ad restituendū, & per consequens tenentur restituere. Sed secus si præstans nulla intentione lucri præstet extra hos tres casus: quia tunc etiam sicut nō peccat, sic nec restituere tenetur. Et quia aliquis diceret, an ne præsumendum sit, q̄ ciuitas ratione mutui det prædictas pēsiones: ideo ponitur quintum dictum. Non videtur quin ciuitas non det eas nisi propter mutuum, probatur. Primò sic: quia si alia ratione dare uideretur, maximè propter interesse ciuium, aut ex beneuolentia pro dono. Non primum: quia tunc inequales pensiones darent ciuibus etiam æqualem formam præstantibus, quia interesse ciuium est inequale. Vnus enim in carendo suis centum maius interesse patitur, quàm alius. Non secundum: quia etiam inequales pensiones darentur eis: quia maior pensio daretur ei, qui maiori beneuolentia & charitatiua affectione subuenit ciuitati, quàm alteri, qui tantundem præstitit cum minori affectione vel beneuolentia. Secundò sic probatur: quia pensiones non dantur ciuibus, postquam restituta est eis sors: sed dumtaxat durante mutuo. ergo non videtur nisi, quòd ratione mutui detur eas: quia illud videtur causa aliquius, quo posito ipsum ponitur, & quo cessante cessat. Sextum dictum, si veritas & a parte rei esset, quòd ciuitas daret eis non ratione mutui: sed alia ratione, scilicet ratione interesse, quod patiuntur. vel pro liberali dono, & ciues crederent non ratione mutui, sed illa alia ratione eis eas dari, licitè possent eas recipere, nec tenerentur ad eam tm restitutionem, utputa si ciuitas dat pro interesse, & ciuis a parte rei est passus tantum interesse, tunc enim potest tantam pensionem recipere. Et intelligit hoc de interesse, non damni emergētis, q̄ lucri cessantis, de quibus interesse habitum est q. 30. oportet tamen sm eum, q̄ illud interesse & tantum sit præcisè passus ratione præstationis, secus si alia ratione. Similiter si pro liberali dono daret eas: quia licitum est liberaliter donare, & taliter donata recipere, non enim propter mutuum & gratiam factam ciuitati debet ciuis fieri peioris conditionis. Et in illis sex dictis continetur sententialiter & radicaliter tota mens prædicti doctoris. Ex quibus possunt consequenter inferri duo corollaria. Primum, q̄ duę requirantur conditiones ad hoc, quòd ciuis præstians prædicto modo ciuitati sit libera a peccato vsuræ & etiam ab obligatione restitutionis. Prima quòd nulla intentione lucri præstet, alioquin peccabit peccato vsuræ. Secunda, quòd etiam si non intentione lucri

præstet,

præstat, attamen debet curare quolibet illorum trium casuum, qui tacti sunt in quarto dicto, aliquin obligabitur restituere. Secundum corollarium, ciues prædicti non possunt dici sanæ conscientiæ percipere prædictas pensiones, nec possunt dici non esse obligati eas restituere: quia nō possunt dici sanæ cōscientiæ eas percipere, nisi quando videtur, q̄ ciuitas non det eis ratione mutui, & ipsi non credunt, nec credere possunt, q̄ ratione mutui eis dentur pensiones. Modò nō videtur posse dici, q̄ ciuitas det eis alia ratione, quàm ratione mutui, nec ipsi aliter credere possunt. Igitur non possunt dici sanæ conscientiæ percipere. Maior patet: quia aliter se habentibus rebus illicitè recipiunt, ut patet ex secūdo dicto. Minor patet ex quinto dicto, & sic sequēdo prædictum doctorem oporteret, q̄ ciuis non recipere et tantas pensiones, nisi quantum est interesse & sors quod & quam sibi restituere deberet ciuitas, & si quid vltra recipit, q̄ illud restituere teneatur, & denique illud, quod pro interesse, vel forte sibi debita recipit, nō debet recipere, nisi tantum sub illa ratione, & non ratione mutui.

Contra istum modum dicendi arguitur improbando eum in septem, in quibus deficit. Primò: quia supponit, quòd præstatio prædicta sit vera mutuatio, quod est falsum: quia prædicta præstatio sit irrevocabiliter: quia ciues nō possunt sortem præstitam eo quam remouere, nec repetere, nec ciuitas tenetur eis eam restituere. Irrevocabilitas autēm, seu renunciatio repetendi in mutuante, seu libertas restituendi in recipiente mutuū est conditio repugnans substantiæ mutuationis, adeò q̄ facit eam transire in aliam speciem contractus, ut patuit q. 40. & per hoc patet etiam responsio ad probatio nē primæ partis sui primi dicti: quia negāda est maior. Attamen dato q̄ concederemus cum eo, q̄ esset mutuatio, adhuc deficit sequentibus defectibus, qui denique habebunt locum. Secundus defectus est: quis in primo membro primi dicti non distingnit, de qua intentione lucri velit loqui, & tamen illud primum membrū non est indistincte verum. Nam etiam verè mutuantem cōtingit sine peccato habere aliqualem intentionem lucri: quia potest habere secundariam intentionem lucri, dummodo primaria sit charitativa intentio, scilicet subueniendo necessitati proximi. Assumptum patet ex dictis q. 46. Tertius defectus est in tertio membro eiusdem dicti. Nam dato q̄ præstatio esset vera mutuatio, & per consequens pensiones essent vsuræ, quantum esset ex animo ciuitatis soluentis, tamen possent eas in casu retinere, etiam si possent restituere. para si ciues occasione præstationis fuissent iniustè passi damna, quę non fuissent obligati pati, tunc enim possent illas retinere in tanta quantitate, quanta fuissent damna, etiam si ciuitas non dedisset eis nomine & animo refusionis interesse. & hoc si desperarent se nia iuris posse consequi a ciuitate refusionem damnorum: iuxta dicta in q. 42. Igitur illud membrum non est indistinctè verum. Quartus defectus est circa primum casum secundi dicti, qui non videtur verus. Nam stat, ciues passos esse & pati iniustè, uel saltem non necessario interesse, & q̄ ipsi nulla alia intentione recipiant, nisi ratione interesse. Igitur quantumcunque ciuitas eas dedit tantummodo ratione mutui, non oportet, q̄ ratione mutui eas recipiant. Et si dicis, non dico, q̄ oportet eas recipere eas ratione mutui, sed q̄ possunt præsumi & dici ratione mutui recipere, & per consequens præstitisse sortes intentione lucri, hoc non valet: quia præsumptio elidi tur præsumptione. Ideo possent esse tales circunstantię in ciuibus mutuantibus, q̄ nullatenus præsumeretur, q̄ intentione alia, quàm ratione interesse reciperent, & per consequens non intentione lucri præstitissent, etiamsi ciuitas dumtaxat ratione mutui daret pensiones. Etiam circa hunc quartum, & sequentem defectus deficit in hoc, q̄ loquitur, quasi indistinctè non liceat cui aliquid ratione mutui recipere, quod tamen est falsum. Nam si illud, quod recipitur ratione mutui: non precium mutuationis accipitur, sed ut donū, ad quod donandum pronocatus est donator propter impensum sibi mutuum, nō est illicitum illud recipere. Vnde propter, vel ratione, potest dicere circūstantiam appreciationis, & tunc propter mutuum non licet quid recipere. Sed si dicat circunstantiam pronocationis, licitum est quid recipere ratione mutui: sicut etiam in fine sexti primi defectus petebit. Quintus defectus est circa secūdum casum eiusdē secundi dicti, qui etiam non videtur verus: quia in tali casu etiam stat, q̄ non præsumāt cui ratione mutui recipere, sed ratione interesse. sicut in præcedenti argutum est, & per hoc soluitur probatio eiusdē dicti: quia dicendum est, q̄ non oportet, q̄ recipiens aliquid conformet intentionē suam intentioni danti. Nam laicus iniustè detinens possessionem ecclesiæ, & nendens ecclesię intendit precium recipere pro possessione vendita, sicut precium pro merce, & tamen ecclesia emens non dat sibi pro possessione: quia fcit eam prius esse suam, sed dat pro cessatione vexationis, sicus est etiam in subdito dante curato suo pecuniā eo q̄ nisi det ei pecunia, non vult ei baptizare puerum, etiam iam morituram. Nam talis subditus non dat pro baptismo, sed pro cessatione vexationis, licet curatus per serius intendat eam pro baptismo recipere. Nec obstat, si dicas, non conformat intentionem suam intentioni ciuitatis. ergo non transfertur dominiū pensionis in ciuem, quia ciuitas illa intentione non dat, qua ciuis recipit. Nam dicendum est, q̄ sufficit, q̄ ciuis deberet illa intentione dare, qua ciuis recipit, scilicet ratione interesse, quod ciuis iniustè patitur, uel saltem est interesse, quod ciuis pati nō tenetur, aut quod ciuitas refundere deberet. Nam sępe quis licitè recipit rem a proximo, ubi proximus omino non intendit in eum transferre, uel etiam si intendit, non tamen tali intentione, ut pater in illo, qui clam sibijpsi satisfacit de rebus sui debitoris, a quo aliàs nullo modo solutionē habere potest, seruatis tamen multis cautelis seruandis de quibus aliàs dici habet. Vade Aug. 14. q. 5. non sanè dicit. Non sanè quicquid ab iniuito sumitur, iniurio sè auferetur. Sextus defectus est circa omnes tres casus quarti dicti, nam illi fallunt, si enim passi fuissent iniustè, uel non necessario interesse, possent tantas pensiones detinere, quantum fuit interesse quantumcunque possent scire, uel nunc scirent, uel non crederent ciuitatem eis eas non dedisse nisi ratione mutui. & ratio ad illum casum addocta est soluta in quinto defectu. Septimus est circa quintum dictum: quia dictum in se est falsum: quia potius videtur, quòd ciuitas taliter det eis, qualiter dicit scire eas dare: sed dicit eas eis dare ratione interesse & pro dono, ut patet ex prima suppositione

sitione præcedēris quæstionis. igitur. Maior probatur: quia dicere oppositum est dicere publicè ciuitatē mentiri prædicto statuto suo. & si non est credendum ciuitati, hoc est ipsis dominis habentibus ciuitatem administrare, qui debent esse armatores vestitaris & defensores: quæro, quæ fides adhibenda erit dictis omnium inferiorum? Essent insuper tales domini præ cæteris odio persequendi. Iuxta illud Sapientis. Tres species odiit omnia mea. diuitem mendacem, pauperem superbum, & senem fatuum & insensatum. Ad probationes autem sui quinti dicti dicendum est. Ad primam dupliciter. Primò, nam etiam tenendo, q̄ præstatio prędicta sit uera mutuatio, dicendum est, q̄ sicut sonat statutum, Ciuitas dat eas pro interesse illis, qui patiūtur interesse cæteris autem dat pro dono liberali in recognitionem beneuolentiæ eorum, nec tamen oportet, q̄ daret inæquales pensiones ciuibus etiam æqualem prę stantiam præstantibus: quia quāmuis hoc æquum foret, tamen ex duabus rationalibus causis potest illa inæqualitas omitti, & æqualitas seruari. Prima est, quia hęc inæqualitas ipsorum interesse & etiam beneuolentiæ in ciuibus non posset deduci in noritiam ciuitatis, nisi cum inextricabili labyrintho. Modò ad illem vitandū potest ciuitas æquales pensiones assignare æqualem sortem præstantibus, quantumcunque inæqualis interesse sint passi & patiantur, uel inæquali beneuolentia prę stiterint ciuitati, quod probatur: nam si ille inextricabilis labyrinthus imminet ciuitati, & pecunijs redimi posset, & non posset redimi nisi ciuibus ad hoc præstā tibus, posset ciuitas imponere ciuibus suis. ut cōtribuerent ad redimendum se ab eo: & eadem ratione potest compellere, ut nō velint exigere ultra interesse, quàm quinque flor. de centum, quamuis essent matus interesse perpessi, quàm alij: quibus tanta pensio assignatur. Secunda causa ad uitandum scandalum inuidię & murmurum possibilium oriri inter ciues æqualem sortem præstantes. Nam si diobus æqualem sortem præstantibus daretur inæqualis pensio iuxta inæqualitatem interesse, uel beneuolentiarum eorundem, conquererentur is, cui minor pensio daretur: cur non tanta sibi data erunt quanta alteri, cum tamen tanta beneuolentia prę stiterit, ut sibi potest videri, cum quanta alter & cum tanto interesse. Tale autem scandalum est adeo vitandum, q̄ rationabiliter pro eius uitatione posset impoui ciuibus contributio pecuniaria, si alia uia uitari nō posset. igitur etiam potest taliter statui danda pensio, quamuis minor, quàm ei deberetur, si fm quātitatem interesse assignari deberet. Et ex causis similibus prædictis duabus causis uidemus simile fieri in collegijs magistrorum & ordinatorum. Nam qui prior est tempore, prior est in sede, & in alijs non habita distinctione, an primus sit doctior secūdo. Secūda solutio & breuior est, q̄ eoquo præstatio prædicta non est mutuatio, sed uera emptio, seu precij solutio. Ideo maior est negāda: quia pensiones non dantur eis ratione mutui, nec ratione interesse, nec dono, sed tanquam fructus mercis emptæ, ius enim percipiendi eas, est merx empta a ciuib. & pēsiones sunt fructus eiusdem iuris. Ideo sicut æquale preciū dederunt, sic æquales fructus merciū debent recipere. Ad secundam probationem dicendum dupliciter. Prima solutio processit, etiam si teneatur, q̄ prædicta præstatio sit uera mutuatio: nam cōcesso antecedente negatur consequentia: quia q̄ ciuitas eis eas durāte mutuo præstat & cessante eo nō præstat, huius potest esse alia ratio quàm mutuum. & hoc duplex. Prima: nam potest esse illa. si quis durante mutuo ciues pauperiuntur interesse, & cessante eo, cessat interesse. item se cundò: quia durante mutuo durat impensio illius beneficij, quod ciues impendunt ciuitati. & hc durat eas se prouocans ciuitatem ad donandum quid suis ciuibus, & cessante mutuo, cessat talis impensio, & per ꝑns talis causa pronocatiua. Ideo nimirum q̄ durante mutuo præstat eis eas: & non durante non præstat eas. & ita cum illa duplex ratio posset subesse præsumendum est de ipsa: quia præsumendum est de meliori, nisi fortior præsumptio eam elidat. Sed nisi aliquid addatur solutioni iam datæ ipsa non satisfaceret argumento: quia adhuc stat probatio consequentiæ suæ, scilicet illud est causa, quo posito ponitur &c. Vnde dicendum est, q̄ illa regula est uera. si illud hoc habet ratione sui, non ratione coniuncti sibi. Modò q̄ durante mutuo præstatur impensio, & cessante cessatur a pensione, non est hoc de per se ratione mutui positi, uel cessantis ibi sistendo, pet interesse durantis, uel cessantis, quod interesse est coniunctum mutuo. Vnde si hęc probatio valeret, probaret, q̄ nunquam contingeret mutuantem recipere quid ratione interesse, quin semper uideretur recipere ratione mutui: quia talis non recipit tale quid, nisi durante mutuo & cessante eo non recipit. Alia verò ratio etiam distincta a mutuo eo modo, quo pro mutuo nihil licet recipere, potest esse illa, scilicet q̄ cessat pronocatiua causa dationis. nam durante mutuo nata est ciuitas pronocari ad donādū quid mutuantibus. Sic enim videmus, q̄ multi multis donāt legaliter aliquo tępore, eo q̄ tūc vidēt in donatarijs causam, quæ eos pronocat ad donandū, & postea cum ea plus illā in eis non uident, non donāt, nec obstat, q̄ ratione mutui pronocātur ad dādum quid, & ita mutuū est illa causa pronocatiua. & per ꝑns illa secunda ratio non uidetur esse distincta a mutuo. Nam dicendū est, q̄ notanter dictū est, q̄ illa secunda ratio est distincta a mutuo, eo modo quo pro mutuo nihil licet recipere, quia bene licitū est dare quid propter mutuū receptū, & illud etiam recipere, qñ propter, dicit circunstantiā pronocationis & non precij: quia ēt pro spiritualibus receptis licitū est recipienti dare tēporalia confrenti: prout pro, dicit nō precīū, sed pronocationē quasi illa spiritualia pronocarent recipientē ad donandum quid confrenti. Secunda solutio est, q̄ eoquo præstatio non est mutuatio, sed uera emptio, seu precij datio. Ideo tā diu ciuitas solvit pensiones annuas, quàmdiu merx, seu ius est ciuium Quando autem ciuitas redimit mercem, & restituit ciuibus precium modo condictio, nō debetur amplius ciuibus aliquid de prædictis fructibus mercis.

Secundus modus dicēdi est aliorum, scilicet sancti Bernardini & magistri Francisci de Empolis ordinis minorum, & cuiusdam magistri Anglici ordinis prędicatorum, & Petri de Ancona, & Laurentij de Rid, & plurium suorum sequacium, & potest eorū modus dicendi reduci ad duas conclusiones cum suis probationibus. Attamen non omnes prædicti (capiendo omnes diuisiue) omnia illa posuerunt, quæ in illis dictis & eorū probationibus & deductionib. recitabuntur sed

aliqui aliqua, & alij alia. Attamen capiendo omnes collectiuè possuntur omnis, quibus aliqua pro maiori colore addam, quæ ipsi simpliciè voluerit dicere. Prima conclusio in quinque casibus ciues prædicto modo præstantes non peccant in recipiendo pensiones prædictas. Primus est, quando ad prestationem sunt uerè coacti a ciuitate, idest inuitè prestanta parte rei, sic ꝙ in veritate nollent, potius esse suppertari a præstatione, & etiã carere pensionibus, quàm econtra. Secundus, quando sponte præstant nullam penitus habentes intentionem lucri, nec illo modo respiciunt prædictas pensiones, spe moti sola charitate & pietate subueniendi necessitati ciuitatis quamuis ipsas pensiones, cum dantur, non respuant, sed ut dona accipiant. Tertius, quando sponte præstant principaliter ex charitate, uel pietate prædicta, attamen secundariò intendunt pensiones tanquã lucra. Quartus, si in præstando secundariò tantum & non primariò intendant pensiones tanquam lucra, non peccãt peccato usuræ, etiam si a proposito præstent præstantias infra illud tempus, infra quod dandæ statuuntur pensiones præstantibus, & extra illud præstantibus statuitur, nihil dandum, qui tamen non infra illud tẽpus, uel ita cito præstitisset suas præstantias. Et huius quarti casus sunt duo exempla. Primum si ciuitas imponit ciuibus præstantias, & offert se ad dandum nomine pensionis annuę eis, qui præstant centum, dummodo infra tale tempus, utputa infra mensem præsentes ea, & si qui postea præstarent, illis nullam uult assignare pensionem. Aliquis ciuis præstat centum infra prædictum tempus spe pensionis prædictę consequendæ, qui non tam cito præstitisset præstantiam sui. Aliud exemplum eiusdem casus. Si ciuitas in mense nouembris imponit præstantias, statuendo ꝙ his, qui soluerint infra prædictum mensem, incipiat dictum lucrum in calendis ianuarij, illis verò, qui soluerint post prędictum mensem, incipiat in calendis septembris, aliqui ciues soluunt infra nouembrem, ut eis incipiat lucrum prędictum in calendis ianuarij, qui alias diutius distulissent. Quintus, ꝙ ille quartus casus, sicut est licitus in sponte mutuantibus, est multo magis licitus in coactè præstantibus. Secunda conclusio, in quatuor casibus, ciues præstantes peccant recipiendo pensiones prędictas. Primus, quando sponte præstat principaliter moti spe lucri prædictarum pensionum. Secundus, quando quis a principio verè coactè præstat sed tamen postea sponte consentit in detentionem sortis suæ motus ad illum consensum principaliter spe lucri prędictarum pensionum ratione mutui recipiendarum. Tertius, quando quis sponte principaliter ex pietate præstat, & tamen est sibi conscius conscientia vera, uel erronea, ꝙ ciuitas inuitè soluit pẽsionem. Quartus, quando verè coactè præstat & persecutat etiam in sua inuoluntarietate detentionis, & tamen in recipiendo pensiones, est sibi conscius conscientia vera uel erronea, ꝙ ciuitas inuitè ei eas soluat. Prima conclusio declaratur inductiuè quò ad singulos casus. Primus itaque casus declaratur esse licitus ex tribus causis, propter quas tales ciues excusantur a peccato. Prima est ratio coactionis. Secunda est interesse damni emergentis. Tertia est interesse lucri cessantis. Quod autem ratione coactionis excusentur, deducitur per octo probationes. Prima est talis. Si peccarent maximè peccato usurę, eo quòd præstatio eorum est mutuatio, in qua uolunt recipere ultra sortem: sed hoc non sufficit ad incusandum eos de hoc peccato: quia peccatum usuræ non est nisi in mutuatione uoluntaria: præstatio autem in primo casu licet sit mutuatio, tamen est coacta non uoluntaria. igitur in ea non est peccatum usurę. Secunda probatio: peccatum usuræ non est nisi in mutuatione, quæ est mutuatio secũdùm perfectam rationem mutuationis. modo prædicta præstatio non est talis mutuatio. igitur. Minor probatur: quia ad perfectam mutuationem requiritur, ꝙ ibi non sit diminuta voluntas. In prædicta autem est diminuta voluntas; quia permixta cum coactione, coactio autem diminuit de voluntario. ꝙ. Eth. igitur. Hanc secundam rationem unà cum prima dicit sanctus Bernardinus multum esse ponderandam uidere suo, quam multi non ponderantes & deviantes forte a ueritate iuris grauant, quod minimè grauandum est, ut ipse loquitur. Tertia probatio: licitum est ciuitati pensiones a ciuibus coactis dare in eorum releuamen. igitur licitum est coactis ciuibus accipere ratione suæ coactionis. tenet consequentia. Primò ex identitate rationis: quia non videtur maior ratio, cur unum liceat ratione coactionis & non reliquum. Secundò etiam per consequentiam a correlatiuis, quorum si unum licet, etiã reliquum licebit, si enim tibi mihi dare licet, mihi idem accipere licebit. Antecedens probatur: quia licitum est ciuitati prædictos ciues cogere ad præstantias soluendas, saltem modo tacto in præcedenti quæstione. igitur antecedens uerũ. tenet consequentia duplicitèr. Primò a minori affirmatiuè, nã cogere ciues, quod tendit ad grauamen ciuium, minus uidetur licere ciuitati, quàm dare aliquid eis tendens in eorũ relenamen. Secundò quia generalius potest ciuitas suos ciues relevare aliquid eis dãdo, quam grauare ab eis aliquid exigendo. Nam ciuitas non licitè potest eos grauare exigẽdo ab eis aliquid sine causa rationabili, utputa si ad faciendum bellum iniustum ab eis exigat: & tamen talitèr inuitè grauatos iustè potest releuare: saltem, de iuro iusto. & sic in casu, in quo licet grauare, licet releuare. & sic generalius licet releuare, quàm grauare. Quarta probatio, si primus casus non esset licitus. maximè ideo quia ciuitas coactè solueret pensiones, & per cõsequens non licitè reciperent ciues ab ea aliquid ultra sortem, eo quòd mutuator non debet quid recipere a mutuatario illud, quod mutuatarius inuitè soluit. Secus de omnino liberaliter obtis. Sed hoc non obstat, quod dupliciter patet. Primò, nam ciuitas non coactè eis soluit pensiones: quia si coactè quæro a quo cogitur eas soluere, non a ciuibus, cum illi non possint cogere ciuitatem: sed econtra potius, nec etiam apparet alius, a quo cogatur: immo quòd ab illis non cogatur, patet: quia adeo libera est ciuitas, quòd non solum non cogitur restituere sortem in toto, uel in parte: ut patet ex præcedenti quæstione in prima suppositione, sed etiam cũ placuerit ciuitati se liberare libera est ad dandum 28. tantum pro centũ immo quandoque nihil. Et etiã quandoque non soluit pensionem annuam prædictam, scilicet 5. de centum. sed quandoque minus, immo quãdoque nihil. Hæc autem ora indicant & arguunt, ꝙ ciuitas non est coacta ad pensiones dãdas; quia cogens ęquè cogeret eam ad restituendum

restituendum sortem integram, & ad nunquam omittendum soluere pensiones, etiam integraliter. Secũdò idem patet: quia, dato ꝙ coactè, seu inuitè solueret, tamen illud non constat ciuibus, sed potius oppositum eis constat, nec constare potest: quia oppositum possunt elicere ex uerbis statuti, de quo in prima suppositione præcedentis quæstionis, in quibus ciuitas contrarium asserit. Modò non in certis, sed in dubijs locus est cõiecturis. Quinta probatio, quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum, ut patet in discipulis pręfame conterẽtibus spicas in die sabbati. Mat. 12. Et in David comedente panes propositionis, cum alios non haberet. 1. Reg. 21. ergo mutuanti, si coactus est, licebit recipere ultra sortem quamuis aliàs illud non liceret sibi. Modò in primo casu est coactus. & hoc tam ad mutuãdum, ut patet, quàm etiam ad recipiendum pensionem eo ꝙ alia uia nõ potest sibi satisfacere de damno, quod patitur, & passus est ex præstatione. Hanc tamen rationem non multum pondero, inquit sanctus Bernardinus, licet a pluribus in tali casu soleat assignari, cum ipsa adduci possit pro liberè mutuante, scilicet, de quo tamen ipse tenet, ꝙ non licitè recipiat pensiones. Sexta probatio: quia in exemplo iam ponendo licitum est mutuanti recipere ultra sortem. Igitur etiam primus casus huius conclusionis erit licitus. Exemplum est tale: Aliquis uolens uti pecunia sua in mercantijs, nec illam proposuerat mutuare, attamen ab amico instanter requiritur, quòd usque ad certum tempus mutuet sibi eam. Ille itaque sibi mutuat sponte & liberè absque omni fraude usurarum. Addito tamen, quòd prædictus si in termino statuto non soluat sibi, soluere teneatur aliquantum ultra sortem. Si igitur deficiat amicus in termino, non soluendo sortem, potest mutuans prædictum incrementum tanquam pœnam recipere a debitore ratione sui interesse, si (ut prædictum est) pœna non sit apposita in fraudem usurarum. consequentia autem tenet: quia in exemplo iam posito non esset pœna nisi multa violentia nisi detentio rei ultra terminum constitutum contra domini uoluntatem. ergo multo magis licebit alicui in primo casu recipere ultra sortẽ, eo ꝙ in illo casu non solum inuitè, uel contra eius uoluntatem detinetur sors, sed etiam a principio sibi inuito aufertur: immo nõ solum inuitè detinetur sors pro tempore, sicut in prædicto exemplo, sed pro semper: quia non potest ciuitas compelliad restitutionem sortis: immo si etiam uelit ciuitas restituere, non restituet nisi 28. pro sorte centum flor. Septima probatio est: quia in exemplo secundo, & iam dando, licitum est mutuanti recipere ultra sortem. igitur etiam primus casus est licitus. Exemplum est tale. Si mutuator, qui sponte mutuauit, damnificetur ex longa mora mutuatarij non soluentis, ut deberet, potest mutuator aliquid pro sui damni refusione recipere ultra sortem, extra, de fideiuss. c. peruenit. consequentia tenet a minori. Nam in prædicto exemplo mutuator sponte mutuauit, licet eo inuito detineatur sors ultra terminum: in primo autem casu mutuator nec sponte mutuauit, nec etiam eo libere consentiente detinetur sors: immo eo inuito & etiam tali detentione pòst quam ninquam restituere si sors & etiam si restituetur, non nisi 28. pro centum restituuntur, & ex tali inuita mutuatione & detentione nõ parum damnificatur ciuis. & sic minus uideretur præ-

dictum exemplum licere, quàm ꝙ liceret prædictus casus, eo ꝙ magis nata est usura committi spontaneo mutuo, quàm in coacto. Octaua probatio, licitè quiscipit id, quod sibi liberaliter donatur, iuxta illud Gregorij. Eius oblatio nullam macham ingerit, quæ non exambientis processerit petitione. 1. q. 2. c. sicut episcopum, & eadem causa & quæstione. c. quam pio. & 13. q. 2. questa. Modò ciuitas liberè donat ciuibus coactis prædictas pensiones, ut patet inspiciendo verba statuti in præcedenti quæstione. igitur. Secunda causa, propter quam primus casus est licitus, est interesse damni emergentis, quæ deducitur per tres probationes. Prima est: ciues, qui uerè sunt coacti præstare, patiuntur eadem præstatione & detentione fortiũ interesse damni emergentis, ut patuit in secunda suppositione præcedentis quæstionis. Modò, sicut dans occasionem damni emergentis tenetur illud refundere mutuanti: sic mutuanti licitum est recipere ultra sortem aliquid in refusionem damni emergentis in tanta quantitate, quantum est interesse. præsertim si alia uia ei satisfieri non potest. sicut ciues alia uia satisfactionem obtinere non possunt a ciuitate, quàm recipiendo pensiones, cuius ciuitatem cogere non possunt. & si soluta reciperent tantas pensiones, quanta est sors, nondum esset satisfactũ eis de suo interesse damni emergentis. igitur ultra sortem possunt recipere. Secunda probatio, si per superiorem metum damnificer sine directè & per se. puta quia ipse me damnificat, uel indirectè, seu per accidens, puta ex negligentia eius, eo ꝙ non purgat stratam publicam a latronibus, a quibus fui spoliatus, licitum est mihi recipere ab eodem refusionem damni, sicut ipse etiam tenetur ad hoc. igitur sic etiam est hic. tenet consequentia a simili: quia etiam ciuitas habet superioritatem super ciues, & eius compulsione ciues patiuntur damnũ emergens. igitur. Tertia probatio: licitum est membro recipere a corpore illud, quo sibi succurritur, ne pereat præsertim si eius perditio redundaret in perditionem corporis, sicut & corpus tenetur ad hoc illi ministrandum. Cuius coactus præstare est membrum reipublicę & ciuitas nomine reipublicę dat ciuibus gratuitis & damnificatis pensiones: quibus succurrat eis in eorum dãno, ne omnino pereant ciues, quorum perditio esset etiam destructio reipublicæ. igitur licitum est illis ciuibus coactis recipere pensiones. Hanc probationem tangit sanctus Bernardinus non æstimat bonam: quia etiam procederet ad iustificandum ciuem sponte mutuantem etiam principaliter spe lucri, quem tamen ipse nõ iustificat. Tertia causa, propter quam primus casus videtur licitus, est interesse lucri cessantis, quæ causa deducitur per tres probationes. Prima est illa. in exemplo sequenti licitum est mutuanti recipere ultra sortem. igitur & in casu prædicto antecedens patet. Si enim mutuatarius detinet sortem ultra terminum sibi concessum, & ex illa detentione mutuator impeditur a lucro, quod aliàs uerisimiliter fuisset consectatus per licitum negotium, uel alium modum, poterit mutuator licitè recipere & exigere a mutuatario aliquid ultra sortem pro refusione cessantis lucri: scilicet tantum quantum prudentes uir distantes, considerando quantum eo tempore alij per similem negociationem uel artẽ exercentes eum pecunia equali lucrati sunt, deducta tamen dubietate lucri eo modo, quo supra declaratum est in q. 30. con-

sequentia tenet a minori. Nam minus videretur licere prædictum exemplum, quàm quòd liceret primus casus. Nam in præsicto exemplo mutuator sponte mutuauit, & etiam certus probabiliter fuit de rehabendo sortem, & certior quàm si cum exercuisset in mercantia aliqua: quia in mercantia potuisset eam perdidisse. Sed hic ciuis mutuare fuit coactus, & non est certus probabiliter de rehabendo sortem, immo cum restituitur fors, scit, q non nisi 28. pro centum restituuntur, quare non solum præsicitam pensionem potest ciuis percipere, pro refusione lucri cessantis, sicut mutuator in prædicto exemplo potuit, sed etiam pinguiorem quàm ipse. Secunda probatio: coacto licitum est recipere pensionem ratione damni perpessi, vt præcedens causa dixit. igitur etiam ratione lucri cessantis erit idem sibi licitum. tenet consequentia: quia cessatio lucri est quædam damnificatio. Tertia probatio: quia si non liceret eis ratione prædicta accipere pensiones, maximè propter illa duo obstacula. Primum, quia talibus ciuibus sua lucra, quæ eis cessauerunt, non cessauerunt propter carentiam pecuniarum suarum præstitarum: quia pecuniæ eorum, si fuissent apud eos, nihil fuisset lucratæ, quia pecunia non est res lucrosa, nel nata fructificare, vel germinare, & non valuisset domino suo (si eam habuisset) plus quàm seipsam. Modò quando ratione lucri cessantis aliquid accipitur vltra sortem, oportet q cessatio lucri proueniat ex carétia lucrosæ rei, idest quæ nata fuisset adduxisse lucrum. Secundum obstaculum est, quia pecunia præstita habet rationem mutui, quàm diu est apud ciuitatem, & nó rationem capitalis. Nihil autem habens rationé mutui uel sortis mutuatæ debet esse lucrosum mutuanti, & tamen si ciuis vellet sibi sua cessans lucrum refundi, eo q caruisset forte præstita tanquam lucrosa, iam ratione mutui tanquam rei lucrosæ uellet quid habere. Modò neutrum illorum duorum obstaculorum obstat. Nam ad primum dicendum, q pecunia se sola, idest secunda industria utentis non est lucrosa, sed accepta cum industria est lucrosa. & plus valet domino suo quàm seipsam, quando capitur sine industria. Et hoc sufficit, q eam mutuans & per cõsequẽs carens ea, tanquam re sibi administrante ad lucrum: possit uelle refusionem lucri cessantis sibi fieri per illum qui pecuniam detinuit, & per pñs priuatit eum usu pecuniæ cuius usus cum industria acceptus lucrum attulisset. sicut impeditus locare, uel inhabitare domũ suam, quam consueuit locare, uel inhabitare, potest uel le, q sibi refundatur locagium, uel lucrũ, quod habuit ser de domo, si eam locasset, uel inhabitasset, & tamen domus talis non est res nata fructificare, uel lucrum afferre, nisi cum industria locantis, uel utentis ex quia est ita res artificialis sicut pecunia. Ad secundum obstaculum dicendum, q licet pecunia non habeat realiter rationem capitalis, habet tamen interpretatiue, seu ablatiue: quia exquo dominus usus fuisset illa ut capitali suo: ciuitas, ipsa non abstulit sibi solam simplicem rationem pecuniæ, sed etiam capitalis. Et ideo sibi tenetur tanquam decapitali, & ex tali ratione ciuitas satisfacit ciuibus suis. Si etiam arguatur, quod non uideatur, quòd ciuitas eis det pensiones ratione interesse damni emergentis, uel lucri cessantis: quia tunc uni plus darer, quàm alteri, hoc solum est in septimo de fectu præcedentis modi dicendi. Secundus autem casus probatur esse licitus: quia si esset illicitus: maximè quia ibi esset mutuatio usuraria. sed hoc non: quia mutuatio usuraria est mutuatio facta propter lucrum, hæc autem non conuenit secundo casui. igitur. Secundò quia coactus licitè recipit pensiones. igitur multo magis sponte ex sola charitate præstans. tenet consequentia: quia non minus præmiari meretur uoluntaria charitas, quàm arctata necessitas, eo quòd non minor ratio possit esse damni emergentis & lucri cessantis in uoluntatia charitate, quàm in arctata necessitate. Vnde 2. Corin. 9. Hilarem datorem diligit Deus. Additur tamen huic casui, q si talis sponte præstans credit suam communitatem, aut ciuitatem, aut dominum propter exercendam iniustam guerram, aut aliam iniustam causam tali pecunia indigere. tunc sponte talibus pecuniam mutuare est omnibus malis inde sequentibus efficacem causam ministrare. Et tunc non solũ non potest licitè aliquam remunerationem inde accipere uerum etiam omnibus damnis & malis, que sine suo tali fauore data non fuissent, nec facta, iuxta posse satisfacere obligatur, iuxta illud extra, de iniuri. & dam. dato. c. si culpa. Qui occasionem damni dat, damnum dedisse uidetur. Tertius casus probatur esse licitus: quia si non, maximè quia ibi esset mutuatio usuraria, eo q mutuans intendit lucrum, sed hoc non arguit: quia secundaria intentio lucri non facit mutuationem usurariam, ut uult glossa in c. consuluit. extra, de usuris. Et ad dit sanctus Bernardinus. Quis, inquit, quæso experientia teste (quę magistra omnium est, de electione. quàm sic. libro. 6.) quis inquam primaria intentione inductus ad quinque pro centenario communitati uel ciuitati uoluntariè mutuaret; considerato q longe plus lucraretur, expendendo eos in alios usus licitos & honestos, ubi haberet denarios suos etiam rationes, cum etiam si uellet centũ mutuare communitati, non centum, sed 25. 30. tantum poterit rehabere, & tamen si emeret pro centum unam possessionem, siue domum, communiter pro tanto renderet: posset. Quartus casus probatur esse licitus hoc modo, nam quamuis ita sit, q quãdo non tenet principale, etiam nec accessorium tenet: quia illud sequitur naturam illius. de regulis iuris. c. accessorium. libro sexto. tamen non est sic econtrario, sed ipse permittitur quid accessoriè, quod reprobatur principaliter. de præbendis. c. per litteras. in cle. Ad propositum autem, exquo mutuum in casu nostro, scilicet ubi mutuantes mutuant principaliter ex pietate, & solum secundaria intentione intendunt lucrum, non est corruptum. ideo non corrumpitur accessorium, seu ędificium superædificatum, uel qualitas subsequens inde, quæ est eo citius mutuare, scilicet infra mensem præfixum, ne priuetur prædicto lucro, uel ne illud tardius sibi currere incipiat. Exquo enim tale lucrum illicitum est, non est multum illud apperere. Quod quidem per simile intelligi potest. donat mihi communitas mille, si infra mensem pergo ad exercitum, aliter non. Aut etiam mihi donat mille recipienda infra sex menses, si ad exercitum pergo infra mensem. Si autem post mensem, quingentos tantum, uel mille, sed tamen infra annum recipiendos. Nempe, si ut illa ciuis consequar, seu ut illa aliter non consecuturus acquiram: migrabo infra mensem, nullam tunc committo usuram

seu

seu peccatum. Nec obstat si dicatur, hoc non esse mutuum sicut in casu nostro: quia ex quo, sicut prædictum est, licitum est lucrum, ideo licitè desiderare potest, etiam se eo citius disponendo ad eius assecutionẽ, ita etiam cum lucrum ex mutuo consequendum sit licitum, quando non est principaliter intẽtum, licitè desiderari potest, etiam se eo citius disponendo ad eius assecutionem. Quintus casus probatur dupliciter. Primò a minori: quia minus videretur licitum non coacto eo citius præstare, vt assequeretur lucrum, q̃ coacto, eo q omni coacto licet recipere pensiones indubitanter, sed non omni sponte mutuanti licet: quia non licet sponte mutuanti intendenti principaliter lucrum. Secundò probatur: quia probatio quarti casus æquè applicari potest huic quinto casui, eo q coactè mutuans intendens pensionem accipere, facit actum de se licitum, & illud est principale. Accessorium autem eius est eo citius mutuare, ut accipiat citius pensionem illam, uel maiorem, igitur cum principale est licitum, etiam accessorium erit licitum. Secunda autem conclusio probatur quò ad primum casum multis argumentis, sed quia illa argumenta non cõcludunt uerum, & per pñs uenitur soluenda, ideo pro nunc non recitabuntur, sed in tertio modo dicendi recitabuntur & soluẽtur. Quò verò ad secundum casum potest sic probari: quia consentire detentioni sortis mutuatæ est mutuare, igitur si cut mutuare principaliter propter lucrum est peccatũ usuræ, sic consentire detentioni sortis mutuatæ principaliter propter lucrum erit etiam peccatum usuræ. Antecedens probatur exemplariter. Nam si mutuo tibi cẽ tum restituenda mihi in fine anni, & aduenière fine cõsentio, vt vltra finem anni detineas, eo ipso quo sic consentio viteriori detentioni, mutuo tibi eadem centum, & si principaliter propter lucrum consentirem, peccarem peccato usuræ. Quò verò ad tertium casum probatur: quia si excusaretur recipiendo, maximè quia reciperet illud vt donum, sed hoc non: quia mutuator non potest recipere aliquid per modum doni a mutuatario, si est conscius sibi, q mutuatarius inuitè soluit, ut patuit sup. q. 29. quò verò ad quartum casum probatur eodem modo sicut tertius.

Contra istum modum dicendi arguitur improbando eum in 24. in quibus deficit. Primò, quia supponit, quòd præstatio ciuium sit vera mutuatio, quod est falsum: quia præstatio sit irreuocabiliter. Irreuocabiliter autem præstatio non est mutuatio, vt patuit sup. quæst. 33. Et etiam patebit in tertio modo dicendi latius, sed tamen etiam dato q esset uera mutuatio, adhuc sequeretur defectus habebunt suum locum. Secundò deficit: quia in excusando primum casum ponit tres causas ex cusantes distinguendo primam causam a secunda & tertia, quę tamen non habet excusare nisi pro quanto coincidit cum secunda uel tertia, quod sic patet. Nam si præstatio est vera mutuatio, & ciuis est verè coactus, & nullum patiatur interesse, non poterit pensionem percipere, si simpliciter sponte mutuauit. Quod ideo addo: quia bene posset percipere eam alia via, ut puta vt donum, si omnino liberaliter ut donum sibi daturo a ciuitate. Sed ut assignando primam causam excusantem primum casum uis assignare causam propriè respicientem & singulariter excusantem coactè mutuantẽ, igitur prima causa non est excusans nisi coincidat cum interesse. Si tu dicis, fiat, quòd ciuis verè coactus ex carentia suæ pecuniæ nullum damnum emergens patiatur, ut puta non cogitat aliquid uendere, vel distrahere de rebus suis propter carentiam pecuniæ, nec etiam impeditur a consecutione cuiuscunq; lucri, eo q nihil intendebat agere cum pecunia, & sic nulla lucrum sibi cessat, & tamen propter affectionem ad pecuniam promptam adeo inuitè caret ea, q mallet perdere quinque floren. q̃ carere eadem, iam ratione cogitionis, quę cum ad rem ita pœnalem ducit, poterit recipere pensionem quinque flor. & tñ nullum est ibi interesse, igitur non oportet coactionem coincidere cũ interesse ad hoc q excuset receptionem pensionis. Dicendum, q pati interesse damni emergentis non est solum pati perditionem aliquarum rerum exteriorum iam habitarum, sed etiam sustinere tristitiam, siue tristẽ carentiam rei amatę, præsertim si cruditas carentia rei est ita aduersa, q mallet carere aliquanta pecunia ponus, q̃ sustinere illam tristitiam, & ideo eo ipso, q ciuis adeo inuitè caret sua prompta pecunia, quam amat (quamuis nullam rem exteriorem perdere cogatur, uel nullum lucrum externum fuisset profecturus) dicitur pati interesse damni emergentis, vnde perdit consolationẽ, vel lesitiam mentis. Tertius defectus est, etiam si ratio coactionis distingueretur ab interesse, & est talis: quia si ratio coactionis excusaret mutuantem, igitur etiam excusaret, si coactus reciperet pensionem ratione mutui præstiti, ita q intentionem suam reflecteret ad mutuum impensum, & ratione illius uellet habere pensionem, & non ad coactionem, sicut nõ est necesse eum ad coactionem reflectere intentionem. Sequela probatur: quia ratio excusans haberet locum in eo: quia verum esset dicere, q esset coactus præstare, pñs est falsum: qa quantumcunque sit coactus, non est tamen licitum ratione mutui quid recipere: quia illa via, vel ratione recipere uelle est damnatum lege diuina. Non igitur absolutè sufficit dicere, ille est coactus mutuare, igitur pt recipere ultra sortem, sed oporteret addere, igitur pót ratione tristabilis coactionis sibi illatę recipere quid vltra sortẽ in refusionẽ tristabilis perpessæ coactionis, nõ autem absolutè ipsa coactio excusabit receptionem incrementi. Quartus defectus est, stare q ciuis fuisset rationabiliter & iustè coactus, ut puta in casu, quo not tenebatur mutuare ciuitati. Modò pro tali coactione perpessa nihil potest recipere, saltem si tanquam sibi debitum uellet habere: quia gratis debebat eam sustinere, sicut in aliis actibus, quos quis aliàs tenetur exhibere proximo, non debet quid velle exigere: immo etiam aliquando pro illis, quos non tenetur exhibere, nihil potest exigere, sicut pro mutuatione in casu, quo est cõsilij, nihil potest exigere a proximo, sicut nec pro mutuatione, quę est præcepti, nec p œconomiya existente præcepti. Oporteret igitur supponere, q ciuis esset iniustè & iniuriosè coactus, si pro refusione coactionis perpessę quid recipere uellet, cuius contrarium tamen frequenter est uerum. Et sic ut frequenter, illa cõ non sufficeret excusare ciues coactos. Quintus defectus: quia etiam iniustè coactos non sufficeret excusare, nisi quando pensio, quam in refusione iniuriosæ coactionis perciperent, non excederet pœnalitatem coactionis. Nam si excederet eam notabiliter: tunc uellent sibi improportionatam refu-

fionem ficti illati, quòd est iniquum. Sextus defectus est in prima probatione: quia minor est falsa. Nam quamvis coacta sit talis prestatio: non tamen coacta absolutè, sed solum conditionaliter, sicut projectio merciũm in mari est coacta conditionaliter, & tamen est voluntaria. Coactio enim conditionalis stat cum voluntario, & si non cum puro voluntario, tamen mixto voluntario. Modò ad hoc quòd mutuatio sit fedes peccati vsurę, non requiritur, quòd sit purè voluntaria, sed sufficit si sit etiam mixtè voluntaria, dummodo mutuans recipiat quid ratione mutui. Septimus est in secunda probatione: quia quamvis minor sit vera: non tamen ex illa causa, ex qua ipse dicit eam esse veram. Nam ad perfectam mutationem nõ requiritur, quòd ibi non fit diminuta voluntas. Nam etiam vbi est diminuta voluntas: ita quòd mutuans non libenter, sed timore pœnæ ductus mutuat, vel huiusmodi: nihilominus est vera mutuatio & perfecta in ratione mutuationis, quamuis non sit perfecta in ratione voluntarij actus. Vnde licet sanctus Bernardinus illas duas probationes dixerit ponderandas esse: tamen non videntur alicuius ponderis esse. Octauus defectus est in tertia probatione. Nam consequentia non videtur valere propter duas instantias. Prima, nam inuasio a latrone licitum est res suas dare latrõi, & tamen latroni non licet illas recipere. Vnde inuasus non communicat in crimine cum latrone: quia inuasus non consentit in vitiosam accepionem, sed in solam suam dationem. Secunda instantia est: nam dans vsuras non peccat: & tamen vsurarius accipiens peccat. Ad probationes consequentiæ. Ad primam diceretur, quòd est maior ratio de dante, cur liceat, quàm de accipiente: quia danti non est datio prohibita sicut accipienti, ut patet in utraque instantia. Ad secundam probationem dicendum, quòd regula in correlativis non valet respectu illius, quod est licere, sed respectu est secundò adiacentis, ut si patet est, filius est &c. Non autem sequitur, licitum est tibi esse filium, igitur licitum est tibi esse patrem. Sic si loquamur in impropriè dictis relativis, qualia vocant aliquando iuristæ actiuum & forum passiuum ad inuicem, non sequitur, licitum est tibi concipisci ab illa muliere, ideò non est tibi peccatum, q̃ concupisceris ab illa, igitur licitum est illi mulieri te concupiscere: ita etiam de date & accipere diceretur. Nonus defectus est: quia dato, quòd consequentia valeret: tamen illa probatio non est propria primo casui, scilicet de ciuibus coactis, nec etiam propria causæ coactionis, quod patet: quia vel antecedens intelligitur de datione per modum doni, vel per modum refusionis interesse, & utroque modo antecedens est verum, & etiam consequens intellectum de consimili receptione. Sed tunc hæc probatio non plus probat, quòd coacto liceat recipere, quàm non coacto. Nam etiam sponte mutuanti licitum est recipere dona a ciuitate liberaliter donata, & etiam ea quæ ei dantur pro refusione interesse perpessi. Et sic hæc probatio non est propria casui, in quo ciuis est coactus. Nec etiam est propria causæ coactionis, sed etiam conuenit causæ interesse. Decimus est in quarta probatione: Nam si aduersarius vellet tenere, quòd ciuitas inuitè & coactè soluerat, tunc diceret, quòd ciuitas cogitur timore murmurationis & maleuolentiæ, quam timeret incurrere, si non daret eis pensiones, soluere autem ex timore maleuolentiæ est sufficiens ratio ad dicendum, quòd soluens soluit coactè tali coactione, qualis sufficit ad hoc, quòd mutuanti non liceat illud recipere a mutuatario, nisi habeat aliam rationem illud recipiendi, quàm dationem dantis. Nam suptà habitus, quòd non licet mutuatori recipere a mutuatario ea, quæ mutuatarius ideo dat: quia timet, si non daret, quòd haberetur pro indiscreto, & quòd postea cum indigeret, non inueniret eum benevolum ad mutuandum. Ad improbationem dicendum, quòd licet ciuibus sit a prædicto timore libera, aliquando sic, quòd non curet incurrere maleuolentiam ciuium, quibus non vult restituere sortem, nec etiam assignare aliquando pensiones: tamen nihilominus stat aliquando, & vt frequenter, non est libera, quia prædicto timore cogatur eis soluere, & si non omnia, quæ ciues optarant: tamen aliquid, scilicet pensionem, vt saltem non tam magnam maleuolentiam incurrat. Item etiam dato quòd ciuitas inuitè & coactè soluerat: si tamen ciuis indebitè patiatur interesse, possit tantam pensionem percipere, quantum est interesse, non obstante quòd ciuitas inuitè soluerat. Ideo non est verum, quod in argumento assumitur, scilicet si videretur primus casus esse illicitus, maximè ex eo: quia ciuitas inuitè soluit. Vndecimus defectus est in quinta probatione. Nam si quid probaret, non probaret, nisi quòd coactio reddit excusabile illud, super quod cadit, seu ad quod fit. Et ita haberetur, quòd ciuibus esset licitum mutuare ciuitati: quia ad mutuationem cogunter: non autem haberetur, quòd eis esset licitum accipere pensiones: quia a ciuitate nõ cogunter ad illas percipiendas. Præterea si dicis, quamuis a ciuitate non cogantur ad eas percipiendas: tamen aliunde cogantur ad eas percipiendas: quia non patet eis alia via ad refusionem sui interesse, quod perpessi sunt in præstando, fateor: sed hoc non plus concludit de coacto mutuante, quàm de eo, qui sponte mutuauit, & passus est interesse, pro cuius refusione non patet sibi via, nisi recipiendo pensiones. Præterea antecedens non est verum, nisi particulariter. Nam multa sunt, quæ nunquam redderentur licita, quamuiscunque homo ad ea non cogeretur. Vide Philosophum 3. Ethicorum. quędam non est cogi, sed potius forte moriendum. Modò ex particularibus nihil sequitur: non enim sequitur, aliquando necessitas, ad coactio excusat, igitur in hoc casu excusat, vnde quando sortem non imputatur patienti extremam necessitatem, & hoc ratione necessitatis est, quæ facit rem, quam accipit, esse suam, ideo non accipit rem alienam sed suam, & per consequens non peccat, non sic necessitatem extremam patitur ciuitas accipiendo pensionem. Duodecimus defectus est in sexta & septima rationibus: quia dato quòd concludant verum: tamen non concludunt plus de coactè mutuante, quàm de sponte mutuante: vt patet intuenti, & per consequens non sunt illæ probationes propriæ huic primo casui, & etiam illæ rationes procedunt ex cauti interesse, & sic coincidunt cum secunda & tertia causa. Et etiam singulariter in exemplo sextæ probationis deficit in hoc, quòd prætendit, quòd quando

quando quis recipit aliquid nomine pœnæ a suo mutuatario morioso, tunc recipit nomine interesse: ita quòd illa duo coniungit, quasi sint vnum, quod est tamen falsum: quia longè differunt nomine pœnæ & nomine interesse recipere vltra sortem, adeo q̃ primum potest esse non subsistente secundo. I. quando nullum interesse passum est, quamuis utrunque in certo casu possit licitè recipi, prout patuit eorum distinctio ex dictis quæst. 30. & 31. Tredecimus defectus est in octaua probatione: quia non plus procedit de coacto quàm de sponte mutuãte, igitur non est propria primo casui, & etiam ex ea patet, quòd excusando coactum non est tantum recurrendum ad tres prædictas causas, sed etiam ad illam quartam recurri potest, quæ est distincta ab aliis tribus. Decimusquartus defectus est in deductione secundæ causæ excusantis. Nam quamuis verum sit, quòd coactus potest excusari, si recipiat eas pro interesse damni emergentis sibi: tamen per illam viam non potest sufficienter iustificari quilibet ciuis etiam verè coactus: quia stat, quòd aliquis ciuis coactus, & qui est interesse passus, non sit passus tantum interesse, quanta est pensio, quam recipit. Item stat, quòd ciuis fuisset de se obligatus ad non solum mutuandum ciuitati, sed etiam ad sustinendum interesse consequens ad illam mutuationem. Modò in primo casu non potest nomine interesse recipere mutuans tantam pensionem, quanta datur, & in secundo casu licet posset recipere, si sponte sibi offeratur vt donum: tamen non potest velle exigere quasi sibi sit debitum, & per ꝯsequens nec nomine interesse, quia non indebitè est illud passus, sed iustè & debitè, prout de illis sufficienter dictum est sup. q. 30. de conditionib. requisitis ad hoc, q̃ mutuanti liceat quid recipere nomine interesse. Decimusquintus defectus est: quia secunda probatio ibidem, procedit de casu iniustæ damnificationis, sed frequenter ciues coacti sicut nõ iniustè coguntur ad prestandum, sic non iniustè præstatur eis occasio damnũm emergentis, & sic de talibus nihil concluderet. Decimussextus: quia tertiam probationem nõ valet põderare tanquam validam, eo quòd concludit contra eum, sicut pro eo, & tñ nõ soluit. Item loquitur ac si ipsa falsum concluderet, q̃ formaretur de sponte mutuante, & tñ verum concludit, si sponte mutuans sic indiget releuamine, sicut coactus indiget. Potest enim ille ciuis, vt membrum corporis mystici tunc pẽsionem recipere a suo capite, vel corpore in sui salutem, ne ominino pereat. Si autem non in releuamen, sed in lucrum reciperet, tunc prædicta ratio non concluderet de taliter sponte mutuante: quia lucrum non recipieret a corpore, vel capite id sibi dante, ne periret. Decimusseptimus est in deductione tertiæ causę. Nam exemplum primum procedit de eo, qui mutuat in casu, quo non tenetur mutuare. I. quando mutuatio est consilij. Nam quãdo mutuatio est præcepti, stat, q̃ sicut tenetur mutuare, sic tenetur pati interesse lucri cessantis, quod sequitur ad mutuationem, & tunc quamuis refusione interesse liberè oblatam per modum doni posset recipere, tamen non posset exigere, vel velle habere ab isto. Modò in casu nostro stat, q̃ ciuis tenebatur de se & ex præcepto ad mutuandum ciuitati, adeo quòd etiam tenebatur ad patiendum interesse lucri cessantis, igitur non poterit pensionem velle exigere &

habere de iure in refusionem lucri cessantis. Et quod dicit, quòd magis videretur de coacto, quàm de sponte mutuãte, non est verum, nisi quãdo esset iniustè coactus, secus quando iustè, ita q̃ met tenebatur ad huiusmodi prestationem, nec incertitudo sortem rehabendi excusaret: quia stat, q̃ tenetur ad sustinendam talem incertitudinem rehabẽdi sortem; quam sustinere non terebatur mutuans in exemplo dato. Nec hoc debet sumi in excusationem. I. q̃ quinque eis datur minor pẽsio, quàm quinque de centum, & quinque nihil. Nam etiam vnum florenum, vel vnum solidum velle haberi ratione mutui, vbi est verum mutuum, est peccatũ vsuræ, etiamsi nihil in effectu eum habere contingat. Decimusoctauus est in solutione secundi obiicientis tertiæ probationis. Nam solutio est obscura, & etiam simpliciter videtur contradicere in hoc, q̃ dicit, q̃ pecunia non habet realiter vim capitaliter, & tamen concedit, q̃ habet rationem mutui, quę videntur sibi contradicere, si enim habet rationem mutui, habet rationem sortis mutuatæ, igitur habet rationem capitalis: quia sors dicitur capitale. Vnde deberet concedere, quòd non solùm interpretatiuè, sed verè habet rationem capitalis verè mutuati, & sic habet rationem mutui. Et cum arguitur, quòd si habet rationem mutui, igitur nihil potest inde recipere. Dicendum esset, quòd de pecunia, vel ratione eius nihil potest exigere, vel recipere, sed tamen ratione cessationis lucri, quę cessatio vtique est res distincta, pecunia præstita potest quid recipere. Decimusnonus est in secunda probatione secundi casus iuris: quia illa probatio pretendit, quasi sponte mutuans ex sola charitate non possit recipere, nisi subsit interesse aliquod perpessum, quod est falsum: quia etiamsi nullum tale subsit, potest recipere pensionem dona, sicut & ratio eius de dono videtur velle loqui, cum ait. Non minus præmiari videtur voluntaria charitas, quàm arctata necessitas, quamuis possea subdat de interesse, & sic innoluit unam causam recipiendi alteri; quæ tamen sunt distinctæ. Vicesimus defectus est in additione eiusdem casus. Nam illam additionem etiam deberet addere ad primum casum: quia si etiam ciuis coactè mutuaret ciuitati ad guerram iniustam, peccaret mortaliter, & daret efficaciam causam damnis inde sequentibus, peccaret inquam mortaliter talis licet coactus, si sciret pro certo, secus quando dubitat: quia in dubio excusatur, sicut & excusaretur personaliter iuuando ciuitatem in tali bello dubio propter hoc, ne non obediendo in dubio exponat se periculo denegandi debitum obedientiæ ciuitati, prout hoc fundari potest in cap. inquisitioni, de sententia excommunicationis, sed verum est, quòd singulariter in secundo casu opus est illam additionem facere & non in priori casu: quia etiam in dubio de belli iustitia non excusaretur, si sponte mutuaret ciuitati ad bellum, de quo dubitaret, si esset iustum: cum bene posset esse supportatus a tali auxilio. Vicesimusprimus est in tertio casu, quando addit dicens. Quis quæso &c. Nam hoc dicendo innuit, quasi non contingat, quòd ciuis præstet ciuitati principaliter spe lucri, & sic deberet indistincte omnem sponte præstantem excusare: quia semper talis posset recipere pensionem ratione lucri cessantis maioris, quàm esset pensio: & tamen oppositum innuit, qđ

tractat

ractat de sponte præstantibus principaliter spe lucri condemnando tales, vbi supponit, q talis præstatio cõtingat aliquando, sicut & verum est, vt si cursus regionis tunc talis esset, q ille ciuis non haberet opportunitatem suam pecuniam ponendi ad mercantias, uel ad emendum possessiones, & sic pecunia esset sibi ociosa, tunc enim ut aliquid lucraretur, poneret eam ad præstantiam ciuitatis, & quamuis dicat, quòd rarius contingit: tamen contingit, & dato quòd ille rarius contingeret; tamen sibi æqualens sæpe contingit, s. quòd quis spe lucri principaliter motus sponte emerit iura ciius, qui præstitit ciuitati. In quo casu emens virtualiter sponte mutuat spe lucri. Vicesimussecundus est in tertio casu. Nam videtur in eius probatione implicare opposita, s. dicendo q econtra sæpe permittitur quid accessorie, quod reprobatur principaliter. Nam dicendo econtra &c. videtur velle loqui de duobus distinctis actibus, quorum vnus est principalis, & alius accessorius, & sic intelligendo est cõtra præcedens eius dictum. Nam si quid reprobatur, quod est principale, tunc eius accessorium etiam reprobatur. Sed deberet dicere, quòd sæpe aliquod factum principaliter ppter aliquem finem reprobatur: n̄ nõ reprobatur, qñ fit in illum finem nõ principaliter, sed accessorie. Sed quicquid sit de hoc: quia forte sic intelligi uoluit, tamen deficit in hoc, q non declarat compossibilitatem illorum duorum. s. q̄ quis non ptincipaliter mutuet spe lucri, & tñ amor lucri faciat, q eo citius mutuet, aliàs nõ tam cito mutuaturus. Et hoc posset declari per simile in materia de simonia: puta canonicus intrat horas canonicas lucratiuas, & hoc principaliter facit propter Deum. Attamen eum etiam ad hoc incitat spes temporalis stipendij, adeo quòd non intraret, si non esset illud temporale annexum, vel non ita cito: & tamen non committit simoniam: quia principalis cã non est temporale. Nam non oporteret, q causa sine qua nõ fieret actus, sit pp hoc principalis, alioquin ēt religiosissimi uiri committerent simonias in hoc, q dantibus sibi temporalia, rependunt spiritualia ut anniuersaria, & non sic dantibus non rependunt ea, ut arguit Ioānes de Gersona. Vicesimustertius est in casibus secundæ conclusionis. Nam omnes illi tres possunt defensari liciti, ut patebit in tertio modo dicendi, & improbationes illorum casuum fundãtur super falso, scilicet quòd præstationes ciuium in illis casibus sint uere mutuationes. Et quòd in secundo casu dicit beatus Bernardinus post Federicum de Senis, quòd si quis post coactionem consentit sponte & libere contentatur esse creditor ciuitatis, ut scilicet gratia mutui recipiat ut ita fortem, usurarius sit, hoc nihil est singulare in taliter consentiente & contento: quia etiam dico, quòd si inuite & coacte consentiret in detentionem sortis, & inuite esset creditor ciuitatis, peccaret peccato usure, si ratione mutui vellet quid habere ultra sortem mutuatam, si saltem sit ibi vera mutuatio, ut ipsi supponunt. Vicesimusquartus est: quia etiam admisso, quòd esset vera mutuatio: tamen adhuc quartus casus posset licite fieri: quia stares, talem coactum passum esse indebitum interesse: ad quod tamen refundendum ciuitas esset inuita. Nam tunc quantuncunque esset inuita ciuitas, posset pensionem recipere proportionatam tali interesse, ut in reprobatione primi modi dicendi dictum est in quinto eius defectu, & hæc de reprobatione secundi modi dicendi.

Tertius modus dicendi est, quo consequenter ad ea quæ dicta sunt q. 34. uidetur posse dici probabiliter ad quæstionem per septem conclusiones.

Prima conclusio. ciues sponte præstantes, etiam si principaliter spe lucri. s. pensionum percipiendarū præsent, non peccant peccato usuræ, oporteret, q præstatio esset mutuatio: quia peccatum usurę nõ est nisi in mutuatione, sed præstatio non est mutuatio: quia præstatio illa sit irreuocabiliter, ita q ciues præstantes non possunt repetere sortem præstitam, nec ciuitas est obligata restituere. Modò dato irreuocabiliter etiamsi vocetur mutuatio, non est vera mutuatio: quia irreuocabilitas facit ipsum contractum degenerare a substantia mutuationis, & transire in alium contractum, prout suprà declaratum & probatum est. q. 33. igitur. Et si non peccant peccato usuræ, tunc omnino non peccant: quia nulla alia ratio mouet contrariam opinionem ad rendum, quòd peccent, quàm illa: quia (ut dicit) mutuant spe lucri. Secundò sic. Ciues non dicentur peccare peccato usuræ, si ipsi etiam principaliter spe lucri moti sponte emerent a ciuitate ius percipiendi tales pensiones annuas & traderent irreuocabiliter præstantias nomine precij pro huiusmodi iure renunciantes repetitioni precij, & ciuitas haberet facultatem redimendi illud ius pro æquali, uel minori precio, ita quòd ciues tenerentur ciuitati pro æquali, vel minori precio reuendere ipsum ius ciuitati. Nam tunc est pura emptio vnius redditus annui perpetui cum pacto retrouendendi, qualis emptio non est usura, sed in se licita, ut patebit in tractatu quarto. Nec per hoc additum redditur talis emptio illicita, scilicet quòd sit principaliter spe lucri. Et intelligo principaliter spe lucri in proposito sic, ideſt, q emens est allectus principaliter spe annuæ pensionis & amore eius, secus si principaliter spe lucri sic, quòd emens principaliter ideo emit, vt reuendat, & reuendendo lucretur, quamuis in emptione aliarum rerum a redditibus sic sit, quòd vtroque modo intelligendo sperat lucri principaliter non deprauaretur emptio, quod patet sic. Nam tunc emptiones omnium illorum, qui propriè dicuntur negociatores, qui scilicet emunt, vt reuendant, & sic vt lucrentur, essent illicitæ, quod est falsissime quia licitum est eis emere, vt lucrentur, ordinando illud lucrum in suam & familiæ suæ educationem, quatenus sic viuere possint ad gloriam Dei. Mõ ciues prædicto mõ præstantes etiam, nil aliud faciunt, ſ. quòd celebrant purum emptionem prædicto mõ restitam, igitur non cõmittit peccatum usuræ. Quare aũt dicam & intelligo sic. i. principaliter allecti &c. patebit in tractatu quarto, vbi dicetur. An liceat redditus emere, vt emens reuendat, & sic reuendendo lucretur, dixi etiam notanter in conclusione: saltem illa species peccati &c. quia cum illa præstatio in re nihil sit, ni si emptio redditus, tunc sicut emptio redditus deprauatur, ita etiam præstatio depraui potest ex defectu

cu circunstantiarum, quarum una est, ut si ciuis sponte præstans non sit de aliquo illorum generum huiusmodi, quibus licet de redditibus viuere, prout in quarto tract. dicetur. Maior nota. Minor probatur per talem casum. Pono enim, q ciuitati de prædijs, possessionibus & iuribus pedagijs obuenitis annuatim mille flor. & ius illorum mille pleno dominio spectet ad ciuitatem, & ex rationabili causa exponat ius quinquaginta talium florenorum venditioni ipsi Petro ciui suo. Petrus itaque dicat. Ego emo a te ciuitate illud ius 50. florenorum pro mille flor. quos nomine precij irreuocabiliter trado tibi, data tibi facultate illud ius, quando placuerit, redimēdi pro æquali, uel minori precio. Et econtra ciuitas dicat, ego tibi vendo tale ius in talibus 50. florenorum meis annuatim percipiendis, & recipio a te mille de nomine precij irreuocabiliter mihi dati. & sic de aliis clausulis iam tactis. In hoc inquam casu non dubitamus, quin ciuis nihil aliud facit, quàm quòd celebrat contractum emptionis, & tradit precium mercis venditori. Pono postea, q eadem ciuitas offerat se assignaturam idem ius percipiendi. 50. flor. de prædictis suis obuētionibus Petro, si sibi præstet, vel mutuet mille. Petrus itaque dicat. Ego recipio a te illud ius percipiendi. 50. flor. pro mille flor. quos tibi irreuocabiliter mutuo. data tibi facultate ius, quando placuerit, redimendi pro æquali vel minori precio, & econtra ciuitas dicat, & ego assigno tibi tale ius pro eo, quòd recipio mutuò a te mille irreuocabiliter, & sic de aliis clausulis tactis, tunc arguo sic. Hic secundus contractus est idem per omnia cum priori, solis nominibus vel uocibus distinctus ab eo. Nam personæ contrahentes sunt eędem, ac res & pecuniæ hinc inde traditæ & translatæ uel assignatæ sũt eędem, & pacta, ac obligationes, cum quibus res & pecuniæ sunt translatæ sunt eędem. igitur contractus sunt idē. tenet consequentia: quia nunquam contractus possunt variari, nisi aliqua ex illis tam enumeratis varientur. Sola enim mutatio vocis, si nihil mutetur in re, nõ potest facere rerum variationem, aliàs ecipso q̄ vocarem te angelum, non esses idem homo, qui prius. Confirmatur illa probatio & conclusio tripliciter. Primò, nam quidam iurisperitus, scilicet Ioānes de Grassis quærit, aliquis ponit pecuniā ad impressitā Venetiarum, uel ad montem Florentiæ, & dicit licitum esse contractum, & idem tenet Bur. & communiter canonistę, secundùm eum. & Angelus in l. si tibi decem, ff. de pactis. & ibi Fulgosius. Nam quamuis regulariter dentur quinque pro centenario, tamen aliquando minus. Præterea principalis pecunia nūquam redditur, sed redditus habetur. Et dicit determinatum per collegium theologorum Parisius, & est vera opinio secundùm eum, quę seruatur, immo ecclesia habet redditus tales. Ex illis sic arguitur. Ille doctor indistincte loquitur de pnentibus ad impressitis & nõ de coactè præstantibus tantum, immo ex modo loquēdi loquitur de sponte præstantibus: quia dicit, aliquis ponit pecuniam &c. qui modus loquendi habet specialiter locum cum de sponte præstantibus loquimur. Itē quia ait, redditus habetur, volens quòd ponens habet ius emptum, ex quo percipit annuas pensiones. Item quia vult, quòd ecclesia habet tales reditus, ecclesia autem eos, quos habet, ex emptione habet. igitur vult, quòd ciues præstantes, censentur emere aliquid a ciuitate. Confirmatur secundò per Baptistam in summa sua in uerbo vsura, secundo q. 12. ubi tenet post Catonem, quòd non est mutuatio vera, quando mutuator non potest repetere sortem. & quòd in prædicto casu non est mutuatio, nec vsura, sed licitus contractus. Cõfirmatur tertiò: quia Panor. in disputatione sua, quę incipit. Augerio. in fine recitat Anto. de Butrio tenere, q licitum sit alicui emere sponte a ciue habente impressita ius, quod ciuitas ciui prius constituerat. Tunc arguo sic. Maior difficultas est de illo, q emit ius a ciue, quàm de ciue, cui immediate illud ius assignatur, puta quia etiam illi, qui iustificant præstationem ciuis factã cum intentione recipiendi pensionem non iustificant, sed damnant illum, qui sponte a tali ciue emeret, quàmis in veritate secundùm iam dicta non est maior difficultas de illo secundo emente quàm de primo. sicut non est maior difficultas de illo, qui primò acquirit redditum per emptionem, & de illo qui postea emit eum a primo. Ergo multo magis, vel non minus licitum erit secundùm eum ciui a principio præstare pecuniam ob pensionem recipiendam. Item Panor. ibidem etiam tenet, quòd sit licitum, & quòd ibi non sit mutuatio. & hoc ex illo fundamento: quia ciuis dat pecuniam irrepetibiliter, & sic secundùm eum irrepetibilitas obstat substantiæ mutui. Et hoc idem sentit in eadem disputatione post principium primi membri quarti dubij. Et similem sententiam ponit in eodem ciuitate.

Secunda conclusio inter quatuor casus secundæ cõclusionis secundi modi dicendi tres ultimi, quos idem modus dicendi reputauit illicitos, sunt liciti. probatur dupliciter. Primò sic: quia primus casus eiusdem conclusionis est licitus, ut probat præcedens conclusio. igitur & iam alij tres, tenet consequentia, respectu primi. s. minoris: quia minus videretur, quòd primus esset licitus, quàm quòd alij tres essent liciti, ut patet immediate secundum modum dicendi & eius motivum, & fundamentum. Secundò tenet: quia ratio fundamentalis, propter quam illi tres viderentur illiciti, est falsa, scilicet quòd in illis casibus sit mutuatio. Nam sicut in primo casu ostensum est, non esse mutuationem, sic nec in alijs tribus erit mutuatio, & tamen tota ratio, cur debeant esse illiciti, esset: quia essent vsurarij, & usura non potest esse nisi in mutuo implicito, uel explicito. Et sic sequitur corollarium, quòd omnes casus quos secundus modus reputauit illicitos sunt liciti. Et si arguam: emptio non est sine consensu, igitur si ciues coguntur præstare, non emunt. Dicendum, q emptio potest esse cum consensu mixto ex uoluntario & inuoluntario, nec prædicta coactio, quę tantum est conditionalis, excludit talem consensum.

Tertia conclusio. omnes quinque casus, quos secundus modus dicendi in sua prima cõclusione reputauit licitos, sunt liciti. Attamen alia via iustificantur per tertium modum dicendi, quàm fuerint iustificati per secundum. Prima pars conclusionis probatur dupliciter. Primò a minori: quia quatuor casus secundæ conclusionis eiusdem secundi modi dicendi sunt repetendi liciti, ut probatum est. & tamen minus videretur id de eis, quàm de quinque casibus primę conclusionis eiusdem, ut patet: quia secundus modus dicendi condemnat illos quatuor, & alios quinque iustificat. Secundò probatur de talibus quinque per unicam rationem,

tionem, cuius maior habet quinque claudulas sub disiunctione positas. & hoc correspondeter ad quinque casus huius conclusionis. & est talis. Ille, qui ex potente vendere emit rem pro precio, quod est equale merci, vel si est inequale, ei tamen nō est minus ex, sed maius, non peccat emendo talem rem, nec peccat percipiendo, vel volendo percipere fructus illius rei emptæ, etiā si excessiui sint fructus precium traditum, & hoc siue sit coactus eam emere, siue ponere emat, nulla spe lucri motus, siue ponere emat secundariò tantum motus spe lucri, etiam si eo citius tradat precium, ut consequatur illud lucrum, cuius spe secundario est motus, siue etiam cum coactus emit. & etiam eo citius tradit precium, ut consequatur illud lucrum, cuius spe secundariò est motus, siue etiam cum coactus emit, & etiam eo citius tradit precium, ut consequatur lucrum. Modò ciuis præstans aliquo illorum quinque modorum facit id, quod prædicta maior dicit, secundùm quinque eius membra correspondentia prædictis quinque casibus. igitur prædicti quinque casus nō sūt illiciti. Maior patet: quia quamuis emptori sit illicitum dari vendito ri nimis parcum precium, tamen non est emptori illicitum dare precium maius merce: quia illud, in quo est maius merce, potest donare venditori, si talem emptor habet plenam administrationem rerum suarum; & nō ex prodigalitate, sed ex liberalitate dat illud plus. Vnde emens non peccabit dando nimis magnum precium. An autem vendens illud recipiendo exculetur: patebit in septima conclusione. Similiter si intendit emens percipere fructus rei emptæ, etiam tāto tempore, quòd fructus plus valebunt, quàm precium, non peccat. Alioquin emens vineam pro centum. & intendens eam retinere, & eius fructus percipere decem annis, in quibus percipere vinum in autore centum & 20. flore, peccaret, quod est falsum. percipit enim de rēsua, & potest nihilominus eam uēdere pro precio pecuniæ suppositæ æquali eius bonitate. Secunda pars conclusionis probatur: quia ista iustificandi eos in tertio modo est per hoc, q̄ dicimus, ibi non esse mutationem, sed emptionem. Secundus autem modus dicendi iustificauit eos alia via, etiam rendendo, quòd ibi sit mutatio. igitur.

Quarta conclusio. si ciui præstanti centum ciuitas daret pensionē maiorem quàm quinque, staret, q̄ ciuis dando centum spe recipiendi quinque non peccarent præstando, nec etiam recipiendo talem pensionem. staret etiam oppositū, scilicet q̄ peccaret. Prima pars probatur: quia ex quo nunquam rehabebit fortem integra liter, sed dumtaxat quando sibi restituetur, rehabebit. 18. pro centum. ideo perinde est, ac si daret centum. & notabiliter ultra pro iure percipiendi annuam pensionem, uel redditum. Modò dans alicui priuato centum & notabiliter ultra nomine precij pro iure percipiendi annuam pensionem ab eo posset ab eo habere quinque flor. & notabiliter ultra, & hoc licitè. igitur idem quis poterit licitè recipere a ciuitate, cui tantum precium dedisset. Maior probatur: quia siquis daret centū alicui priuato pro iure percipiendi annuam pensionē ab eo, vel redditum cū pacto retrauendendi, recipiens obligaretur ad hoc, ut quando uellet redimere ios præ dictum, cogeretur dare totidem, scilicet centum. & ita quando redimens nō cogitur dare nisi. 18. in notabili valore, minus dat in redemptione, quàm de communi cursu dare consueuit redimens. ideo primus emens cēsetur notabiliter plus dare, quàm cētum pro iure quin que flor. igitur nimirum, quòd notabiliter etiam plus poterit inde percipere, scilicet tantum quātum in redditibus importare posset illud plus, quòd ipse cēsetur ultra centum dare. Casus autem, in quo prima pars cō tingeret, uel haberet locum, esset, quando ciuis præstaret ciuitati centum eo tempore & casu, in quo ciuis nō teneretur ciuitati ad præstantiam, eo quòd ciuitas tūc non esset præcisa tali necessitate, propter quam licitè posset ciuitas imponere talem præstantiam, nec ciuis aliquod interesse inde sequens subire teneretur. Secunda pars probatur: quia staret, quòd ciuis teneretur ad talem præstantiam, in qua scilicet præstat centum & nō tabiliter ultra: teneretur inquam adeo, q̄ etiam de illo, quod notabiliter ultra præstare teneretur, non posset licitè velle per modum exactionis habere aliquid; immo teneretur illud absoluta datione dare sine relatione ad aliquam pensionem. Nam tunc nō posset aliquid ultra quinque percipere a ciuitate, nisi ciuitate illud liberaliter ei donante, non autem exigendo ab ea. Item etiam secunda pars est uera in casu, quo non teneretur ciuis talem præstantiam, & tamen excessus pensionis esset nimius, ut si de cētum recipetet. 20. annuatim. Nā tunc emisset pro minori & diminuto precio mercem excessiuam, quod est contra iustitiam commutatiuam.

Quinta conclusio, quamuis si tenemus, quòd præstatio ciuium esset uera mutuatio; adhuc aliqui ciues possent aliqualiter excusari, non tamen ita uniuersaliter sicut tenendo, quòd non sit mutuatio, sed emptio, & multa plura requirerentur ad eorum iustificationē quàm tenendo, quòd non sit mutuatio, ita quòd difficilius est, ciues iustificare per secundum, quàm per tertium modum dicendi. Hæc conclusio habet tres partes. Prima pars probatur: quia ciues tam coactè, quàm sponte præstantes possent excusari per hoc, quòd reciperent pensiones pro refusione interesse, quod fuerunt perpessi cum perpeti non tenerentur. Et si nullum interesse essent perpessi, possent excusari, quando recipe rent eas per modum donorum cum probabili conscientia, q̄ ciuitas sic eis eas daret. Secunda pars probatur: quia nec omnes illi, qui in quatuor casibus secundę cō clusionis præcedētis modi dicendi commemorantur, possent excusari, ut patuit ibidem, qui tamē omnes pos sunt excusari per tertium modum dicendi. & ita ciues nō ita uniuersaliter possunt excusari sicut per tertium modum. Tertia pars probatur, quia ad hoc, q̄ ciues per istam secūdi modi dicendi possent excusari, ut pata gratia exempli ratione interesse, oporteret requiri omnes illas septem circunstantias, quæ tactæ sunt supra. q. 30. Similiter gratia exempli, si per donationem deberent excusari, requirerentur illæ conditiones, quæ tactæ sūt q. 29. & si una deficeret, non excusarentur. tales autem non oportet requiri, quando tenetur, ut tertius modus dicendi ponit, scilicet quòd sit emptio, uel traditio precij, unde etiam multiplex defectuositas secundi modi dicendi in iustificando ciues, patuit in eius reprobatione in 22. primis defectibus.

Sexta conclusio. tenendo, quòd præstatio sit emptio, minor difficultas est iustificandi ciues quàm ciuitatem sed tenendo oppositum, scilicet quòd non sit emptio, sed mutuatio, minor difficultas est iustificandi ciuitatem, quàm ciues. Prima pars probatur, quia tenendo, q̄ sit emptio, ciues nihil faciunt, nisi quòd dant excessiuum precium pro merce, de hoc autem citius possūt excusari ciues dantes, quàm ciuitas recipiens. igitur. Secunda pars probatur, quia quando est mutuatio, ciuitas est mutuataria & soluit ultra sortem. & ciues recipiunt ultra sortem. modo mutuatarius potest citius excusari, quando dat aliquid ultra sortem, quàm mutuator recipiens incrementum. Restat igitur nunc videre de iustitia ciuitatis, & hoc siue teneatur q̄ sit emptio, siue quòd sit mutuatio.

Septima conclusio. tenendo, quòd sit emptio, sit, q̄ ciuitas non peccet recipiendo nomine precij centū a ciue pro iure percipiendi annuatim quinque tanquā pro merce non obstante quòd centum sint nimis magnum precium pro tali merce suppositis circunstantijs illius contractus, quæ tactæ sunt in quæstione præcedē ti, stat etiam, q̄ peccet. Si autem teneatur, q̄ sit mutuatio, potest ciuitas etiam quandoque excusari, & quandoque non. Prima pars probatur: quia quamuis centū sint precium nimis magnum saltem suppositis circunstantijs contractus, tamen signetur illud, in quo excedit precium ualorem mercis, quæro, an ne stare possit, quòd ciuitas sit in tali necessitate constituta, quòd ciuis teneretur tantundē dare ciuitati absoluta datione, ideſt sine assignatione cuiuscunque pensionis, & patet, quòd est possibilis casus. igitur ciuitas potest tantundem ab eo exigere in uenditione sine iniuria ciuis, & tunc exigeret non in ratione precij, sed in ratione tallię, quamuis illa exacto fiat inter uendendum & emendum. Secunda pars probatur: quia si ciuitas non indigeret illo plu ri, uel excessu signato, nec licitè posset illud plus impo suisse ciui per modum tallię, peccat mortaliter cogendo ciuem ad emendum ab ea pro excessiuo precio mercem sic diminutam. & tenetur ad restitutionem illius pluris. Si autem ciuis propria sponte & ex certa scientia daret illud plus excedens proportionem precij ciuitati etiam in casu, quo non indigeret ciuitas eo iterum nō peccaret ciuitas recipiendo precium pro tali mercede quia ciuis exquo sponte & ex certa scientia, scilicet sciēs quòd sit precium nimis magnum dedit, excessum donauit cum ciuitati. Vnde emptori industrioso & scienti precium esse nimis magnum, non fit iniuria, si a tali uolente & sciente recipitur excessiuum precium, nisi emptor id ex prodigalitate ageret. secus si ex liberalitate, quæ est uirtus: utputa quando ille ciuis dat ciuitati in bonum finem, & ciuitati bene utenti suis bonis & ex amicitia ad ciuitatem & huiusmodi. Tertia pars & quarta probantur: quia tunc ciuitas est mutuataria respectu ciuis, modo sint quòd mutuatarius non peccat recipiēdo sortem. & dando incrementum vel ultram, scilicet seruatis conditionibus, de quibus patebit in q. 47. Stat etiam, quòd peccet, scilicet si defecerit aliqua conditionum. igitur. Et hæc de iustificatione tam ciuis quàm ciuitatis sint dicta. Attamen nota, q̄ per accidēs potest contingere, q̄ ciuis peccat præstando ciuitati & recipiendo ab ea pensiones, utputa ciuis crederet ista duo copulatim, scilicet quòd ut uerba sonant, illa præstatio esset mutuatio, & quòd indistinctè nunquam liceret mutuanti ultra sortem quid recipere. De hoc vide etiam supra q. 33. Item si ciuis ita affectus esset, ad illum contractum, quòd etiam sciret enim esse usurarii adhuc vellet eum facere, uel si indubie probabiliter uel equilibri esset, an esset licitum. sed ille accidentalia etiam circa contractus in se indubitatos possunt accidere. ideo nihil contra determinationem questionis.

Consequenter respondendum est argumentis eorū, qui tenent contrarium primæ conclusionis, & ex cōsequenti etiam secundæ cōclusionis intendentes improbare conclusionem primam.

Primò arguunt sic. Omnis mutuatio principaliter spe lucri facta est usuraria. Lu. 6. & extra, de usuris. c. cō soluit, etiamsi nulla de hoc fiat pactio, sed sola intentio sit, & hoc siue præcedens, siue concomitans, siue subsequens mutuationem. Modò prædicta præstatio est mutuatio, ut patet ratione ex usu loquendi ciuium, quàm ciuitatis. igitur quando sit principaliter spe lucri, erit usuraria. Et confirmatur, siquis mutuaret priuato, peccaret peccato usuræ & mortaliter, si intenderet lucrū consequi ex mutuo, ita quòd illud principaliter eum mouisset, igitur multo magis siquis illud facit comunitati, uel ciuitati, motus principaliter lucro. tenet consequentia: quia casus antecedentis est peccatum in proximum priuatum: casus autem consequentis est peccatum proximum publicum quàm priuatum, eo q̄ bonū quanto est communius, tanto diuinius. Dicendum, maior est uera, sed minor est neganda, nō est enim mutuatio uera, sed emptio vel traditio precij, nec sequitur illa præstatio vocatur mutuatio, igitur est talis, ut patet ex deductis in q. 34. Et si replicetur. ciuis non intendit emere: quia nescit, q̄ ibi est emptio, cum etiam doctissimi non credideriut ibi esse emptionem. igitur nō facit contractum emptionis, dicendum, non sequitur, pater in simili. siquis non intendit, quòd restituere debeat domus ex conjunctione parietum, fundamenti & tecti, tamen nihilominus si coniungit illa, dicitur edificere domum. ita cum hic ciuis consentiat, q̄ suum precium numeratum fiat ciuitatis, & ius percipiēdi a ciuitate annuam pensionem fiat suum, coniungit omnia substantialia emptionis. igitur efficit emptionem. Sed contra ciuitas non sibi illud ius, nec annuam pensionē, nisi ut interesse, uel domum. & etiam nulla, q̄ deberet illo animo recipere, quo sibi ciuitas dat. modo non potest quis conferri emere quid, nisi alius illud sibi animo uendendi det, oportet enim, q̄ emptioni correspōdeat uenditio, cum sint correlativa, sicut non potest filius esse sine patre, aut econtra. Dicendum, q̄ ciuitas habitu est illius intentionis, q̄ si emptio & uenditio haberent ibi locum, q̄ uellet illud ius ut mercem assignare ciui: quia autem illud latet ciuitatem. ideo ita statuerunt, quatenus allecturē ciues sicut siquis nesciat 27. esse ter nouem, dicit alicui, non dabo tibi nisi. 27. & non uult sibi dare ter nouem: quia credit, q̄ ter nouem sint plura quàm. 27.

Secundò arguitur, accipere aliquid de eo, quod non est suum, est peccatum, sed ciues recipiunt pensiones de pecuniis quas præstiterunt ciuitati, quę pecunię post præstationem non sunt ciuium, sed ciuitatis, eo q̄ transtulerunt eas in dominium ciuitatis. igitur peccant recipiendo pensiones. Dicendum, minor est falsa. recipiunt enim eas de iure, q̄ emerunt per pecunias præstitas: & sic de re sua percipiunt. aquia illud ius est ciuium, & pensiones sunt ut fructus illius iuris, quod

est

est tanquam arbor fundata in prouentibus ciuitatis. Tertiò arguitur, uelle habere fructum de re non fructifera, est illicitum, sed pecunia, quam ciues præstant ciuitati, est res non fructifera, de qua tamen volunt habere ciues fructum, scilicet pensionem: igitur. dicendum, minor est falsa pro secunda parte. Nam non uolunt pensiones habere de pecunia, quam præstiterunt, sed de iure, quod emerunt per illam. Etiam minor pro prima parte non est uera simpliciter, ut concedit is, qui facit illud argumentum, scilicet sanctus Bernardinus. Nam pecunia cum industria est fructifera: & sic est fructifera sicut domus, quæ se sola non fructificat.

Quartò arguitur, si quis liberè præstaret super vincentum, & deductis expensis haberet ex ea annuatim decem, tunc elapsis 10. annis nihil posset vltra recipere: quia rehaberet sortem, & si intenderet quid ultra recipere uel adhuc intenderet, esset usurarius. igitur etiã prædicti ciues essent usurarij, intendendo pensiones recipere, donec excedant sortem. Dicendum, quòd antecedens est uerum, quando præstat reuocabiliter sic, q recipiens centum tenetur restituere præstanti centum: & quia est uerum pignus substans periculo recipientis centum non præstantis: & sic non est simile de consequenti: quia præstatio in consequenti sit irreuocabiliter, & res super quam præstat, stat in periculo præstantis: quia dat præstantiam pro iure pensionum, quod esi fundatum in iuribus ciuitatis, quæ iura, si extinguerentur, uel perirent, etiam sua perijsset ciui præstanti.

Quintò arguitur, dubitans, uel rationabiliter debes dubitare de aliquo actu, an sit peccatum mortale, scilicet usura, uel non: peccat mortaliter si eum facit, sed ciues prædicto modo præstantes dubitant, uel rationabiliter dubitare debent, an præterito eorum sit mutuatio usuraria, & sic mortalis uel non. igitur peccãt mortaliter præstando. Maior probatur: quia talis exponit salutem suam periculo, modo amans periculum, peribit in illo, & etiam quia exponendo se periculo, despicit salutem suam. & sic nõ seruat charitatem ad seipsũ. Minor probatur: quia docti viri tenent contrarias sententias. igitur rationabiliter habent illiterati dubitare an illa uel alia sententia sit vera. Dicendum, dato q argumentum concluderet, q peccarent ciues, non tamẽ concluderet, q de per se, scilicet ratione cõtractus peccarent, sed tantum ratione illius, q facerent contra cõscientiam, uel q exponerent se periculo. & hoc potest contingere etiam in contractibus, uel alijs actibus etiã licitis, & de quibus certum est, q sunt liciti, ideo nihil contra nos, qui loquimur de contractu in se, an sit licitus, uel no. Et de quibus an ratione cõtractus peccent, uel non. Secundò dicendum, q maior non est uera de dubio improbabili, seu leui. Nam stat, q aliquis probabiliter credat, aliquem actum esse licitum, & tamen aliqualiter trepider, timens ne forte sit illicitus, & tamen in tali trepidatione agendo eum, non peccat mortaliter, eo q magis declinat ad oppositum credendo eum licitum. Sed maior est vera de dubio probabili, scilicet vbi magis credit, quòd actus sit illicitus, quàm q sit licitus, & etiam de dubio æquilibri, scilicet ubi non plus credit unam, quàm alterum. Modò in proposito stat, q ciuis probabiliter adhereat opinioni dicentium, contractum prædictum esse licitum, quæ etiam est uera. igitur talis non peccabit. Et si arguas. opinio damnans illum contractum vicetur omnibus, aut pluribus. ergo est probabilis ex primo topicorum. igitur agens contra eam agit contra probabilem opinionem, ergo probabili periculo se exponit. dicendum, argumentum concluderet, si apud agentem contra illam opinionem esset probabilis, modo hoc nõ opertet, sed potest esse apud eum improbabilis, sed de hoc latius in quæstione centesima & ultima.

Sextò arguitur. ille contractus, quem Papa diffinit esse usurarium, est usurarius, sed prædicta præstatio est huiusmodi. Minor probatur. Nã sanctus Bernardinus dicit se legisse in 4. super sententias domini Guil. de Cremona episcopi Papiensis, q cum quidam vir prædiues & in pecunia potens prædicto modo intenderet ponere quandam pecuniæ quantitatem in una prædictarum ciuitatum trium, scilicet de quibus præcedens quæstio sonat pro eleemosynis in perpetuum dispẽsandis habito a prædicto Guil. ob consilium illius de hoc cõsilio, factaque de præstita materia montis & impræstitorum in florenti studio Papiensi diligenti discussione: cum materia propter contrarias opiniones adhuc dubia remaneret occurrentibus alijs cautis missus est antedictus dominus Guilelmus ad Papam Vrbanũ sextũ ut ambiator, tunc in Ianua commorantem: rogauit igitur eum præfatus diues instanter, q de prædicta materia consuleret Papam, eique de sua intentione circa impositionem dictæ pecuniæ pro eleemosynis dispensandis propositum reuelaret. Cui Papa respondit, q bene faceret de tali casu eum cõsulere, eo q casus arduus esset, asseruitque eum esse usurarium. prædicta autem dicit sanctus Bernardinus se legisse in libro proprio quem ipse composuit, & in mõte reliquit. Cum igitur Papa esset peritissimus satis, ponderanda est responsio & sua sententia. Dicendum, q maior est uera de illo cõtractu, quem Papa ut Papa, seu auctoritate papali diffinit esse usurarium, non autem de eo, quẽ Papa ut privatus magistraliter & scholastice determinat esse usurarium. Modò nondum constat, q prædictus Vrbanus auctoritate papali determinauerit & diffinierit eum esse usurarium. Secundò etiam dicendum, q tempore illius Vrbani sexti cepit illud magnum scisma, quod duravit 40. annis, uel circiter, quod tandem extinctum fuit in concilio Constantiensi, & tempore eiusdem Vrbani sexti etiam quidam alius fuit in Papam electus; scilicet Clemens VII. ideo sicut dubitat, quis eorum fuerit legitimus Papa, sic etiam allegatio suę determinationis erit super dubio fundata. præterea exquo ostensum est, prædictum contractum esse emptionem redditus redimibilis. & Papa Martinus atque Calixtus postea determinauerunt solenniter desuper bullis editis talem emptionem esse licitam. igitur plus illi determinationi standum est.

Septimò arguitur. Si esset contractus licitus maximè propter tres rationes, quas faciunt tenentes eum esse licitum, sed hoc non, ut patet eas recitando & soluẽdo eadem, prout illas ponit & soluit sanctus Bernardinus. Dicendum, q non omnes rationes, quæ adducuntur a tenentibus eum esse licitum. sed illæ quæ supra sunt adductę per tertium modum dicendi censentur valide. Illę autem, quæ recitantur a sancto Bernardino non sunt validę. Attamen quia sanctus Bernardinus aliquas earum minus bene soluit. ideo ut illarum rationum

tionum & solutionum malor & inualidites appareat, hic recitabo eas. Prima ratio adducitur, q dicitur enim, qui liberè præstat pati interesse, uel damnum ex præstita. Tunc arguitur sic, præstans liberè super mutuum potest licitè se seruare indemnem, igitur liberè præstans poterit ultra sortem percipere pensionem: pro illius interesse refusione, tenet consequentia: quia ex illa causa licet coactè præstanti recipere pensionem. Respondet sanctus Bernardinus dicens, concedo antecedens & nego consequentiam: quoniam si uult seruari indemnis, non mutuet communitati pecuniam suam, sed sibi retineat. & sic se seruabit indemnẽ: sed si liberè mutuet, nihil recipiat ultra sortem: quia aliter agit contra dictũ Christi Luc. 6. Mutuum date nihil inde sperantes. Hæc ille. Et sic uult, q quamuis spõte præstans possit se seruare indemnem, non tamen sequitur, ergo quæcũque uia uoluerit, poterit se seruare indemnem: quia non illa uia scilicet recipiendi pensionem. Nam alia uia sibi subest, scilicet retinendo pecuniam, exquo non cogitur eam præstare. secus de coactè præstante, cui alia uia non subest, qua se seruet indemnem, nisi recipiendo pensionẽ. Eo q non potest euadere coactionem, nec etiam cum coactus est potest cogere ciuitatem ad sibi satisfaciendum de damno. Sed hæc responsio deficit dupliciter. Primò: quia aut solutio loquitur de sponte præstante moto principaliter spe lucri, aut de sponte præstante non sic moto. Si secundum, tunc prætendit quasi tali non liceret recipere pensionẽ, quod est falsum, & ex eius cõtrarium met dicit, ut patuit in prima cõclusione. Nã talis non solum ratione interesse (siquod perpessus est) põt recipere pensionem, sed & nomine doni. Ité si solutio de illo loqueretur, tũc per suũ dictũ pcluderet alicui opus pietatis. Nam si quis non teneatur ex præcepto succurrere ciuitati: sed tantum de consilio. & uel let ex pietate ei succurrere: & tamen cum hoc seruare se indemnem non posset ille salua sua indemnitate præstare ciuitati ex tali pietate: quia non posset se seruare indemnem, nisi sortem retinendo sibi, cuius tamen contrarium satis patuit supra q. 30. & etiam sanctus Bernardinus met tenet contrarium in exemplo habito circa probationem sextam de primo casu primę conclusionis. Si primum sicut dicebat de illo loquit, quia de illo tantum debet procedere argumentum: quia argumentum probare nititur, q sponte præstans principaliter spe lucri non peccat recipiendo pensiones: tunc deficit in hoc: quia non esset opus illi argumento respondere: eo quòd non procedit de sponte præstante principaliter spe lucri. Nam si ille, de quo argumentum sonat, præstaret principaliter spe lucri. ergo præstando non coniicit se passurum interesse: sed potius coniicit se uituturum interesse & assecuturum lucrum. ideo non habet talis frontem dicendi se ratione interesse recipere, si præstat principaliter spe lucri. Nã qui ratione interesse vult aliquid recipere, taliter debet esse conditionatus, quòd si vellet respicere temporalem utilitatem potius non uellet mutuare, & etiam carere illo, quod recipit nomine interesse quàm mutuare, & recipere illud, ut patuit q. 30. Modo taliter se habens non potest dici spe lucri principaliter motus mutuare. igitur. Secundò deficit: quia negando consequentiam non respondet probationi consequentiæ, quæ sit a simili. Vnde ad illam probationem, quæ uti, que non uult, dicendum est, q sicut coactus licitum est accipere nomine interesse sic sponte præstanti: sed quando sponte præstans nomine interesse licitè quid recipit, talis non præstitit spe lucri principaliter, ideo argumentum non est, ut sic ad propositum. Secunda ratio: accipiens mutuum potest liberè donare de suo sibi mutuum danti, & transferre dominium, quod in re sua habet in mutuantem, & facere ipsum dominum rei suæ. ergo etiam mutuans potest licitè recipere rem illam tanquã suam non obstante, q sit ultra sortẽ, hoc aũt sit in ciuitatib. antedictis, q dãt pẽsiones ciuib. & ciues sponte stant ciuitati spe lucri, & recipiũt pensiones. igitur eorum talis præstatio & receptio pensionum est licita. Ad hoc respondet sanctus Bernardinus negando duo; nam concedendo antecedens: negat cõsequentiam. Secundò etiam negat illud assumptum, scilicet hoc autem sit in ciuitatib. &c. Rationem quare negat consequentiam assignat per similẽ. Nam, secũdùm Bonanen. in 4. dist. 21. & secundùm Alexan. de Ales, & Sco. in 4. dist. 21. q. 1. confessor non potest manifestare peccatum ei per confessionem detectum etiam de licentia confitentis, eo q confessor litigatus est, non tantum ex iure confitentis: sed etiam ex iure ecclesiastico, supra quod non potest confitens dispensare. extra. de pę & re. c. omnis utriusque, & de pę. dist. 6. in c. sacerdos. Ita in proposito nostro: nam mutuator ad hoc ut ratione mutui non recipiat ultra sortem, ligatur: non tantum ex iure singularis personæ: sed ex præcepto diuino, supra quod non potest mutuatarius dispensare: & ideo quamuis mutuatarius licitè possit de suo dare mutuanti: non tamen sic potest dare liberè, q mutuans licitè ratione mutui, seu pecuniæ mutuatæ recipere possit. & ideo si quid hoc modo recepit, debet restituere, & si postea ille donauerit, recipere potest licitè. Rationem autem quare negat illud assumptũ scilicet hoc autem sit, assignat dicens: quoniam ciuitates non liberè donãt, sed pro pecunia iam recepta. ideo minimè illud recipere possunt ciues. Contra hanc responsionẽ arguitur, quia deficit in duobus. Primò, quia sic antecedens est uerum, & concedi potest, sic etiam consequentia est concedenda, saltem gratia materię & consequens eius. Nam si accipiens mutuum liberè donat de suo mutuanti, etiam mutuans potest illud sub alia ratione recipere, ut patuit q. 29. etiam non obstante q mutuatarius illud donum facit ratione mutui, seu propter mutuum. prout, propter, dicit circumstantiam provocationis. secus prout diceret appreciationem, quasi mutuatio sit ut merx, uel opera, pro qua dare illud tanquam precium, & tunc argumentum non est ad propositum: quia ciuis sponte principaliter spe lucri ponens, non recipiet ex animo suo pensionem ut donum: si saltem perseueret in intentione, qua præstitit immo reciperet eam ut precium suę mutuationis. Si autem antecedens loquatur de mutuo mutuationis dante incrementum, non ut donum, immo ut precium mutuationis, tunc etiam cõcesso antecedente bene negaretur cõsequentia, & ratio negandi assignata esset colorata. addito q etiam de iure naturali, ut ait Rich. obligatur confessor ad celandum confessũ. & non tantum de ecclesiastico. & ideo etiamsi ecclesia deobligaret confessorem, non esset per hoc deobligatus. unde quando confitens nuit licentiam dare cõfessori, ut peccatum sui reuelet,

debet

debet illud sibi de alio exire confessionem detegere: & tunc sibi dare licentiam restituendi. Item pro ratione negandi consequentiam aliqui dicit, quòd posset dari felicet in casu, si tenetur licite dare res suas ut ad redimendum vexationem: & tamen hæc non recipitur ratione. Attamen antecedens istum non est omnino concedendum. Nam dato (quem tamen concedo) quòd nō peccaret volendo dare recipientium etiam per modū precii mutatorii: tamen non posset sequendo id posse efficaciter transferre dominium incrementi in mutuatorem: sic quòd mutuator efficeretur illa via dominus incrementi, eo quòd illa via est damnata & legi divinæ reddita inhabilis ad acquisitionem dominii, & sic antecedens etiam non posset inferre. nisi quòd dato, quòd non peccaret recipiendo, tamen per hoc non efficeretur dominus eius, quin illud teneretur restituere. Secundò deficit in secunda negatione. Nam dicere, quòd ciuitas non det ciuibus dono liberali, est dicere, ciuitatem mentiri in suo statuto: vt aguntur est contra primum modum dicendi in eius septimo defectu, item ipsemet dicit oppositum: vt patuit in octava probatione primi casus primæ conclusionis. nisi velles quis dicere, quòd statutum loquitur de ciuibus coactè prædictibus non sponte, quod non apparet. ideo qua facilitate dicitur, eadem conteminter. Vnde aliter huic inualidæ rationi respondendum est, scilicet ut tactum est in primo defectu hic assignato immediate supra. Tertia ratio, quilibet etiam priuatus de suo, in quo plenum ius habet & dominium potest in licitis & honestis disponere pro libito suæ voluntatis: vt in l. in re mandata. C. mandato. ergo & tota cōmunitas seu ciuitas hoc potest. consequentia patet: quia non maius ius habet ciuitas in rebus suis, quàm singulares personæ in suis priuatis rebus. hoc consequentiæ sumpto pro maiori subsumitur. Modo ciuitatem ciuibus sponte & prædictibus dare de suis prouentibus aliquid eo modo, quo casus positus est supra. est eam in licitis & honestis de suo, in quo plenum ius habet & dominium, disponere pro libito suæ voluntatis. igitur ciuitas potest ciuib. prædictis pensiones dare sponte præstantibus: etiam spe lucri principaliter motis. igitur etiam ciues possunt tales pensiones licitè recipere. Maior est probata per primam consequentiam. Minor probatur: quia ciuitas volens dat: quia non coactè, & dat in bonum ciuium: & etiam ciuitatis: & habet plenum ius in suis prouentibus, de quibus dat, ut patuit ex forma casus. igitur. Huic rationi respondet concedendo (sub conditione tamen) antecedens primæ consequentiæ: & etiam consequens eiusdem, quod est maior secundi discursus, scilicet si talis dispositio nō sit contra legem iustè principantis & signanter Dei, alioquin antecedens est falsum, & etiam consequens, quod est maior secundi discursus. Nam bonum commodi habet distingui contra bonum honestum: & pro assecutione commodi non est offendendum bonum honestum. Nempe salus animæ sancti corporis & rerum potest illum rerum est præferenda. 1. 2. q. 1. in c. præcipimus. & ad hoc vide glo. in c. ille. 22. q. 1. vbi in glosa dicitur, quòd malus damnū est in amissione vnius animæ, quàm mille corporum. Ad propositum. Modo contra legem Dei sunt prædicta impretita & contractus prædicti. igitur pro bono ciuium, vel ciuitatis non licebit eos facere. Contra hāc responsionem arguitur: quia deficit dupliciter. Primò quia ex hoc reputat contractum illum illicitum, & per consequens inhonestum. igitur cum in maiore expresse addatur in licitis & honestis, deberet absolutè concedere antecedens. & per consequens primæ cōsequentiæ, & negare minorem secundi discursus. Secundò: quia applicando distinctionem maioris ad propositum quæro, aut intelligit, quòd contra legem Dei sit ciuitatem dare pensiones ciuibus sponte præstantibus spe lucri, aut intelligit, quòd contra legem Dei sit, ciues præstare aliter ciuitati. Si primum, non est illud verum: quia stat, quòd non peccet ciuitas. Nam si animo donandi det: non peccat: sed mereturiā si autem det aliquali coactione, adhuc stat, quòd nō peccet: sicut stat, q̄ mutuatarius soluens interessentiam: etiam si sit usura, non peccet soluendo. Si autem intelligit secundum: tunc non soluit argumentum. Nam sic dicendo nihil facit: nisi quòd conclusionem, contra quam vadit argumentum, asserit veram nihil respondendo ad vim argumenti. Nam argumentum intendit probare, quòd sicut ciuitati licitum est pro bono suo & ciuium dare tales pensiones: sic licitum erit ciuibus recipere illas. Vnde aliter inualidanda est illa ratio, concedendo totum secundum discursum, & eius cōclusionem: quia ciuitas non necessariò peccat soluendo pēliones: quia stat, quòd non peccet: saluis illis, quæ dicta sunt in conclusione septima. Sed cum infertur, ergo etiam ciuibus licet illas recipere, negandā est consequentia loquendo de ciuibus, qui principaliter spe lucri modo præstant. & tali ratione recipiunt: quia sæpe licitum est tibi dare aliquid alteri: & tamen alteri non est licitum recipere illud: vt patet de furto a latronibus. Posset tamen etiam concedi illud consequens. de ciuibus recipientibus illud, ut donum, qualiter ciuitas illud daret: Quarta ratio. Petrus de eo quod suum est liberè & plenè iure pōt dare Martino. l. 1. ff. de dona. & in c. quàm periculosum. 8. q. 1. & Martinus potest illud recipere. ergo etiam tota communitas, seu ciuitas potest de suo Martino liberè pro uidere: & liberè potest Martinus recipere. consequentia tenet: quia plenius ius habet tota communitas, seu ciuitas in qualibet re, quæ est cōmunitatis, seu ciuitatis, quam singularis persona habebat super proprium suum. Nam potest confiscare, & potest restituere, quod non potest singularis persona, eo quòd non potest post destructionem recuperare: vt notatur ff. quod cuiusque vni. no. l. item eorum. Huic rationi respondet concedendo tam antecedens, quàm consequens. dummodo non sit contra legem superioris: sicut in solutione præcedentis argumenti dictum est. Sed illa responsio deficit sicut præcedens & eodem modo improbatur. ideo respondendum est aliter, qua liter responsum est ad præcedentem rationem. Quinta ratio illa, quæ ponuntur supra montem, non sunt mutua: sed possessiones, ergo ciues ponentes talia possunt ex illis recipere annuum fructum. tenet consequentia: quia da oppositum, eadem ratione ex agro, vel prædio non posset quis recipere annuum fructum. antecedens pro prima parte probatur: quia pecuniæ positæ super montem non possunt reperi. igitur non sunt mutuatæ. Secunda pars probatur dupliciter. Primò sic: quia pecuniæ præstitæ possunt vendi nunc, cras: nunc vilius: secundum conditionem & statum ciuitatis.

ciuitatis. igitur sunt possessiones quædam. tenet consequentia: quia possessio solet etiam sic venditando ascendere, nunc vilius. Secundò probatur eadem secunda pars: quia pecunia præstita habet in illo contractu eundem locum, quem haberet, si ex ipsa emisset vnū annuum fructum tanti precij. Modo tunc esset quædam possessio: & posset licitè de ea percipere fructū. igitur. Huic rationi respondet primò negando antecedens pro prima parte: & ratio est: quia illæ pecuniæ vocantur mutuæ. igitur sunt mutuæ: tenet consequentia: quia vocabulum manifestat quid contractus sit in veritate, nec a proprio significato vocabuli est recedendum: vt in l. non aliter. ff. de legat. 3. Ad probationem autem dicendum, quòd sunt mutuæ sed alio modo q̄ communiter sint mutuæ, eo quòd rehaberi, vel repeti non possint. Secundò negat antecedens pro secunda parte: quia si essent possessiones, eaquo ciuitas est dotata: & tamen essent ciuium: essent ve pignora, sed hoc non: quia pignorata possessionem ad me reuocare possum. ciues autem pecunias præstitas reuocare non possunt. igitur. Secundò idem patet: quia possessionē potest is, cuius est, vendere insto precio. Modo ciuis præstans centum non potest illa vendere pro centum, sed pro longo minori: quia quando ciuitas redimit & liberat se a ciue non restituit sibi nisi. 28. pro centum. Tertiò concesso antecedente negat consequentiam propter duo. Primum: quia secus est de illis pecuniis & de alijs possessionibus, ut agris &c. Nam pecunia nullū alium vsum habet præter expositionem: ex agro autē habētur fructus ex labore humano. Est enim ager aptus natus fructificare, pecunia autem non. Secundum est: quia cum quis habet possessionem, & de ea percipit fructum. percipit eum de re sua. Ille autem pecuniæ post quam sunt præstitæ & mutuatæ ciuitati, non sunt amplius præstantis: sed ciuitatis. igitur non est par ratio de eis & de aliis possessionibus. Quartò respondendo secundæ probationi secundæ partis antecedentis negat assumptum probationis: quia si emisset annuum fructum, ibi esset vera venditio ex parte recipientis pecuniæ, & emptio ex parte præstantis: hic verò est verū mutuum. Hæc responsio deficit in quinque. Primò: quia negando pecunias præstitas esse mutua assignat p causa: quia sic vocantur. Hæc autem est insufficiens causa, vel ratio: ut patet multipliciter ex deductis in q. 33. & quod allegat, quòd non sit recedendum a proprio significato vocabuli. dicendum verum est: nisi circunstantia, vel conditio contractus ad hoc vrgeat, sicut hic vrget irrevocabilitas. Secundò deficit: quia nō satisfacit probationi partis primæ partis antecedentis. Nam quòd dicit, quòd sunt mutuæ, sed aliter quàm cō muniter modò sint mutuæ, innuit falsum: quia innuit, quasi revocabilitas sit conditio communiter accidens in mutuo: & non necessaria mutuo, quod est falsum: immo est de eius substantia. ideo mutuatio carens revocabilitate desinit esse vera mutuatio. Tertiò: quia negando pecunias esse pensiones (sicut & illud negandum est) assignat pro ratione: quia non possunt precio vendi insto. igitur non sunt possessiones. hæc consequentia non valet, nec antecedens etiam est verum. Deprīa patet: quia sæpe quis agrū sui non pōt vendere pro centum: qui tñ valet centum. Item etiam antecedens nō est verum: quia quāuis quis ciuitas redimit non det ei centum tamen alius ciuis velens habere iura illius, qui præstitit, debet centum, & sic pro illis centum habebit centum. Quartò: quia concesso antecedente negat consequentiam propter duas causas. Prima autem non valet: quia si dimittatur, quòd pecuniæ sint possessiones ipsestantes ad præstatum, quòd potest ex eis recipere fructum, sicut ex domo, vel agro. Nā ratio diuersitatis nō valet hic assignata: quia quamuis pecunia non sit nata fructificare, quando sola consideratur: tamen accepta cum industria fructificat. Modo etiam domus non fructificat nisi cum industria hominis. animo etiam agri non fructificantis omni industria hominis remota. Et illud etiam nihil sentit Bernardinus, vt patuit in tertia probatione tertiæ cāusæ primi casus primæ conclusionis secundi modi dicendi huius quæstionis. Secunda etiam causa assignata nō refert: quia si concedis antecedens. s. quòd pecunia sit possessio pertinens ad ciuem præstantē. igitur est ciuis, sicut ager est eius. igitur quamuis quando est mutuata non sit eius, sed ciuitatis: tamen non deberes dicere: concesso antecedente negatur consequentia. Quintò deficit in sua quarta responsione. Nam non datur ratio diuersitatis, quare si quis dedisset pecuniā ciuitati pro iure percipiendi annuum fructum ab ea, talis conferetur emisse ius a ciuitate, & ciuitas conferetur ius sibi vē didisse. & tamen quando præstitit ciuitati modo prædicto, non conferetur etiam emisse ius percipiendi annuum pensionem ab ea: cum tamen hinc inde sint eadem circunstantiæ & conditiones ac obligationes: ut deducti est in probatione primæ conclusionis tertij modi dicendi. Aliter igitur dicendum est ad rationem: quòd ratio sicut iacet est inualida, sed reduci posset ad bonum valorem. Primum patet tripliciter. Primò, quia assumit duo falsa. Primum, quia pecuniæ non possunt dici possessiones ciuium: quia non sunt eorum, postquam sunt præstitæ ciuibus: sed sunt ciuitatis. sed debent dici precia, quæ ciues dederūt pro re empta. s. pro iure recipiendi annuas pensiones. Secundum falsum est, quia dicit, q̄ illæ pecuniæ possunt vendi, quod nō est verum. Nam illæ pecuniæ nō sunt amplius ciuium: sed ciuitatis: & sunt precia. igitur non possunt per ciues, quorum non sunt, vendi. Item impossibile est, pecuniā vendere, vel emere: ut patebit quæstione penultima huius operis. Secundò: quia eius consequentia non valet. possunt vendi. igitur sunt possessiones: nam mobilia possunt vendi, quæ non sunt possessiones, quia possessiones sunt bona immobilia. Nec probatio eiusdem quantiæ valet: quia virtualiter est in secunda figura ex affirmatiuis. Tertiò: quia in secunda probatione secundæ partis antecedentis licet maior sit vera: tamen minor est falsa: quia pecunia nunc habet rationem precij & non possessionis, nec emens accipit annuum fructum de pecunia data: sed de iure percipiendi annuum fructum, quod ius est merx empta. Secundum verò huius responsionis probatur: quia ex ea fieri possunt duæ rationes. Prima est talis, si peccarent ciues prestando & recipiendo: maximè quia vterum cōtingerent: sed hoc non: quia eorum præstatio cum sit de reuocabiliter non est vera mutuatio. Vsura autem tantum est in vero mutuo. Secunda ratio, illa præstatio est in re, & in æquialentia eadem: cum datione, qua quis dat ciuitati pecuniam pro iure percipiendi annuum

annuum redditum: sed illa datio est licita. igitur etiam illa præstatio, & hę duę rationes sunt tacte in conclusione prima, tertij modi dicendi. Sexta ratio. Ille contractus est licitus, qui habet sequentes quinque conditiones, scilicet quòd exercetur in ciuitatibus notabilibus christianitatis, & a magnis dominis, & religiosis personis, vtriusque sexus, & a doctorib. theologię, ec a personis timentibus eum, de quibus non præsumitur, quòd talem contractum faceręt, qui esset contra salutem animę, & contra propriam famam, sicut est contractus vsurarius. Predicta præstatio cum tali receptione pensionis est huiusmodi: ut patet per experientiam in prædictis tribus ciuitatibus, de quibus titulus præcedentis quæstionis sonat. Huic rationi respondet per tria dicta, quæ applicat minori illius argumenti. Primum, quòd multę sunt ciuitates notabiles in Italia & extra, in quibus non exercetur ille contractus. vt Roma, Mediolanum, Bononia, siue Pernsium, Neapolis. Et extra Italiã. Parisius, Londonia, Tholosa, Brugis, Colonia, Sabina, Gandauum, Arragonia, & alię multę, in quibus nullatenus exerçentur tales contractus, quæ ciuitates libẽter prouiderent commodis suis, sicut iste tres prænominate: si salua conscientia hoc facere possent, & forte nullę reperiuntur in tota christianitate, in quibus exerceantur tales contractus, vel saltem tantum, quantum frequentantur in ciuitatibus antedictis. Secundum dictum, quòd quamuis in prædictis ciuitatib. ciues præstent ciuitati & recipiant pensiones, non tamen omnes sponte præstant, sed multi coactè præstant. Coactos autem non condemnamus: sed sponte præstantes principaliter spe lucri. Et quòd tales sint in illis ciuitatibus minimè mirum est: quoniam etiam multi absque aliquo rubore publicè mutuant ad vsuram. Tertium, q̃ non sequitur, magni domini faciunt prædictum contractum. igitur est licitus: quia etiam magni domini ex titerunt aliquando vsurarij & prædones. Quartum, q̃ religiosi (ut communiter loquendo) non faciunt prædictum contractum: quia non præstant pecuniam ad huiusmodi loca vel montem: sed bene recipiunt fructum annuum prouenientem ex contractu. Vnde modus eorum communiter talis est, q̃ cum aliqui ciues contraxerunt licito modo cum ciuitate prædicto contractu. puta quando coactè præstiterunt, ipsi possessiones vltimis voluntatibus dimittunt huiusmodi annuas pẽsiones religiosis pro elemosyna: volẽtes, quòd deputati ad erogandum pensiones dent eas religiosis. Modo religiosi huiusmodi pẽsiones possunt pro elemosyna recipere, dummodo liberè largiantur eis. Si autem antedicti religiosi prædictam elemosynam, immo tales redditus solicitant habere, & prætendunt ius habere in eis, videant conscientias suas. Nam licet quidam possint ex ipsis impræstitis aliquid recipere vitæ sortem, non tamen omnes, ad quos deueniunt impræstita. proinde si pro fenebri pecunia aliquid datur, puta quia denarij mortis relicti religiosis fuerant a testatore empti, vel sponte in monte positi, non coactè soluti, tunc completa sorte & receptione, talium abstinendum est. Possunt quoque prædicti religiosi quandoque etiam aliter legitimè excusari. Constat enim, quòd nullus efficitur vsurarius, nisi volens recipere aliquid vltra sortem. Si igitur prædicti religiosi non recipiunt illas pecunias, seu elemosynas pro pecunia, quam ibi liberè posuerunt, vel quam sponte emerunt modis antedictis non videntur vsurarij. sed apparet, q̃ recipiant elemosynam iure ipsorum, qui eis iuriditè reliquerunt, & ius suum in eos legitimè transtulerunt licet nõ in quamcunque personam. Hęc responsio deficit in quinque. Primò: quia vbi argumentum magis stringit, non respondet, scilicet pro quanto in maiore & minore assumitur, q̃ ille contractus exercetur a personis timentibus Deum, de quibus non præsumitur &c. Nam si hoc admittatur, & non negetur, minus euadit argumentum, quàm si omnes alię clausulæ maioris & minoris admittantur. Nam alię clausulę non arguunt notabiliter propositũ: quia in notabilibus ciuitatibus & a magistratibus & religiosis, hoc est clausulis & doct. theologię sunt etiam scienter nõ nulla, de quibus certum est, q̃ sunt mortalia. sed a timentibus eum nõ sic: quia ex ipso non essent timentes eum. Vnde opus esset eum dicere, quòd ille contractus a vere timentibus eũ non exercetur. Secundò deficit: quia respondendo primę clausulę minoris dicit, in multis etiam ciuitatibus eos non exerceri, sed per hoc non reuellitur prædicta clausula: quia duę subcontrarię sunt simul verę. Tertiò: quia salua eius sanctitate contratum illius videtur verũ: quia in prædictis ciuitatibus multi ciues a priuatis personis, & etiam a quibusdã communitatibus emũt redditus perpetuos, scilicet pro centum ius percipiendi quinque cum pacto redimendi pro totidem. Modo prædicta præstatio, quæ fit in dictis tribus ciuitatibus non est nisi talis emptio, vel datio precij pro talibus iuribus. solum in hoc differens, q̃ ciues in illa præstatione in redemptione coguntur minus recipere pro precio redemptionis, quàm ipsi exposuerunt in prima emptione, vel præstatione. hoc autem non variat speciẽ contractus, si omnia alia sunt eadem sicut sunt. Nec arguit, quid illicitum in ciuibus, sed si arguit et aliquid illicitum, magis aliquid illicitum arguerer in ipsa ciuitate cogente ciues ad recipiendum tam paruum precium in redemptione. Nam pati iniustum non est iniustum, sic cogi ad recipiendum nimis paruum precium, non est recipientibus peccatum. sed si esset alicui peccatum, ciuitati esset peccatum. sed tamen etiam ciuitas in casibus potest excusari, vt patuit in conclusione septima. Quartò: quia dicit, q̃ multi licitè præstant: vt qui coacti sunt &c. per hoc enim non excludit, quin adhuc ster minor. s. quòd etiam multi sponte præstent spe lucri, & de illis procedit argumẽtum, nec valet, quod dicit, q̃ multi sine rubore exercent vsuras. Nam qui tales sunt, habentur pro sceleratis & malefamatis, ac iure condemnandis hominibus non sicuti de sponte præstantibus prædicto modo. Quintò: quia tantum excusat illos religiosos, qui eas pensiones recipiũt elemosynaliter vice eorum, qui eas met iustè percepisse potuissent. nõ autem eos religiosos, qui per pro prias præstantias sponte principaliter spe lucri factas adepti sunt. & sic condẽnat omnes alios religiosos. & tamen illi alij nonnunquam habentur pro viris timoratis. Vnde aliter dicendum ad illam rationem, quòd non concludit efficaciter intentum suum: quamuis intentum sit verum. Nam maior quò ad quatuor primas clausulas nihil arguit, vt dictum est. Quò verò ad vltimam clausulam maior est vera, si loquatur de verè timentibus Deum timore filiali: sed tunc minor quò ad primam

primam clausulam negarent ab aduersarijs. Vnde solum facit quandam rhetoricam persuasionem: non autem efficacem probationem. Septima ratio. Ecclesia, Papa, cardinales, aliique prælati scientes istos contractus frequentari in ciuitatibus antedictis non processerunt contra eos per admonitiones, reprobationes, & punitiones, tanquam contra exercentes contractus vsurarios. igitur signum est, quòd non sunt illiciti. tenet consequentia: quia da oppositum consequentis: sequitur, quòd prædicti negligentes fuissent circa debitum regimen subditorum, non prouidendo de tanto periculo tot animarum sibi commissarum. Huic rationi respondet negando antecedens: quia ecclesia & Papa per suas constitutiones canonicas reprobant omnem contractũ vsurarium, decernentes tales puniendos esse certis pœnis. Modo prædictos contractus est vsurarius: & sic procedunt contra eos generali processu iuris: quamuis nõ processu speciali & iudiciali. & sic permittit eos aliqualiter, idest, non punit. sicut multa permittit ecclesia. i. non punit. Contra illam responsionem arguitur: quia adhuc argumentum stat, sufficit enim, q̃ antecedens sit verum de processu speciali & iudiciali. igitur signũ est, q̃ tales contractus non sunt vsurarij, seu illiciti. tenet consequentia: quia da oppositum consequentis: iam prædicti essent negligentes circa debitum regimen &c. quia non sufficit pastori, q̃ generaliter reprobet crimina publica subditorum: & per solam dispositionem iuris & statutorum: cum non timetur quod generaliter prohibetur & reprobatur, sed requiritur, q̃ etiam speciali processu contra criminosos procedat exequendo pœnas contentas in statutis: nisi ex magnitudine scandali emergentis ex punitione & processu prælatus exconfetur. prout diffusè habitum est supra, q. 26. & aliis præcedentibus & sequentibus eandem. Hic autem nõ apparet talis emersio scandali. igitur de tam damnosa negligentia arguendi forent. & quamquam cõsequens illud non sit nonnunquam contingens: sed heu multipliciter patens in singularibus prælatis, qui multa punienda transeunt impunita: tamen in ecclesia vniuersali non sic verisimile foret, quin ipsa conciliariter congregata talia reprobasset. sicut sæpe a tempore, quo tales contractus fuerunt incepti, fuit congregata concilialiter. fateor tamen, q̃ hæc septima ratio non sufficienter ostendit intentum: attamẽ aliquo modo persuadet. Octaua ratio. Si prædicti contractus sunt vsurarij: tunc ciues prædictarum ciuitatum frequentantes eos, & asserentes eos esse licitos, asserrent vsurarios contractus esse licitos: sed asserens vsurarium contractum esse licitum, est errans in fide. igitur prædicti ciues essent errantes in fide. consequens est inconueniens: quia tunc ecclesia deberet cõtra eos procedere, sicut contra alios hæreticos, quod est inconueniens. igitur illud, ex quo sequitur, & illud non sequitur, nisi ex eo, q̃ dicerentur prædicti contractus esse vsurarij. igitur exercentes illos non sunt vsurarij dicendi. Huic rationi respondet dupliciter. Primò non admittendo, quòd exercentes prædictos contractus firmiter, seu assertiuè teneant eos esse licitos. & ratio huius est: quia de illis contractibus an sint liciti, sæpe multi spectabiles viri dubitant & inquirunt, & contra taliter contrahentes sæpe est prædicatum. Quomodo igitur eos exercentes firmiter & assertiuè tenerent eos esse licitos. antecedens patuit in generali capitulo Minorum (vt ait. S. Bernardinus) celebrato Florentię anno domini. 1454. ad quod conuenerunt multi valentes viri: inter quos fuit magister Guilelmus de Cremona, vir vtique ingentis scientiæ & magnæ famę. Et tunc etiam ad generalem eiusdem ordinis missi sunt quidam ciues ex parte communitatis instantissimè perorantes, vt materiam istorum mutuorum tractare & declarare vellent pro serenitate conscientiarum suarum: an contractus præfati essent liciti, an non. interrogant etiam de hoc quotidie particulares personæ prædictarum ciuitatum: sicut constat periis religiosis, qui ibi conuersantur: immo contra tales dementes ibidem tempore suo inquit sæpe esse prædicatum, & hoc sustinuit dominium & populus patienter. Secundò respondet, negando sequelam, quam ponit maior: quoniam staret, quòd aliquis teneret prædictos contractus, qui in re sunt vsurati, esse licitos: nec tamen teneret vsurarios contractus: quia negaret prędictos contractus esse vsurarios. Vnde ad veritatem illius sequelæ oporteret, quòd teneret prædictos contractus esse vsurarios, & cum hoc licitos: & tunc erraret in fide. Hec responsio deficit in duobus. Primò quia non sequitur, multi disputant de aliquo, an licitum sit, & multi prædicant, quòd sit illicitum. igitur nulli, vel non multi constanter tenent, vel sentiunt contrarium: vt patet per experientiam in multis materiis scholasticis & moralibus practicis. Multi enim olim dubitarunt, an emptio redditum esset licita, & multi prędicauerunt in contrarium: & tamen econtra multi pro constanti tenuerunt, quòd essent liciti. Secundò quia dato quòd nulli constanter tenerent eos esse licitos: adhuc arguimentum haberet suum processum, quia argueretur, quòd etiam hi, qui probabiliter tenerent eos esse licitos, essent infideles. Nam qui etiam probabiliter tenet, quòd vsurarius cõtractus est licitus, est infidelis, quia probabiliter tenet id, quòd est contra veritatem euangelicam, & contra determinationem ecclesiæ, qui autem dubius est in fide, est infidelis. Vnde aliter respondendum est huic rationi dicendo, quòd causa, quare non concludit hæc ratio, est: quia sequela in maiore posita non valet: vt ostensum est, & ita maior est negandaz nisi maior loqueretur de contractu vsurario materialiter capto, seu non habito pro tali. & hoc non est verum. Nam nonnulli doctores diffiniunt, aliquos contractus esse licitos: qui tamen in re sunt vsurarii, vt patuit. q. 37. sicut etiam quis non cognoscit venientem, quamuis venientem cognoscat. Ex illis igitur patet, quòd nullę ex illis octo rationibus sunt efficaces ad probandum intentum, quamuis intentum sit verum. Attamen quinta ratio potest reduci, vt sit valida, prout patuit: licèt in sua forma, vt iacet, sit inualida. Et hæc de præsenti quæstione.

QVAESTIO XLVI.

Vtrum Mutuantem recipere vltra sortem, seu mutuare ad vsuram, sit in aliquibus casibus licitum, & in eisdem casibus, in quibus est licitum: etiam liceat ei pacisci cum mutuatario super incremento recipiendo. Solutio quæstionis stat in quatuor conclusionibus.

Prima conclusio, multum differunt mutuare ad vsuram, & mutuantem recipere vltra sortem. Probatur, quia mutuare ad vsuram necessariò est mutuare ex intentione, vt aliquid ratione mutui per modum lucri habeatur vltra sortem: vt patet ex diffinitione vsuræ. supra quæst. 22. Sed mutuantem recipere vltra sortem non est necessariò mutuantem habere intentionem recipiendi aliquid ratione mutui per modum lucri vltra sortem: quia stat, quòd mutuans recipiendo a mutuatario aliquid vltra sortem, nunquam intenderit illud tempore mutui: sic quòd illud eum mouerit ad mutuandum. stat etiam, quòd tempore, quo recipit, non recipiat illud ratione mutui, quasi precium mutui: sed tantummodo vt donum liberale. stat etiã, quòd illud, quod recipit, nõ recipiat per modum lucri, sed per modum rei aliàs sibi debitæ: vtpote quia est solutio damni ex mutuo perpessi, vel alterius debiti aliunde contracti ex alio contractu, vel quasi contractu, vel ex maleficio, vel quasi ex maleficio.

Secunda conclusio. in nullo casu est licitum mutuare ad vsuram citra diuinam dispensationem. Probatur, in nullo casu est licitum facere actum lege diuina damnatum citra diuinam dispensationem: sed mutuare ad vsuram est actus lege diuina damnatus, igitur. Maior probatur: quia siquis actus lege diuina est damnatus: tunc eum faciendo facit quis contra legem diuinam. hoc autem est illicitum: quia est peccatum iuxta diffinitionem peccati ab Amb. datam. est dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei. In nullo autem casu licitum est facere illicitum, vel peccatum. Minor probatur. lex diuina. Luc. 6. damnat intentionem recipiendi aliquid ratione mutui per modum lucri vltra sortem. Modo mutuare ad vsuram includit prædictam intentionem: vt patuit in prima conclusione, & latius ibidem patuit. quæst. 21. Si instes more quorundam iuristarum contra maiorem dicendo, quòd occisio hominis est actus lege diuina damnatus, cum dicitur. Non occides: & tamen in multis casibus est licitus actus, vt occisio hominis malefici, vel homicidæ &c. Dicendum, q occisio hominis non est actus lege diuina damnatus, cum dicitur. Non occides: nisi addantur aliquæ determinationes subintellectæ in lege diuina. s. occisio hominis innocentis: vel occisio hominis etiam nocentis facta sine ordine iudiciario, vel a non habente potestatem. & vt sic est actus prohibitus lege diuina, & in nullo casu licitus. Sicut accipere rem nõ est actus lege diuina damnatus: sed oportet addere dicendo tẽ alienam, & inuito domino &c. Sed de illa instantia & eius solutione & aliis argumentis possibilibus fieri cõtra conclusionem & maiorem suæ probationis latius dictum est supra. q. 28. Secundò probatur illa conclusio: quia si esset in aliquo casu licitum mutuare ad vsuram: maximè in casibus tertiæ conclusionis sequentis. sed hoc nõ arguit aliquid: quia licèt in illis casibus mutuanti liceat recipere aliquod incrementum vltra sortem: tamen non recipit illud intendendo illud ratione mutui, vt precium eius & per modum lucri recipere, sed alia ratione: vt patebit ibidem. igitur. Dicitur notanter in conclusione, citra diuinam dispensationem: quia si Deus dispensaret cum aliquo super mutuo ad vsuram: concedendo ei licentiam exercendi vsuram (sicut Deus posset) iam non esset ei illicitum. sicut posset dispensare cum aliquo, quòd occisio hominis innocẽtis non esset illicita.

Tertia conclusio, in multis casibus licitum est mutuanti recipere vltra sortem, probatur enumerando quattuordecim casus, quorum duodecim primi comprehenduntur in his quattuor versibus.

Feuda, fideiussor pro dote, stipendia cleri.
Vendicio fructus, cui velles iure nocere.
Vendens sub dubio precium post tempora soluens.
Pœna nec in fraudem legis commissoria gratis.
Dans socijs: pompa: plus sorte: modis datur istis.

Attamen nõ in omnibus illis modis est vera mutuatio vt patebit. Primus igitur casus est, quando ecclesia mutuat aliquid suo vasallo: & pro illo mutuo pignorat ecclesiæ id, quod in feudum ab eadem habet. Tunc. n. ecclesia potest vltra sortẽ mutuatã interim percipere fructus feudi, non cõputando eos in sortẽ. Sed de hoc casu, quomodo habeat veritatẽ, & an ẽt habeat locũ in laico recipiente a vasallo suo feudũ in pignus, patuit supra q. 32. conclusione tertia. Secundus casus est in fideiussore mutuante debitori, pro quo fideiussit. & de hoc possunt poni quinq; exempla. Primum est. ego sum debitor Petri in centũ, & Paulus est fideiussor meus. adueniente termino solutionis ego non soluo debitum, & Paulus fideiussor cogitur soluere debitum, & quia Paulus non habet pecuniam. igitur cogitur eam mutuò accipere: & non inuenit aliquem, qui sibi velit mutuare gratis. sed tantum inuenit, qui sibi sub vsuris mutuet. itaq; accipit pecuniã mutuò ab vsurario dando quinq; de centum, & satisfacit Petro pro me hoc modo, Paulus censetur mihi mutuasse centum pro quanto eos meo nomine dat Petro, & illos centum potest a me exigere tanquam sortem mihi mutuatam, & vltra illam sortem etiam potest exigere a me illa quinq; quæ compulsus fuit dare vsurario. Nam ego per meã negligentiã præstiti Paulo occasionẽ incurrendi illud dãnum. s. quinque flor. quos coactus fuit dare vsurario. ideo damnum illud dedi, & per consequens refundere sibi debeo, & ita Paulus quinq; exigere a me poterit. Dixi notanter, quòd Paulus non potuit habere centum, nisi eos acciperet sub vsuris: quia si graris, vel sine tali damno potuisset habuisse, & non studuisset sic habere: sed ex inertia sua statim sub vsuris accepisset: non esset illud damnum datum fideiussori: sed propria inertia acceptum. ideo debitor illud sibi refundere non tenetur. Secundum exemplum. Si idem Paulus non recepisset centum sub vsuris ab vsurario, sed cum ipsam pecuniam habere non poterat, ipse res proprias vendidit, vt haberet solutionem facere: & quia emptores habere non potuit, qui precium condignum darent, ideo compulsus fuit vendere: puta pro centũ flor. quæ tamen valebant centum & quinq: tunc enim Paulus damnum perpessus, scilicet quinq; flor. poterit exigere a me vltra centum, quæ mihi mutuauit. Et hæc duo exempla fundantur in cap. peruenit. & in cap. constitutus. extra, de fideiuss. Tertium exemplum est. si idem Paulus habuit illa centum: sed iam vti eis volebat in mercantijs, in quibus verisimiliter erat multum lucraturus. Hoc autem lucro cogetur carere propter hoc, q in termino solutionis cogitur pro me satisfacere: tunc enim poterit Paulus a me exigere vltra sortem mutuatam, etiam tantum, quantum fuit illud lucrum cessans,

cessans, seruatis conditionibus tactis in quæst. 30. De hoc tertio exemplo, & de duobus præcedentibus etiam habitum est supra eadem quæstione. & ibi require conditiones singulorum. Quartum exemplum, si Petrus, cui debeo centum, passus est ex mora meæ solutionis dannum in quinque. & Paulus soluendo tandem pro me soluit centum pro sorte, & quinque pro interesse Petri: talis poterit a me vltra centum exigere etiã quinque. Quintum exemplum est trimembre, & est. Si ego debeo Petro centum, quæ ipse mihi mutuauit sub vsuris quinque flor. quos etiam pollicitus sum sibi soluere, & Paulus, qui est fideiussor meus, obligauit se ad soluendum: non solum sortem, quam debeo Petro: sed etiam mandato meo obligauit se nominatim ad vsuras prædictas soluendas creditori super hoc præstito iuramento, saltem quando fideiussor non potuit petere absolutionem a iuramento: fideiussor poterit a me exigere solutionem tam sortis mihi per eum mutuatæ, quàm etiam vsurarum pro me solutarum. Circa hoc tamen primum membrum sunt opiniones: sed de illis alibi. Similiter si idem Paulus non iurasset Petro illas vsuras soluere: sed debitor iurasset fideiussori indemnitatem. Similiter & tertiò. Si Paulus neutrum iurasset: attamen aliàs propter pignora data, vel aliam causam debitori fuisset expediens vsuras pro eo solui per fideiussorem. Quare autem notanter dicatur in hoc quinto exemplo: si fideiussor obligauit se nominatim ad vsuras, & præstito iuramento &c. alibi habet videri: quia multi sunt casus, in quibus fideiussor si vltra sortem, pro qua fideiussisset, soluisset vsuras, non posset eas repetere a debitore: quamuis a creditore, sed hoc ad tractatum restitutionis pertinet. Circa tamen hoc nota, quòd quartum & quintum exempla non sunt ita propriè loquendo exempla de casu, in quo mutuanti licet recipere vltra sortem, sicut tria prima: quia in quarto & quinto exemplis licet fideiussor soluendo pro debitore forte, qua tenetur creditori, dicatur mutuasse debitori: tamen non solum illud, quo soluit sortem debitam, censetur ei mutuasse: sed etiam censetur illud ei mutuasse, quod vltra sortem debitam pro eo soluit. ita quòd aggregatum ex vtroque vocatur sors mutuata debitori per fideiussorem. & ideo si fideiussor non dicitur propriè recipere vltra sortem mutuatam, sed duntaxat sortem mutuatam. Secus autem in tribus primis exemplis. Tertius casus est in genero, qui censetur suo socero mutuare tantundem, quanta est dos sibi a socero promissa: si socero existente obligato ad soluendum statim dotem genero: gener expectat socerum, & interim quo socer differt solutionem dotis, gener recipit fructus alicuius possessionis sibi a socero pignoratæ, non computando illos in sortem dotis. Nam tunc gener recipit vltra sortem mutuatam a socero, sed non ratione mutuationis, vel expectationis: sed ratione interesse, & de hoc casu latius habitum est in quæstio. 35. Quartus casus in clerico. Nam si laicus iniustè tenet aliquam possessionem. vide illum casum latius supra quæstion. 32. conclusione secunda, vbi etiam extenditur ad laicum respectu laici. Quintus casus est in vendente fructus alicuius prædij, vel possessionis prouenturos per duos vel tres annos. Nam post illos annos recipit suum prædium, vel possessionem tanquam sortem: & nihilominus vltra tandem interim percepit precium pro fructibus venditis. Attamen hic casus non est exemplũ, vbi mutuans recipit vltra sortem. Nam vendens fructus prædij prædicto modo non mutuat aliquid emptori: sed cum emptore contrahit contractu venditionis fructuum, qui est distinctus a contractu mutui: quia illos fructus non vult sibi restitui in numero, nec in specie, vel genere, sed vult rem alterius generis, scilicet precium pro eis tradi, potest etiam dici contrahere contractu locationis prædij cum eo, pro quanto transfert ius vtendi & fruendi fructibus prædii retento sibi dominio, vel proprietate prædij: dummodo pecunia sit tradenda nomine principio simul: sed per partes & annuatim vel annuo. Præterea etiam siue illo, siue alio contractu ei eo contrahat: non tamen dicitur propriè vltra sortem recipere: quia quamuis sortem tandem rehabebit venditor fructuum, & cum hoc precium fructuum: non tamen est illud precium cõsendum esse quid vltra sortẽ: quia precium est loco fructũ. fructus autem non censendi quid vltra sortem: quia prædium virtualiter includit fructus. Nam cum quis emit prædiũ, inspicit eius fertilitatem, ita q soluendo preciũ pro prædio: ẽ soluit precium. s. m eius virtualẽ continentiã fructuum futurorũ. Et ideo ille casus nec est de hoc, vbi mutuans recipit vltra sortẽ: nec vbi alter contrahens recipit vltra sortem: sed tñ eequo aliqualiter videtur venditor recipere vltra sortem, s. considerando sortẽ formaliter & non m. sua virtualem continentiã. tõ consimiliter ille casus alijs. Aliqui aliter explanãt illum quintũ casum dicentes, q quintus casus est, in quo quis emit fructus castri, vel villæ pro certo precio, & plus satis accipit de fructibus, quam fuerit precium: ille inquam licitè recipit, & excusatur ratione incertitudinis, & rõne illius excusatur a restitutione illius pluris. Sed illa explanatio non videtur valere: quia quintus casus, vt in versu supra dictum est, est venditio non autem emptio: tamen illa explanatio sonat. Secundò etiam deficit illa explanatio: quia quamuis uerũ sit, q fructus, quos talis emptor licitè percipiet, sint maioris valoris quàm fuerit precium, si illi fructus simul acciperentur: non tamen sunt maioris valoris, quando seorsum & particulatim per longa interualla temporum recipiuntur. quomodo nõ sunt maioris valoris quàm precium: imputa emptor dat centum flor. pro prouentibus alicuius prædij imperpetuum recipiendis, & recipit annuatim prouentus quinq; flo. tandem lapsis. 20. annis locauit centum flo. & postea singulis annis nihilominus leuabit. v. flo. nunquam tamen illi centum sic particulatim leuati æquabuntur. 100. flor. quos simul per modum precij tradidit: immo centum particulatim per viginti annos recepti etiam si accipiantur cum annuis quinque flo. postea recipiendis tantum æquiualebunt precio, nisi conferuentur simul usq; tũc. Præterea annui. v. flor. non sunt quid ultra sortem, sed sunt quid inclusum in sorte: quia fors empta est ius percipiendi annuos quinq;. ideo percipiendo per quantũcunq; magnũ tẽpus. v. flor. annuos semper non percipiet nisi fructũ sortis: sicut ille, qui de agro empto percipit imperpetuũ fructus, qui simul cõportati longè essent maioris valoris quàm fuerat precium. Præterea etiam & tertiò, si hæc explanatio loquatur de illo, qui fructus emit simul percipiendos: qui tamen percepti excedunt quantitatẽ pecij, ad-

huc non est ad propositum: quia quamuis tūc recipiat meliorem mercem, quàm fuerit precium: non tamen dicitur vltra sortem recipere: sed vltra condignum: vnde nec licitè recipit, si scienter sic emit: alio nesciente qui si sciret non sic venderet: tunc enim interuenit dolus & deceptio ex animo, nec retinere potest illud plus. Quid autem si sine dolo sic emit: latius dicentur hæc & alia in q. 58. Sine igitur primo modo, sive secundo modo explanetur quintus casus: non est casus, vbi mutuans recipit vltra sortem: sed nec etiam propriè loquendo, vbi vendens, vel emens recipit vltra sortem: sed tantum per quandam similitudinem, vel apparentiam. Sextus casus est, quando quis mutuat hosti suo iniusto: & recipit ab eo vltra sortem, qui casus plenè tractatus est supra q. 42. Septimus casus est, siquis frumenta, vel alias merces, quas habet, non est nunc venditurus: sed reseruaturus ad aliud tempus, in quo secundum cursum communem maius precium leuare potest: attamen ipse illas proximo suo nunc petenti sibi vendi motus pietate nunc vendit, eo quòd proximus indiget nunc eisdem. Attamen vt se conseruet indemnem vendit pro precio maiori, quàm nunc valeat: non tamen ita immoderato, quin verisimiliter tempore solutionis mera sit maius, vel tantundem valitura: licèt etiam quandoque minus, & expectet eum de solutione: iam censetur mutuasse proximo suo, scilicet emptori, eo quòd expectat precium, quod emptor sibi iam deberet dare, sicut & venditor iam ei tradidit merem: & tamen ab emptore, qui est etiam suus mutuatarius, recipit vltra sortem: pro quanto recipit ab eo vltra quantitatem precij nunc currentis, & hoc licitè facit, quia illud existens vltra non recipit ratione mutui: seu quod idem est ratione dilationis precij: quia aliàs proposuerat merc non vendere, & per consequens non recipere precium nisi in illo futuro tempore, & mallet potius, quòd alius non emeret nunc: sed dimitteret mercem apud eum vsque ad illud futurum tempus, in quo proposuerat vendere: quia tunc maius precium, vel saltem tantundem esset habiturus, quamuis etiam staret, quòd minus esset habiturus: tūc enim ratione dubij excusatur, si tempore solutionis res illa in effectu minus valebit, quàm ipse determinauerat. Quod enim nunc vendit proximo, cum non esset venditurus: nunc est pietatis vt succurrat eidem, qui nunc illa re indiget, quod autem vēdit sibi pro maiori, quàm nunc valeat, est cautelæ, vt propriæ prouideat indemnitati: quia si venderet pro precio nunc currenti, priuaretur illo lucro, quo plus valebit in tempore futuro destinato, & illo lucro non tenebatur carere propter proximi indigentiam, eo quòd indigentia non erat tanta, quòd teneretur ei mutuare cum præiudicio proprij lucri, & quòd ille casus sit licitus, fundatur in canone anti. extra. de vsuris. Sed propriè loquendo ille casus non est exemplum de hoc, quòd mutuans recipiat vltra sortem mutuatam, quamuis ibi sit vera mutuatio implicita: vt patuit. Nam quamuis venditione facta venditor censeatur mutuare emptori pro quanto expectat ei de solutione precij: quia expectare precium est mutuare: tamen non solum expectat ei de nouo, quantum est precium, pro quo res nunc currit: sed etiam de toto precio, pro quo vendit sibi merem. & ideo recipiendo tantum precium non censetur recipere nisi sortem mutuatam, & non quid vltra, sed quia habet aliqualem speciem quasi mutuans recepit vltra sortem: ideo connumeratur aliis casibus: recipit enim vltra quàm merx nunc valeat: licet non vltra, quàm valitura est pro tempore destinato. Octauus casus tangitur, cum dicitur: precium post tempora solutionis. & est quando mutuatarius non soluit mutuatori in termino sibi præfixo, & occasione moræ & negligentiæ mutuator patitur interesse damni emergentis: vt quia cogitur alibi sub vsuris accipere, vel res suas vilius distrahere, quàm dignum sit: aut cogitur carere lucro, qd verisimiliter habuisset, si sors sibi restituta fuisset. Nam tunc mutuator licitè exigit quid vltra sortem pro refusione illius interesse stantibus conditionibus dictis in q. 30. Nonus casus, quando quis mutuat alicui cum pacto, quòd si non soluat in termino præfixo sortem, quòd vltra sortem soluat aliquid nomine pœnæ. Et mutuans maller, q mutuatarius soluereet in termino præfixo, & euitaret pœnam, quàm quòd negligeret, & ipse reciperet pœnam. Vnde apponit illam pœnam, vt eius meta mutuatarius faciat solutionem in termino præfixo. Nam tunc mutuans licitè recipit illam pœnam vltra sortem saluis quibusdam conditionibus. & de hoc casu sufficienter dictum est in q. 31. de triplici pœna. Decimus casus, qui tangitur cum dicitur, lex commissoria est. Si ego vendo tibi fundum iusto precio: ea tamen lege & conditione, vt quandocunque soluero tibi precium, quod mihi dediisti, fundus ad me reuertatur: tandem cum redemero fundū, tū rehabebis precium, & nihilominus vltra precium retinebis fructus fundi interea perceptos. Sed hic casus non est exemplum, vbi mutuans recipit vltra sortem, & declara sicut in quinto casu dixi. Nec etiam præ dictus emens propriè vltra sortem recipit, & hoc declara, vt in quinto casu dictum est. Præterea etiam illa clausula sic declarata coincidit cum quinto casu, vel saltem sub eo comprehendi potest, vel ad ipsum reduci. Ideo videretur posse dici, quòd lex commissoria respiceret casum immediate præcedentem, scilicet quando a mutuante recipitur vltra sortem aliquid nomine pœnæ, eo quòd mutuatarius commisit propter negligentiam: & sic meruit pœnam. Ideo in verſu nō videtur debere stare lex in nominatiuo, sed legis, & construi cum frandē. & commissoria in nominatiuo debet poni & construi cum pœna: vt sit sensus, quādo accipitur aliquid ut pœna commissoria: quæ tamen non est excogitata in fraudem legis prohibentis vsuras. Decimus igitur casus est, qñ quis sine vlla intentione lucri mutuat: & mutuatarius vltra sortem dat aliquid mutuatori ex mera liberalitate: & mutuator etiam tali intentione recipit & non aliter: tunc nō peccat mutuator. Et de hoc casu & eius conditionibus est habitum q. 29. Vndecimus casus tāgitur cum dicitur: dans socijs, & est quando quis alteri tradit pecuniam non abdicando eam a se: sed communicando sibi eam per contractum societatis: tunc enim dans participabit lucrum ex ea prouenientes: & tamen si nita societate rehabebit capitale, etiam aliquando totaliter: prout latius patebit q. 43. & sequentibus, sed nec illud est exemplum ubi ultra sortem mutuatam recipitur: quia sors socialiter cōmunicata differt lōgē a sorte mutuata: vt ibidem patebit. Duodecimus casus tangitur cum dicitur, pompa, & est. Siquis concedat alicui pecuniam, non vt distrahat eam: sed vt ea vtatur ad ostentationem, vel pompam scilicet quatenus mutuatarius credatur dives, & per consequens vt creditores sui non dubitent de eo, vel vt per hoc acquirat diuitem vxorem, vel vt deputatis diuitijs habeat gloriam, vel huiusmodi. tale citra peccatum vsuræ potest vltra illam pecuniam, cum sibi restituitur, recipere pro illa pecunia ei concessa. Et dicitur notanter citra peccatum vsuræ: quia non oportet concedentem prædicto modo excusare ab omni peccato. Nam sicut ille, qui recipit ab eo pecuniam, & ea vtitur ad ostentationem, vel pompam: peccat pro quanto intendit vanam gloriam assequi, vel pro quanto intendit fallere gestiendo se diuitem illam pecuniam esse simpliciter suam, quod est mentiri in opere, quod aliàs dicitur simulatio. sic etiā ille, qui ei ad talem vsum concedit, cooperatur peccato illius, & per consequens peccat, sed non peccato vsuræ: quia ipsum incrementum non recipit ratione mutui: sed alia ratione. Nec oportet, quòd illa pecunia concessa sit consignata: nam siue sit consignata, sive numerata: si tantum ad ostentationem ei concedatur, non erit vsura, si concedens aliquid inde recipiat. Sed ille casus non est propriè exemplum de hoc, quòd mutuans liceat recipere aliquid vltra sortem: quia in hoc casu concedens non dicitur mutuare, sed locare: quia mutuare est eo modo cedere rem vsu consumptibilem, ad vsum talem, qui est eius consumptio. modò licet pecunia concessa sit res vsu consumptibilis, puta quando distrahitur: tamen non concessit eam ei ad illum vsum: sed ad ostentationem, vt eam, scilicet manibus suis contrectet, vel in tabula suæ apothecæ teneat. hoc autem est rei eam locare: quia est rem quo ad vsum, qui non est vsi consumptio, transferre in alium retento sibi dominio, & proprietate: sicut si quis vasa argentea, vel aurea alteri concederet, vt indo biberet: non autem vt ea permoueret, vel vendat: licitè recipit de hoc eorum, vsu precium. Vnde sicut pro primario vsu pecuniæ, qui est eius distinctio, nihil licet recipere: sed bene pro secundario vsu, ad quem de per se non est ordinata, licet quid recipere: sic econtra pro primario vsu valorum, qui est ex eis bibere, vel comedere. licèt recipere: non autem pro secundario vsu, qui est eis uti ad commutationes: quia tunc concederentur ad vsum, qui est eorum consumptio: & sic essent res mutuatæ.

Circa igitur hos. 12. casus patet, quòd aut in eis non est vera mutuatio in recipiente vltra sortem: vt in vers. 11. & 12: Aut si est vera mutuatio, sicut est in alijs, tunc aut recipit illud vt donum: vt in decimo, aut si non vt donum: tunc recipit illud non ratione mutui impensi, sed ut sibi aliàs debitum: vtputa est sibi debitum, vel ratione alterius contractus precedentis, scilicet concessionis feudalis, ut in primo casu. aut ratione damni emergentis ex mutuo, vel lucri cessantis ex eodem, ut in secundo, tertio, & octauo casu, & etiam in nono: quia quod licitè nomine pœnæ recipitur, reducitur ad id, quod recipitur, pro interesse, eò quòd pœnale est. & per consequens damnosum carere sorte. ideo in refusionem illius damni pœna recipitur. aut est sibi debitum ratione maleficij, quo mutuatarius mutuantem damnificauit iniustè: & sibi aliter satisfieri non potest, ut in sexto. Aut est sibi debitum: quia est fructus proueniens de re sua propria iniustè ab aliquo occupata: vt in quarto. Et sic industriè patet, quòd in nullo illorum casuum mutuans recipit ratione mutui aliquid sibi indebitum ultra sortem. & idem eodem modo etiā in sequentibus patebit. Tertiusdecimus casus est, siquis occasione mutuandi cogitur subire laborem: & ita ultra sortem mutuatam recipit aliquid a mutuatario, non pro re mutuata, vel concessione illius rei: sed pro labore, quem habuit in numerando pecuniā, quam sibi mutuare nolebat, utputa: quia centum milia librarum in minuta moneta mutuare habet, quæ numerario utique est laboriosa. Pro illo itaque labore, quem per se, vel famulum suum impendit mutuatario, exigit aliquid tanquam precium suarum operarum. Similiter si mutuans cogeretur rem mutuandam ut pecuniam, blada vel vina in alio loco afferre & præsentare mutuatario, posset pro illo itinere, vel apportatione aliquid recipere. Nam mutuatarius etiam teneretur quid dare ei, qui illa non mutuaret sibi: sed tantum afferret, vel numeraret. Caueat tamen mutuans a specie mali, quamuis in ueritate pro operis numerationis, vel apportationis duntaxat quid reciperet, ne uideatur pro mutuo recipere: sicut talis suspicio & præsumptio accidere posset: maximè contra eum, si aliàs consuuisset ad usuras publicè mutuare, vel eadem mutuando palliare. Similiter accidere posset, si non notabiliter laboriosa esset nunc ratio vel apportatio: tunc enim a peccato propriæ infamationis, aut scā deli non excusaretur, quamuis a peccato usuræ multo magis caueat, ne se dicat pro operis suis recipere, cum in ueritate pro mutuo recipiat: iam enim mentiretur iniquitas sibi. Quartusdecimus casus est, siquis mutuat, & ultra hoc suscipit etiam in se periculum rei mutuatæ, quod periculum tamen aliàs spectaret de iure ad mutuatarium, & ita recipiat quid ultra sortem ratione illius susceptionis periculi: non autem ratione mutui impensi. Et ille casus sufficienter est habitus cum suis circunstantijs quæst. 39. Circa illum casum potest etiam poni exemplum in fideiussore, pro quanto fideiussor etiam est mutuans debitori, pro quo fideiubet, quando obligat se pro eo deficiente soluendum affecurando de hoc creditorem. Et si quid exigit a debitore pro illa securitate, quam pro eo dat: iam ab eo exigit aliquid ultra sortem sibi mutuandam eidem, sed non exigit pro mutuo sibi impenso, nec impendendo: sed pro hoc quòd pro eo securitatem præstitit subiens periculum. Vel ponatur exemplum sic, & redit in idem. tu suscipis pecuniam mutuò ab aliquo qua in diges: & ego satisfio pro te, ideò, promitto illi indemnitatem, quòd te illi non satisfaciente ego ei satisfaciam, de quo facio ei scripturam securitatis prædictæ cum hoc pacto, quòd de hac mea securitate quam pro te facio: teneatis mihi dare duos flor. pro centum. Attamen hic casus non est indistincte licitus. ideo notanda sunt super hoc ea quæ dicta sunt supra, quæstion. 40.

Quarta conclusio. non in omni casu, in quo licet mutuanti recipere ultra sortem: licet etiam ei pacisci cum mutuatario super tali incremento recipiendo. probatur: nam fallit in undecimo casu, ubi mutuanti licitum est aliquid per modum doni recipere a mutuatario: & tamen non liceret sibi pacisci cū eo super illo

quia iam ex mutuo vellet mercenarium sibi esse non tantum naturaliter: sed etiam ciuiliter obligatum ad aliquid donandum. Modo illa ciuilis obligatio est quid estimabile precio & sibi indebitum. igitur &c. Secundò quia dato, quòd in alijs casibus liceat quantum est de per se mutuanti pacisci modo prædicto: tamen de per accidens sæpe hoc posset sibi fieri illicitum, scilicet ratione infamationis, vel scandali inde emergentis, vtputa quando illud pacisci haberet speciem mali inducentem præsumptionem contra mutuantem de vsuraria prauitate, vt satis de illis presumptionibus patuit. q. 30. & 31. multis sequentibus. Etsi arguatur. Siquis haberet mercem, cuius iusti precij latitudo esset. 20. & 21. & etiam. 24. & vēderet eam vni pro. 20. ad propriam pecuniam & alteri ad credendum pro. 22. tale iam mutuaret in hoc, quòd secundo emptori differret solutionem precij: & tales vltra sortem scilicet. 20. pro quibus vendidisset ei si non ei credidisset ad terminū: accipit duos, & sīat quòd nullum interesse patitur ex dilatione, ratione cuius valeat accipere vltra. 20. & tamen licitè hæc accipit: quia non accipit nisi iustum precium. igitur in aliquo casu est vsura licita. Dicendum, quòd si talis accipit duos vltra. 20. ratione mercis præcisè, quæ valet tantundem, non peccat: quia non ratione dilationis eos accipit, nec accipit eos vltra sortem mercis, nec sors mutuata vel dilata est solum. 20. sed est. 22. Si autem acciperet duos vltra. 20. ratione dilationis, & sic ratione mutui: tunc peccat peccato vsuræ: quia etsi illi duo sint recognibiles etiam iustè per eum: non tamen per illam viam & illo respectu. & sic iniustè accipit illud, quod sine illa via & respectu iustè possit alia via recipere & alio respectu: sicut celebrans potest decem accipere vt stipendium, vel donum. & tamen etiam vnum obolum non posset accipere vt precium.

QVAESTIO XLVII.

Vtrum Petere atque recipere mutuum sub vsuris sit semper licitum, vel semper illicitum. Solutio quæstionis stat in tribus conclusionibus, & trium argumentorum solutionibus.

Prima conclusio concurrentibus tribus conditionibus licitum est petere mutuum sub vsuris. Prima, quod petens iusta necessitate ducatur & honesta indigentia indigeat mutuo, & sic oportet quòd sit debita causa in petente. & per necessitatem iustam non intelligitur solum necessitas extrema, vel absoluta necessitas: sed etiam necessitas congruentis & decentis vsitatis, quomodo etiam illud mutuum dicitur necessarium homini, quo indiget ad hoc, vt exerceat negocia sua, quorum exercitio indiget, vt decenter viuat, sic quòd nisi illa exerceret, non posset competenter habere statum & victum. Et per contrarium illud mutuum non dicitur necessarium homini, quo non indiget nisi ad aggregandum superfluas diuitias, vel ad pompas, ludos, & huiusmodi. Secunda conditio, quòd in petendo mutuum sub vsuris sua petitio (quæ vtique est quædam volitio & desiderium) non cadat super vtrumque, scilicet super dationem mutui, & super voluntionem, & intentionem vsuræ recipiendæ per mutuatorem sic scilicet, quòd petat, quòd alius sibi mutuet, & etiam quòd ille alius ab eo velit vsuras recipere; immo petitio tantum debet cadere super dationem mutui: hanc enim dationem mutui sibi fiendam licitum est desiderare, non autem ei est licitum desiderare volitionem vsuræ in mutuatore. Tertia conditio, quòd non solum petitio eius non debet cadere super secundum: sed etiam non debet se offerre ad sustinendum illud secundum, scilicet ad sustinendum exactionem & receptionem vsuræ, seu (quod idem est) non deber inter petendum mutuum se offerre ad dandum vsuras. & hoc si illam aptitudinem occasionandi petens mutuum scit, vel scire debet de illa oblatione. Probatur igitur conclusio sic: quia si stantibus illis conditionibus nō esset ei licitum petere mutuum sub vsuris: maximè quia peccaret altero illorum duorum peccatorum, scilicet aut quia veller peccatum proximi, eo quòd desideraret mutuum sub vsuris sibi impendi, quod est peccatum: aut quia scandalizaret proximum, ideſt, occasionaret eum ad ruinam peccati, eo quòd se offerret datorum sibi lucrum vsurarium, quod est allicere ad peccatum corruptæ mutuationis. Sed neutrum illorum hic habet locum. non primum: quia illud excluditur per secundam conditionem, qua stante non desideraret nisi accipere mutuum, & alium illud sibi dare, quod vtique est licitum: tam actiuè, quàm passiuè captum: & non desideret, quòd mutuans intendat vsuras ab eo recipere: sed tantum vult sibi vsuras dare. dare autem vsuras non est illicitum, quamuis recipere sit illicitum: sicut inuasum dare raptori res suas non est illicitum, quamquam raptori sit illicitum eas accipere. Nec secundum habet locum: quia excluditur per tertiam conditionem: hoc.n. stante petens non offert se etiam ad dandum vsuras, nec dario oblata est scandalum. Secundò probatur sic. minus licèt petere, vel exigere iuramentum per idola fiendum a proximo, quàm liceat petere mutuum sub vsuris a proximo: quia quamuis tam mutuans sub vsuris peccet mortaliter, quàm etiam iurans per idola: tamen quia iurans per idola veneratur idola. venerari autē idola est maius peccatum, quàm mutuare sub vsuris: quia est peccatum in Deum immediate: aliud autem immediate in proximū tantum. ideo grauius mortale est iurare per idola, quàm mutuare sub vsuris. Et tamen si prædictæ tres conditiones suo modo seruentur in petente iuramentum per idola licitum erit petere ipsum. Nam si fideles ineant pro bono reipub. christianorum fœdus cum infidelibus: sicut fecit Iudas Machabeus cum Romanis: & vt eo firmius seruetur fœdus exigant ab eis iuramentum: & cum sciant eos non sine idolis esse iuraturos, offerant inter petendum iuramentum se recepturos, non habentes complacentiam de infidelium iuratione per idola: sed tantum cōsentientes in receptionem iuramenti, non quidem vt taliter facti vel fiendi per eos: immo detestantes prestationem iuramenti taliter facti, quamuis placeat ipsa ratio in se. Insuper etiam sciant fideles, quòd sua oblatione recipiendi tale iuramentum non præstabunt

vllam

vllam occasionem infidelibus ad iuramentum taliter fiendum, eo q infideles sua malitia præconceperunt se non aliter iuraturos. In hoc inquam casu non peccabit fideles exemplo Iudę machabei & aliorum sanctorum principum. igitur etiam si prædictæ tres conditiones seruentur in petente mutuum sub vsuris: non peccabit petens. tenet consequentia per locum a minori &c.

Secunda conclusio. Quæcunque harum conditionum defecerit non erit licitum petere mutuum sub vsuris. Probatur. Nam si prima desit, peccabit petens. vtputa. Petens non solum non indiget nisi ad peccata perpetranda. vtputa ad ludos, commessationes crapulosas, ad fortundum, sed etiam non indiget nisi ad aggregandum diuitias, quibus non indiget pro decentia status sui. probatur. Quia dato quòd aliæ duæ conditiones adessent, vtputa, sua petitio non caderet super vtrumque: sed tantum super primo, & solum offerret se ad sustinendum secundum. & etiam illa oblatio non esset ex se, vel supposita infirmitate alterius scilicet petiti nata occasionare petitum ad lapsum in corruptam mutuationem, immo petitus prius habitu vel actu proponebat: non nisi sub vsuris mutuare petentibus, vel saltem si non prius proposuerat: attamen nunc non ex infirmitate: sed ex propria malitia sumit occasionem corruptæ mutuationis. Si inquam hæ conditiones adessent: tamen cum non habeat iustam causam petendi; & tamen petit, proponit proximo materiam, de qua proximus sumit occasionem peccati. Modo non solū peccat ille, qui dat alij occasionem peccādi: sed ēt qui proponit alteri materiā, vnde ille alter sumit sibi ipsi materiā, de qua proximus occasionē peccandi: si proponens illam materiam scienter & absque iusta causa & necessitate proponat eandem sciens, vel probabiliter coijciens, vel considerare, aut probabiliter formidare debens, quòd alius inde sumet occasionem: quamquam illud sumere prouenireat ex malitia & mala dispositione habituali eius. Hoc assumptum probatur exemplariter. Nam si mulier crediti aliquem ex malitia habitus & non præcisè ex infirmitate dispositum ad concupiscendum eam si se ei præsentet: & ni hilominus illa credulitate stante præsentet se ei non habens iustam causam & necessitatem illuc eundi, peccabit: quia non fideliter agit cum proximo contra illud. Vaiciuique mandauit Deus de proximo suo. Eccl. 18. Secundum rectam rationem deberet velle, quòd si bi ab illo altero non proponeretur talis materia, a qua propositione alius optimè posset superfedere, cum nullam iustam causam, vel necessitatem haberet ea propo nendi. Similiter si sola secunda conditio desit, peccabit: & hoc mortaliter: quia quicunque vult & desiderat peccatum mortale in se vel in proximo peccat mortaliter. Modo si secunda conditio desit, etiam aliis cōcurrentibus petens vult & desiderat peccatum mortale proximi: quia vult non tantum mutuationem actiuam proximi sibi fieri: sed etiam vult, q proximus intendat recipere ab eo vsuras, quod intendere & recipere vtique est mortale. igitur. Similiter si sola tertia desit, peccabit petens, & hoc mortaliter. Nam quicunque dat occasionem proximo peccandi mortaliter, peccat mortaliter. Modo si tertia conditio desit: petens dat occasionem proximo peccandi mortaliter: ita q nō præcisè proximus eam accipit: quia dato quòd illa oblatio se sola non esset nata occasionare ruinam in proximo; tamen supposita infirmitate proximi nata est eum occasionare ad ruinam. Immo tertia conditio non potest deesse, quinetiam secunda, etsi non verè tamen interpretatiuè desit: quia si petens scandalizat proximum: tunc ex quo suus actus est occasio dare alteri ad peccatum. ideo sicut vult suum actum: ita etiam Deus interpretabitur eum velle consequens ex eo, scilicet intentionem & volitionem corruptam in proximo.

Tertia conclusio. Petere mutuum absolute, ideſt, non petendo recipi a se vsuras: & etiam non offerendo se inter petendum ad soluendum vsuras, non est illicitum, si petens audita responsione petiti dicentis non velle nisi sub vsuris mutuare, offerat se ad soluendum vsuras, & hoc stantibus solum primis duabus conditionibus: quia tunc non placet intentio corrupta petiti: sed tantum placet sibi, seu vult sustinere iniustam exactionem. Velle autem iniustam exactionem sustinere a proximo, non est iniustum seu peccatum: sicut tamen est peccatum velle, quòd proximus agat secum iniustè: quia tunc etiam consentit iniustum facienti: & sic non solum patitur iniustum, sed etiam coagit. Vnde grauiter peccat, qui dicit proximo: occide me, vel percute me inocitans, vel etiam desiderans vt proximus eum percutiat, vel occidat: quia vult peccatum proximi. nec etiam prædictus talis petens peccat peccato scādali, faciendo eum sibi in peccatum mutuationis vsuriariæ: quia petitus prælapsus fuit in illud, antequam petens se offerret ad soluendum vsuras. Nec oportet dicere tertiam requiri: quia taliter formatur casus, quòd petens non obtulerit se ad soluendum vsuras oblatione præcedente lapsum petiti. Si autē altera dilarum deesset: tunc etiam absolutè petens peccaret: postea quando ad responsum petiti offerret se ad soluendum vsuras. Nam si nullam causam iustam haber: tunc supersedere potest tam a receptione mutui, quàm ab illa oblatione, qua se offert ad illud, quo mediante actus interior proximi damnatus complebitur & consummabitur per actum exteriorem. Nam vtique grauius sæpe peccat proximus quando malam intentionem, vel exactionem ad effectum deducit: quàm quando in sola intentione, vel exactione sistit.

Similiter si secunda desit: vtputa petens inter offerendum vult, q petitus accipiat ab eo vsuras. sicut si inuasus velit: non solum dare res suas inuasori: sed etiam vult, quòd inuasor eas per modum raptoris accipiat. Posset etiam illa conclusio probari secundò a simili de absolutè petente iuramentum ab eo, qui non est iuraturus: nisi per idola, si recipiat ab eo tale iuramentum: talis enim non peccabit seruatis prædictis condicionibus. Sic enim egit 1. Machab. 8. Iudas machabeus, nec improbatur. Sic Genes. 31. Iacob a Laban socero suo iuramentum recepit pro bono publico suæ posteritatis. Sic forte egerunt sancti reges Iuda, quando tributarias habuerunt nationes gentium. Nec apparet differentia: nisi quòd petere mutuum prædicto modo est licitum: etiam si illa iusta causa sit priuata necessitas, vel priuata vtilitas. etiam temporalis: sed quando iuramentum prædicto modo petitur, requiritur, quòd fiat in casu communis necessitatis, vel communis vtilitatis: puta reipublicæ, & hoc

spiritualis uel temporalis ordinatæ in spiritualem, & hoc si sequamur opinionem Alexã. de Ales in 3. parte summæ q. 30. membro. 2. arti. 6. verum tamen hoc in tali receptione iuramenti sit necessariũ uel non. immo sufficiat, qñ necessitas etiam priuata, puta unius hominis fidelis indigentis iuramento alicuius infidelis ō pro nunc diffinio. Et hic modus respōdēdi ad quæstionem uiderur melior, quàm modus dicendi sancti Tho. & Petri de Palu. Nam Tho. respondēdo facit tria dicta. Primò q̄ non licet inducere aliquem ad mutuandum sub usura. Secundò q̄ licet ab eo qui paratus est facere, & qui exercet usuras, mutuò accipere propter aliquod bonum, ut est subuentio suę necessitatis, uel alterius. Tertiò, q̄ hac necessitate cessante cum petitur mutuum sub usuris ad ludēdum, uel scorandū, uel huiusmodi. tunc secundùm eum est mortale peccatum. Contra enim illum modum dicendi arguitur quò ad tertium. Namquamuis illud uerum sit, tamen non est singulariter uerum in petente mutuum sub usuris: quia idem esset uerum, quando quis absolutè peteret mutuum ad ludendum vel scorandum, nam tunc peccaret ratione damnati finis. Vnde ut hoc dictum aliquid singulare addat de petente mutuum sub usuris vltra eum, qui absolutè peteret, oporteret prætermittere circunstantiam finis damnati. veputa dicendo. Si quis nulla iusta necessitate ductus petat mutuum sub usuris, vt pura solum vt habeat. Præterea secundum eius dictum non est verum, nisi addatur, q̄ accipiens inter accipiendum non consentiat in corruptam intentionem mutuantis: sed tantum in solutionem usuræ, quæ solutio non est malum: sed est sustinentia mali. Item idem dictum nihil dicit de habente iustam causam & citra inductionem petente mutuum sub usuris: sed tantum de accipiente mutuum sub usuris. Modò dubitabilius est de petente, quàm accipiente: quia cum dicit quis, peto a te mutuum sub usuris. denotatur, quasi petens desiderer vtrumque, scilicet dationem mutui & exactionem usuræ, quasi vtrumque sibi placeat, quorum tamē secundum est peccatum mortale: sed non sic hoc denotatur, cum dicitur quis accipere sub usuris. Secundus modus dicendi est Per. de Palu. qui primò dicit, q̄ accipiens sub usura absque iusta necessitate peccat. & probatur: quia non solum peccat, qui dat alij occasionem peccandi: sed etiam qui scienter & absque iusta causa & necessitate proponit alteri materiam: vnde sumet occasionem peccandi: maximè quando credit eum disposirum ad tale peccatum. Exemplum vt supra de muliere dictum est. modo sic est hic. In hoc inquam dicto nihil dicit de petente: sed tantum de accipiente. & sic videtur conclusio diminuta. Attamen excusari potest: quia si in accipiente est hoc illicitum, multo magis in petente. Sed in alio deficit idem dictum: quia probatio eius non potest applicari accipienti, de quo fomat, sed petenti. Nam accipiens mutuum sub usuris etiam sine iusta causa non dicitur proponere alteri materiam, vnde alius sumat occasionem peccandi. recipiendo enim mutuum non proponit talem materiam: sed potius recipit ab eo id, circa quod alius sumit occasionem peccati: sed petendo proponeret talem materiam: sed accipiēdo tantum coopetatur ei ad actus interioris damnati consumationem: licet non ipsum interiorem occasionauerit. Secundò dicit idem, q̄ ductus iusta necessitate si petat mutuum cum determinatione usurę peccat. Probatur sic: quia nemo absque peccato potest ab aliquo petere aliquid, quem scit non posse illud dare absque peccato, uel non uelle: sed usurarius non potest dare mutuum cum pacto rei supercrescentis sine peccato sic petere, hæc ille. Verum est hoc eius dictum si petitio cadit super vtrumque, vt dixi. & hoc modo ratio procedit: sed non est tunc necessariò verum, quando cadit tantum super primo. & sic ipse petens tantum se offert ad sustinendum secundum. Nam tunc stat, q̄ non peccet, si scilicet illa oblatio non sit nata occasionare petitum, & ipse hoc probabiliter conijciat. Nec vt sic ratio ista potest procedere: quia tunc nihil petit petens nisi q̄ alius sine peccato potest dare: quia tunc tantum petit mutuum. & hoc potest alius facere sine peccato: nam q̄ petens adijcit de sustinendio exactionem usuræ, non adijcit petendo, q̄ faciat, uel permittat eum id sustinere. Tertiò dicit, q̄ ab illo peccato, de quo secunda m dictum sonuit, excusantur illi, qui sic petunt ex ignorantia uel inaduertentia, si loquatur de petente vtrumque, tunc peccant, exquo desyderāt peccatum proximi, quamuis inaduertentia alleuiet peccatum. non tamen a toto tollit, si autem de petente tantum primum non necessariò indigent excusationem. Quartò dicit. quòd etiam excusantur illi, qui petendo firmiter tenent, quòd alias sine pacto super excrescentis usurę mutuum non traderent, si loquatur de petente vtrumque, non est verum: quia quantumcunque scitent petitum non traditurum nisi sub usuris, non licet eis petere vtrumque. si autem loquatur de petente tantum primum, tunc etiam si probabiliter conijciat, quòd sine usuris non esset mutuaturus, non peccaret offerendo se, si probabiliter cum hoc conijciat per illam oblationem non occasionaturum eum. Quintò dicit, quòd si petat quis mutuum absolutè, & alius nō nisi cum usura vult dare. puto quòd tunc accipiens mutuum sub usura non peccat. Probatur: quia qui patitur iniustum non peccat &c. ut supra. Hoc quidem dictum verum est: dummodo accipiendo non consentiat in ipsam corruptam dationem, uel intentionem mutuantis.

Contra primam conclusionem primò arguitur. Etiā stantibus tribus primis conditionibus nō erit licitum petere mutuum sub usuris. Probatur, quia offerendo se ad sustinendum exactionem usurę, seu ad soluendum usuras, offert se ad peccandum. igitur petitio cum tali oblatione est peccatum. Antecedens probatur: quia exigere, seu recipere usuras est peccatum: igitur et iam dare eas est peccatum. Consequentia probatur, qui dando, uel offerendo se ad dandum usuras, cooperatur & iunat alium ad peccatum, non enim posset alius recipere, nisi ille daret. Et confirmatur: quia si unum relatiuorum est peccatum, etiam alterum. dare autem usuras est relatiuum ad accipere eas. igitur. Dicendum ad probationem primæ consequentię, quòd dando non iunat recipientem ad peccatum, nec communicat secū in crimine. Nam alius potest suum peccatum committere solo actu interiori, & ad illum non requiritur oblatio illius ad soluendum ei usuras. Et si arguas, quòd saltem exteriorem actum cum interiori non potest committere nisi soluente illo, verum est. sed non sequitur. igitur iunat eum ad peccatum. Et instantia patet in si-

mili

mili in inuaso a latrone, cui dat res suas. & in percusso, quem percutere non potest alius, nisi percutiatur, & tamen percuti non est iuuare percutientem ad actum exteriorem. Et de hoc vide supra. q. 22. post 13. conclusionem in argumento primo.

Secundò arguitur & hoc contra secundam conclusionem. Si prima conditio defit & alię adsint, non peccabit petens mutuum sub usuris: igitur conclusio falsa. Antecedēs probatur: quia si peccaret: maximè propter rationem ibidem tactam. sed hoc non: quia si concluderet, sequeretur, q̄ peccatum esset non abstinere ab actu, de quo quis scandalizatur scandalo accepto & non sibi dato. Consequens est contra doctrinam Christi docentis non esse curanda talia scandala, quando enim discipuli dixerūt Mat. 15. Scis, quia pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt. respondit eis Ie. Sinite eos: ceci sunt & duces cecorum. q. d. non deberis curare talia scandala, quando scilicet quis ex actu alterius in se bono & virtuoso per propriam malitiam labitur in peccatum. Sequela probatur: quia si adsunt aliæ duæ conditiones, tunc non peccaret petens, nisi pro quanto non abstinet a propositione petitionis, quæ in se non est nata occasionare: sed alius ex sola propria malitia accipit occasionem, & sic peccaret: quia non abstineret a scandalo non dato: sed per alium ex propria malitia accepto. Dicendum, quòd etiam a scandalo accepto tenetur quis abstinere, quando ille actus, de quo alius accipit scandalum, non est ei necessarius, uel utilis, vel expediens, ita q̄ non habet iustam causam inducentem eum ad agendum. sicut satis declarat exemplum de muliere ibidem positum.

Tertiò arguitur contra tertiam conclusionem. Si absolutè petens mutuum: audito q̄ mutuator nō nisi sub usuris vult mutuare, offerat se ad accipiendum, & etiā accipiat sub usuris: peccaret, cum non habeat necessitatem vel iustam utilitatem inducentem eum ad recipiendum tale mutuum, maximè ideo: quia, vt dictum est in eadem conclusione, offert se ad id, & agit id, quo mediante actus interior damnatus complebitur & consumabitur per actum exteriorem. sed si hoc argueret aliquid, tunc eadem ratione is, qui iustam causam haberet mutuum accipiendi: peccaret recipiendo etiam ab eo, qui prius paratus erat non nisi sub usuris mutuare. Probatur sequela: quia exquo reciperet ab illo, ageret id, quo mediante actus interior usurarum consumaretur per exteriorem, & sine illo non consumaretur. Et confirmatur, q̄ uterque peccat: quia uterque iuuat ad exercendum actum exteriorem damnatum, qui cum interiori est grauius peccatum; quàm solus interior. Dicendum ad primum, q̄ non est par ratio: quia ex quo non habens iustam causam offert se ad recipiēdum sub usuris, & agit actum, ex quo mutuator sumit occasionem agendi actum exteriorem damnatum (licet interiorem prius ante oblationem egerit) ideo se taliter offerens non abstinet a scandalo accepto, cum non habeat iustam causam illum actum agendi, ex quo alius accipit illud scandalum, & ita non excusatur. Sed habens iustam causam petendi mutuum, & se offerendi ad solutionem usurę, & sic recipiens licet non abstineat ab actu, de quo alius accipit scandalum, scilicet occasionem exercendi actum exteriorem damnatum, tamen non tenebatur ab illo suo actu abstinere, eo quòd subest ei iusta causa & utilitas suadens. Ad cōfirmationem dicendum, quòd qui iusta causa ductus petit, & se offert usuras soluere usurario, non debet dici iuuare eum ad actus damnati exterioris executionem: & si probaretur: quia non posset usurarius exercere actum exteriorem, scilicet usurariam mutuationem, nisi esset, qui reciperet mutuum sub usuris, conceditur. sed hoc non arguit, quòd ergo censeatur eum ad hoc iuuare, & patuit instantia in quæstione. 22. post 23. conclusionem argumento primo.

QVÆSTIO. XLVIII.

Vtrum ciuites atque respublica subsistere possit sine mutuatione usuraria? Hæc quæstio mouetur propter quosdam, qui quamuis fateri teneantur, quòd mutuatio usuraria sit peccatum mortale tamen dicunt, q̄ adeo necessaria est ad temporalem salutem reipublicæ ciuitatis, q̄ respublica nō posset subsistere, nisi in ea haberentur aliqui, qui sub usuris mutuarent. Vnde & consequenter dicunt, q̄ rector reipublicæ non tantum possit: sed etiam debeat vel conducere, uel saltem tolerare mutuantes ad usuram, & hoc propter bonum reipublicę saluandum. Contra igitur tales uenit præsens quæstio resoluenda, cuius solutio stabit in tribus conclusionibus, & trium argumentorum solutionibus.

Prima conclusio. Ciuitas atque respublica potest ēt salua temporali salute sua subsistere sine mutuationes usurariæ. Probatur decem rationibus. Prima ratio. Nunquam creuit respublica christianorum, non solum merito, sed etiam numero, quàm quando præcepta Dei diligentissimè seruauerunt, etiamsi usque ad detrimentum rerum & personarum inclusiuè, ut pater in primitiua ecclesia: adeo ut duobus vel tribus pro obseruantia legis Dei trucidatis, centum vel mille loco eorundem fide suscepta succedebant more grani, de quo Saluator dixit. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuū fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, fructum multum affert. & tandem ipsis auctis, merito & numero accessit temporalium rerū copia. Modò ad obseruantiam legis Dei requiritur, q̄ cessetur a mutuatione usuraria. igitur sine mutuatione usuraria potest respublica christianorum subsistere tam spiritualiter quàm temporaliter. Immo ad obseruantiam legis Dei pertinet etiam punire malos, de terra perdet impios, & per consequens si ciuitas zelo legis diuinæ armata impios usurarios diiudicaret, ac ejiceret, longè melius consisteret respublica ciuitatis & personarum quàm eosdem tolerādo. Et confirmatur. Nam pro salute temporalis ciuitatis uident sacrifica Deo facta. Modò tales disperdere & exterminare est Deo sacrificare. Vide. 10. de ciui. Dei c. 4. Aug. dicit. Tunc Deo crucīas victimas cedimus, quando usque ad sanguinem pro ueritate certamus. Quod autem sit placēs Deo pater. Nam & Christus ipse se tale sacrificium obtulit dicens per prophetam. Zelus domus mæ comedit me. Secūda ratio. Christus ait Mat. 6. Primum quærite regnum Dei & iustitiā eius, & hæc omnia adijcientur nobis. Sed si fideles nō mutuant ad usuras, & a ceteris peccatis abstinent, di cunt quærere regnum Dei & iustitiam eius. igitur tunc reliqua omnia, idest temporalia, in quibus consistit tem-

poralis

porale salus reipublicæ adijcienetur eis, igitur non est mutuatio necessaria pro tali salute: sed eius omissio potius iuuatad consequendam eandem. Tertia ratio. Nunquam intantum creuerunt temporalia bona monasteriorum & ecclesiarum, quàm quando ecclesiasticæ personæ per uiam mandatorum Dei solicite incedebant in seipsis bene videndo, & in alijs id nõ facientibus crimina puniendo, adeo q ipsis ecclesiasticis personis nõ habentibus curam, uel solicitudinem de eisdem temporalibus: sine eorum studio affluentissimè obuenerũt temporalia: Deo eorũ patre fideliter iuxta promissum ueteris & noui testamenti eis prouidente. Ait enim Esa. 1. c. Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Et similis promissio diffusè habetur Deut. 28. Cum verò cœperunt retrocedere, ceperunt etiam temporalia deficere: adeo ut quorum patres ecclesias & monasteria dotauerunt, ipsi nunc easdem spoliare contendant. Ergo eadem ratione sic esset in ciuitatibus, q temporalia bona, in quibus salus reipublicæ consistit, eis affluenter obuenirent, si mandata Dei seruarent solicitè. ad quorum obseruantiam requiritur, q in ea non mutuaretur ad usuras, & q tales eiicerentur, & non tolerarentur. immo & uictoria tali ciuitati contra hostes de facili daretur. Vnde ait psal. Si populus meus audiuisset me & in uijs meis ambulasset pro nihilo, forsitan inimicos eorum humiliassem, & super tribulantes eos misissem manum meam. Quarta ratio. Mutuatio usuraria depauperat ciues recipientes ad usuram, & eos destruit. & hoc adeo notum est, q qui illud negat, non indiget, nisi sensu, ut philosophus ait. 1. topic. de dubitante nitum fore albam. Nam & si aliquando uni recipienti subueniatur, tamen ex alia parte decem uel uiginti destruuntur. Immo etiam illi uni non subuenitur nisi cum eius damno nouo: quia ultra sortem de suo dare tenetur. Modò temporalis salus reipublicę ciuitatis consistit in temporali salute & abundantia ciuium, sicut salus corporis consistit in habere membra valida & sana. Nam membris marcescentibus & debilitatibus quęso quæ salus corpori relinquitur? Quinta ratio. Non est uerisimile, quòd actus ex sui natura damnosus membris sit necessarius saluti corporis, adeo ut sine eo salus corporis consistere nequiret. Mutuatio usuraria ex sui natura inquantum usurarius est huiusmodi. Nam duo sunt in ea, scilicet mutuatio, & hæc quidem utilis est aliquando recipienti. Secundum est extorsio usuræ, & hæc nunquam potest non esse damnosa recipienti. Habet igitur mutuatio usuraria similitudinem scorpionis, qui ante applaudit homini, & retro eum pungit venenum relinquens. Et dico notanter, aliquando est mutuatio utilis recipiẽti. Nam sæpe & frequẽtius nocet occasionaliter: quia facilitas eam inueniendi est occasio hominibus negligenter uiuẽdi & sua distrahẽdi, eo q sperant se in proximo recuperare mutuum, quod nunc negligunt, uel dissipant. Sexta ratio. Si mutuatio usuraria esset necessaria temporali saluti ciuitatis, & populi, & periret ciuitas saluti uitari non posset, nisi per mutuationem usuriam, tunc malum prodesset, scilicet mutuatio usuraria, & bonum scilicet omissio & punitio obesset. consequens est falsum, quod ostenditur implicitè. Primò quia Eusebius de præparatione euangelica li. 4. c. 6. ait. Omne, quod bonum est, non prodesse non potest, & econtra: quod malum est, idest sicut bonum nõ potest esse quin sit utile, sic malum non potest esse, quin sit nocium. Et idem eodem libro. c. penul. ait. Nec bonitatẽ nocere, pranitatem prodesse, seu iuuare unquam posse. Nam ut non potest caliditas (ut Plato ait) frigiditatẽ inducere, nec frigiditas caliditatem, sic nec iustitia nocere potest. hæc ille. Secundò: quia Magister sententiarum li. 3. dist. 38. c. ult. in fine inquit. Nonnullis aliquãdo errare profuit: sed in uia pedum, non in uia morum, hoc est: quia per errorem in uia pedum aliquando quis euadit insidias contra eum ibi per inimicos paratas, uel alium casum nocium: sed errare in moribus nunquam fuit utile. quamuis Deus sua omnipotencia & bonitate aliquando de malis eliciat bonum. Tertiò: quia Tullius in 3. li. de offi. concludit dicens: Nunquã igitur est utile peccare: quia semper est turpe: & quia semper est honestũ uirum bonum esse, semper est utile. Et idem alibi ait. Erubesce, si credis unquam malum utile esse: non enim potest peccatum non nocere. Septima ratio. Dauid psal. 54. non modo optando: sed etiam prophetando imprecatur præcipationem & discordiam ciuilem atque mortem. ita ut ciues descendãt ad infernos. Optat inquam ciuibus illius ciuitatis, in qua ipse uidit de platcis eius nõ desicere usuram & dolum dicens. Præcipita domine, diuide linguas eorum, quoniam uidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate die ac nocte. circundabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius & iniustitia. Et non defecit de plateis eius usura & dolus. Quomodo igitur ad temporalem salutem ciuitatis requireretur mutuatio usuraria: cum potius ipsa mereatur eiusdem salutis subuersionẽ. Octaua ratio. nihil necessarium ad salutem, etiã temporalem populi & ciuitatis Deus, uel ecclesia prohibuit populo suo. Modò Deus in utroque testamento & similiter ecclesia prohibuit usurariam mutuationẽ: igitur illa non est necessaria populo, uel ulli ciuitati. Minor nota. Maior probatur: quia da oppositum, sequerẽtur duo inconuenientia. Primum est, q Deus & ecclesia præcepissent populo Dei aliquid impossibile: quia præcepissent ei esse sine illo, sine quo salus temporalis & respublica subsistere non potest. Modò sine tali temporali salute populus subsistere non potest: sicut nec singularis persona sine cibo & potu. aut uestimento subsistere potest. Nemo autem diceret, q Deus præcepisset hominiut sine uestitu, cibo, & potu uiueret. Vnde etiam hoc dicere redditi dicentem maledictione dignum. Vnde Hiro. ait. Anathema sit, qui dicit. Deum præcepisse aliquod impossibile. Secundũ inconueniens q Deus non esset prudens institutor & rector politiæ uniuersalis mundi: quia cum uelit, q humanum genus durare debeat usque in finem mundi, & sibi seruire, & spiritualia subsistere non possint sine temporalibus: ut in c. si quis obiecerit. 1. q. 3. ipse imposuisset humano generi illius rei carentiam, cuius presentia necessaria esset humano generi pro temporali eius salute, & per consequens etiam pro spirituali, & ita instituisset id, quod contrariatur sui per eum intento. Vnde nemo diceret, quòd Deus prohibuisset coitum matrimonialẽ, & hoc ideo: quia si prohibuisset, iam humanum genus necessario deficeret, eo quòd sine coitu genus subsistere non potest. sic nemo sanę mentis dicere potest, quòd Deus prohibuisset mutuationem usurariam: & quòd tamen mutuatio usuraria esset necessaria reipublicę hominum.

minum. Vnde corollarium sequitur, quòd asserens mutuationem usurariam esse necessariam reipublicæ, blasphemat Deum, ecclesiam, & sanctos doctores: quia uerè, uel interpretatiuè impingit Deo & ecclesiæ stulditiã: quia prohibuisset impossibile uitari atque necessarium reipublicæ. Nona ratio. sine illo actu potest ciuitas, etiã salua temporali salute, subsistere, qui habet sequentes. 13. conditiones. Prima, quòd est simulata pietas, & per consequens duplex iniquitas. Secunda quòd est latrocinium. Tertia, q est peius latrocinium communibus latrocinijs. Quarta, quòd est furtum. Quinta, quòd est peius cõmunibus furtis. Sexta, quòd reddit suum actorem eam scœlestum, quòd nihil est eo scœlestius. Septima, quòd plus ceteris nutrit radicem omnium malorũ. Octaua, q pauperes ciues pauperiores reddit. Nona, q actorem suum reddit virum sanguinum. Decima, quòd reddit actorem suum talem, q cæteri cum eo nec edere, nec bibere deberent, aut cõuersari. Vndecima, quòd ipse non minus præiudicium generat in corpore mystico ciuitatis, quàm generaret in corpore naturali. hoc, scilicet quòd est stomechum, uel epar nolle membris indigentibus humido cibali tale quid communicare, nisi econtra talia membra de his, quæ sibi necessaria essent, reciprocè communicarent ipsi stomacho. Duodecima, q nutrit ocie. Decimatertia, q reddit ciues inertes ad omne artificium, & ad opus reipublicæ necessarium & utile, inanimatos & indispositos. taodo mutuatio usuraria est huiusmodi. igitur &c. Maior est nota ex terminis: nam actus habens illas. 13. conditiones non solum non est necessarius ad temporalem salutem reipublicæ: sed etiam est de per se destructiuus eiusdem. Minor probatur inductiuè. Nam mutuatio ad usuram duo dicit, scilicet mutuare, & hoc de se est pietas, & dicit etiam ad usuram recipere, & hoc est pernitiositas recipientis. Modò pietas pernitiosa etiam si in modico sit pernitiosa, est simulata pietas. Vnde meritò comparatur scorpioni: ut tactum est in quinta ratione. Et dato quòd illud, quod recipitur, sit in principio modicum & non lædens, nisi quali insensibiliter, tamẽ paulatim eo perseuerante in detentione mutui serpit usque in totalem deuorationem substãtię eius, donec omnino euisceretur & eneruetur, q si recipiens non perseueret in detentione mutui, adhuc nocet sibi in aliquo, quod nõ nunquam licet sit modicum diuiti usurario recipienti: tamen est multum pauperi dami, & ideo eo peior est illa mutuatio usuraria ex parte mutuantis, quo opus pietatis pro tã vili precio maculat ipsum mutuans in opus crudelitatis. Secundum patet. Nam saluator Mat. 21. c. euertendo mensas nummulariorum, ait eisdem. Vos fecistis illam, scilicet domum Dei speluncam latronum. Modò nummularij erant illi, qui mutuabant ad usuras igitur nocuit mutuantes ad usuras latrones. Maior est nota minor probatur. nam Nico. de Lyra super Ioannẽ. Ioan. 2. exponens nocabulum nummularios ait, quòd aliqui iudei uenisbant de longinquo ad emendum animalia pro sacrificijs in templo fiendis: ideo sacerdotes cupiditate sacrificiorum ducti statuerant in templo aliquos cambsores, qui sub cautione tradebãt pecuniam, & cum hoc ultra sortem recipiebant aliqua munuscula, non tamen pecuniam, ne arguerentur manifestè facere contra legem Deut. 23. ubi dicitur. Non dabis fratri tuo pecuniam ad usuram. & hoc est quod dicitur. Et nummularios sedentes. Hæc ille. Et sic patet, quòd illi nummularij erant mutuãtes ad usuram, & hos vocauit Christus latrones. Tertium patet: quia quamuis propriè loquendo mutuatio usuraria non sit latrocinium: quia fit cum voluntate saltem conditionata soluentis usuras, & sine violentia illata personæ eiusdem, non sic communiter fit latrocinum propriè dictum, tamen ratione quatuor conditionum est peius latrocino propriè dicto. Primò ratione familiaritatis. Nam cum usurarius sit familiaris mutuatario: & cum hoc sit ei nocius: plus nocius potest dici, quàm latro non familiaris, cum nulla sit ad nocendum pestis efficacior, quàm familiaris inimicus. Secundò ratione assiduitatis: quia magis assiduè usurarius exercet usuras, quàm latro latrocinum. Nam die, nocteque currit sibi usura sua. Tertiò ratione sagacitatis: quia cum maiori sagacitate usurpat sibi rem alienam, quàm latro: quia latro non ita sagaci circumuentione sicut usurarius: sed per violentiam aufert rem alienam ipso spoliato sæpe nullatenus consentiente in ablationem. Vsurarius autem non illate violentia: sed ipso mutuatario consentiente aufert ei usuras sagaciter cum circumuentione. Nam ex denegatione mutui inducit mutuatarium, ut consentiat ad dandum usuras, ne careat mutuo, & per hoc etiam nititur palliare se proximo sue iniuriam non inferre, eo quòd volenti non fit iniuria, quæ falsa probatio fuit solata supra. q. 22. in argumento quarto. ubi etiam patuit quomodo aliqualis violentia infertur mutuatario per usurarium, & etiam aliquando talis qualis a latrone infertur inuaso. Quartò ratione securitatis. Nã usurarius securius exercet usuras, quàm latro latrocinium, eo quòd si est publicus ad hoc conductus: neque timet sibi tolli usuras per repetitionem, neque timet pœnas in currere. Si autem est occultus, quamuis timere habeat ne prodatur, uel fiat manifestus: tamen non tantum habet timere pœnam fori ciuilis, sicut latro, qui mortem timet: nedum ab eo, quem intẽdit inuadere: sed etiam a iudice. Ideo minus deterretur ad abstinẽdum ab usuris, quàm latrocinio, & per consequens frequentius cõmittit. Si autem est pallians usuras non solum non timet pœnam prædictam: sed etiam non timet perdere usuras per repetitionem, eo q tanto velamine palliuit, q usuraria prauitas deprehendi non potest. Quartum probatur: quia mutuatio usuraria est cõtra aliquod præceptum decalogi, & non nisi contra illud. Non furtum facies. igitur est furtum. Et confirmatur. Nam nomine furti secundùm Aug. in libro quæstionum. Exo. 22. intelligitur omnis illicita usurpatio rei alienę. Et ad argumentum quod fieri posset in contrarium ex diffinitione furti, patuit solutio supra quæstione. 22. argumento tertio. Quintum: quia quamuis capiendo furtum strictè mutuatio usuraria non esset furtum, eo quòd furtum fit nesciente domino, & eo omnino inuito, saltem habitualiter. Non sic autem acceptio usuræ: tamen quò ad quatuor conditiones est quid peius, quàm furtum. & potes deducere, ut de latrocinio est deductum. Sextum probatur: quia reddit suũ actorem auarũ: quia accipere usuram, uel mutuare ad usuram est species auaritiæ, uel eam includit: quia uelle habere temporalia p uiã legę diuinę damnatã, uel includit tale uelle. Modò auaro nihil est scœlestius, ait sapiens Eccl. 10. Septimum probatur: quia radix omnium malorum est cupiditas:

piditas: ut dicitur 1.ad Tim. 6.c. Modò peccatum vsu ræ plus cæteris speciebus & actibus auaritiæ nutrit cupiditatem. igitur &c. Minor probatur: quia inter omnes actus vel species auaritiæ mutuatio vsuraria est facilior, & quietior via acquirendi temporalia: est etiã securior & certior, eo quòd pro sui securitate detinet pignora in dupio meliora: quàm erat sors mutuata: atque maioris hæri importatiua: vt calculator de facili notabit. Si enim vsurarius mutuet vnum florenum ad vsuram, scilicet vt sibi detur per mensem vnus solidus, & recipiens mutuum detineat florenum per quinquaginta annos, & non soluat etiam vsuras super eum venientes, de quibus etiam dare debeat pro flor. vnum solidum per mensem. iam in fine quinquagesimi anni ascendet debitum ad tantam quãtitatem, quòd vix ciuitas tale debitum soluere posset. Modo via, quæ habet illas conditiones, magis nutrit cupiditatem temporalium: rectè sicut ignis magis nutritur ex lignis, quę magis faciliter haberi possunt. & quæ sunt arida, & cum hoc magna. Vnde ad viam habentem tales conditiones auarus magis allicitur frequentandam. actus autem frequentatus auget habitũ: & per consequens actus prę cæteris frequẽtatus, etiam præ cæteris aliis auget habitũ auaritiæ. hoc autem adacto nutritur ipsa radix, quæ dicitur cupiditas. Octauum patet ex quarta & quinta rationibus. Nonum probatur: quia pauperibus aufert vestimentum, calciamentum, domum, lectum, cibum, potum & victum, & per consequens aufert eis vitam: quia Eccl. 34. panis egentium vita pauperum est, & qui defraudat illum, homo sanguinis est, & qui aufert in fudore panem quasi qui occidit proximum. Decimum probatur: quia reddit suum actorem auarum. Modo vt dicitur 1.ad Corin. 5. si is qui frater nominatur inter vos est fornicator, aut auarus &c. cum huiusmodi nec cibum sumere. Vnde & Dauid dicebat. Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam. Vnde tam propter spiritualia quàm temporalia damna est abstinendum ab eorum contagiosa conuersatione: vt patebit in tertia cõclusione. Vndecimum est de se notum: quia pauperibus non vult vsurarius mutuare id, quo indigent: nisi pauperes illi vitæ sortem reddant vsuras de suis pauculis bonis, quibusmet indigent. Duodecimum probatur: quia humana natura inclinata est ad viuendum in ocio. & per consequens ad media, quibus talis ocium homo assequi potest. Modo per mutuationem vsurariam, quæ laboriosa non est, potest homo faciliter & abundanter acquirere huiusmodi ocium, quia potest acquirere temporalia, quibus habitis laborare non cogitur, quia labor ficad acquirendum temporalia necessaria vitæ humanæ. Tertiumdecimum probatur: quia necessitas habendi necessaria ad victum & vestitum multos cogit ad excogitandum & inueniendum artes varias, etiam viles & necessarias reipublicæ, & ad easdem licet laboriosas exercendum. Modo mutuatio vsuraria retrahit a talibus adinuentionibus & exercitiis: qui prouidet longè abundantius & facilius de necessariis ad victum, quàm faciat laboriosa adinuentio & exercitatio prædictarum artium. Decima ratio. Ille actus exquo tot & tanta damna emergant, quot & quanta enumerabuntur in tertia conclusione. & econtra ex eius prohibitione, & non tolerantia tot & tanta commoda proueniunt: quot & quanta enumerabuntur in secunda conclusione, non est necessarius ad temporalem salutem reipublicæ, mutuatio vsuraria est huiusmodi: ut ibidem patebit. igitur &c.

Secunda conclusio. Plurima commoda uel vtilitates tam tẽporales quàm spirituales proueniunt ex hoc ꝙ non exercetur, nec toleratur mutuatio vsuraria in ciuitate. Prima utilitas est rerum venalium expositio. Nam sæpe aliquis habet res aliquas, quas exponi vendi tioni esse utile tam pauperibus, quàm aliis de communitate ciuitatis: ipse tamen eas tenaciter in finem cupiditatis retinet. & licet indigeat pecuniis: tamen quia eas mutuò accipere potest licet sub usuris, nequaquam vendit illas res: & si mutuantem usurarium inuenire non posset, exponeret res prædictas venditioni, quem tamen repellerent a mutuo ille, qui gratis tantum mutuaturus esset. Diceres enim, distrahe res tuas venales hoc tempore, & ex hoc & similibus proueniret commune commercium rerum utilium. Hoc autem esset in rem pauperum hominum: quia tales sæpe cogũtur res eis necessarias emere caro precio, propter hoc ꝙ ob tenacitatem aliorum paucæ tales res exponuntur uenditionibus. Esset etiam in rem aliorum quàm pauperum: quia alii, qui illis rebus non indigerent: nisi ad lucrum (cuiusmodi sunt negociatores) possent cõpetenti precio emere: & transferendo ad alia loca lucrari in sustentationem suæ familiæ, quæ translatio ẽt esset in rem illorum extraneorum, ad quos deferrent. Nec obstat, quòd nonnunquam etiam aliquis pauper, qui penitus nullum inuenire posset mutuantem, cogeretur res suas exponere venditioni pro uiliori, quàm iustum sit. Nam quamuis talis patiatur damnum: tamen illud est damnum priuatum, cui proponenda est communis utilitas iam tacta, cuius etiam ipse respectus alterius hominis potest esse particeps, & sic sibi refundetur illud damnum. Praterea illud damnum est minus, quàm frequenter est illud, quod accidit prædictis pauperibus sub usuris accipientibus, eo ꝙ ad longè maiora incommoda deducuntur per usuras, quas sabeunt. Secunda utilitas est ciuilium rerum conseruatio, & hoc triplicium. Primò rerum pignorabilium: quia tales remanerent inter eos: sed eam exercente usuras in ciuitate, deuoluuntur nomine pignorum res ciuiles ad vsurarios, quas etiam tandem pro sorte retinent, & easdem transmittunt ad alia loca, ubi carius uendantur. Secundò denariorum. Nam siue illæ res venderentur, siue emerentur: semper res remanerent inter ciues, nec omnes in uno irrepibili sacco conclauderentur in magnam deformitatem corporis mystici, scilicet reipublicæ, in quo deformitas est, omni cinerem existentem membrum illius ciuitatis ut corporis habere diuitias excessiuas tanquam carnositatem & pingue dimęa excessiuam aliis ciuibus eius commembris nitis marcescentibus. Tertiò conseruatio ciuitatis atq; terrarum. Nam ex præcedentibus conseruationibus ciuitas uel terra melius posset immunitibus periculis ac guerris, obuiare suis præsuris. Tertia utilitas est peccatorum diminutio. Nam stante mutuatione usuraria multa peccata incurruntur, non tantũ per ipsum vsuracium: sed etiam per innumerabiles alios occasione illius: ut patebit in tertia conclusione: quæ tamen cessarent,

cessarent, si nõ sustineretur talis mutuatio. Quarta ciuilis amicitiæ inter ciues generatio. Et hoc enim ꝙ mutuantes cessarent a damnosa exactione vsurarum, & sic gratis mutuarent, accenderentur recipientes mutuum ad diligendum mutuantes, quos prius uel non dilexerant, uel oderant. Beneficia enim impensa accẽdunt beneficiarum ad amorem benefacientis. Vnde mutua dilectio, quæ ex defuetudine alterutrum subueniendi, caritãta fuerat inter ciues, uinificatur per mutua seruitia sibi inuicem impensa, & domesticantur filuestria corda hominum: & efficitur ciuitas, quæ est ciuium vnitas. Econtra uerò ex omissione talium seruitiorum, scilicet mutui gratuiti nascitur ruditas & asperitas cordium inter ciues, & ex asperitate faciliter iniuriæ oriuntur & rixæ, dissensiones, sectæ, partialitates, & guerræ: multo magis hęc oriuntur ex iniuriosa exactione vsurarum ab inuicem. Quinta est amicitiæ genitę augmentatio: quia ex eisdem actibus augetur habitus, ex quibus generatur, Sexta est eiusdem amicitiæ genitæ & auctæ cõseruatio. Nam ex eisdem actibus continuatis conseruatur habitus, ex quibus genitus est & auctus. Vnde etiam si qui sint sibi amici & aliquis casus se offerret, quo natus esset unus concitari aduersus alium, si tamen est beneficiatus ab alio ipse vel amore iustitiæ, uel saltem timore uerecundiæ desistet ab attentando quid mali cõtra eum: & sic conseruatur amicitia eorum. Immo experimur, ꝙ ex defuetudine mutuæ familiaris conuersationis præcontracta amicitia repescit, & tandem deperit. & etiam ꝙ rancorositas duorũ ex sola mutua cõuersatione superueniente liquescit & euanescit: quare magis ad hoc confert beneficium mutuationis inuicem impensum. Et ex solis quarta, quinta & sexta vtilitatibus posset conuinci falsitas dicencium, vsuriam mutuationem esse necessariam pro republica. Nam neminem latet, quantum noceat reipublicę discordia ciuiũ, & per consequens illud, quod eandẽ iuscitat, & ecõuerso: quantum eidem conferat concordia eorundem. Nã concordia paruę res crescunt, discordia uerò maximę dilabuntur.

Tertia conclusio. Plurima incommoda & damna tẽporalia & spiritualia proueniunt reipublicæ ex mutuatione usuraria. probatur enumerando duodecim. Primum est rerum pignorabilium de illa ciuitate & terra alienatio, cui incommodo opponitur vtilitas illa, quæ est rerum pignorabilium in ciuitate cõseruatio, & hoc patuit in præcedenti conclusione. Secundum est taliũ rerum destructio. Nam multa pignora danur vsurario ut lanęę & lineę vestes, quæ a tineis consumuntur: uel a muribus corroduntur: & alia suppellectilia erugine, uarijsque modis consumuntur. Tertium est talium pignorum ad usurarium deuolutio pro longè uiliori precio, quàm valeant, adeo ꝙ longè tolerabilius fuisset recipienti mutuum sub usuris & pignoranti talia, ꝙ ea statim expolluisset venditioni, etiam si pro longè viliore precio dedisset, quàm ꝙ receperit ab usurario mutuum & talia eidem pignorauit. Nam publici vsurarij communiter uolunt, quòd pignus excedat sortem mutuatam in duplo, uel triplo. & transacto certo termino debeat pignus esse pro sorte deuolutum ad ipsum. Et dato ꝙ recipiens intendat ante finem termini cæterum: tamen sæpe contingit, quòd interuenit impedimentũ, quo uel non recolit, uel non potest redimere. & sic pauissimum pignus pro uili sorte dimittere cogetur. Quartum est deformatio corporis mystici, (scilicet reipublicę: quia pro huiusmodi mutuationem diuitię a pluribus membris ciuitatis asstrahentur, & ad vnum, vel duo membra ciuitatis affluent. & quanta sit illa deformitas: patuit in præcedenti conclusione. Quintum est imminens ruina illius corporis mystici. Quis enim non diceret, illud corpus mysticum naturale fiatim esse ruiturum, ac moriturum, cuius vnum membrum, vt caput vel crus maxima pinguedine intumesceret, & pręterea si ex eo humido cibali intumescerent, quod ab alijs membris illis indigentibus vsurparetur. Nam caput illa omnia alia suo pondere obrueret. Similiter si omnis calor naturalis ad vnum, vel duo membra confluxeret: relictis membris extremalibus, & multo magis illi corpori mortem imminere iudicaremus, si illud mẽbrum cunctis cæteris esset lętaliter inimicum & contrarium. Quod notent hi, qui in republica christianorum admittunt iudęos ad exercendum fœnus. Nam sic diuitiæ christianorum ciuium ad manus iudæorum, qui summo & implacabili odio persequuntur christianos, deuoluuntur. Sextum est extinctio ciuilis amicitię inter mutuantes & recipientes, quod triplicíter probatur. Nam Augu. ait in de fide ad Petrum. Cupiditas venenum est charitatis, modo peccatum vsuræ prouenit ex cupiditate. igitur &c. Secundò probatur idem experientia. Videmus enim, quòd si quis nõ velit proximo, nisi sub vsuris mutuare, exacet habitur is contra eum, & quem prius dilexit, nunc odit. Tertiò probatur ratione. Nam contrariorum contrarij sunt effectus. modo gratuita mutuatio, ut dictum est, causat ciuilem amicitiã. igitur econtra ingratuita mutuatio extinguet eam & generabit odium. Septimum est plurimarum personarũ destructio, quæ occasione facilitatis inuentẽdi mutuantes ad usuras, negligenter uiuunt, atque prodigę sua cõsumunt in periculum tam animarum propriarũ, quàm etiam uxorum, & filiorum suorum, quos depauperant: & sęclera attentant, quę aliàs nunquam attentassent. Octauum est plurimarum personarum (quæ occasione usurariæ mutuationis culpas etiam mortales seu peccata contrahunt & incurrunt) in conscientia inexcutio. & pro nunc recitabuntur. 26. genera talium hominũ. Primi sunt hi, qui ab usurarijs petunt, uel recipiunt mutuum sub vsuris, non seruatis conditionibus secundis iuxta determinata in præcedenti quæstione, quod tamẽ multipliciter accidere potest. Secundi sunt sacerdotes recipientes oblationes ad altare de manifestis usurarijs quia faciunt contra prohibitionẽ concilij Lateranem. in c. quia in omnibus. extra, de usuris. & oblata restituere tenentur. Tertij sunt recipientes (scienter eleemosynas ab usurarijs, saltem ab illis, qui nihil habent, niſi vsuras certas, uel subiectas certę restitutioni vsurarum. Nam tales faciũt eos impotentes ad restitutionem, & sic præiudicant proximo, cui restitutio certa fieri deberet. Si quis tamen reciperet eleemosynam ab eis nõ animo sibi retinendi: sed dandi, a quibus extorsit vsurarij, non peccaret. Nam tũc essent negociorum proximi vtiles gestores & non præiudicarent eis. Similiter etiam peccant, qui licet recipiant eleemosynas ab illis vsurarijs, qui habent aliqua bona iustè quæsita, eorum per hoc, ꝙ acciperent ab eis eleemosynas, redderent eos impotentes ad restituendum suis creditoribus, eo

quòd

quòd illa bona essent coram Deo obligata pro restitutione vsurarum. peccant inquam nisi aliqua legitima causa excusarentur: quomodo aliquãdo eleemosynam accipientes a fure excusarentur. Quarti sunt clerici, uel laici locantes, vel alio titulo concedentes domos manifestis vsurarijs alienigenis ad exercendum vsuras, uel nolentibus exercere vsuram, ut in c. vsurarum. de vsuris. li. 6. Vnde erunt participes omnium malorum, quæ in illo exercitio committuntur. Quinti sunt sustinentes, quòd in suis terris morentur: tales manifesti vsurarij alienigenę, habentes domos ad exercendum vsuram cõductas, uel alias inhabitantes. Nam debent eos expellere infra tres menses, quod nisi fecerint, si sunt patriarchæ, archiepiscopi, uel episcopi, ipso facto sunt suspensi Si autem sunt minores ecclesiasticæ personę sunt excommunicati. si autem sustinentes sunt collegium, uel alia vniuersitas, sunt interdicti, & si quo prædictorum prædictam sententiam sustineret per mensem, tunc terræ eorundem, quamdiu apud eos prædicti vsurarij commorantur, ecclesiastico subiacebunt interdicto, ut in c. vsurarum. de vsuris. lib. 6. Sexti sunt notarij scientes confidentes instrumenta super contractu vsurario. Nam illi etiam sunt periuri: quia communiter iurant, q̃ non uelint talia facere, & per consequens sunt infames, nec de cętero possunt testificari: nec instrumenta confidere. extra. de testi. c. licet ex quadam. §. 1. in fine. Septimi sunt testes contractuum vsurarum, & sigillantes instrumenta. Octani sunt proxenetę mediantes inter contrahentes contractu vsurario. Noni sunt socij vsurariorum, qui participant in lucro vsurario. Decimi sunt ministri, qui vsurarijs seruiunt in exercitijs vsurarum. Vndecimi sunt aduocati patrocinantes pro vsuris in causa vsurarum. Duodecimi sunt potestates, uel officiales confidentes, uel scribentes statuta in fauorem vsurariorum, quibus scilicet disponitur, q̃ vsurę exigi possint, vel quod debeant solui, uel q̃ soluta non possint repeti. Tertiidecimi sunt Potestates prębentes vsurarijs potestatem exercẽdi vsuras. sicut sunt illi, qui eos aliunde aduenientes, uel in ciuitate sua præexistentes conducunt cum pacto eis permittendi vel concedendi exercitium vsurarum, de quibus habitum est q. 26. Decimiquarti sunt, qui secundùm prædicta statuta iudicant scientes, scilicet decernendo, q̃ vsurę soluantur: aut soluta nõ repetantur. Decimiquinti sunt, qui huiusmodi statuta edita de libris communicatum suarum, si super hoc potestatem habuerint, non deleuerint infra tres mẽses. Decimisexti sunt, qui quoquomodo dicta statuta, uel consuetudines eorum effectum habẽtes præsumpserint obseruare. Quid autem si dicendum de istis tantummodo negatiue, scilicet q̃ vsurarij nõ recipiãt ultra duos denarios vsurarum nomine per mẽsem, an illi peccent, uel incurrant pœnam. paruit supra. q. 27. conclusione. 5. Et de illis quatuor generibus habetur in clementina. de vsuris. Decimiseptimi sunt tutores & curatores pupillorum & similium, qui pro talibus exercent cõtractus vsurarios, aut tales contractus prius celebratos manutenent demandantes eosdem executioni. Decimioctani, sunt, quicũque recipiunt ab eis temporalia dona, ex quorum receptione efficiuntur vsurarij impotentes ad restituendum. Deciminoni sunt hi, qui etiam licet operas suas impendant eis, & pro illis recipiunt ab eis precium, in quibus tamen non relinquunt eis equipalens: quia tunc impossibilitant eos ad restitutionem: vt sunt barbitonsores, & balneatores, Nam ex illorum operis non acquirit vsurarius aliquid loco precii dati, q̃ aliquid posset dare pro restitutione vsurarũ, secus de illis, qui eis vendunt mercem pro condigno precio. Hi enim recipiendo precium vsurarum ab eis, reddunt eis equipalens, & sic non impotentes eos faciunt ad restituendum saltem hoc verum est, remendo quòd dominium vsurarum transeat in vsurarium. Et in his duobus generibus uideant temporales domini, recipientes dona & tributa ab vsurarijs. Vicesimi sunt tã domini temporales, quàm prælati ecclesiastici (quorum interest eos coercere) tolerantes eos, prout dictum est in q. 26. Vicesimiprimi sunt eorum uxores, filii, cõsanguinei, & affines: ut generi recipientes dotes pro uxoribus de vsuris, & similiter alij comedentes & consumẽtes de vsuris eorum. Vicesimisecundi sunt hi, qui nomine hereditario, uel legati succedunt eis occupantes ea, quæ ipsi exforserunt per vsuras, & ibi uident religiosi, & alij, qui ab eis accipiunt legata. Vicesimitertii sunt executores testamentorum talium, quibus non disponitur restitutio vsurarum, sed impeditur. Nam tales sua executione præiudicant hęlis per vsurarios, & testamenta non valent, quæ sunt facta per manifestos vsurarios prædicto modo: sed sunt irrita ipso iure, ut in c. quamquam. de vsu. lib. 6. immo prohibitum est omnibus, ne interfint testamentis manifestorum vsuriariorum, ut in c. præallegato patet. Vicesimiquarti sunt hi, qui mutuant vsurarijs, vt eo copiosius fęnerari possint. Vicesimiquinti sunt absoluentes manifestos vsurarios contra uel præter formam, quæ continetur in c. quamquam. de vsuris. li. 6. Vicesimisexti sũt, qui manifestos vsurarios tegunt. Omnium itaque illorum generum homines suas conscientias maculant mortalibus culpis: quia aut efficacem causam dant peccato mortali, scilicet iniustę receptioni vsurarum contra charitatem proximi. Aut faciunt aliàs actum, qui constitutione prohibitus est prohibitus per ecclesiam. aut cõsentiunt facientibus mortale. & ita digni sunt pœna mortalis culpæ. ad Ro. 1. Nonum incommodum est trium censurarum ecclesiasticarum per multas personas & loca incursio, scilicet excommunicationis maioris, suspensionis, & interdicti, Nam occasione mutuationis vsuriæ quinque genera personarum incurrunt ipso facto excommunicationem maiorem, scilicet illi de quarto genere, dummodo sint ecclesiasticę personæ, & illi de 13. 14. & 15. ac. 16. generibus. Suspensionem verò ipso facto incurrunt duo genera personarum, scilicet illi de quarto genere, si sint patriarchæ, archiepiscopi, uel episcopi, & non simplices clerici tantum, & similiter illi de quinto genere. Suspensionem etiam incurrunt recipientes oblationes eorum: ut in c. quia in omnibus Attamen suspensio illius. c. non est late sententiæ: ut in præcedentibus duobus generibus: sed, ut Hostien. placuit, tantum est ferendę sententiæ secundùm benignio tem opinionem. Interdictum verò incurrunt uniuersitates, uel collegia, & terræ illę, de quibus dictum est in casu quinti generis. Decimum malum est obligationum per innumerabiles personas incursio. Nam innumerabiles personæ incurrunt obligationem restituendi usuras ex hoc, q̃ fauorem efficacem dederũt ad vsurariam mutuationem, vel ex hoc quòd reddiderunt vsurarios

vsurarios impotentes restituere: vt patuit in multis generibus prędictis. Vndecimum malum est inuolutio plurium personarum in multas inexplicabiles intricationes, labyrinthos, & perplexitates, quibus ne compedibus inuoluuntur hi, qui prædictis modis dant occasionem mutuationis vsurarię, vel de vsuris uiuunt, ex quibus difficillimum est eis se eximere sine magno periculo animarum. Duodecimum malum est multorũ flagellorum Dei incursio. Nam propter peccatum mutationis vsurarię maximè publicè exercitum & toleratum atque fauorizatum, Deus multipliciter flagellat nõ modo singulares personas: sed etiam ipsas communitates & rempublicam, nunc pestilentia, nunc hostili gladio, nunc fame eos atterendo, nunc ciuili discordia & intestinis bellis & controuersijs, ac partialitatibus scindẽdo, ut uerificetur, quod optauit Dauid psal. 54. Præcipita, diuide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate. Et infra. Et non defecit de plateis eius vsura & dolus. Ex quibus. 12. malis tam temporalibus quàm spiritualibus patet meritò dictum esse in c. vsurarum uoraginem. de vsuris. lib. 6. q̃ vsurarum uorago animas deuorat & facultates exhaurit. Qua igitur fronte aliqui filij huius seculi prudentiores filijs lucis, quorum sapientia terrena diabolica est & animalis, audẽt dicere mutuationẽ vsuratiã, quæ tot damna ingerit, esse vtilem reipublicæ: immo necessariam.

Contra conclusionem primam arguitur primò sic. Ciuitas non potest consistere sine mutuantibus: sed nõ inueniuntur mutuantes nisi ad vsuras. igitur non potest ciuitas consistere sine mutuatione vsuraria. & per cõsequens est necessaria pro ciuitatis subsistẽtia. Maior est nota. minor patet ad experientiam. Nam si aliquando reperiantur gratis mutuantes: hoc tamen adeo rarò contingit, q̃ pro nihilo reputatur: quia pro huiusmodi mutuare tam rarò contingens non potest succurri tottuplicibus indigentijs eorum, qui indigent mutuo. Dicendum, q̃ argumentum peccat in forma: quia in simili forma datur instantia, scilicet Ioannes non potest subsistere, quin sit sanus, uel æger. sed non est æger: igitur necessariò est sanus. consequens est falsum: saltẽ loquendo de necessitate consequentis. Vnde licet propositio de prædicato disiuncto ex oppositis immediatis sit necessaria: tamen stat, q̃ utraque pars disiunctã contingenter prædicetur de subiecto. Sic etiam hic. ciuitas necessariò habet mutuantes, scilicet vel gratis, uel ad usuras, & non habet mutuantes gratis: & tamen non necessariò habet mutuantes sub usuris. Vnde deberet inferri cõclusio sine modificatione necessitatis hoc modo. ergo ciuitas non consistit sine mutuantibus ad vsuras. Et illa conclusio non contradicit primæ conclusioni: sed simul stare possunt, sicut illæ duę. Ioannes potest uiuere sine peccato mortali. & Ioannes non uiuit sine peccato mortali. Quod si minor fiat etiam de modo erit falsa: quia si esset vera, sequeretur, q̃ aliqui habentes res mutuabiles & uolentes mutuare necessariò peccarent, scilicet uitiosè mutuando, quod est falsum: quia nemo peccat in eo, quod vitare nõ potest. Et si replicetur dicendo saltem minor facta de modo est uera, si intelligatur sic, quòd non possunt inueniri mutuantes nisi sub vsuris, ideſt difficile est inuenire mutuantes, nisi sub usuris. Dicendum dupliciter. Primò, quòd dato quòd sic intellecta esset vera: tamen consequenter conclusio non aliter esset intelligenda, nisi q̃ ciuitas non posset, ideſt difficile esset eam subsistere sine mutuantibus ad vsuram. Hoc autem non est contra conclusionem primam, quæ loquitur de posse. multa enim possunt fieri, quæ tamen difficilia sunt. Secundò dicendum, q̃ minor sic intellecta est uera loquendo de difficultate non absoluta: sed solum ex conditione: quæ tamen conditio sine difficultate notabili tolli posset. Nam causa est difficile est inuenire mutuantes est: quia non cohibẽtur mutuantes sub usuris. Si enim tales prohiberentur & scriptè punirentur, nemo mutuaret sub usuris, & tamen adhuc indigentibus mutuo subueniretur: quia inuenirentur multi, qui mutuarent gratis, qui aliàs habita omnimoda opportunitate & licentia vsuras exigendi, non gratis mutuant, sicut etiam in alijs peccatis accidit, a quibus multi abstinerent, si saltem aliqua ciuili pœna, uel prohibitione cohiberentur.

Secundò arguitur sic. Ciuitas non potest consistere sine eo, quod est eius commoditas, & cuius oppositum est incommoditas. Sed mutuatio vsuraria est commoditas ciuitatis, & eius carentia est eius incommoditas igitur ciuitas non potest cõsistere sine mutuatione vsuraria. Maior probatur: quia hoc dicimur posse, quod commodè possumus. & per consequens quod non nisi cum incommoditate possumus, dicimur non posse. Minor probatur: quia commoditas ciuitatis est, quòd ciues indigentes mutuo, non solum inueniant mutuantem, quia hoc est necessarium, sed etiam quòd prompte & faciliter inueniant eos. Modò dato quòd indigẽtes inuenire possent gratis mutuantes, tamen ex quo non promptè & faciliter inuenirent mutuãtes sub vsuris. igitur &c. Dicendum quadrupliciter. Primò, quòd maior est vera, quando talis commoditas non habet annexam diuinam mortalem offensam. modò talis est mutuatio vsuraria. igitur &c. Vnde non est dicendum, ciuitatem non posse subsistere sine peccato mortali. Secundò dicendum, q̃ si admitteretur indistinctè maior est neganda: quia si strenue extirparentur vsurarij, inuenirentur mutuantes gratis, etiam prompte. Et si replicetur, licet non inuenirentur gratis mutuantes: tamen inuenirentur, cum permittuntur mutuantes ad vsuras. Dicendum q̃ hoc, scilicet q̃ non ita prompte inuenirentur gratis mutuantes, non est talis uel tanta incommoditas, q̃ propter hoc dici posset, q̃ ciuitas non possit subsistere sine tali prompta inuentione. Nã ciuitas non potest habere omnia, quæ sibi commodissima forent, quin sine illis subsistere possit. immo ciuitati expedit, quòd ad aliquid non habere tantam promptitudinem inueniendi mutuantes ad vsuras: eo q̃ illa facilitas longè plus occasionaret multos ad negligenter uiuendum, dilapidandum, & distrahendum bona sua, quàm faciat facilitas inueniendi mutuantes sub usuris quæ tamen plurimos destruit. Tertiò dicendum, q̃ do to, q̃ non ita prompte inuenire gratis mutuantes, sicut inuenire mutuantes ad usuras, sit aliqualis incommoditas, non est tamen tanta, quanta est promptè inuenire mutuantes sub usuris: quia secundum est pernitiosius primo: quia primum tantum ingerit temporale dispendium petenti mutuum, secundum autem ingerit tam temporale quàm spirituale petẽti atque mutuanti

tuanti,& tam eis quàm reliquis, ac toti ciuitati : quia petentes tale, cogitur de suo dare aliquid indebitum, & etiam quia multi occasione illius facilitatis dissipãt bona sua,ut dictum est. Spirituale autem dispendium satis patuit in conclusionibus præmissis. Quartò dicendum, ꝙ illi homines, quibus hæc maior cõmoditas(si esset maior)deseruiret, sunt triplices, & duo ultima genera illorum hominum habere illam commoditatem, non est nisi illos homines habere materiam peccandi. ideo illa maior commoditas esset maior pernitiositas eis,quàm commoditas, & eis potius auferenda, quàm præstanda pro bono ciuitatis. Assumptum probatur: nam quidam accipiunt propter necessitatem, quidam propter iniquitatem,quidam propter cupiditatem. & quamuis primis uideatur esse quædam cõmoditas,semper tamen est eis & pernicios um: quia si pauper est: ifi pauperior redditur: quia plus reddere cogitur,ꝙ accepit.& dato ꝙ talis uiuaret maius damnũ, quàm sit illud quod patitur soluendo usuras: tamen adhuc nõ potest negari,quin ibi sit pernitiositas.etiã si minor sit,quàm commoditas.nec propter eã esse minorem est tolerãda: quia est priuata cõmoditas, quæ non præponderat publicę cõmoditati:& multominus publicæ honestati ac diuino timori. Secundi autem sunt, qui sub usuris accipiunt ad sortem dandum, ludendum,& alias iniquitates perfoiendum. Et talibus non solum non est commoditas: sed grãdis pernitiositas inuenire promptos mutuãtes sub usuris: quia est eos habere materiam peccandi. Tertij sunt ut artifices,& negociatores non indigentes mutuo, nisi ad cumulandum diuitias, quibus satisfiat ſuæ insatiabili & insatisfactibili cupiditati. similiter illi, qui a publico usurario mutua quærũt, ut ea alijs pro maiori concedant.& illis similiter est magna pernitiositas inuenire promptè mutuantes sub usuris.

Tertiò arguitur sic.Ciuitas non potest subsistere sine eo, quod est necessarium ad hoc, quòd inter duo temporalia mala,maius malum uitetur : & solum minus incurratur, mutuatio usuraria est huiusmodi: igitur &c.Maior nota.minor probatur: quia sæpe contingit, ꝙ aliquis est magnum damnum passurus, quod ipse aliter uitare non potest, nisi recipiendo mutuum: & quia alias neminem inuenit,qui uelit sibi mutuare gratis.ideo non nisi mutuatione usuraria potest id uitare utputa indiget. 100.flo. quos nisi habeat,patietur damnum in quinquaginta flo. vel in fama, vel cogetur res suas distrahere pro precio in 20.flor.minis remisso.& tamen si centum accipiat mutuò sub usuris quinque floren.per annum non nisi damnum quinque flore. patietur.Dicendum tripliciter.Primò, ꝙ minor est falsa, si intelligatur uniuersaliter.fallit enim: immo stat non nunquam, ꝙ minus damnosum esset tali indigenti uendere res suas pro precio etiam longè uiliori quàm iustum sit, quàm ꝙ accipit mutuum sub usuris, ut patuit in tertio malo tertię conclusionis.Secundò dicendum ꝙ dato, quòd minor sit aliquando uera respectu unius uel duorum : tamen ex quo talia damna sunt priuata & temporalia: damna verò, quę proueniunt ex mutuatione usuraria sunt publica: tam temporalia,quàm spiritualia, quæ multipliciter tacta sunt in tertia cõclusione: ideo illa secũda sunt simpliciter maiora alijs.& per consequens pro illis alijs uitandis non est necessarium habere mutuationem usurariam: quia tunc non est necessaria ad hoc,ut inter duo mala maius uitetur: immo confert ad hoc: ut maius incurratur, & minus uitetur. Tertiò dicendum, ꝙ maior est uera : quando id quod sic est necessarium,non habet diuinam offensam annexam. Nam si habet eam annexam, non est necessarium ad uitãdum maius damnum temporale.immo est met maius utroque damno temporali, & per consequens confert ad incurrẽdum maius malum similiter, modò sic est de mutuatione usuraria.igitur &c. Vnde etiam si maxima damna temporalia uitentur, & maxima bona temporalia per eam acquirantur,quibus etiam quis uelit captiuos redimere christianos & alere pauperes, nihilominus non est dicenda utilis reipublicę, & nullo minus necessaria neque licita, nec etiam eius toleratio erit per hoc licita:ut tactum est.q.26.& 27. Secus ubi toleratio fieret ad uitandum aliquod damnum spirituale maius mutuatione usuraria, quod aliàs uitari nõ posset.Nec est uerum, ꝙ non sit dabile spirituale malũ maius peccato usuræ, prout patuit eadem quæstione.

QVÆSTIO. XLIX.

Vtrum mutuatio usuraria magis spectat ad cõsiderationem theologi,quàm ad considerationem iurisperiti. Quare autem præsens quæstio moueatur, patebit ex corollario quartę conclusionis.& de quibus theologis fiat, patebit ex 3. conclusione.Solutio quæstionis stat ſ tribus suppositionibus, quatuor conclusionibus,& uno corollario.

Prima suppositio.Eadem res potest spectare ad considerationem diuersorum artificum atque scientiarũ, & hoc fieri contingit dupliciter. Primò, subijciendo illam rem respectu diuersorum prædicatorum, quo modo hõ est de consideratione philosophię moralis puta respectu illius prædicati fælicitabile, & est etiam de cõsideratione philosophię naturalis respectu illius prædicati mobile, corruptibile & huiusmodi. Alio modo etiam respectu eiusdẽ prædicati. nec oportet addere, ꝙ hoc fiat considerando sub diuersis rationibus formalibus: nam hoc contingit etiam sub eadem ratione formali, capiendo subiectum, scilicet sub sua quidditate, quæ est eius ratio formalis.Vnde hoc potest contingere altero illorum trium modorum, scilicet aut quia prædicatũ de illo subiecto ostenditur in una per aliud medium.& per consequens per aliud principiũ,quàm in alia, quo modo de terra demonstratur esse sphericum in philosophia naturali: ut pater in fine secundi de cęlo, & etiam idem demonstratur in mathematica. Aut secundò : quia in una demonstratur prædicatum de subiecto demonstratione propter quid,& in alia de monstratione: quia est, quæ distincte demonstrationes generant distinctas scientias. aut quia in una tale prędicatum supponitur inesse subiecto, ita quòd talis propositio habetur pro principio præsuppositio, & in alia prę dicatum ostenditur de subiecto, & habetur propositio talis pro conclusione: sicut fit in scientijs subordinatis, in quibus nonnunquam id,quod est conclusio in scientia subordinante, uel superiori, est principium in scientia subordinata.Ita ad propositum, mutuatio usuraria potest esse de consideratione theologię, & etiam scientię iuris quò ad diuersa prędicata, & etiam quò ad idẽ prædicatum. Nam potest esse de consideratione theologię respectu illius prædicati, quod est eam esse peccatum mortale.Item respectu illius prædicati,quod est ipsam esse in diuino foro æternaliter puniendam.& in secreto foro conscientiæ: vt mortale per confessorem, ad imponendum pœnitentiam arbitrariam. Respectu verò illius prædicati,quod est eam esse in foro exteriori ecclesiæ puniendam pœna humana,canonica,vel ciuili: utputa ꝙ eam exercens est infamis, & ꝙ oblationes eius,qui eam exercet,non sunt recipiendæ ad altare, & quòd testamentum eius nõ factum secundum id quod disponitur in capitulo quamquam. de usu. libro 6.sit irritum ipso iure.& sic de alijs, est de consideratione scientiæ iuris,respectu etiam eiusdem prædicati potest esse de consideratione utriusque . Nam tam theologus, quàm iurisperitus aliquis, puta canonista habet considerare eam esse peccatum mortale,aliter tamen.& aliter puta per diuersa principia, & etiam adeo diuersa: vt unus magis quàm alius habeat id considerare.vt patebit.

Secunda suppositio . Aliud est considerari aliquam rem in ordine ad aliquod prædicatum, & eam considerare in ordine ad aliquod subiectum: utputa considerare contractum usurarium in ordine ad hoc prædicatũ, quod est eum esse peccatum mortale,& considerare eũ in ordine ad aliquod subiectum. ſ. de aliquo actu, vel contractu,an.ſ. talis sit usurarius.De primo modo considerandi contractum usurarium,dicetur in prima conclusione & secunda.De secundo modo dicetur in tertia & quarta conclusionibus, quis.ſ. magis habeat cognoscere,qui contractus sint usurarij,& qui non.Et illi modi considerandi sunt adeo distincti, ꝙ cõtingere posset eos separari, sic ꝙ aliquis artifex haberet rem aliquam considerare uno modo, & non alio, vel non adeo uno modo sicut alius artifex haberet eam illo modo considerare . Sicut in simili hæc propositio . monetam falsans est peccator,qui tali pœna venit puniendus,cõsiderari habeat iurista, vel theologo, & hoc vel in foro ciuili,vel a theologo in foro conscientiæ & Dei: & tamen si illa res,ſ.fallare monetam, vel falsans monetam prædicetur de aliquo.ſ.de Ioanne dicendo.Ioannes fălsat monetam illam,quam idem audit. iam magis,spectaret ad peritum aurifabrum, quàm ad iuristam, vel theologum .

Tertia suppositio . Duplex est contractus usurarius, quidam est indubitanter usurarius , quidam verò non indubitanter est talis: vt sunt illi,de quibus est difficultas aliqua apud docto.an sint tales vel non . Item quidam est in se usurarius.i.seclusa omni humana constitutione est usurarius ex sola lege diuina,vel naturali: vt est omnis mutuatio ,quam quis exercet principaliter propter lucrum per modum precij lentandum ultra forrem pro mutuatione impensa . Quidam verò in se non est usurarius, sed propter cõstitutionem positiuam pro habentem eum,& volentem eum uitari peritide & sub eisdem pœnis,quibus usurarius contractus est prohibitus,vtputa aliquis contractus non est in se usurarius:ut tamen si eius communis,puta ciuilis & canonicum , vel etiam aliquod particulare ius & hoc seculare:puta municipale,vel ecclesiasticum: vt prouinciale,vel synodale ipsum tanquam suspectum prohibet tanquam usurarium: ne mali eo vt pallio,quo abscondãt suas frauden usurarum abutantur: tunc ille esset usurarius. quia pro

hibitus & non in se talis.vt si prohiberet, ꝙ non fieret venditio ad terminum pro maiori precio, quàm fieret sine termino . Nam quamuis hoc liceat fieri in aliquibus casibus: vt patebit in tertio tractatu: si tamen prohiberetur per aliquod prædictorũ iustum tanquam usurarius contractus,eo ꝙ ibi est mutuatio implicita,propter quam cõtingeret malenolum aliquem velle quid habere ultra fortem: iam ille esset usurarius positiuè,& staret ꝙ in se non esset usurarius,eo ꝙ vendens non propter mutuationem implicitam carius vederet: sed propter interesse lucri cessantis. Et hoc modo etiã duplex est collatio simoniaca spiritualium,& receptio temporalium . Quædam enim est in se simoniaca, puta ex lege diuina & naturali: vt cum confertur spirituale tanquam merx pro temporali.vt pro precio.Quædam verò solum est simoniaca : quia prohibita, vt si quis conferat spiritualia , & offerantur sibi temporalia per modum doni,& etiam ipse vt sic illa recipiat: si tamen aliqua constitutione positiua prohiberetur talis datio & receptio propter speciem, vel propter abusum malorũ, illa collatio & receptio esset simoniaca positiuè. Simili ter venditio iuris decimarum , & quorundam officiorum, quæ in se sunt prophana vel seculania : attamen si annexa sunt spiritualibus,est simoniaca non in se, eo ꝙ vendens ea nõ vendit quid spirituale, nec recipit quid pro spirituali re: sed prophana: quamuis aliàs sit peccatum vendere officia,etiam quæcunq; attamen ex quo ius positiuum prohibuit illa vendi perinde, ac si essent spiritualia,eo ꝙ sunt annexa spiritualibus: ideo ea vendere est positiua simonia .

Prima conclusio. Contractus usurarius,qui scitur in se esse usurarius quò ad hoc prædicatũ, quod est ipsum esse peccatũ mortale: magis est de cõsideratione theologi,quàm iurisperiti.Probatur septem rationibus. Prima.actus,qui rationem peccati mortalis immediate cõtrahit ex lege diuina,magis spectat in ordine ad hoc ſ dictum,quod est esse peccatum mortale,ad considerationem illius,ad quem magis spectat considerare eandem legem,& qui etiam eidem legi magis de per se intendit,quàm ad considerationem alterius, ad quẽ non spectat : vel non intentum de per se spectat cõsiderare eandem,& qui etiam eidem legi non intendit, vel non intantum intendit.Modò prædictus contractus usurarius est hmõi.Et tũc vltra modò ad theologum magis spectat considerare legem diuinam , & ẽt eidem magis intendit,quàm spectet ad iurisperitum: aut ẽt quàm talis eidem intendat . Maior primi discursus probatur : quia actus contrahere rationem mortalis culpæ immediate a lege diuina,non est nisi eum esse difformem eidem præceptiuè,vel prohibitiuè latæ : esse autem eũ difformem eidem præcepriuè latæ, est eum esse peccatum mortale.igitur ille , qui melius nouit de illo actu hoc,quod est eum esse illi legi difformem,etiam melius nouit ipsum esse mortale peccatum. Modò nullus melius nouit, quando actus aliquis quem in se nouit, sit difformis alicui legi, nisi qui magis nouit illam legem : quia difformitas actus est habitudo quædam ipsius actus ad legem , cui est difformis , sicut dissimilitudo est habitudo veius qualis ad alterum quale , nemo autem melius nouit relationem , vel habitudinem duorum extremorum , quàm ille , qui agnito vno extremo , melius nouit aliud extremum :

quia ex notitia extremorum deuenitur in notitiam relationis. Vel si difformitas non est habitudo vel relatio: sed negatio quædam, vel carentia habitudinis seu relationis scilicet conformitatis debitæ: tunc sicut relato conformitatis melius noscitur ab eo, qui melius nouit extrema: sic & eius negatio: quia priuatio cognoscitur per habitum, & sic relinquitur maior probans. Minor probatur: quia contractus vsurarius ideo est peccatum mortale: quia est contra illam legem. Luc. 6. Mutuum date, nihil inde sperantes. Hæc autem lex est diuina, & talis est habitudo actus ad illam legem, quòd sublata omni positiua lege & hac sola posita, adhuc contractus vsurarius esset mortale peccatum. igitur ratio mortalis peccati sibi imbibitur immediate ex illa diuina lege. Maior secundi discursus est conclusio primi discursus. Minor verò probatur ex vi nominis, nam theologus dicitur quasi de Deo, vel diuina lege loquens. Vnde de per se, & inquantum theologus est, conuenit sibi diuinis scripturis intendere. Iurisperito autem de per se conuenit intendere tantum legibus humanis positiuis, & de per accidens sibi conuenit diuinæ legi intendere, scilicet inquantum illius præcepta sunt inserta corpori iuris humani, vel si non de per accidens: tamen non adeo de per se ei conuenit sicut theologo: alioquin iurisperitus per se esset theologus, quod est falsum. modò quòd alicui de per se conuenit, ei magis conuenit, quàm alteri, cui non de per se conuenit, vel non adeo de per se. Antequam autem formetur secunda ratio, pono obiectionem possibilem fieri contra conclusionem: quatenus secunda ratio congruentius occurrat: & est obiectio ad probandum, quòd æquè ad iuristam, sicut ad theologum spectet considerare contractum vsurarium in ordine ad hoc prædicatum, quod est esse mortale peccatum, & per consequens non magis ad theologum, & hoc sic. Sicut lex diuina damnat vsurarium contractum: sic lex canonica eum damnat. igitur sicut contractus vsurarius contrahit rationem mortalis peccati a lege diuina, sic a lege canonica: & per consequens ex eodem fundamento, quo probatur, ad theologum magis spectare illam considerationem, scilicet prout ex vna parte illa ratio peccati mortalis in contractu vsurario contrahitur a lege diuina: etiam probabitur ex altera parte ad iurisperitum magis spectare illam considerationem, scilicet prout ex alia parte contrahitur illa ratio a lege canonica, & per consequens singula singulis comparando, æquè spectabit ad vtrumque. Dicendum dupliciter, nam primo posset negari antecedens: lex enim diuina damnat contractum vsurarium virtute propria: idèo non inuitando alteri legi: puta positiua humanæ. Sed lex canonica eum damnat virtute legis diuinæ. Nam quando decreta & constitutiones conciliorum atque summorum Pontificum prohibent eum, allegant pro fundamento & ratione constitutionem diuinæ legis, veteris & nouæ. Et ideo dissimiliter eum damnant etiam tali dissimilitudine, quæ refert ad propositum. Vnde ex quo vna in virtute alterius damnat eum: consequens est: vt consideratio damnatæ prauitatis illius actus magis ad eum pertineat, qui est scrutator illius legis, cui instituit alia, & ipsa alii non innititur, quàm ad illum, qui contemplator est, vel scrutator alterius. Vnde sicut habens scientiam subalternatam solum scit: quia est de suis principiis, habens autem scientiam subalternantem scit propter quid de principiis scientiæ subalternatæ. sic est in proposito. Vnde bene ait doctor solennis in quodlibetis, quodlibeto. 1. quæstion. 39. quòd vsura sit peccatum & iniquitas ex lege positiua. non nouimus: nisi quia sic est, sed quare sic sit, hoc ratione ex lege naturæ debemus inuestigare. Secundò dicendum. concesso antecedente negatur consequentia: nam licèt vtraque lex eum damnet: canonica tamen ex sua damnatione non sufficeret actui impingere rationem peccati mortalis, si non esset lex diuina, ex qua derivatur non tantum potestas auctori iuris canonici ad damnandum actus aliquos, vel ad condendum leges: sed etiam vis impressiua rationis mortalis peccati in ipsum actum. Nam quantumcunque Papa, vel quicunque homo prohiberet aliquem actum: non ob hoc agens eum peccaret mortaliter: si sisteretur in ea lege humana. sed quòd talis peccat mortaliter, reducitur ad legem diuinam: ita quòd ideo est mortalis: quia est contra legem diuinam, quæ mandauit vitari ea, quæ lex humana rationabiliter edita prohiberet: & mandauit agi ea quæ lex humana rationabiliter edita agi præciperet. Lucæ, 10. Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Et iterum Matth. 18. Quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo, quasi dicat: Volo, quòd leges vestræ præceptiuæ, vel prohibitiuæ rationabiliter editæ ligent. Vnde ideo quis peccat mortaliter contraueniendo positiuæ legi, prohibitiuè, vel præceptiuè loquenti: quia facit contra illud præceptum legis diuinæ: Honora parentes: & obedite prepositis vestris, & contra illud, quo precipitur, vt timeamus dominum, & per consequens non spernamus eum. Spernere autem hominem Deo constitutum in superiorem, est Deum spernere. Ex hac duplici solutione potest formari secunda ratio ad conclusionem talis: Ad illum artificem magis spectat considerare aliquem actum esse mortale peccatum, qui in virtute sua artis, vel scientiæ, & sine recursu ad principia alterius artis potest cognoscere & ostendere eum esse mortalem, quàm ad illum, qui hoc non potest, nisi in virtute alterius artis. Theologus est huiusmodi: nam seclusa lege positiua, ciuili, & canonica, theologus ex hoc, quòd contractus vsurarius est contra legem. Luc. 6. quam iudicat esse prohibitiuam: cum ait, nihil inde sperantes: infert sufficienter, quòd sit mortalis. Iurisperitus verò non potest inferre eum ex hoc, quod est contra legem canonicam: vel ciuilem esse mortale peccatum, nisi additus lege diuina. Vnde si arguatur sic. Omnis actus contra legem canonicam, vel ciuilem, præceptiuam, vel prohibitiuam factus, est peccatum mortale. contractus vsurarius est huiusmodi, igitur &c. In hac probatione iurisperitus habet ponere minorem: & eam melius nouit, quàm theologus: maiorem autem non nouit vt iurisperitus: sed vt theologus, vel si eam vt iurisperitus nouit: non tamen nouit nisi accipiendo a theologo, & etiam non habet maiorē, nisi vt quoddam presuppositū in sua facultate,

nec

nec ipsam ex sua facultate probare potest. Theologus autem habet ipsam vt conclusionem, quam probat ex sua scilicet diuina, ex qua elicitur prædicta maior: vt patuit. Modò ille, qui ad aliquam conclusionem potuit maiorem, & non minorem: melius potest iudicare de conclusione, quàm ille, qui tantum minorem potuit, & idem iudicium est, si minorem ponens, etiam ponat maiorem: ipsam tantum supponendo: & non ostendere potens eandem. Alius verò eandem ostendere posset. Et ratio illius est: quia in maiore est tota vis discursus. Vnde etiam maior dicitur: quia in virtute continet totum discursum. Tertia ratio, theologus melius nouit de contractu vsurario hoc prædicatum, scilicet esse mortale peccatum: igitur consideratio contractus vsurarij in ordine ad illud prædicatum, magis ad eum spectat: quia res quo ad prædicatum aliquod magis ad illum spectat, qui melius illud prædicatum de ea nouit: quia horum est quis bonus iudex, qua quis bene nouit. 1. Ethic. Antecedens probatur: quia duobus cognoscentibus aliquod subiectum, etiam si æqualiter illud noscant: ille melius nouit prædicatum aliquod de eo, qui melius nouit prædicatum: tam quo ad quid nominis, quàm quo ad quid rei: & ea quæ ad intellectum quid rei pertinent. Modò si theologus & iurisperitus etiam æquè noscant aliquem contractum esse vsurarium: tamen theologus melius nouit quid nominis, & quid rei peccati mortalis. Nam ipse diffinit peccatum mortale. Est dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei. & illam diffinitionem etiā melius intelligit: quia ibi ponitur contra legem Dei. Nemo autem artificum melius nouit legem Dei, quàm theologus, & theologus etiam melius alijs cognoscit, quæ lex loquatur prohibitiuè, præceptiuè, vel consultiuè: quod tamen necessarium est ad hoc, quòd sciatur quando quid sit contra legem Dei tanquam peccatum mortale. Quarta ratio, contradictoria illius, omnis contractus vsurarius est peccatum, magis spectat ad theologum igitur etiam illa. quidam contractus vsurarius nō est peccatū, magis ad theologum spectat. tenet consequentia: quia oppositorum est eadem disciplina, secundum philosophum in topic. & etiam quia sicut aliquis artifex per sua principia ostendit vnum contradictoriorum esse falsum: ita ex eisdem ostendit alterum contradictoriorum esse verum: & econtra. Antecedens probatur quia assertio hæretica magis spectat ad considerationem theologi, quàm iurisperiti: ita quòd ad determinandum magistraliter, quæ assertio sit hæretica, & quæ catholica, magis valet theologus, quàm iurisperitus. Modo hæc, scilicet contractus vsurarius non est peccatum, est hæretica: vt patet in clem. vnica. de vsu. vbi dicitur, quòd si quis inciderit in illū errorem, vt pertinaciter affirmet, quòd exercere vsuras nō sit peccatum, decernimus eum velut hæreticum puniendum. Maior posset multipliciter probari: sed pronunc sufficiat vna probatio talis. Ad illius scientiæ doctorem, propter quam solummodo dicitur assertio catholica, vel hæretica principaliter spectat diffinire per modum doctrinæ, quę assertio est catholica, & quę hęretica reputanda: sed theologia est huiusmodi. igitur ad theologię doctores magis spectat considerare assertiones hęreticas eas determinando magistraliter &c. Maior nota. minor probatur: quia sola illa assertio est catholica, quę est consona theologię, & quę eidem noscitur aduersari, dinoscitur esse hęretica. Nam si aliqua assertio inueniretur aduersari decretis vel decretalibus summorum Pontificum, aut canonibus conciliorum, aut legibus imperatorum: si tamen non obuiaret theologiæ: non deberemur hæreses computare quamuis falsa & erronea posset iudicari. Vnde si quę assertiones contrarientur canonibus & decretis conciliorum, vel pontificum: & etiam hęreticę iudicentur: tamen hoc non est, nisi quia theologię aduersantur, ob quod concilia, vel summi Pontifices eas vt hęreticales condemnauerunt. Dixi ad determinandum magistraliter: quia nec ad theologum, nec iurisperitum, vt tales sunt, spectat iudicialiter, seu per modum iudicialiter diffinientis determinare, quę sit hęretica, & quę catholica. sed hoc spectat ad summum Pontificem. Antequam autem formetur quinta ratio, pono aliam obiectionem possibilē fieri contra conclusionem hoc modo. Actus existens contra legem naturalem spectabit in ordine ad hoc prędicatum, quod est esse peccatum tale vel tale, ęque ad illos artifices, vel scrutatores, qui ęquè habent legem naturalem considerare: & magis ad illum, qui magis habet eam considerare. Contractus vsurarius est contra legem naturalem: vt ostensum est quęst. 2. 2. Iurisperitus autem & theologus ęquè habent considerare legem naturalem, vel iurisperitus magis quàm theologus. igitur ad eum ęquè, vel magis spectabit consideratio contractus vsurarii, quò ad hoc prędicatum, quod est ipsum esse peccatum tale, vel tale. Maior primi discursus nota, etiam a simili ex maiore primæ rationis positę. Minor verò pro secunda parte probatur: quia aut ad neutrum, vt talem de per se spectat eam considerare: sed tantum de per accidens. Aut si in aliquo modo per se ad eos ista spectat ęquè, vel magis ad iurisperitum id pertinebit. Primum probatur: quia ad theologum, vt talem spectāt tantum considerare leges purè diuinas. hę autem sunt, quę nec sunt constitutę a lege naturali, nec a lege humana. cuiusmodi in veteri testamento fuerunt leges purè positiuæ iudiciales, vel purè positiuę cerimoniales, ita quòd ratio in lumine naturali relicta: non plus haberet rationem declinandi ad vnam partem, quàm ad alteram: sed vel neutralis fuisset, vel tantam occasionem ad vnam declinandi sicut ad aliam. Et ita ad theologum vt talem non spectat considerare legem naturalem. Assumptum autem probatur: quia da oppositum: tunc ad theologum vt talem spectaret esse naturalem philosophum: quia ad naturalem philosophum spectat considerare legem naturalem, & eius dictamina. Vnde sicut lex naturalis, diuina, & humana distinguuntur: nec vna est de per se alia. sic etiam earum scrutatores sunt distincti, scilicet naturalis philosophus, theologus, & iurisperitus: nec vnus erit de per se alius. Et simili modo dicendum de iurisperito. Ille enim habet considerare de per se purè humanas constitutiones, quæ nec sunt constitutiones legis naturalis, cuiusmodi sunt, quę sunt eędem apud omnes, & immediate venjunt ex principiis practicis legis naturalis. nec sunt valde vicinę conclusionibus, & principiis practicis, & conclusionibus cuidenter ex eis illatis. Et dico purè cæremoniales, vel purè iudiciales, pro-

pter eas, quę fuerunt mixtę, ita quòd partim fuerunt naturales, & partim positiuæ: sicut præceptum de danda decima, quo ad hoc, quòd est populum dare aliquid in sustentationem ministrorum Dei, est naturalis legis. sed dare præcisè illam quotam, scilicet decimam, non est naturale: sed positiuum diuinum: olim obligans vt diuinum; hodie abolitum: & tantummodo obligans vt positiuum humanum. Similiter, q hó tenetur suscipere ablutionem aquę sub certa forma verborum facta, est præceptum legis diuinæ & purè diuinum, ideſt, non procedens a lege naturali. Similiter quòd dicat peccata sua alteri puro homini; puta sacerdoti est præceptum diuinum purum, seu purè positiuum. Secundum verò probatur: quia scientia iuris ciuilis subordinatur philosophiæ morali: hæc autem philosophia versatur circa legem naturalem: theologia autem non sic subordinatur legi naturali. igitur si alter eorum se habet intromittere de scrutinio legis naturalis. & actuum contra eam existentium, magis hoc habebit iurisperites, quàm theologus. Vnde etiam philosophus moralis existens naturalis, hoc est sistens in lumine naturali, considerat etiam de contractu vsurario: vt patuit in Arist. qui & ipse eum damnat. & ideo cum ad philosophum moralem & naturalem spectet, considerare eius damnatam prauitatem, & illi subordinetur iurium scrutator, maximè legista: sequitur propositū scilicet pars alium pri in probatione secundæ minoris. Dicendū per duas solutiones. Prima applicatur ad maiorem primi discursus, supponendo q triplex est peccatum. s. morale, & illud habet philosophus moralis considerare, aliud est mortale peccatum, aliud veniale. & illa theologus habet considerare. Maior igitur est vera. si intelligitur de peccato morali: & tunc argumentum non concludit, nisi q ad iurisperitum æquè, vel magis quàm ad theologum spectaret consideratio contractus vsurarij quo ad hoc prædicatum, quod est esse peccatum morale. & hoc non est contra conclūsionē nostrā; quæ loquitur de peccato morali, non faciendo mentionem de morali. Sed maior neganda est, si intelligatur de mortali peccato, vel veniali. Nam sistens in cōsideratione legis naturalis poterit iudicare, si qui actus sit illi legi difformis: & ita an sit peccatum morale, & per consequens si qui duo professores æquè illi insistunt, æquè hoc poterunt iudicare, & si quis magis ei insistit, magis hoc iudicare poterit. Sed si talis soli legi naturali insistat, non poterit ob hoc iudicare, si ille actus sit peccatum mortale, vel veniale: quia ratio peccati mortalis in ciuibus, q per ipsum demereatur actor perdere diuinam amicitiam, & gratiam habitualem, si eam habeat. & incurrere reatum pœnę infernalis æternaliter. Modo q soli legi naturali insisteret, non posset cognoscere, si qs actus esset talis. Nam nullibi lex naturalis sanxit, q talis, vel talis actus, & qui est sibi difformis, sic, vel sic puniretur, vel aliter homo per eum demereatur: alioquin ex naturali lumine homo scire posset, q in homine est ponenda quædam gratia habitualis, quam perdit, quādo facit quosdam actus, & q homo ordinaretur ad beatitudinem talem theologicam, quam etiam perdit per hmōi actum, & q ponenda est talis & talis pœna, qualis. s. in inferno, ponitur pro damnandis: quæ tamen nō possunt naturaliter cognosci: sed ad hoc q insistens naturali legi illa cognosceret, requiritur recursus ad principia theologica, & legis diuinæ, & sic ad theologum hoc spectabit. Secunda solutio, dicendo, ad minorem secundi discursus, q est falsa: quomodocunq; capiantur theologus, & iurisperitus: Nam strictè loquēdo de eis, neuter habet de per se considerare legem naturalem: sed solum de per accidens. Nam sicut strictè loquendo distinguūtur lex naturalis, diuina, & humana rita theologus strictè captus dicit tantum scrutatorem earum legum, quæ sunt propriè & purè diuinæ, quo modo leges decalogi non essent diuinæ propriè: quia fuerē a Deo sint datæ: tamen etiam lex naturalis eas dictat. Ita iurisperitus strictè captus significaret tantum scrutatorem, vel professorem earum legum, quæ sunt purè humanæ, quas scilicet nec Deus, nec lex naturalis dictauit, vel decreuit. Attamen non sic strictè loquendo, vterq; habet legem naturalē considerare. Si enim theologus dicat, eum qui scrutator est omniū sanctionum & veritatum insertarum corpori theologiæ: tunc ad eū spectat etiam de per se considerare legem naturalem. eo quòd corpori theologiæ, scilicet canoni biblię plurimæ sanctiones legis naturalis, & veritates naturaliter cognoscibiles sunt insertæ. Similiter si iurisperitus significet eum, qui scrutator est omnium sanctionum & veritatum, quæ insertæ sunt in corpore iuris, siue ciuilis, siue canonici: ad eum spectat etiam de per se considerare legem naturalem. Et si hoc modo capiantur iurisperitus & theologus: minor est falsa quo ad vtrasque partem: nam non æquè habebunt. eam considerare, nec iurisperitus magis, quàm theologus: sed econtra. Et hoc ex quatuor patet. Primò, nam corpori theologię longè plures sanctiones legis naturalis sunt insertę: quàm corpori iuris ciuilis & canonici: vt patet transcurrenti corpus bibliæ adeo quòd etiam si prę manibus accipiantur solū libri Sapientiales: & epistolæ Pauli: & canonicę epistolę aliorum plures haberentur ibi regulæ & sanctiones legis naturalis: quàm in corpore iuris, præsertim ciuilis. Secundò, quia illæ sanctiones legis naturalis, quę sunt insertę corpori theologię: sunt pro maiori parte verę dicendę sanctiones legis naturalis scilicet, aut capiendo sanctionem legis naturalis strictè, pura quia sunt principia practica, aut minus strictè, de quibus acceptionibus patuit supra quęstione. 22. Vnde in corpore theologię habentur decem præcepta decalogi, quæ sunt de lege naturali. & hoc aliqua de lege naturali strictè capta, scilicet primum & secundum: & pro parte tertium. Alia de lege naturali non strictè: vt alia. Item ibi habentur illa duo principia. Quod tibi fieri non vis, alteri non facias, & quod tibi fieri vis, alteri facias: Tobiæ. 3. & in euangelio. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Lucæ. 10. & iterum. Quęcunque vultis vt faciant vobis homines &c. Sed in corpore iuris ciuilis licet multę reperiantur sanctiones: quę viderentur aliqui dicenda sanctiones legis naturalis: tamen non tot, quæ sunt illius legis primo vel secundo modo. puta quia nec sunt principia practica legis naturalis euidentia ex terminis, nec sunt conclusiones ex eis euidenter deducibiles. & sic non sunt legis naturalis, primo modo capiendo eam, seu strictè. Sed etiam non sunt valde consonæ & vicinę talibus principiis, vel conclusionibus immo a longinquo tātum & modicum quid sapiunt de talibus principiis & conclusionibus. Tertiò quia

quia quamuis corpori iuris canonici etiam plurimę insertæ sint sanctiones legis naturalis: hę tamen vtrę theologia sumptæ ibi insertæ sunt, & constitutiones summorum Pontificum & conciliorum, si quas resonant sanctiones legis naturalis, communiter fundantur, etiā nominatim in libris bibliæ tanquam inde sint acceptę, & ibi habeāt suam auctoritatem: & nominatim in materia nostra scilicet in condemnatione contractus vsurarij: vt patet in cap. quia in omnibus, & in c. super eo. extra, de vsu. vbi Papa ideo condemnat cōtractum vsurarium, etiam si fiat propter opus pietatis exercendū: quia. s. damnatus est vtroq; testamento. Vnde prædictæ constitutiones Pontificum & conciliorum sunt quasi corrollaria theologiæ: vt satis innuitur in c. qualiter. de accu. ibi enim dicitur, q ex auctoritatibus vereris & noui testamēti processerunt canonicę sanctiones. Quare ò: nam theologus magis habet considerare nouū testamentum quàm iurisperitus. modo nouum testamēntum adeo repletum est sanctionibus legis naturalis, q quasi vocari potest lex naturalis. igitur magis ad theologum spectat considerare legem naturalem, quàm ad iurisperitum. Maior nota. minor probatur: quia quamuis ibi reperiantur aliquæ constitutiones, quæ sint purè diuinæ: vt de suscipiendo baptismum, & de confitendo peccata homini sacramentaliter: tamen illæ pauca sunt adeo, q pro nullis quasi reputantur respectu reliquarum, quæ sunt legis naturalis. Et confirmatur minor. Nam cum dominus per Hieremiam propheram prædiceret se daturum legem nouam, scribit ei illud, quod est legi naturali proprium. s. esse scriptum in corde hominis. in naturali lumine rationis consistere. Vnde sit Hiere. 31. Post dies illos dabo legem meam in visceribus eorum, & in cordibus eorum scribam eam. q. d. legem naturalem in corde eorum scriptam. licèt obfuscatam ego renouabo, data lege nouā: quę erit quasi naturalis renouata: Ex huius igitur argumenti solutione potest nunc formari quinta ratio. Ad illum magis spectat consideratio contractus vsurarij in ordine ad hoc prædicatum, quòd est esse mortale peccatum, ad quem spectat cōsiderare peccatum mortale, magis quàm ad illum, qui non habet considerare peccatum mortale: sed tantum morale modo dato, sed nullatenus concesso, q tā iurisperitus, quàm theologus habeant considerare etiam æquāliter legem naturalem, contra quam est contractus vsurarius: tamen iurisperitus in quantum considerans legem naturalem, non habet cognoscere, quid sit mortale peccatum. theologus autē habet hoc cognoscere. igitur &c. Sexta ratio. & hæc sequitur ex secunda solutione eiusdem argumenti sic. Consideratio contractus vsurarij respectu illius prædicati, quod est esse morale peccatum, magis ad theologum quàm ad iurisperitum pertinet, etiam vt ambo intendunt legi naturali. igitur inuito magis consideratio eius respectu illius prædicati, quod est esse mortale peccatum, magis ad theologum pertinebit, quàm ad iurisperitum. tenet consequentia a maiori: quia magis videretur primum quàm secundum, eo q videretur aduersarijs, q iurisperitus magis haberet scrutari legē naturalem, quàm theologus. Antecedens probatur: quia potius econtra theologus magis habet scrutari legem naturalē, & peritior est in ea, vt probatum est. Septima ratio. consideratio damnati contractus quo ad hoc prædicatum, quod est ipsum esse peccatum tale, vel tale, magis spectat ad professores, qui semper minus erraverunt in concedendo, permittendo, & reprobando talem cōtractum: tam reprobatione scholastica, quàm iudiciali. Sed theologi sunt tales. igitur &c. Maior est notaquia minus erranti bus in aliqua re magis creditur, tanquam melius ibi intendentibus, ad tales igitur magis spectat consideratio talis rei. Minor probatur: nā nullus theologus in scholis, vel sermonibus concessit hominibus exercere contractum vsurarium scitum esse talem: & hoc concessione magistrali, vel scholastica, vel ambonica. s. sponendo eis super hoc impunitatem, vel eidem contractui fa uorizando: sed potius semper reprobauerunt, & homines ab eius actu deterruerunt, ipsum perse, nēdo & reprobando tam in scholis, quàm in sermonibus. Item etiam qui iudiciaria potestate præfuerunt. vi puta episcopali, vel papali: nunquam concesserunt eis dando leges fauorizantes vsuris. Sed aliqui legistæ scrutantes & profitentes leges imperiales & ciuiles, inquantum tales non permiserunt: sed etiam concesserunt hominibus exercere plures contractus vsurarios: non solum scholastica concessione, vel magistrali: sed etiam iudiciali auctoritate, adeo quòd etiam imperator Iustinianus, licèt catholicus existens, dedit leges, quibus non tantum permittuntur: sed etiam conceduntur vsurę, & per quas fauerur vsurarijs, ita quòd non tantum impunitatem concessit exercentibus vsuras: sed etiam ordinauit eis ea, quibus mediantibus possunt vsurarii cōsequi suas vsuras: vt patuit supra. quæstion. 22. Et hoc multo magis concesserant sui antecessores, qui infideles extiterunt, adeo quòd Iustinianus superueniens modo & restrictius eas concesserit. Et si hodie vellent sequi domini legistæ leges etiam Iustiniani, ipli cō cederent vsuras & fauerent eisdem: quia etiam Iustinianus non renouauit illas leges per eum factas, concedens vsuras, vt ibi dictum fuit. Secus de dominis canonistis: quia hi subordinantur theologiæ, a qua sumpserunt suas sanctiones: vt patet in c. qualiter. de accu. domini autem legistæ non sic occupantur cum doctrinis theologicis, nec sic est colligata & subordinata scientia iuris ciuilis theologiæ: sicut scientia iuris canonici: nā scientia iuris ciuilis ab illis diu fuit possessa, qui nedum euangelium: sed etiam Deum ignorauerunt: non modo agentes, sed etiam aliis concedentes ea, quæ etiam naturalis lex damnat, de quorum numero est cōtractus vsurarius.

Secunda cōclusio. Si aliquis actus sit nō in se vsurarius: sed tm ex iure positiuo ipsum vt tale prohibente; adhuc talis in ordine ad hoc prædicatum. s. esse mortale peccatum est magis de consideratione theologi, q̄ iurisperiti. Probatur: quia non cognoscitur talis contractus esse peccatum mortale, nisi cognitis illis duabus præmissis. s. Omnis actus, qui est contra legem eiusmodi positiuam humanā prohibitiuè tantū a superiori, est peccatum mortale, hic contractus est hmōi. igitur est peccatum mortale. Modo quamuis minor in illo syllogismo magis sit de consideratione iurisperiti q̄ theologi, eo q iurisperitus melius nouit leges humanas q̄ theologus. & ēt melius nouit ponderare, quæ lex positiua facta sit prohibitiuè, vel tantū dissuasiuè, q̄ theologus: tamen maior magis est de consideratione theologi. Nā aut illam solus theologus habet ponere, aut si vterquę

habet eam ponere: tamen ipsa est per theologum magis nota: quia habet eam pro conclusione, & eam probare potest ex suis legibus scilicet diuinis. Iurisperitus autem habet eam pro principio supponendo eam veram esse, magis autē nouit quis propositionem, quam vt conclusionem nouit, quàm ille, qui eam tantum vt principium supponit, & tunc vltra: cum notitia maioris sit validior ad cognoscendam conclusionem, eo ꝙ in maiore est virtualiter tota vis discursus generantis scientiam, sequitur, ꝙ etiam, qui melius nouit maiorē, melius nosceat conclusionem. & per consequens magis ad eum spectabit illius conclusionis consideratio. Potest etiam illa conclusio probari ex quarta ratione præcedentis conclusionis. Corollarium de omni cōtractu vsurario magis poterit theologus tractare quo ad hoc prædicatum, scilicet esse mortale peccatum, quàm iurisperitus: quia omnis contractus vsurarius, aut est in se vsurarius, aut non in se sed ex iure positiuo, communi, vel particulari.

Tertia conclusio. Si de cōtractu in se vsurario sit tractandum tanquam de prædicto, quod deberet prædicari de aliquo contractu: vtputa si de aliquo contractu quæratur, vel dubitetur, an sit in se vsurarius: non minus pertinebit consideratio cōtractus vsurarij ad theologum, quàm iurisperitum. immo ad minus æque poterit hoc resoluere theologus. Et si dicendum esset, ꝙ alter eorum altero melius posset, plus esset dicendum, ꝙ theologus esset ille. Et dicitur notanter in se vsurario propter sequentem conclusionem, vbi secus dicetur, quando dubitatur de contractu, an sit aliter, vel aliunde, quàm de se, vel in se vsurarius. Prima igitur pars conclusionis probatur. Ille, qui non minus sed æquè intelligit rationem, vel diffinitionem, & quid no minis, atq; quid rei alicuius prædicati: etiam non minus, sed æquè poterit discernere, an illud prædicatum vere dicatur de aliquo subiecto, quod ipse non minus illo alio nouit: sed theologus non minus, sed æquè nouit, quid sit contractus in se vsurarius, & æquè nosci il lum actum, de quo quæritur, an sit talis. igitur cōclusio pro prima parte vera. Maior est nota: quia notitia alicuius propositionis propositæ, & eius decisio dependet ex notitia terminorum eiusdem, & rationum eorūdem. Minor pro prima parte probatur: quia eqūe theologus nouit legem diuinam & eius terminos: sicut iurisperitus suam legem & eius terminos. Modò dare ad vsuram (quod est idem quod contractus in se vsurarius) ponitur in lege diuina veteris testamenti: vt patet Exech. 18. psl. 14. & 54. & Deut. 23. & æquivalens, vel minus ponitur in noua lege. Luc. 6. Mutuū date, nihil inde sperantes. hoc enim est dicere, non exercentis contractum in se vsurarium. Quomodo enim posset theologus istam legem diuinam intelligere, nisi intelligeret quid esset diffinitiue, co actus vsurarius, & quid ad ipsum requireretur. Oportet ergo ꝙ ita bene intelligat eius rationem, sicut iurisperitus. Secunda pars minoris probatur: quia ex quo contractus in se vsurarius non tantum est contra legem diuinam, vel humanam: sed etiam contra naturalem, melius poterit is iudicare, de quo subiecto, pura actu verè prædicetur, qui plures ex illis tribus legibus melius nouit. Modò theologus nosce legem diuinam & naturalē. & dato ꝙ iurisperitus nosceat etiam duas. s. naturalem & humanam. & etiam dato, ꝙ æquè nosceant suas proprias leges. s. ille diuinā, & alter humanam: tamen circa communem eis. s. naturalem, quam vterq; haber considerare: melius eam nouit theologus, quàm iurisperitus. vt ostensum est in cō clusione prima, in solutione obiectionis præcedēris sextam probationem. Et loquor in hac conclusione & in tota quæstione non de illis theologis, quos iure carpit Cancel. Parisien. sed de alijs, prout in prologo huius operis commemorauī. Vnde bene ait doctor solennis Hen. Ganden. in suis quodlibetis, quodli. 1. q. 39. vbi damnat quendam contractum veluti vsurarium. Ait inquam, ꝙ de illo non oportet inquirere a inciliis: sed magis a theologis & philosophis: cum vsura sit iniquitas contra legem iuris diuini & naturalis. aliàs philosophus Arist. eam non damnasset, sicut tamen eam damnat. 4. ethi. hęc ille. Prout etiam patuit supra q. 22. conclusione. 2. quamuis in prædicto quodlibeto & quæstione non benedicat damnando contractum illum, de quo ibidem disputat, quem tamen alij theologi admittunt, scilicet emptionem vitalitii, prout patebit quæstione 81.

Quarta conclusio. Si de contractu non in se vsurario: sed aliunde contrahente nomen vsurarii contractus sit tractandum, an verè prædicetur de aliquo actu vel non: consideratio contractus vsurarii magis ad iurisperitum spectabit, quàm ad theologum. & si capere tur iurisperitus præcisè pro perito in iure communi, ciuili, vel canonico: aliquando magis spectaret ad peritum in statutis municipalibus, aut prouincialibus & synodalibus: sine ille esset aliàs iurisperitus, siue theologus, sine neutrum illorum. Prima pars probatur, quia si quis actus sit vsurarius non in se sed aliunde, oportet, quòd hoc contrahat ex aliqua constitutione humana, ergo qui melius scrutatus est illas constitutiones humanas, melius poterit videre, si talis actus sit aliqua humana constitutione condemnatus tanquam vsurarius: licet in se non sit talis: tota enim ratio tale dubium decidendi pendet ex virtute humanæ constitutionis. Modo iurisperitus melius illas constitutiones nouit, quàm theologus. igitur &c. Secunda pars probatur: quia staret, quòd contractus aliquis esset solo iure particulari prohibitus, vt vsurarius scilicet, municipali, vel synodali, vel prouinciali. Iurisperitus autem captus præcisè pro perito in iure communi, non nouit statuta particularis iuris. immo stat, quòd equè eum fugiant, sicut theologum, & aliquis qui nec est iurisperitus, nec theologus: melius illa nosceret. Dicitur notanter in prima conclusione. quòd ad hoc prædicatum, quod est ipsum esse mortale peccatum: quia si contractus vsurarius consideretur in ordine ad aliquod aliud prædicatum, posset eius consideratio plus pertinere ad iurisperitum, quàm ad theologum: vt puta respectu prædicatorum fonantium in pœnam ciuilem, vel canonicam ordinatam a iure humano contra illum contractum: vtputa contractus vsurarius est talis, quòd exercens ipsum est infamis. & sic de aliis pœnis a iure communi ordinatis. Nam nemo melius nouit huiusmodi prædicata pœnalia, quàm scrutator illarum legum: quibus tales pœnę statuuntur, & decernuntur. Modò iurisperitus est scrutator talium, non theologus. igitur &c. Tales autem pœnę sunt multæ. Et in primis est infamia, & hæc ciuilis, vel canonica.

nonica. Vnde quicunque exercet contractum vsurarium, est infamis infamia canonica. Nam illa infamia contrahitur per quodlibet mortale peccatum, de qua habetur c. infames. 6. q. 1. & ibi vide glo. summariam. Infamia verò iuris ciuilis, quæ irrogatur per sententiā, vel ipso facto per leges: vt in casibus, in quibus iure cauetur, de quibus vide textum, & glossā bonam. 3. q. 7. §. porrò. Infamis est omnis ille, qui exercet eam vsuram: quæ dicitur improbum fœnus, cuiusmodi est illa, vbi quis post terminum etiam de vsurario lucro prouentum computat: & petit vsuras. similiter vsura centesima. & de illis & alijs vsuris reprobatis: etiam a iure ciuili patuit supra quæst. 22. Et quia omnis vsura est censenda illegitimum & improbum fœnus. ideo quidam inferunt, quòd etiam hodie de iure ciuili omnis vsurarius est infamis, sed an illa consequentia valeat, non diffinio, cum infamiam, quam ius ciuile in vsurarios ferre voluit, tantum voluerit in quosdam ferre, quos scilicet illegitimos reputauit, & non in reliquos, quorum vsuras concessit: videtur, quòd reliqui non incurrant illam pœnam, nisi de nouo p aliquam constitutionem in eos extendatur, non autem per canonicam in eos extenditur. Nec apparet, vbi per ciuile ius, ideo dimitto hoc quamuis quidam dicantur hoc notasse. De canoni ca autem infamia non est dubium, quin etiam talis sit infamis, de quo etiam in capit. inter dilectos. Secunda pœna est, quòd manifestus vsurarius non debet recipi ad communionem altaris. Hanc tamen pœnam, licet sit statuta a iure canonico, vt in cap. quia in omnibus. extra, de vsu. etiam theologus eam nosce re potest: quia de lege diuina est, quòd mortalis peccator non debet recipi ad communionem altaris. Leucharistiæ, nisi pœnituerit. Tertia pœna est, quòd oblationes manifesti vsurarij ad altare non debent recipi. in eodem capit. & hanc pœnam si intelligatur de illis oblationibus, quæ fiunt de re fœnebri, etiam theologus sine scientia iuris positiui potest nosce re: quia illa res est restituenda ipsi, a quo extorsit. & hoc saltem tenendo, quòd non trāsferatur dominium rei fœnebris in vsurarium. Si autem oppositum teneatur: tunc adhuc theologus hoc cognoscere potest: si illius rei fœnebris oblatio reddit vsurarium impotentem ad restituendum. vtputa: quia nō habet alia bona legitimè quæsita, quæ loco illius rei restituat. Si autem prædicta constitutio positiua intelligeretur etiam de re non fœnebri: sed legitimè quæsita, non nosceret eam theologus sine iure positiuo: quia oblationes tales non essent ipso iure diuino de per se repudiandę: sic quòd recipi non possent: quamuis vsurarius dignus esset, quòd repudiaretur. Et dico de per se: quia de per accidens oblationes illius manifesti vsurarij, qui haberet bona legitimè acquisita, de quibus sumit eadem: etiam non essent recipiendæ ab ecclesia, scilicet propter scandalum pusillorum, ne crederent, quòd ecclesia sentiret, quòd de vsura posset fieri oblatio: crederetes illas oblationes esse sumptas de malè quæsitis bonis: scilicet de vsuris, & hoc etiam nosce re posset theologus. Quarta pœna est, quòd manifestus vsurarius, non est recipiendus ad ecclesiasticam sepulturam: si in hoc peccato decesserit: vt in capitulo quia in omnibus, extra, de vsu. & illam pœnam etiam nosceret theologus sine scitu iuris positiui: quia ex quo in notorio peccato mortali decessit, est de damnandis iudicandus. ideo indignus beneficio ecclesiastico: quamuis theologus non nosceret: quia scienter sepeliens eum esset ipso iure excommunicatus maiori excommunicatione: quod tamen nosceret iurisperitus ex clemen. prima de sepulturis. Quinta, qui non debent absolui, nisi seruata certa forma. de qua in capitulo quanquam. de vsuris lib. 6. Et hanc pœnam quo ad hoc, quòd non deberent absolui, etiam nosce re posset theologus, si, loquitur de impœnitentibus: sed quòd etiam pœnitentes non debent absolui, nisi seruata certa forma positiua, de qua ibidem, non nosceret theologus: sed iurisperitus: vtputa, quòd non debet absolui, nec recipi ad sepulturam: quamuis se dicant velle restituere: vel etiam si mandent in vltima voluntate satisfieri, sed oportet, quòd vel de ipsis sit satisfactum, prout eorum facultates patiuntur: vel saltem, quòd illis, quibus facienda est restitutio, si præsto sint: aut alijs, qui illis possint acquirere. vel illis absentibus ordinario loci, vel vices eius gerenti. aut rectori parochiæ vsurarij coram aliquibus fide dignis: aut seruo publico: vtputa tabellione de ipsius ordinarii voluntate, & mandato idonee de restitutione sit cautum, scilicet, si quantitas sit manifesta, quòd illa exprimatur, & si non est manifesta, est moderanda arbitrio recipientis eam: ipse tamen si scienter moderetur eam minorem, tenetur ad restitutionem residui. aliàs nullus debet eis impendere absolutionem, vel eos ad sepulturam recipere, vel testis esse in testamentis eorum: vt in prædicto capitul. quanquam. Sexta, quòd testamentum vsurarij manifesti disponens, quòd aliorsum peruenire debeant vsuræ: quàm ad eos, quibus est restitutio facienda: sit ipso iure nullum: vt in prædicto. c. quanquam.

Corollarium. Irrationabiliter est responsio Petri de Anc. ad quæstionem propositam, qui in quadam quæstione disputata cum quæritur, ad quos magis spectet determinatio dubiorum de vsuris: ad theologos, vel canonistas, tenet quòd pertinet ad canonistas. Dicit enim, quòd interpretatio iuris naturalis & diuini, qua tenus tendit ad moralitatem, & dirigit actus nostros in Deum, pertinet ad canonistas, sed quatenus ius diuinum tendit ad spiritualitatem, & tuitionem fidei contra infideles, pertinet ad theologos, & sic concludit, quòd magis ad canonistas & iurisperitos, quàm ad theologos pertineat determinatio de dubijs circa vsuram. Hæc ille. Ista inquam responsio in quatuor deficit. Primò in conclusione sua, qua tenet, quòd magis spectet determinatio talium dubiorum ad dominos canonistas. Nam oppositum huius sufficienter est ostensum in conclusione. 3. Secundò in assignando rationem suæ conclusionis: cum sit, interpretatio &c. Nam si sic: tunc canonistæ essent dicendi nobiliores, & etiam maiores theologi, quàm veri theologi. Prima pars sequelæ probatur: quia eorum principalius, quàm theologorum, esset intendere sacris scripturis quo ad illos passus: vbi sacra scriptura docet mores & agibilia. puta vitare vitanda: & agere agenda. Theologi verò haberent principalius intendere sacris scripturis in illis passibus, vbi scriptura sacra docet credere credenda. Modo sicut voluntas est dignior potentia, quàm ratio (eo modo quo vna potentia animæ potest dici alia

nobilior) ita actus & habitus voluntatis sunt nobiliores habitibus & actibus intellectus, quod etiam verum est tam in acquisitis, quàm infusis habitibus, adeo quòd charitas, quæ est in voluntate, est ex toto genere nobilior habitibus intellectus, vputa est nobilior, quàm fides, quæ est in intellectu, & per consequens sciens ea, quæ ad perfectionem voluntatis pertinent, cuiusmodi esset iurisperitus (siad cum principaliter & plus quàm ad theologum pertineret scire agibilia & mores theologicales) esset nobilior, quàm sciens ea, quę sunt ad perfectionem intellectus, cuiusmodi esset theologus, qui principaliter haberet tantum considerare credenda: credere enim pertinet ad intellectum. Secunda pars sequelæ probatur: quia illa pars scripturæ sacræ, quæ docet mores, est longè maior ea, quæ docet fidem, & sic iurisperiti maiorem partem de sacra scriptura haberent discere, & theologi minorem, & sic deberent etiam maiores theologi dici. Theologus enim est, qui scrutatur scripturas diuinas. Tertiò: quia non sufficit dicere: sed oportet dicti rationem assignare: non assignat autem rationem sui assumpti, scilicet, quòd ad iurisperitus magis spectet, quàm ad theologos interpretatio iuris diuini ibi: vbi docet mores. secus vbi docet fidem. Nec est etiam ratio assignabilis: quia non videtur ratio, cur vnam ad eos pertineat principaliter & non alterum: cum scriptura sacra, cuius notitia, quæ dicitur theologia, quæ & tota est practica: non minus intendat primum quàm reliquum, Deus enim reuelando sacras scripturas, intendit nos perficere in intellectu & in voluntate: & si alterum illorum plus intendit: magis intendit perfectionem voluntatis, quàm intellectus: quia perfectio voluntatis est nobilior, quàm perfectio intellectus, adeo quòd summa perfectio voluntatis est nobilior summa perfectione intellectus, scilicet charitas fide, & fruitio visione. Quarta: quia non solum theologi, vt Henricus Gandēsis, & beatus Thomas in eorum quodlibetis: sed etiam Anto. de Bur. qui fuit magnus decretalista, dicit contrarium: quia dicit, quòd declarationes materiarum, quæ respiciunt ius diuinum, magis spectant ad theologos: & in hoc canonistæ debent ad eos recurrere. vsurarum autem damnatio etiam in canonibus facta fit per recursum ad ius diuinum. igitur. Et intellexit Anton. de Bur. suum dictum: etiam de iure diuino in eo passu, vbi loquitur ius diuinum de his, quæ ad mores pertinent, & ad operandum: quia hoc dicit de solutione decimarum. Modò vsura est contra ius diuinum. igitur ad eos magis spectat determinatio dubiorum de vsuris, quàm ad canonistas: quamuis idem Anto. in hoc etiam sit reprehensibilis, quòd cum sentiat (& bene) quòd magis standum sit determinationi theologorum in his, quæ respiciunt ius diuinum, quàm iuristis. & intellexit hoc etiam in materia decimarum: ipse tamen non vult stare determinationi theologorum, qui cōmuniter tenent, quòd præceptum de decimis soluendis non sit tempore euangelicæ legis, præceptum diuinæ legis adhuc obligantis quo ad quotam decimarum: sed sit quo ad quotam præceptum positiuum humanum, quo assumptum fuit iudiciale præceptum diuinum veteris legis. Vnde idem Anton. & Innocen. sentiunt, theologos non procul esse ab hæresi, dicendo, quòd dare decimas non sit de iure diuino: quod tamen theologi non crudè dicunt: sed dicunt, & verum est, quòd decimæ etiam quo ad quotam sit de iure diuino olim obligante: sed non de iure diuino hodie obligante quo ad quotam: sed bene de iure humano hodie obligante. Sed de hoc dictum est in tractatu de quota decimarum diffusè. Et in hoc finitur secundus tractatus.

TRACTA-

TRACTATVS TERTIVS.

Expedito tractatu secundo. Consequenter in hoc tertio tractandum est de contractu emptionis & venditionis, concernente negociatores, seu mercatores: & continet xxij. quæstiones, quarum prima est quinquagesima in ordine quæstionum huius operis. Est ergo quæstio quinquagesima talis.

QVAESTIO L.

Vtrum actus negociandi sit licitus? Solutio quæstionis stat in trib. suppositionib. & quatuor conclusionibus.

Prima suppositio. Negociari accipitur multipliciter, prout in sequenti quæstione patebit. Hic tamen accipitur tantum in sua propria significatione, quæ est emere, vel per aliam commutationem acquirere aliqua nō ad vsum suum, vel familiæ suæ: sed ad hoc, ut iterum distrahantur: & sic lucrum obtineatur. & hoc modo in vulgari nostro dicitur, gewerb treiben.

Secunda suppositio. Aliquem actum esse licitum potest intelligi dupliciter. Vno modo positiuè. & sic ille, qui fertur super obiectum debitum, cum circunstantijs debitis, dicitur licitus. Exemplum. Datio eleemosynæ facta alicui indigenti, & ab eo, qui potest dare, & qui dat rem, quam habet dare, & propter Deū, & debito tempore & loco, & cum debito modo, scilicet voluntariè & hilariter, & sic de alijs. Nam datio hæc cadit super debitum obiectum, scilicet quia fit indigenti, & cum debitis circunstantiis. Actus autem, qui aliquas circunstantias debitas haberet, & aliquibus debitis careret, non esset positiuè licitus: sed illicitus: quia actus ex defectu cuiuscunque debitæ circunstantiæ redditur malus. 2. ethic. Bene agere contingit vno modo: peccare autem multipliciter. Alio modo potest intelligi permissiuè: & sic ille actus, qui consideratur abstractus ab obiecto & circunstantijs: qui tamē est contrahibilis per obiectum debitum, vel indebitū, & vestibilis per circunstantias bonas & malas: dicitur permissiuè licitus: & eadem ratione permissiuè illicitus: vt comedere. Nam cum dico comedere: non denoto actum illum cadere super tale, vel tale obiectū debitum, vel indebitum: nec etiam denoto cum quibus circunstantiis fiat. Vnde contingere potest illum actum cadere super debitum obiectum: vt si comedatur aliquis cibus proprius & conueniens naturæ comedentis, & sibi non interdictus: potest etiam super indebitum obiectum cadere: vt si comedatur cibus, qui non est comedentis, vel est disconueniens naturę eius: vt venenosus, vel ei interdictus. Si etiam caderet super debitum obiectum: potest contingere, quòd fiat cum debitis circunstantijs, scilicet vt commedens sustentetur: ut seruire valeat Deo, & debito loco, tempo & modo, & a persona, cui nō est interdicta commestio & sic de alijs. Potest etiam contingere cum indebitis circūstantijs, ut si propter voluptatem commedat, aut indebito loco, tempore, vel modo. dupliciter autem potest cōtingere aliquem esse permissiuè licitum. Vno modo purè permissiue: ita quòd nullam bonitatem includit, præter bonitatem entis: ita ꝙ nec denotatur habere bonitatem ex genere, quę contrahitur ab obiecto nec etiam bonitatem moralem circūstantionalem, quę ex circunstantijs contrahitur: ut absolutè dicendo cōmestio. Alio modo non purè permissiuè: ut si denotatur cadere super debitum obiectum: sed non denotantur circunstantiæ, cum quibus fiat: ut dicēdo commestio cibi cōgruentis, vel odiū peccati, coitus cū sua.

Tertia suppositio. Aliquem actum esse illicitum potest intelligi dupliciter. Vno modo positiuè, & hoc sic tripliciter. Quia aut cadit super obiectum indebitum, ut irreuerentia Dei, odium Dei, amor peccati, coitus cum non sua. Deus enim non est congruum obiectum irreuerentia & odii, nec peccatum congruum obiectū amoris, nec aliena congruum obiectum coitus. Aut cadit super obiectum debitum: sed cum circunstantijs indebitis vestitur & malis: ut datio eleemosynæ alicui indigenti facta propter vanamgloriam, & coitus cum sua propter libidinem explendam, vel loco indebito, aut modo innaturali. Aut cadit super obiectum indebitum cum indebitis circunstantijs: ut coitus cum non sua propter libidinem, vel loco indebito, & sic de alijs. Alio modo tantum permissiuè, qui scilicet est contrahibilis malis circunstantijs & vestibilis super indebitum obiectum: ut in procedēti suppositione dictū est.

Prima conclusio. Non est indistinctè dicendum, ꝙ actus negociandi sit illicitus. probatur dupliciter. Primò auctoritatibus. Nam multę auctoritates approbant actum negociandi, quod non esset: si indistinctè esset illicitus. Antecedens patet adducendo septem. Prima est Augustini in libro quęstionum veteris & noui testamenti dicentis. Formicari hominibus semper non licet, negociari aliquando licet, aliquando nō. 88. dist. c. formicari. Secunda est eiusdem super psal. 70. super illo loco eiusdem. Quoniam non cognoui negociationem (sic enim habet translatio. 70. interpretum, quam secutus est Augusti. & eius tempore in usu fuit) ubi arguit sic. ergo non negociantur christiani? & respondet dicens. Sed sit negociator affero ex longinquo merces, mercedem laboris mei, vnde viuam, quęro. dignus est autem mercenarius mercede sua. Mat. 10. Ex quo relinquitur, ꝙ iustè possum aliquid utilius comparare, & carius velle uendere. Modò negociari, seu, quod idem est, emere: ut reuendatur cum lucro, est utilius comparare, & carius velle uendere: vel non sit nisi utilius comparando, & carius uendendo. igitur. Tertia est glossa, quę ex ponendo eundem locum Psal. 41. Non approbatur, quę faciunt auidi negociatores. Nam auidus acquirendi pro damno blasphemat, pro precijs rerum mentitur, & peierat: sed hæc vitia sunt hominis non artis, quæ si nec his uitijs agi potest, sic etiam in omnibus artibus malè agitur, non ex eis, sed ex hominibus. De alia ergo negociatione hoc dicit. Negociatores ergo dicit de suis actibus

actibus præsumentes, & sic illa glossa nulla, quòd negociari non est cõdemnandum simpliciter propter hoc, q̃ sæpe fit cum quibusdam prauis circunstantijs: sicut nec aliarum artium actus condemnantur: licet etiam sæpe fiant cum circunstantijs consimilibus. Quarta & quinta sunt Augustini in originali super prædictum locum Psal. ut patebit in prima & secunda rationibus. Sexta est: quia canon ex epistola Clementis dicit, q̃ negocia mundana, & secularia opera sibi inuicem exhibeant vacantes laici. Modò negociari, ut hic capitur, est negocium mũdanum: igitur illud exhibere possunt homo debent sibi laici, qui ecclesiasticis non intendũt. Septima: quia alius canon ex eadem epistola ait. unicuique laicorũ peccatum est, nisi inuicem sibi in his, quæ ad communis uitæ usum pertinent, operam fideliter dederint. Igitur cum negociari pertineat ad usum communis uitæ: quia per ipsum apportantur merces necessariæ reipublicæ. sequitur, quòd non solum possint laici negociari: sed etiam debent ad hoc esse, ut aliqui exerceant huiusmodi actum: dummodo fideliter seruiant. Secundò probatur conclusio tribus rationibus. Prima: quia si esset indistinctè illicitus dicẽdus: maximè propter mendacia & periuria, quæ sæpe in eo contingunt, prout eum culpat Cassiodorus super prædictum locum Psal. dicens. Negociatores illi abominabiles existimantur, qui iustitiam Dei minimè considerantes per immoderatum pecuniæ ambitum polluuntur, merces suas plus periurijs onerãdo, quàm precijs. 88. di. c. quid est. modo hoc non arguit eum indistinctè dicendum illicitum: quia tũc eadem ratione actus artificum mechanicorum, qui exercent artes approbatas, & agricolarum: etiam essent indistinctè dicendi illiciti: quia etiam in illis sæpe contingunt mendacia, & nonnunquam periuria. Nam & sutores uendendo calceos, & agricolæ vendendo frumenta sæpe mentiuntur. Confirmatur hæc ratio: quia sicut artes mechanicę existentes utiles, uel necessarię reipublicæ non damnãtur, eo quòd licet circa exercitia illarum artium contingant peccata: tamen illa non sunt uitia ipsarum artium, nec actuum procedentium ab eis in se: sed sunt uitia hominum abutentium, uel nõ debito modo exercentium artes. Ita status, uel ars negociandi non debet damnari, nec etiam actus negociandi, eo q̃ licet circa huiusmodi actum contingant peccata: tamen illa non sunt uitia ipsius artis & actus eius, sed hominum non debito modo illum actum exercentium. Et hæc ratio & confirmatio sumitur ex Augustino, qui super prædicto loco Psal. in persona negociatoris loquens sic ait. Ego mentior, non negocium. Possum enim sine mendacio dicere, tãti emi, sed tanti vendam, si placet. ecce quomodo ergo reuocas me a negociatione, omnes artifices mentiuntur, sutores, agricolę. hęc ille. & ponitur 88. dist. c. quoniam. Secunda ratio. Si esset indistinctè dicẽdus illicitus: maximè propter illa tria: scilicet propter auiditatem & cupiditatem acquirendi temporalia, ex qua sæpe procedit ille actus. Secundò etiam quia fit propter hoc, ut quis immensas diuitias habeat. Tertiò etiam propter hoc: quia negociatores optant carũ tempus: ut possint carius uẽdere annonã, quã seruauerunt, aut alias merces, quas comparauerunt, ut reuendãt. Sed hoc non arguit, cum indistinctè dicendum illicitum: quia & si hoc modo fiat in malo negociatore: tamen in bono potest non hoc modo fieri. Nam stare potest, q̃ ipsa negociatio fiat sine prædictis circunstantijs utputa non ex cupiditate: sed necessitate prouidendi sibi & familiæ suę: non etiam sine desiderio caritatis superuenturę. Causa igitur, quòd in malis malè fit, non propter hoc q̃ actus absolutè sit damnandus: sicut nec actus agriculturæ, uel mechanicæ artis: licet per malos etiam malè fiat. Confirmatur: quia aliàs etiam oporteret, actus artium mechanicarum damnare, eo quòd etiam fiunt sæpe prædictis modis. s. ex auiditate &c. Et hæc ratio & confirmatio sumitur ex Augustino ubi prius: nam loquens de negociantibus prædicto modo dicit sic. Vis ut optem carum tempus, ut possim vende re annonam, quam seruaui, sed hoc non faciunt boni agricolę: sicut nec illa boni negociatores. Est peccatum habere filios, qui quando eis dolet caput, matres in side les quærunt eis ligaturas sacrilegas, & incantationes. omnia ista sunt peccata hominum, non rerum, & infra in persona negociatoris. Noli me prohibere a negociatione, negociatio enim non me facit malum: sed iniquitas mea & mendacium meum. Hęc ille. Tertia ratio, nullus actus existens non tantum utilis: sed etiam necessarius reipublicæ hominum est indistinctè damnandus tanquam illicitus. Negociatio est huiusmodi. igitur. Maior probatur: quia da oppositum, sequeretur q̃ Deus præcepisset humanę reipublicæ aliquid impossibile. Nam præcepit ei, ut uitet omnem actum, qui est indistinctè damnandus ut illicitus, & tamen aliquis talis esset sibi non tantum utilis, sed etiam necessarius, & per consequens eius carentia impossibilis. Minor probatur: quia ille actus est non tantum utilis: sed etiã necessarius reipublicæ hominum, sine quo non prouideri posset defectui hominum, non solum multiplici, sed etiam importabili. Negociatio est huiusmodi: nam non potest intendere omnibus artibus necessarijs pro sua sustentatione, puta ut simul sit vinceator, pistor, faber, sutor, sartor, macellator, rusticus. & sic de alijs instrumeris, quibus indiget. Oportet ergo, q̃ uarij uarijs intẽdant. Cum igitur in aliquo regno deficiant res hominibus illius regni necessariæ, opus est, ut illuc deducan ex alio regno, ubi inueniuntur, & non solum opus est talia adduci: sed etiam adducta industriosè conseruare ut cum homines eis indigeant, ea inueniant integra & incorrupta, & in promptu. igitur opus est illa emi: ut distrahantur alibi. Et quia non sine expensis, curis, & solicitudinibus, ac periculis, tam rerum, quàm aliquando personarum: atque etiam aliquando non sine damnis possunt aduehi, & etiam conseruari. dignum est, ut expensæ sibi soluantur, & operæ eius, curæ, solicitudines, & susceptio periculorum, & damnorum refundantur ac remunerentur: immo necessarium est, ut fiat: quia sine tali solutione & remuneratione nemo subiret, nec faciliter continuare posset. Hęc autem solutio & remuneratio fienda est aduectori & conseruatori a republica, cui seruit, uel a priuatis: puta illis, qui emunt, & quia primum non fit: sequitur, quòd secundum necesse est fieri. Igitur aductor & conseruator potest uendere illa carius, quàm emerit. & sic lucrari, idest ultra sortem precij, quod expositi, aliquantum exigere. Modò hoc est negociari. igitur sine negociatione non prouideretur multiplici atque importabili defectui reipublicæ hominum. Igitur negociatio non modo utilis: sed necessaria

cessaria est reipublicę hominum. Vnde adductor caliũ rerum potest licitè ultra precium, quod exposuit accipere tantum, quantum est commensuratum illis quatuor, uel quinque simul collectis scilicet principaliter expensis, quas fecit in adductione, vel etiam conseruatione. Secundò curis & solicitudinibus eius. Tertiò operis industriosus: quas adhibuit in adductione & conseruatione. Quartò susceptioni periculi, quod sibi imminuit in adductione & conseruatione caliũ rerum, & eadem ratione pro perpessione dãni sine sua culpa contingentis. Et ratio huius quarti & quinti est. Nam exquo periculo suo adduxit & conseruat, potest securè accipere aliquid, quod correlpondeat tali periculo: utputa dedisset tantundem, q̃ securus fuisset, quòd illa res in adductione & conseruatione non fuisset periclitanda. Similiter exquo quandoque sine sua culpa in tali seruitio communitatis damnificatus est: utpote mercator transferens amisit nauem onustam maximis bonis, & alius quandoque ex incendio casuali amisit pretiosissima, qui custodit pro republica: potest etiam in reliquis mercibus aliquid accipere pro aliquali relcuamine illius perpessi damni. Nam si talis negociator conduceretur a republica, licitè posset in conductione sua omnia talia metiri, & secundùm omnia illa exigere mercedem ab ea. Igitur cum deficiat rector rei publicæ in dando ei mercedem condignam: potest ipse sibijpsi prouidere secundùm condignum. Quis enim (ut ait Paulus 1. Corin. 9.) militat suis stipendijs unquam? quis plantat uineam, & de fructu eis nõ edit? quis pascit gregem & de lacte gregis non mandueat? Scriptum enim est. Non alligabis os boui trituranti: quoniam debet in spe, qui arat, arare, & qui triturat in spe fructus percipiẽdi: & Christus ait. Dignus est operarius mercede sua. Attamen ex quo nemo est bonus index in causa propria: ideo cum ipse sibijpsi arbitrari uult quantitatem eius, quod sibi licerat accipere ultra precium quod exposuit: non modo prædicta inspicere habet: sed etiam seruanda sunt alia quædam quæ infra tangentur q. 56. ubi dicetur penes quid attendatur talor res quæ est distrahenda.

Secunda conclusio. Non est indistinctè dicendum, quòd actus negociandi sit licitus. Probatur dupliciter. Primò auctoritatibus: quia multę auctoritates damnãt exercentem illum actum tanquam damnatum & uitãdum a quolibet christiano, qui non uult ejici de ecclesia. Hoc autem non esset, si indistinctè esset licitus. Antecedens probatur enumerando quatuor. Prima est Io. Chrysostomi, qui super illo Mat. 21. Ejiciebat uendentes & ementes de templo, significauit, quòd mercator nunquã potest placere Deo: & ideo nullus christianus debet esse mercator. Secunda est eiusdem in eodem dicens. Si quis noluerit esse mercator, proficiatur de ecclesia. dicente propheta in psal. Quoniam non cognoui negociationes, introibo in potentias dominus ut habet litera septuaginta interpretum. Tertia est eiusdem ibidẽ dicentis. Offendam qui non est negociator: ut qui talis non fuerit, eum intelligas non esse negociatorem. Et subdistinguit sic. Quicunque rem comparat, nõ ut integram & immutatam uendat: sed ut materia sit sibi inde aliquid operandi: ille non est negociator. Qui uero rem comparat, ut integram & immutatam uendendo lucretur, ille est mercator, qui de templo Dei ejicitur. hæc ille. Et idẽ dicit super illo. Abierant, alius in uillam suam, alius in negociationem. Exemplum primi, ut ille emit tabulas, ut faceret scrinium, uel cistas, ut faceret librum. Modò negociatio (ut supra i principio quæstionis est accepta) fit taliter, quòd res aliquæ emuntur, & eædem nulla nouæ formæ alicuius artis circa eam facta uendantur cum lucro: sequitur, q̃ illa auctoritas damnat negociationem. Quarta est Cassiodori super prædicto loco, Psal. scilicet. Quoniam non cognouit negociationem, dicentis. Quid est aliud negociatio, nisi utilius comparare, & carius uendere, uel uelle distrahere. Et subdit. negociatores tales eiecit dominus de templo dicens. Nolite facere domum patris mei domum negociationis &c. Et hæ auctoritates habentur transumptiuè. 88. distinctione. c. ejiciens. & c. quid est. Secundò probatur ratione. Nam actus ille non est indistinctè licitus, quem nõ patitur vera pœnitẽtia: quia vera pœnitentia excludere uidetur tantũ peccata & occasiones peccatorum, quæ & ipsę sunt peccata. Modò negociatio est huiusmodi. Nam in c. falsas. de pœ. dist. 5. dicitur sic. Miles uel negociator, uel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non potest, si culpis grauioribus irretitus ad pœnitentiam uenit, recognoscat se ueram pœnitentiam agere non posse, per quam ad uitam æternam peruenire ualeat, nisi negotium relinquat &c.

Tertia conclusio. Actus negociandi si nihil ultra additur, nec est positiuè illicitus. Ratio utriusq; est: quia si nihil addatur, abstrahit ab obiecto & circunstantijs debitis & indebitis: nihil enim dicit nisi emere uolendo obtinere lucrum. ibi enim nõ denotatur obiectum debitum, uel indebitũ emptionis & distractionis, nec finis indebitus nel debitus. Lucrum enim obtinendũ est finis indeterminatus, determinabilis ad bonum & malum. ut patebit in sequenti quæstione. Modò ad actum positiuè licitum requiritur, quòd denotetur eum obiecto, uel indebitis circunstantijs, uel cum utroque.

Quarta conclusio. Actus negociandi si nihil addatur, est permissiuè licitus, & etiam permissiuè illicitus. Nam potest applicari debito obiecto, & debitis uelliri circunstantijs, & sic erit bonus & licitus. Potest etiam applicari indebito obiecto, uel indebitis circunstantijs uestiri. uel carere debitis, ut patebit in sequenti quæstione, & sic erit illicitus. sicut animal est permissiuè rationale, uel irrationale: põt enim cõtrahi per virũque.

QVAESTIO. LI.

Quot modis negociatio redditur illicita. Solutio quæstionis fit in duabus suppositionibus, & duabus conclusionibus.

Prima suppositio. Ex quo in hac quæstione de circunstantijs negotiationis dicetur. Notandum, q̃ circunstãtia sic diffinitur. Est accidens immediuale actus humani circunstans ipsum. Vel sic, proprietas, uel conditio individualis actus humani extra essentiam actus existens. Vel, ut tertij dicunt, est accidens actus humani. Et hi dicunt, quòd ista descriptio debet intelligi non de accidente, quod inest rei ut sua qualitas: sicut albedo dicitur accidens rei albę, sed intelligatur accidens

quasi

quasi cum alio simul in eodem subiecto concurrens: quia cum actu humano simul in eodem subiecto concurrere & existere potest. Est tamen extra substantiam actus existens & hoc satis nomen circunstantiæ importat. Dicitur enim circunstantia quasi circum aliquid stans. Attamen ille modus intelligendi circunstantiam esse accidens, non satis saluare uidetur prædictam diffinitionem. Nam circunstantia, quæ dicitur quid, sæpe est nec in actu, nec in subiecto actus. & idem de quis: quia mer est subiectum actus. Vnde melius uiderur dicendum, q̃ omnes circunstantię possunt saluari esse in ipso actu, si capiantur circumstantiæ pro habitudinibus, quas actus habet ad ea, quæ uocantur circunstantiæ, scilicet pro habitudine actus ad agens, finem, locũ tempus &c. Non autem si pro illis, ad quæ sunt illæ habitudines, saltem uniuersaliter: licet aliquę possęt hoc modo dici etiam esse circunstantiæ: sicut quando, & ubi, quę sunt habitudines rei temporalis & localis ad tempus & locum: & modus, quo sit actus, etiam est formaliter in actu.

Secunda suppositio. Septem uel octo, uel nouem sunt circunstantiæ actuum humanorum. Primum patet: nam Tul. in sua rhetorica ponit septem, quę continentur in hoc uersu. Quis, quid, ubi, quibus auxilijs quomodo, quando. Vnde secundùm eum in actibus humanis ad eorum bonitatem, seu malitiam debitè diiudicandam prædicta consideranda uenisse, scilicet quis fecerit? quid fecerit? ubi? quibus auxilijs? instrumentis, uel medijs? quare? quomodo? & quando fecerit? Secundum patet. Nam philosophus. 3. Ethi. c. 2. addit circunstantiam aliam a prædictis, scilicet circa quid? & sic cũ prædictis erunt octo. Attamen secundùm modum enumerandi philosophi etiam nõ erunt nisi septem. Nam ipse sic enumerat eas, scilicet quis, quid, circa quid, in quo, gratia cuius, quo, & qualiter. Et sic dicit a Tullio explicitas, scilicet ubi & quando, ipse implicat in ly in quo, quia ualet, in quo, scilicet loco uel tempore. & sic si explicentur, erunt octo apud philosophum: & continentur hoc uersu. Quis, quid, ubi, quando, quo, circa, quid, quomodo, quare. Tul. autem non ponit explicite circunstantiam a philosopho expressam, scilicet circa quid: sed potest dici cam comprehendi sub quid, & sic etiam essent octo apud Tul. Nam in aliquibus actibus idẽ est dicere quid: & circa quid: ut quid emisti? & circa quid exercuisti emptionem? & quid uendidisti? & circa quid exercuisti uisionem. Vel potest dici, q̃ ideo eam omisit: quia illa sæpe potius habet rationem obiecti actus, quàm circunstantię. Nam si circa indigentem exerceam dationem eleemosynæ: indigens denotatur potius esse obiectũ actus: quia illi dedi eleemosynam: quemadmodum ex parte eius sumatur circunstantia circa quid. Eodem modo potest dici de circunstantia cui, quòd idem iudicium sit de ea sicut de circunstantia circa quid. Nam idem est dicere. Cui dedisti eleemosynam? & circa quem exercuisti dationem eleemosynæ. Tertiũ patet: q̃ præter positas a Tullio (quas tamen ad octo reduximus addendo ly circa quid, ad quid) Ray. ponit circunstantiam, quoties, quę scilicet est ferunda in confessione peccatorum. Nam ut confessio sit integra requiritur, quòd si confitens repetitis uicibus idem peccatum commiserat, & non semel, q̃ dicat numerum illorum peccatorum, si nouit. & illæ comprehendũtur hoc uersu. Quis, quid, ubi, per quos, quoties, cur, quo, quando. Potest autem quoties, cõprehendi reductiuè sub ubi & quando, ut patet ex iustificatis illarum circunstantiarum. Nam ubi & quãdo, sunt circunstantię attingentes ipsum actum humanum in se per modũ mensuræ, sicut quomodo, seu qualiter per modũ qualitatis. Alię uero quinque non in se cum attinguit, sed aut quo ad causam eius quadruplicem. scilicet, efficientem, ut quis, materialem, circa quam, ut circa quid: formalem, ut quibus auxilijs: & finalem, ut cur. Aut quo ad effectum actus, ut quid. Modò sicut locus & tempus respiciunt actum in ratione mensuræ, sic etiam numerus importatus per quoties, eam etiã respicit per modum mensuræ. Nam tam quantitas discreta, quàm continua habent rationem mensuræ, & sic sub circumstantijs mensurativis potest comprehendi. Quicquid tamen sit de circunstantia quoties, quæ est necessaria in actu confessionali, pro nunc sufficiat tractare de alijs septem quò ad actum negociandi.

Primæ conclusio. Prima diuisione duobus modis redditur negociatio illicita. Nam aut ex obiecto, aut ex circunstantia. Sic enim & alij actus humani illo duplici modo depranantur, & ratio: quia actus ab utroque illorum contrahit suam bonitatem, ut patuit q. præcedent. igitur per utriusque defectum contrahet malitiam. Tertet consequentia: quia sicut bonum est ex integra causa, ita malum ex defectu cuiuslibet causarum secũdum Diony. de diuinis nominibus, cap. 4. Ex obiecto autem depranatur negociatio, quando emitur uel venditur res prohibita emi, uel uendi. Et hoc fit dupliciter. Nam aliquando talis res est uniuersaliter prohibita emi uel uendi. Et pũt poni quatuor exempla. Primum est in spiritualibus. unde Mat. x. Gratis accepistis, gratis date. Horum enim emptio, uel uenditio est simoniaca. De illis autem & de eum exis ipsis spiritualibus, quomodo illicita sit emptio, vide in tract. de simonia. Secundum est de aliquibus temporalibus: ut sunt aliqua uenena, prout patebit in 3. q. Tertium exemplum est de frumentis publici canonis. Nam C. quæ res uendi non possunt. 3. dicitur. Quia nonnun quam in diuersis litoribus distrahi publici canonis frumenta dicuntur: uendentes & ementes sciant capitali pœna se esse subdendos, & in fraudem publicam commercia contracta damnari. Hæc ibi. Et in l. ultima, seu quarta dicitur. ne frumentum, quod deuotissimo exercitui mittitur, in prædam, lucrunque uertatur: hac sanctione decernimus, ut quicunque hoc fuerint forte mercati, honestiores quidem fisium proscriptionis & omnium bonorum amissionem incurrant. Inferiores autem, uilioresque personæ capitali supplicio subiacebant. Hæc ibi. Quartum exemplum est de hominibus romanæ gentis. si sunt facti eunuchi. Nã sub grauissima pœna prohibitum est, ne tales uendantur, aut in dominium cuiuslibet transferantur: ut patet. C. de eunuchis. Secus de eunuchis barbaræ gentis, ubidem patet. Aliquando uerò talis res, quæ est obiectum negociationis, non simpliciter: sed tantum quibusdam prohibita est uendi uel emi: & hoc dupliciter. Nam autem est aliquibus prohibitum, ne talem rem uendant: etiam quibuscunque, aut econtra prohibitum est quibuscunque, ut aliquibus non uendant. Exemplum primi: ut si priuatus uendat uelles muricis,

eis, quo fucatur, seu tingitur purpura. Nam prohibitum est cuilibet priuato, ne illud uendat sub pœna capitis & discriminis bonorum suorum: ut. C. quæ res uendi non possunt. unde tale uellus non est res simpliciter prohibita uendi: sed est tantum prohibita uendi, si uenditio fiat a priuato, & sic talis uenditio depranatur non precisè ex circunstantia quis: quia priuatis nõ est omnimode uendicio quarumcunque rerum prohibita. Nec præcisè ex obiecto suo depranatur: quia illud uellus nõ est simpliciter prohibitum ne uendatur: sed simul cõcurrentibus obiecto & circunstantia quis, redditur depranata uenditioni. Aliud exemplum in filio. Nam filius & liber homo uendi non potest, nisi solum quòd pater possit uendere filium necessitate famis urgente. l. 1. & 2. C. de patribus, qui filios distraxerunt. ita tamen, q̃ si restituatur emptori precium, siue a filio, siue ab alio quocunque, & quandocunque ipse in ingenuitatem perueniat. In nullo autem alio casu licet patri filium uendere. matri verò etiam urgente famis necessitate non licet uendere filium: nec etiam marito eo casu uxorem uendere potest: quia uxor non est in potestate uiri, sicut filius in potestate patris. De secũdo uerò membro possunt poni quatuor exempla. Primum: ut si christianus uendat saracenis arma, ferrum, galeas, naues, lignamina pro nauibus uel galeis ædificandis, equos, victualia, aut etiam quæcunque mercimonia. Nam si comportentur in unum, nõ solum illa quatuor capitula, quæ habentur extra, de iudæis & saracenis, scilicet ita quorũdam. & quod olim. & significauit. & ad liberandum. sed etiam comportẽtur duæ extrauagantes, scilicet una Nicolai quarti quæ incipit: Olim tam in generali &c. & alia Clementis, quę incipit. Multa. & etiam processus Papæ, qui fit annuatim in cena domini, colligitur, q̃ omnia predicta censentur mercesab ecclesia prohibitæ vendi a christianis non absolutè: sed ipsis saracenis. & hoc cum uenduntur eis ad expugnandum christianos. Quod non debet intelligi tantum in sensu compositio, scilicet cum christiani eis in illum finem uenderent: sed etiam in sensu diuiso, scilicet si uenderent eis causa lucri tantum, & tamẽ hæ merces cederent, uel natę essent cedere saracenis ad expugnationem christianorum, etiam non intentam a uenditoribus, prout satis innuitur in ea. significauit. prælegato. Item licet aliquę prædictarum constitutionum innuant, prædictam prohibitionem habere locũ, quando uenditio fieret tempore guerrę inter eos & nos, uel etiam tempore treugæ, eo q̃ treuga nõ est pax, tamen inspiciendo processum annuum Papæ, nõ sit talis specificatio. & per consequens etiam si tempore pacis fieret, est illicita. Item licet aliqua ex illis constitutionibus non faciant mentionem de quibuscunque mercimonijs, tamen alię faciunt illam mentionem. Attamẽ Veneti dicuntur habere dispensationem, ut eis liceat uendere Saracenis alia ab armis, ferro, nauibus, & lignaminibus. Quomodo autem contra prædictas constitutiones uendentes incurrant ipso facto excommunicationem maiorem, a qua etiam citra sedem Apostoli cam absolui non possunt, atque alias graues pœnas, scilicet perditionis precij talium mercium, & ultra hoc etiam alligationis tanti, quantum fuit precium, quorum utrumque dicitur applicari in subsidium terræ sanctæ, & pœnam confiscationis bonorum, & incursus seruitutis respectu capientium eas. uide de illis in prædictis locis. Et nota, quòd merx proprię significat res mobiles, emptas vel venditas: ut. ff. de uerborum signi. l. mercis appellatio. Attamen in præsenti tractatu non ita stricte accipimus. Secundum exemplum. Si charolicus uendat uvicleffistis & Hussistis victualia, nam hęc uenditio & missio talium est interdicta sub pœna excommunicationis latę sententiæ: ut pater in processu Papę annuali, ubi dicitur sic. Illos etiam, qui wiccleffistis & hussistis quęcunque victualia, aut præsidia, publicè aut occultè, per se, uel per suos subditos afferre faciunt, uel permittunt, paribus excommunicationis & anathematizationis uinculis innodamus. Tertium exemplum. In uenditibus illis merces hostibus romani imperij, de quibus. C. quę res exportari non debeat l. prima. dicitur sic. Ad barbaricum transferendi uini, olei & liquaminis, nullam quisque habeat facultatem nec gustus quidẽ causa, aut usus commerciorum. Vbi glossa in uerbo barbaricum dicit. supple, solum, & liquaminis, supple, alterius. Nam supradicta liquamina sunt. Sed quid in aridis? Dic idem eadem ratione, quisque, supple, romanus, hæc glossa. Et in l. secunda dicitur. Nemo alienigenis, barbaris cuiuscunque gentis ad hanc urbem sacratissimam sub legationis specie, uel sub quocunque alio colore uenientibus, aut in diuersis alijs ciuitatibus, uel locis, loricas, scuta, & arcus, & sagitas, & spatas, & gladios, uel alterius cuiuscunque generis arma audeat uenundare. Nulla prorsus ijsdem tela, nihil penitus ferri, uel facti tam, uel adhuc infecti ab aliquo distrahatur. Pernitiosum namque romano imperio & proditioni proximi est barbaris, quos iudigere conuenit telis, eos ut ualidiores reddantur in structe. Si quis autem aliquod armorum genus quarumcũque nationum barbaris alienis contra pietatis nostræ interdicta ubicunque uenditerit: bona eius uniuersa protinus ad fiscum adijci, ipsumque capitalem pœnam subire decernimus. hæc ibi. Et glossa in uerbo alienigenis, dicit idest hostibus populi Romani. Et in uerbo telis, addit dicens, & etiam nauium fabricandarum scientia. Quartum exemplum. Si quis barbaricis uendat sericia. Nam. C. quę res uendi non possunt. l. 2. dicitur Comparandi sericia barbaris facultatẽ omnibus, sicut iam præceptum est præter comitem commerciorum, et nunc iubemus auferri.

Secunda conclusio. Secundaria diuisione octoplicitet redditur negociatio illicita. Probatur: quia primò ex obiecto indebito: ut patuit. Et deinde ex defectu septem circunstãtiarum debitarum, ut patebit indubitanè Primò namque ex defectu circunstantię quis: ut siis negocietur, cui est interdicta negociatio, ut clericus, prout patebit in sequenti quæstione. & de hoc etiam partim fuit exemplificatum in præcedenti cõclusione in exemplo de uellere muricis. Secundò ex defectu circunstantię ubi. Circa hoc nota quinque dicta. Primum: in ecclesia, uel cęmiterio negociari est illicitum. Nam prohibetur in c. decet domum. de immunitate ecclesiarũ. li. 6. ubi dicitur sic. Cessent in ecclesijs, cæmiterijsque earum negociationes, & præcipuè nundinarum, ac fori cuiuscunque tumultus. Et in mercibus ad prophanos ordinatis uidetur mortale, tum quia prohibitum per ecclesiam, tum quia Christus licet mitissimus etiam flagellis inuasit negociatores ibidem, etiam in mercibus

ad

ad cultū Dei ordinatis, & eorum mensas cuertit, quod nō uideretur pro solo uenali fecisse. Secundum: si fiat ibi negociatio uendēdo etiam res ad diuinum cultum spectantes, uel deseruientes, vt sunt candelę, uel thura: si id fiat principaliter propter lucrum. Nam etiam negociatio talis erit illicita. Probatur: Nam dominus ementes & uendentes in templo eiecit dicens. Nolite facere domum patris mei domum negociationis, & tamen res, quæ ibi uendebantur, & emebantur, etiam erant diuino cultui deseruientes: ibi, quippe uenalia habebantur animalia immolatitia, ut columbæ, turtures, & huiusmodi. Ibi etiam apud cambsores & numularios erat pecunia apparata, ut si qui indigerēt eis ad emendum ea, quæ ad sacrificia spectabant, inuenirent. Modò dignius & sacratius est tempore gratiæ templum ecclesię, quàm templum Salomonis, uel Zorobabel: quia ibi offerebantur animalia, & sanguis hircorū & uitulorum, hic autē offertur corpus & sanguis Christi uerum. Et multomagis est hoc secundum dictum uerum, si clerici, uel religiosi id facerent, nam tunc deficerent duæ circumstantiæ, scilicet quis & ubi. Et intelligendum hoc uidetur, etiam si clerici, uel religiosi exercentes illam negociationem, eam exercerent non principaliter propter lucrum: sed principaliter ad satisfaciendum deuotioni fidelium, & gloriam Dei, ut scilicet fideles in promptu haberent candelas, uel huiusmodi. Nam nisi sic: eadem ratione liceret eis exercere negociationes aliarum rerum, intendendo de lucris illis fundare ecclesias & huiusmodi, quod est falsum. Tertium, si clerici, uel religiosi id non faciant, attamen subordinent, ut id fiat, intendentes consequi lucrum ex tali negociatione, eo q contingit tales res eorum cōmodis applicari, si lucrum eos principaliter moueat ad huiusmodi subordinationem, similiter peccant, sicut & uendentes ibi principaliter causa lucri. probatur duplicitер. Primò, quia consentiens in peccatum proximi, etiam peccat. Secundò, nam in hoc etiam culpabiles fuerunt sacerdotes in templo Salomonis: quia ex quo animalia immolatitia, uel aliæ res, sacrificijs deseruientes non poterant per iudæos, qui a longè venerant ad sacrificandum in templo commodè adduci, ipsi ex sua cupiditate ordinauerant, q essent in templo homines uendentes huiusmodi animalia & res, ne a longè uenientes haberent excusationem omittendi sacrificia, & sic ne deperiret ipsis, scilicet sacerdotibus aliquid de commoditate lucri, eo q sacerdotes magnū emolumētum de sacrificijs leuabant. Item aliqui ad ueniendum non habebant pecuniam: ideo sacerdotes ordinarāt illud aliquos cambsores & mutuatores, qui sub cautione tradebant eis pecuniam mutuando, uel cambiendo, ne eis non habentibus pecuniam, non posset sacrificia offerre, quę tamen reludabant in commodum sacerdotum. Quartum, si clerici, uel religiosi talem negociationem nec subordinarent, nec met exercerent, attamen cum eam prohibere possent, toleraret eam principaliter propter prædictum lucrum eis cedens, etiam talis tolerantia est eis peccatum: quia error, cui nō resistitur, approbatur. 83. dist. error. & maxime quando toleratur ex cupiditate, ne depereat alicuius temporalis commoditatis consecutio. Quintum dictum. Si aliqui ibi exerceant illas negociationes, nō propter lucrum suum: sed ut satisfaciant deuotioni fidelium: quamuis quidam hoc æstiment licitum, tamē talis negociatio non uidetur licita, ut ibi sit. probatur quintuplicitер. Primò: quia tunc etiam quicunque alias merces liceret ibi uendere tenendo ibi forum, & intendendo lucrum ex illis. consequendum ordinare ad fundandum ecclesias & gloriam Dei augendā, quod est falsum. Secundò: quia prædictum capitulum decer. li. 6. dicit indistinctē. cessent negociationes. & præcipuè nundinarum: & cuiuscunque fori tumultus. Tertiò: etiam licet actus sit in se bonus & meritorius, non propter hoc sequitur, igitur ibi est licitus, sicut iudicium in causa sanguinis, uel alia prophana causa est actus meritorius, nec tamen ibi licitè fieret. Quartò: quia clerico & religioso nō liceret talem negociationem facere: igitur nec laico in religioso loco. tenet consequentia: quia sicut religioso & clerico propter eius religiositatem & sanctitatem, qua diuinis deputatus est: & sequestratus a prophanis, non id licet, sic nec loeus. Deo deputatus, & a prophanis sequestratus erit conueniens sed inconueniens talibus negocijs. Quintò, sicut tempore sacro specialiter est abstinendum a peccatis. hæc enim sunt maximè seruilia, sic etiam in locis sacris specialiter est a peccatis abstinendum, adeo q perpetrata ibi efficiuntur tanto grauiora, quanto locus sanctior. Modò in negociatione communiter contingunt peccata. Vnde Leo Papa. Difficile est inter uendentis emētisque commercium non intercurrere peccatum, de pœni. dist. 5. c. qualitas. & Eccl. 17. Difficulter euitur negociator a peccatis labiorum. Et quod dictū est in primo dicto de mortali, est intelligendum, si ibi fiat negociatio tenendo ibi forum rerum, non autē de illis, qui aliquando conueniunt de mercibus, quas alibi tenent. Tertiò redditur negociatio illicita ex defectu circunstantiæ quando. Vbi nota duo dicta. Primum, negociatio est illicita, si fiat die festo, cuius festiuitas non est abrogata per inueteratam contrariam consuetudinem. Probatur. in tali casu negociatio est prohibita, nam c. primo. extra de ferijs. de dominicis diebus dicitur. In eis mercatum minimè fiat. & in tertio c. eo. titulo, de alijs diebus. festinis ab ecclesia institutis dicitur. q ecclesia decreuit in his ab omni opere seruili cessandum, & in cuius. eodem titulo, inter dicitur, ne illis diebus processus iudicialis habeatur, multo magis negociatio tunc haberi non debet, unde seruilia opera non sunt facienda illis diebus propter prohibitionem factam ab ecclesia super illis conformiter ad prohibitionem legalem ueteris legis, ubi de sabbato dicitur Exo. 20. Omne opus seruile non facietis in eo. Mō negociationes sunt opera seruilia. igitur. Vñ die festo fectandum est spirituale ocium, id est cessatio ab exterioribus occupationibus, & illud ociū negatur per negociū: quia dicitur negocium quasi negans ocium. Dicitur notanter. si non est abrogata, propter sequens dictum. igitur. Secundum dictum est. loquendo de rigore scholastico. Negociatio facta die festo, cuius festiuitas est abrogata, nec noua constitutione renouata, potest esse licita. & hoc auditis diuinis, & non est uniuersaliter negidum, quin etiam non auditis diuinis aliquando contingere posset, licet rarius. Probatur: nā si eius festiuitas est abrogata ex toto, id est tam quo ad partem affirmatiuam, quàm negatiuam præcepti de celebrando solenniter illum diem: poterit illa die fieri negociatio, etiam

etiam non auditis diuinis. Nam præceptum de festiuādo aliquem diem festum præcipit affirmatiuè illa die uacare diuinis, & illa uacatio specialiter consistit in auditione missę, præcipit etiam negatiuè, seu prohibet illa die fieri seruilia, quorum nomine uenit negociatio. Modo uraque pars est positiui iuris: quia licet uacare diuinis, uel colere Deum sit legis diuinę & naturalis, & inabrogabile: tamen quòd illud fiat tali determinato die est positiui iuris, & per consequens abrogabile per contrarium consuetudinem. Modò abrogatū præceptum non ligat: nec propter ipsum incurritur culpa, si ei contrauenitur. Si autem esset abrogata tantum quò ad partem negatiuam. puta, si omnimoda consuetudo inueterata inducta fuisset aliqua seruilia exercere illa die, & specialiter illa die negociari, & tenere forum rerum venalium, quam prælati sciuerunt & tolerauerunt: non tamen esse abrogata quò ad affirmatiuam partem, quin homines illa die audirēt diuina: habentes se pro obligatis ad illa ex præcepto ecclesię: tunc negociatio esset licita, auditis tamen diuinis. Si autem non audirentur diuina, peccaret quidem negocians non ratione negociationis, nisi pro quanto illa est incompossibilis auditioni diuinorum, cuius tempore fit: sed ratione negligentiæ omissionis eius, ad quod tenetur. Secundò probatur sic. Nam iure canonico præceptum est: ut dies quatuor doctorum ecclesiæ celebrentur solenniter sub duplici officio, ut patet ex cap. gloriosus. de reliqui. & uenera. sanctorum. lib. 6. & tamen si quis illis diebus negocietur, aut alia seruilia faciat omissis diuinis, non conferetur in hoc peccare, cuius ratio non est, nisi quia præceptum ecclesiæ quò ad huiusmodi dies est abrogatum: tam quò ad partem affirmatiuam, quàm negatiuam: ita quòd homines bona fide & conscientia missam omittunt, & seruilibus intendunt. Vel saltem illa constitutio non fuit recepta, nec moribus utentium firmata quò ad cessationem a seruilibus, & sic excusantur homines. Si igitur in alijs quibuslibet diebus similis abrogatio facta sit, simile iudicium habendum est. Quod si dicatur, hanc instantiam non congruere: quia prædicta constitutio nō uidetur præcipere cessationem a seruilibus, per hoc quòd mandat ea celebrari sub duplici officio, eo quòd multa festa celebrantur sub officio etiam toto duplici, & tamen non sunt in præcepto. Contra dupliciter. Primò: nam textus dicit solenniter, & sic uidetur prætendere, quòd cessandum sit a seruilibus & intendendum diuinis, ut in alijs festis. Secundò: quia saltem certum est, quòd præceptum est per ecclesiam, quosdam alios dies festinare, quorum tamen festiuitatem abrogauit consuetudo, ut dies beati Silueſtri: septem dies passionis Dominicæ, id est hebdomoda sancta, & tamen consuetudō apud nos contrarium habet. Similiter septem dies resurrectionis, id est hebdomada pascæ & tres dies rogationum, & tamen cōsuetudo illis multum detraxit. Quod autem prædicti dies sint instituti ut festiui, patet de consec. dist. 3. c. pronūciandum. & c. rogationes, & c. conquestus. de ferijs. Tertiò probatur. Sunt nonnulla festa consuetudinaria, quę cum a rectoribus ecclesię intimantur, denūciantur cum tali additione, scilicet præcipimus, ut illam diem celebretis secūdùm morem & consuetudinem loci, tunc autem homines recurrunt ad consuetudinem, quæ habet, q in talibus fiunt aliqua seruilia, tam in domibus quàm etiam in agris, non tamen taliter, quin ad ecclesias conueniāt ad audiendum missas tanquam debitas audire ex dicti festiuitate. & taliter agentes, nemo sano iudicio condemnat de peccato. Modò si illud non adijceret rector adhuc illud inesset illi eius indictioni: quia est super re positiua, in qua est consuetudo optima legum interpres igitur erit, q consuetudo abrogasset partem negatiuam sine affirmatiua. & tunc homines consueta seruilia exercentes, auditis tamen diuinis, non erunt condemnandi. Dicitur notanter, nec reparata: quia si aliū festorum festiuitas hucusque abrogata, foret iam reparata per præceptum ecclesiæ: puta Papæ, uel Archiepiscopi, uel Episcopi, & clerici, quo damnaretur talis hucusque habita consuetudo, & prohiberentur seruilia: & præciperetur: auditio diuinorum, negociatio esset illicita talibus diebus. Nec esset opus ad incurrendum culpam illi præcepto addere excommunicationem: quia excommunicatio est pœna. Hæc autem præsupponit culpam & per consequens præceptum legem: ideo eoipso quòd præceptum esset latum & promulgatum ligaret ad culpam: etiam si is, qui contrauenisset, non incurrisset excommunicationem. Vtrum autem ad reparandum festum abolitum sufficiat auctoritas Episcopi: non concurrente consensu populi, uel an requiratur consensus populi: sicut in similibusdam uidetur non sufficere illam auctoritatem in erigendo nouum festum in aliqua diœcesi non instituta a iure communi: ut uidetur innui in capitulo, conquestus. de ferijs. & de consec. dist. 3. c. pronunciandum. pro nunc omitto: licet uideatur non esse par ratio de reparandis festis institutis a iure communi: licet abrogatis, & de nouo instituendis non expressis in iure communi: Corrolarium: secundum prædicta moderamina intelligenda est sententia Petri de Palu. in quarto dicentis. In nūdinis negociando audiris diuinis non quidem causa auaritiæ congregando ad superfluitatem: sed aliquo sine honesto, scilicet ad prouidēdum ex lucro necessiari suæ & familię, uel ad dandē pauperibus, uel prouidēdum bono communitatis pro rebus necessarijs: & similia possunt tales excusari, exquo prælati ecclesiarum sciunt & tolerant: secus si sūt prohibiti per aliquam excommunicationem, & huiusmodi. hæc ille. Vult enim hic quatuor requiri ad hoc ut non illicita sit negociatio facta die festo. Primò, q audiantur diuina. Secundò, quòd finis honestus prætendatur. Tertiò, q consuetudo licita & tolerata a prælatis sit illa die negociari. Quartò, q non sit prohibita negociatio per aliquam excommunicationem. Modò prima conditio non est uniuersaliter uera: quia non est uera in casu, ubi esset omnimoda abrogatio facta præcepti: etiam quò ad affirmatiuam partem. Petrus igitur intelligendus est in casu, ubi tāntum abrogatio esset quò ad partem negatiuam facta. Secunda conditio, licet requiratur, non tamen solum in negociatione die festo: sed etiam die priuato facta: quia etiam talis est illicita si uertatur in honesto fine, de quo dicetur postea. Tertia est requisita, quarta uerò non requiritur absolutè. Nam si præcepto ecclesię etiam sit annexa excommunicatio ferendę sententiæ, adhuc tamen si illud præceptum est abrogatum in se etiam comminata pœna est abro-

abrogatæ: quia pœna præsupponit culpam, ideo sic potuit abrogari præceptum taliter: q. contrauenientes non incurrerent culpam, si etiam abrogari potuit, ut non essent excommunicandi, eo quòd excommunicatio non debet ferri nisi in eum qui peccauit mortaliter uerè, uel præsumptiuè: immo uerè non incurritur, nisi quis uerè peccauerit mortaliter. Et dico notanter ferè: quia licet idem posset, ut uidetur teneri de excommunicatione late sententiæ annexa præcepto, scilicet ut si ipsa dispositio præcepti possit abrogari, q. consequenter etiam latio excommunicationis, & hoc propter eandem rationem iam tactam, tamen pro nunc nihil diffinio. Nec etiam requiritur, quòd talis non sit reparata per nouam prohibitionem, quæ habeat excommunicationem annexam, siue latæ, siue ferendæ sententiæ. Nam etiam si illa sit reperata per nouam prohibitionem, quę non habeat talem annexam, nihilominus illicita redditur negociatio, quamuis certius sit tunc illicitam esse cum annexa est tali nouę prohibitioni excommunicatio: quia tunc apparet, quòd mens legislatoris fuit simpliciter præcipiendo uelle loqui: & maximè si est latæ sententiæ. Secundum corollarium, secundū prædicta cuiem sunt moderanda dicta doctoris solennis Henrici Gãden. in fine primi quodlibeti. ubi uult, quòd tenere forum rerum uenalium die dominico nō potest excusari a peccato, quacunque hora diei factū, maximè quando fieret tempore missarum, uel uesperarum, & dicit nullum remedium excusationis adesse: quia non nisi triplex remedium contingeret adesse sicut licet dispensationem Papæ, urgentem necessitatem, uel utilitatem piam suadentem, & abrogationem statuti de obseruantia dominicæ. Modo nullum illorum potest hic habere locum, neque enim est generalis dispensatio Papæ super hoc facta, nec tolerando dispensasse uidetur. Nec etiam secundum habet locum saltem generaliter loquendo, quamuis possit esse particularis necessitas urgens, aut pia utilitas suadens, ut siquis liberter emeret sibi, necessaria in aliquo alio die: sed quia non potest ea inuenire uenalia, cogitur emere in dominica, similiter ex parte uendentis. Et secundum q. illa est maior, uel minor in uno, quàm in alio: secundùm hoc unus magis potest excusari, quàm alius, excipit tamen illam generalem necessitatem, quę est ubique, scilicet emendi cibaria & ferrandi equos. puta si quis sit in transitu, & huiusmodi. Tertiuni etiam non habet locum propter duo. Primò, quia consuetudo debens abrogare ius positiuum, debet esse rationabilis, talis autem non potest esse tenendo forum dominico die maximè tempore missæ & uesperarum, quia tunc nihil melius potest fieri cultu Dei. Secundò, quia præscriptio debet esse in quieta possessione & continua, qualem populus nunquam habuit, tenendo forum illo die: quia sacerdotes nunquam cessant monere populum ad obseruantiam dominicę. Dicit enim, episcopum teneri ad prohibendum tale forum, & si quod malum inde eueniat, cum illud sit minus, non debet curare. Hæc ille in sententia, quæ dicta est de dominica, prout specifice fiunt de dominica, & prout sonant non de possibili, sed de facto sunt simpliciter uera, & maxime de foro tempore missæ cum negligentia omnimoda eiusdem, ita quòd nulli audiat missam teneņs forum, uel occasionans alios ad similia. De facto enim quòd ad hoc nulla uidetur esse facta prescriptio. Et quæuis talis determinatio temporis etiam sit de iure positiue, & ita præscriptibilis, tamen difficilius poterit hoc fieri de illo die, quàm de alijs diebus propter minorem tolerantiam & dissimulationem præcedentium, & ita rarius contingit ibi habere bonam fidem. secus in alijs festis. Quò uerò ad reliquas partes diei, dummodo sit audita missa, licet etiam sit difficile, q. de facto fiat, uel facta sit abrogatio propter reclamationem sacerdotū: non est tamen etiam impossibile, sicut nec in alijs festis illud fuit impossibile, in quibus etiam tam affirmatiua, quàm negatiua intelligentia præcepti fuit abrogata. Nec ratio sua prime valet: quia æquè probaret, quòd nullum festum potuisset fuisse abrogatum: quia nihil melius cultu Dei, propter quem illa fuerunt instituta secundùm omnes partes. Nec etiam est uerum, q. consuetudo derogans positiuo iuri debeat esse rationabilis, sic q. causa inducès eam sit melior, quàm causa constitutionis positiue, immo forte non requiritur, q. sit æquè bona, dummodo non sit mala, sicut actus illeante positiuum ius latum etiam fuit licitus: quia nō prohibitus: sed de hoc alibi in tractu de decimis, diffusius dixi. Quarò deprauatur ex defectu circunstantiæ cur. Vbi nota quatuor dicta. Primum, negociatio est illicita, si exercens ordinet eam finaliter ad aliquod peccatum. & si ad mortale, erit mortalis. si ad ueniale, uenialis. Nam regula est. Omnis ille actus est mortalis, cuius finis est talis, & uenialis cuius finis est talis, & ratio: quia ex quo finis actus est uolitus & intentus ab exercente actum, igitur exercens actum in talem finem exercendo uult peccatum: Velle autem peccatum est peccatum: igitur. Vnde si quis negocietur, ut habeat ad adulterandum, ad iniuste persequendum aliquem, uel ad pompam exercendum redditur illicita. Secundum, stat eam reddi illicitam, etiam si finis eius non sit res illicita, patet. Nam aliquem habere immensas diuitias, non est peccatum. Nam staret, q. tales afficerent aliqui, nullatenus apponenti cor, nec peccaret recipiēdo eas: quia non teneretur eijcere inutiliter, sed recipere potest & utiliter dispensare. Et tamen si quis negocietur in illum finem, ut immensas habeat diuitias ibi sistendo etiam negatiuè, idest non prestituendo hoc sibi, ut finem ultimum, & beatitudinem, peccabit. Nā hæc negociatio deriuatur ex radice infecta, scilicet ex concupiscentia oculorum. Multomagis quando habere immensas diuitias ab eo intenditur, non solum ibi sistendo negatiuè: sed etiam hoc ipse appreciatur ut summum bonum ibi sistendo affirmatiuè. Nam tunc fruitur creaturis: quia amore eis inhæret propter se. Et si dicatur, ex quo habere immensas diuitias non est in se malum. igitur non deprauauit negociationem in eā ordinatam. Respondetur negando consequentiam, nā etiam aliquid, quod nō est in se malum: sed etiam simpliciter bonum & laudabile, non est conuenions finis cuiuscunque actus, immo stat, q. actus sit etiam deordinatus & illicitus, si in tale quid ordinetur, ut si illud sit minus bonum quàm illud, quod in ipsum ordinatur. Est enim contra rectam rationem, q. nobilius ordinetur in minus nobile, sicut qui spiritualia dispensat principaliter propter suam sustentationem peccat: sic negociatio, si hat propter habere immensas diuitias (quod habere in se non est illicitum) redditur illicita

licita negociatio. Præterea habere immensas diuitias, non est aliquis actus elicitus, eo quòd etiam de dormiente uerificatur: sed desiderare ipsas habere est actus elicitus & prohibitus a domino ibi. Diuitię si affluant, noliter cor apponere. Multomagis apponere cor ad nondum affluentes, ut affluant, est prohibitum. Modò negociari propter huiusmodi diuitias, includit desiderium earum. igitur. Tertium dictum. negociatio non redditur precisè illicita propter hoc, quòd ordinatus ad lucrum. Nam habere lucrum si nihil addatur, est finis adhuc indeterminatus, & eius intentio, uel uolitio potest ultra uelliri alio fine determinato. nam contingit lucrum uelle habere ad hoc: ut sic immensas congreget diuitias: aut ut necessitati: uel pietati subministret. Confirmatur: quia nisi sic, omnis negociatio esset illicita: nam omnis talis fit propter lucrum habendum: ut patet ex eius descriptione supra habita. saltem quantum est ex uoluntate negociantis. Nam negocians uult, ut ultra preciū, quod expositi, sibi soluantur expensæ adductionis, conseruationis: & etiam eius operæ & curę, & huiusmodi. Modò illud ultra accipiendum uocatur lucrū. Quartum dictum: ad hoc quòd negociatio sit quantum est ex parte finis licita, requiritur, quòd lucrum intentum ordinetur ad alterum illorum duorum, scilicet ad necessitatem, aut pietatem. Exemplum primi. si ipse eo indiget, uel familia sua: uel cæreri, quorum tanquam domesticorum tenetur curam habere. Iuxta illud Apostoli 1. ad Timo. 5. Si quis suorum: & maximè domesticorum curam non habet: fidem non habet: & est infideli deterior. Et iterum: Parentes debent thesaurizare filiis. 2. Corint. 12. Exemplum secundi: ut si non indigeat illo lucro: pauperes tamen Christi indigent, ad quorum indigentiam releuandam ordinat principaliter illud lucrum. Laudabile enim est, ut talis non omninò ocietur, quod utique uituperabile esset: sed cum secundum statutum suum diuinum pēsum expleuerit: aliquam actionem secularem, utilē, honestam importare ualentem releuationem indigentium exerceat, quam nouit. Apostolus enim ad Eph. 4. ait. Laboret, fiipple homo manibus suis, quod bonum est, ut habeat, unde tribuat necessitatem patienti. Modo stat, quòd aliam artem non nouerit, quàm negociationem: igitur. Et dico secundum decentiam &c. Nam indecens esset, q. ille tantum inhiare uellet talibus lucris, quantum hi, quib. subest prima causa, quę est necessitatis. Plus enim stringit necessitas: quia est præcepti, quàm pietas. existens consilij. Miserere enim animæ tuæ placens Deo. dicitur Ecclesiastici. 30. Quid enim esset, quòd talis uniuersum mundum lucraretur, & animæ suæ detrimentum pateretur. & pius in pauperes esset pro eis inhiando lucris, in se impius & crudelis esset propriæ salutis neglector? Et sicut potest esse licita: si sit lucrum aliquo prædictorum modorum: sic etiam licita esse potest, si sit propter nullitatem reipublicæ, scilicet quatenus patriæ non desint res necessariæ uel utiles. Quintò redditur illicita ex defectu circunstantiæ cui, de hoc pone sex exempla. Primum, si quis negocietur uendendo aliquid eis, quibus est prohibitū: ut si quis uendat excommunicato. Nam in tali negotiatione est communicatio: modò regulariter loquendo prohibitum est communicare cum excommunicato. Secundum exemplum: ut si quis negocietur uendendo merces eis, quibus quid uendere est prohibitum: etiam si illi non sint excommunicati. Sicut fuit tum est, quòd si iudæus iniecit manus violentas in clericum, & dominus eius mentens: ut illicite cum satisfacere iniurium passo, & ecclesiæ, & negleuerit illud adimplere, debet prælatus ecclesiasticus omnibus Christianis per centuram ecclesiasticam interdicere: ne cum iudeo, antequam satisfaciat, præsumat commercium extra de iudeis. & sarace. cap. postulasti. Et sic posit talem prohibitionem illicitam est tali merces uendere: licet talis non sit excommunicatus, saltem directè. Alia quattuor exempla &c. sunt illa, quæ posita sunt in prima conclusione de sacramento huffitis, & hostibus romani imperij &c. Nam prædictis quattuor non precisè ex obiecto: sed etiam ex circunstantia cui, deprauatur negociatio. Secò ex defectu circunstantię quibus auxiliis, de quo possunt poni tria exempla. Primum: nam si quis negocietur per ministros, uel socios exercentes contractus damnatos: ut pallatas usuras; aut qui uendunt pro precio excessiuo, aut agunt fraudulentas uenditiones, & ipse scit, uel credit probabiliter taliquid de eis, uel habet ignorantiam affectatam, aut crassam & supinam de tali eorum iniquitate, non excusatur a consimili peccato, si eos nihilominus tenet in rei ministerio, uel societate: licet ipse ab illicitis commerciis caueat & socium uel ministrum admoneat ab illicitis abstinere. Nam illud non satis est: sed cum effectu debet eosa talibus prohibere. Aut si non potest, debet se absoluere ab eorum ministerio & societate. Quod si non potest, debet præstari; quòd nullatenus de illicitis lucris eorum uelit participare: nec in illos illicitos contractus consentire. Nam nisi fiat, habetur pro consentiente. Error enim, cui non resistitur, approbatur. 84. dist. cap. error. Secundum exemplum. Si mediantibus simulationibus negocietur: ut si simulat in exteriori gestu & apparatu se simpliciter nolentem, uel nalde difficilem ad emendum tanto precio, uel ad uendendum tam uili precio: ut sibi offertur (sicut nonnunquam fit) quæsenus alium deterreat: ut sibi pro remissiori uendat: aut pro maiori ab eo emat: cum tamen in corde simpliciter sit uoluntarius ad sic emendum, uel uendendum, sicut sibi offertur. Nam hæc simulatio est mendacium operis, uel gesticulationis, & posinde est, ac si uerbis dicere se simpliciter uolentem, uel ualde difficilem: quod utique esset mendacium. Secus ubi non simulat se aliter se habentem in mente quam habeat: quamuis non aperiat illam suam mentem alteri: nec quærit rem emere uel uendere pro iniusto precio. Nam differunt mentem suam non aperire, seu explanare alteri, & aliter eam aperire, quàm in ueritate sit. Tertium. Si negocietur mentiendo, & multomagis peierando: ut puta dicit se rem tanti emisse, cum non tanti emerit: dicit se damnum sustinere, si remissius uendat: dicit rem non defectuosam, cum tamen sit defectuosa, & huiusmodi. Et circa hoc nota octo dicta. Primum. Si quis negocietur aduertenter iurando propositionem quam scit, uel probabili-

ter credit esse falsum, talis peccat mortaliter: quia irreuerentiam magnam Deo facit contra secundum preceptum decalogi, nam periurium est ex genere malum mortaliter prohibitum, & non refert, an illa propositio in re sit uera, uel falsa, uel non, dummodo credat probabiliter eã esse falsam. Dico autẽ adeerenter iurando propter sequentia. Secundum. Si negotiando iurat propositionem sibi dubiam dubio probabili, uel æquilibri, peccat mortaliter, si aduertit se eam iurare; quia tunc exponit se probabili, uel equilibri periculo periurij. Exponere autem se probabili, uel equilibri periculo peccati mortalis, est mortale. Tertium idem iudicium est. Si negociator non præconsiderat propositionem, quam iurat, an sit uera, uel falsa: & nihilominus eam affirmit per iramentum, aduertens se iurare, debet enim eam præexaminare cum diligentia, alioquin exponit se periculo periurij & notabilis diuinæ irreuerentiæ, & maximè hoc facere debet homo in iudicijs, & in illis, in quibus læditur proximus. Quartum. Si negociator præexaminauit eam diligenter & facta debita diligentia probabiliter credit eam esse ueram, & sic eam iuramento credulitatis asserit veram non peccat mortaliter, etiam si in re non esset uera. Dico notanter iuramento credulitatis, quia si eam quæ tantum est sibi probabiliter credita assereret simpliciter quam sibi simpliciter certam, & constantem, non excusaretur a mortali, si in re esset falsa, sicut in rebus condemnabilibus non sufficit iudicij iuramentum credulitatis, sicut tamen in fauorabilibus sæpe sufficit. Unde si in talibus odiosis pro constantiã & ut certam asserat testis aliquam propositionem, quæ tantum est sibi probabiliter credita, nullatenus excusabitur a mortali, si in re est falsa. Quintum dictum. Si aliquam propositionem dicit, quam scit vel credit esse veram, aut de ea dubitat dubio probabili, uel æquilibri, uel non considerant eam, an sit uera uel non: & iuramento eam asserat, non tamen aduertendo se iurare, puta lapsu linguę vel inconsideratione, non videtur ratione iuramẽti annexi peccare mortaliter: quia mortale peccatum requirit deliberationem netam vel interpretatiuam. Hæc autem non est talis deliberatio ratione inuocationis Dei in testem, ut casus sonat, & licet sit deliberatio ex parte propositionis, tamen illam asserere uel dicere ut veram non est mortale, quia stat quòd eius assertio non sit nisi mendacium officiosum uel iocosum. Est igitur ille casus tantum ueniale peccatum ratione iuramenti annexi, licet ualde cauendum sit, quia ualde appropinquat ad mortale. Et dixit ratione iuramenti &c. quia ratione propositionis assertæ posset esse mortale: quia stat quòd eius assertio sit mendacium pernitiosum, posset etiam ratione eiusdem esse ueniale, si sit mendacium officiosum uel iocosum, & tunc duplex ueniale erit ibi. Sextum. Si propositionem etiam veram, & quam scit, uel credit veram, iurat ex quadam leuitate uel consuetudinem uel etiã si non aduertat se iurare, est ueniale. & gratius esset si aduerteret se iurare, si non subest causa legitima, qualis est necessitas, uel honesta notabilis utilitas. Unde Christus non permisit iurare omnino dicens. Dico uobis non iurare omnino. Mat. 5. idest ex quacunque causa: sed tantum ex causa necessitatis aut notabilis utilitatis. Et sicut hic dicitur de negociatore, sic intelligendum est de ijs in simili forma iurantibus. Septimum. Si sine iuramento mentitur mẽdacio pernitioso ipsi cum quo negociatur, mortaliter peccat, utputa mentitur, ut damnificet proximum, cui uult uendere, uel a quo uult emere, uel exquo sequitur damnum proximo, ut ipse conijcit, uel conijcere debet. Et intelligitur de pernicie uel damno notabili. Nam si in modico, quod esset nullis estimationis, & quasi pro nihilo computaretur, intenderet recipere, illud tantum esset ueniale non mortale, nisi ex animo fieret mortale. puta, quia præparatę mentis in actu est, si posset eum decipere in magno, etiam facere uellet, nam etiam tunc esset mortale, aliàs secus, sicut in simili, qui furatur, uel accipit nilem rem, ut puta pennam suo conscholari, uel pomum de arbore uicini & huiusmodi nullatenus furaturus rem notabilis precij, non nisi ueniale furtum committit, secus si animo actu conciperet: se etiam rem notabilis precij furaturum, si inueniret. Quomodo autem ad illorum modorum restitutionem quibus uenditor decipit proximum teneatur, uideri, habetur in tractatu de restitutionibus. Octauum. Si sine iuramẽto mentitur mendacio officioso, utputa in utilitatem suam sine damno proximi non peccat, nisi ueniaiter: utputa simplici uerbo dicit se emisse rem tanto, cum minori precio emerit, & hoc facit, ut alius ab eo emat con digno precio: qui aliàs ab eo nullatenus emeret: sed contenderet sibi dare precium nimis parùum. Nec oportet addere, quòd ad hoc quòd tale non sit mortale, requiratur (ut quidam dicit) quòd talis negociator non ducat hoc mendacium in consuetudinem. Nam etiam si ducat in consuetudinem, non erit illud mortale: quia ueniale mille uicibus repetitum, nunquam erit mortale, nec æquiualet unquam uni mortali, quamuis sit natum disponere tandẽ ad mortalem contempum diuinæ offensæ. Nec est simile de ebrietate. Nam ebrietas (ultrem propriè capta, ut hic capimus, scilicet quæ est subuersiua rationis) est ex genere mortalis, quamuis ex imperfectione deliberationis & consensus sit uenialis, puta: quia inebrians non aduertit illum potum esse inebriaturum, nec ab alijs hoc audiuit, uel expertus est eius fortitudinem & effectum, licet aduertat eum esse immoderatum, & nihilominus eum bibat. Modò ueniale ex imperfectione (quod tamen est ex genere mortale) si ducatur in consuetudinem, erit mortale: eo quòd frequentando efficitur nerè, uel interpretatiuè sciens illum potum esse inebriatiuum. & per consequens est interpretatiuè, uel uerè deliberatè uolens incurrere subuersionem rationis. Volens autem committere mortale ex genere: si illud deliberatè, uerè, uel interpretatiuè uult, peccat mortaliter. Nam sic est de mendacio officioso: quia illud ex genere est tantum ueniale. Ideo etiam si deliberatè committatur, & replicetur, non nisi ueniale manebit. Unde secundum hoc debet intelligi dictum Augustini dicentis. Nullum adeo ueniale est, quod non fiat criminale, dum placet. Loquitur enim de uenialibus non ex genere: sed ex imperfectione consensus, & carentia deliberationis. Septimò & ultimò, ex defectu circunstantiæ quomodo. Et possunt poni quatuor exempla. Primum. si negociando

committat

committat monopolium. Dicitur autem, seu componitur monopolium altero illorum duorum modorum. scilicet aut a monos, quod est unum. & polium ideſt uenditio, quasi uenditio, quam unus solus exercere habet. Vel secundò dicitur a monos, quod est unus & polis ciuitas. quasi negociatio tantum uni in ciuitate concessa, uel per eum vsurpata. Et secundùm primam derivationem, seu compositionem exercens monopolium, dicitur monopola, penul. produa monos quod est unum, & pola, ideſt uenditor: quasi unus, uel singularis venditor, uel negociator. sicut bibliopola, pen. prod. dicitur bibliarum, ideſt librorum uenditor. Sed secundùm secundam dicitur monopolus pen. cor. a monos, ideſt unum. & polis ciuitas: quasi unus, uel singularis in ciuitate uenditor, uel negociator. Et quamuis secundùm aliquos committatur monopolium non tantum primo modo infra dicendo: sed etiam alijs modis ibidem ponendis, tamen propriè non est monopolium, nisi primo modo, ut patet ex ui nominis, & etiam patet: quia in rubrica. C. de monopolijs distinguitur: tam in rex. quàm in glo. monopolium ab alijs modis. Vnde dicitur ibi sic. De monopolijs & conuentu negociatorum illicito uel artificio erga laborum, nec non balneatorum prohibitis illicitis pactionibus. hęc ibi. Attamen quia omnes modi illi prohibentur sub uno titulo, ideo transeamus pronunc cum tali modo loquendi. Primò igitur committitur monopolium si quis propria auctoritate, uel etiam rescripti imperialis impetrati uel impetrandi, aut pragmaticę sanctionis contendat, ut sibi soli liceat exercere negociationem in ciuitate, aut contendat & conetur ad hoc, ut nullus præter eum exerceat, eam. Secundò. Si non solus ipse exerceat: sed etiam alij, attamen pactum faciunt ipse & alij, ꝙ non remissiori precio uẽdant merces, quàm sicut conuenerunt, non precisè intendentes per hoc se conseruare indemnes: sed intendentes lucrum, etiam immoderatum ex nimietate precij consequi. Tertiò. Etiam si illud pactũ non facerent ex illa causa, ut immoderatũ lucrum consequerentur: sed tantum ut se conseruarent indemnes a fuctu illius cessatione, quod aliàs etiam licitè recipere possent. libenter decet esse sorum rerum ut nõ astringat se quis pacto nulli se facturum gratiam in uenditione mercium. Nam constat, ꝙ precium iustum habet aliquantam latitudinem, infra quam si recipit uenditor, manebit indemnis a damno emergenti & etiam cessationis lucrii sic ꝙ adhuc habebit lucrum, etiam si non in extremo, uel rigido gradu latitudinis vendat. Modò per predictum pactum contingeret pacisceti præcludi viam, ut non nisi in rigidissimo gradu iusti precij uenderet, cũ tamen gratiosè & sine suo damno posset uendere remissiori. Quartò, si aliqui singulariter scientes aliquam artem paciscantur inter se, ne quisquam eorum doceat quemquam illam artem, nisi sit filius, uel filia, nepos, uel neptis eorundem: & sic de similibus, ut sic ipsi soli cõsequantur cõmodum & lucrum illius artis. Quintò. Si balneatoros condicant, ut nõ balneent quẽquam nisi pro precio, super quo inter se conuenerunt. Sextò. Si locatores operarum, ut scriptores librorum, aut ędificiorum condicunt inter se, ut opus inceptum ab uno nullus aliorum perficiat, & idem de locatoribus rerum, ut si locatores equorum, aut domorum, aut stationum, uel apothecarum, in quibus mercatores in nundinis tenent forum condicerent prędicto modo. Quod autem monopolium omnibus illis modis sit illicitum, probatur sic. Primo: quia damnatur naturali ratione. Nam illud, quod tantum propter priuatum commodum est in notabilem & grauem pernicem reipublicæ, & cum hoc præcludit viam benefaciendi proximo, est illicitum, si enim aliquod mẽbrum singulare corporis naturalis conaretur propter suum tantum commodum illud egere, quod in perniciem totius corporis, uel aliorum membrorum redundaret, aut prohiberet beneficium cæteris membris impẽdi & toti corpori. Illud inquam tanquam pernicioſum membrum rescindendum esset, ergo sic etiam est in corpore mystico, cuiusmodi est respublica. Modò monopolium prędictis modis est huiusmodi. Nam si exerceatur prædictis modis: hoc inde sequitur, ꝙ singulæ personæ ciuitatis cogentur merces, quibus indigent ab illo uno & singulari secundùm illius bene placitum recipere, & hoc præstabit occasionem, quòd cogetur precium immoderatum exhibere, & opprimẽtur & angariabuntur contra iustitiam, & quasi ad quandam seruilem obligationem redigentur: cum tamen deceat in libera ciuitate liberam esse facultatem in emendo, uendendo, locando, & conducendo. Aut si non fiat prædicta oppressio: nec occasio eius: attamen benculis negociatoribus pręcluditur uia benefaciendi & gratiã impendendi proximo, contra illud Prouer. 3. Noli prohibere benefacere eum qui potest: sed si uales ipse benefac. Secundò probatur: quia est contra legem positiuam, nam lex ciuilis damnat simpliciter monopolium secundùm omnes prædictos modos & ex magnitudine pœnę annexę conijcitur, ꝙ taliter est prohibitum, ꝙ tenentur subditi sub mortali peccato ad eius obseruantiam. Nam exercens monopolium primo modo proprijs bonis debet expoliari & perpetuo exilio damnari. Exercens autem alijs modis tactis debet puniri in quadraginta libris auri. Et officialis, qui precio corruptus, uel dissimulatione, aut qua cunque alia uitiosa causa non punierit: sed permiserit tales modos monopolij, debet puniri in quinquaginta libris auri. Secundum principale exemplum. Si negociator emit diminuto precio merces, decepto scilicet uenditore, aut ipse possea uendit excessiuo precio & de hoc infra quæstione. 57. & 58. Tertium. Si carius uendit transeuntibus quàm manentibus. Vnde dicit concilium Albanense. Presbyteri plebes suas moneant, ut hospitales sint, & non carius vendant transeũtibus, quàm mercato vendere possint. Et intelligitur si excessus sit ultra latitudinem iusti precij. alioquin si intra eam fuerit, poterit uni carius uendere, quàm alteri: quia nullt alteri gratiam facere. Quartum. Si carius uendit ad terminum, quàm faceret ad promptam solutionem, & hoc propter hoc quòd expectando implicitè mutuat emptori. De quibus infra videbitur plenius Et generaliter omnis uenditio & emptio, in qua est implicita usura reducitur ad defectum huius circunstantiæ. Posset etiam explificari de quo modo per illas negociationes, quæ nullam utilitatem afferunt reipublicę, sed potius damnum, ut venditiones instrumentorũ ludi, fortunæ, & quædam aliæ, de quibus infra dicetur Et si dicatur, adhuc restant duæ circunstantiæ, scilicet

cet quid, & circa quid. Dicendum, quòd ambæ illæ in præsenti actu habent rationem obiecti actus potius, quàm circumstantiæ. Nam id quod uenditur, uel emitur: uel circa quod est emptio & uenditio, est obiectum negociationis. Modo de obiecto dictum est in prima conclusione. & hæc de præsenti quæstione.

QVAESTIO. LII.

Vtrum negociacio, seu mercatio sit indistinctè clericis illicita? Solutio quæstionis stat in quinque distinctionibus, & sex conclusionibus.

Prima distinctio est. Negociatio capitur tripliciter. Primò generalissimè. & sic quicunque actus acquisitiuus, seu lucrationis temporalium: siue sit contractus, siue aliqnis alius actus, uel exercitium. puta alicuius officii, uel artificij dicitur negociatio. Nam multa officia secularia dicuntur negocia secularia, ut puta officium secularis aduocatiæ & procurationis secularis: ut procurationis villarum: & officium iurisdictionis secularis, & rabellionatus: atque exercitium utriusque medicinæ. Hæc enim reputantur negocia secularia: ut patet per totum. extra, ne clerici, uel monaci se immisceant negocijs. Similiter officium, uel exercitium tabernariæ & macellariæ. Secundò capitur generaliter. & sic tantum contractum dicitur negociatio: non tamen solus contractus emptionis: immo etiam contractus locationis, conductionis, & contractus mutui factus ad lucrum: cuiusmodi est mutuatio usuraria: dicitur hoc modo negociatio. Nam negociatio generaliter capta est idem, quod mercatio generaliter capta. modo negociatio generaliter capta sub se comprehendit, non tantum emptionem & uenditionem: sed etiam mutuationem usurariam. Nam mutuantem ad usuras Ioan. Chryso. enumerat inter mercatores. Matt. 21. super illo. Eiecit ementes & uendentes. ubi dicit sic. Super omnes mercatores maledictus est plus usurarius. Ipse namque rem datam a Deo uendit non comparatam. post fœnus rem suam repetit tollens aliena, cum suis. Mercator enim non repetit rem uenditam. hæc ille. Tertio modo specialiter, & hoc modo tantum contractus emptionis uel uenditionis, uel utrumque simul dicitur negociatio.

Secunda distinctio. Negociatio etiam specialiter capta, est duplex. Nam quædam non dicitur lucrativa: saltem propriè loquendo. & est illa, ubi aliqua emuntur non ut reuendantur: sed emuntur ad usum suum. Aut si uenduntur, non tamen fuerunt ideo empta, ut reuenderentur: sed ad usum domus fuerunt empta, uel etiam aliter fuerunt acquisita, quàm emptione: ut puta dono, uel laboribus propijs. Alia uerò dicitur propriè loquendo lucrativa: ubi scilicet aliqua emuntur, ut reuendantur. Sic Philosophus 1. Polit. distinguit duplicem acquisitionem pecuniariam, seu pecuniariam. Quædam enim dicitur pecuniaria utilis, quæ scilicet acquiritur pecunia de rebus necessarijs: ut alia nubilia emantur. Alia est translatiua, quæ acquiritur pecunia ad emendum res: non ut ipse eis utatur, sed reuendat.

Tertia distinctio. Negociatio specialiter capta nō lucrativa propriè loquendo dicta est duplex. Quædam est œconomica, & est illa, qua res aliquæ emuntur ad usum & necessitatem ementis & suorum: ut quis emit blada, uel uina non ut reuendat: sed ut in familia sua utatur eis. Alia est politica, scilicet qua res emuntur ad usum & necessitatem ciuitatis: ut si rector ciuitatis blada uel uina emat, quatenus exercitus bellicus inde uiuat.

Quarta distinctio. Negociatio œconomica sit dupliciter. Primò dumtaxat emendo, ut præcedens exemplum fuit. Secundò dumtaxat uendendo, ut siquis blada, & uina, quæ de suo proprio labore, quo agros & uineas suas coluit, habet, uendat. Similiter si quas res sibi donatas uenderet, aut si quas res emerat ad usum suum: sed cum sibi superfluunt, eas uendit, uel si sibi non superfluunt, attamen si nunc nō uendat sed retinear, damnificaretur: quia leuiori precio potuit postea uenire.

Quinta distinctio. Negociatio lucrativa est duplex. quædam enim est strictè loquendo negociatio & est illa, ubi quis emit res, ut easdem reuendat secundùm earundem rerum ualorem sine hoc, quòd per artificium illas immutet ad aliquam formam artificialem: ratione cuius eam uendant: ut si quis emit massas ferri: ut sic easdem sicut emit reuendat; & dicitur propriè lucrativa pecuniaria. Alia est non strictè loquendo negociatio, qua scilicet quis emit res, ut per artem aliquid ex eis operetur: ut sic operatas uendat secundum ualorem artificialis formæ introductæ. Et hoc fit dupliciter. Primò si tales res uendit, quarum valor totus est ex artificio: ut si ex materia quasi nullius precii operetur aliquod artificiale: sicut sunt mattæ uel storia, quę fiunt ex iuncis, a sterno dicta, eo quòd sternuntur super terram, & fiscellæ & sportulæ, quę fiunt ex uimnibus. Secundò si tales res uendit, quarum ualor non totus est ex artificio: sed etiam partim ex materia: ut si quis emat asseres, ut ex eis faciat arcam, & sic eam uendat, uel per pergamenum, ut faciat librum, & scribat, & scriptum uendat.

Prima conclusio. Non est indistinctè & uniuersaliter dicendum, quòd negociatio sit illicita clericis. Probatur: quia tunc sensus esset, quòd nulla negociatio, uel in nullo sensu esset eis licita, hoc autem est falsum: nam etiam aliquibus auctoritatibus potest contingi, aliquam, uel in aliquo sensu eis negociationem esse licitam, quod patet. Nam artificium exercere, ut artificiata uendantur, & sic lucrum pro sua, uel indigentium sustentatione obtineantur, est aliquis negociatio, & tamen clerico licitum est artificia aliqua exercere, ut artificiata per eum uendantur, & lucrum prædicto modo habeatur. Minor patet sequentibus auctoritatibus quinque. Prima est ex concilio Carthaginensi, & habetur 9 1. di. c. Clericus. ubi dicitur. Clericus pictum uel textum sibi artificiolo, uel agricultura absque officii sui detrimento duntaxat præparet. Clericus enim, qui absque corpusculi sui inæqualitate uigilijs deest, stipendio priuatus excommunicetur. Secūda est ex eodem concilio quarto, ubi dicitur. Clericus quilibet uerbo Dei eruditus artificiolo uictum quæsat

Tertia

Tertia est ibidem, ubi dicitur. Omnes clerici, qui ad operandum ualidi sunt, & artificiola, & literas discant. Quarta est: quia, ut habetur Act. 18. Apostolus Paulus erat existens episcopus exercuit artificium artis segnofactoriç, idest artis faciendi scenon. Scenon autem, quod grecè significat umbram, accipitur in latino pro tabernaculo, & etiā pro fune. & sic Paulus fuit finifex, uel tabernaculorum, uel tenoriorum factor. Et quòd non solum sciuerit: sed etiam exercuerit, patet: quia ibidem dicit textus, quòd Paulus manebat apud Aquilam & Priscillam, eo quòd eiusdem artis erat, & operabat. Erant autem scenofactoriç artis. Et similiter 1. Corin. 4. Ipse pro se & alijs dicit. Laboramus operantes manibus nostris. Et 2. ad Thes. 3. Neque gratis panem manducauimus ab aliquo: sed in labore & fatigatione nocte & die operantes, ne quem uestrum grauaremus. Quinta est ex concilio Nanarcensi, & habetur. 91. dist. & etiam extra, de celebra missarum. c. 1. ubi dicitur de clerico, quòd peractis horis & utilitatis infirmis, si uoluerit, exeat ad opus rurale, ut necessitatibus peregrinorum & hospitum, siue diuersorum commeantium infirmo sum atque defunctorum succurrere possit.

Secunda conclusio. Non est indistinctè, uel uniuersaliter dicendum, quòd negociatio sit licita clericis Probatur: quia multę auctoritates inuunt eam eis esse illicitam, detestabilem, & prohibitam, quod patet enumerando tres, & tertia includit tres. Prima est Augu. in lib. quæstionum ue. & no. testamenti, & habetur. 88. dist. in c. fornicari. ubi dicitur. fornicari hominibus semper non licet, negociari aliquando licet, aliquando non licet, antequam enim ecclesiasticus quis sit, licet ei negociari, facto autem iam non licet. Modò cum quis sit clericus, sit ecclesiasticus. igitur. Secunda est Hiero. eadem dist. in c. negociatorem. ubi dicitur. Negociatorem clericum, ex inope diuitem, ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge. Tertia est Gelasij Papæ eadem dist. c. consequens. ubi Gelasius sub pœna suspensionis ab officio clericali decreuit, clericos debere abstinere a negociationibus; fundando se in reibus auctoritatibus, quibus hoc instituit. Prima, quia Mat. 21. Christus eiecit ementes & uendentes in templo, insinuans quòd in ecclesiastico loco non debent talia exerceri: sicut nec per ecclesiasticas personas. Secunda, quia Paulus 2. ad Tim. 2. ait. Nemo militans Deo implicat se negocijs secularibus. clerici autem militant Deo. Tertia, quia psal. ait secundùm translationem. 70. interpretum. Quoniam non cognoui negociationem, introibo in potentias domini. ubi innuit, quòd ad hoc, quòd quis introeat in potentias domini, debet se non implicare negociationi. Cum autem clericorum sit specialiter intrare in potentias domini, sequitur propositum. Nunc uidendum est secundum tres acceptiones negociationis quomodo sit illicita, uel licita clericis. Et primò dicēdum est de ultima acceptione. Est ergo

Tertia conclusio. Si negociatio capiatur specialiter, negociatio quò ad duas eius species est clericis licita. Primò quò ad eam, quæ propriè loquendo nō dicitur lucrativa, & nominatim quò ad œconomicam etiam quò ad utrumque eius modum, quo fieri solet Nam licitum est eis emere ea, quæ necessaria sunt in domo pro usu suo & familiæ suæ. Vnde Apostolus. 1. ad Tim. 3. ad episcopum ait. Oportet episcopum esse suæ domui bene præpositum. Similiter à clerici de prædijs ecclesiasticis, uel patrimonialibus, uel dona habeant aliqua, quibus non indigent pro domo possunt illa uendere. Secundò quoad lucrativam non strictè captam, etiam quoad utrumque eius modum, quo illa exercetur, ut habitum est in quinta distinctione. Nam hæc secunda minus uidetur licita monacis, & tamen est eis licita, ut ostendit auctoritas Hiero. dicentis ad Rusticum monacum, & habetur de conse. dist. 5. c. nunquam. Si habentes possessionem apostoli de euangelio uiuere, laborabant manibus suis, ne quem grauarent, cur tu in usus tuos successura non præpares, uel fiscellam texe iuncto, uel canistrum lentis plectę uiminibus? Et infra. fabricare alueoria apum, ad quas te mittunt proverbia Salomonis, ac regiam disciplinam in paruis discere coporibur. Hæc ille. Et hoc ad primum modum illius negociationis lucrativę non strictè captæ uidet. Quo ad secundum uerò modum eiusdem dicit idem ad eundem. Scribantur illi libri, ut manus operetur cibos & anima lectione saturetur. Texantur & lina capiendis piscibus. Egiptiorum monasteria hanc morem tenent, ut nullam absque labore suscipiant. Hęc ibi. Et ibidem etiam habetur, quòd monacis licita est agricultura. Vnde dicit. seratur humus, areolæ quo limite diuidantur, in quibus olerum iacta fuerunt semina, uel plantę, per ordinem positæ, aquæ ducantur irriguæ. Et infra, inserantur fructuosæ arbores uel gemmis uel surculis, ut paruo post tempore laboris tui dulcia poma decerpas. Et gloss. dicit. Gemmæ hic dicuntur nodi virgarum, unde flores & frondes erumpunt. & secundùm leges quędam arbores dicuntur gemmales. Et de secunda specie illius non lucrativæ negociationis dicit Ioannes Chryso. ut allegatum est supra in tertia auctoritate secundę conclusionis quæstione 50. Quicūque rem comparat, ut materia sit sibi aliquid operandi illo non est negociator, supple, strictè loquendo. Vnde hanc secundam speciem quoad utrumque suū modum exercere, est artificium exercere. Attamen ad hoc requiruntur aliqua. Primò, quòd sit artificium in se honestum. Nam inhonestum, ut taxillos facere & similia, non est ei licitum. Secundo, quòd congruat statui suo. Nam si nellet facere ea, quæ de per se ad sęua ordinantur, ut arma ad bellum, licet iustum, non uideret licitum. Tertiò, quòd illis non ex cupiditate: sed necessitate sua, uel pietate ad pauperes intendat. Quartò, quòd non negligat officium clericale. Nam hoc prohibetur; patuit in auctoritate prima primę conclusionis. Vnde licitum est ei emere ferrum, ut inde faciat ligonem. asseres, ut inde faciat arcam, & tabulam, ut ibi pingat imagines: ei etiam licitum est emere pullum equi secundùm aliquos, ut eum educet, & uendat, ut lucrum habeat pro sua sustentatione.

Quarta conclusio. Negociatio specialiter capta est clericis quoad duas alias eius species illicita. Primò quo ad politicam. Nam illa non est licita nisi ei, cui licitum est habere curam secularem ciui-

tatis. Modò clerico illud non est licitum, ut patuit ex auctoritate habita in prima distinc. præambula. Vnde etiam 88. dist. decernitur dejiciendus episcopus, sacerdos, uel diaconos seculares cutas assumens. Secundò quo ad lucratiuam propriè dictam. Et illam solam : uocat Ioannes Chryso. negociationem, prout allegatum est, & de illa loquuntur auctoritates secundæ conclusionis. Ratio autem quare illa est eis interdicta, est duplex. Prima : quia est actus, qui communiter maculatur peccatis, modò clerici debent ab illis abstinere. Iuxta illud. Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Maior patet triplici auctoritate. Nam Eccl. 27. dicitur. Duę species difficiles & periculosæ mihi apparuerunt. Difficile exuitur negocians a negligentia, & non iustificabitur caupo a peccatis labiorum, ideſt duo sunt modi utendi difficiles ad seruandum iustitiam, & periculosi propter iusti tię transgressionem. Negociator enim propter hiatum ad diuitias difficiliter uitat negligentiam salutis suæ, & caupo ex frequenti iuratione incurrit tandem periurium. Secunda est ibidem. Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur : sic & inter medium uenditionis & emptionis angustiatur peccatis, ideſt sicut in medio congeriei lapidum palus fixus hinc & inde pondere lapidum comprimitur, sic negocians ex una parte, lcilicet quando emit, comprimitur peccato diminutæ solutionis, pro quanto uult nimis parum dare, & ex altera parte quando reuendit peccato excessiuæ exactionis : quia uult habere precium nimis magnum. Tertia est Leonis Papæ dicentis. Difficile est inter vendentis, ementesque commercium non interuenire peccatum. de pæ. dist. 5. c. qualitas. Secunda ratio, quia negociatio multum implicat mentem curis secularibus, & per consequens a spiritualibus retrahit. Modò utrumque est indecens clerico. Nam contra primum ait Apostolus. Nemo militans Deo implicat se negocijs secularibus. 2. ad Timot. 2. Et contra secundum est eius uocatio. Nam ad nacandum diuinis est uocatus & electus. Vnde ideo in summitate capitis clerici raduntur, ut protestentur, mentem habere denudatam a temporalibus, & releuatam, & expeditam ad cælestia. Propter quod Num. 18. dicitur de sacerdotibus. Ego dedi uobis fratres uestros leuitas de medio filiorum israel, & tradidi donum domino, ut seruiant in ministerijs tabernaculi eius. Aliqui tertiam rationem assignant dicentes : quia negociatio ordinatur ad lucrum : modò debent esse contemptores lucri, sed non uale : quia licet inhonesti lucri debeant esse contemptores, non tamen omnis honesti lucri. Alioquin etiam non possent artificiola exercere. Nam etiam cum illa exercent, quęrunt lucrum honestum ad suam, uel aliorum sustentationem. Vnde æquè illa ratio concluderet, eis esse illicita artificia, & illas negociationes, de quibus tertia conclusio sonuit. Pœna autem clericorum exercentium negociationem lucrativam strictè capiam est, quòd debent excommunicari : extra, ne clerici uel monachi. c. sub interminatione. Et si se non correxerint, debent deponi : ita tamen quòd religiosi districtius puniantur, quàm cæteri, ut in eodem titulo. c. sed nec. Et ex hoc sequitur corollarium, quòd clerici illam exercentes peccant mortaliter, & ꝙ illa prohibitio est simpliciter dicta : quia nemo debet excommunicari uerè, nisi pro mortali, seu pro transgressione constitutionis simpliciter prohibitiuę, uel præceptiuæ.

Quinta conclusio. Si negociatio capitur generaliter, prout ad alios contractus acquisitionis, uel lucrationis extendit se, quàm ad emptionem & uenditionem, ipsa est quò ad aliquas species eius licita, & quò ad aliquas illicita. Nam mutuatio lucrativa, seu usuraria est illo modo negociatio, seu mercatio, & est interdicta omni homini, & pœna positiua contra clericos est degradatio, ut in c. si quis. 47. dist. & 14. quæstione 4. c. quoniam. Similiter omnis alius contractus iniquus, sicut iniusta locatio, conductio, & huiusmodi. Aliqua uerò talis negociatio est licita, ut si pro sua, uel suorum sustentatione locet sua animalia pro aliquo fructu, uel pensione sibi danda, sicut etiam si habet domos, uel prędia, potest illa locare, dummodo pro iusto locagio. Similiter conducere animalia aliorum cum illis colendo agros suos, uel fructus colligendo Similiter, potest conducere aliquas possessiones excolędas, sed hoc ultimum est magis propriè locare operas suas ad excolendum eas.

Sexta conclusio. Si negociatio capitur generalissimè, aliqua est eis illicita, aliqua licita. Nam aliqua officia & artificia sunt eis licita, ut illa, quæ enumeratur in prima suppositione. Aliqua etiam sunt eis licita, ut patuit. igitur. Et nota, quòd illa negociatio, quæ est illicita clericis, est mortale peccatum illis, qui sunt in sacris, & idem de religiosis. Sed de clericis existentibus in minoribus aliqui uriusperiti benignè sentiunt, quòd illis sine sint coniugati sine non : non sit mortale : si saltem negociatio est talis, quæ etiam laicis non esset mortalis. Attamen si non sunt coniugati, possent tales compelli per priuationem cuiusdam priuilegij clericalis ad dimittendum negocium, & si ter fuerint moniti per eum, qui habet episcopalem iurisdictionem de iure, uel priuilegio, uel consuetudine : & non dimiserint : perdunt ipsum ipso facto. Et dico cuiusdam scilicet illius, quo non possunt uexari exactionibus & in persona, uel in rebus proprijs : non autem alterius priuilegij, scilicet canonis, quòd intiens manum in eos est excommunicatus. Nec fori scilicet illius, quo non possunt pro excessibus condemnari etiam ciuiliter per secularem iudicem. Nam illud etiam retinent post ternam monitionem. Nam etiam coniugati, quos oportet intendere secularibus negocijs, gaudent illis, si habitum deferant & tonsuram, multo fortius non coniugati.

QVÆSTIO. LIII.

Vtrum negociatio illa sit licita, qua sequentes res emuntur, uel efficiuntur, uel aliter acquiruntur, ut uendantur, uel aliter distrahantur, scilicet uenena, arma, ornamenta secularia, atque instrumenta lusoria, utpote taxilli, carthæ lusorię & alcæ. Solutio quæstionis fiat in sex suppositionibus, & nouem conclusionibus.

Prima suppositio. Titulus quæstionis quærit de quattuor

quattuor generibus rerum, ut patet intuenti : & secundum hoc erunt diuersę conclusiones. Primæ duę de primo genere. Tertia de secunda. quarta, quinta, sexta, septima, & octaua de tertio. Nona de vltimo genere.

Secunda suppositio. Venena sunt duplicia. Quędam non possunt esse ad humanum usum utilia, ita quòd per additionem alterius rei nullo modo possunt esse utilia usui humano. Quædã uerò possunt esse ad humanum usum utilia : cuiusmodi sunt quædam, quæ apponuntur a medicis in quibusdam medicinis, uel etiam in coloribus aptandis, & huiusmodi.

Tertia suppositio. Res, quę propter earum usum, vel abusum sunt damnosę cõscientijs hominum, sunt duplices. Quędam enim sunt de per se vtiles reipublicę, & per se ad illam ordinantur : vt arma defensiua & etiam offensiua. Per illa enim respublica defenditur, & per ista turbatores pacis offenduntur & compescuntur, quos offendere & perturbare est vtile, laudabile. Alię sunt quę de per se non sunt vtiles reipublicę, nec ordinantur de per se ad vtilitatem eius : immo ordinantur ad id quod quasi semper, vel ut communiter damnosum est, ita quòd rarissimè, vel valde raro affert vtilitatem : & nihilominus illa vtilitas quam affert, posset commodius alijs vijs non sic damnosis procurari & attingi, & tales res sunt taxilli & consimilia instrumenta, quæ ad ludum fortunę ordinantur. Nam ludus talis vt communiter est damnosus spiritualiter & temporaliter rebus, atque personis ludentium : quia rarissimè fit sine peccato : et si aliquando fieri possit sine peccato, & natus sit afferre recreationem ludentibus : tamen illa recreatio posset procurari alia uia, quæ non sic vt communiter est damnosa & periculosa. Inter tamen talia instrumenta ludi fortunæ quædam ordinantur ad ludum magis damnosum & periculosum : ut taxilli, qui ordinantur ad purum ludum fortunę : ubi cito multam subtilitatis contingit ludentem perdere, & tito insurgitur contra Deum & sanctos eius, eo quòd ille ludus non innititur arti : ideo amissio ipsi Deo ascribitur. Quædam uerò ad minus damnosum : ut chartæ lusoriæ, quæ ad ludum fortunæ mixtum ingenio ordinantur, qui propter tarditatem eius & protractionẽ temporis non sic subito uidetur exhaurire substantiam ludentium, nec ita cito insurgitur contra Deum & sanctos, eo ꝙ partim ingenio, & partim arti innititur : & sic nonnunquam sibi ipsi imputat hanc amissionem : nisi sit uerum, quod periti quidam in illis dicerent forte contrarium, & forte quo ad aliqua peccata uerum esse potest. Quomodo autẽ ludus sit multiplex, & quando sit mortale, & quando ueniale, uel nullum, & quàm damnosus, & quàm natus ad multa peccata trahere : in tractatu de ludo, Deo concedente, dicam.

Quarta suppositio. Ornamenta secularia sunt multa. Vnde Esa. 3. enumerantur circiter 20. uel ultra, quę turic & in illo loco, scilicet in terra promissionis fuerunt in usu : sed mutantur secũdum uarietatem temporum & loquorum. Possunt autem ornamenta secularia : ut de prædictis & etiam de illis loquor, quæ nostro tempore currunt & loco, sic diuidi. Nec pigeat quenquam enumerationis aliquorum ex eis, quatenus magis particulariter sciatur, quorum ornamentorum factoribus ac uenditoribus, & quibus talibus magis ne cessaria sit huius quæstionis resolutio, quæ tãto magis quietat intellectum, quo magis in particulari declarãtur, quæ occurrere possunt. Quod si cui dicẽda aliqua dura uideantur, uideat quę in principio primæ conclusionis q. 57 asseram. Possunt igitur ornamẽta ita distingui Quædã enim sunt tantummodo pro ornatu, & nõ pro cõmoditate. Quędam uerò pro utroque. Exempli primi, ut sunt sequentia. Cirturę capillorũ. Item torques ideſt collatia seu ornamenta collorũ. Sũt enim torques ornamenta in superiori parte uestimentorũ facta circa collum descendentia usque ad pectus, sicut & diuisio uestimentorũ erat in superiori parte pectoris. Vti circulus aureus circa collũ, & a collo usque ad pectus descendens dr torques, sic dictus : quia tortus sit. Item monilia, quę sunt ornamenta pendentia ante pectus ad contingendũ prædictam diuisionẽ, & solemi esse de margaritis, uel consimilibus. Item gemmæ in fronte pendentes, ut sunt aliquæ perlę, quas uirgines in coronis suis ante frontem deferunt. Itẽ inaures quæ olim portabantur. Item armillę, ideſt ornamenta brachiorum circa scapulas sic dicta ab armo. Item caudatio uestimentorum. Item reticulatura circa collum, uulgariter briscoller. Item uestes esse polymitas, ideſt eas habere multos colores & imagines rotundas : quia polus a rotunditate dicitur, uel uenit a polys ideſt pluralis, & mitos ideſt gutta : quia multis coloribus tales uestes refulgẽt. Vnde & Iacob fecisse dicitur Ioseph tunicam polymitã, ideſt pluribus coloribus decoratam. Nam fuit sericia, ut in hebreo hr. Et ille pannus sericius erat pluribus coloribus decoratus. Item superfactura, quæ circa collum de pellibus animalium effertur extra ora adiacendo exteriori parti uestis. Item oblonga rostra calciorum. Item modi aurei uel argentei, quos nonnulli uestibus affigunt, etiam in loco ubi non indiget uestis talibus nodis. Item perfossio uestium cum multis foraminibus, quę non solum non est cõmoditas : sed incommoditas. Item fuci, ideſt tincturęquæ supponuntur colori facici ad hoc, ut facies rubicundior appareat. unde & herba, unde fit illa tinctura, etiam dicitur fucus. Itẽ alienorum capillorum affixio ad caput. Alia uerò sunt ornamenta, quæ sunt tam pro ornatu, quàm pro commoditate, ut sequentia, scilicet fascia pectoralis, quæ est nitra tenuis & delicata, cum qua stringuntur mammillę, ne ex sua grossitie turpitudinem ingerant. Et potest etiam capi pro panno, uel lineo subtili aut precioso, quem nunc ponuntante pectus, qui quandoque est multarum plicarum, quandoque cum bombice repletus, quandoque reticulatura quadam, aut alia curiositate ornatus. Item mitræ cuiusmodi sunt illę, quibus colliguntur crines in unum, ne defluant, quibus mulieres uti decet propter longitudinem suorum capillorum, sed nũc etiam eisdem feminarum more uiri quidam utuntur prætendentes speciem effeminatorũ. Possunt etiam per mitras intelligi ea, quę portantur in capitibus eminentia ad modum coronę, uel birreti. Itẽ mitræ, quæ sunt zonæ, quibus uirgines, uel aliæ mulieres colligunt & ligant capillos, ne defluant : & si paucos habent naturales capillos assumunt zonas grossiores, ut multos putentur habere crines. Item cor-

netæ fericeę, uel citipipia fericia. Item subtilia facileta uel facialia, uel fudaria. Item olfactoriolia, quę sunt huiusmodi artificialia opera, quasi poma, quæ continent muscum, aut alia suauiter redolentia. Item annuli aliqui, qui in digitis deferuntur. Item actus, seu spiletta, uel spinteria, quibus mulieres firmant & confi gunt pepla, uel alia ornamenta. Item crinilia, quibus etiam nonnunquam discernuntur non nuptæ a nuptis & sic etiam pro commoditate deferuntur. Hęc enim omnia sunt nata conferre ornatum, & cum hoc afferre quandam commoditatem.

Quinta suppositio. Ea, quæ sunt pro solo ornatu, sūt duplicia. Quędam enim quasi semper, uel ut communiter per eos, qui eis utuntur, ordinantur ad uanitatem uel aliud malum: ut sunt fuci & obiunga rostra calciorum. Quædam verò non sic: immo plerunque, uel frequenter utentes utuntur eis ad seruandum morem patrię citra omnem intentionem vanitatis, uel alterius mali. sicut Ioseph trebatur tunica polymita. Et in historia quadam de translatione trium regum dicitur, q beata virgo detulerit secundum morem patriæ camisiam candatem. Et similiter crinilia a pluribus virginibus honestis citra uanitatem deferuntur secundùm morem patriæ ad discernendum innuptas a nuptis, quamuis nonunquam etiam sępe contingat deordinatio in illis.

Sexta suppositio & trimembris. Contingit utentem secularibus ornamentis uti eis aliquando cum peccato mortali, aliquando cum ueniali tantum, aliquando sine peccato. hoc licet hic supponamus; quia alibi diffusius tractari habet, tamen pro meliori intellectu illius suppositionis, & conclusionum ponendarum de ornamentis, declaranda est hæc suppositio exemplis quò ad omnia tria membra. De primo potest exemplificari secundum quod ornamentorū usus mortaliter depraua tur dupliciter. Primò ex parte intentionis deferentis: Nam si deferens se ornet hac intentione, ut pertrahat homines ad sui concupiscentiam mortalem, usus est mortalis: quia est uestitus sine uolito, cuius uolitio est mortalis. Velle enim peccatum mortale proximi, est mortaliter peccare. Secundum exemplum. Si etiam non ornet se hac intentione, immo ratum ideo, ut placear aspicientibus citra omnem mortalem concupiscē tiam eorum procurandam: uel defert, ut laudetur, & tamen afficitur ad consequēdum huiusmodi laudem, uel complacentiam supra Deum, sic quòd illa persona parata esset pro consequenda huiusmodi laude etiam Deum mortaliter offendere, aut parata esset huiusmo di ornatum prosequi, etiam si sciret se proximum per hoc mortaliter scandalizaturam. Secundò potest exemplificari ratione ornamenti, quo utitur. Et de hoc potest dupliciter exemplificari. Primò, scilicet quia etiam est ita excessiuè sumptuosum, quòd deferens procurando sibi tale ornamentum & eo utendo committit prodigalitatem mortalem. Nam quamuis prodigè uiuere uel prodigalitatem exercere non sit semper mortale peccatum: immo sępe & frequētius ueniale, tamen ali quando est etiam mortale. Quantum autem oporteat esse illum excessum in sumptuositate qui sufficiat prodigalitatem reddere peccatum mortale, non defacili potest diffiniri regula, quoniam multa inspicere oportet ad pōderandum talem excessum, scilicet personam eo q illud, quod magnum est uni persone, esset alteri non magnum. similiter etiam oportet considerare locum & mores patriæ & huiusmodi. Secundò, quia est talis & tantus ornatus q præsertim concurrente infirmitate & imperfectione eorum, cum quibus conuersatur; tales nati sunt per illum ornatū occasionari ad ruinam mortalis peccati: ita q deferre talem ornatum, sit scandalum actiuum, & occasio ruinæ mortalis data aliqui, & tamen præcisè per malitiam alterius accepta. Nam ab occasionando ruinam mortalis peccati proximi est abstinendum sub peccato mortali, etiamsi illa ruina partim ueniat ex proximi imperfectione & infirmitate: quia a scandalo infirmorum & pusillorum tenemur abstinere. qualem autem & quantum oporteat esse illum excessum in qualitate ornamenti, ut uerum sit dicere, q sit occasio ruinę data, & non præcisè accepta, non potest defacili aliqua regula diffiniri: oportet enim multa attendere ex circunstantijs eorum, cum quibus conuersatur. Tales enim aliquando sunt perfecti, aliquando verò imperfecti, infirmi, pusilli, & defacili occasionabiles. Et inter illos adhuc est differentia quia aliqui magis, aliqui minus sunt pusilli. Vnde fiet, q idem excessus qualitatis, uel quantitatis ornatus coram aliquibus non imputaretur in mortale, ubi coram alijs idem ornatus delatus imputaretur. Vnde illud iudicio boni uiri & discreti seu circunspecti relinquendum est. De secundo uerò membro exemplificari potest etiam dupliciter ut prius. Primò ex parte intentionis, si non intendit, nisi quandam vanam laudem & complacentiam mundanam, ad quam est affectus sub Deo, ita q nollet quemquam perirahi ad mortalem immoſi sciret quemquem pertrahendum ad mortalo sui ornatus causa, desistere, nec propter cōsecutionem illius laudis per huiusmodi ornatū vellet Deum mortaliter offendere, non erit delatio talis ornamenti mortalis quantum ex parte intentionis: sed tātùm uenialis. Etsi ornamentum in se non sit ita sumptuosum, q ratione prodigalitatis sit usus eius mortalis, nec sit ita excessiuum in qualitate, ut eius delatio sit dicenda occasio data proximo ad mortalem ruinam, erit illa delatio uenialis dicenda simpliciter. Secundum exemplum. Si intentio deferētis in nullo sit uitiosa, puta quia nō pro mortali, nec ueniali complacentia defert, attamen aliqualis non enormis excessus est in ipso ornamento quò ad sumptuositatem, & sic est ibi prodigalitas uenialis. Aut est ibi excessus in qualitate talis, quòd natus est occasionare proximos, cum quibus conuersatur ad uenialem tantum ruinam, iam erit uenialis tantum. De tertio uerò membro potest exemplificari sic. Si quæ mulier nupta, uel etiam innupta citra omnem intentionem pertrahendi proximum ad peccatum, atque citra intentionem cuiuscunque vanę laudis, uel complacentiæ deferat aliquod ornamentum, puta tantum intendat se conformare mori patriæ, qui in se nō est damnatus lege aliqua, & uiuere secundùm decentiam sui status, ne si omitteret, a ceteris irrideretur etiam occasionem eis dando huiusmodi irrisionis. Aut intendit tantummodo per huiusmodi detinere virum maritū suum, ne eam odiat, & ad aliam uadat, erit hęc eius intentio in nullo peccatum, & si ornamentum nō sit excessiuum in sumptuositate, sed proportionatum diuitijs eius & statui, nec sit tam excessiuæ qualitatis ut

dici

dici possit occasio data in ruinam etiam venialem, nec mortalem proximi erit iam ille usus licitus.

Prima conclusio. Negociatio, qua quis vendit venenum primi generis est illicita. Probatur tripliciter. Primò, quia talis venditio est implicitè prohibita lege in hoc, quòd disponitur iure ciuili, quòd flagitiosæ rei ideſt, quæ nullo modo per additionem alterius rei potest esse utilis usui humano, nec emptio, nec mandatum, nec societas valere potest. vt in l. qđ sæpe. ff. de contrahen. emp. Et si emptio est illicita, ergo etiam venditio: quia eadem est ratio de relatiuo & correlatiuo. immo videri possit, q non solum esset prohibita emptio & venditio: sed etiam esset irrita. ita q non transferretur aliquod dominium precij in vendentem, nec mercis in ementem, & q vterque teneretur ad non reiendum: puta ille precium, & alter mercem. Vnde dicit sic. Veneni mali quidam putant non contrahi emptionem: quia nec societas, nec mandatum flagitiosæ rei vllas vires habet, quæ sententia potest sana videri de his, quæ nullo modo per adiectionem alterius materię vsui nobis esse possunt. De his verò, quæ mixta aliis materiis adeo nocendi naturam deponunt: vt ex his antidota & alia quædam salubria medicamenta efficiuntur: aliud dici potest. Hæc ibi. Secundò sic. Venenū illud videtur simile libello famoso: nam vtrumq; ad nihil est vtile: sed pernitiosum. modò inuentum libellū famosum debet inuentor nō diffundere ad alios: sed ipsum destruere, aliàs grauiter peccaret. v. q. 1. per torum, ergo etiam si quis habeat tale venenum, debet nulli alteri vendere: sed ipsum destruere, vt ad nullius manus deueniat. Tertiò sic: quia venditio est adinuenta propter humanam vtilitatem: ergo quod ad humanam vtilitatem non est ordinabile: non est natum esse obiectum venditionis, & per consequens venditio talis rei est actus inordinatus ex parte obiecti, vel circunstantiæ quid.

Secunda conclusio. Negociatio, qua quis vendit venenum secundi generis, est in duobus sequentibus casibus, quantum hic sufficit, mortale peccatum: si vendit, vel aliàs tradit, vel proponit vendere, vel tradere illi personæ, quam probabiliter scit, vel conijcit abusuram eo mortaliter: vtputa emens dicit sibi seriosè, q intendat occidere aliquem cum eo, & non refert, an illa credulitas vendentis sit vera, vel erronea. Nam etiā si erronea esset illa credulitas: vtputa alius non intendit quemquam occidere: attamen ex quo credit eum id acturum: tenetur abstinere a præstando sibi auxilium consumandi illud mortale. Secundus casus. Si non cōijcit eum eo abusurum mortaliter: attamen deberet illud conijcere, si vellet aduertere qualitatem personæ ementis & alias circunstantias, quam aduertēdam quilibet homo etiam non maximæ diligentiæ faceret in talire: licèt ipse non aduertat, & sic nec conijciat tale quid: nam iste est in lata culpa, quę dolo æquiparatur: vt si mulier adultera & lenis & notoriè odiens maritū suum hominem simplicianum illud emere velit, & nō sit verisimile, q ipsa habeat artem componendi huiusmodi venenum eo modo, quo potest vsio esse ad humanum vsum: tunc enim probabiliter conijcere potest vendens, q ipsa non nisi ad malum mortale eo vti intendit. Nam concurrente hoc, q mulier illa est nescia debitæ compositionis veneni, eliditur præsumptio, qua præsumi debet quilibet bonus: quia iam sunt indicia ad contrarium ex qualitate talis mercis & alijs circunstantijs. Ratio autem veritatis; casus est, quia in vtroq; consentit in mortale peccatum ementis, & hoc consensu vero, vel interpretatiuo: quia dat auxilium consumandi mortale peccatum sciens, uel scire debens illud esse auxilium ordinandum in mortale, & in primo est in dolo, & in secundo est in lata culpa, quæ dolo æquiparatur. Item a simili patet. Nam mortaliter peccat dans gladium ei, quem credit se, uel alium iniustè occisurum, uel quem deberet conijcere hoc facturum: quia videt eum furiosum aduersus se, vel alium, uel omnimode ira fœuientem contra se, uel alium.

Tertia conclusio. Negociatio, qua quis vendit arma offensiua: ut balistas, sagittas, uel gladios (quantū ad propositum sufficit) est etiam mortale peccatum in duobus casibus similibus illis, qui in secunda conclusione sunt positi: extra autem illos est licita. patet ex identitate rationis ibidem positæ, & exempla deficili possunt formari proportionabiliter ad præcedentia. In hoc tamen est differentia armorum & venenī secundi generis: quia etsi utraque sint nata afferre utilitatem hominibus: tamen pauci sunt, qui sciunt uti veneno eo modo, quo est utile hominibus. Ideo ad maiorem aduertentiam est obligatus vendere volens venenum: ut non passim tradat cuiquam: quia de paucis potest credere, quòd sciant bene uti: & sic pauci potest vendere sine peccato, ratiusq; contingit eum non conijcere, nec debere conijcere malum intentionem de volente emere. Multi autem sunt, qui sciunt, & possunt bene uti armis: ideo non ad tantam tenetur diligentiam, sicut venditor veneni, & frequentius poterit non conijcere, nec debere conijcere malum contra ementem. Extra autem illos duos casus eorum venditio non est illicita: nisi per aliquam circunstantiam depraueatur aliā a quid, uel cur. Vnde quando in c. unico. extra, de fegit tarijs. prohibetur ars balistariorum sub pœna excommunicationis, non est intelligendum, quòd indistinctè sit damnata illa res, uel exercitium eius, quod est facere balistas, uel etiam eis uti, uel etiam q negociatio. ideſt, venditio balistarum, aut consimilium sit prohibita. Nam illa est utilis reipublicæ in bello iusto contra iniquos hostes, in quo bello etiam per insidias licitum est pugnare: sed est intelligendum, q exercere illam artem faciendo balistas, uel utendo eis ad bellum iniustum est prohibitum: & quamuis illud sit etiam aliàs prohibitum sine iure positiuo prohibente: nihilominus tamen rationabiliter fuit etiam iure positiuo prohibitum: quia magis timetur, quod multiplicius, expressius, & specialius prohibetur, & est utile illud, qđ actiorem habet perniciem bonorum hominum specialiter prohibere: cuiusmodi sunt actus fugitariorum in bello. Vnde etsi omnis modus occidendi hominem iniustè sit prohibendus specialius: tamen ille, quo iniustè plures & celerius & inexitabilius occiduntur homines. Quæ autem conditiones requirantur, & quæ non requirantur ad hoc, ut venditor, uel factor armorum sit immunis a mortali culpa: & quæ conditio non requiratur. dic ut in simili dicetur in quinta & sexta conclusionibus. Similiter quando illorum factio, uel venditio est uenialis tantum, dic ut in simili dicetur in septima conclusione.

Quarta

Quarta conclusio. Negociatio, qua quis ornamenta secularia facit, vel emit, vt vendat, vel tradat alijs, est mortale peccatum in duobus casibus similibus illis, q in secunda conclusione sunt positi, & illi casus sunt maximè nati contingere in ornamentis primi generis, & tanto magis in eisdem, quanto magis sunt ordinabilia in vanitatem. Exemplum de primo casu: vt si quis vendat talia ei, qui expressè se dicit abusurum illis mortaliter. Exemplum secundi: vt si vendat fucos, aut consimilia, quibus homines magis communiter abutuntur, quàm bene vtantur, publicæ meretrici, aut notorię concubinę alicuius, tali loco & tempore & reliquis circunstantijs, q̃ quilibet debito modo vtens ratione perpendere posset, q̃ non nisi ad mortalem lasciviam vsura esset. Probatur conclusio primò a simili de veneno. Sicut enim veneno mortaliter abutens occidit animã suam, & corpus proximi, & peccat mortaliter: sic mortaliter abutens ornamento occidit animam propriam, & sæpe animam proximi, & peccati mortaliter, & per consequens vterq; tale quid vendens in illis casibus: sciens verè, vel interpretatiuè, cooperatur ad peccatũ mortale proximi, & ita in ipsum consentit verè vel interpretatiuè. Secundò probatur a simili de dante gladium furioso. Tertiò: quia sciens & debens scire hoc vinum esse subuersiuum suæ rationis, co q̃ sæpe illud expertus est; & nihilominus ipsum bibens & perdens vsum rationis & se exponens periculis homicidiorum, vel consimilium, non excusatur a mortali, igitur eadem ratione sic erit hic.

Quinta conclusio. Ad hoc q̃ negocians vendendo illa ornamenta sit immunis a peccato mortali: requiruntur duo. Primò enim requiritur, q̃ non proponat vendere, vel tradere, nec tradat, nec vendat ea cum præparatione mentis ea vendendi, vel tradendi cuicunq; volenti emere. Nam secus se habendo proponit ea tradere alicui: etiam si eum conficeret mortaliter eo abusurum, quod est primus casus. Sed hæc conditio sola non sufficit. Nam etiam obseruata illa conditione: vtputa si non illud proponeret, q̃ si conficeret aliquem abusurum mortaliter nollet ei tradere: & tamen non vellet cum debita cautela & diligentia considerare personas mentium, quas tamen si consideraret, conficeret, & deberet conficere eas abusuras. Modò hoc non sufficeret pro eius excusatione. S. q̃ non confecisset eam abusuram. Nam potuisset illud confecisse, & sic adesset secundus casus. Ideo secundò requiritur, q̃ in venditione cum debita cautela & diligentia consideret personam mentis, & si in ea deprehenderit signa, quæ vehementem suspicionem, vel probabilem credulitatem sint nata introducere, non tradat ei: & per hanc excluditur secundus casus mortalis.

Sexta conclusio. Ad hoc quòd vendens illa ornamẽta sit immunis a mortali: non videtur vltra prædictas conditiones requiri pro tertia conditione, quòd probabiliter credat oppositum prædicti mortalis abusus. S. q̃ probabiliter credat mentem non abusurum mortaliter, sed bene vsurum: immo sufficit, quòd præmia consideratione qualitatis personæ & aliarum circunstantiarum habita non conficerit, nec debuerit conficere eme̅tem mortaliter abusurum. Probatur: quia, quilibet præsumitur, immo præsumi debet bonus. non malus: nisi probetur contrarium, hoc est, nisi appareant probabilia indicia, vel signa, quæ inducant, vel deberent inducere probabilem opinionem suæ improbitatis, vel malitiæ. Et intelligitur hæc regula negatiuè. i. deberi non præsumere eum malum. Nam non videtur, quòd teneatur positiuè ad hoc. S. quòd præsumat eum bonum, vel etiam quòd præsumat eum non malum. Modo si vendens habuerit considerationem prædicto modo, & non conicit, nec cõsiderare debuit eum abusurum mortaliter: tunc non apparent sibi signa prædicta, igitur debebit illum non præsumere malum, & si sic: igitur non requiritur vltra hoc quòd positiuè credat eum bene vsurum, vel non abusurum. Nam ratio quare redditur illicita est: quia conicit, vel conicere deberet eum abusurum. igitur cessante illa ratione: etiam non posita illa positiua conjectura de opposito, cessabit ratio illiciti. Exempli gratia. Sunt aliqua ornamenta, quibus sæpe, & plerig; homines vruntur circa mortale peccatum, quicquid sit de venialibus sicut præsertim sunt ornamenta aliqua conducentia ad ornatum & commoditatem: quamuis econtra etiam sæpe, vel nonnunquã, & plerig;, vel nonnulli alii eis mortaliter abutantur, Venit itaq; persona ignota venditori petens sibi vendi, & non apparent conditiones in illa persona inductes probabilem conjecturam de eius abusu mortali, nõ est damnandus venditor, si ei illa vendat. Debet enim non præsumere malum, saltem mortale de illa persona cum æquè contingat illis sine mortali uti: sicut cum mortali, vel ætiam sepius. Nam dubia sunt in meliorem partem interpretanda: si tamen adest tertia conditio cum duabus primis, tanto securior erit venditor a mortali. Dictum est notanter. Sunt aliqua ornamenta &c. Nam si essent aliqua ornamenta, quibus quasi semper homines secundum communem cursum: nõ nisi mortaliter abuterentur (quale tamen ornamentum difficile est dare) iam eo ipso deesset secunda conditio: quia persona nolens emere, redditur ex ipsa qualitate mercis (suspecta secundum illud, quod quasi semper accidit: & ita conicere deberet eam abusuram, & rationabiliter illud timere haberet. Nam quomodo poterit venditor non conicere, vel nõ timere illud de illa persona: quod quasi semper & quasi in omnibus aliis locum habet. sicut non est quis natus conicere, quòd hęc mula, quam scit esse mulam, non sit sterilis: cum sciat omnem mulam esse sterilem. Et hoc verum est, nisi talis persona sit ita nota de honestate, quòd præsumptio eius honestatis elidat præsumptionem in tentem ei, quod quasi semper accidit.

Septima conclusio. Sicut quarta conclusio, quinta & sexta sonantes de mortali sunt uerę: sic si proportionabiliter formarentur de veniali: essent etiam uerę, utputa quòd uendens peccat uenialiter: si conicit probabiliter, vel deberet conicere, quòd emens sit uenialiter abusurus: & sic consequenter forma proportionabiliter aliarum conclusionum dicta probatur: ga ratio utrobique est eadem. Attamen in hoc est differentia, quòd rarius contingit uenditio, ubi in uenditore nec sit, nec debeat esse conjectura de ueniali abusu contra ementem: quàm ubi in uenditore nec sit, nec debeat esse conjectura de mortali peccato contra ementem. Quia frequentius homines illis abutuntur uenialiter, q̃ mortaliter: ga frequenter est ibi quædã uanitas, uel inanis gloria, aut cõsimilis uenialis culpa.

Octaua

Octaua conclusio. Si negociator illorum ornamentorum sit extra duos casus quartæ conclusionis, vel extra duos septimæ conclusionis, & habeat conditiones quintæ conclusionis, erit eius negociatio non culpanda singulariter. Et dico singulariter: quia posset accedere aliqua alia circunstantia temporis, vel loci, vel huiusmodi, quæ deprauaret eam, sed non singulariter: quia talis etiam negociationem aliarum mercium depraware posset. Corollarium. Non est negociator absoluendus, qui non vult desistere a negociatione ornamentorum, vel armorum, vel veneni in duobus primis casibus. Sed si ab illa velit in illis desistere: non tamẽ velit desistere ab ea in casibus septimæ conclusionis, licèt sit omnino adhortandus: tamen non est ei deneganda simpliciter absolutio. Ratio: quia nolle desistere a mortali, cuiusmodi sunt duo prima, reddit eum indignum sacramento. Indignis autem non est communicandum sacramentum: secus de nolle desistere a venialibus, cuiusmodi sunt casus septimæ conclusionis.

Nona conclusio. Negociatio, qua quis vendit instrumenta lusoria, est in duobus casibus mortalis, & in duobus venialis proportionabiliter, sicut in quarta & septima conclusionibus de negociatione ornamentorum dictum est. Et vt negocians sit immunis a peccato mortali, requiruntur eædem conditiones, quæ tactæ sunt in quinta conclusione. Probatur ex identitate rationis. Attamen longa est differentia in hoc, quòd ratio est dare venditionem, in qua non debeat conicere venditor: & rationabiliter timere ementem, vel illos quibus emens emit, & qui vtentur illis abusuros nõ solum venialiter (quod vtique communissimum est) immo etiam mortaliter. Quia ludus fortunæ, ad quem ordinantur, rarius fit sine peccato, quàm vsus ornamẽtorum & armorum: immo rarissimè fit sine veniali, & frequentius cum mortali, quàm ornamentorum vsus: vt (proh dolor) frequens experientia docet. Vnde non video, quomodo frequens & iugis venditor, quales ferè omnes institores talia vẽdẽtes sunt, possit absolui & communicari, si proponit non desistere a frequenti & iugi & indiscreta eorum venditione, qui ea quasi alias merces vendit: quia non poterit frequenter vendere, nisi vendat etiam illis, quos conicere debet abusuros mortaliter. Nam qui sine mortali eis vruntur, rarò comparent ad emendum, vel rarò mittunt pro eis. Et quomodo poterit sine affectata ignorantia, & sine ficta conscientia non conicere multa committi, vel consumari mortalia in eorum frequenti vsu, quorũ vsum (experientia docente) scit, vel scire debet tot & tam frequẽtes maculari mortalibus culpis, quæ mortalia aliàs non committerentur, vel saltem non consumarentur, si non haberentur talia instrumenta. Nam sicut venenis etiam secundi generis pauci sciunt vti taliter vt nõ permitiose vrantur: & ideo paucis pote st aliquis illa vẽdere, quin rationabiliter timere debeat, & conicere mortalem abusum: & ita quin ipse vẽditor peccet mortaliter: sic illis instrumentis pauci sciunt sine mortali in se vel in proximo occasionato vti. Ideo de paucis potest esse sine mortali timore, vel conjectura mortalis abusus, & ita non nisi paucis potest vendere sine mortali: & per consequens non frequenter & iugiter. Nec est simile de armis. Nam instrumenta lusoria ludi fortunę puri, vel mixti non sunt nata afferre vtilitatem reipublicæ nisi rarissimè, quæ tamen vtilitas procurari posset alia via magis idonea. Arma autem de per se ad illam ordinantur. Vnde usus armorum est licitus: licèt abusus sit illicitus. In instrumentis autem lusoriis etiã ipse usus est abusus. Vnde tales negociatores non sunt absoluendi nisi proponant decætero talia instrumenta non uendere nisi illis, quos nouerint ita mansuetos & honestos, quòd confidant illos non abusuros mortaliter. nec tradituros illa aliis taliter abusuris: sicut in simili dictum est in cauda sextæ conclusionis. Vnde in c. falsas. de pę. dist. 5. ait Greg. quòd negociator debet recognoscere se uetam pœnitentiam peragere non posse, per quam ad uitam æternam peruenire ualeat, nisi negocium relinquat, & loquitur de negocio, quod sine peccato exhiberi, aut vix, aut nullatenus potest. Hæc ibi. Consideretur quoque: quia actus est uia, quæ ducit ad uitam &c. & nisi abundauerit iustitia uestra plus quàm scribarum &c. Ex prædictis sequitur, quòd etiã uendens ramos indeis uolentibus celebrare festum tabernaculorum, peccat etiam mortaliter in duobus casibus. S. si conicit, uel conicere deberet, eos usuros ad illum actum: etiam si non intendat uendens illum eorum usum, seu non consentiat in eum. Multo magis si etiam consentiret in illum. Nam ille actus indeorum est mortalis: quia exercere ceremonialia ueteris legis illo modo, ut ipsi exercent. S. tanquam necessaria ad salutem, est mortale. Ratio autem huius corollarii patet ex prædictis a simili. Secus si illud non conicit, nec conicere debet: sed ignorat ignorantia non affectata, nec crassa: sed probabili. Vnde licet ecclesia toleret eorum ritus: & etiam mandet non præstari impedimenta eis in eisdem: ut in c. qui syncera. 40. distinctione, non concedit tamen illos ritus, nec concedit præstari auxilia ad eosdem exercendos. Et hoc de præsenti quęstione sufficiat, quæ ut probabiliter dicta accipienda sunt sine præiudicio cuiuscunque melius sentientis.

QVAESTIO LIIII.

Vtrum Negociatio illa sit illicita, qua qs mercem defectuosam uendit non propalãdo eius defectum emptori. Solutio quæstionis stat in una suppositione, quattuor conclusionibus, & sex corollarijs, quæ quasi exemplariter declarabunt conclusiones.

Suppositio est, tripliciter contingit aliquam meręẽ esse defectuosam. Primo in substantia: ut si quæ merx creditur aurum, & non est aurum, sed auricalchum. Deficit enim illa in essentia, uel quiditate auri. Similiter si quæ merx apparet gemma præciosa, cum sit uitrum coloratum, & ille defectus est in substãtia etiam specifica. Defectus uerò in substãtia individua: ut tu intendis emere agrum A. & ego tibi uendo non eundem sed alium: puta B. quem non uolebas. Nec uidetur conueniens exemplum. Siquis exemplificet: ut Thomas, ni num mixtum aqua apparẽs purum. Nam illud unum mixtum aqua est etiam substantialiter unum: nisi tanta quantitas aquę apponeretur, quòd unum non in se conuerteret aquam, sed econtra: quia aqua modica addita non remanet aqua: sed conuertitur in naturam uini. Vnde ibi tantum est defectus qualitatis: quia in ta

li mix

si mixtura relinquitur, vel oritur ratione aquæ adiectæ aliqua qualitas vilior, quàm esset in vino puro: Secus siquis vendat aromà mixtum cum alio quasi sit purũ: vt contingit in vendentibus aromata pulverizata. Nã in tali mixtura non conuertitur vinum miscibile in alterum: sed quodlibet manet in sua specie & substãtia. Ideo est ibi defectus in substãtia. Similiter si argento admisceatur scoria, & vendatur quasi purum, & potest de illo intelligi illud Esa. 1. Argentum tuum versum est in scoriam. i. mixtum scoria, vel etiam si scoria venditur pro argento. Nec videtur conueniens exemplum de defectu in substãtia, quando venditur aurum artificiale, vel alchimicum pro auro vel argento a sola natura producto: si saltem intelligatur hoc exemplum vniuersaliter: quia non est vniuersaliter verum, q̃ aurum, vel argentum alchimicum non sit substãtialiter verum aurum, vel argentum: cum per huiusmodi artem possit fieri talis applicatio naturalium actiuorum & passiuorum, quòd generabitur verum aurum: sicut dæmones sua industria applicando certa actiua naturalia certis seminibus possunt procurare, q̃ inde nascentur veri serpentes, vel ranæ etiam eiusdem speciei cum alijs serpentibus vel ranis: vt tractant doct. in Exodo. & Aug. 3. de trin. Et si fondes illæ, quas homines per applicationem rumorum ad aquam in domibus procurant etiam in Ianuario sunt eiusdem speciei cum alijs frondibus: quæ per naturam solam in Maio producuntur: sicut & rotunditas artificialis & naturalis sunt eiusdẽ speciei. Nec distinctio agentium & modorum producendi sufficit ad distinctionem effectuum. Nam mus per putrefactionem generatus, & per propagationem, non differunt specie, & Adam & Eua non distinguebantur specie ab aliis hominibus, & oculus per naturam productus, & miraculosè collatus possunt esse eiusdem speciei. Posset tamen illud exemplum particulariter intellectum habere veritatem: quia alchimistæ aliquando non attingunt per suam artem, quod volunt: sed tantum procurant generationem metalli similis auro. Attamen etiamsi sit verum aurum in substãtia, tamen potest illud deficere in qualitate: quia vix vel nunquam potest ars talem facere applicationẽ actionum & passionum, q̃ ita virtuosum aurum inde procreetur, sicut natum est generari per eam applicationem, quæ fit per solam naturam: quia forte eo tempore, quo ars illam applicationem facit, non concurrit talis influentia cælestis, quæ talem & tantam virtutem & qualitatem cõferre potest auro. Vnde aurum naturale quibusdam habet proprietates, quas alchimicum non habet, vel non tantas, vt proprietatem lætificandi & sanandi quasdam infirmitates: & etiam est purius, digestius & operabilius, & magis diuturnum in sua puritate: & tunc est exẽplum de defectu tertio modo. Secundò deficit in quantitate: vt si quæ merx apparet aliquanti ponderis, numeri, vel mensuræ: & tamen est minoris. Tertiò in qualitate: vt si equus venditur vt sanus: & tamen est infirmus, venditur vt videns & est cæcus, & si vinum vendatur vt purum, cum tamen sit lymphatum, vel alio liquore mixtum, propter quem deficiat in debita qualitate. De quo potest intelligi illud Esa. 1. Caupones tui miscent vinum aquæ. Similiter si carnes vaccinæ, vel taurinæ de tauro non castrato vendantur pro carnibus castratinis: qui licèt sint eiusdem speciei essentialis: tamen in qualitate deficiant ab eis. Item si aromata antiquata vendantur quasi sint recentia. Item liber corruptus quasi sit correctus. Item si ager sterilis vendatur pro fertili.

Prima conclusio. Si merx est defectuosa quocunq; prædictorum trium modorum & vendens ignorat defectum non affectata, nec crassa ignorantia, non peccat tunc vendendo eam, & non propalando eius defectum: etiamsi pro tanto precio acsi esset non defectuosa venderet. Quia probabilis ignorantia facti excusat. igitur si probabiliter ignorat illum defectum non peccabit: & tamen si peccaret in tali venditione, hoc maximè esset: quia rem defectuosam venderet. Dictum est primò notanter affectata: quia talis non excusaret eum. Nam affectata æquiparatur scientiæ. Secundò dicitur non crasse: quia talis in casu aliquo non excusaret: vtputa si ex tali ignorantia vendendo mercem exponeret eimentem periculo: vtputa vendit ei cibaria corrupta, ex quibus emens periclitatur, vel damnificatur in corpore: & vt cognosceret illã corruptionẽ, non fecit diligentiam: etiam eam, quam quilibet suæ professionis in tali casu faceret, non excusaret a peccato in tali venditione: etiam si non pro excessiuo precio vendidisset: quia sua interfuit illa scire, multo magis peccat, si scienter talia venderet: & sicut de defectuosis cibariis exemplificatum est: sic de aliis mercibus defectuosis, ex quibus imminet periculum ementi, quarum defectuositatem vendens scire debuit, dicendum est. Dicitur tertiò notanter tunc vendendo &c. quia si postea comperiat rem esse defectuosam peccaret, si nollet alterum illorum facere, scilicet aut reripere mercẽ, & restituere precium, aut si emptori placuerit retinere merceũ, & idem placeret venditori sibi tantundem restituere, quanto plus iusto accepit secundum quantitatem defectus. Vnde si emptor nihilominus emisset, & si sciuisset illum defectum (quamuis non pro tanto precio: sed solum pro precio proportionabiliter secundũ defectum diminuto) debet emptor mercem retinere. & vendidit non teneretur recipere mercem & restituere precium: sed venditor tenetur restituere emptori illam partem precii, quam super accepit: nisi venditor nequaquam ei vendidisset pro diminuto precio, co bene inuenisset, qui scienter sibi etiam pro taliter defectuosa merce dedisset non diminutum precium. quia erranis non consentit, si taliter erret, quòd si error non esset in eo: nullatenus id ageret. Modo in hoc casu emptor errat illo modo. igitur non consentit. Vnde nihil tam contrariũ est consensui sicut error. Modo emptio & venditio non procedunt sine consensu. immo non celebrantur nisi consensu. Vnde consensus est de substãtia contractus emptionis & venditionis non minus quàm merx & precium. ideo eo deficiente contractus nullus est. sicut deficiente anima nullum est animal: quia anima est de substãtia animalis. Item probatur a simili in correlatiue opposito. Sit emptor. nam si quis emat rem nõ defectuosam: quam tamen tam vendens quàm emens credit

credit defectuosam, aut vilem, cum sit præciosa: vtputa lapidem præciosum quem vterq; credat esse vitreũ, tenetur emptor: cum postea comperit alterum illorũ duorum facere, scilicet aut restituere mercem, si venditor vult sibi dare precium, aut retinẽdo mercem supplere illud, in quo minus dedit: & ad ilia duo sub distinctione tenetur dum tali distinctione. Si emptor nihilominus emisset illam rem pro condigno precio, etiam si sciuisset eam ita preciosam: tenetur stare contractui. si saltem venditor vult stare contractui, & debebit supplere diminutionem precii. Nec obstat illa sententia iuris ciuilis, quòd naturale est contrahentibus sciuicem decipere & circumuenire in precio, ita quòd in emendo & vendendo naturaliter concessum sit: quod pluris est minoris emere, & quod minoris est pluris venderee. & ita inde se circumuenire, & idem habere locum in cõductione & locatione: nam hoc nõ est intelligẽdum de deceptione, quæ fit scienter & a proposito. Hæc enim est dolosa & illicita, & per consequens non licet eam facere. Nam etiam bona fides debet considerari in contractibus. Sed est intelligeadum de deceptione, quæ fit re ipsa: puta non sciendo rem, nec a proposito. Hæc. naturalis est, idest nata est suppositã humana ignorantia contingere: & ideo licita. i. non imputanda pro peccato ei, qui sic decipit: & ei qui sic deceptus est non dedit ius ciuile, vel canonicum remedium rescindendi contractum, vel agendi contra decipientem, sicut tamẽ dedit quoddam remedium contra decipientem a proposito, etiam si citra dimidium decipiat dolo incidenti in contractu: immo etiam contra decipientem non a proposito: sed tantum re ipsa de vtroq; ius remediũ decepto: si deceptio est vltra dimidium iusti precii. & vt rescindatur contractus, vel reducatur ad æquitatem.

Vnde similiter dicendum est per tria dicta. Primum. Si dolus per contrahentem cõmissus dat causam cõtractui, puta dolo induxi te ad vendendum, quod nõ erasvenditurus: & tunc si contractus fuit bonæ fidei, non tenet: vt patet per gl. & Pano. in c. cum dilecti. de emp. & ven. & glo. in l. 2. C. de rescinden. ven. Secundum. Si dolus non dedit causam contractui, sed incidit in contractum: puta eras vẽditurus: sed dolo induxi te ad minus vendendum. & sic tenet contractus: sed in contractibus bonæ fidei agitur ex eo contractu, vt suppleat precium: vt ff. de act. emp. & ven. l. Iulianus. §. si venditor. Tertium, si dolus nec dedit causam contractui, nec incidit in contractum, sed re ipsa euenit sine dolo & facto partis: & ficta est deceptio re ipsa vltra dimidium iusti precii: tunc deceptus habet actionem, scilicet q̃ aut rescindatur contractus, vel reducatur ad æquitatẽ, & debet petitio fieri alternatiue. Si autem est deceptio re ipsa facta citra dimidium iusti precii, tunc nõ datur actio, & hæc probantur per glo. finalem. c. cum dilecti. Ad idem etiam est Hostiensis in summa sua co. ti. §. finis & Barbos. & elegantes. ff. de dolo. Vide Panor. vbi supra, & in c. quia plerique. de immuni. eccl. Specialius autem de illis dicere & de reliquis: vtputa de rechibitoria quanto minoris non ad hos pertinet.

Secunda conclusio. Si merx est defectuosa aliquo prædictorum trium modorum, & tam vendens, quàm emens scit defectum, vel saltem venditor probabiliter credit emptorẽ scire: vtputa qa est defect. manifestus, quem quilibet præsumitur cognoscere, non peccat pro tunc vendendo & non propalãdo defectum: dummodo venditor descendat in precio mercis proportionabiliter ad defectuositatem mercis. Probatur, quia si esset ibi peccarum: maximè quia decipetur proximum, vel ei iniustitiam faceret, sed hoc non: quia vel emens scit defectum mercis: modo scienti & volenti non fit iniuria, seu iniustitia, nec etiam deceptio, vel si emens non scit defectum rei: & tamen vẽditor credit eum scire illum defectum: tunc etsi sit deceptio passiua a parte rei in emptore: & deceptio actiua ex parte vendentis & materialiter: non tamen est illa deceptio actiua, vel passiua velita, nec intẽta, nec scita. Decipere autem proximum citra omnem intentionem inuoluntariè & ignoranter, non est peccatum. Dicitur notanter, dummodo descendat in precio. Nam si non: tunc peccaret, qa scienter venderet rem pro excessiuo precio, quod est cõtra iustitiam. Nam etiamsi res non esset defectuosa, & eam pro excessiuo precio venderet, peccaret contra iustitiam. igitur idem si defectuosam vendit excessiuo precio, & etiam tenetur restituere illum excessum, & hoc est verum, nisi emptor non solum sciret defectuositatem: sed etiam excessum precii: & libens ac volens daret excessiuum precium, intendens excessum donare vẽditori. Nam tunc non teneretur emptor restituere: si consentit in donationem vt donationem: secus si illũ excessum accepit vt precium mercis. Nam ex quo emptor non dat excessum vt precium, vel vt partem precii: sed vt donum. ideo nisi venditor etiam cõsentiat in donationem, non erit ille excessus suus, & sic tenebitur restituere, & dare quòd consentiat in donationem, & sic non teneatur restituere: tamen si quando a principio exegit excessum precii, volebat illud totum habere ut precium mercis, non fuit immunis a peccato: etiamsi ab emptore sciente esse excessiuum exigebat: qa irrationabilis est illa exactio & contra æquitatem iustitiæ commutatiuæ, & est quædam attentatio supergrediendi fratrem contra illud. Neque quis supergrediatur, neque circumueniat in negocio fratrem suum: quoniam vindex est dominus de his omnibus. 1. Thes. 4. Dictum est secundò, non peccat vendendo &c. quia si postea comperiat emptorem ignorasse rei defectuositatem, peccabit, si non restituat precium: si emptor hoc petat, & restituere velit mercem: & emptor nullatenus emisset illam rem sic defectuosam etiã pro tali precio diminuto. Nam venditor (etiam de rationabili & discreta voluntate loquendo) vellet id sibi fieri, si ipse fuisset emptor: & tale quid accidisset sibi, ergo ideni debet etiam nunc emptori facere. Dicitur tertiò notanter, vel saltem venditor probabiliter credat emptorem scire &c. quia si emptor non sciat, nec etiam venditor credat eum scire: immo credat eum ignorare defectum mercis: & nihilominus sibi vendat reticendo defectũ: peccat, non obstante quòd proportionabiliter descendat in precio ratione defectuositatis. Hoc inquam videtur verum, nisi excedat emptorem, etiamsi sciret defectum: nihilominus rem ipsam empturum, & non curaturum illum defectum, vel saltem non debere secundum rectam rationem & quandam humanitatem curare, eo quòd peccans est & nullius reputationis, aut qa rarissimè reperitur talis mens, quin talem vel consimilem habeat defectum. Probatur alliomptum triplicitere. Primò: quia aliàs sciens decipit proximum, vel fecundò ex-

dò exponit se periculo decipiendi eum: quia diuersa & rationabili voluntate nollet venditor illud sibi fieri, si ipse foret emptor: ergo etiam alteri id non debet facere. Tertiò: quia quamuis non lædat, vel damnificet emptorem in recipiendo ab eo excessum pretium: tamen aliàs eum grauat, vel damnificat eum, vel saltem exponit se periculo eum grauandi & damnificandi: quia eum errare, vel decipi est ei quoddam malum.

Vnde magister in 3. dist. 38. c. vi. Error maxima cura cauendus est: non modo in maioribus: sed etiam in minoribus. Secundò quia emptor grauatur in hoc, quòd mercem, quam inuitus habet, & quam noluit, & rationabiliter potuit nolle, cogitur retinere saltem in foro exteriori. Et quamuis eam alteri non curanti illum defectum reuendere possit pro æquali precio, & sic in hoc non damnificetur: tamen illa occupatio interim eam custodiendi & rursum distrahendi est sibi grauis: & forte etiam interim illam rem pascere cogitur: & tamen eius vsum non potest habere: quia ad id, ad quod ipse emerat, non est vtilis propter eius defectum: licèt ad alia esset vtilis alijs. Vnde etiam videtur, q̃ si occasione illius deceptionis patitur aliquod interesse, q̃ venditor ad illius interesse refusionem teneatur. Vnde multo magis si emptor requirit eum, si merx habeat defectum, debet sibi fideliter aperire: Nec sufficit dicere, do tibi eam sicut vides, respice eam, si scit habere defectum. Et dico fideliter: nam si fraudulenter aperiet illum defectum ei non excusaretur. Exemplum. Venditor respondendo emptori dicit, merx illa multipliciter deficit: vt puta, si est equus, dicit, ecce est cecus, claud⁹, cespitans, immobilis, & sic de alijs innumeris defectibus, inter quos etiam illum enumerat, quem habet. Nàm tot defectus enumerando vult inducere emptorem ad credendum equum non habere vllum defectum, eo q̃ non est verisimile eum tot habere defectus, & sic intendit eum decipere: & nihilominus sibi procurare viam ad respondendum emptori, si post emptionem improperaret sibi de venditione defectuosæ mercis, cum tamen cum interrogasset. Nam respondebit ei. Ecce aperui tibi defectum eius. Intendit etiam per huiusmodi responsionem redimere tempus, & eludere interrogationem emptoris: vt. s. non omnino taceat ad eius interrogationem, & sic videatur significare defectum eius, nec etiam omnino aperè dicere rem esse defectuosam. Et quamuis vt Tho. dicit in quodlibetis, quodlibeto. 2. arg. 10. verum sit, q̃ venditor non teneatur vitium rei præmunciare per præconem, qua prænunciatione exterentur emptores ab emendo, dum ignorarent alias cõditiones rei, secundum quas est bona & vtilis: quomodo intelligendum est illud, quod Tullius in lib. de off. dicit, vbi inducit quendam dicentem. Quid tam absurdum, quàm si domini iussu ita præco prædiceret, domum pestilentem vendo: tamen singulariter est dicẽdum vitium rei ei, qui ad emendum accedit, qui potest simul omnes cõditiones adinuicem comparare bonas & malas: nihil enim prohibet rem in aliquo vitiosam in multis alijs vtilem esse.

Corollarium primum. Quædam dicta sancti Tho. & etiam Ioannis Gerson cancell. Pari. de vendente rem defectuosam indigent moderamine. Nam sanctus Th. 2.2. q. 77. ar. 3. in corpore quæstionis ait. Si vitium sit manifestum, puta si equus sit monoculus, vel cum vsus rei non competat venditori: potest tamen esse conueniens alijs: si ipse propter huiusmodi vitium subtrahat quantum oportet de precio: non tenetur ad manifestandum vitium rei: quia forte propter huiusmodi vitium emptor vellet plus subtrahi de precio, quàm esset subtrahendum. Vnde potest licitè venditor iudemnitati suæ consulere vitium rei subticẽdo. Hæc ille. Ioannes etiam Gerson in regulis moralibus, ait sic. Defectus rerũ vendendarum, quos quilibet ad extra præsumitur cognoscere defacili: sicut nec abscondendi sunt fallacibus cautelis, sic nec eos dici necesse est: præsertim quo ad fori extinseci iudicium, & quo ad Deum, etiam si quantitas precii proportionaliter diminuatur. Hæc ille. Hæc autem dicta si intelligantur indistinctè: puta etiam in casu, ubi emptor etiam pro huiusmodi precio diminuto non emeret: non viderentur stare posse ex causis dictis. Vnde Amb. in lib. de officiis. In contractibus vitia eorum, quæ vencunt, prodi iubentur: at ni si intimauerit uenditor, quamuis in ius emptoris transierint, doli actione euacuantur. Nec excusaretur venditor per hoc, quòd nisi reticeret emptor, vellet etiam minus isto iusto precio diminuto dare: & sic venditor damnificaretur: quia potest illud damnum euadere non vendendo ei pro illo minori: sed tantum pro iusto precio. Nec valet, si dicis, tunc stare, quòd venditor cogeretur illam rem sibi retinere. Nam & si non posset illum habere pro emptore: potest tamen inuenire alium emptorem, qui scienter illam de fectuosam rem emit. Et si nec alium quempiam poterit inuenire, signũ est, quòd non valet tantum, pro quanto eam exhibet: quia valor rerum pensatur ex facilitate inueniendi emptores: quia quanto plures reperiri possunt emptores desiderantes mercem: tanto carior est merx, & tanto plus valet. & quanto difficilius possunt inueniri emptores: tanto uilior est res & uilius uendi debet. Nec uenditor excusaretur, si propter hoc, quòd pro illo precio sciens, uel ignorans, uel deceptus emerat: nunc uellet pro eodem uendere alteri ignoranti & non consentienti in eam ut defectuosam: quia si tu sciens emisti, non poteris conqueri de iniustitia tibi facta: ille autem poterit conqueri de deceptione. Si autem ignorans & deceptus emisti: non ob illud licèt tibi alterum decipere, ut te ferues indemnem. Alioquin si plus iusto precio emisses: etiam liceret tibi alteri uendere pro plus iusto precio, quod est falsum: quia siquis est tibi furatus, nõ ob id liceret tibi alicui alteri quid furari: quia pœna debet cedere suos auctores. Confirmatur. Nam idem Th. dicit in quodlibetis, quodlibeto. 3. art. 8. quòd dolosa est illa uenditio, si uitium, uel defectus est occultus, & non ex detentione imminent emptori damnum, uel periculum: puta quia usus illius rei redditur per huiusmodi uitium impeditus, uel noxius. puta si quis alicui uendit equum claudicantem pro uoloci. Hæc ille. Modò si emens non emisset, etiam pro diminuto precio, si emisset defectum. sed rationabili voluntate noluisset accipere rem illam ob illum defectum, hoc fuisset: quia usus, ad quem uolebat habere equum, per illud uitium fuit impeditus: quis non emeret, ut iterum distraheret alteri: qui forte ea read alia uti uolebat, ad quæ usus illius rei non est impedimus: sed tantummodo pro se emerat, uel pro altero ad illum usum, qui est impeditus ex illo defectu. Vnde non uidetur quòd ad hoc differen-

differentia faciendæ inter occultum & manifestum defectum, si supponatur, quòd uenditor cõtingat emptorem nescire defectum. Nam tunc licet sit manifestus, hoc est natus scibi; tamen est verè ipse emptor occultus, & etiam à uenditore præsumitur, quòd sit emptori incognitus: ideo de illo manifesto defectu habendum est idem iudicium, sicut de occulto. Sed recurrendum est ad differentiam illam, an emens præsumeretur nihilominus emere, si sciret, vel an oppositum præsumeretur, vt dictum est. Vnde si tu mihi uendis equum ad nihil uilem: nisi vt inde habeatur pellis, & copiicus me velle habere equum equitabilem, non excusaris a peccato quantumcunque solum pro tanto vendeas, quantum valet pellis. Nam quasi pro nihilo quo ad me reciprocum a me, ex quo ille quo ad me est inutilis. Modo nihil & inutile æquipollent. Vnde sequitur, q̃ illa dicta S. S. ti Thomæ & Ioannis Gerson. tantum videntur habere veritatem in sequenti casu videlicet. s. tunc, quando conicit emptorem etiam non curando de defectu illo: nihilominus emeturum, etiam si sciret defectum: quia & si sibi pro suo vsu non esset vtilis: esset tamen sibi conueniens ad iterum distrahendum alteri, nec curabat de occupatione distrahendi, vel forte non emebat ad aliquem vsum suum: sed tantum ad distrahendum ad lucrum & monũ, vbi talis inest etiam cum tali defectu emitur etiam scienter & pro competenti precio. Vel etiam quando emptor non deberet curare de illo defectu, eo q̃ est nullius reputationis, vel eo q̃ rarissimè reperitur merx illius generis, quæ habeat talem defectum, vel consimilem. In illis igitur casibus non peccaret, si reticeret defectum & maxime si venditor ideo reticet: quia si eum aperiret, emptor contenderet sibi dare minus iusto: tunc enim potest reticere. Nam tunc hoc reticere, est in bonum etiam emptoris: quia præseruat emptorem a peccato (scilicet, ab attentatione dandi minus diminutum precium).

Corollarium secundum. Quamuis in aliquo casu. s. iam dicto liceat venditori defectum reticere: non tamẽ propter hoc in eodem vel alio liceret sibi verbo vel facto significare defectum: non inesse verbo. s. dicendo eũ non esse defectuosum: quia hoc est mentiri: facto autẽ puta superponendo aliquid reges defectum rei, vel auferẽdo signum significans illum defectum, & hoc si intendat per hoc emptorem inducere ad credendum rẽ non esse defectuosam: quia hoc est simulare, quod est mendacium operis: puta si quis lima abbreuiet equo antiquo dentes, vt credatur iuuenis. Secus si non: ideo supponat, vel auferat illud: sed ideo vt emptor non cognoscat defectum, vel vt lateat eum, & hoc in casu, in quo licet sibi reticere: quia etiam reticendo, peri: nde se habet, sicut si supponeret digitum ori suo, vel auferret verba sua, quibus ille defectus significaretur: & tamen hoc est sibi licitum in casu supra dato. igitur sic etiam est hic. Vnde nisi sic intelligatur, videretur Ioannes Gers. in prædicta regula vult, quòd licitum sit venditori reticere defectum in certo casu: & tamen vult, q̃ in eodẽ casu non liceat sibi eum abscondere fallacibus cautelis. Modo si ibi per fallaces cautelas intelligeret superpositionem alicuius tegentis defectum: aut ablationem signi significantis eundem etiam factam quocunque animo. s. animo non quidem caulandi errorem in emente, scilicet vt credat illum defectum non inesse: sed tantum ne credat eum inesse: tunc eadem ratione non liceret sibi tacere de defectu: quia etiam illud tacere, si licitè fit, de quo ipse loquitur, fit illo animo, non vt credat nõ inesse: quia hoc esset velle inducere proximum in errorem: sed vt non credat eum inesse, seu vt non habeat notitiam eius. Nec valet, si dicatur, non est simile: quia reticere, non est quid positiuum, sed negatiuum tantum. superponere autem tegens defectum, vel auferre significans eum, est quid positiuum. nam hoc non uariat: quia si a natura inesset aliquid tegens defectum: aut si ei inesset a natura carentia significantis eundem inesse, non liceret uenditori in casu, quo sibi licet reticere defectum, etiam velle & complacentiam habere in illo superposito tegimine, aut abscentiam signi, etiam si illam complacentiam tantum habeat illo animo, vt lateat alium defectus ille, quod est falsum in casu, quo etiam licet reticere eundem. Modò illa complacentia nolli videretur sibi licita, nisi etiam applicatio tegentis eum, vel ablatio signi eum significantis prædicto animo facta sibi licita esse posset. nisi ostenderetur specialis lex ei illud prohibens.

Tertia conclusio. In pluribus casibus peccat uendẽs rem defectuosam aliquo illorum trium defectuum & in pluribus casibus est immunis a peccato. probatur; quia in casu primæ conclusionis concurrentibus quattuor clausulis, est immunis a peccato: & tamen circa eundem casum contingit eum quadrupliciter incidere in peccatum: secundum q. quadrupliciter contingit eum deficere a clausulis eiusdem conclusionis. Similiter in casu secundæ conclusionis est immunis a peccato concurrentibus tribus clausulis eiusdem: & tamen si quę earum defricat, incidit in peccatum. Nec mirum: quia bene regere contingit uno modo, peccare autem multifariè. 2. Ethic. or. unde colligendo casus, in quibus est immunis a peccato, erunt tres, scilicet, duo casus duarum conclusionum, & præter illos est tertius casus binembris, secundũ quem in uertia clausula sunt exposita, uel limitata dicta Thom. & Ioannis Gerson. casus uerò illiciti tacti in eisdem sunt 7. & ultra.

Quarta conclusio. in casibus supradictis, in quibus peccat uendens mercem defectuosam: eius peccatum est aliquando mortale, aliquando ueniale. probatur: nam si uendendo rem defectuosam damnificat emptorem in aliquo notabili attenta substantia seu facultatibus damnificati, & q̃ uantitate mercis uendens peccat mortaliter, quod enim ani non est notabile, puta diuiti, alteri est notabile, puta pauperi. & quod est non notabile, quando sibi uenditur merx magna, puta centum flor. est notabile, quando ei uenditur merx. 6. den. non enim diceretur uenditor damnificare in non notabili ipsum emptorem: si ei uendendo mercem pro. 6. den. damnificaret eũ in quattuor denarijs, uel quinq; quæ tamen damnificatio in magna mercede centum flor. cẽ ferretur non notabilis. Si autem damnificet eum in aliquo paruo non notabili: tunc aut uenditor noluisset eũ in magno damnificasse & notabili, si potuisset: & tunc iterum est mortale, aut non uoluisset in magno eum damnificasse, & tunc erit tantum ueniale. Non enim omnis recessus a iustitia cõmutatiua quantulucunq; est mortale: a simili sicut qui furatur proximo rem nõ notabilem: sed quasi irreputabilem, utpura potorum

dear-

de arbore vicini, peccat tantum venialiter: si vtrumlatenius id accepisset, si quid notabile fuisset, aliàs secus.

Corollarium tertium. Quamuis aliquando à peccato possit excusari vendens merces mixtam aliarè: tamen aliquando non potest: patet per duo exempla. Primum, si quis misceat mercem ex mixtura, quæ non solum nõ est nociua: sed etiam reddit ipsam mercem magis amabilem & habiliorem ad eum vsum, ad quẽ emitur, & emens etiam non curat, vel secundum rectam rationem non deberet curare de illa mixtura, & venditor descendit proportionabiliter in precio, secundum quod illud miscibile est nobilius, vel vilioris precij: & tamen illud miscibile auget mercem in quantitate. Vepta si quis vinum grecum existens in sua prima puritate misceat aqua, vel consimili liquore viliori: nam non solum non nocet illud miscibile complexioni humanæ, immo reddit tale vinum magis potabile & amabile quam aliàs in sui puritate est: minus fumosum, & minus placet, debetq; ipsum tanto lenius vendere, quanto illud auxit fine expẽsis: vel leuioribus expensis, quàm valeat illa augmentatio, nec emens curare debet de illa mixtura, eo q; non emit, nisi ad bibendum, vel ad vendẽdum bibentibus, qui secundum rectam rationem magis optant, sic esse qualificatum, quàm si in sui puritate esset. Si autem non descenderet proportionabiliter in precio, non excusaretur a peccato: quia tunc quæreret lucrum vltra condignum: nam si purum vendidisset, accepisset lucrum determinatæ quantitatis, vltra quod non licuisset sibi accipere. cum ergo nunc auxerit in quantitate: sequitur, quòd si non descendat in precio, recipiet vltra debitum lucrum. igitur iniustè. Similiter non excusaretur, si mens ex aliqua rationabili causa vellet omnino habere iterum puritatem: vt expedit sibi illud protestaretur: & nihilominus ipse miscere & mixtum venderet. Item si miscibile additum esset nocium: sicut aliqui admiscent vino aliquos liquores, vel herbas, quæ nocent complexioni humanæ. Secundum exemplum (quod de rigore non videtur damnandum tanquam quid in se malum, & contra iustitiam cõmutatiuam, licet per accidens propter scandalum & periculum finis tæ opinionis contra venditorem ipsum depraua ti contingat) est. Si aliquod vinum competenti precio vendatur per A. & B. habeat vinum multo, vel longè melius eo, pro quo tamen non velint emptores dare condignum precium: sicut secundum rectam rationem deberent: sed dum taxat tantum sicut pro viliori mori aliqua mala ratione, vel radicis, vel impostura, aut stultitia, poterit B. miscere suum vinum: donec veniat ad eam qualitatem, in qua est vinum A. & vendere pro eodem precio: vt per hoc, quòd augmentatur quantitas vini, attingat aliquo modo condignum precium sui vini. Nam illam mixturam: etiam si scirent emptores, non deberent secundum rectam rationem curare, quo minus darent pro vino B. sicut pro vino A. cum sint facta, eiusdem bonitatis. Et sicut de vino exemplificatum est: sic cæteris paribus, & similibus seruatis conditionibus si in aliis mercibus simile fieret, idem esset iudicium. licet non sit illa mixtio sic nata fieri in aliis.

Quartum corollarium. Quamuis aliquando excusari possit a peccato vendens mercem deficientem in quantitate, etiam si sciens id faciat: tamen aliquando non potest. Primum patet quatuor exemplis. Primum. Si esset de more patriæ mercem vendi in pondere, numero, vel mensura minori, quàm nominetur, & emptor scit illam consuetudinem. Nam tunc perinde est in re, ac si merx venderetur sub nomine illius quantitatis minoris quo vtitur vendens: quia cõsuetudo interpretatur significationem illius nominis, eo quòd sermo subiectus est rei, non res sermoni. Modo si sic nominaretur, non peccaret venditor. igitur. Et confirmatur, quia sciens & volens nõ fit iniuria. Et eodem modo iudicandum in correlatiue opposito, scilicet in emptore: nam si emptor etiam sciens emat mercem excedentem illam quantitatem, quam sibi venditor nominat, cum ei vendit, & venditor illud scit, quia est de more patriæ in talibus, vti nomine significante minorem quantitatem, quàm sit illa, in qua tradẽda est res: non peccat emptor: vel si emptor dat precium minus in quantitate, quàm nominet venditori, & quã venditor exigit, & venditor illud scit, quia est de more patriæ: sicut in minutis mercibus solet fieri: puta in scutis, quarum quælibet datur pro vno obolo: & sic pro 12. obolis seorsum datis dantur. 12. & tamen si quis simul velit accipere. 12. tunc ultra illas superadditur vna: vel aliquando duæ secundum morem patriæ. Idem solet fieri in quibusdam fructibus, & talia etiam in matoribus mercibus possunt contingere. Vnde illa additio, si est de more, adeo intelligitur in contractu, quòd si vendens dicere addere nollet, posset emptor rescindere contractum: quia non deretur sibi merx in ea quantitate, in qua emerat: quia consuetudo interpretatur contractũ. Secundum exemplum. Si pondera vel mensuræ sint per superiorem ciuitatis ex legitima causa diminuta, & secundum diminutionem etiam vendentes descendere habent in precio, vel etiam aliquando non habent descendere: vtputa ex legitima causa illud plus, quod super accipiunt, & illud minus quod ementes minus accipiunt, applicatur non venditori, sed bono reipublicæ, qui ex certa causa & in certo casu possunt obligati esse ementes ad ei succurendum illo modo. iam quidẽ illa diminutio est nota (vt præsumitur) ementibus, vel si non est nota eis, nihilominus emerunt, & non curarẽt, vel non deberent curare illam diminutionem. Vna autem causa quare aliquando diminuuntur mensuræ vel pondera, vel quare in vno loco sunt minoris quantitatis quàm in alio, est copia & inopia rerum. Nam vbi res magis abundant, consueuerunt esse maiores mensuræ, & vbi deficiunt, ibi minores. & in vno quoque loco ad rectores ciuitatis pertinet determinare, quæ sint iustæ mensuræ. Tertium exemplum. Si huiusmodi põdera, vel mensuræ non per superiorem ciuitatis: sed per plebeios in tota ciuitate communiter & notoriè sint diminutæ: & vendentes vtentes illis secundum illam diminutionem, etiam descendunt proportionabiliter in precio, excusantur vendentes: quia tunc ementes (vt præsumitur) sciunt illam diminutionem, & dato quòd nesciant: tamen si etiam scirent, non minus emerent: quia non curarent de illa diminutione, vel saltem non deberent curare: quia in nullo eis præiudicatur, eo quòd si parum accipiunt, parum soluunt. Et dato quòd non scirent ementens, non tamen esset opus eis illum defectum intimare: quia illud ignorare in nullo generat præiudicium ementibus, de quo rationabiliter

nabiliter possint conqueri. Attamen quidam addunt dicentes, q; talibus vtentes peccant in hoc, quòd non renuntiant illam diminutionem rectori ciuitatis, eo quòd ad illum spectat determinare quantitatem ponderum & mensurarum. Sed hoc non videtur vniuersaliter necessarium; si (vt casus ponit) illa diminutio est notoria. Nam si sic præsumitur nota esse rectori: & ideo si scit & tolerat, habetur pro consentiente: vbi tamen a parte rei sciretur, non scire, videretur, q; si esset intimanda: & q; etiam interim esset abstinendum ab vsu illorum põderum, eo q; nulli licèt præterire mensuras a rectoribus institutas propter cõmunem corruptionem plebeiorum: nisi vbi talis vsus esset sufficienter præscriptus: quia per præscriptionem abrogatur statutum rectoris ciuitatis: etiam vbi tantũ est præsumptus consensus rectoris. Quartum exemplũ. Cum pannifex traxit pannum in tractorio, postea illi madefactus & tonsus, vt moris est, ob illam tractionem contrahitur ad minorem quantitatem: & tamen non traxit vltra debitum artis, sed secundum debitum, non peccat vendendo talem pannum: quamuis quando vẽdit tres vlnas, illæ constringuntur ad duas cũ dimidia. Nam secundum illam diminutionem etiam solent defectere proportionabiliter in precio. & illa diminutio de se ineft merci, & emptor illud scit, vel scire potest: & si sciret: nihilominus emeret, vel saltem non debet curare: quia in nullo damnificatur. Secus autem si vltra debitum artis trahit. Nam etiam dato q; defendat in precio more aliorum: tamen illa diminutio est ignorata ab emptore, qui potius crẽdere habet secundum artem traxisse tantum. & si sciret non emeret: & rationabiliter posset propter talem tractionem nolle mercem: quia ob eam etiam eo citius laniatur pannus: & etiam ille defectus non est vt cõmuniter in illis mercibus. Eodem modo caligarij factores, qui de proprio panno faciunt caligas; & factas vendunt, non excusantur a peccato, si pannum minus debito faciunt madefacti; vt non multum restringatur tempore factionis: & sic non multo panno indigeatur: & tamen cum postea ementes eis vtuntur: multum restringuntur & decurtantur, adeo q; malè deseruiunt eis, & cito laniantur. Pro secunda verò parte corollarij patent exempla ex his, quæ dicta sunt circa primæ partis exempla. Et generaliter ac multo magis peccant illi, qui vtentes scientes diminutis ponderibus, vel mensuris, vel numero: nihilominus non proportionabiliter descendunt in precio, exigentes precium, ac si nulla esset diminutio in quantitate. Vnde contra illos dicitur Deut. 25. Nõ habebitis in sacculo diuersa pondera maius & minus: nec erit in domo tua modius maior & minor: pondus habebis iustum & verum; & modius æqualis erit: abominatur enim dominus eum, qui facit hoc, & aduersatur omnem iustitiam. Et Leui. 19. Nolite facere iniquum aliquod in iudicio, in regula, in pondere, & in mensura. Et Osee. 12. Chanaan in manu eius statera dolosa. Chanaan interpretatur negociator. Hi enim committunt dolos & fraudes in mensuris. Et Prouer. 20. dicitur. Pondus & pondus, mensura & mensura, vtrumque abominabile est apud Deum, idest habere pondus maius emendo, & minus in vendendo: sicut aliqui negociatores, cum ab aliis emunt merces sua pondera, quæ ipsi auxerunt, apponunt ad libram: & tamen quãdo debent aliis vendere vtuntur aliis ponderibus minoribus. Et si quæras, cur lex diuina volens, quòd in emptione & venditione debeat merx non esse defectuosa in quantitate: facit mentionem de ponderibus & mensuris: vt pater in prædictis auctoritatibus, & nõ de numeris: cum tamen etiam contingat mercem esse in numero defectuosam. Respondetur secundum Alexandrum de Ales quòd ideo quia circa ista, circa quæ contingit error & deceptio, necessitas est lex & ars rectificãs actionem & eliminans errorem, seu fraudem. Vbi verò non contingit errare, nec decipi, non erit necessitas lex, seu ars: quia ergo in ponderibus & mensuris, cõtingunt deceptiones & fraudes. In numero verò non est nata contingere deceptio eius, qui vult vti ratione. ideo data est lex iudicialis, non de numero: sed de ponderibus & mensuris. Et quando in huiusmodi defectu quantitatis & alio sit mortale, vel veniale, patuit in conclusione. 4. Nam quòd aliquando sit mortale, indicant prædictæ auctoritates, quæ sunt prohibitiuæ: & etiam quia tale dicitur abominabile esse, qđ attestatur culpæ mortali, quæ propriè est abominabilis apud Deum.

Quintum corollarium. Quamuis vendens pannum in qualitate deficientem: puta pannum malè tentum, vel malè tractum, vel ruptum ad tractorium, vel recommendatum, possit aliquando excusari: tamen aliquando non potest. Primum patet. Nam si descendat proportionabiliter secundum illum defectum in precio, & coniicit emptorem scire illum defectum, vel etiam coniicit eum non scire: attamen coniicit eum nihilominus empturum si sciret, quia non curaret, eo quòd talis bene nouit eo vti, aut dilitat hæc alibi: vbi talis defectus non curantur. Secundum patet: quia si illa tria deficiant, vel aliquod illorum, non excusabitur: & tenetur restituere damnum illarum emptori: & non solum venditor: sed etiam mediator, qui sciunt & inuitat ad illam contractum.

Sextum corollarium. Quamuis vestem veterem, quã renouauit in apparentia purgãdo, vel tendo, aliquãdo excusari possit: tamen aliquando non potest. Exemplum primi. Si descendat in precio secundum defectũ qualitatis, & coniicit emptorem scire defectum, vel nõ curare eum, etiam si sciret, vel non debere curare. Et cũ hoc non ornauit, vel purgauit eam: vt per hoc induceret emptorem ad credendum eam non veterem: quia hoc esset significare falsum proximo: sed vt emptorem non lateret bonitas eius, quæ latuisset eum, si ita eandem sibi obtulisset, & forte pon hoc cõtendisset emptor sibi dare minus iusto precio, imo in casu, quo licèret sibi reticere illum defectum nescienti (vt tactum est in primo corollario) etiam licèret sibi talem purgationem facere, quatenus lateret emptorem illa defectus: prout in secundo corollario tactum est. Si autem non adsint iam dicta, non excusant. Et ex hoc etiam patet, q; non est indistincte damnandum exercitium illius artis, qua rupturæ panorum recommendantur subtiliter. Nã illa recommendatio potest vtilis esse nõ modo venditori: sed etiam emptori, & venditor potest recommendationis velle habere citra hoc, q; intendat quemquã decipere: vt puta quia intendit propalare defectum illum emptoribus, quibus non timebit propalare, eo q; eis vtilius est rupturam esse recommendatam, quàm non: quia forte nec ipsi scirent recommendata, nec apud se haberent scien-

tes illam autem aut intendit tantum illis vendere, qui non curabunt, & qui non minus emerent. Nec tenetur indistincte recomendator ad conijciendum pannificem ebuiorum huiusmodi recomendationem: nisi ex probabilibus signis & qualitate personæ pannifex merito redderetur suspectus de huiusmodi abusu. & de hoc dicatur, vt in simili in quæstione præcedenti dictum est de factore ornamentorum secularium, vel huiusmodi. ex quibus etiam poterit informari recomendator, qualiter agat in illo artificio: vt sit immunis a peccato. & hæc de præsenti quæstione sufficiant. Caueant tamen prædicatores, ne cuncta hic posita ad populum prædicent propter tria. Primò: quia in populo sunt multi q de se sunt prompti ad conscientiam plus iusto laxandã, qui per hoc occasionarentur ad maiorem laxationem conscientiæ. Secundò: quia multi sunt, qui aliàs non curando diuinam offensam: parati sunt ad fraudes, si non timerent secularem improperationem, & illi acciperent ex illis pallium & colorem suarum frandum. Ne igitur detur materia fraudibus & latibulum latronibus, non sunt passim prædicanda talia: & singulariter illa, quæ dicta sunt de excusabilitate aliquorum casuum. Tertiò: quia vt parnit, multa sunt, quę requiruntur ad hoc, vt nõ peccet vendens rem defectuosam, quæ nisi omnia simul concurrant non videbitur peccatum: & tamen populus communis rudis est, nec aduerteret bene singula. Vnde lector horum eis vtatur in confessionibus & in consiliis dandis cõfessoribus, vel aliis singularibus personis. Casus tamen aliqui, in quibus dicti sunt, peccare vendentes res defectuosas, bene possunt prædicari: qa per hoc non imminebant pericula prædicta. Vbi præterea sunt aliqui casus positi tanquam excusabiles a peccato seruatis ceteris conditionibus, debet etiam semper subintelligi (licèt non sit expressa) conditio cessantis scãdali actiui, vel passiuorũ, aut infamationis ipsius sic contrahẽtis: hoc enim in omni actu requiritur. & hæc cautela etiam in aliis obiectuetur, ubi est similis ratio.

QVAESTIO LV.

Vtrum Mercatio, vel emptio illa sit illicita, qua emptor precio defectuoso emit merce. Soluitio stat in una suppositione & quattuor conclusionibus & quinque corollarijs.

Suppositio est sicut contingit merce esse tripliciter defectuosam, ut in præcedenti quæstione: sic etiam precium: Precium enim in emptione est numisma. illud autem deficere contingit primo in substantia: ut cum debet esse aureum, est auricalceum, vel cuprea, licèt deauratum. Secundò in quantitate: ut cum debet esse aliquanti ponderis vel numeri: tamen est minoris. Tertiò in qualitate: ut cum debet esse numisma tali imagine, vel signo insignitum. Vel secundò deberet in tali patria currere: & tamen non est illa insignitum, vel non consueuit currere in tali patria, etiam si nõ deficeret in substantia, nec quantitate ponderis: vel minoris numismatis in illa patria currente. Vel tertiò, cum debet bene sonare, & male sonat. Aut quartò cum habet quandam fictitiam ad fractionem diiponentem: vt ait quintò, cum habet colorem, vel aliam qualitatem, propter quam conuenit repudiari: licet in substantia & quantitate non deficiat.

Prima conclusio. Si precium est defectuosum aliquo trium predictorum defectuum, & emptor ignorat eius defectum, ignorantia non affectata, aut crassa: non peccat tunc emendo, vel soluendo & non propalando eius defectum: si non eo plus in numero addat in precio, neque recipiat eo minus in mercesimmo si tantum recipiat, acsi precium in nullo deficeret. probatur assumendo rationem primę conclusionis præcedentis quæstionis proportionabiliter eam applicando emptori: sicut ibidem fuit applicata venditori. Dicitur primò, si ignorat: quia si sciret, peccaret. si non eo plus in numero adderet, vel si non tanto minus sumeret de merce, quantus est defectus precii: immo etiamsi tanto minus sumeret, adhuc contingeret eum, si scit, defectum peccare in aliquo casu: ut in sequenti conclusione dicetur. Dicitur secundò ignorantia non affectata; quia illa æquiparatur scientiæ. Tertiò dicitur non crassa: quia si ignorasset defectum tali ignorantia, cum debuisset scire, & ex ea periclitaretur venditor, quod periculum, vel grauamen debuisset coniecisse, vel rationabiliter timuisse, si (ut debuisset) aduertisset defectum precii, non esset emptor immunis a peccato: ut si contingeret, venditorem habentem ab eo tale numisma, comprehendi tanquam suspectum, vel falsarium, aut aliàs contingeret eum ob hoc grauari. utputa: quia a domino, vel patre eius, cuius nomine recipit, contingeret eum flagellari ob tale precium receptum. Dicitur quartò eñe do, vel soluendo: quia si postea competat defectum sini precii, debebit alterum illorum duorum facere, aut rescindere contractum, si venditor ad hoc tendit, qui nullatenus pro tali precio vendidisset, si defectum eius sciuisset, aut supplere defectum precii: ut in priori quæstione deductum est: & sub eadem distinctione, quæ ibi posita fuit.

Secunda conclusio. Si precium est defectuosum aliquo prædictorum trium defectuum: & tam emptor, quam venditor scit illum defectum, vel saltem emptor coniicit probabiliter, quòd venditor eum sciat, puta qa est manifestus, quem quælibet præsumitur scire, nõ peccat proptunc emendo, vel soluendo, & non propalando defectum eius. dummodo emptor tanto minus de merce recipiat, vel tanto plus precii addat in numero: quãtus est talis defectus precii. Probatur assumendo rationem secundæ conclusionis præcedentis quæstionis, proportionabiliter eam applicando emptori sicut fuit applicata venditori. Dicitur primò notanter. Dummodo tanto minus &c. quia si non tunc peccaret: quia daret sciens precium inæquale merci, quod est contra iustitiam. Et quamuis venditor sciẽs, vel præsumptus scire ex liberalitate consentiat, vel præsumatur consentire: & sic donare censeatur & remittere emptori illud, qđ emptor sibi minus iusto precio dat, vel quod venditor ei plus mercis illo precio dat. & sic excuferur a restitutione superacceptæ mercis vel a suppletione diminuti precii, ex quo donarum est sibi, & ipse consensit in donationem: tamen per hoc non excusabitur, quin pẽcauerit, quando conueniendo cum venditore attentauit sibi scienter dare minus iusto & exigere merce pro defectuoso precio: quia hoc est attentare iniustitiam facere: nisi illa attentatio fuerit facta animo inducendi venditorem in donationem illius pluris in merce, vel in liberalem remissionem illius minoris in

ris in precio. Non autem si attentatio fuit facta animo habendi illud plus mercis in ratione mercis. Hæc proportionabiliter sunt declarata in præcedenti quæstione in venditore. Dictum est secundo, non peccat emendo, vel soluendo &c. quia licet tunc nõ peccet: tamen si postea comperiat venditorem (quem credebat scire) ignorasse illum defectum precii, & quòd si sciuisset, nullatenus vendidisset pro tali: & quòd venditor ad hoc fuisset motus rationabili & non indiscreta voluntate: tunc peccaret, si non vellet vel restituere mercem venditori recipiendo precium ab eodem, aut supplere defectum precij recipiendo mercem: quod autem alterum illorũ determinatè debeat facere, patuit ex prima conclusione præcedentis quæstionis. Dicitur tertio, vel saltem emptor probabiliter coniicit venditorem &c. quia ad vitationem peccati in casu secundæ conclusionis non requiritur, quòd venditor a parte rei sciat, sed sufficit, quòd emptor probabiliter coniiciat eum scire: nam si hoc non coniiceret: sed potius coniiceret eum nescire defectum, peccat non aperiendo defectum: quia tunc aut grauat venditorem, aut exponit se periculo eum grauandi. Nam si coniicit venditorem nescire: stat, quòd si sciret venditor defectum precij nullatenus reciperet illud; & sic recipiendo grauatur. Et si emptor non coniicit, eum, nihilominus recepturum si sciret, iam exponit se periculo sic eum grauandi. Si igitur vult emptor esse immunis a peccato grauandi proximum, vel periculo exponendi se illi grauationi: debet, cum coniicit eũ nescire, aperire defectum: nisi coniceret eum, etiam si sciret, non curaturum illum, vel saltem non debere curare secundum discretam voluntatem. Nam tunc non teneretur aperire, prout in simili dictum est de venditore in præcedenti quæstione.

Corollarium primum. Sicut sanctus Tho. & Ioan. Gerson dixerunt, manifestos defectus mercis posse reticeri, si descendat venditor in precio proportionabiliter: sic illam doctores dixissent, manifestos defectus precij posse reticeri, si ascendatur proportionabiliter in precio, vel descendatur in quantitate mercis recipiẽdæ. Ideo sicut eorum sententiæ de merce defectuosa indiguit moderamine, & sine illo non esset vera: sic etiã similis sententia de defectuoso precio, vel numismate indigeret simili moderamine, & sine illo non esset vera. Probatur eodem modo sicut illud probatum est de defectu mercis in primo corollario præcedentis quæstionis.

Secundum corollarium. Quamuis in aliquo casu liceat reticere defectum precii: non tamen licèt verbo, vel facto illum defectum abscondere: saltem per suppositionem tegentẽ defectum, vel ablationem signi eũ significantis, qua vellet significare eum non inesse. secus si dum taxat intenderet eum tegere, vel facere eum latere venditorem: & faceret hoc in illo casu, in quo licitum est reticere defectum. Et hæc deducuntur sicut proportionabiliter deducta sunt de venditore tegente defectum mercis in secundo corollario præcedentis quæstionis.

Tertia conclusio. In pluribus casibus peccat emptor soluendo precium defectuosum, & in paucioribus est immunis a peccato. probatur: quia in casu primæ conclusionis est immunis quattuor concurrentibus: & tamen circa eundem casum contingit quadruplicis

ter incidere peccatum: secundum quòd quadrupliciter contingit deficere illas quattuor clausulas. similiter in casu secundæ conclusionis est immunis a peccato cõ currentibus tribus clausulis eiusdem. Et tamen si quæ earum deficiat, quas tripliciter cõtingit deficere, incurrit tripliciter, peccatum. Vnde colligendo casus, in quibus emptor est immunis a peccato, erunt tres. f. duo casus duarum conclusionum, & tertius casus, qui tangitur in fine secundæ conclusionis, cum dicitur. Nisi conciceret &c. qui est bimembris, secundum quem duplicitor licitè contingit reticere scienter defectum precii, & habet se proportionabiliter ad tertium casum bimembrem, in quo contingit licitè reticeri scienter defectũ mercis. Et sic casus illiciti in eisdem conclusionibus tacti sunt septem & vltra.

Quarta conclusio. In casibus supra dictis, in quibus peccat emptor soluendo defectuosum precium, vel numisma, aliquando peccat mortaliter, aliquando venialiter. Nam si per illum defectum notabiliter ledit venditorem: peccat mortaliter. Si autem non notabiliter: tunc aut intendebat eum (si potuisset) etiã in notabili ledere, iterum est mortale. Si autem non illud intendebat, erit veniale. Et illa possunt deduci proportionabiliter, sicut in quarta conclusione deducta sunt de venditore in præcedenti quæstione.

Tertium corollarium. Emptor soluens precium deficiens in casu proportionabiliter se habente ad secundum exemplum primi corollarii præcedentis quæstionis: non potest ita excusari a peccato: sicut ibidem fuit excusatus venditor mercis deficientis in qualitate rõne mixturæ. Exempli gratia. Si B. emptor haberet flor. longè meliorem floreno ipsius A. & cum ipse A. per suum florenum emeret merces aliquas ab ipso P. & P. nulla rationabili causa motus: sed sola stultitia, vel consimili cãpotius maiorem mercem dare ipsi, quàm B. sed solum tantam. Et ideo B. cum raderet suum flor. donec veniret ad æqualitatem flo. ipsius A. Hoc inquam non liceret ipsi B. sicut tamen in præcedẽti quæstione in tertio corollario licuerit ipsi B. habenti mercem multum prętalentẽ miscere & diminuere in qualitate: eo modo sicut in tertio corollario fuit dictum in secundo exẽplo eiusdem. Rõ diuersitatis est, quia inerx ipsius B. sic erat fita, q̃ poterat circa eã agere prædictam mixturam: nec vllus in hoc lędebatur, aut cuiquam iniuria fiebat: sed flor. B. non sic est ipsius B. vt possit circa ipsum (si eum vult exponere vt precium) agere prædictã rasurã: quia iniuriaretur principi, vel alteri, qui imaginem & superscriptionẽ illi impressit tanquam numismati habenti tantũ pondus. Nam falsaret testimonium principis. Et ideo grauiter peccaret circumradens, quamuis non videam, quin posset illum flor. aliàs curius diftrahere; & quamuis radendo peccaret: non tamen videretur obligatus ad restitutionem aliquam, cui eum sic rasum dedit, ex quo dedit flor. tanti valoris, quanti sunt comminiter alii flor. vsuales. Attamen ad prænam teneretur principi, cuius opus deprauauit, & testimonium lęsit, & an ne reipublicæ teneretur ad refusionem aliquam: quia videtur lęsisse eam, eo quod eum radit flor. vilificat monetam auream: & cum idem etiam alii maleuoli faciant: tandem quasi tota aurea moneta vilificaretur in tantum, q̃ propter hoc caderet nota aurea moneta integra, & interficitur antiqua aurea sic in vitiuer-

so rasa: & sic respublica, quæ in singulis personis communitatis consistit damnificatur: quia florenos, quos tanquam sufficientes recepit, cogitur sibi restituere, vel non poterit nisi superaddendo aliquid eis exponere. Sed diceretur, q̃ hoc concludit dumtaxat, quando ad hujusmodi rationem sequitur prædictum interdictum, & per consequens prædictum damnum, vel consimile rei publicæ: nam tunc tenebitur ad refusionem omnibus illis, qui occasione illius fuerant sic damnificati: sed si non sequitur in effectu prædicta damnificatio, vel consimilis, licet nata fuerit sequi, non tenetur: sicut ponês ignem in domo proximi, ex quo natum est sequi damnum, non tenetur illi ad refusionem, si nullum est inde damnum secutum in effectu. Sed de modo, quo ille rei publicæ deberet refusionem facere: alibi videri habet. De ipso autem principe, aut alio habente potestatẽ cudendi monetam, posset cessante infamabilitate, aut scandalo ferre esse similes: vtpura si talis dominus videret cæteros habentes potestatem cudendi, cudere florenos in tali & tanto pondere, quod conseretur iustum: secundum cursum florenorum, & ipse cudisset in maiori. Il le inquam sicut primò potuisset in eã quantitate minori cudisse, in qua cæteri: sic nunc poterit radere, & diminuere: vt currant æquali passu cum cæteris se ferento indemni.

Quartum corollarium. Emptor soluens precium, vel numisma deficiens in quantitate ponderis, vel numeri, potest aliquando excusari, aliquando non. Prima pars patet quatuor exemplis. Primum patuit in quarto corollario præcedentis quæstionis circa primum extremum de eamente similes. Et similiter potest exẽplificari de eamente decem vlnas panni pro certo precio, qui tamen a venditore recipit maiorem quantitatem, quàm sit quantitas decem vlnarum: quia venditor mẽsurando addit cuilibet vlnæ quantitatem pollicis: quã etiam ob consuetudinem tenetur addere, licet non fiat mentio de hoc in contractu: quia consuetudo interpretatur hoc debere in esse. Secundum exemplum, si per impotentiam haberem potestatem cudendi monetam, numisma sit diminutum in pondere ex aliqua legitima causa, & emptores eo emẽtes: etiam secundum hoc eo plus superaddunt, aut eo minus recipiunt de merce, sic quòd sit debita proportio precii & mercis. Vel etiam si aliquando non sic deficerent in merce, vel superadderent in precio: vtputa quia ex aliqua legitima causa cogunt venditores eisdem, & tantas merces dare pro illo diminuto numismate: sicut olim vel prius pro nõ diminuto, eo q̃ illud plus mercis, quod non soluitur vẽditoribus: non in commodum emptorum transit: sed in bonum reipublicæ, cui ex aliquo graui malo, quod sibi accidit, tenerentur venditores & reliqui succurrere, q̃ succurrere ex rationabili causa esset potius quàm vẽditores (dummodo tamen super reliquas personas, etiã aliquid alia via ponatur) & probatur: quia illam diminutionem scit venditor, vel præsumitur scire, & dato q̃ nesciret tamen si sciret, adhuc venderet non curando eam: quia in prima parte exempli non patitur aliquod præiudicium, quia si parum precii recipit, etiam parum mercis exponit. In secunda etiam parte exempli adhuc venderet, non curando illam diminutionem, vel saltẽ non deberet curare: quia si curaret, maximè quia cogitur aliquid, mercis dare sine solutione precii correspondentis. Modo hoc non deberet curare in casu posito: quia illud ex rationabili causa applicabitur non emptori, sed reipublicæ, cui ipse ẽm rectam rõnem dẽt in tanto, & illo modo rõnabiliter instituto succurrere. Tertiũ exemplum. Si precium, seu numisma esset deficiens fictum in pondere, non q̃ superiore, q̃ cudit ipsum, sed p̃ rentes eo. & hoc siue fiat sine culpa (sicut videmus, q̃ nummi argentei attenuantur ex continua contrectatione, & findũtur per scissuras sine dolo & culpa) siue hoc fiat cum culpa (sicut aliquando per malenolos raduntur in circumferentia) & emptor sm hmõi defectũ eo minus acciperet de merce, vel defectũ in pondere supplere per defectũ in numero, non peccaret, nisi ipse idẽ ẽt rasisset illos nummos: immo stares, q̃ si nec minus ac ciperet mercis, nec defectum supplieret in pondere per numerum non peccaret. Probatur: quia stares, q̃ venditor retinet illum defectũ: & nihilominus volẽs liberè recipere, & emptor ex probabili cõiectura illius benẽvolentiæ vẽditoris ei illud offerret pro mercedeaut ẽt si venditor nesciret defectũ: nihilominus tamen reciperet, ẽt si sciret non curando. Aut si curaret, non tamẽ deberet curare, eo q̃ aut est rẽ vilis defectus, q̃ in huma nis esset velle illum fugere, vel ex eo quia ferè oẽs venditores & emptores illius regni, vel regionis consueuerũt sine difficultate & distinctione tales recipe, vt alios nummos: & ita vẽditor reticens eos conijcit, se nõ plus præiudicium passurum, q̃ si reciperet numisma non sic diminutũ. eo q̃ alij, quibus distrahet, vel dabit eos, ẽt si ne murmurare recipient. Huius hẽmus exemplum quoti dianũ in nummis argẽteis vsualibus nostræ patriæ, quorum aliqui sunt tali, aliqui filli, & careãtes certis perijs, ita q̃ notabiliter deficiunt in pondere. Et cum emptores p̃ vsuales den. soluunt merces, ipsi multos tales cũ aliis non sic diminutis dant pro solutione, & venditores aduertunt sibi dari tales, & liberè sentiunt, vel præsumuntur consentire, saltem quando in magna quantitate datur eis precium in moneta argentea aliorũ bonorũ nummorũ: quia sciunt, q̃ alii venditores sui, vel creditores similiter ab eis recipiẽt hmõi nummos absque difficultate: si fuerint permixti cũ aliis bonis non diminutis: cum faciunt solutionem in magna quantitate. Et si non consentirent, sed eiicerent tales den. in casu vbi sic grandis quantitas precii eis soluitur, reputarentur inhumani & irrationabiliter se habentes, eo q̃ uluri & intractabiles non conformarent se ceteris venditoribus, vel creditoribus discretis: cum illud possent facere in prædicto casu sine sui præiudicio. Et dico præsumuntur consentire, saltem quando in magna &c. Quia secus est, quando singulariter & seorsum per minutias expenderentur tales nummi: vtputa aliquis emit mercem pro tribus, vel quatuor nummis, & soluendo daret tales nummos diminutos, cum aliquibus non diminutis, maximè ei personæ, quæ non esset expensura illos nummos, nisi etiam per minutias, vbi etiam ab ea non reciperentur, & sic grauaretur talis persona. Nam in tali casu non debet conari emptor ad dandum tales nummos inadueretenti, & non expræsse contentienti: quia potius præsumere habet, q̃ si aduerteret: nullatenus vellet recipere etiam rationabili voluntate. vnde debet tunc inaduertenti reducere ad notitiam, & non sine eius liberali voluntate, tales ei velle dare, vel subtituere. Pro quinto verò & sexto corollario præcedentis

dentis quæstionis hic ponetur tantum sequens corollarium.

Quintum corollarium. Emptor soluens precium, vel numisma defectuosum qualitate (de quo defectu multipliciter exemplificatum est in suppositione præambula) potest aliquando excusari, aliquando non. Exemplum primi: vt si venditor sciens defectum libẽs illud numisma recipit, nec emptor conabatur sibi dare, non præhabita illa eius voluntate, vel si non scit: tamen emptor coniicit eum, si etiam sciret non curaturum, quo minus reciperet, vel saltem secundum discretam voluntatem non deberet curare, eo quòd in nullo sibi præiudicium, vel grauamen generaretur, & hoc pe test ber in terra nostra, vbi videmus, q̃ nummis Vuirtenbergensibus admixti reperiuntur nõnunquam nummi alterius & extraneæ monetæ: vt Rauenspurgenses, Spirenses, & consimiles, qui si soli & per se traderentur in precium, in terra nostra non reciperentur in eo valore, in quo nostri denarij recipiuntur: quoniam nec etiam in re sunt eis æquivalentes: & tamen quãdo pauculi tales cum multis nostris traduntur in ratione precii, precium erit deficiens in qualitate: & tamen venditores, vel creditores etiam si aduertant pauculos tales interesse, non efficiunt eos, sed libere acceptant, & hoc sciunt emptores soluentes, vel probabiliter coniciunt eos consentire libere, quando alias precium in magna quantitate bonæ monetæ soluitur, eo quòd recipientes eos expensuri sunt eosdem in magna quantitate currentium nummorum, vbi etiam ab eis recipientur: imo si nollet venditor, vel creditor recipere in tali casu. scilicet vbi grandis quantitas moneræ ei soluitur, haberetur creditor pro inhumano & indiscreto viro. Et dico saltem, quando precium in magna quantitate &c. quia secus quando per minutias darentur tales nummi: & dic proportionabiliter, vt in præcedenti corollario, quando deficit in pondere. Et confirmatur hoc clariori casu. Scimus enim, antequam haberetur copia nostrorum obolorum per monerationem q̃ obolis seu hallensibus nostræ monetæ & currentibus in magna & prava quantitate, non solum erant admixti oboli monetæ Spirensis: sed etiam per omnia sine omni distinctione reciebantur in magna & parua quantitate sine alijs & cum aliis obolis perinde, acsi fuissent oboli nostræ monetæ, qui tamen nullatenus in re æquipollebant nostris, & soluentes aliquæ per huiusmodi obolos non habebantur vt culpabiles, & hoc non est, nisi quia soluentes sciebant creditores consentire in eorum receptionem, vel secundum rationabilem voluntatem debere consentire, eo q̃ in nullo eis præiudicium, vel grauamen generabatur: quia secundum voluntatem venditorum æquiparabantur alijs, licèt non essent æquivalentes in re, nec etiam secundum opinionem: quia sciebant eos non æquivalere: sicut enim res tantum valet, quantum est habilis humano vsui: sic etiam precium tantum valet pro quanto acceptatur liberè & sciente & consentiente. Et hæc de præsenti quæstione.

QVAESTIO LVI.

Quæ. Et quot potest & debet considerare venditor, ex quibus cognoscat, quantus sit valor mercis suæ, quatenus cognoscat, quantum precium licitè exigere valeat. Solutio quæstionis stat in duabus suppositionibus, sex conclusionibus, quatuor argumentis, & vno corollario.

Prima suppositio, quæstio tertia supponit & vnum quærit. Primò supponit, q̃ aliqua est quantitas precii, quam licitè potest exigere venditor, & aliqua est, quam non potest. Nam si precium est æquale valori mercis, potest illud licitè exigere, si est maius, non potest: vt dicetur in seq. quæstione. Secundò supponit, q̃ cognoscere valorem mercis conducit ad dctm. sed faciendum q̃ licet. sed exigendum æquivalens, & ad vtãdum, quod non licet. sed non exigendum superexcedens. Ratio: quia cognoscere quantitatem valoris mercis conducit ad cognoscẽdum, an precium sit sibi quale, vel maius: quia cognoscere terminum relationis conducit ad cognoscendum relationem. Cum igitur æqualitas, vel maioritas precij sit relatio, & eius terminus sit quantitas valoris mercis: sequitur, q̃ cognoscere quantitatem valoris mercis conducit ad cognoscendum æqualitatẽ, vel maioritatem precij ad ipsum: & per consequens ad cognoscendum quantum sibi liceat exigere, & quantum non. Tertiò supponit, q̃ venditor non solum potest: sed etiam tenetur ad considerandum aliqua ducentia in notitiam valoris mercis. Ratio: quia potest exigere æquivalens precium: & sic potest considerare ea, quæ inducunt eum ad ascendendum in precio, & tenetur ad non exigendum superexcedens. igitur tenetur ad considerandum ea, quæ eum faciant, aut deferre in precio, aut sistere in excẽsu. Qd autem sit possibile cognoscere valorem mercis & precium iustum sibi correspondens, probatur: quia leges humanæ omnem contractum emptionis & venditionis, in quo fit fraus vltra dimidium iusti precij, decernunt irritum. Modo executores illarum legum non possent eas exequi, si non possent cognoscere, quantum debeat esse iustum precium, & quantus sit valor mercis. igitur. Vnum autem quod quæris, est, quæ, & quot sint illa, quæ potest, & debet considerare.

Secunda suppositio. Duplex est valor rei. Quidam est naturalis, & ille est perfectio essentialis rei constituens in gradu specifico, per quem res constituitur in esse specifico, quo valore illa res est validior, quæ est perfectioris essentiæ secundum speciem: puta cuius differentia specifica est perfectior, vel etiam si est totum compositum, cuius forma substantialis specifica est nobilior. hoc modo musca, formica, vel pulex est maioris valoris, q̃ quæcunq; gemma: quia omne viuum præstantius est non viuo. Alius est valor vsualis & forensis, & ille est habilitas rei ad hoc vt homo ea vtatur ad vsum sibi cõueniẽtem, quo ualore tanto res est validior, quanto ad vsum humanũ habilior. hoc modo panis, vel vinum est maioris valoris, q̃ mus, formica, vel pulex: & sic ille æquus dẽ ualidus, quo homo sit velociter & suauiter vtare. Hi autem ualores sunt ita diuersi, q̃ stat, rem esse magni ualoris primo modo, quæ est parui, vel nullius ualoris secundo modo, & econtra ut patuit in exemplis.

Prima conclusio. Cognoscere, valorẽ naturalem rei, sm q̃ est talis, non inuat vẽditorẽ ad hoc, vt exigat licitũ, quod licitũ sit exigere, nec rectitudo: sed bene cognoscere ualorem vsualem. Prima pars probatur: quia si sic: tũc sm q̃ ualor naturalis esset maior, secundum hoc liceret sibi exigere maius precium. cõsequens est falsum: ergo tunc

pro mutuo posset plus exigere, quàm pro gemma precio sua. Secunda pars probatur: quia si requireretur, oporteret, venditores esse magnos physicos & metaphysicos, vt cognoscerent quàm perfecta esset merx in gradu specifico, ne exigerent vltra illã perfectionem. Tertia pars probatur: quia venditio est adinuenta in humanam vtilitatem & commoditatem, & sic est. illarum rerum, quæ humano generi commoditatem sunt nata afferre. igitur in exigendo precium pro merce est inspicie dã habilitas ad huiusmodi commoditatem. Illa autem habilitas est valor vsualis: & per consequens notitia illius iuuat ad cognoscendum, quantum liceat exigere. Dicitur autem in prima parte secundum q̃ est talis: qa si valor naturalis habeat de per se proportionaliter concomitantem valorem vsualem: sicut in aliquibus rebus habet, tunc cognoscere naturalem valorem etiam iuuat ad cognoscendum quantum precium possit exigi ratione concomitantis valoris vsualis.

Secunda conclusio. Quamuis æstimatos currens in communitate hominum sit vnum ex illis manuductiuis, penes quæ potest cognosci valor vsualis, quatenus consequenter precium licitum possit exigi: tamen non est sufficiens manuductiuum ad cognoscendum illa. Prima pars probatur tripliciter. Primò: quia in communitate reperiuntur sæpe multi prudentes, & sic æstimatio communitatis est sæpe prudentia procedens. Prudentia autem est recta ratio rerum agibilium. Rectam autem rationẽ possimus sequi. igitur prima pars vera. Secundò sic: quia melioratio mercis est vnum ex illis penes quæ, cognoscitur valor vsualis: quia quanto magis meliorata est merx, tanto validior est. modo æstimatio hominum reddit rem melioratam melioratione: etsi non in se, tamen quoad amorem hominũ. Nam stat, quòd merx, quæ in se nõ est meliorata in substantia, quantitate, & qualitate, & hoc per naturam, vel artem efficiatur quoad amorem hominum; igitur magis amata: puta cum prius in magna multitudine talis merx reperiretur, iam non nisi apud paucos potest reperiri: vt contingit de vino & bladis reseruatis, cum ingruit caristia. Tertio modo sic. Si quis vendit, vel emit reddituum, seu ius percipiendi annuatim vnum flor. & velit cognoscere quod sit iustum precium in illa emptione, vel venditione, recurrit ad communem æstimationem, considerando quid consueuerint ementes & vendentes exponere & recipere pro precio: etsi inuenerit, quòd cõmunis cursus est dare pro tali redditu 20. flor. illud dat & recipit vt iustum precium. Nam si cõmunis cursus est: tunc non soli pauperes vendentes reddituum sunt contenti illo precio, sed etiam diuites. & sic est signum, q̃ pauperes vendendo non ex necessitate, qua pressi sunt, recipiũt tale precii. Nã si esset nimis paruũ precii: diuites nõ arctati nõ acciperent illud. Si etiã esset nimis magnũ, diuites nõ arctati nõ emerẽt illo precio. Si igit passim venditores p tali precio vendũt, siue sint pauperes, siue diuites, arctati, & non arctati: signũ est, quòd est sufficiens & æquum. Vnde hoc modo simplices existentes in foro considerando quid communiter alij cauti & prudentes dant pro meribus, & id etiam ipsi dare solent. Et debet illa prima pars intelligi de æstimatione communi, & hoc illa, quæ currit pro tempore contractus, & de precio protunc dando, quod dico ideo. Nam si res vendatur ad credentiam, & dubium sit, an tempore solutionis res sit minus, vel plus valitura, & venditor non erat venditurus tempore contractus pro precio tunc currenti: tunc istis duobus concurrentibus non debet attendi precium, quod communiter currebat tempore contractus: sed quod communiter curret tempore solutionis fiendæ, & de hoc latius patebit infra. quæstione. 57. & alijs. Et dixi notanter communi: quia non debet taxari valor secundum affectionem specialem ipsius ementis, nec secundum eius vtilitatem, vt patebit in 15. manuductiuo, & in quarta conclusione. Secunda pars probatur triplici ter. Primò: quia si esset sufficiens, sequeretur, quòd venditor deberet adhærere contradictorijs propositionibus formatis de valore mercis & precio proportionato, & aliquando duabus propositionibus non contradictorijs, quarum vtraque est falsa. Exemplum primi, quia aliquando in vna communitate sunt contrariæ æstimationes de valore mercis: puta, aliqui dicunt, q̃ valet tantum quinque, alij, quòd sex. Exemplum secundi. Alij dicunt, quòd hæc merx valet octo, alij quòd septem, & stat, utranque propositionem esse falsam. Secundò: quia interdum uenditor habet mercem ita rarem, & non habetur æstimatio in communitate hominum de eius valore. in quo casu uenditor non poterit recurrere ad illud manuductiuum. Tertio: quia dato quòd valorem mercis meæ aliquis in communitate ẽt rectè æstimet: tamen contingit talem esse vnicum: & cum hoc me ignorare talem æstimatorem, nec quærere possum, quis sit ille æstimator, cum me latent in cõmunitate esse aliquem talem. Et ex hac secunda parte sequitur, quòd illi nõ sufficienter responderent ad quæstionem, qui remitterent quærentem tantummodo ad æstimationem hominum. s. quòd ad illam debeat uenditor recurrere in cognoscendo valorem mercis.

Tertia conclusio. Quindecim sunt manuductiua, ex quibus potest uenditor usualem ualorem mercis cognoscere. Primum est precium, quod ipse rationabiliter expoſuit pro ea, cum eam emit, si est per eum empta. Nam regulariter potest ad minus illud exigere, q̃ pro ea expoſuit. Et si non est merx empta, sed artificia liter facta, potest exigere tantum, quantum ipse dedit pro materia eius & ultra. Aut quantum laborem habuit in acquirendo materiam: si materiam non emit, sed alias acquisiuit. Dico regulariter: quia fallit, si merx est deteriorata in se, uel in æstimatione hominum. puta quando propter inundantem superabundantiam cõ similium mercium minus desideratur. Dicitur rationabiliter: quia si uenditor expoſuisset pro illa merce, quatido eam emit, quantitatem precij ultra cõdignum ex sua stultitia, uel errore, uel prodigalitate, non poſ set propter hoc uelle tantundem habere, cum uendit: quia imputet sibi, quòd eam emit precio pluri iusto. Secundum est, expensæ rationabiles, quas facit in adductione mercis de una regione in aliam, uel si non fecit in adductione: fecit tamen in conseruatione eiusdem. Nam regulariter loquendo licitè potest pro merce tantum exigere precium: ut sibi soluantur expensæ huiusmodi. Dico regulariter &c. ex causa in primo dicto, & etiam ideo: quia si fecisset expensas in eius conseruatione, uel adductione: tamen in recompensam expensarum etiam percepisset fructum, uel usum illius rei: utputa, pauit equum quo tamen

men etiam usus fuit, vel alijs locauit taliter, vt satisfactum sit sibi de expensis, non debebit. eo modo ascendere in precio propter expensas, quasi nil in recõpensam earum recepisset. Dicitur, rationabiles: ex causa prædicta in primo. Tertium est labores rationabiles, quos adhibuit in adductione, vel conseruatione mercis: vel si est per eam artificialiter facta, quos habuit in factione. Nam illos labores non tenebatur gratis facere, & sic gratis seruire reipublicæ, vel emptoribus: sicut nec expensas in adductione &c. Vnde primo Cor. 9. Quis vnquam militat suis stipendiis. Et Luc. 10. Dignus est operarius mercede sua. nec est ratio, quare artifices manuales pro suo labore in introducendo formas artificiales possunt aliquid recipere, quin etiam mercatores aliquid recipere possint proportionabiliter pro suis occupationibus, quas habent in transferendo & exponendo merces ad commune forum, & in transeundo de nundinis ad nundinas: vt quilibet in promptu inueniat, quod desiderat. Nam Apostolus ait. Vnusquisque secundum suum laborem mercedem recipiet. Et ex hoc sequitur, quòd institor in quiete quodammodo residens ceteris paribus non potest tantum lucri recipere etiam de æquè magna pecunia: sicut adducens res æquè bonas de partibus longinquis: in quarum adductione oportet magnos labores habere. Quartum est, rationabilis cura, vel solicitudo, quam habuit in adductione, vel conseruatione, vel factione. Nam amara & penalis est huiusmodi cura, quam non tenetur gratis impendisse his, quibus seruit in illa adductione, vnde plus potest petere ille venditor, quem oportuit habere maiorem curam, vel solicitudinem. puta quia merx fuit talis qualitatis, quæ indiguit maiori cura: quàm ille, qui minorem habere potuisset. Et dico rationabilis. quid enim ad emptorem de cura superflua, & non necessaria, neque etiam vtili? Vnde negociator, vel artifex non potest aliquid recipere pro labore, vel grauamine sua habito circa rem vendendam: vel pro persona ementis nisi bona fide credat, quòd seruitium huiusmodi vtile fuerit, sit, vel erit eidem hoc solo excepto, quando emẽs scit, vel scire probabiliter, & sine dolo & fraude præsumitur, quàm inutilis sit labor circa rem exhibitus & seruitium, & nihilominus vult habere talem rem, vel laborem: & acceptat non simplicitate deceptus, nec necessitate habendi arctatus, nec aliàs inordinata affectione impulsus: sed sola liberalitate animi ductus date quid vult venditori, vel artifici pro huiusmodi, & aliquando etiam venditor præsumere posset, quòd talis emit ad aliquem finem sibi magis vtilem, quàm venditor videat. quamuis contiogat ipsum artificem alia ratione peccare: vtputa, pro quanto emeati talem rem cooperatur ad aliquam vanitatem, vel prodigalitatem: tamen non ratione illius, quòd accipit precium pro labore, vel merce, quem prædicto modo vult habere: nam etiam meretrix licèt peccet fornicando: non tamen in accipiendo mercedem. Quintum est, considerabilis industrialis adhibita in inquisitione & adductione & conseruatione. Nam industriosus subtiliter considerat, vbi reperiri possint merces in vili precio quatenus etiam suis comprouincialibus, ac conregnicolis competenti precio vendere possit, & vtilius seruit reipublicæ, quàm non considerans illud, & sic magno precio eis vendens. Similiter considerat, vbi bonæ merces illius generis reperiri possint, vt adducat eas: & sic bene prouideat reipublicæ, & per consequens vtilius seruit reipublicæ, quàm alius existens hebetioris sensus: quare plus sibi dari debet: & ipse plus exigere potest, vt sibi soluatur industria sua: non quòd suam industriam vendere possit: sed operas procedentes ex industria potest velle sibi solui, sicut & eas locare potest, si sunt propbanæ. Posset etiam exemplificari de ille industriositate per illud, quod dicit doctor solennis in quodlibetis dicens: Si aliquis sit ita expertus circa equorum præciositatem, vt per ipsum certificari possit quilibet circa præciositatem equorum: si disceruat inter equos, an secundum communem cursum equi valeant precium, quo efferuntur, alijs illud ignorantibus: quia circa valorem equorum minus experti sunt: si enim ille peritus emat equos valentes precium suum, & alij cognoscentes industriam eius circa equos statim certificari sunt per eius industriam, quòd illi valent precium suum, & sic per industriam eius sunt illi equi facti preciosiores, & magis valent propter securitatem. & sic propter talem mutationem æstimationis circa valorem, potest statim equos suos aliquantulum carius uendere supra primum precium uendendo opus industriæ, quod circa eos exercuit. Hæc ille. Et ratio est: quia emptor mer dedisset libenter primo uenditori illud incrementum pro assecuratione, quo esset securus, quòd ille equus esset bonus & valens illud precium, pro quo primus uenditor obtulit, & pro quo secundus emit. Sextum est susceptio periculorum. Nam adducens, conseruans, uel faciens mercem sæpe habet expectare pericula in persona, uel in rebus, uel in vtrisque. Hæc autem susceptio periculorum est res æstimabilis precio, adeo quòd sæpe quis daret magnam quantitatem pecuniæ, ut esset assecuratus de uitandis periculis: modo non teneatur illa suscipere gratis, quia aliquid possit per huiusmodi exigere, & secundum hoc ascendere in precio. Vnde mercator, qui mercem, quam mille flor. emit, non potuit adducere, nisi per regnum periculosum: potest plus lucri ex ea uelle habere, quàm ille, qui aliam mercem, quam etiam mille flor. emit, adducere potuit, uel adduxit per non periculosum regnum. Et quanto periculum est maius, tanto maius potest exigere: & si periculum est ad effectum de ductum: puta quia sine culpa sua læsus est in persona, uel rebus, maius poterit exigere: quàm quando tantũ expectauit, & non in effectu euenit. Vnde mercator adducens nauem onustam mercibus: cuius potest uendere merces suas, si aliquando prius in mari sine culpa sua perdidit nauem onustam mercibus, quàm si nauem quam perdidit, quatenus aliqualiter recuperet damnũ perpessum in actu, quo seruiuit reipublicæ, & idem de mercatore conseruante merces, si aliquando perierunt sibi merces incendio sine sua culpa, uel suorum. Septimum est quantitas mercis. Nam si uendit eam minuta tim, potest maius precium exigere: quàm si eandem totam simul uendat. Ratio: quia primo modo plures operas impendit inseruiendo ementibus: tum in conseruãdo: quia diutius cõseruat & custodit eã ẽt suo periculo, & diutius stationẽ facit circa mercẽ: tum qa per empto

res accrescitus saepius surgere, habet, & ad officinam, & apothecam ire aperiendo, claudendo, & descendendo, & sic de aliis. Octauum est finis, ad quem ordinatur merx. Nam cæteris paribus maius lucrum accipi potest de merce: quæ ordinatur ad necessitatem; vel honestá vtilitatem, quàm quæ ad vanitatem, curiositatem, vel superfluitatem, aut nocumentum reipublicæ deseruit: cuiusmodi sunt instrumenta ludi fortunæ. nonne magis dignus est lucro & maiori is, qui tabulas sanctorum depingit, vel efficit imagines: quàm qui alcoas, vel taxillos præparat? quoniam primus vtiliter seruit, non secundus. Et inter merces ordinatas ad necessitatem, vel vtilitatem reipublicæ illarum venditores maius lucrum possunt accipere cæteris paribus, quorum necessitas, vel vtilitas maior est in republica: quoniam illarum venditores magis vtiliter seruiunt eidem. Nam si mercator a republica salariaretur (sicut deberet: si aliàs non caperet refusionem laborum suorum & operarum) maius salarium rationabiliter deberet dari adductori vel factori mercium necessariarum, vel vilium quàm aliarum quarumlibet. Nonum. Secundum quosdam est dignitas personæ venditoris: puta si cætera omnia sunt paria: hoc dempto, quòd vnus mercator, qui adduxit merces, est dignior persona in republica, quàm alius: licitum erit ei maius lucrum accipere. Probatur in simili. Si rusticus, vel nobilis miles, æquali labore & periculo pugnent pro republica: nihilominus ob nobilitatem & dignitatem personæ militis maius stipendium ei dandum est, vt saluetur iustitia distributiua, sic hæc: quia licet vterque mercator seruiat æqualiter reipub. ex parte mercium & expensarum & consimilium: ille tamen, qui dignior est persona in republica, vel magis necessaria, eidem maiori precio dignus est. Vnde si de republica salarium acciperet: respublica eum conducendo rationabiliter ei plus dare deberet, quàm alteri minus digno. Prædicta tamen videntur intelligenda, si dignior sic se habet, q̃ eius persona singulariter, vel solitariè ad huiusmodi seruitium reipublicæ est apta, & non sic alterius. Nam si secus, nõ oporteret ob hoc sibi maius salarium assignare: imputet enim sibi, quòd ei se immiscuit, in quo non minus: sed æquè cæteri seruisse potuissent, & possent, vel de facto seruierunt reipublicæ. Decimum est realis melioratio mercis. Nam si est realiter & in se meliorata vltra precium, expensas, labores, & alia supradicta poterit etiam vltra hæc aliquid exigere. Contingit autem in se, vel realiter meliorari mercem tripliciter, scilicet naturaliter tantum, artificialiter tantum, & mixtim vtroque modo. Exemplum primi: vt si pullus equi emitur, & venditur equus maturus, emitur mustum, & venditur defecatum, & sic lympidum: emuntur ligna humida & venduntur per solem facta arida: & sic habiliora ad ignem, vel ad aliqua artificia. Exemplum secundi: vt quis emit informem massam ferri, vel ligni: & ex ea facit artificiale instrumentum, vel vas, puta cultellum, vel arcam. Exemplum tertii: vt emit ligna humida, & illa naturaliter & etiam per artem sunt artificiata. Si autem fuisset peiorata: tunc cæteris paribus debet descendere in precio. Peioratio autem eiã contingit tripliciter, scilicet natura, arte, & mixtim. Nã vt equus iuuenis, puta sex annorum emitur, & omnino antiquus venditur. Exemplum secundi: vt emitur ligna artificialiter formatum, & venditur resoluta forma artificiali. Exemplum tertij: vt emuntur ligna arida & sana & venduntur natura & arte humectata & putrefacta. Et iterum sicut contingit mercem deficere tripliciter, sic eam tripliciter contingit peiorari, scilicet in substantia, quantitate, & qualitate: vt in præcedentibus quæstionibus. Contingit tamen aliquando defectus in quantitate restaurari per melioriationem in qualitate: vt cum merx contrahitur, vel restringitur: attamen eo melior efficitur, vt mustum existens maius, cum defecatur, efficitur minus in quantitate: attamen melius in qualitate. Ad melioriationem illam potest reduci, quando merx est meliorata quo ad oportunitatẽ loci, & situs, atque temporis: vt vicinior facta, & huiusmodi, & econtra peioratio attenditur ratione loci & distantiæ. Item ad illam reducitur libertas mercis, & ad peiorationem eiusdem reducitur seruitus, vel onus annexum eidem. Nam quanto merx est magis libera: tanto melior, & quanto magis onerata tanto vilior. Hæc melioratio ẽt attenditur ex fructibus natis prouenire de merce: quanto enim plures fructus ex agro, vel animali nati sunt prouenire, tanto est melior: quia fructus censentur quasi vnum quid cum merce: quia includuntur in ea virtualiter. Vndecimum est melioratio in ẽstimatione: vepura si in substantia, quantitate & qualitate manfit immutata. immo stat, q̃ fuerit peiorata in qualitate, vel quantitate. Attamen homines cæperunt magis affici ad eius amorem, & sicipsam magis æstimare: quemadmodum contingit in bladis, & vino tempore caristiæ, prout tactum est in tertia conclusione. Hæc autem melioratio accidit metci dupliciter. Primò ex hoc, quòd eius bonitas (quæ prius, licèt etiam inesset, latuit) nunc apparet: & sic magis æstimatur. Secundò: quia nunc cæperunt homines ea indigere: non sic prius: vt merx valens contra pestilentiam. Nam tempore pestilentiæ regnantis melioratur in æstimatione, eo q̃ nunc ea indigent homines, non sic prius, & tempore imminentis ẽstatis, vel belli plus valent equi: quia tunc magis eis indigent homines. Vnde quantitas indigentiæ est mensura conducens ad cognoscendum quantitatẽ valoris vsualis alicuius rei, propter quod Philosophus. 5. Ethicorum ait. Indigentia humana est naturalis mensura commutabilium: mensura inquam bonitatis, seu vsualis valoris, quod patet: quia bonitas, vel vsualitas valoris rei attenditur ex fine, propter quem exhibetur dicente commentatore. 12. methaphi sicæ, quòd nihil est bonum, nisi propter causas finales: sed finis naturalis, ad quem iustitia commutatiua ordinat exteriora commutabilia, est supplementum indigentiæ humanæ, ergo supplementum indigentiæ humanæ est mensura commutationum: sed supplementum indigentia mensurari oportet per quantitatem indigentiæ. Si enim indigentia magna est, necesse est supplementum esse magnum: sicut si vacuitas ualis magna est, oportet quantitatem uini esse magnam. Et si arguatur, si sic, ergo pauper homo deberet bladũ carius emere, quàm diues: quia magis eo indiget. Item multa sunt ualde cara, quibus modicum indigemus: sicut sunt, quibus diuites utuntur pro explenda uoluptate, uel ambitione. Ad primum dicendum, q̃ indigentia illius, uel illius singularis hominis non est mensura ad cognoscendũ quantitatem ualoris rerũ communibilium, sed communis indigentia hominum inter se cõmunicantium in aliqua regione, uel prouincia. Præterea non loquimur hic tantum de indigentia rerum ad sustentationem: sed etiam de earum indigentia ad alia, ad quæ nonnunquam homines eis indigent. Aliquibus enim pauper indiget ad necessitatem, ubi dives alijs indiget ad statum. taceo, q̃ uonnunquam indiget eis ad explendum uoluptatem, uel ad satisfacien dum suæ inexplebili cupiditati, quamuis ad neutrum illorum illis licitè & simpliciter indigeat. Indigentia enim propriè est illarum rerum, quæ sunt ad sustentationem, statum, uel artem, uel officium hominis deseruientes. Duodecimum est damnum, uel grauamen uel lucrum cessans, quod uenditor patitur, uel passurus est ex uenditione, ad quam emptor sua instantia, uel importunitate cum inducit, cum aliàs mallet non uendere, sed retinere sibi. Vnde in hac parte ipsa affectio licet singulariter, scilicet quam uenditor habet ad mercem: dummodo aliàs non sit sibi æqualis, potest attendi, non autem affectio emptoris, si sit singularis. Et intelligitur illud duodecimum, nisi in tanta necessitate esset emens, q̃ ex diuina, uel naturali lege teneretur, non obstante illo suo damno, uel lucro cessanti sibi, etiam cum illo damno suo uẽdere huiusmodi mercem, quemadmodum in simili tactum est supra. q. 30. de mutuante, cui ex mutuatione imminet interesse dãni emergentis, uel lucri cessantis. Extra autem hunc casum tanto carius potest eam uendere, quantum est suũ damnum emergens, uel lucrum cessans, non autem ultra, & in computando quantitatem lucri cessantis debet defalcare expensas. curas, & labores, quos in prosequendo illud lucrum habuisset, & etiam dubietatem lucri, ob quam illud futurum lucrum uilius redditur & sic de alijs conditionibus, prout sufficienter ibidem tactum fuit in simili. Vnde illud qd superaccipit ultra precũ mercis pronunc currẽs, non accipit pro merce: quia simpliciter loquendo non ualet nunc ultra: sed pro refusione sui interesse, quòd pro eo perpeti non tenebatur. Et dico simpliciter loquendo, non ualet nunc ultra: quia bene ualet ultra, quòd ad ipsum uendentem: & pro tanto ponitur huiusmodi damnum, uel lucrum cessans inter manuductiua ad notitiam ualoris mercis. Et ex illo habetur etiam ratio, quare habens mercem, quam nullatenus uolebat nunc uendere sed reseruare usque ad tempus, quo maioris ualoris erit, poterit ei, qui instat, ut eam sibi nunc uendat, uendere maiori precio, quàm sit precium illius de præsenti casu. prout parebit in quæstione. 57. Tredecimum est taxatio alicuius constitutionis ciuilis, uel municipalis, uel consuetudinis. Et hoc declarant, uel de hoc exemplificant quidam dicentes, ut constitutione ciuili disponitur, quòd non debet uendi merx ultra dimidiũ iusti precij, alioquin contractus non ualet, sed rescinditur, sed illa exemplificatio non ualet. Nam per huiusmodi dispositionem non manuducitur uẽditor ad cognoscendum ualorem & precium debitum: quia illa dispositio præsupponit, quòd sciatur iustum precium & ualor, & prohibet, ut nõ ultra dimidium illius quis uendat: sed debet sic declarari, ut si aliqua tali constitutione, uel consuetudine rationabiliter taxatus sit ualor talis mercis & quantitas precij. Nam tunc illam quantitatem & non ultra exigere potest. Dixi rationabiliter: quia si constaret uenditori, q̃ esset taxatio iniqua, uel superexcedens, non posset illam exigere, & hoc contingere potest, quando rectores in taxando corrupti essent per uenditores muneribus, uel affectione proprij commodi, eo quòd ipsi essent uenditores talium mercium. Hęc autem taxatio nonnunquam fit in pluribus mercibus, ut in pondere carnium, & quorundam piscium fieri uidemus. sicut etiam precium quibusdam locatoribus operas suas, puta mercenarijs, & etiam quibusdam artificibus determinatum est. Rectores autem in taxando debent quatuor inspicere, si rationabilis & nõ purè uoluntaria debeat esse taxatio eorum, & exquo homines communes sunt plures. ideo si ad aliquod declinandum est, uidetur magis declinandum in diminutionem precij infra iustum quàm in excessum supra, & hoc propter eorum fauorem. Primò igitur inspicere debent, an ciuitas, uel regio in talibus mercibus superabundet, uel deficiat, uel mediocriter se habeat. Nam si superabundat, non est ualor earum ad tantum precium taxandus, sicut si deficerent. Et dato quòd regio deficiat in eis, uidere debent, an sit tantum accidentalis defectus, uel naturalis ex natura regionis pueritiæ. Nam si est tantum accidentalis. puta ex impropitio cursu auræ illo tempore uigentis ex natura, uel diuina plaga, non est ualor ad tantum precium taxandus, sicut si esset ex natura regionis: quia accidentalis defectus nõ diu durat, sicut naturalis. Secundum consyderandum est dispositio temporis, uel auræ, ut si est aura apta ad labores, puta ad culturam, uel crescentiam, per quam reales merces procurantur, uel apta ad earundem mercium adductiones terrestres, uel aqueas, uel inepta ratione inundationum, tempestatum, aut bellorum. Nam si est apta, non tanti debent taxare merces, sicut si esset inepta, debet etiam inspici, an illa terrenascentia sint diu duratura & conseruabilia, uel non, sed cito corruptibilia. Tertium est dispositio & conditio hominum in naturalibus & moralibus. Nam ubi in regione sunt homines temperati & pauci victus & laboriosi in cultura terræ, victualia sunt taxanda ad minus precium: quia consenda sunt tunc superabundare respectu alterius regionis, in qua sunt homines ignaui, non bene laborantes in cultura terræ, uel etiam uoraces, gulosi & ingurgitatores, uoluptuosi, uel nanegloriosi, qui plurima præter necessitatem consumunt: quia in illa etiamsi victualia tanta essent, quanta sunt in alia, tamẽ dicerentur ibi deficere. Vnde sæpe cum victualia possent esse & manere in competenti precio, ascendunt in precio propter illa duo: quia si homines non rationabiliter & moderatè eis utantur: cara redduntur propter luxuriosum & superfluum abusum earundem. & secundò propter hoc, quòd aliqui cupidi, uel auari teneaciter illa detinent, expectantes immo optantes caristiam. Et alij talia cum in copia inueniri possunt, longo tempore a principio illius abundantiæ singula coacernant in annos plurimos, nec expendunt, donec induxerint caristiam. Et has duas causas sicut & tertiam supra tactam, scilicet ociositatem, uel ignauiam incolarum in colendo terram, deberent rectores extirpare & fieret forum competens. Quarrò consyderare debet qualis & quanta sit indigentia illarum mercium, quæ taxare uolunt. Primò quidam qualis, nam mercibus contingit indigere quadrupliciter, scilicet ad sustentationem

tionem & necessitatem naturæ, sicut simplicia alimenta, & tegumenta, aut secundò ad statum, uel officium. Exemplum primi huius secundi, ut alimenta & tegumenta non qualiacunque: sed quadam qualitate pretiositatis qualificata iuxta decẽtiam status. Exemplum secundi, ut homines alicuius artificij indigent aliquibus instrumentis, uel materia, quibus alij non indigẽt qui sunt alterius artis. Aut tertiò ad uoluptatem, ut delicata alimenta ad delectationem adinuenta. At quartò ad cupiditatem, ut cum blada, uel uina sunt in tanta copia, quòd nullus emendo potest dicere se indigere eis, nisi ad hoc, ut emendo inde lucretur, tũc enim uiliori precio sunt taxanda, quàm quando eis communitas indiget ad necessitatem. Vnde merces, quibus cõtingit indigere primo, uel secundo modo, possunt taxari maiori precio, quàm illæ, quibus indigent homines tertio uel quarto modo immo extirpanda est indigentia tertia & quarta, quia super illicito fundatur. Secundò etiam debent consyderare quanta sit indigentia Nam quanto plures de ciuitate indigent aliqua re tanto eius indigentia dicitur extensiuè maior, quanto uerò de reilla minus habetur in ciuitate, tanto illius rei indigentia intensiuè maior est: cum nihil de re habetur, & mediocris cũ mediocriter, & minima, cum res illa abundat, quantum est de se: licet per accidens, scilicet per auaram abiconsionem deficiant sæpe. Præter tamen hæc quatuor, nihilominus etiam debent consyderere illa manuductiua supra tacta, quæ non sunt in illis quatuor comprehensa. Decimum quartum est raritas mercis. Nam si mercem etiam leui precio, & leuibus expensis, curis, & periculis acquisiuit, uel conseruauit, nec in illo est intrinsecè interim meliorata: attamen si est rarior facta, eo quòd consimiles merces aliorum sunt consumptę uel distractæ, poterit eam carius uendere, quàm ascendat precium suæ emptionis & laborum, expensarum, & periculorum, quibus eam acquisiuit: quia illa raritas fecit eam meliorem in æstimatione, secundùm quòd dicit Hieron. Omnerum, earum. dist. 93. legimus. Vnde etiam preciositas uel nobilitas mercium est attendenda. Nam penestica uendens piscum, uel olera, uel huiusmodi, etiam si cæteris sint paria, non tantum lucrum debet quærere, sicut vẽditor mercium nobilium & præciosarum. Quia decimum est communis complacibilitas. Nam mercẽ, quæ de communi cursu magis placet emptoribus, carius uendere possum: quàm illam quæ minus placet, sicut equum, qui est gratior aliquibus, quàm illum, qui licet sit æquè bonus in se & fortis, non sic complacet eis. Similiter illud ornamentum, quod plus gratum est emptoribus carius, quàm quod est minus gratum. Probatur: quia nisi sit etiam raritas, non posset inducere: ut ob eam carius liceret vendere. Nam quòd raritas facit, ut carius possit vendi, est: quia facit, quòd merx est eo magis amata & desiderata, modò cum magis complacet, etiam magis amatur, & desideratur. Et confirmatur: quia quemlibet habentem rem uænalem oportet dare eo remissius, quo minus desideratur ab hominibus, si uult eam uendere. cur ergo non posset eam carius uendere, quo magis desideratur ab hominibus. Et debet intelligi: dummodo illa complacentia meior nõ sit ex errore emptoris, uel inordinata affectione, qua sit impulsus: sed sit aut rationabilis, aut saltem sit ex libertate uoluntatis citra prodigalitatem assumpta cum sufficienti scientia qualitatis mercis, qua scit bonitatem illius mercis, & alterius, quę minus placet. Nam tunc est aliquo modo & secundùm quid melior: quia bonũ est ad aliquid. Attamen sub nomine complacibilitatis non debet intelligi utilitas emptori proueniura ex merce per eius industriam apponendam, ut dicetur in quarta conclusione. Dixi notanter communis &c. quia res non debet taxari secundùm priuatam affectionem alicuius emptoris determinati sicut nec secundùm eiusdem utilitatem. Sedecimum est consilium uiri ueracis & intellingentis non hiauti cupiditate deprauati. Nam si uenditori deficiant supradicta manuductiua omnia, uel pro maiori parte, uel aliqua, potest in supplementum eorum, quæ deficiunt, recurrere ad uirum talis qualificatum, ut sibi dicat, quantum sibi uidearut precium inde accipiendum, secũdùm q ipse id forte aliàs huiusmodi generis merces uendidit, uel emit. Et si hæc 16. manuductiua legitimè seruarentur, multa starent melius in republica, sed quia penestica de modico precio & labore tantum uult lucrari, quòd quotidie bonis cibis sit replera & potibus, & nihilominus continue multa lucrari, quæ tamen nullatenus digna est tanto lucro, & instítor de modico labore & precio re spectiuè uult se & suos delicatè nutrire & præciosè uestire. sicut alius, qui multo maiori labore & utiliori seruit communitati. Ideo tam multiplices iniustitiæ commutatiuæ, doli, circumuentiones, & supergressiones committuntur.

Quarta conclusio. Ob utilitatem prouenturam emptori ex merce & eius industria, non licet uenditori mercem eo carius uendere, & idem de præseruatione a malo. Nam non debet exigere precium, uel partem precij pro ea re, quæ non est sua, nec suis rebus inest, nec ad ipsum pertinet. Modò illa utilitas uel præseruatio a damno uel malo, quæ est prouentura ex industria singulari emptoris mediante merce, non inest merci, nec est aliquid eius, nec est habilitas in illa ad huiusmodi maiorem utilitatem: sed illa habilitas est tantum modo in emptore. igitur. Secundò: quia si sic tunc uenditor panis, uel herbæ medicinalis, uel equi in casu, quo emptor per huiusmodi a morte præseruatur, uel ab infirmitate sanatur, posset exigere ultra decem milia flore. quia non est uera, uel sanitas æstimabilis precio. Vnde ius ciuile expressè dicit, quòd precia rerum non ex affectione & utilitate singulorum: sed communi æstimatione pensanda sunt, ut in l. precia rerum. ff. ad l. falci. & dicitur singulorum: quia an secundùm affectionem uenditoris, quam habet ad mercem, quæ aliàs non est sibi uænalis, possit taxari merx, patebit in quæstione. 57. & alijs, & etiam paruit ex 12. manuductiuo.

Contra hanc cõclusionem primò arguitur sic. Vtilis ualor mercis est habilitas eius ad humanum usum igitur quanto habilior est ad huiusmodi tanto maioris ualoris & precij est æstimanda. modo nulla, uel parua tantum est utilitas prouentura emptori ex uel mediante merce, nisi merx sit ad hoc habilis. igitur uenditor potest tanto magis ascendere in precio quanta maior utilitas est inde prouentura emptori.

Secundò sic. Ex domo uendenda, uel locanda non prouenit utilitas conducenti, nisi mediante industria

appósita, qua uenire ea uti: & idem patet in agro non proferente fructum, nisi colatur: & tamen licitum est uendere domum, uel agrum secundum utilitatem inde prouenibilem emptori: ad quam ager, uel domus est habilis.

Tertiò sic. Emptor pro tanto rem illius uellet emere, quanto inutilior est uenditori. igitur econtra, uenditor potest tanto carius uendere, quanto utilior est emptori. Antecedens probatur, quia quanto utilior est uenditori: tanto minus delectatur. igitur tanto utilius potest quis eam uelle emere. tenet consequentia: quia econtra, quanto est dilectior uenditori: tanto carius potest uendere: & emptor sic tenetur soluere secundum rectam rationem.

Quartò sic. Blada ideo carius uenduntur tempore famis: quia præseruant a malo tunc magis imminenti: & similiter præseruatiua a peste tempore pestilentiæ. igitur eadem ratione equum carius uendere possum ei, qui per ipsum utit aufugere mortem sibi iam intentatam, sicut & carius uenduntur equi, cum bellum imminet futurum inter principes.

Quintò arguitur contra primam rationem conclusionis. Nam si emptor per suam industriam potest ex merce procurare magnam utilitatem, oportet in merce esse habilitatem & idoneitatem ad hoc, ut ex ea trahatur illa utilitas. nam si non esset in ea illa habilitas, non posset uerè dici, quòd ex ea procuraret per suam industriam illam utilitatem: quia nihil ad illam face ret, sed se omnino per accidens ad eam haberet. Ad hæc argumenta responsionem quære &c. Ex prædictis conclusionibus sequuntur duo corollaria. Primum, quòd minus periculosa est negociatio illius, cuius merces sunt taxatæ per constitutionem aliquam municipalem; seu rectores ciuitatis, ut per consuetudinem modo dicto in 15. manuductiuo, quàm illius, cuius merces taxa est relicta suo arbitrio. Quia nemo bonus iudex est in causa propria propter inordinatum amorem ad propriam commoditatem, qui peruertit iudicium: ut seductus auiditate lucri sæpe taxat rem pro maiori, quàm iustum sit. Secundum, quòd minus periculosa est negociatio illius, qui habet merces, quas etiam plerique alii habent in eadem ciuitate, quàm illius, qui solus habet merces talis modi. probatur dupliciter. Primò: quia primus minorem frontem & viam habet superuendendi merces suas, quàm secundus: eo quòd si superuendere vellet: homines diuerterent ab eo ad alios, qui remissius darent: & sic primus rarius incurret obligationem restitutionis superacepti, quàm secundus. ergo minus periculosa est sua negociatio, etiamsi in animo libenter superuẽdidisset: quia illud peccatum facilius deletur, quàm ubi etiam subsecutum est peccatum actualis receptionis iniusti precij: quia difficiliter extrahitur, quod in gurgitem descenditauari. Secundò: quia primus facilius sciet æstimare suas merces, quàm secundus: quia recurret ad æstimationem aliorum uenditorum, & sic facilius uitabit superuenditionem mercium suarum.

Quinta conclusio. Valor mercis non consistit in indiuisibili, si ualorem eius consisteret in indiuisibili sic intelligeretur, scilicet quòd merx sic præcisè ualeat tantum precium, q si aliquantulum ultra exigeretur, diceretur uenditor contra æqualitatem iustitiæ commutatiuæ exegisse precium excedens ualorem mercis. Probatur: quia nõ potest per hominem cognosci ualor naturali uia: nisi per prædicta manuductiua. Et dico, naturali uia: quia per reuelationem posset sine illis cognosci. Modo per prædicta manuductiua non posset deueniri in notitiam ualoris mercis, si consisteret prædicto modo in indiuisibili. igitur aut non consistit prædicto modo in indiuisibili: & sic habetur intentum, aut non tenetur uenditor ad cognoscendum ualorem mercis, ut uitet iniustitiam commutatiuam, & per consequens nec ad cognoscendum, quantum precium exigere possit, quod est inconueniens: quia tunc nunquã pec caret exigendo magnum precium. maior nota: minor probatur: quia illa, ex quibus colligitur quantitas ualoris, non consistunt prædicto modo in indiuisibili, scilicet quantitas precij, expensarum, laborum, curæ, periculi & æstimatio. Nam æstimatio de ualore mercis est apud unum de decem, apud alium de 11. apud tertiũ de 12. Item siquis teneatur tantum mercis: puta uini, uel tritici tibi date, quantum tenetur mihi, & mihi te neatur 11. mensuras, uel modios, quos soluat mihi: tibi autem soluendo, unus, uel plures modii, uel mensuræ deficiant in uno grano, vel gutta: non ob hoc dicetur ille non seruasse mercis æqualitatem circa te & me: immo ridiculosum esset illud uelle seruare semper & credere, quòd si non obseruaretur taliter, q extunc pec caret. igitur etiam æqualitas mercis & precij non sic in indiuisibili consistit. Cõfirmatur. Quia rarissimè esset uenditor tutus a peccato iniustitię commutatiuæ, uel a periculo illius peccati: quia aut rarissimè attingeret illud indiuisibile, aut si attingeret, nescitet tamen, se illud attingere, quin esset in dubio ad minus æquilibri. Et dico notanter sic intelligendo &c. Quia bene uerũ est, q ualor mercis consistit in indiuisibili, sicut quòd cõtingit precium dari, qđ præcisè tot & tantos gradus habet habilitatis ad usum humanum, quot & quantas habet merx, ita q si precium in aliquantulo haberet plures, uel maiores, esset excedens quantitatem ualoris mercis. Et si haberet in aliquantulo pauciores, uel minores, esset deficiens ab eadem. Attamen ut uitetur iniustitia commutatiua, & seruetur iustitia commutatiua, sufficit q illud precium, aut omnino sit equale ualori, aut si non sit huiusmodi: quòd tamen non multum superexcedat, nec multum deficiat, ita quòd est dare latitudinem quadalem, infra quam si maneat quantitas precij, diceretur precium æquale ualori mercis tali æqualitate, quę sufficit, & requiritur ad iustitiã commutatiuam. Vnde sicut illa iustitia, cum sit uirtus consistit in medio non mathematico, scilicet punctali sed morali, quod habet latitudinem quandam, quod medium sapiens determinabit, ut ait philosophus. 2. Eth. Sic etiam ualor mercis non consistit in punctalitate sed in latitudine quadam, de qua etiam dicetur in seq. quæstione. Nam illud modicum, quod uenditor accipit ultra simpliciter dictam æqualitatem ualoris mercis, quam nescit attingere, accipit, ut sibi liberaliter donatum ab emptore, & emptor secundùm rationabilẽ voluntatem debet sibi illud donasse. Nam si nollet, ad set indiscretus: nolens se conformare illi dictamini legis naturalis. Quod tibi uis fieri alteri facias: quia illud uellet sibi fieri. Nam si ipse dedisset precij, quod in modico deficeret ab indiuisibili æqualitate ualoris

mercis, quam attingere nescinit, uellet, q̃ uenditor illud sibi remitteret, & illud plus in merce sibi donaret. Vnde dirum esset, homines contrahere, nisi contrahentes intenderent sibi mutuo aliquid remittere & donare, quod deficeret, uel superexcederet simpliciter dictam æqualitatem mercis & precij. & sic omnem contractum potest dici concomitari liberalis donatio, uel remissio in illo modico, uel pluri, quod deficit, uel superexcedit æqualitatem simpliciter dictam, dummodo illud modicum uel plus contineatur infra extremæ latitudinis iusti precij. Vnde sequitur, quòd quamuis æqualitas naturalis secundùm naturam fiet in indiuisibili inter emptum & uenditum, sicut lingua libræ stat perpendiculariter inter duo brachia libræ æqualiter põderantia, tamen ex parte nostra medium illud est diuisibile: quia non possumus singula ad unguem æstimare. Ideo relinquitur conscientiæ uniuscuiusque, ut non pluris uendat, quod suum est, quàm bona fide credat ualere pro lucro & tempore, & similiter non minoris minus emat. An autem præter talem æquitatem ius humanum positum aliquid statuerit per illos, qui habent in manu sua omnes res humanæ possessionis, inter quas solet fieri contractus, ut scilicet liceat uendenti & ementi se decipere citra medietatem iusti precij: sicut uidentur ad hoc sonare ciuiles leges. Dicendum, q̃ ius positiuum de facto non statuit aliquid tale. Nam leges ad hoc sonantes non dant licentiam excedendi latitudinem iusti precij modo prædicto: sed solum disponunt, quòd non detur actio decepto taliter: dummodo non sit ultra dimidium iusti precij deceptus. & denique hoc nõ est indistincte uerum, prout diffusius patuit quæstione. 54. Et dato, quòd dedissent licentiã prædicto modo contrahendi, & etiam illud potuissent eo quòd legislator habuisset illas res in manu sua, tamen non excusarentur per hoc illi, qui illis legibus & legislatori non subessent: quia ille de alienis rebus nõ habuisset disponere. Præterea disputatiue loquendo non uidetur, quòd potuissent leges illam licentiam dedisse: quia decipere proximum & cõtra iustitiam commutationum agere, est contra legem naturæ, cõtra quam nihil ualet lex positiua disponere. Vnde Augu. in libris temporalibus legibus nihil iustum est, quod non ab æterna sibi deriuauerint homines. Enim hac ultima clausula, scilicet præterea &c. loquor de ipsa deceptione a proposito. Nam ideo mendacium ex sua ratione est peccatum: quia ex sua ratione habet fieri intentione decipiendi. adeo inquam peccatum est, q̃ nulla lege positiua concedenæ potest bene fieri. Nutrirent igitur illæ leges peccatum, quare nõ essent rationabiles, sicut nec lex concedens dominium præscribenti mala fide. Per has enim leges excitarentur homines ad decipiendum & ad mala fide acquirendum res alienas, quamuis si essent latæ tales leges & non reuocatæ, staret, q̃ postquã acquisisset quis talem remisicet cum peccato) non tenerentur tamen restituere, exquo auctoritate illius, cuius est illa res, ut superioris domini eam haberet, sed de hoc ultimo nihil hic determino. Quod etiam Baldus dicitur dixisse, q̃ deceptio permittitur contrahentibus usque ad dimidium iusti precij & in foro animæ, aliàs omnes mercatores transirent ad inferos, deberetque illi si non a proposito fiat. sed tunc etiam est uerum, si ultra dimidium iusti precij fiat deceptio, quamuis differentia sit in concessione remedij ipsi decepto, & de hoc patuit supra quæstione. 54. conclusione prima in fine.

Ex his sequitur corollarium, q̃ non ualet sententia auctoris tractatuli incipientis. Abbas sancti Iacobi, qui aliquando inscribitur. 12. doctorum, ubi inuehit contra dicentes, q̃ canones loquentes de emptione facta pro precio deficiente, dummodo non sit uenditor deceptus ultra dimidium iusti precij, habent locum inter foti non iure poli, idest in foro contentioso, non in foro animæ uel sciẽtiæ. Et arguit sic. Primò ius canonicum a spiritusancto processit, igitur illud, quod concedit, uel approbat, etiam est in foro animæ licitum. Item si dicis. illud, quod decretum est ab illo iure nõ licere: tunc tenes statuta papalia non tenere. & hoc est malè credere. Tertiò: quia ius dicens, q̃ ualet emptio, etiamsi fiat deceptio citra dimidium iusti precij, uel est ius, uel non est ius, si primum, igitur iuste sic emitur, & per consequens: etiam in iure poli ualet emptio. Si secundum, tunc non peccat contradicens statutis Papæ: quia non peccat contradicens statuto concedenti illum. Quartò: quia si tantum ualet talis emptio iure fori, igit iudex ecclesiasticus illud debet iudicare, quod confessor debet infringere. Ad hæc omnia dicendum, q̃ dicentes prædictos canones habere locum iure fori non poli: non uolunt dicere, q̃ illi canones decernãt, & dicant talem emptionem esse licitam, & q̃ hocin foro exteriori & non in foro interiori habeat locum: sed uolunt dicere, quòd talis emptio est illicita in foro interiori, si a proposito fiat, & si non a proposito fiat, nõ est illicita, etiam in eodem foro, attamen non ualet in illo foro, quin comperta illa deceptione teneatur emptor supplere defectum precij modo dicto. Sed in foro exteriori ualet: sic intelligendo, idest actio non datur decepto contra emptorem, si non a proposito est facta & in illo sensu intelligitur, cum dicitur, quòd canones prędicti habent locum iure fori, idest non dant actionẽ modo dicto. sed non propter hoc excusatur emptor a supplendo, cum comperit illum defectum. Et per hoc ad primum dicendum, quòdius canonicum non approbat talem emptionem ut licitam, sed solum disponit non dare actionem contra emptorem nõ dolosum. Ad secundum negãdum est suppositum, scilicet quòd ius decreuerit aliquem sic posse emere. Ad tertium negatur, q̃ ius dicat, eam ualere sic, quòd non teneatur supplere, sed sic ualet, quòd non datur actio eam rescindendi, uel agendi ad supplementum. & hoc ius est ius, non autem essentius, si decreuerit, quòd non teneatur supplere comperta deceptione, nisi hoc in pœnam negligentiæ fieret decepti, ut in prescriptione sit. Ad quartum dicendum, q̃ iudex debet emptorem conuẽtum per uenditorem super deceptione, si non est a proposito facta, absoluere a supplendo defectum precij: & tamen confessor debet emptorem talem nõ absoluere, si non supplere uelit defectum, si saltem ille est extra latitudinem iusti precij. Nec mirum, nam multa debet iudex exterior dimittere indiscussa ac impunita, quę non debet confessor indiscussa dimittere, uel impunita. sæpe etiam confessor alicui debet iniungere, quòd cohabitet matrimonialiter alicui, ubi officia episcopi interdixit cohabitationem, & econtra, de his est patuit supra q. 54. conclusione prima & sequẽn. q.

Sexta

Sexta cõclusio. Penes eadem cognoscitur, quantum liceat & debeat esse precium, penes quæ cognoscitur, quantus sit ualor mercis. Probatur: quia precium debet esse tantum, quantus est ualor mercis ad sensum tactum, ut patebit in sequentibus. Modò per eadem cognoscitur quantitas unius æqualium, penes quæ cognoscitur quantitas alterius, ut puta debeo mihi esse æqualis tunc per illa, per quæ scio, quot pedum ego sum, per eadem possum scire, quot pedum tu esse debes.

QVÆSTIO. LVII.

Vtrum illicitum sit uendere mercem pro precio, quòd excedit ualorem mercis: siue ille excessus sit citra dimidium iusti precij, siue ultra, & si citra, siue sit magnus siue parus. Solutio quæstionis stat in duabus suppositionibus, quinque conclusionibus, ac quatuor argumentorum solutionibus.

Prima suppositio. Dupliciter potest intelligi precium excedere ualorem mercis. Primò, quòd excedat præcisum ualorem, considerando scilicet ualorem, prout consistit in indiuisibili modo tacto in quinta conclusione præcedẽte quæstionis, & ille poterit uocari excessus secundùm quid. Secundò, q̃ eum excedat, prout consistit in quodam diuisibili, puta in quadam latitudine, & ille potest uocari excessus simpliciter dictus. Etsi primo modo excedat, hoc potest fieri tripliciter secundum q̃ infra latitudinem, infra quam sit excessus, possunt imaginari tres gradus. scilicet pius, mediocris & rigidus. Nã si mera a parte rei & præcisè ualet quinque solidos, ita quòd in re non plus ualet, & non possit homo præcisè attingere notitiam illius præcisi ualoris: tunc, quòd æstimatio hominum discretorum & intelligentium in contractibus sic ita diuersa, q̃ aliqui æstimabunt eam mercem ualere quinque solidos & duos den. alij quinque solidos & tres den. & alij quinque solidos & quatuor den. & hõmo prudens æstimaret eam ultra. 5. sol. & quatuor den. tam quodlibet illorum quatuor preciorum esset infra latitudinem, & tamen tria ex illis excederent præcisum precium (secundum tres gradus, sed non esset ille excessus simpliciter dictus, sed infra latitudinem prædictam esset inclusus.

Secunda suppositio. dupliciter contingit intelligi mercem uendi ultra dimidium iusti precij. Primò sic, quòd precium, pro quo uenditur merx includat tantũ quantum debet esse precium iustum, puta quod est æquale ualori mercis. & cum hoc includit medietatem eiusdem iusti precij, & ultra hoc adhuc aliquam quantitatem includit, ut si iustum precium mercis sit. 10. flor. prout communiter æstimatur, & tamen venditor uendit pro 16. Secundo modo sic, q̃ precium, pro quo uenditur merx, includat tantum, quantum debet esse precium iustum, & cum hoc antundem & ultra hoc adhuc aliquid quasi includat duas dimidietates, quarum quælibet esset iustum precium, & ultra illas duas dimidietates adhuc aliquid includat, si iustum precij mercis de communi æstimatione sit. 10. flor. & uenditor uendat pro 21. flore. Sed ille secundus modus intelligendi non est rationabilis: quia tunc simili modo & proportionabiliter posset intelligi illud, quo dicitur, mercem esse infra dimidium iusti precij, ita q̃ quando dicetur, ille emit mercem infra dimidium iusti precij, posset esse sensus, ideest dedit precium, quod deficit semel a medietate iusti precij, & iterum semel deficit ab ea & ultra duos illos defectus adhuc deficit in aliquo, & ita oporteret, quòd daretur sibi nihil & minus nihilo: hoc autem est impossibile: quia tale precium est impossibile esse aliquid: quia si illud precium nutrum medietatem iusti precij habet: sic q̃ nihil de quinque flore. & iterum nihil de quinque flore. habet, ergo ex toto nihil habet, & sic nihil est. nihilo autem nihil ultra deficere potest. Vnde si merx valet. 10 flor. & emptor ad prædictum sensum intelligendo emeret infra dimidium iusti precij, oporteret, q̃ daret precij, quod bis esset minus, quàm quinque, & sic sibi deficerent bis quinque flo. in toto, seu omnimode, & sic nihil de decem flo. maneret ibi. quia si aliquid maneret non deficeret simpliciter & omnimode in 10. flor. In præsenti igitur quæstione debet haberi primus intellectus non secundus.

Prima conclusio est secundum hoc. Sed prius notandum, q̃ si aliqui minus consideranti aliquæ conclusiones, aut sententiæ huius quæstionis & quarundam sequentium & præcedentium quæstionum huius tertij tractatus uidentur nimis emungere, aut iustitiam nimiam exigere, qui huiusmodi est, quatuor consideret. Primò, q̃ ubi de peccato, uel illicito sit in conclusionibus sermo, non mox intelligatur de mortali peccato, donecid exprimatur, sicut & id sit in posterioribus conclusionibus, quę priorum dicta, postea specificant, quando sit tale, uel tale peccatum. Secundò, q̃ facile quis cõtrahit ueniale peccatum in commercio rerum temporalium, qui enim tangit picem, inquinabitur ab ea, & arcta est uia quę ducit ad uitam. Tertiò consideret sententias Eccl. 27. & aliàs auctoritates supra. q. 52. conclusione. 4. & in præcedenti quæstione allegatas de facilitate cõtrahẽdi peccata in negociationibus. Quartò consideret rationes urgentes pro iustitia commutatiua, quę nihilominus ita sunt moderatę, q̃ locum habere potest illud, q̃ omnem contractum uenditicie aiderint comitari quędam donatio, ut Scotus inquit. Illis præmissis sit prima conclusio talis. Venditori est illicitum mercem uendendo exigere pro ea precium, quod uendens probabiliter credit, uel credere deberet simpliciter, uel secundum quid excedere ualorem mercis in illo loco & tempore, in quo paratus est uendere. Probatur quadrupliciter. Primò sic: Illicitum est ledere recedere a iustitia commutatiua. prędictum uendere est huiusmodi. igitur. Maior nota. minor probatur: quia iustitia commutatiua requirit, q̃ extrema commutationis sint sibi equalia, uel æqualitate simpliciter dicta, & hoc in cognoscente præcisum ualorem communis tabulium, uel æquantate fundata in latitudine rationabili. Modò si precium excedit simpliciter ualorē mercis, non erit æquale ulli prędictorum modorum, quia non solum loquendo de equalitate simpliciter dicta, erit æqualę ualori mercis: sed etiam si de ea, quæ non est simpliciter dicta, loquamur, quia supergredietur limites latitudinis rationabilis. Posset aũt æqualitas simpliciter dicta sic diffiniri. Est rerum differentiã precisissimè eadem quantitas, hoc est, est habitudo duarum rerum quantarum, quarum quantitates sic se habent, quòd præcisè una est alteri commensurata, adeo quòd

ter & tātæ partes eiusdē quātitatis sunt in una sicut in alia. Sed æqualitas non simpliciter dicta est habitudo duarum rerum quantarum, quarum quantitates sic se habent, q̄ dato, q̄ una parumper excedat aliam, uel deficiat ab ea: tamen non excedit eam, nec deficit ab ea ultra limites illos, quibus determinatur ille excessus & defectus, qui irrationabilis est, & de facili agnoscibilis & vitabilis. Et ex hoc patet, q̄ non bene diffinitur æqualitas a quodam sic. Est æstimatio mutua uoluntia bona fide facta in qua nulla intenditur inæqualitas, nec inesse cognoscitur. Nam æqualitas non est res absoluta, sed relatio. igitur non est æstimatio. Nam æstimatio est res absoluta: quia est actus intelligendi, nec etiam ille actus est fundamentaliter æqualitas: quia æqualitas fundetur in quantitate precij in ordine ad quantitatem valoris mercis, uel econtra. quamuis illud fundamentum æqualitatis cognoscatur ex æstimatione hominum: non tamen capitur hic quantitas stricte pro quātitate molis, sed largè ut se extendit ad quātitatem uirtutis, scilicet, habilitatis sei ad usum humanum, quæ habilitas si est tanta, seu tot & tantorum graduum in precio quanta est in merce, dicitur inter illa esse æqualitas. Item in diffinitione ponitur inæqualitas quæ est ita obscura sicut diffinitum. igitur non cōgrue ponitur pro diffiniente æqualitatem. Secundò probatur conclusio principalis sic. Quicquid est pro communi utilitate institutum, nō debet plus esse in rem unius quàm alterius, & si taliter trahitur, q̄ plus est in rem unius quàm alterius, non seruatur æqualitas iustitiæ, & per consequens illicitum agitur. Modò emptio & uēditio sunt institutæ & introductæ pro communi utilitate, tam ementis, quàm uendentis, ut patet per Philosophum. 1. politicorum. igitur non debet sic celebrari, q̄ sit plus in rem unius, quàm alterius, uel econtra adeo, q̄ si secus fiat, æqualitas iustitiæ non seruatur, & sic illicitum agitur. modo quando precium excedens ualorem mercis exigitur per uenditorem, erit vēditio plus in rem uenditoris quàm emptoris. Tertiò sic. 10. q. 1. 5. hoc ius dicitur, q̄ si in uenditione rei ecclesiasticę plus offeratur, quàm res valeant; ecclesia recipere non debet, sed tantum iustum precium: & hoc non est aliud quia excessui precii recepto est illicita. puta quando excessus accipitur in ratione precij, secus si in ratione doni liberi donati. Multo magis exactio huiusmodi excessui precii, ut precii erit illicita. Quartò sic. beatus Augu. 13. de trinitate, ca. 5. Vili velle emere, & carè uel le uendere tenera vitium est. ergo ut uitetur uitium, debet esse æqualitas precij ad mercem: unde ibidem subdit. Scio hominem, cum venalis codex sibi fuisset oblatus, precij que eius ignarum, & ideo quiddam exiguū pōsentem cerneret vēditorem, iustum precium quod multo amplius erat nec opinanti dedisse. hęc ille. Ante cedens tamen intelligitur, q̄ precium, quod exigitur per uenditorem non debet excedere ualorem mercis computatis singulis quæ possunt exigere precium. Non quē sic, quòd nō licat exigere precium maius, quàm ipse expoſuerit primum, cum eam rem emit. Hęc autē concluso sex habet clausulas, quæ ueniunt declarandę. Dicitur primo notanter exigere pro ea precium &c. propter duo. Primò quia si uendendo exigeret pro ea precium æquale ei, & aliquid ultra hoc peteret, ut donum, non exigendo ut precium, non peccaret, si illam qualitatem petitionis exprimeret emptori, & emptor illud intelligeret: quia non est illicitum petere dona. Secundò: quia & si peccaret exigendo ultra precium æquale aliquid per modum precij: quia attentaret superaredi fratrem suum contra sententiam Apostoli. 1. ad Thes. 4. tamen certis concurrentibus conditionibus poterit licitè recipere illud excessiuum precij, prout in una conclusione dicetur. Vnde si emptor emendo & soluendo per modum liberalis doni daret ipsum excessum, & non per modum partis precij, & uenditor in illam donationem consentiret, & per modum doni non per modum precij reciperet, non peccaret recipiē do, licet peccasset exigendo. Secundò dicitur, quòd probabiliter credit: quia si non hoc, sed ejus oppositum, probabiliter crederet, scilicet q̄ non excederet ualorem mercis, excusaretur interim a peccato in exigendo, licet postea cum comperiret excessum, deberet illud agere, quod dictum est in q. 54. conclusione prima. Si autem esset in dubio æquilibri, de hoc dicetur in secunda conclusione huius quæstionis. Tertiò dicitur, uel credere deberet. Nam si crederet, q̄ non excederet ualorem mercis: & tamen haberet sufficientia indicia, quibus excessum posset perpendere, si aliqualem diligentiam adhibere uellet, non excusaretur: esset enim tunc ignorantia crassa, uel affectata, quæ non excusat. Quartò dicitur simpliciter, uel secundum quid: & ad hoc ut peccet in supernenditione, non requiritur, q̄ precium simpliciter excedat: sed sufficit, q̄ etiam secundum quid excedat: & hoc si uenditor (ut casus conclusionis ponit) probabiliter credit illum excessum. Nam quamuis dictum sit, q̄ si tantum secundum quid excedit, puta quia non est simpliciter æquale merci: est tamen infra latitudinem æqualitatis diuisibiliter captæ, non est contra institiam commutationem pro tali uendere: hoc uenit ex eo: quia non scit uendens præcisum ualorem mercis: & sic non credit precium excedere etiam secundum quid ualorem mercis: tamen secus est, si credit excedere, & sic credit se noscere præcisum ualorem. Vnde inter excessum simpliciter, & secundum quid: si supponatur in utroque, q̄ sit uel agnitus, uel creditus excessus a uenditore, non est differentia facienda, quo ad hoc, quòd unum exigere sit licitum, & non alterum, immo neutrum est licitum exigere. sed q̄ quo ad hoc est differentia, q̄ quia nō sic natus est agnoscei excessus secundùm quid: sicut excessus simpliciter, ideo bona fides, & per consequens ratio excusans magis nata est intervenire in vno, quàm in alio. Insuper, & in hoc est differentia, q̄ excessus simpliciter dictus est notabilior, quàm excessus secundùm quid, & per consequens eius exactio magis nata est transire in peccatū quàm exactio excessus secundum quid. Dicitur quintò in illo loco: quia si non esset paratus in illo loco uendere, sed tantum in alio, in quo huiusmodi precium non censeretur excedere, immo maius eo posset obtinere in illo alio loco, & emptor sua instantia induceret eum ad uendendum sibi eam hic. tunc, posset uenditor licitè exigere illud precium: quia licet hic non uelleret tantum, tamen illud plus, quod superaccipit, ut hic, non accipit in ratione precij, sed pro suo interesse lucri cessantis, cuius cessationis causa est emens, inducens sua instantia eum ad carendum illo lucro cessante, & primò per consequens sibi ad illius restitutionem tenetur.

tenetur. Et dixi, immo maius eo posset &c. quia si solū tantundem posset in illo alio loco obtinere, non posset illud hic ab emptore exigere: quia si transferret ad aliū locum, illa res toto tempore intermedio staret periculo suo, & haberet facere expensas, labores, curam, & pericula suscipere in traductione mercis, & etiam adeo fer ei dubietas lucri. Hæc autem omnia diminuerent illud precium alibi obtinendum. & sic proportionabiliter ad illa defalcare deberet, cum hoc loco sine illis impendendis uendit, quibus defalcatis illud solum esset sibi licitum exigere hic, quod relinqueretur illis defalcatis, si autem non haberet aliquod illorum impendere, quin sana conscientia dicere posset, quòd alibi obtinere posset, tale precium ultra omnes expensas, labores, & alia, quæ diminuere possent lucrum, adeo q̄ equè eligibile esset sibi, uel magis, quòd emptor dimitteret sibi mercem: sicut q̄ ab eo hic recipere debet tale precium, licita esset sibi uenditio pro tali precio, licet hic excessiue. & intelligitur ille casus, nisi emptor instans in tali necessitate esset, q̄ uenditor etiam tale interesse deberet perpeti pro emptore, & uendere ei precio hic currenti. & sic de alijs conditionibus, prout de mutuante dictum est q. 30. Dicitur sextò. & illo tempore: quia si non esset paratus nunc uendere, sed reseruare ad tempus futurum, in quo spetat eam ualituram, non solum tantum precium, immo maius eo, & emptor sua instantia induceret eum ad uendendum sibi nunc: posset uenditor licitè exigere illud precium nunc. & dedue hoc proportionabiliter sicut in præcedenti casu deductum est. Et dixi, immo maius eo &c. ex causa proportionabiliter in præcedenti casu, intelligitur etiam ille casus, nisi emptor &c. & dic proportionabiliter, ut in præcedenti casu. Ad quintam autem & sextam clausulas reduci, uel applicari potest etiam casus, ubi uenditori non fuit merx sua uenalis simpliciter, puta nec hoc loco & tempore nec alio, qui tamen inductus est per instantiam emptoris ad uendendum sibi, & ipse ibi uendit pro maiori precio, quàm aliàs de communi cursu ualeat, de quo casu patuit quæstione præcedenti in tertia cōclusione in 12. manuductiuo. quomodo sit licitus.

Secunda conclusio. prima conclusio est uera, etiam si uenditor æquilibri dubio dubitet illud precium excedere ualorem. probatur: nam si est in dubio æquilibri: & nihilominus uendit pro tanto: tunc exponit se æquilibri periculo recedendi a iustitia commutatiua. modo non solum illic, qui exponit se probabili periculo peccandi peccat: sed etiam qui æquilibri periculo se exponit peccat: quia qui amat periculum, peribit in illo, quod intelligitur tam de probabili, quàm de æquilibri, eo quòd uterque est neglector uerus uel interpretatiuus sue salutis, & eiusdem atque diuinę offensę interpretatiuus contemptor.

Corollarium. quòd sicut uenditor interim, quòd est in probabili credulitate, q̄ precium excedat, puta quia plus credit, quòd sit excedens, quàm oppositum: licet non sit certus (quæ probabilis credulitas de hac propositione opponitur probabili dubio de eadem) non debet exigere tale precium sed minus. sic etiam si est in æquilibri dubio nō debet tale exigere: sed minus: quia tutiorem uiam eligere est præceptū & debiti, si illa, quę est minus tuta, est sic minus tuta, q̄ eam sequendo credit probabiliter, uel æquilibri dubio dubitat se Deum offensurum. Consiliam igitur pro illo, qui est in æquilibri dubio, est, q̄ recurrat ad aliqua manuductiua, ex quibus moueatur rationabiliter ad plus credendum, q̄ merx sua ualeat tantum, quàm q̄ ualeat solum minus utputa recurrat ad communem æstimationem, uel aliā uiam, prout in præcedenti quæstione tactum est in tertia conclusione. Si autem nec illa sumere eum possunt, tunc si emptor est uir met expertus, & non artatus, nec prodigus, nec laborans inordinata affectione ad mercem, & uenditori constet de illis conditionibus emptoris. & ultra hoc etiam uenditor emptorem ad excessiuum precium dandum non occasionauerit per hoc, q̄ ei mercem exhibuit pro magno precio, & emptor uerecundia ductus non audet in tantum descendere, sicut tamen posset. illis inquam concurrentibus poterit illam mercem uendere emptori dando emptori ad arbitrium suum, & recipere illud, quod emptor arbitratus fuerit. Si autem emptor non haberet illas conditiones, uel uenditori non constaret de eis, non liceret uenditori interim, q̄ est in dubio æquilibri recipere illud, quod emptor arbitratus fuisset, sed debet tutiorem uiā eligere, scilicet accipere illud minus, quod credit proportionatum suę merci.

Tertia conclusio. prima conclusio est uera, siue precium sit excedat ualorem, quod sit ultra dimidium iusti precij, siue citra. & si citra: siue in modico siue in multo. Probatur: quia illicitum est recedere a iustitia commutatiua, si ille excessus fiat scienter, seu credulitate probabili, quæ inest recedenti, uel incipe deberet, & similiter exponere se probabili, uel æquilibri periculo illius excessus, & hoc siue ille sit in magno, siue in paruo. Sicut in simili furripere rem alienam inuito domino est illicitum, siue illa res sit modica, siue multa. prout tactum fuit. q. 54. conclusione quarta. igitur &c.

Ex his conclusionibus sequitur corollarium de falsitate duarum opinionum, quarum prima dicit, quòd uenditori liceat scienter exigere excessiuum precium: dummodo excessus sit citra dimidium iusti precij, etiā si sit notabilis, quam opinionem sequitur Durandus ordinis Minorum in sua summa. Secunda est aliorum, qui licet hoc non sentiant licitum esse, quando est excessus notabilis, tamen illud sentiunt, quando est modicus, & indistincte hoc sentire uidentur. Sed contra eos arguitur. Nam siue sit notabilis, siue modicus, si est scitus, uel probabiliter creditus tunquam excessus licitum est exigere ipsum, ut patet per probationes supra positas ad primam conclusionem. Confirmatur: quia quicunque hoc facit modo dicto, decipit & fraudat proximum. decipere autem proximum & fraudare eum, est peccatum, etiam si in modico fiat, sicut & non dicum furari est peccatum, licet illud decipere, uel fraudare in modico non sit mortale, sicut in multo, uel notabili est mortale, iuxta distinctionē in duabus præcede. quęstionibus positam in quarta conclusione. Vn de etiam glo. in l. semper in cōuentionibus. ff. de reiu. dicit. non congruit honesto uiro circumuenire aliam infra dimidium iusti precij. Esset tamen hæc secunda opinio uera, quando ille excessus in modico esset ignoratus, siue esset infra limites latitudinis, siue extra eosdem & maximè si infra limites esset latitudinis, & esset creditus

aredirus esse infra eosdem: licet ignoratus excedere in diuisibilem æqualitatem: quia illam agnoscere non posset. Vnde bene dicit doctor solennis Henr. Gandensis quodlibeto primo: loquens de scienter vendente carius. Nam dicit sic. dico scienter: quia ignorantia in talibus facit involuntarium, quę omnino & in toto excusat: quia est ignorantia non in electione propter malitiam obnubilante rationem, neque in regulis universalibus legis, sed in singularibus, circa quę cadit operatio. ibi enim est misericordiæ in parte, si non opponat omnem diligentiam, quam deberet, ut cognoscat valorem rei, vel est venia in toto, si videatur res sua sibi amplius valere, quàm valeat, & in nullo est causa suę ignorantiæ. Hęc ille. Ex iam dictis sequitur etiam, quòd regula Ioan. de Gers. si debeat esse vera, non debet ita utroque foro intelligi, quòd dicit in suis floribus sic. Deceptione a medio iusti precij contractum initum leges intercipiunt, etiàsi peccent vendentes res suas enormiter, tamen restituere non tenentur ementibus, quatenus regulariter occurrit iudicandum. Hæc ille. Vnde in tract. de contractibus loquens de defraudante citra dimidium iusti precii ait, in foro conscientiæ nulli dubium, quin defraudans teneatur confiteri. Vtrum autem obligetur restituere, non est ita clarum, nec concordatum apud omnes: præsertim theologos. non enim videtur necessarium, q̃ ubi concurrunt mutuæ voluntates, mentis & vendentis, ut res suas commutent in alterutrum, q̃ furtum committatur, vel rapina. iuxta illud. Scienti & consentienti non fit iniuria, neque dolus, præcipuè dum sciens & volens est sui iuris in sua re, quod dicitur propter pupillos & similes. & dum consensus non est lege irritatus, sicut in deceptione ultra dimidium iusti precij: si præterea consensus sit absolutus non solum conditionalis aut secundum quid, ut Aristo. loquitur de proiciente merces in mare, & de consensu metu mortis extorto, aut per errorem fraudulenter inducto, quoniam ignorantia causat involuntarium in toto, vel in parte. Hæc ille. Sed ex circumstantijs in iam ultimo allegato eius dicto patet, quòd in prædicta regula non debuit eam sentire veram in foro conscientiæ in casu præcedentium conclusionum. Nam in illo casu non supponitur liberalis donatio emptoris, & absoluta consensus de pluri, quòd iustum sit.

Contra hanc conclusionem arguitur quadrupliciter. Primò sic. licitum est vendere mercem tanti, quantum valet. Sed si res venditur pro excessiuo precio, tunc valet illud. igitur licitè sic venditur. Maior nota. Minor probatur per vulgatum dictum: quòd lex pro regula dicit. Res tantum valet, quanti vendi potest. Dicendũ dupliciter. Primò retorquendo argumentum contra facientem: quia si cõcluderet, etiam probaret, quòd liceret vendere pro precio excedẽte dimidium iusti precii: quia si de facto sic venditur res, dicetur valere tantum. Secundò dicendum, quòd minor est falsa. Ad probationem dicendum dupliciter. Primò, q̃ illa regula non dicit, res valet tantum, quanti venditur, sed quanti vendi potest. Modò hoc dicimur posse, quod licitè possumus, & sic sequeretur, q̃ sensus esset. Res tantũ valet, quanti licitè potest vendi. Modò si illa regula sic assumeretur, peteretur principium in argumento. Secundò dicendum, q̃ sensus illius prouerbij est. valor rei est metiendus ex communi æstimatione, & ex hoc, q̃ multi, vel pauci eam desyderant habere. & sic eam appreciantur: seu magnipendunt, vel parũpendunt: quia quanto magis amatur, tanto magis cara est. sicut econtra, si pauci eam desyderant & parum de ea curãt non potest magno precio vendi: quia emptores eam non appreciantur. Modò si pro precio excessiuo venditur: scienter volendo illud totum ut precium habere ab eo, qui non ut donum vult donare ipsum excessum, tam vendit eam ultra quàm æstimatur & desideratur ab hominibus de communi cursu, & sic nõ facit ad mentem illius regulæ.

Secundò arguitur. si sensus illius regulæ est, res tantum valet, quanti vendi potest, supple licitè, seu de iure (quia quod de iure possumus, licitè possumus) igitur valebit tantum, quanti vendi potest, etiam si precium sit excessiuum, dummodo excessus sit citra dimidium iusti precii, vel etiam contineat iustum precium & dimidium eiusdem. tenet cõsequentia: quia de iure cuilibet potest vendi pro quantocunque precio, dummodo excessus non sit ultra dimidium iusti precij. illi enim excessum solùm damnauit. Dicerent forte aliqui, q̃ ad probandum aliquem actum esse licitum, non sufficit allegare ius ciuile, ipsum admittens, vel concedens: quia huiusmodi ius admisit: immo concessit actus legi diuinæ damnatos, vt usuras quasdã. similiter & cõcubinatum etiam illis fauendo & ad eos auxilium præstando. Vnde etiam oporteret ad probandum aliquem contractum esse licitum assumere non solum, q̃ esset admissus a iure ciuili: sed etiam a iure diuino. Hoc enim omne illicitum damnat. Vnde cum propheta in psal. 70. feciſſet mentionem de negociatione reprobata (qualis est illa, quæ est tantum conformis iuri humano, & difformis iuri diuino & naturali) dicẽs. Quoniam non cognoui negociationem, introibo in potentias domini, videlicet exiuo nõ approbaui talem negociationem, quæ est difformis iuri diuino, licet humano, vel ciuili sit conformis. ideo introibo in potentias domini, subdidit, domine memorabor iustitiæ tuæ solius quasi diceret. ad negociationem non reprobam requiritur: ut sit etiam conformis diuinæ iustitiæ, vel legi. & licet dicat solius, non est tamen illud intelligendũ sic: q̃ ad hoc q̃ contractus aliquis sit licitus, sufficiat, q̃ sit conformis soli legi diuinæ, immo staret, q̃ etiam requireretur conformitas ad legem humanam, puta in casu, quo aliquis contractus nullam continens iniquitatem contra legem diuinam, vel naturalem esset ex aliqua causa prohibitus lege ciuili, ne scilicet malenoti eo abuterentur pro pallio suæ iniquitatis, aut si lex ciuilis, vel municipalis preciperet aliquas circunstantias puræ positiuas seruandas in tali contractu, & tamen contrahentes non seruarent. ille iniquum contractus esset reprobatus, licet non esset in se & immediate reprobatus iure diuino, vel naturali, & vitandus sed solum mediate: quia lex diuina precipit legem ciuilem vel municipalem etiam seruari. Lucæ. 10. & ad Rom. 13. sed debet intelligi altero illorum duorum modorum, aut quia negocians debet esse memor solius diuinæ iustitiæ principaliter & ante omnia. Aut quia licet etiam iustitiæ humanæ debeat esse memor, tamen illa si est rationabilis, etiam potest aliquo modo dici diuina derivatiuè, vel deductiuè: quia nihil est in temporalibus legibus iustum & rationabile, q̃ non ab æterna sibi deriuauerint homines: ut dicit Aug. Vnde non potest esse conformis legi diuinæ omni modo, nisi etiam sit conformis legi humanæ, si aliqua talis super illo contractu disponit rationabiliter. Sed hæc solutio non satisfaceret argumento: nam non solum ius ciuile sed etiam canonicum admisit venditionem factam pro quantocunque precio, dummodo excessus non sit ultra dimidium iusti precii: ut patet in c. cum dilecti. de emp. & ven. & tamen ius canonicum non admisit aliquod illicitum: quoniam illius sanctiones procedebant ex auctoritatibus veteris & noui testamenti: ut habetur in c. qualiter. de accusationibus. & sic quæ quasi corollaria & conclusiones theologię, & per consequens non admittunt illud, quod in theologia damnatur. Ideo aliter dicendum, quòd admissio est triplex, sicut concessio est triplex, ut patuit supra quæstione. 22. & conclusione. 7. sic. Quædam est ipsius actus permissiua tantum & simplex eius tolerantia. Quædam verò est permissiua actus & prohibitiua impedimentorum eiusdem. Tertia est ipsius actus non modo permissiua, nec tantum prohibitiua impedimentorum eiusdem. sed etiam promotiua illius fauendo eidem. & consentiendo in ipsum. vide loco prælegato. Ius itaque canonicum venditionem factam pro precio, etiam si sit excessiuum, dummodo non sit ultra dimidium iusti precii, admisit primo modo: non autem secundo, nec tertio modo. Ratio illius tertii est: quia hoc esset consentire in illud, quod est cõtra æquitatem iuris naturalis. illa enim requirit quæ litatem inter commutabilia, aliquin iniustitia committitur. Vnde Philosophus. 5. Ethicorum. c. 2. Iustum legale æquale est. iniustum autem illegale & inæquale. & ita iniustus est, qui agit contra æquitatem iuris naturalis. Et sicut commutatiua iustitia nititur esse in æqualitate & mediocritate consistens, ita etiam iustitia animata, cuiusmodi est iudex, vel legislator positiuus, debet ipsam æqualitatem non violare, nec eius sententia (cuiusmodi est eius lex, & constitutio) ad ipsum tendere debet. & ideo si qui homines commutauerint quid pro quo, & non sint extrema commutata æqualia, non debent in hoc consentire, legem, vel sententiam dando, qua illa inæqualitas substiſtat: sed potius si vult dare, debet eam dare, qua fiat adequatio. Ex causa tamen potest nolle ferre sententiam in casu aliquantæ inæqualitatis: non audiendo querulantem, prout patebit. itaque quia tantum primo modo admittit, non oportet illud esse licitum, quod ipsum admittit tantum primo modo. immo nec illud, quod admittit secundo modo: ut patet: quia ritus iudaicos ceremoniales admittit secundo modo. & tamen sunt mortales. Et hæc solutio cum dicit, quòd admisit primo modo, debet intelligi in foro exteriori: quia in illo foro, nec punit sic vendentem, nec cogit eum ad rescindendum contractum, nec ad restituendum superacceptum. Et sic prædicta decretalis habet locum iure fori & non iure poli. & hoc in odium litium, ad vitanda multa litigia, quæ absque numero possent quotidie fieri, quorum nunquam esset finis, si audiretur querela cuilibet decepti in quantulocunque excessu vel defectu

pretii. sed in foro conscientiæ non sic: immo ius canonicum illi in foro conscientiæ imponeret penitentiam, & nisi desistere vellet a talibus, denegaret ei absolutionem, quia decernit falsam esse talem penitentiam: ut patet de pœni. dist. 5. c. falsa. iniungeret etiam idem restitutionem superaccepti, iuxta regulam iuris. Peccatum non dimittitur, nisi ablatum restituatur.

Tertiò arguitur. Vnusquisque in re sua est moderator & arbiter: ut dicit ius ciuile in l. in re mandata. C. mandati. igitur si res est venditoris, poterit eius precium taxare & arbitrari secundum quòd placuerit. ergo etiam exigere precium sic taxatum. Dicendum dupliciter. Primò concedendo antecedens & negando consequentiam ex duplici causa. Prima: quia in antecedente dicitur moderator, & ille est non qualiscunque taxator. Nam ille qui taxat rem ad excessiuum precium, secundum quòd placet suę cupiditati, non diceretur moderator: quia non moderati precii: sed immoderati taxator. Vnde deberet sic inferri: igitur poterit precium rei taxare moderatè arbitrando ipsum. & hoc conceditur: sed inferendo est moderator. igitur est taxator qualiscunque, committitur fallatia consequentis ab inferiori ad superius cum distributione superioris. Secunda causa, quia in antecedente dicitur: est arbiter, & infertur. ergo est qualiscunque arbiter. & sic fallacia committitur a non distributo ad distributum. licit est animal. igitur qualecunque animal. Vnde si in antecedente diceretur tantum arbiter, vel iudex, deberet intelligi iustus & non iniquus. deberet enim in iudicium nõ affectui cupiditatis sed supradictis manuductiuis. Sicut est simile ipsius antecedentis intelligitur. si cum dicitur. Vnicuique domino licitum est rebus suis dominari & earum. Nã uerum est, si debitè ei dominetur & sm rectam rationem ea utatur. Nam interest reipublicæ, qualiter quisque rebus suis utatur. Alioquin liceret domino uti ad cillis suis qualitercunque, & sic abuti. Secundò dicendum, concesso antecedente posset primũ consequens concedi in casu, quo nondũ exposuisset rem suam venditioni, tunc enim est non sit sibi æqualis, posset intra se decernere, si quis vellet me habere, oportere eũ mihi dare tantum. Non aũt in casu, quo iam eam exposuisset venditioni. Nam tunc potest compelli ut debito precio vendat. utputa iure ciuili compellitur, ut non ultra dimidium iusti precii vendat: & iure diuino, & morali, vel naturali, q̃ nullo excessiuo precio vendat scienter, etiam si excessus sit citra dimidium iusti precii. Sed hæc secunda solutio non videtur valere nisi aliquid addatur: quia primum p̃as non deberet concedi, in casu, quo nondũ mercem exposuit venditioni nisi ipse posset allegare tantũ interesse, quod æquipolleat excessui. Nã tunc in casu talis interesse, posset exigere illud precium, postquã ad instãtia emptoris exposuisset eidẽ eam ad venditionẽ. prout factũ fuit in fine primę cõclusionis. locus de expositione facta motu proprio. Hac etiã additione facta valet hæc secũda. solutio. Et in mutuo est simile. Nam debilis est casus, in quo quis non tenetur mutuare proximo, etsi tamen in illo casu si vult mutuare, debet in mutuare nihil ultra sortẽ exigendo, nisi allegare possit interesse aliquod. Similiter in casu aliquo quis nõ tenetur celebrare, etsi si vult celebra

re, debet esse primo confessus & ieiunus, & sic de aliis. Tertiò dicretur, quòd dato, quòd primum consequês sit verum: non tamen sequitur secundum consequens ex eo; quia in arbitrando uel taxando, nulli facit iniustum: sed in exigendo eam attentat facere iniustitiam proximo & supergredi fratrem suum. Sed contra; quia etiam intra se arbitrando attentat quantum in eo est facere iniustitiam proximo: licet nondum faciat in effectu: sed tantum attentat. ideo standum est præcedentibus solutionibus.

Quartò arguitur. Quilibet est liber ad taxandum pretium rei suæ, & consequenter ad exigendum illud sic, quòd nisi emptor velit illud dare: poterit sibi denegare uenditionem. Sed nemo est liber ad illicitè agendum. igitur non est illicitum taxare mercem ad excessiuum precium, & consequenter illud exigere. Maior probatur: quia nisi sic: tunc non quilibet esset liber ad uendendum rem suam: immo cogeretur eam uendere nolens: quia cogeretur eam uendere pro precio minori, quàm sibi placeret, consequens est falsum. Nam lex ciuilis decernit neminem compellendum ad uendendū rem suam, neque quemque posse apponere precium rei alienæ: ut patet in l. dudum. C. de contrahē. emp. & l. nemo externus. Dicendum, maior est falsa, & ad probationem dicendum, quòd non est indistinctè uerum, neminem posse compelli ad uendendum rem suam, neque est indistinctè uerum, neminem posse apponere precium rei alienæ. Nam utrumque falsit dupliciter. Primò, quando quis exposuit rem suam uenditioni, & est illa res pertinens ad necessitatem, uel ad uitam hominis: ut sunt alimenta, puta blada, & huiusmodi. Nam talis postquam exposuit uenditioni, potest compelli ad uendendum pro precio iusto, & superior potest statuere illud iustum precium. Nam interest superioris prouidere utilitati subiectorum & reipublicæ. ff. de offic. præsidis. l. 1. unde in §. extra carnis. ff. de offic. præfecti urbis. l. 1. est casus, quòd ad præfectū urbis spectat: ut victualia iusto precio uendantur. item in l. annonam. ff. de extraordinarijs criminibus, mandatur præsidibus prouinciarum, ut ad hoc suis statutis & ordinationibus laborent, quòd annona non oneretur: & quia certum est, annonam augeri, si superiores non taxent precium rerum uendibilium uendentibus exposiarum. igitur ad hoc tenentur. Item ex hac præsidentiæ eorum patet, ideo enim præsides constituuntur populis, quatenus per eorum præsidentiam, scilicet prudentiam, potentiam, & iustitiam populis sibi subditis procurent necessaria ad uitam, pacem, & honestatem. talia autem consequi non possunt, nisi pro victualibus uenditioni expositis iustum precium constituatur per superiores. igitur hoc possunt, immo debent in casu quo irrationabiliter taxantur per uenditores. sed heu nonnunquam permittunt pro arbitrio & cupiditate uendentium & ementium precia fieri, & hoc ex sua iustitia, negligentia, uel (quod peius est) quia muneribus corrupti, uel propria commoditatis affectione seducti, eo quòd & ipsi sunt simul præsidentes & uendentes. Et ex hoc potest inferri, quod ex quo non solum alimenta sunt necessaria huiusmodi: sed etiam tegumenta, iuxta illud Apostoli. habentes alimenta & quibus tegamur his contenti simus. supple, tanquam necessariis. quòd ergo etiam in pannis expositis uenditioni non est quis liber ad vendendum, quin cogatur vendere iusto precio, & quòd superiorines possit in eis statuere iustum precium. Idem potest dici de domibus locandis: saltem ubi est necessitas talium domorum propter inundationem alienigenarum in illa ciuitate uolentium manere. sicut fit in loco, ubi confluunt prælati ad concilium, & scholares ad studium generale. In alijs uerò mercibus, quæ non sunt sic necessariæ hominibus: sed megis sunt ad pompam, uel ornatum quendam, sicut sunt gemmę: non est opus, quòd superior statuat certum precium: nec est opus venditores cogere ad hoc, ut pro tali debito precio uendant: quia emere uolentes possunt eis carere. ideo non præiudicatur eis, si uenditores taxent ad magnum precium, & sic taxa precii in illis relinquitur arbitrio eorum, non tamen per hoc excusatur uenditor, etiam talium rerum in foro animæ, si excessiuum precium taxet: licet sint merces non necessariæ hominibus, & etiam licet citra dimidium iusti precii sit ille excessus. Secundus casus, in quo fallit, est, quando etiam quis nondum exposuit rem suam uenditioni, attamen subest necessitas, qua ceteri indigent huiusmodi re, & ipse exuberanter habet eam, tunc enim potest compelli ad uendendum & etiam ad uendendum tanto precio, quantum superior statuerit. ideo tempore caristiæ & famis illi, qui habent blada, quibus ipsi pro se & familia non indigent, possunt compelli ad uendendum aliis carentibus, & hoc precio etiam quod rationabiliter decreuerint superiores ciuitatis. Secus si non subesset necessitas talis, & nec ipsi exposuissent ea uenditioni: Ad præsides itaque regionum & magistratus ciuitatum pertinet obuiare penitus per illos modos, quibus possunt, utputa precium rationabiliter taxando, diuites ut superflua uendant compellendo, mercatores ad regiones abundantes mittendo, rerum uilium aduectores undecunque aduenerint admittendo, abductores de ciuitate, uel regione prohibendo, inutiles & ingurgitatores eiiciendo, ociosos ad labores coercendo, publicos peccatores, propter quorum peccata & blasphemias nonnunquam a Deo caristia immittitur, exterminando, quorum penis placabitur altissimus, sicut suspendio filiorum Saul placatus fuit Deus terræ temprote suis, qđ contigit tempore Dauid. 2. Reg. 21. Debent insuper prouidere per pœnas sufficientes, quòd in mercibus non fit sophistitio nec corruptio, para putrefactionis, ne communitas inde mortem incurrat, aut morbos, nec in mensuris fit diminutio, uel in ponderibus. Finaliter ergo patet, quòd si quis exposuit rem suam uenditioni, non est liber ad uendendum, sic quòd nisi uelint empto res precium excessiuum dare, ut sibi placet, quòd possit recusare uenditionem. immo cogi potest uendere pro iusto precio, si illæ merces sint tales, quæ respiciunt utilitatem hominis. in alijs autem expositis uenditioni: licet, ut predicto modo & in foro exteriori non compellitur ad uendendum, quin possit recusare uenditionem: non tamen in foro animæ est sic liber, quin peccet attentando pro excessiuo uendere.

Quarta

Quinta conclusio uenditor, qui scienter secundum tenorem primæ conclusionis recepit excessiuum precium, siue sit ibi medius ultra dimidium, siue citra. & hoc sive in multo, siue in modico, tenetur illum excessum restituere, sed differenter. Prima pars probatur: quia excessus, siue magnus, siue parvus sit, recepit sub ratione precii, uel partis precij, & tamen non dedit pro illo excessu mercem uel partem mercis, eo q̃ tota mera, quam dedit, respicit reliquam partem precii pro qua dedit, & sic ipsum excessum accepit sine causa, sine modo, & sine conditione. Nam emptor illum excessum, aut dat in ratione precij, aut in ratione doni. Si primum, tunc non dedit nisi sub conditione si uenditor daret sibi pro eo mercem. & sub modo, scilicet ut daret sibi pro eo mercem. & ex causa, q̃ uenditor pro eo daturus erat, ut sperabat mercem. Modò conditione non extante non tenet datio, & sic non est trãslatum dominium illius excessus in eum. igitur tenetur restituere. Si autem ut donum dat, non est translatum dominium eius in venditorem: quia uenditor per casum non recepit illum excessum ut donum, sed ut precium uel partem precij. donum autem non transfertur in dominium donatarij, nisi donatarius consentiat in donationem. Et notanter dicit conclusio, si secundum tenorem primæ conclusionis recipit, scilicet ut precij, secus enim si exigit ipsum excessum ut precij, & postea recipiēdo recipit ut donum: quia taliter sibi donat emptor, nam tunc non tenetur restituere. peccasset tamen exigendo, peccaret etiam si recipiendo esset illius propositi, q̃ etiam si emptor non donaret sibi, adhuc uellet recipere. non tamen teneretur tunc restituere. Secunda pars probatur, potendo duas differentias. Prima, quia si est ultra dimidiū iusti precii, tenetur in utroque foro ad alterum illorum duorum. aut rescindere contractum, si placet sibi, aut si ipse uelle stare, tenetur sibi restituere excessum. Sed in alijs excessibus non sic est. Nam in foro conscientiæ tenetur ad alterum illorū duorum, non autem in foro exteriori, & de hoc quãdo ad primum, & quando ad secundum teneatur, dictum est supra quæstione. 54. in prima conclusione. Quare autem ius etiam pro exteriori foro prouidit decepto si ne dolo ultra dimidium iusti precij, & non prouidit decepto citra saltem, quando est sine dolo deceptus: sed tantum re ipsa, huius diuersitatis ratio est enormitas lęsionis in primo casu, qualis non est in secundo. Secunda differētia: quia excessus citra medietatem iusti precii est duplex: quia aut est intra limites latitudinis, aut ultra. Si secundum: tunc tenetur indistinctè restituere, ita q̃ illa tentio est necessitatis, si est quid notabile, ita q̃ peccat mortaliter, si non restituit. Si autem est non notabile, tenetur sub culpa veniali sic, quòd si non restituit, solum peccat venialiter, nisi excusetur per hoc, quòd huiusmodi minutiæ sunt innumeræ, & non dignæ tanto labore, quantum haberet facere, ut singulis singulæ restituerentur, adeo quòd etiam ipsi, quibus esset restituitio facienda deberent consentire in hoc, quòd pro eorum bono talia erogarentur pauperibus: quia illud uellent sibi fieri, si ipsi in simili casu essent in hoc, q̃ dedisset precium in aliquantulo minus, & tunc poterunt & debebunt pauperibus erogare. & hoc pro illo, a quo superacceptū est. Et si detur primum, tunc non tenetur restituere, saltem si ipse uenditor tempore uenditionis ignorauit esse excessum indiuisibilis æqualitatis, & potuit competere esse excessum. Nam tunc emptor donauit sibi tempore uenditionis, aut sibi debuit donasse: quia illud uellet sibi fieri, si quo minus (infra tamen limites latitudinis) dedisset in precio. Quicquid sit de hoc si uenditor a principio & tempore uenditionis sciuisset indiuisibilem æqualitatem, & nihilominus superuendidisset, licet infra limites latitudinis. Nam uideri posset alicui, quòd etiam teneatur restituere modo prædicto, scilicet sub culpa mortali; si fuisset quid notabile, uel sub ueniali, si non notabile ut prius. Ratio: quia exquo scienter superuendidit non uidetur dignus, ut emptor sibi illud donet: quia nec emptor rationabili uoluntate uelle illud sibi fieri, si quo minus dedisset in precio (scienter a principio emptionis. Et confirmatur: quia ratio, cur contrahentes minùs sibi donare debent & remittere si quo minus soluitur, aut superaccipitur, est: quia difficillimam est attingere indiuisibilem æqualitatem precii & mercis: sed ut communiter ignoratur. ergo cum in sciente illam indiuisibilem æqualitatem cesset illa ratio, cessabit etiam ratio, cur emptor sibi donare deberet. Sed de hoc in tractata de restitutionibus latius uideri habet, in præsenti enim tractatu principaliter tractandum est, quando contrahentes peccent contrahendo, non quando incurrant obligationem restitutionis.

Quinta conclusio. quamuis quatuor concurrentibus possit uenditor etiam scienter recipere precium excedens ualorem mercis in magno, uel parvo: tamen quodcunque horum defecerit non solum emptio eiusdem in precii censenda est sibi fuisse illicita, sed etiam receptio. Prima pars probatur. Nam si uenditor exigat precium excessiuum, ita quòd totum uelit habere ut precium pro merce, & emptor habeat quatuor sequentes conditiones. Primò, quòd sit persona sagax, atque sciens ualorem mercis. Secundò quòd non ex mentis ieiunio uera, uel præsumpta det tantum precium, & per hoc excluditur prodigalitas, uel inordinata affectio ad mercem in emente, ex qua aliquando contingit dare plus iusto. Tertiò, quòd non ex necessitate, uel arctatione, qua indiget multum illa re det tantum precium: immo liber. Quartò, quòd illa tria confient uenditori de emptore probabili certitudine. Illis igitur quatuor concurrentibus licet uenditor peccauerit exigendo tantum, quanto merx est indigna: tamen si emptor illud dat: præsumet uenditor, & poterit præsumere, quòd emptor illud, quod excessus in precio det per modum doni liberalis liberaliter dati, sine hoc quòd aliqua ratio inuoluntarii misceatur illi dationi, eo quòd emptor est peritus non prodigus nec arctatus. Modò uenditor potuisset donum taliter qualificatum recepisse ab eo, etiamsi nihil ei uendidisset. igitur etiam nunc potest recipere illud ut tale, & etiam: quia licitum est alicui procurare utilitatem sine iniuria alterius. ibi autem eum dans sciat & uelit: non fit ei iniuria recipiendo ab eo. igitur: Et dico ut tale, quia non posset illud recipere ut partem precii: cum nihil correspondens ei dederit in ratione mercis. Dico autem, præsumet &

poterit venditor presumere &c. quia si nec presumeret, nec posset presumere animum donandi in emptore, non debet recipere: quia exponit se periculo recipiendi alienum, & si de facto presumit contrariū, coipso peccaret recipiendo alienum: & si presumpsisset animum donandi in eo, & postea deprehenderet presumptioni non subfuisse veritatem, deberet restituere superacceptum. Secunda pars, scilicet quò ad exactionem, quòd fuerit sibi illicita, patuit conclusione prima. Tertia pars, scilicet quò ad receptionem probatur. Nam si prima deficit, puta quia emptor inexpertus & simplicianus excedens ignorat valorem mercis, credens eam valere tantum, quantum dat, & venditor exegit, aliàs nullatenus tantum daturus, non erit ibi data voluntaria, sed mixta cum involuntario, adeo quòd non est illa datio sufficiens ad faciendum recipientem esse dominum illius excessus: quia datio non facit aliquem dominum rei datæ, nisi dans consentiat modo erans non consentit, si sic erret, quòd nullatenus daret, si non erraret. Etad defectum illius primæ conditionis reducitur casus, ubi venditor rem, quæ vix valet unum denarium, exhibet scienter pro quatuor, & emptor dat tres denarios, eo quòd vel ueretur ei solum unum denarium offerre, vel duos: vel quia credit non superexhiberi ultra dimidium iusti precii, sed tantum in modico: puta in uno denario more venditorum. Si secunda deficit: puta quia emptor ex prodigalitate dat, peccat venditor recipiendo: quia communicat emptori in vitio, non enim solus prodigus peccat prodigè expendendo: sed etiā ille, qui talia ab eo recipit: quia efficacem causam dat damno proximi, & communicat proximo in peccato, consentiens in vitiosam dationem dantis. Si enim dare est prodigo illicitum, cur non etiam & recipere ab eodem esset recipienti illicitum, si in illam dationem consentit. Similiter etiamsi inordinata affectione daret: nam tunc sicut datio est in vitio: sic etiam recipiens. immo talis dans habetur pro ignorante: quia ignorans omnis malus. 3. Eth. licet non sit necesse ex illa ignorantia procedere actum malum. Si etiam tertia deficit. puta quia arctatus fuit, peccat recipiendo. Tum primò, quia potius debebat illi succurrere, quàm eum afflictum amplius affligere. Tum secundò, quia recipit illud, cuius dominium illo modo habere non potest. Nec potest illud retinere: quia non transfertur dominium eius in ipsum: quia datio talis est non voluntaria, sed mixta ex involuntario, coactio enim etiam conditionalis diminuit rationem voluntarii. Si etiam quarta defecerit, puta quia dato q̄ prima tres adessent, attamen non constaret venditori de eisdem, peccaret recipiendo: quia exponere se probabili, vel æquilibri periculo accipiendi illud, quod illicitum est accipere: quia non est licitum accipere, ni si constet de prædictis conditionibus, seu de omnino liberali datione & maximè exquo exegit excessum in ratione precij & non constat ei de prædictis conditionibus emptoris: potius habet præsumere, quod sibi det excessus in ratione precij: sicut ipse exegit, quàm in ratione doni, in qua ratione non exegit. Corollariū. Quod multum alliciat venditorem, si quam mercem uendit emptori experto & non arctato, neque prodigo, quia non habebit leuiter timere, q̄ recepit ab eo excessiuum precium, exquo emptor est expertus, non arctatus, & maximè si emptor emit, ut reuendat: quia tunc emit, ut lucretur, & per consequens non nimis dat, ne forte non possit lucrari.

QVÆSTIO. LVIII.

Vtrum illicitum sit emptori emere mercem pro precio deficiente a valore mercis, siue ille defectus sit sub dimidio iusti precij, siue citra, & hoc siue sit magnus siue parvus? Solutio. q. stat in duabus suppositionibus & quinque conclusionibus. Prima, precium esse deficiens a valore mercis: potest intelligi dupliciter. Primò, quòd deficiat ab eo secundum quid, & ille defectus sistit infra latitudinem iusti precij, & solum est defectus a precisо valore mercis Alio modo simpliciter, & ille est defectus egrediens limites latitudinis iusti precij. Hęc possunt intelligi ex dictis in simili in prima suppositione præced. quæstionis, & ex dictis ibidem posset etiam defectus sm quid dictus subdividi secundum tres gradus. Secunda suppositio. defectus simpliciter dictus potest esse duplex quia aut est sub dimidio iusti precij, aut citra. & ille distinctio etiam patet ex dictis in secunda suppositione eiusdem quæstionis. Et quamuis ex ibidem dictis conclusionibus possent conclusiones hic ponendę de emptore simili modo imaginari, tamen pro celeriori intellectu ponentur hic & declarabuntur in propriis terminis aliquibus omissis, quæ ex precedenti quæstione satis haberi possunt.

Prima conclusio. emptori illicitum est emędo mercem, uelle dare pro merce precium, quod ipse credit probabiliter, uel deberet credere simpliciter, vel secundum quid deficere a valore mercis in loco & tempore, quo paratus est eam emere. Hæc conclusio probatur illis duabus primis probationibus, q̄bus prima conclusio preced. quæstionis est probata. & etiam declaratur per singulas sex clausulas proportionabiliter sicut prima fuit de uenditore declarata, & quatuor primæ clausulæ satis patere possunt ex dictis ibidem. Exēplum de quinta & sexta clausula, scilicet in illo loco, & in illo tempore. Nam si aliquis non est emptorus illam mercem hoc loco, nec hoc tempore, sed dilaturus emptionem donec ad alium locum, uel ad aliud tempus uenerit, ubi & in quo sperat tali leui, uel deficienti, immo leviori precio se emptorum, & tamen inducitur per instantiam uenditoris, ut in hoc tēpore & loco emat ab eo etiam pro illo deficienti precio, qđ currat in illo alio loco, & tēpore, non peccat contra iustitiā cōmutatiuam, & de scholastico rigore loquēdo, si det preciū aliquantulū deficiēs: quia licet illud precium sit hoc in loco & tpe deficiēs non tñ est deficiēs pro loco & tpe pro quo destinauerat emptor se emptuꝝ illā vel consimilē mercē, & cum in illo alio loco & tpe uerisimiliter pro illo deficiēti, immo minori illo deficiēti precio emisset, & tñ hoc in loco & tpe inducit eū ad emendū, si sibi solueret preciū hic & nunc currēs, emptor damnificaretur per instantiā venditoris hoc autē damnum vēditor deberet emptori refundere tantum, quantū est, & per ꝑs debet tanto minus recipere in quanto pro minori potuisset emptor alibi & in alio tempore emisse: deducta dubietate negocii. Et dico immo

immo leviori: quia si solum tam leui precio & nō leviori posset alibi & in alio tempore emere: non tamen leviori, non liceret sibi precisè illud leue hic uelle dare: quia si iret ad alium locum: facere haberet labores & expensas: & etiam sibi subesset dubietas emendi tam leui precio posset obtinere. Hæc autem omnia deberent facere hic & in hoc tempore ascensum in precio: ut scilicet potius hic non im leue: sed maius deberet dare. secus autem si secundum exigentiam illorum laborum & expensarum proportionabiliter etiā tanto leuiori precio alibi & in alio tempore esset obtenturus illam mercem: ita quòd in conscientia sua æquè vel magis uellet nunc & hoc loco omittere emptionem pro illo precio. sicut eam facere pro tali. Nam tunc excusaretur. Et intelligitur ille casus, nisi necessitas, qua uenditor præmitur, ut inducat emptorem ad emendum, sit tanta, quòd emptor tantum interesse deberet patiꝑ ut iuuaret venditorem, quantum est interesse, quod patitur ex hoc, q̄ in hoc loco & tempore emit. Ec huic adiici potest alius casus similis, scilicet quòd sicut dicitur de eo, qui non est hōe loco & tempore empturus sed alios ita dicendum de eo, qui nullatenus destinauerat tale quid emere: puta nec hoc loco & tempore nec alio: & tamen inducitur per venditorem, ut ab eo tale quid emat, ita q̄ rogatus ut emat, mallet simpliciter esse suppoꝛtatus ab emptione, etiam pro illo deficiente precio, quàm q̄ emeret pro illo: ut puta: quia in nullo indigeret illa merce, nec uenit, necia venditeam distrahere ad lucrum. Attamen, quia rogatur per aliū, ideo emit partim ex pietate motus ad succurrendum proximo, qui indiget numismate, & optat carere merce: & tamen quia emendo grauatur in hoc, q̄ debet subire emptionem sibi simpliciter nolitā, vult pro huiusmodi grauaminis tanquam cuiusdam interesse refusione dare tanto minus, quantum est illud grauamen. Caueat autem emptor, ne illud minus, quod vult subtrahi de precio & sibi retinere: non adequetur grauamini, quod subit. Hoc autem, scilicet an adequetur ei, patere potest ex eo, si scilicet esset indifferens tam ad omittendum emptionem: etiam pro illo deficienti precio quàm ad faciendum eam: hoc enim est signum, q̄ illud subtrahendum non excedit suum grauamen. sed ad omnem maximum ei tantum adequetur, & sic non est in lucro: & multo magis si magis vellet, q̄ supportatus esset ab emptione: etiā pro illo precio, quàm q̄ eam faciat. secus autē si potius uellet illud grauamen subire & dare deficiens precium, quàm omnino omittere emptionem. sicut cōtingere posset, quando ille emptor intenderet: & sciret mox illud vendere pro maiori, & sic lucrari, cuius lucri causa potius vult facere emptionē, quàm omittere. Vnde in tali casu si sine grauamine mox posset reuendere pro maiori: ubi uēditor non sic poterat, consulo, q̄ det ei mains precium, & nō illud deficiens, aut remittat eum ad illum, qui pro maiori emeret. Et debet ille casus adiectus intelligi etiam nisi sit tanta necessitas in uenditore &c. ut dictum est in priori casu. Quod autem ille casus adiectus sic necessitus sit de rigore iustitię: & secundum limam scholasticam licitus. & quantum est de iustitia commutati uanon damnandus, quicquid sit de malitia, quam per accidens habere pōt propter specie mali, uel huiusmodi. Patet primò a simili de priori casu. Secūdo a simili de venditore, qui omnino destinauerat se non uendisurum rem suam: qui tamen inducitur per emptorem ut sibi uendat, cui uendit pro plori, quàm nunc, uel hoc loco & tempore, vel alio uendetur, qui casus fuit tactus in quęstione. 56. conclusione tertia in 12. manuductione. Tertiò a simili de mutuante, cui licet recipere aliquid ultra sortem nomine pœnę conuentionalis & tamen hoc nō est nisi ratione grauaminis, quo grauatur mutuans non habendo sortem in termino præfixo ita q̄ mallet sortem tunc habere & carere pœna, q̄ ecōtra. igitur eadem ratione licebit emptori in proposito casu minus dare pro merce. Quarto probatur, venditor, cui res est cara, & nō nanalis & tamen inducitur per instantiam emptoris ad uendendum ei: potest tam uendere ascendēdo ultra solitum in precio ꝓpter affectionem ad rem, cur ergo emptor, cui res nō est in animo, ut erat, non posset descendere in precio secundum displicentiam, quam habet ad eam, quam tamen uenditor nult sibi imponere, ut erat. Quinto: quia si uenditor nult habere numisma, & ideo inducit emptorem ad emendum, qui omnino non destinauerat tale quid emere, aut igitur uenditor potest aliquem alium inuenire, qui daret sibi precium maius, quàm possit ab illo habere, aut non. Non potest dici primum: quia tunc non est uerisimile, q̄ daret illi pro minori, nisi uel let illi aliquid donāro de quantitate precii debiti, & tunc censetur emptor non emere, nisi cum pacto, q̄ si bi remittatur liberaliter, uel doneтur pars precij debi ti, uel saltem si nō uelit esse donatarius emptoris, nult illud sibi subtrahi ratione grauaminis, quod subit emēdo. Si secundum, igitur illud precium non est deficiēs sed debitum: quia res nō nalet plus, quàm tantum, pro quanto possunt inueniri, qui eam emant.

Circa hanc igitur conclusionem: nota, quòd emēs iuxta tenorem primæ conclusionis eo grauius peccat, quo uenditor est maiori necessitate præssus ad uendendum rem suam & habendum precium: quia talis crudeliter agit cōtra præssum, scilicet amplius præmēdo & affligendo afflictum. Et eodem modo dic de uendente pro maiori iuxta tenorem primę cōclusionis prędicti quęstionis: quia etiā eo grauius peccat, quo emēs est maiori necessitate præssus ad emendum illam rem. Adhuc autem longē grauius peccat, qui in fraudem usurarum exercet talem uenditionem primę conclusionis præcede. quæstionis, & talem emptionem primæ conclusionis præsentis quæstionis. Nam talis ꝓpriè peccat: quia commictit tam uenditionē quàm emptionem iniquas, & cum hoc usurā mentalē capiendo mentalē usuram, prout distinguitur 3 effectualē. s. pro ipso ꝓpsito & præparatione cōmittēdi. Talis nūc est ille, qui cum rogatus abindigente, ut sibi mutuet. 12. flo. dicit, decē flo. nō mutuabo, sed meroē quandā habeo, quā tibi pro. ro. dabo, & si non indigeas ea, poteris eam uendere, & sic acquirere pecuniam optatam & fiat q̄ merx non valet nisi nouem, & uenditione facta idem dicit. Exquo notādū habes optatā pecuniam ergo a te emam illam mercem sed nequaquam pro decem: quia nō indigeo, sed tantū pro octo, & ad hūc 3ctum ideo diuertit: quia libēter mutuasset octo flor. (ut petiit) & hoc pro usura duorū flor. uel trium, sed quia non audebat timore secuti hūc 3ctum implecti. ideo diuertit ad alium 3ctum, quo zantundē habebit

ficut si ad vsuram sibi mutuasset octo floz. Nam cum primò pro decem flor. vendit mercem, non nisi nouē valentem, lucratur unum flore. & cum postea redimit eandem pro octo, quæ valet nouem, iterum lucrat vnū & sic nouies floren. lucratur, talis inquam iniquè vendidit, & iniquè emit, & paratus fuisset actuali præparatione mentis ad vsuram mutuare, ergo tripliciter peccauit, Si autem quis nullatenus vellet mutuare ad vsuram cuiquæ, nec etiam illi per certi mutuum vellet mutuare, siue gratis, siue non gratis, eo quòd non adesset casus, in quo alio modo teneretur ei mutuare, attamen paratus esset sibi quid vendere pro iusto precio, & hoc faceret, quatenus saltem emptor per illum mercem reuendendam acquireret pecuniam, nec hoc faceret illa intentione, ut sibi ipsi reuenderet, immo nihil de hoc cogitaret, nec illud eū moueret ad vendendū ei illam mercem: immo flaret, quòd non optaret illam mercem redimere, & tamen idem emptor non nisi illi venditori vellet reuendere: qui tamen nollens sibi dare tantum, quanti ei vendiderat, eo q̄ non indigeret ea: tunc talis redimens si redimendo agit secundum tenorem illius primę conclusionis peccabit, si autem non agit secundum tenorem illius primę conclusionis tunc quamuis in aliquo certo casu circumstantionato eo modo, quo expressius est in clausulis conclusionis, de rigore contractus ille forte posset excusari tanquam in se non iniustus, tamen habebit speciem mali, & actum infamiæ & alios scādalizare nemo est: ideo omittendus est tanquam laudabilium vsurationum, & infamatiuus sui auctoris.

Secunda conclusio prima conclusio iam de emptore formata esset etiam vera, si emptor æquilibri dummodo dubiter precium deficere a valore mercis. Probatur: quia si est in tali dubio, & nihilominus contendit, vel conatur dare illud precium, exponis se æquilibri periculo violandi iustitiam commutatiuam, hoc autē est illicitum, ergo, & exponere se, siue æquilibri, siue probabili periculo peccati est peccatum. Et ideo cū est in tali dubio, recurrat ad manuductiua, quibus rationabiliter moueatur ad cognoscendum, quod sit cōpetens precium, quæ si inueniri nō possit, aut omittat emptionē, aut det minus illo deficiēti precio, quod contendebat dare, de quo maiori sit ei probabilis credulitas, & sit cōpetens. Aut si hoc nō velit facere, tunc in remendo ponat se ad arbitrium venditoris dicendo, taceris vos ipse, quod dignum fuerit, & illud dabo. & tunc poterit illud dare, dummodo venditor sit uir expertus, nō artatus, nec inordinata affectione precii & diffidentia mercis agitatus, & emptori constet de illis cōditionibus vēditoris. & dummodo si emptor nō fecerit talē oblationem vēditori, ex qua occasione dederit venditori ad petendum minus iustū, eo q̄ ducit ipsum eandē vel errore, vnnō audeat plus petere, eo q̄ ita vile quid sibi emptor obtulit. Si autē vēditor non haberet illas cōditiones, vel non constaret emptori de eisdem, nō liceret sibi existenti in dubio æquilibri ponere preciū ad arbitriū vēditoris, sed potius deberet omittere emptionē, aut dare precii, qd credit probabiliter esse cōpetēs.

Tertia conclusio primæ conclusio est vera, siue illud precii sit deficiat a valore, q̄ sit sub dimidio iusti precij, siue citra, & si citra, siue in multo, siue in paruo. Probatur proportionabiliter sicut probata est tertia conclusio præcede. quæstionis. Et ex illa & potest inferri os rollarium contra duas opiniones ibidem positas, quæ sicut erronee senserunt de mendente exigente precium excessiuum, dicendo q̄ illud sibi liceret, quando excessus non est ultra dimidium iusti precij, sed citra, etiāsi in multo, vel (ut secunda opinio dixit) dummodo in modico, sic etiam sensissent proportionabiliter de emptore, qui precium deficiens dat, dicendo q̄ illud sibi liceret, si defectus non est sub dimidio iusti precij, etiā si in multo sit ille defectus, vel (ut secundi dicerent) dū modo sit in modico. Et sicut argumenta sunt facta pro illis opinionibus falsis de venditore & soluta, sic si cōsimilia applicentur proportionabiliter ad emptorem, etiam soluerentur proportionabiliter.

Quarta conclusio, emptor, qui scienter secundum tenorem primæ conclusionis dedit pro merce precium sufficiēs a valore mercis, siue ille defectus sit sub dimidio iusti precij, siue citra, & hoc siue in multo, siue in pauco, tenetur supplere defectum, vel restituere partem mercis, sed differenter. Prima pars probatur: quia si secundum tenorem primæ cōclusionis dedit preciū deficiens a valore mercis, tunc accipit aliquid mercis sub ratione mercis, pro quo nihil dedit, eo q̄ totum precium solum respicit reliquum mercis. signetur igitur illud acceptum, pro quo nihil dat, eo q̄ ad id non attingit aliqua pars precij, & sit B. arguitur sic: recepit B. ex causa sub modo & sub conditione nō extantibus. Nam venditor dat sibi B. scilit ratione mercis, vel in ratione doni. Si primum, tunc venditor non dedit sibi B. nisi sub conditione, scilicet si emptor daret sibi precium pro B. & ex causa, scilicet quia emptor daret debebat sibi precii pro B. & sub modo, scilicet vt emptor daret sibi pro B. precii modo cōditione, sub qua datur res non extante, nō tenet datio, nec transfertur dominiū rei datæ in accipientē. & sic tenetur accipiens restituere, aut supplere conditionem sub qua data est. Si autem B. ut donum datum est, non est translatum dominium ipsius B. in emptorem: quia emptor per casum nō recepit ipsum B. ut donū: sed ut mercē, vel parte mercis: donū autē nō transfertur in dominiū donatarij, nisi donatarius consentiat in donationem, & ne lit datum habere ut donum. Et notanter dicit cōclusio sum tenorem primæ cōclusionis dedit precium &c. secus autē si a principio potius, vel conabatur recipere ipsum B. ut mercem, & tamē postea in reipiendo B. recepit ipsum ut donum & defectum ut sibi remissum liberaliter a venditore, eo q̄ venditor sibi B. liberaliter donat, vel liberaliter remittit defectum precii. Nam sic non teneretur supplere defectum, nec restituere B. licet peccasset conando dare precium deficiens pro tota merce in ratione mercis: peccaret etiam si recipiendo ipsum B. esset talis propositi, quòd si venditor eiā sibi non donaret B. nec remitteret defectum precii: nihilominus vellet B. retinere, & non supplere, non tamen teneretur quid restituere supposita liberali donatione B. vel remissione liberali defectus. Secunda pars probatur: ponendo duas differentias. Prima: quia si defectus est sub dimidio iusti precii, emptor tenebitur in utroque foro ad alterum illorum deorum, scilicet aut rescindere contractum, si placet vēditori, aut si placet venditori cōtractū manere, tenetur supplere defectum, sed in aliis excessibus nō sic est.

Nam

Nam in solo foro conscientiæ non in foro exteriori tenetur ad alterum illorum duorum: sed de hoc quādo ad primum, & quando ad secundum teneatur, dictum est supra. q. 55. conclusione prima. Secūda differentia: quia defectus modicus est duplex: quia aut est intra limites latitudinis, aut sub eis seu extra eos, si secundū: tunc tenetur indistinctē supplere, ita quòd illa tentio est necessitatis, si est notabilis, ita quòd peccat mortaliter, si non supplet. Si autem est non notabilis, tenetur sub veniali culpa, sic quòd si non supplet, peccat venialiter, nisi excuseret per hoc, quòd minutiæ talium defectuum sunt innumeræ, & non dignè tanto labore quātum haberet facere, ut singulę singulis supplerentur, ita q̄ etiam venditores deberent met secundum rectā rationem consentire, q̄ tales erogarentur eorum nomine pauperibus: quia rationabiliter illud vellent sibi fieri, si ipsi in simili casu vendendo superaccepissent in aliquantula minuria. Si detur primum, tunc si emptor tempore emptionis ignorauit se in precio defecisse ab indiuisibili æqualitate valoris, tunc non tenetur supplere, etiam si postea competiat illum defectum: quia tunc venditor donauit sibi B. vel remisit illam partem deficientem, vel saltem sibi debuit donasse & remisisse secus forte si a principio contractus sciuisset illum defectum. & deduc hæc sicut in simili deductū est in conclusione quarta precedentis quæstionis.

Quinta conclusio, quamuis quatuor cōcurrentibus possit sana conscientia emptor etiam scienter dare precium deficiens a valore mercis in magno, nel in parvo tamen quodcunque horum defecerit, non solum prætensa oblatio eiusdem vt precij sufficientis cēlenda est sibi fuisse illicita: sed etiam datio precij & receptio totius mercis. Prima pars probatur. Nam si emptor offerat precium deficiens, sic q̄ velit totam mercem habere in ratione mercis solutę. & venditor habet illas quatuor conditiones, scilicet q̄ sit persona fagax, & sciens ualorem mercis. Secundò, q̄ non ex mentis leuitate vel, vel præsumpta per tantam mercem pro tam deficienti precio, & per hoc excluditur prodigalitas, vel inordinata affectio in venditore ad precium, & inordinata displicentia ad mercem, ex qua inordinatione cōtingit aliquādo dare mercem pro minus iusto. Tertiò, quòd venditor non arctatione, vel necessitate, qua val de indiget precio, det tantam mercem pro tam vili precio: immo liberè. Quartò, q̄ illi tria conscient emptori de venditore probabili certitudine. Illis itaque quatuor concurrentibus licet emptor peccauerit offerendo a principio tam deficiens precium, quod indignum est tanta merce, tamen si venditor sic conditionatus (ut dictum est) nihilominus dedit eam rem emptori, præsumet emptor, & poterit præsumere, q̄ venditor ipsum B. sibi liberaliter donet, & liberaliter remittat defectū precii sine hoc, quòd aliqua ratio inuoluntarij misceatur illi dationi. Modò emptor potuisset donum taliter qualificatum recepisse a venditore, etiamsi nihil ab eo emisset. igitur etiam nunc potest recipere illud ut tale. Et dico, ut tale, quia non posset ipsum B. recipere vt mercem: cum nihil correspondens ei ut precium dederit. Dico autem præsumet, & poterit emptor præsumere &c. quia si nec præsumeret, nec posset præsumere in venditore animum donandi sibi B. vel remittendi sibi defectum, non debet recipere B. vel dare taliter deficiens precium: quia exponeret se periculo recipiendi alienum. & si de facto præsumit contrarium, ebipso peccat recipiendo alienum, scilicet B. & si præsumpsisset animum donandi in eo, & postea deprehenderet præsumptioni suæ non subfuisse veritatem, deberet supplere defectum precij, vel restituere B. Secunda verò pars, scilicet quòd oblatio fuerit sibi illicita, patuit cōclusione prima. Tertia verò pars, scilicet q̄ receptio sit sibi illicita, si defecerit aliquod illorum quatuor, probatur: Nam si primum deficit, puta quia venditor est simplicianus & inexpertus credēs mercem non plus valere, quàm det emptor, ita q̄ ibi nullatenus daret pro tam leui precio, non erit illa datio mercis purè uoluntaria: sed mixta et involuntario adeo quòd non est illa datio sufficiens ad faciendum emptorem esse dominum totius mercis, & singulariter ipsius B. quia datio non facit quem dominum rei sibi datę, nisi dans consentiat. Modò errans non consentit si sit talis error, q̄ nullatenus daret, si non erraret. Et ad defectum illius primæ conditionis reducitur casus ubi emptor pro re, quæ bene valet quatuor, offert tantum vnum, & venditor dat pro duobus, eo quòd uel vereatur exigere quatuor ab eo, qui sibi solum unum obtulit, uel quia credit emptorem non offerre precii sufficiens sub dimidio iusti precij, sed tantum in modico, puta in vno denario more emptorum. Si secunda deficit. puta quia venditor ex prodigalitate dat, peccat emptor recipiendo: quia communicat venditori in vitio, non enim solus prodigus peccat prodigè expendendo, sed etiam ille, qui talia ab eo recipit. Et idem iudicium est, si venditor det ex inordinata affectione ad precium, vel ex inordinata displicentia ad mercem pro filo precio diminuto. An autem tunc emptor teneatur supplere defectum, uel restituere B. uidendum est in tract. de restitutionibus. Si etiam tertia deficit. puta quia arctatus fuit, peccat sic deficiens precium dando & recipiendo B. primò: quia potius deberet succurrere venditori, quàm cum afflictum amplius affligere. Secundò: quia recipit illud, cuius dominium illo modo nec habere, nec ipsum retinere potest: quia non transfertur dominium eius in ipsum per dationem sic mixtam ex inuoluntario, coactio enim etiam conditionalis diminuit de ratione voluntarij. Si etiam quarta deficit. puta quia deo quòd tria prima adessent, attamen illa non confiterent emptori de venditore, peccaret dando deficiens precii quia exponeret se probabili uel æquilibri periculo accipiendi, uel dandi id, quod est illicitum accipere, uel dare: quia non est licitum accipere B. uel dare deficiens precium, nisi constet de prædictis conditionibus venditoris, seu de omino liberali donatione B. & remissione defectus, & maxime cùm emptor obtulerat tale deficiens precium. ideo si non constet emptori de prædictis conditionibus vēditoris, potius habebit præsumere, q̄ sibi detur B. in ratione mercis, & nō in ratione doni sicut ipse obtulit precium pro tota merce (cuius B. est pars) sub ratione mercis. Et circa primā partem conclusionis nota, q̄ tantibus quatuor illis, de quibus dictū est in prima parte, venditor etiā in foro exteriori est tutus. Vade nō dabitur venditori actio contra emptorem, quia siquis donationis causa vendit pro modico pretio, non audiunt uolens uenire contra

suam voluntatem, ut tangit Panor. in c. cum causa. de empt. & uen. & ibidem dic econtra in casu simili quintæ conclusionis præced. quæstionis. Nota tamen, q etiam concurrentibus illis quatuor fallit illa pars in casu, quo prælatus ecclesiæ esset ille, qui sic utiliter uenderet mercem, aut alius, qui ficta alterius procuraret: ut tutor, vel curator pupilli, vel minoris: quia ab illo & si fiat uerum precium, non licet sic utiliter emere: quia nec illi licuit sic utiliter vendere.

Corollarium. Multum allociat emptorem si quam mercem emit ab experto uenditore: quia præsumitur, quòd exquo expertus est, nec arctabas, quòd non ei vendidisset pro illo precio: nisi fuisset sibi usum condignum. Vnde si emptor inexpertus usdat ad iusti tiores & mercatores publicos: non est sibi multum periculum, si modicum precium exhibet pro merce: dummodo emptor ignoret valorem mercis: nesciens an precium id sit deficiens, vel æquivalens; sed hoc duntaxat faciat, vt responsione venditoris addiscat debitum valorem & deditum precium, eo quòd uenditor res exhibent tem primò pro magno, quam tamen solent fiualiter vendere pro minori, & aliqui etiam ita superexhibent a principio, quòd pro longè minori etiam sub dimidio primæ exhibitionis uendunt, sicut dicitur de Colonien sibus. Vnde si emptor emat a supradictis, scilicet peritis &c. mercē pro illo deficienti precio, quod obtulit, poterit præsumere, quòd exquo uenditor fuit expertus & non arctatus, quòd hoc fecit sine suo præiudicio tanquam recipiens condignum precium.

QVÆSTIO. LIX.

Vtrum licitum sit uenditori vendere mercem vni pro maiori precio quàm alteri. puta carius, vēdendo ementi ad terminum, nel expectationem, quàm ad promptam solutionem. Solutio q. stat in duabus distinctionibus, quatuor conclusionibus, duobus corollarijs, & trium argumentorum solutionibus atque quodā documento in fine & causa quæstionis anpectendo.

Prima distinctio. vendere mercem vni pro maiori precio, quàm alteri contingit dupliciter: quia aut illa maioritas manet intra latitudinem iusti precii, aut egretur eam. Exemplum primi sit, quòd aliqui prudentes æstimant pannum aliquem 50. flor. alii prudentes 51. tertij 52. flor. & sic passim vendant & emant secundum illam triplicem æstimationem, nec quisquam sit, qui æstimet eū vltra 52. flor. valere, vel non valere 50. flor. iam iustum precium illius panni stat in tribus gradibus, scilicet pio, mediocri, & rigido, & in illis consistit latitudo illius precij iusti. Si igitur uenditor uendat uni eum pro 50. flor. & alteri pro 52. & tertio pro 52. vendit vni pro minori, & alteri pro maiori: & tamen maioritas illa manet intra latitudinem iusti precij. Exemplum secundi: vt siquis eum uenderet pro 53 vel 54. flor.

Secunda distinctio. si maioritas precij egreditur latudinem iusti precij: tunc aut uenditor exigit illam maioritatem ratione mercis tanquam precium eius, aut alia ratione. si secundam, aut igitur ratione expectationis, aut alia ratione. si secundum hoc etiam contingit dupliciter: quia aut ratione interesse proueniens ex expectatione precij seu carentia eius, siue illud interesse sit damni emergentis, siue lucri cessantis, aut ratione alicuius alterius.

Prima conclusio. uenditor non peccat propter hoc, q uendit mercem uni pro maiori precio quàm alteri: si illa maioritas manet intra latitudinem iusti precij, dummodo credat tam maius quàm minus precium esse iustum, ut si agat secundùm tenorem primi exempli primæ distinctionis. Probatur dupliciter. Primò sic quia exquo quodlibet illorum trium preciorum est iustum per casum, & ipse credit esse tale, non facit iniuriam secundo, nec tertio: quia exigit, quod iustum est, licet secūdo non faciat tantam gratiā sicut primo, nec tertio, sicut secūdo. Modò non peccat quis non faciendo uni gratiam quam alteri facit, igitur. Nec sequitur, vēdit vni pro iustiori precio, quam alteri. igitur illi alteri vendit pro iniusto. Nam stat, duo precia esse iusta, & tamen vnum esse iustius alio. sicut sancto sanctiorē inuenire cōtingit, & mundo a peccato mundiorē licet vterque nihil habeat immunditiæ, & vnū habitū scientificum certum certiorem alio cōtingit inuenire, licet neuter habeat aliquid incertitudinis. Secundò probatur idem a simili, si B. sit debitor ipsius A. in 10. ad terminum. & F. similiter in 10. sit debitor eiusdem A. ad eundem terminum, non peccat remittendo aliquid de 10. ipsi B. soluenti ante terminum, etiam si nihil vellet remittere ipsi F. non soluenti ante terminum. facit enim ipsi B. beneficium ob hoc, q citius soluit, quam F. & sic benefacienti benefacit, & non benefacienti non sic benefecit. igitur etiam non peccat uenditor, si nolit ita remisse vendere ei, qui non statim soluit, sicut deberet ei, qui statim soluit. & sic pro maiori ei licebit vendere dummodo tamen maioritas maneat intra iustum precium, tenet consequentia a simili. Nā sicut B. & F. ambo erant debitores in decem tanquam iusto debito, sic emptores recipiendo mercem sunt debitores ipsi uenditori in iusto precio, cuius est triplex gradus prædictus. igitur vni poterit nolle remittere gradum mediocrem, vel rigidum, & tamen alteri poterit velle remittere. Hæc tamen secunda probatio nō est ita certa sicut præcedens: quia antecedens nō est indistinctè verum: quia sicut B. anticipans solutionem in casu predicto aliquando non est immunis a peccato vsure, ut patebit in secunda conclusione sequentis quæstionis, sic etiam A. inducendo B. ad huiusmodi anticipationem, aliquando non est immunis a peccato scādali, vel occasionis ruinæ in B. prout de aliter inducentem proximum dictum fuit supra. q. 47. Dicitur non tanter in conclusione, dummodo credat &c. quia si nō crederet, nisi infimum gradum esse iustum precii, non excusaretur a peccato. nisi in casu tertiæ conclusionis sequentis, vel etiā quartæ pro prima parte eiusdem. Et in casu huius cōclusionis non intelligitur illud extra, de emp. & uen. placuit. ubi statuit sacrum concilium, q prælbyteri moneant plebes suas, ut hospitales sint atque nō carius transeuntibus uendant, quàm in mercato uendere possint. Nam illud intelligitur, quando illa maioritas egreditur latitudinem iusti precij.

Secunda conclusio. uenditor peccat mortaliter tenēdēs uni pro notabiliter maiori precio quàm alteri, ubi maioritas est extra latitudinem iusti precij. & notabilis,

lis, si eam exigit ratione expectationis, seu delationis precii. Probatur: quia expectare seu dare dilationem solutionis precij est implicitè mutuare. igitur si ipsam maioristem, seu partem, quæ est extra latitudinem iusti precii, vult habere ratione expectationis: tunc ratione mutuationis eam vult habere. Modo ratione mutui aliquod temporale lucrum exigere est peccare mortaliter peccato vsuræ. igitur. Antecedens probatur: quia quando venditor expectat, seu dat emptori dilationē; perinde est, ac si precium iā haberet in bursa, & de bursa sua daret emptori vsq; ad terminum. Secundò sic probatur. vendere tempus est illicitum, modo si venditor vendit illo modo: vt conclusio secunda dicit: tunc vēdit tempus. igitur. Sed hæc probatio & talis locutio q̄is sit communis & multorum doctorum: tamen est obscura & quasi in intelligibilis, immo de rigore sermonis falsa: nisi reducatur ad terminos præcedentis probationis. Probatur: nam venditor prædictus nō potest etiam de facto vendere tempus emptori, nec est hoc mentis suæ, nec etiam attendat hoc: quia non attendat ei vendere tempus præsens: quia scit, quòd tempus præsens est commune vtriq; ita quòd emptor æquè habet illud sicut venditor, nec etiam attendat sibi vendere tempus præteritum: quia neuter habet illud, nec potest habere, nec etiam tempus futurum: quia venditor scit se illud emptori non posse concedere, & emptor scit vēditorem illud sibi non posse dare. hoc enim esset velle vendere proximo prorogationem vitæ. Item tempus sal tem vniuersalem est motus primi mobilis, vel passio eiusdem, & sic est in primo mobili. igitur non est verisimile, quòd venditor velit vendere, aut emptor emere rem ita distantem & inattingibilem. Vnde modus ille loquendi obscurus videtur potius omittendus, & loco illius termini tempus, vtendum est illo termino expectatio, vel dilatio ad tempus. Nam mutuationem implicitam in dilatione vendit ille, qui propter dilationē carius vltra iustum precium vendit, quàm faceret ad promptam pecuniam.

Tertia conclusio, si maioritas est extra latitudinem iusti precii: & venditor nullatenus ratione expectationis exigit maioritatem, sed ratione interesse sibi prouenientis ex carentia precii expectandi, siue illud interesse sit damni emergentis, siue lucri cessantis: tunc vēditor non peccat ob hoc, q carius vendit prædicto modo: dummodo seruentur illæ conditiones, quæ requiruntur ad hoc, q mutuanti licitum sit vltra sortem mutuam aliquid exigere ratione interesse damni emergentis, vel lucri cessantis, quæ conditiones fuerunt positæ supra q. 33. Exemplum autem vbi singulæ conditiones sint inclusæ (supposito casu primæ distinctionis huius quæstionis) esset, si venditor venderet pro. 54. ad terminum, sic quòd teste conscientia sua vellet potius in prompto iam capere. 52. vel 51. vel etiam 50. quàm q carere precio, & accipere. 53. & tamen exquo emptor non habet nunc sibi soluere, ipse partim pietate motus: vt scilicet non cogatur emptor abire sine merce, & ad placendum sibi vendit sibi ad terminum: neq; est tanta necessitas in emptore, q̄ de præcepto teneatur sibi expectare: exalia verò parte, qua etiam sibijpsi prouidere vult de interesse, quod patitur in carendo, ob quod vtrandum maluisset de præsenti accepisse. 52. vel minus. exigit vnum florenum ad quem nullatenus afficitur plus, quàm ad illud. ratione cuius sua interest, quin malle liberatus esse ab interesse, & catere vno flore. quàm accipere vnum flor. & subire interesse, neque infamatio, aut scandalum aliquod oritur, vel natum est oriri ex huiusmodi contractu. cum enim omnes septem conditiones sunt inclusæ: vt patet eas transcurrendo. Illa igitur conclusio probatur quintupliciter. Primò sic, venditorem expectare precium est eum implicitè precium vt fortem mutuare emptori, vt ostensum est. igitur si ex huiusmodi expectatione, seu mutuatione, qua caret precio suo iusto, proueniat venditori interesse, poterit ratione illius quid exigere vltra iustum precium, tenet consequentia: quia supra. q. 30. ostensum est, q licitum est mutuanti exigere vltra sortem ratione interesse prouenientis sibi ex carentia sortis. Secundò sic: quia si peccaret, aut peccato superuenditionis. s. contra iustitiam commutativam, aut peccato vsuræ. Non secundum, vt iam patuit: quia licèt expectando mutuet & accipiat vltra sortem: non tamen non omne mutuare & vltra sortem capere, est vtrum committere: vt supra patuit supra. Nec primum: quia partem egredientem latitudinem iusti precii, non accipit in ratione precii: sed pro refusione sui interesse, quod patitur expectando & carendo precio iusto sibi debito. Modò hoc non est illicitum: sicut patuit secundum casum Scoti positum supra in q. 56. in tertia conclusione in 12. manuductiuo. vbi dictum fuit de uendente mercem, quæ nullatenus fuit uendenti uenalis, & ex cuius carēția damnificatur, q licitè poterit altius uendere, quàm soleat aliàs vendi, & hoc pro relevatione damni, quod incurrit uendendo ad instantiam emptoris. Vnde nō debet dici, q protanto sit casus huius conclusionis licitus: ut quidam iurisperitus dicit: quia. l. agrum, vel aliud fructificans ad terminum uendendo; uenditor interim carebit fructibus, quibus tamen fructur emptor. Nam propter hoc non debet uenditor rem carius æstimare: quia hoc inest naturaliter contractui uenditionis, quòd fructus mercis spectant ab emptorem, sicut & periculum & non ad uenditorem. Nam etiam si mox fuisset sibi solutum precium, etiam pertinuissent fructus ad emptorem. Vnde potius econtra debet excusari. s. quòd carendo precio quod deberet habere, patitur interesse. Tertiò sic: si uenditor uendat pro 53. ad terminum: & tamen si (ut optabat) habuisset in prompta solutione. 52. fuisset illis usus in mercantiis licitis, vel emptione alicuius possessionis fructiferę, de qua, vel de quibus uerisimiliter intra prædictum terminum fuisset lucratus plus, quàm unum flor. etiam ultra omnes expensas, labores, & curas etiam deductis dubitate lucritis quòd (teste conscientia sua) non accepisset unum flor. pro renunciatione huius lucri sperati: iam inquam uidetur, q non solum possit excusari a peccato de hoc, quod accepit ultra iustum precium: immo uidetur, q non iodigeat super illo aliqua excusatione, eo q uidetur, q non accipiat ultra iustum precium in tali casu. Et hoc ultimum assumptum. s. q̄ non uidetur, q accipiat ultra iustum precium: immo q illi. 53. maneat intra latitudinem iusti precii: stante casu ut formatus est in principio huius tertiæ probationis probatur sic: quia. 55. florenum habiti: sed solum & primum habendi in tali termino, non sunt maioris valoris usualis, quàm sint. 52. de præsenti soluti, immo solum eis æquivalēt. Modò quan-

dò quantitas precii est attendenda secundum valorem vsualem: sicut & quantitas mercis, vt patuit supra quæstione. 56. igitur consentur vendere solum pro precio valente tantum, sicut valent. 52. de præsenti soluti: non dicerentur vltra iustum precium vendidisse: igitur idem dicendum, si pro 53. ad terminum prædictum dando vendidit. Maior probatur: quia ita vtiles sunt sibi. 52. quibus actu potest vti vsque ad illum terminum ad lucrum prædicto modo speratum, & multo magis ad damna emergenda vitanda. sicut 53. quibus vsque ad illum terminum non potest vti, siue ad lucrum prædicto modo speratum consequendum, siue ad damna emersura vitanda. Modò ex idoneitate, vel habilitate nummismatis ad vsum & commoditatem hominis attenditur valor eius vsualis in emptione: sicut ex idoneitate mercis ad vsum humanum attenditur eius valor vsualis attendendus in venditione. Confirmatur & declaratur huius assumpti probatio sequenti exemplo. Si habeo librum, cuius iustum precium secundum rigidum gradum sit. 52. solidi. venitq; emptor habens. 53. de quodam peregrino numismate, quod talis est conditionis, q; in re, scilicet in argento sit melius nostris grossis, vel solidis, qui hæc currunt, & pro quibus ego vendere volo: & tamen tales solidi, vel grossi non plus possint mihi vtiles esse quàm. 52. solidi, vel grossi huius patriæ, adeo q; si vellem illos cãbire in terra hac, vel alias alienare, non pro pluri possem eos distrahere, quàm pro. 52. huius patriæ: & si vellem eos per me, vel alium in aliam terram ducere, tantas cogerer facere expensas, q; non plus inde haberem, quàm de 52. solidis huius patriæ. & si eos conflare vellem, etiam non plus inde possem acquirere computatis expensis conflationis & huiusmodi. si ergo emptor diceret: solidos huius patriæ non habeo, sed duntaxat tales habeo, qui in re sunt valentiores tuis, de illis itaque dabo. 52. ego verò dicerẽ, non dabo nisi pro 52. patriæ huius, vel si vis, q; de tuis accipiam, non accipiam nisi. 53. eo q; quomodocunq; agem, non plus fuit mihi vtiles illi. 53. de tuis, quàm. 52. patriæ huius. quæro, an peccarem exigendo huiusmodi. 53. & patet q; non: quia illi. 53. non sunt maioris valoris vsualis, quàm 52. nostræ patriæ. igitur etiam sic erit de casu supradicto. Videtur enim hinc inde esse similes: si casus sint vestiti illis circumstantijs, quas posui. Quartò sic. si A. emat reddítum, seu ius percipiendi im perpetuum annuatim de communi cursu aliquam rem valentem vnum flo. non tantum dabit precium pro huiusmodi iure percipiendi huiusmodi rem, quantum daret pro iure percipiendi & exigendi iam ab eo talem rẽ in numero centuplicato, etiam dato q; imperpetuum pesse, vel suos successores percipiendo annuatim talem rem valentem vnum flor. esset percepturus, non solum in numero centuplicato: immo in longè maiori, & nõ reputatur tñ ille contractus iniustus, & huius non est ratio alia, nisi quia ius percipiendi rem: etiam quæ tandem ascendet ad longè maiorem numerum: tali tamen tantummodo tantum: & non simul obtenturam: non est ita vtile emptori: sicut sibi vtile esset ius percipiendi huiusmodi rem in numero forsitan minori quã sit centuplum) dummodo esset percipienda simul & semel, eo quòd ipsa res in illo numero (tali tamen modo successiuo) recipienda non est ita vtilis sibi, sicut esset in minori numero: si simul & semel reciperetur. igitur 53. floren. in casu huius tertiæ conclusionis non sunt maioris valoris quàm: 52. ita quòd merx aliqua æquè potest dari in illo casu pro. 52. ad terminum dandis, sicut pro. 52. iam de præsenti soluendis. Quintò sic. si qs agrum, vel domum valentem. 20. flor. emere vellet, & venditor non vellet vendere agrum, vel domũ nisi hoc pacto, q; etiam emptione celebrata, & precio soluto uti vellet agro per annum, quo lapso primum & non ante posset emptor eo uti, emptor licitè posset tanto minus velle dare pro agro, vel domo, quanta esset verisimiliter utilitas, quam emptor interim potuisset habuisse de agro singulis defalcatis, etiam si ager, vel domus sit, vel esset talis res, quòd nõ esset nata importare utilitatem: nisi apposita industria hominis, sicut & pecunia, & ratio: quia exquo valor mercis attenditur consideratis & fructibus, quos importare potest: tunc exquo primo anno fructus non sibi, sed venditori importabit, eo minus valet illa merx. Item de natura contractus emptionis pertinent fructus emptori: ideo si per pactum adiectum debet renunciari naturalitati contractus, potest pro illius refusione aliquid sibi velle remitti, & hoc tãtum, quantum est illud, cui cedit. Ergo econtra, si emptor nolit dare precium nisi post annum. & sic venditor non possit uti precio sibi debito (sicut tamen deberet posse uti eo) ex cuius carentia patiatur interim defectum illius utilitatis, quam verisimiliter habuisset: poterit venditor eo carius sibi velle dare, quatenus ex illa parte recuperet id, quo ex alia parte carere cogitur. Nec est differentia inter casum antecedentis & consequentis: nisi q; in casu antecedentis res. s. domus vel ager, cuius usu carere cogitur, est res non mutuata nec mutuabilis, sed locabilis. In casu verò consequentis est res mutuata. s. precium: sed illa differentia nõ obstat: quia etiam in casu antecedentis dando minus, id, quod subtrahitur, non subtraheretur nomine locagii, sed nomine interesse, quod tam in re locata, quàm mutuata potest peti. igitur. Vnde ex prædictis patet, quòd non indistinctè debet condemnari venditio facta ad terminum pro maiori precio, quàm ad promptam solutionem: præsertim in foro conscientiæ, propter quod crudum satis videtur fuisse consilium Panor. quo (ut de se dicit in c. ad nostram. de emp. & ven.) consuluit, quòd illi essent usurarii, qui vendunt merces pro aliquanto precio sibi incontinenti soluto: sed cum ad credentiam vẽdunt, dant pro maiori. Et ex hoc consequenter consuluit indistinctè, quòd testamentum talium esset nullum, ex quo cum id publicè faciunt, sunt publicè usurarii. Et dixi notanter in conclusione. dummodo seruentur omnes conditiones ibidem positæ: quia quæcunque harum defecerit, non erit venditor immunis a peccato, & hoc nel usuræ implicitæ in ipsa expectatione, aut a peccato scandali, aut propriæ infamationis.

Corollarium primum. exquo omnes septem conditiones requiruntur, sequitur, quòd quamuis aliquando, non tamen semper, vel indistinctè possint excusari illi mercatores, qui carius vendendo ad terminum, quàm ad promptam solutionem, hoc faciunt ex sola illa causa, quia. s. timent se oportere facere expensas & labores in repetendo ab emptore precium expectatum, non allegantes aliquod aliud interesse. Nam tales quãuis excusari possint aliquando. s. quando in effectu coguntur facere tales expensas, quibus adequatur illud plus,

plus, in quo carius vendiderunt, eo quòd emptor non deberet illas refundere p æquiualens: tamẽ aliquando (licèt timuerint se facturos expensas prædictas) in effectu non faciunt, eo quòd emptor in termino præfixo si ne omnibus expensis venditoris soluit precium: & tamen tunc. s. tempore solutionis venditoris eum vident se non fecisse vllas expensas: nihilominus non subtrahunt illud plus, ad quod taxando ascenderant, ducti sola ratione expensarum, quas timebant. Nam si solet illæ expensæ, quas timuerunt se facturos, futurum causa ascendendi. igitur si vident illas expensas non fuisse ad effectum positas, debent etiam cessare a receptione refusionis: cessante enim causa, cessare debet effectus. In tali igitur casu si nulla alia causa moueat venditorem ad carius vendendum, quàm perpessio expensarum, quas timuit, deberet in termino solutionis illud plus subtrahere, in quo carius vendiderat ratione expensarum. Si tamen mercator a principio talis esset præparationis in mente, quòd quamuis timendo expensas facere, cogitaret possibile esse, quòd nullas esset factarus in effectu: & tamen nihilominus illud timeret, esset sibi ita graue, quòd (teste conscientia) mallet carere illo pluri, in quo carius vendit, quatenus esset ab illo timore securus, quã recipere illud plus & subire timorem: etiamsi contingeret eundem timorem non deduci ad effectum: non suderem talem condemnare: etiam in casu, quo in termino solutionis vellet subtrahere illud plus, in quo carius vendidisset, quia illud plus non acciperet pro expensis, quas timuisset facere, quia nullas tales fecisset: sed pro perpesso timore & grauamine, quod ita grauasset eum, quòd maluisset illo pluri caruisse. Nam tunc non censetur quid lucratus fuisse in percipiendo illud plus: quia æquiualens, immo maius subiit pro eo. Et si dicas contra primam partẽ corollarii, quòd quamuis in casu formato excusentur a peccato in recipiendo illud plus tempore solutionis, exquo iam in effectu sunt passi tantas expensas: tamen non excusantur. quin tempore contractionis & venditionis peccauerint, obligando emptorem ad illud plus, quem nondum viderãt ne diligenter & occasionaliter eos ad expensas. Dicitur enim communi prouerbio. Nemo debet puniri, antequam deliquerit: licèt timeatur, quòd sit delicturus, nec quisquam debet cogi ad pignus, qui nondum factus est debitor. Dicendum, quòd argumentum concludit, quòd non esset id licitum venditori, quando ex indistincta mente hoc faceret tempore venditionis. s. intendens illud plus recipere tempore solutionis, si suos fecisset expensas, siue non: sed non concludit, quando propter expensas, quas perpeti timet, vendendo carius, est talis præparationis in mente, quòd solum vult illud plus recipere, si in effectu fecerit expensas. Nam quòd tunc argumentum non concludat, patet: quia bene licitum est etiam mutuanti obligare etiam ciuili obligatione aliquem ad refusionem interesse nondum perpessi: quod tamen quis timet se perpeti: dummodo illa obligatio fiat sub prædicta conditione. s. quòd non velit ab illo recipere refusionem interesse, nisi in effectu ipsum patiatur. Et si arguas contra hoc. dato quòd mercator timeat perpeti expensas: tamen habet aliam mentem paratam, qua sibi caueat de refusione eiusdem. puta si pacisc atur cum emptore super huiusmodi refusione, & ita non licebit sibi ascendere cum aliquo pluri in precio. etiamsi cum prædicta distinctione in mente id faceret. Dicendum, quòd quamuis illa via de pacisci sit licita, non tamen sequitur, quòd alia est illicita: possunt enim ambæ esse licitæ, cessante saltem scandalo & specie mali. & maximè quando rationabili causa mouetur venditor, ad potius amplectendum unam, quàm aliam. sic autem est hic. Nam si venditor deberet possim cum quolibet emptore in traditione mercium pacisci super talibus: ipse haberetur (licet non rationabiliter) pro tam diffido homine: quòd forte nulli, vel pauci ab eo emerent: ubi tamen illi, qui ob id ab eo diffugerẽt, irrationabiliter mouerentur: quia deberent non egreferre, quòd venditor vellet sibi prouidere de refusione, ad quam ipsimet deberent esse benemoli si expensæ in effectu fierent.

Corollarium secundum. Non possunt etiam excusari illi mercatores, qui dicunt, illud plus, in quo carius vendunt, apponere pro susceptione periculi sortis. dicunt enim, si do Ioanni terminum ad solutionem precii, suscipio periculum perdendi rorum precium: qa forte aufugiet, aut interim tota eius substantia peribit. Hæc autem susceptio periculi est æstimabilis precio, iõ pro subeundo illud periculum uolo aliquid habere, & ita eo carius uendo mercem. Sed hoc non excusat: qa si tu times periculum sortis ex prædicta causa. s. fugæ, vel totalis substantiæ suæ subuentionis: eadem ratione times periculũ illius pluris. ideo per hoc, quòd carius uendis, non succurris tibi de refusione susceptionis periculi. Et dico notanter. si times ex prædicta causa &c. qa si alia ex causa timeret quis periculum sortis, vel alio modo, posset aliquando, vel in aliquo casu recipere ali quis etiam mutuans aliquid ultra sortem a suo mutuatario pro susceptione periculi, prout patuit supra q. 59. & 60. Circa tamen exemplum positum in tertia cõclusione, in quo singulæ conditiones supra dictæ concurrerent requisitæ ad iustificationem contractus illius conclusionis. Notandum, quòd dabilis est casus, in quo talis contractus potest iustificari: etiamsi venditor magis uult vendere pro maiori ad terminum, quàm ad promptam solutionem pro minori: etiam si merx esset sibi tempore venditionis uenalis, & est talis. Nam si per aliquam impositurã & pestiferam subordinationem iniquorum mercatorum ad hoc deuentum sit, q; habens mercem dignam. 53. flor. in promptã dandis, puta pannum aliquem, non posset de eo si ad promptã deberet uendere, leuare: nisi. 52. & ita non posset tantũ leuare, quòd sibi soluerentur expensæ formationis panni, non quòd merx illa non ualeat. 53. quasi ideo non possit uendi pro 53. immo ualet. 53. & etiam posset tãti uendi, si non esset talis impositura pestifera subordinatio facta. In tali inquam casu posset uenditor optare potius, quòd occurreret sibi emptor ad terminum de turus sibi. 53. quàm quòd ueniret aliquis cum prompta non daturus nisi. 52. Impositura autem, ex qua contingit aliquando prædicta impotentia uendendi rem pro condigno precio ad promptum, uenit aliquando ex parte uendentium, puta habentes merces: unius generis non indigentes prompta pecuniar & potius optãtes, quòd emantur eorum merces ad terminum pro maiori precio, quàm ad promptam pecuniam pro minori etiam iusto. Hi inquam cum nulla mercium suarum ualeat ultra. 53. singulis computatis, quæ possunt face-

reaugmentum precij, conueniunt inter se, quòd nulli vendant aliqua ex illis mercibus nisi pro 54. & ad hoc concedunt magnum terminum: cum igitur emptores fæpe careant pecunia, current quasi omnes ad illos, qui eis sine difficultate expectãt de precio ad magnum terminum: præter illos autem est alius venditor habens etiam merces eiusdem generis indigens prompta pecunia, & vult vendere pro 53. prõptis, sed non inuenit, qui emat ab eo pro 53. promptis, & sic cogetur talis, aut sibi retinere merces illas, aut si velit vendere, oportet, quòd vendat pro 52. qui sunt adeo indignum precium, q̃ non inde posset habere, vt solueretur sibi expensæ & labores, & sic gratis laboraret. Aut oportet, quòd vendat ad terminum, quatenus habeat condignũ precium: si tunc vendat pro 53. sicut valent, & sinè quibus non solueretur sibi sui labores, non est damnandus, quamuis non posset dicere, quòd teste conscientia sua mallet pro minori vendere ad promptum, quàm ad terminum pro maiori: quia hoc posse dicere non requiritur in casu, quo propter talem impositum non poterit vendendo ad promptum inuenire condignum precium. Nõ tamen licebit sibi ascendere vltra 53. propter concessionem termini, sicut fecerunt prædicti impositores, nisi possit allegare tantum interesse, in quanto ascendit vltra 53. magis volens 53. prõptos accipere, quàm 54. ad tantum terminum. Hæc impositura potest etiam ortum capere ab emptoribus, qui conuenturi inter se, vt nullus eorum emendo a vẽditoribus aliquam illarum mercium det. 53. nisi derur sibi terminus aliquis, igitur habens talem mercem, & non potens eam dare pro 52. promptis: quia esset contentus in damno & gratis laborare cogeretur: ille inquam cogetur vendere ad terminum pro 53. mallẽs ad terminum vendere pro 53. quàm ad promptam pro minori: cum tamen ad promptum bene valeret 53. & etiam inuenirentur, qui darent, si non esset talis impositura.

Quarta conclusio. si maioritas egreditur latitudinẽ iusti precij, & venditor non exigit eam ratione expectationis, nec ratione interesse damni emergentis, vel lucri cessantis sibi occasione expectationis. sed alia ratione, potest esse talis ratio, q̃ non peccabit, & etiam talis q̃ peccabit. Exemplum primi, si emptor esset sibi ex aliquo alio cõtractu vel quasi cõtractu vel maleficio obligatus in tanto, quanta est illa maioritas, & venditor nulla alia iuris posset compellere emptorem ad illius debiti solutionem, eo quòd vel esset sibi nimis potens, aut non haberet legitimas probationes, posset in vendendo sibi rem valentem tantum. 52. flor. vendere pro 55. flo. dumodo cesset scandalum, & species mali, vel periculum personæ suæ, vel aliorum hominum, prout dicendum est de illo, qui occultè sibi ipsi satisfacit de rebus sui debitoris, a quo aliàs nullatenus potest obtinere solutionem. Ad quam satisfactionem, vt licita sit, requiruntur septem conditiones, prout in tract. de restitutionibus videri habet. Exemplum secundi: vt si ducitur sola cupiditate magni precij, vel lucri. & ideo ascendit ad illam maioritatem exigendo eam ratione mercis tanquam precium: peccat enim tunc mortaliter, si est illa maioritas notabilis, & ipse illud scienter facit, vel ubi scire debebat, vel in dubio æquilibri erat: quia notabiliter violat iustitiam commutatiuam. Contra tertiam conclusionem.

Arguitur primò sic. Sanctus Thomas requisitus a lectore Florentino, vtrum si in expectatione temporis de soluendo precio plus petatur, quàm si tunc soluatur precium, cum res venditur, sit vsurarius contractus. Habita super hoc collatione cum Vgone cardinale, & quodam electo Capuano per literas respondit, quòd si venditor vendit merces suas ad terminum vltra quantitatem iusti precij propter expectationem: tunc nõ est dubium esse vsurarium contractum. Si autem secundum iusti precij quantitatem vendit, non est vsura. Hæc ille. Et ũ videtur duntaxat illum excusare, qui vendit mercem ad terminum pro maiori precio &c. vbi maioritas manet intra latitudinem iusti precij, & non vbi egreditur. Dicendum, quòd excusat mercatorem in vno casu, & in alio condemnat, sed non negat, quin etiam in aliis casibus excusari possit: nondum enim omnes casus formauerat. vnde condemnando primum casum notanter adiecit dicens, si propter expectationem vendit vltra &c. Et q̃ sanctus Thomas non condemnasset, vel nõ debuisset condemnasse in tali casu si sibi propositus fuisset, patet ex alia decisione eiusdem. Nam ipse in 2.2.q.77.ar.1. dicit, q̃ siquis emptor multum indiget re aliqua, & alius (puta quem inducit ad vendendum sibi talem rem) lęditur, si ea careat: tunc iustum precium erit: non solum respiciatur ad rem, quæ venditur; sed ad damnum, quod venditor ex venditione incurrit. & sic licitè poterit vendi aliquid plus, quàm valeat secundum se: quamuis non vendatur plus, quàm valeat habenti. Hæc ille. Modò, quòd talis venditor exigit aliquid vltra valorem suæ mercis, non est, nisi pro refusione suæ læsionis & interesse, quod patitur ex venditione & carentia rei suæ, quod interesse si accipiatur simul cum merce: æquiualebunt illa duo precio, licet precium sit maius, quàm sit merx seorsum accepta. Igitur sanctus Thomas eadem ratione debebit ibidem dicere, & etiam dixisset de venditore, qui læditur carendo precio suæ mercis (quod libenter mox haberet) ne emptor sibi illam læsionem refundat, ita quod merx sua capta cum interesse bene valet tantum precium. Et confirmatur: nam sanctus Thomas alibi, scilicet, q. 62. ar. 4. vul, quòd debitor detinẽs pecuniam vltra terminum præfixum, si ex illa detentione creditor impediatur a consecutione lucri: tenetur creditor aliquam recompensationem, seu refusionem facere illius cessantis lucri: licèt non teneatur totum illud lucrum cessans restituere, attenta dubietate lucri multipliciter impedibilis. Modò hoc non dicit tantum de illo, qui omnimodè contra voluntatem creditoris eam detinet: sed etiam de illo, qui contra conditionatam tantum eius voluntatem detinet. puta ubi creditor simpliciter potius vellet habere pecuniam, & prosequi lucra sua, quã quòd debitor eã detineat, & sibi vult refundere cessans lucrum. Modò stante forma casus tertiæ conclusionis, emptor est debitor precij etiam ad statim. & tamen detinet precium contra voluntatem venditoris, qui impeditur a prosecutione lucri. igitur debebit sibi refundere huiusmodi cessans lucrum aliquo modo, scilicet deducta dubietate lucri. Secundò potest dici, q̃ stante casu tertiæ conclusionis venditor non vendit vltra iustum precium: etiam si exigat aliquid vltra rigidũ gradum iusti precij consistentis in parata pecunia: prout dictum est in tertia probatione tertiæ conclusionis.

Secundò

Secundò arguitur archiepiscopus Florentinus, scilicet Antonius in summa sua, parte. 2. tit. 1. c. 8. §. secũdo. cõdemnat illos, qui vltra iustum precium exigunt ab illis, qui emunt ad terminum, & triplices excusationes eorum admittit. Quarum vna est, si allegent lucrum cessans sibi ex expectatione precij, igitur tertiis cõclusio videtur falsa. Dicendum dupliciter. Primò, q̃ ipse loquitur de illo, qui ratione expectationis exigit vltra iustum precium: vt patet expressè intuenti verba eius in principio eiusdem §. & sic nihil facit contra conclusionem tertiam. Secundò dicendum, q̃ venditor agens secundum tenorem tertiæ conclusionis excusatur non ex quacunque causa: sed ex ea, quæ tacta est ibidem. s. ratione interesse: vel etiam illa ratione, quæ tacta est in tertia probatione ibidem posita. Præter autem illas causas contingere potest alias allegari, quas audiri nõ oportet: immo aliquæ sunt omnino incusandæ. Antoninus igitur adducit quadruplices excusationes, quarum prima, tertia, & quarta non valent. Secunda autem, quam ipse secundo loco ponit: licèt non valeat eodem modo, quo ipse eam intelligit & applicat: aliter tamen intellecta valet. Prima est hæc. dicunt enim, q̃ mercatori lucrari licet, exquo pro communi vtilitate laboribus, expensis, & multiplicibus periculis se exponit: quia iustum est, vt inde reportet lucrum competens officio suo. Modò hoc minimè facere posset: nisi in vendẽdo merces suas precium earum sic taxet, q̃ pensatis omnibus laboribus, periculis & expensis circa merces suas factis, vel fiendis lucretur 10. vel 15. de centenario, hoc autem agere non potest: nisi pro expectatione solutionis vsque ad hoc augeat precium solutionis mercium suarum: vt scilicet pensata huiusmodi expectatione cũ cæteris circunstantiis lucretur finaliter. 10. vel 11. Hæc inquam excusatio non valet. deficit enim dupliciter. Primò: quia supponit falsum: supponit enim, q̃ mercatori licet in omni casu lucrari, quod est falsum, immo aliquando si vendere vult, tenetur ad venditionem, qua vix capirale, & aliquando minus quàm capitale rehabebit. Nam si mercẽ aliquam ex stultitia emisser pro mille, quæ propter defectum, vel alia causa solum centum valerent: non ob hoc licebit sibi alteri vendere pro capitali. Similiter si tempore caristiæ mercem valentẽ mille illo tempore quo emit retineret vsque non valeret ni si centum, non licebit sibi renendere nisi pro capitali. Secundò deficit: quia dato quòd liceret sibi in omni venditione tantum precium exigere, quòd lucraretur: non tamen sequitur, q̃ ergo liceret sibi in omni venditione lucrari exigendo precium cum qualicunque intẽtione vel respectu. Alioquin emens villam, cuius dominio annexum est iuspatronatus: posset etiam illud precium exigere habito respectu ad ipsum iuspatronatus, ita quòd etiam ratione iurispatronatus exigeret partem precij, quòd est falsum, cum sit simonia. Similiter testi facienti expensas in accedendo locum distantem iudicii: liceret a producente eum aliquid exigere habito respectu ad testimonium, quod est falsum. Sic hic dato quòd liceret mercatori expectanti ab emptore aliquid exigere, vt lucraretur: non tamen licebit sibi exigere illo respectu aliquid: quia. s. expectat sibi sed alio respectu poterit lucrari. s. ratione mercis: & laborum, & poterit ratione interesse perpessi ex ipsa expectatione velle habere aliqualem refusionem. Secunda excusatio inualida est, qua dicunt, se ideo illam maioritatem exigere: quia frequenter apparet, quòd debitores non soluunt in termino assignato, & circa requisitionem precii oportet eos facere magnas expensas. Hæc inquam excusatio non est vsquequeque sufficiens: quando autem sit sufficiens, & quãdo non, patuit in corollario primo. Tertia excusatio inualida est, qua dicunt, ideo se illam maioritatem exigere: quia aliqui illorum, qui ad terminum emunt, fmaliter nihil soluunt, sed aufugiunt ideo pro illius refusione exigunt prædictam maioritatem. Huic excusationi respondet Antoninus dicens, talibus respondendum est, q̃ eorum conscientia potest merito stare inquieta: cum & de tali termino dato cui pam habeant, & animam cum substantia perdant. Nam non cogunter talibus vendere, nec illis vendetẽt, si crederent illos non soluturos, & ratione dubii in mutuo (quod est ibi implicitum) non licèt sperare lucrum. extra, de vsuris. c. nauiganti. Nec est iustum, q̃ in termino soluentes patiantur pœnam pro non soluentibus. Hæc ille. Sed quamuis illa responsio in aliquo possit impugnari: tamen omittendo aliter potest responderi illi excusationi. & hoc sic: quia aut exigerent illam maioritatem ex prædicta ratione ab illis eisdem, quos timent esse aufugituros, aut ab aliis, de quibus non timent hoc, & qui nec in effectu aufugiunt. Si secundum, tunc iniqua est illa exactio: quia innocens non debet refundere damna per nocentem illata, vel inferenda. Nec primum potest dari, quia si venditor timet illos aufugituros, & sic timet eos precium etiam iustum non soluturos, non poterit sibi venditor prouidere de refusione huiusmodi damni, per hoc q̃ ab eis exigit talem maioritatem: quia etiam cum illa aufugient, si cum capitali aufugient. Præterea fæpe contingit, q̃ tales, de quibus malè confidit venditor, nõ aufugiunt, sed bene soluũt. igitur tunc non posset prædictam maioritatem exigere ratione fugæ, quæ non fuisset fortita effectum. Quarta verò excusatio quam ipse secundo loco ponit est, qua dicunt se illam maioritatem exigere ratione interesse lucri cessantis sibi ex carentia precij. Et hanc ipse non admittit tripliciter ei respondendo. Primò: quia si talis venditor inde lucrari posset, possibile etiam esset nõ lucrari, insuper & perdere capitales: nunc autem exquo stat in periculo talis damni, non potest stare in certitudine talis lucri. Insuper & secundò: quia q̃ interim nõ habet locrum de precio expectato, non debet illud vel le sibi refundi: quia exquo expectatum est: & sic manus tum non est ipsius venditoris, sed emptoris: ideo lucrum cessat sibi de re non sua. lucri autem cessantis sibi de re non sua non debet quis velle habere refusionem. Tertiò: quia mercator non potest deducere in pactum recompensationem damni, quod consideratur ex hoc quia pecunia sua non lucratur: quia huiusmodi damnum nondum est, & tale non potest vendi, & ab haben do illud potest multipliciter impediri: vt sentit Tho. 2.2.q.78.c.2. in responsione ad primum argumentum. Ad illa respondendum est, q̃ verum est, illam excusatio nem non sufficere, quando non adsunt septem conditiones tactæ in tertia conclusione, & signanter ad propositum, quando maioritas tanta est, quantum est lucrum cessans nulla defalcatione facta ratione dubietatis. Nam non est sibi licitum tantum maioritatem exigere, quantum se etiam verisimiliter sperarer lucratu-

tum : immo debet attendere dubietatem lucri, & secundum illam tanto minus pro refusione illius exigere, quanto vilius est lucrum nondum habitum & multipliciter impedibile, & adeo defalcare debet in exactione maioritatis, quòd teste conscientia sua mallet lucrum (licet dubium & impedibile) prosequi & carere maioritate, quàm renunciare profectioni loci, & accipere maioritatem. Si autem adessent septem conditiones, & signanter illa, quæ iam tacta est, excusatio est valida. Et nisi sic intellexisset, contradiceret sibi ipsi in multis locis, vbi sentit, q̃ patienti interesse lucri cessantis licitum est aliquid velle habere pro illius refusione: vt patet eodē ti. c. 7. §. 16 q. 20. & ca. 8. §. 13. Et per hoc ad primam responsionem eius dicendum, q̃ non valet: quia quamuis sit impedibilis ab illo lucro: tamen etiam est natus verisimiliter ipsum obtinere. hoc autem si verisimiliter se posse consequi, est quid æstimabile precio, & huic renunciat cedens illi. igitur pro illius refusione aliquid potest velle habere, sicut & pro suscepnione periculi licet subeunti velle quid habere: licet illud periculum sit dubium, & multipliciter impedibile, non obstante q̃ etiam aliquando in effectu impeditur. Ad secundam responsionem dicendum, q̃ antequam expectat, precium est virtualiter venditoris: quia sibi debitum: sed positis & concessa expectatione est emptoris, quando igitur cessat sibi lucrum, cessat sibi ex carentia rei, qua licet ipse non sua: quia forte tempus, quo illud lucrum fuisset lenaturus, est post instans illud, quo precium cepit esse emptoris per viam mutui: fuit tamen sua tunc, quando renunciauit consecutioni eiusdem lucri, & hoc sufficit. Alioquin etiam mutuanti non licerer aliquid recipere vltra sortem ratione interesse lucri cessantis. Ad tertiam dicendum, q̃ non vendit id, quod nondum est, saltem secundum quòd nondum est. sed vendit id, quod iam est: nam pro ipsa renunciatione profectionis lucri nondum existentis vult quid habere, quæ renunciatio iam est, & est quid æstimabile precio. licet & suscipiens periculum alicuius rei non accipit quid pro ipso periculo, quod nondum est secundum quòd tale: sed pro obligatione, qua se obligat, si periculum eueniat illud velle pati. Preterea non est indistincte verum, q̃ res, quæ nondum est: nullatenus vendi possit. Nam quis vendere potest tractum retis piscium, etiam antequam expanderit rete, sed de hoc alibi.

Tertiò arguitur. si quis accipiat sub vsuris vt mercari possit: non licebit sibi postea in venditione mercium tanto plus exigere, vt sibi refundantur vsuræ solutæ: igitur nec licebit venditori velle sibi refundi lucrum cessans ex expectatione precii: tenet consequentia: quia in casu primo venditor vult sibi refundi damnū emergens, in secundo verò lucrum cessans. Modò magis videretur, q̃ quis posset sibi velle refundi damnum emergens, quàm lucrum cessans. igitur. Dicendum, q̃ casus antecedentis contingit dupliciter. Primò. quando occasione illius, q̃ mercator explicitè vel implicitè (scilicet in expectatione precii) prius aliquando mutuauit emptori aliquantam summam, qua carendo cogitur alibi mutuum recipere sub vsuris, eo quòd aliter non potest exercere officium suum: & cum ei vendit merce, vendit sibi pro tanto maiori: vt huiusmodi vsuræ, quas occasione mutui impensi prius emptori cogebatur solvere, sibi refundantur, quas alias recuperare non posset. Secundò non predicta occasione: sed tantum illa: puta aliquis vult mercari, & caret pecunia: non propter hoc quòd illis, qui emunt, vel empturi sunt ab eo eam mutuauerit: sed alia occasione caret: puta quia vel pauper est, vel quia licèt diuitissimus sit: tamen multam pecuniam, quam habuit, tam expederat pro mercibus, & ex insatiabili cupiditate adhuc plures merces emere vult, quas quia ex carentia pecuniæ emere non potest: accipit mutuum sub vsuris. & postea ab emptoris a se merces vult sibi refundi vsuras solutas. Si primo modo, casus antecedentis est licitus: vt patuit in tertia conclusione & quarta seruatis conditionibus ibidem tactis. & debet intelligi, dummodo ab eisdem emptoribus velit sibi illud damnum refundi, qui fuerūt ei sibi illius damni occasio. Sacus autem si non ab eisdem: sed ab aliis vellet sibi illud refundi. In secundo verò sensu casus antecedentis est illicitus: quia illud damnum non sibi euenit ex mutuatione impensa suis emptoribus, a quibus vult sibi illud refundi: sicut tamen in casu consequentis ei cessauit lucrum propter mutuationem inspē sam emptori. Et si mercator predictus dicat se eis seruisse in mercibus emendis. ideo sibi illud damnum refundere debent: sicut & alios labores, & pericula, ac dāna potest sibi velle refundi: vt patuit supra. q. 56. non valet: quia volens illud damnum subire. sufficisset. nisi & eis reliquæ merces per eum empte. Sicut enim si sua sponte, vel stultitia, aut negligentia subeat damnum: non debet velle illud sibi refundi per emptores: sed sibi imputare. sic etiam prædictam solutionem vsurarum sibi imputabit: quia eam malitia suæ cupiditatis seductas subijt, quòd si non cupiditate: sed paupertate, quam contraxit forte ab origine huiusmodi damnum subiret: nō debebit etiam sibi illud velle refundi: quia non ob hoc careret respublica aduehentibus sibi merces: sed ipse etiam non mercaretur. Vnde si mercari non posset carens pecunia aliter sibi victum quærat, quàm prædicto modo mercando. aut si aliter non posset: mō dicare non erubesceat potius, quàm q̃ vendendo velit sibi refundi vsuras solutas per eos, qui nonei præstiterūt occasionem illarum vsurarum. Ea tamen, quæ in hac quæstione dicta sunt de excusabilitate mercatorum in quibusdam casibus, licèt vera sint: non sunt tamen passim prædicanda coram popularibus ne rudes, qui minus intelligunt singulas circunstantias, contingat leduci: & ne malevoli inde sumant pallia regendi suas fraudes: sed in confessionibus & consilijs cum timore sunt pertractanda, prout in simili dixi supra q. 54. in fine.

QVAESTIO LX.

Vtrum Illicitum sit ab vno emere mercem minori precio, quàm consimilem ab alio, vbi merx hinc inde æqualis. puta emit quis pro. 51. ab eo, qui mox tradit mercem, & ab eo qui post annum, vel duos tradet mercem: emit pro 50. tantum. vel etiā pro 49. Vel aliter, & redit idem, ab illo, cui anticipat solutionem, emit pro 50. vel 49. & ab alio, cui non anticipat, emit pro 51. vel 52. Solutio stat in duabus distinctionibus & quatuor conclusionibus. Prima distinctio. dupliciter contingit mercem emi minori precio ab vno, quàm ab alio: quia aut illa minoritas est extra latitudinem iusti precij, aut est intra eādem. Exemplū suppa-

supposito casu formato de panno in prima distinctione præced. quæstionis. 49. flor. sunt primo modo precium minus quàm. 50. sed. 50. sunt secundo modo minus quàm. 51. vel. 52. Secunda distinctio, si minoritas est extra latitudinem iusti precij: tunc aut emptor dat illud minus ratione mercis, aut alia ratione. si secundum, aut ratione anticipationis precij, vel expectationis mercis, aut alia ratione. Si tertium, aut ratione interesse, quod patitur ex anticipatione precij tantum, vel ex expectatione mercis tantum: vel ex vtraque: aut ratione alicuius alterius.

Prima conclusio. emptor non peccat propter hoc, q̃ emit minori precio ab vno quàm alio: si minoritas manet intra latitudinem iusti precij: dummodo credat tam minus quàm maius esse iustum. Exemplum (supposito casu primæ distinctionis præcedentis quæstionis) ei, qui non statim dat mercem, vel cui anticipat solutionem; dat. 1. flor. ei verò, qui mox tradit mercem, vel cui non anticipat solutionem: dat. 51. vel 52. flor. probatur: quia exquo per casum quodlibet illorū trium preciorum est iustum, nulli venditorum facit iniuriam, licèt non faciat vni ita latum beneficium, sicut alteri. Sic etiam econtra, vnus venditor ei non facit tātum beneficium sicut alter. Secundò probatur a simili de venditore in simili casu primæ conclusionis præcequæstionis. Tertiò proberur: quia stat, quòd merx mox tradita sit emptori in duobus flor. utilior, quàm merx non mox: sed dantaxat post annum vel duos tradenda: quia per illud tempus, quo caret merce, alia consimilis merx mox tradita tantum potest importare fructum, quantum valent duo flor. & ultra. & sic hinc deducitur penfatō valore vsuali mercium: non minus datur, pro illa, quæ nō mox traditur, quàm pro illa, quæ mox traditur: quamuis enim quæstio supponat merces hinc inde esse similes & æquales: tamen hoc intelligitur in aliis, quàm in illo, quod est, eas mox tradi, vel nō mox: hanc autem probationem dedue per simile positum in tertia probatione tertiæ conclusionis præcedentis quæstionis.

Secunda conclusio. emptor peccat mortaliter dando minus precium ei, cui anticipat solutionem, seu ei, qui non mox tradit mercem, vbi minoritas est extra latitudinem iusti precij: si illud minus dat ratione anticipationis precij. & idem si illud minus dat ratione expectationis mercis, dummodo merx sit talis res, q̃ eam expectando dicatur eam mutuare. Prima pars conclusionis probatur: quia emptorem anticipare precium usque ad tempus, quo traderur merx, est mutuare precium. igitur si ratione anticipationis vellet aliquanto minus dare de precio, quàm iustum esse: tunc partem precij iusti vellet sibi retinere ratione mutuationis reliquæ partis, & sic de tanto vellet habere lucrum. Secunda pars probatur: quia si expectat mercem, & merx sit res nata mutuari, ut puta quia est res, quæ usu consumitur, cuiusmodi est frumentum, vinum, & huiusmodi, & expectans eam concedit eam venditori suo ad illū usum: tunc expectatio talis non est sibi mutuatio, ergo si ratione expectationis mercis vult aliquanto minus iusto dare, & sic illud vult sibi retinere: tunc ratione mutuationis vult quid lucrari. Dicitur autem notanter, dummodo merx sit talis res &c. Nam si merx est res non nata mutuari, cuiusmodi est ager, domus, equus, & huiusmodi: tunc ratione expectationis velle sibi quid retinere: & sic aliquanto minus dare, non esset peccatum usuræ: quia illud solum redderet in mutuatione: immo stabit, quòd nullum esset peccatum: quia expectato tali lem, posset esse locatio, ita quòd agrū ipsum, vel equū, quem non mox traderet venditor emptori, conferetur emptor locasse per tempus ipsi venditori, & de illo per modum locagii recipere tantum, quantum minus dat venditori pro huiusmodi merce, & si illud minus, quod sibi retinet, sit æquale illi, quod emptor ex iusta locatione recipere posset de tali merce locata ei, non erit illicitus contractus.

Tertia conclusio. Si minoritas est extra latitudinem iusti precij, & emptor dat illud minus non ratione anticipationis precij, nec ratione expectationis mercis, sed ratione sui interesse damni emergentis, vel lucri cessantis sibi ex huiusmodi anticipatione precij, vel ex ipsa expectatione mercis, siue merx sit res nata mutuari, siue non, emptor non peccat, dummodo seruentur conditiones seruandæ in eo, qui mutuando vult recipere aliquid ultra sortem ratione interesse sibi proueniens ex mutuatione. probatur: quia si peccaret: hoc esset aut peccato usuræ, aut peccato deficientis solutionis. Non primum: quia si sic: maximè quia anticipando solutionem precij, aut expectando mercem, censetur implicitè mutuari venditori. sed dato quòd hoc esset: non tamen propter hoc esset ibi usura: quia nō ratione illius implicitæ mutuationis vellet quid retinere sibi: sed ratione interesse: modo aliquibus conditionibus concurrentibus; licitum est mutuanti velle quid ultra sortem habere ratione interesse sibi proueniens ex mutuatione natum patuit q. 30. Non secundum: quia dato, quòd precium deficiat in aliqua parte, & per cōsequens aliquid mercis recipit, sed per modum refusionis sui interesse, ad quam refusionem tenetur venditor. Secundò sic. supposito q. 1. flore. sint precium iustum huius agri secundum infimum gradum & pium, & emptor det tantum. 49. flo. tunc arguitur sic: Si emptor daret. 50. flo. pro illo agro, & ager mox ei traderetur, emptor conferetur non dedisse minus iusto precio, minoritate egredientis latitudinem iusti precij. ergo etiam censendus est dare non minus iusto precio, minoritate egredientis latitudinē iusti precij: si det. 49. flo. pro eodem agro. si ager non traditur sibi mox: sed tantum post annum, vel huiusmodi, quo tempore intermedio cogetur carere agro: tenet consequentia: quia ager, quo quis mox potest uti: ita bene valet. 50. flo. sicut idem ager si quis eo non potest uti usque ad certum terminum, valere dicetur. 49. immo stat, quòd ille idem ager cum circunstantiis illa scilicet, quòd mox tradatur emptori, sit plus quàm in uno flor. melior & validior seipso. sumpto cū circunstantia alia, scilicet, quòd non mox tradatur emptori loquendo de valore usuali, qui attenditur ex idoneitate ad importantiam humanæ utilitatis & commoditatis, modo iustum precium attēditur ex valore usuali mercis. Nec obstat, si dicas. illa non stant simul, q. 50. flor. sint infimus gradus iusti precij illius agri: & tamen quòd 49. etiam sint iustum precium eiusdem. Nā dicendum est, quòd 50. flo. sunt infimus gradus iusti precij illius agri, (scilicet si ager mox debet cedere in utilitatem emptoris: sicut deberet, quantum esset de natura contractus) hic autem non sit hoc; unde merx

vilior redditur ex hoc, quòd non debet cedere in vilitatem emptoris, nisi post terminum certum. Exemplū autem, vbi illæ 7. conditiones simul essent incluſæ, eſt tale. Si illud minus, quod emptor subtrahit de precio, correſpondeat illi vilitati, qua carere cogitur ex hoc, quòd venditor retinet sibi agrum, & eius fructus percipit, & eo vtitur: ſic inquam ei correſpondeat, quòd mallet emptor (teſte conſcientia ſua) potius dare. 50. flo. vel. 51, & quòd merx mox ſibi traderetur, quàm ex pectare mercem, vel anticipare ſolutionem, dare ſolum 49. nam tunc non erit ibi radix cupiditatis lucri, cum illi renūcier, quod ſibi optabilius eſſet. & id quod ſibi minus optabile eſt, ſubeat, partim pietate motus, ne ſcilicet venditor cogatur manere ſine venditione mercis: & partim animo prouidendi ſuæ indemnitati. & ſupponitur, quòd non ſit tanta neceſſitas in vendi tore: vt ex vllo præcepto ad mortale, vel veniale peccatum obligante, teneatur emptor ſibi anticipare ſolutionem precii, aut ſibi expectare de mercē: & ad tēpus eam apud eum relinquere.

Quarta concluſio. Si minoritas egreditur latitudinem iuſti precii, & emptor non dat illud minus aliqua rationealia a rationibus tactis in tribus præcedentibus concluſionibus: tūc illa ratio alia poteſt eſſe talis, quòd non peccabit: poteſt etiam eſſe talis, quòd peccabit. Exemplum primi. Si venditor eſſet ex aliquo alio contractu, vel quaſi contractu, vel maleficio, vel quaſi maleficio, debitor emptoris in vno flo. de quo certus eſſet emptor, vt pateret vlla via iuris emptori ad acquirendum illum flo. a venditore, eo quòd venditor negaret ſe debitorem in illo flo. & emptor non haberet probationes legitimas, & ceſſaret infamia, ſcandalum, & ſpecies mali atq; periculum, & huiuſmodi, poſſet emptor ſibi dare in vno flo. minus iuſto: vt reciperet flo. cuius venditor eſt ibi debitor. ſicut in ſimili dicitur de eo, qui ſibi ipſi ſatisfacit de rebus ſui debitoris occulte. et quid ſurripiendo: vel de rebus eiuſdem aliquid inueniendo, quod licitē fieri poteſt: ternatis tamen multis conditionibus, de quibus alibi videri habet, quarū aliquæ iam tactæ ſunt.

QVAESTIO LXI.

Vtrum Licet nunc vendere mercem pro illa quantitate precii, ad quam perueniet poſtea in tempore: ſi talis merx vſq; ad illud tempus reinteretur. Solutio queſtionis ſtat in vna ſuppoſitione ſeptem concluſionibus, & quinque argumentorum ſolutionibus, ac vno corollario.

Suppoſitio. Tempus, in quo venditur merx, poteſt causa breuitatis vocari A. & tempus, in quo peruenier merx ad aliam quātitatem, poteſt vocari B. illo permiſſo ponenda eſt ſeptimembris diſtinctio, continens ſeptem caſus correſpondentes pro ſeptem concluſionibus, & eſt talis. Dupliciter contingit vendere mercem in A. quia aut venditor erat mercem venditurus in A. aut non: ſed reſeruaturus vſque ad B. in quo tunc primum erat venditurus. Si primo modo, hoc eſt dupliciter: quia aut vendendo in A. vendit pro precio currenti in A. & non pro maiori, & hoc vocetur primus caſus. Aut vendit pro maiori, quàm currat in A. & hic vocetur ſecundus caſus: qui tamen licet poſſit ſubdiſtingui, patet: quia aut venditor nunc in A. recipit illud precium ab emptore, aut expectat precium recipiendum in B. tamen pro nunc ſupponamus, quòd expectat precium vſque ad B. tunc iterum poteſt ſubdiſtingui: quia aut determinat illud maius nunc in A. aut non determinat: ſed relinquit pendere ex euentu in B. & hoc dupliciter, quia aut veriſimiliter credit eam in B. valituram illud maius, aut veriſimiliter dubitat de illo maiori valore: puta quia præter intentionem ſuam accidet, quòd in B. maius valebit. & ſi veriſimiliter credit eam valituram illud maius: hoc eſt dupliciter: quia aut ipſum plus exigit ratione expectationis precii, aut ratione alicuius intereſſe ſibi prouenientis ex expectatione, aut aliqua alia ratione, & illa ſubdiuiſio patuit. q. 49. Si autem nō in A. erat venditurus: ſed reſeruaturus eam vſque ad B. ex aliqua cauſa, puta: quia in B. ſperabat ſe habituꝝ maius precium, quàm nunc curreat, vel ex aliqua alia cauſa. hoc eſt dupliciter: quia aut nunc determinat certum precium, quod vult habere pro merce, aut non determinat certum precium eius: ſed relinquit precium pendere ex futuro valore mercis. Si primum hoc eſt dupliciter: quia aut determinando certum precium vult habere precium, quod currit in A. & ille vocetur tertius caſus. Aut vult habere maius, quàm nunc valeat non tamen in tanto maius, quin pro. B. ad quod, erat mercem reſeruaturus & venditurus, veriſimiliter ſiomerx ualituta plus: licet etiam quinque ſolum tantundem, & quinque etiam minus, & hic uocetur quartus caſus. Si autem non determinat certum precium eius in A. ſed relinquit ipſum pendere ex valore futuro: hoc eſt dupliciter, aut enim determinat illud tempus futurum ſine vlla diſiunctione, volens habere tantum, quantum in illo determinato tempore valebit. puta quātum in die tali ſcilicet. B. ſolebit uendi, & hic uocetur quintus caſus. Aut non determinat illud futurum: ſed ſub diſiunctione ipſum relinquit: volens habere tantum, quantum ualebit in illo die, uel aliquo die precedente, uel ſequente, uel in pluribus diebus: puta ſeptem, uel octo, ante uel poſt B. & hoc poteſt contingere dupliciter: quia aut eſt in optione emptoris eligere partem illius diſiunctionis, ita quòd ſi in B. & diebus precedentibus & ſequentibus B. contingat, currere inæquale precium, emptor poſſit dare uenditori unum ex illis, quodcunque placuerit, & hic uocetur ſextus caſus. Aut non eſt hoc in optione eius: immo uenditor, uult, quòd det ſibi illud precium, quod erit maius inter illa quæ current in B. & diebus precedentibus, uel ſequentibus, & hic uocetur ſeptimus caſus.

Prima concluſio. Primus caſus eſt licitus & quādoq; etiam gratioſus. Primum patet: quia ibi ſeruatur iuſtitia commutatiua. Secundum patet: quia quandoque talis uenditio ſit cum expectatione precii uſq; ad B. ſine ſpe cuiuſcunq; lucri; hęc autem expectatio eſt mutuatio gratuita.

Secunda concluſio. Secundus caſus licet dicatur a Scoto uſurarius: tamen illud eius dictum non eſt intelligendum. Nam ſi pro maiori tenderet, & non expectaret precium: non eſſet mutuatio in illo cōtractu permixta. & per conſequens non poſſet ibi reſtitui peccatum uſure: ſed tantum peccatum ſupernaturalis diſtortionis contra iuſtitiam commutatiuam. Et quamuis Scotus

Scotus formando illum ſecundum caſum ſupponat, q venditor expectet precium: tamen etiam illo ſuppoſito, adhuc non eſt ille contractus uſurarius, indiſtincte illud intelligendo: quia etiam ſi vendat pro maiori, quàm valeat in A. & expectet precium in B. veniens & veriſimiliter dubitet de maiori valore: quamuis de facto valeat in B. maius, non eſt ibi uſura: vt patet ex c. in ciuitate. extra, de uſu. nec eſt aliud peccatum ibi. Si etiam veriſimiliter credidiſſet eam in B. valituram illud maius, & ipſe expectando velit illud precium maius habere: non eſt ibi uſura, niſi ratione expectationis exigat illam maioritatem, quo modo debet intelligi Scotus. Alioquin ſi aliqua ratione exigat illam maioritatem (ſicut contingere poſſet, quòd ratione intereſſe, quod patitur ex expectatione precii, exigat eam) non oportet, quòd peccet: ſed poteſt aliquando excuſari ēt ab omni peccato. vt patuit in quæſtione. 49.

Tertia concluſio. Tertius caſus eſt licitus immo dupliciter gratioſus: quia ex quo non erat mercem venditurus in A. ſed reſeruaturus ad B. ex cauſa aliqua: & tamen vendidit in A. ſignū eſt, q hoc fit ad inſtantiā emptoris nunc deſiderātis mercem, & ea indigētis: & ſic eius indigentiæ ſuccurrit & precibus condeſcendit, & hoc eſt vna pietas, nec hoc facit ſpe lucri: ſed potius cum præiudicio ſui lucri, cui renūciat: vel cum præiudicio ſui deſiderii, puta ſi ex aliqua alia cauſa, volebat reſeruaſſe vſque ad B. & hæc eſt ſecunda pietas: quia pro reieuamine proximi patitur intereſſe lucri ceſſantis, vel ſubit aliquod grauamen.

Quarta concluſio. Quartus caſus eſt licitus, quod ſic oſtenditur: quia in c. nauiganti. extra, de vſu. in 8. ratione &c. dicitur, q ratione dubii excuſatur, qui granū, pannos, vinum oleum, vel alias merces vendit, vt amplius, quàm tunc valeant in certo termino recipiat pro eiſdem: ſi tamen ea tempore contractus non fuerat venditurus. An autem hæc probatio ſit ſufficiens, & quomodo iſte caſus ſit licitus, parebit infra in argumentis.

Quinta concluſio. Quintus caſus etiam eſt licitus: quia aut iſte caſus ſit cum expectatione totius illius precii, quòd relinquitur pendere ex B. expectando illud uſque ad B. aut ſine ea: puta quia ſtatim ſoluitur pro magna parte illud precium vēditori, quod ipſe proportionabiliter æſtimauit ſecundum veriſimilem curſum futurum in B. & de parte illius expectat euentum in B. Si primum: tunc licet expectet de precio vſque ad B. & ſic mutuet emptori: tamen nō recipit in B. pluſquam mutuat in A. quia in A. mutuat ſibi illud totum, pro quo ſibi in A. vēdidit, nec plus illo recipiet in B. Et quamuis pro pluri vendat in A. quàm in A. valeat: non tamen hoc facit ratione expectationis precii: ſed ratione mercis exigit totum, quæ in B. valebit ſibi tantum & plus: vt veriſimiliter ſperat. ideo quòd non referret apud vēditorem retinere mercem vſque ad B. & ibi recipere, quod obtenier, vel nunc tradere mercem, & recipere, quod obtenier. Si autem in A. ſoluitur ſibi pro magna parte precium &c. vt dixi: tunc non expectat de precio, niſi pro quadam parte incerta, de qua non eſt certus, ſed illam aſcendet in B. vel non. nec ratione illius expectationis exigit aliquid plus: ſed totum, quod vult habere in B. vtle ratione mercis habere, quàm ad B. erat reſeruaturus.

Sexta concluſio. Sextus caſus eſt licitus: quia aut ſextus caſus ſit cum expectatione totius precii vſque ad B. & dies circunſtantes ipſum, aut ſine ea. Si primū: tunc licet de precio expectet vſque ad B. & ſic in A. mutuet emptori: tamen in B. non recipit plus quàm mutuauerit in A. quia in A cenſetur mutuaſſe non ſolum id, quod valuit merx in A. ſed cenſetur ei mutuaſſe totum precium futurum in B. modo nihil vltra illud recipiet in B. igitur. Si ſecundum: puta quia nunc dat ſibi aliquantam ſummam precii, quod veriſimiliter valebit in B. vel circa B. cum illa tamen conditione: ſi in B. vel circa plus valebit, vult emptor ſuperaddere. ſi minus, quòd venditor debeat reſtituere, tunc venditor non poteſt incidere peccatum vſurę: cum ibi non ſit mutuatio, aut ſi quæ eſſet ibi, & plus recipiat, quàm nunc valeat in A. non tamen plus quàm in B. vel circa valitura eſt, ad quod B. vel circa reſeruare optauerat mercem.

Septima concluſio. Septimus caſus eſt illicitus: nō eſt tamen de per ſe vſurarius. Prima pars probatur: quia contractus, qui declinat plus de natura ſua in partem venditoris quàm emptoris eſt illicitus. Modò contractus ſeptimi caſus eſt huiuſmodi, igitur. Maior probatur: quia contractus ſunt adinuenti in communem vtilitatem contrahentium. quę autem in communem utilitatem hominum inſtituuntur, non debent eſſe plus in utilitatem unius quàm alterius. igitur. Minor probatur: quia quamuis uenditor diſponeret mercem ſuam ſeruare uſque ad B. uel circa, ubi plus valuiſſet, quàm in A. & ſic ſibi licet in aliquo plus recipere, quàm in A. ualeat. & in hoc ipſum debeat conſentire emptor. (nam ſi in aliquo plus detur, adhuc paritas ſeruatur in contractus utilitate.) tamen exquo optionem habet uenditor eligendi maius precium inter illa, quæ current in B. & diebus circunſtantibus, & emptor non habet optionem eligendi minus precium inter prædicta precia, melior eſt conditio uenditoris quàm emptoris. Et confirmatur: quia oportet aliquo die determinato uenditorem exponere rem ſuam uenditioni: puta in B. tantum, uel in die circunſtante ipſum, & non in tempore particulari uago, & in illo cōingeret, quòd minus carē uenderetur, quàm in die cæteri inter A. & B. & ſic in tali pacto facit ſe certum de lucro ultra quàm humana induſtria poſſet pertingere, & hoc facit cum grauamine emptoris: tale autem eſt illicitum. Vade ſe ponere in tuto, & alium in dubio, eſt illicitum: quia ſe eſſe tutum &c. eſt æſtimabile precio. & ſic uendit rem plus iuſto. Et ſi arguas, ergo contra eſſet iuſtus contractus, quando emptor habet poteſtatem eligendi minus & non uenditor: uetus præcedenti caſu: quia melior eſt conditio emptoris, quàm uenditoris. Et confirmatur proportionabiliter, ſicut iam ſeptima concluſio eſt confirmata: quia emptor, qui uellet emere non in A. ſed in B. uel circa: cogeretur aliquo determinato die emere, & contingeret, quòd emeret die, quo cariùs emitur, quàm unquam in B. uel in aliquo die circa B. natum eſſet contingere: & ita pacīſcendo cum uenditor, quòd uelit ſibi dare tantum precium quantum merx in B. uel circa ipſum ualebit. reſidente optione apud ſe, ſcilicet emptorem, tam emptor habebit meliorem conditionem, quàm habeat uenditor, ergo ini-

go iniquus erit contractus. Dicendum, quòd scienti & volenti non fit iniuria, modo textus casus intelligitur, quando emptor habet prædictam optionem de certa scientia & libera voluntate venditoris, qui nec errore ductus, nec necessitate præfatus illam optionem gratioſe concessit emptori, ita ſi econtra fieret, ſimiliter careret peccato. Secus cum alter niteretur ſine libero conſenſu alterius optionem prædictæ diſiunctionis habere. Sed alter illorum bene conari poſſet ad hoc, quòd id daretur & reciperetur, qđ determinato die ſ. B. contingeret ſolui ſine diſiunctione ad alios præcedentes dies & ſequentes. Secunda pars concluſionis probatur: quia uſura non reſidet, niſi in mutuatione. In ſeptimo autem caſu non eſt mutuatio de per ſe, quin poſſit ſeptimus caſus contingere ſine quacunque mutuatione eñ implicita: vt ſi vendit in A. pro precio, quod curret in B. vel quibuſdam diebus præcedentibus, vel ſequentibus; & iam in A. recipit ſummam illius precii, etiam ad maiorem numerum, ad quem poterit aſcendere in B. vel diebus circunſtantibus B. adeo quòd ſi deberet eſſe ibi mutuatio, potius emptor cenſeretur mutuaſſe venditori quàm econtra: tali tamen conditione: ſi nullo illorum dierum aſcendet ad tantum numerum, ꝙ cogatur venditor reſtituere illud plus, in quo ſuperaccepit: tunc enim non mutuauit venditor aliquid emptori. Si autem nihil recipit iam in effectu; ſed expectat preciũ recipiendum in B. vel in diebus circunſtantibus; & tamen iam venditionem ex ſua parte complet, ſic ꝙ tradit mercem emptori: tunc mutuat quid emptori. ſed ſi obligando emptorem ad relinquendum optionẽ apud ſe, ſcilicet venditorem, non ideo hoc faciat: quia expectet, ſed aliàs ex cupiditate hoc agat: ita quòd idem eſſet facturus, etiam ſi iam de præſenti ſibi ſolueret maiorem numerum, ad quem eſt verisimile, ipſum aſcendere, non eſt uſurarius contractus, ſed aliàs iniquus & illiciteus. Et dato ꝙ tunc adhuc ab aliquibus diceretur uſurarius, hoc eſſet impropriè loquendo: hoc modo non nunquam aliqui iniqui contractus vocantur uſurarii, qui non ſunt uſurarii, quo modo illos ſæpe vocamus uſurarios, qui victualia prætipiendo de foro emunt: ita vt cunctis ab eis poſitis cogantur emere, qui tamen in hoc non ſunt uſurarii, ſed aliàs pernicioſi & damnabiles negociatores. Vnde etiam aliquando legiſlator poteſt aliquem contractum, qui in re non eſt uſurarius prohibere tanquam uſurarium, & ſub pœnis, quibus prohibitus eſt uerus contractus uſurarius: & tunc talis dicetur poſitiua uſura, ſicut aliquem cõtractum prohibuit eccleſia tanquam ſimoniacum, qui in re non eſt talis, eo quòd ibi non venditur: niſi temporale pro ſpirituali, quamuis temporale ſit annexum ſpirituali annexione poſitiua & ſeparabili: & etiam ubi vendens non habuit reſpectum ad ſpirituale, nec etiam emens: & tunc eſt & dicitur poſitiua ſimonia. Sed contra quat tam concluſionem, & etiam contra quendam caſum ſecundæ concluſionis arguitur multipliciter.

Primò arguitur contra probationem quartæ concluſionis, eo ꝙ non uidetur ſufficiens. Nam ille ſ. loquitur de caſu quodam, in quo eſt verisimile dubium, an res ſit plus, nel minus ualitura in illo futuro tempore. Modo caſus quartus eſt, ubi non eſt verisimile dubiũ, an res ſit plus ualitura: immo verisimilis & probabilis coniectura, quòd ſit plus ualitura. igitur non eſt ad propoſitum. Maior probatur: quia dicit notanter ratione huius dubii &c. Modò ly huius, reſpicit dubium, de quo in §. immediate præcedenti facit mentionem. & tamen in §. immediate precedẽti loquitur de verisimili dubio. Nam ſic ait: Ille, qui dat decem ſolidos: ut alio tempore totidem ſibi grani, uini, uel olei mensuræ reddantur, quæ (licet tunc plus ualeant) utrum plus, uel minus ſolutionis tempore ſuerint ualituræ, ue ſimiliter dubitatur: non debet ex hoc uſurarius reputari. hæc ibi. & ſubditur immediate §. allegatus, ſcilicet ratione huius dubii etiam excuſatur &c. Minor probatur: quia tunc dicitur aliquis habere verisimile dubiũ de aliqua propoſitione dicente: hoc erit hoc, quando plus credit contradictorium eius per aliquas probabiles apparentias. Et ſi extendere uellemus nomen ue riſimilis dubii, prout ſe etiam extendit ad æquilibre, diceretur quis habere etiam verisimile dubium, quando non plus credit illam propoſitionem eſſe ueram, quàm eius contradictorium. Modo in quarto caſu uenditor credebat potius, quòd merx eſſet in B. plus ualitura: quàm in A. & quòd eſſet ualitura tantum, quantum nunc precium determinat in A. & quàmuis etiam verisimiliter dubitet, an ne plus ſit ualitura, ſcilicet quàm ſit precium, quod ipſe determinauit: non tamen verisimiliter dubitabat, an ſit plus ualitura, quàm ualeat in A.

Secundò arguitur confirmando argumentum præcedens: quia ex forma illius caſus præcedentis §. patet, quòd Papa ideo excuſat prædicto modo tradentem decem ſolidos; quia non dederat eos ſpe lucri maioris, quàm ualuerint decem ſolidi, eo quòd non credebat verisimiliter, quòd eſſet in termino conſecuturus mercem maioris maioris, neque etiam minoris, quàm eſſet, ſi ſtatim in A. accepiſſet mercem, ſed tantum cogitabat ſe habiturum mercem æquiualentem precio nunc dato, ita quòd quamuis de facto rehabebit plus: tamen illud non mouit ipſum: quia non ſperabat de hoc. Ergo etiam in caſu ſequentis, §. non excuſat. Papa ipſum uenditorem pannorum, uel grani &c. niſi quando etiam habet verisimile dubium de hoc, quòd eſt ſuam mercem fore naliturum plus in B. quàm in A. ita ꝙ quando in A. uendebat, nolens habere precium, quod curreret in B. non cogitabat ſe habiturum maius precium, quàm eſſe habiturus, ſi pro precio in A. currente uenderet, & ita nihil faceret ille §. pro illo, qui ſecundum tenorem quarti caſus uenderet in A. pro precio, quod in B. eſſet curſurum. Dicendum, ꝙ probatio poſita eſt ſufficiens. Ad primam impugnationem dicendum, ꝙ ex quo plus, nel minus, ſunt dictiones comparatiuæ, & poſſunt ad uaria referri. ideo maior poteſt diſtingui. Nam ſi referantur ad precium currens in A. maior eſt falſa, quod oſtendo ſic. Ille §. loquitur de caſu, ubi eſt verisimilis credulitas, quòd res ſit plus ualitura in B. quàm in A. verisimilis autem credulitas de aliqua propoſitione non ſtat cum verisimili dubio de eadem. igitur. Aſſumptum autem pro prima parte probatur: quia loquitur de illo, qui pannos, granum &c. uendunt amplius, quàm tunc ualeat, in certo termino recipiat: ut autem, denotat intentionem, & finalẽ cãm mouentem, & per conſequens ille caſus ſupponit, ꝙ uẽditor

ditor intẽdat, & uelit habere precium maius, quàm ſit precii currens tẽpore cõtractus. puta uult habere ſcuſ currens in termino, in quo vult ſolutionem habere. modo non contingeret venditorem velle & intendere illud maius precium tanquam cauſam finalem eum mouentem, quod curſurum eſſet in B. niſi haberet verisimilem, vel probabilem ſpem & credulitatem, ꝙ merx ſua eſſet ualitura plus in B. quàm in A. Si autem illæ dictiones referantur ad precium, quod de facto curret in B. maior eſt vera: veputa in A. valebat. 10. & venditor verisimiliter ſperabat ſe habiturum in B. 12. vel 13. & omnino proponebat ſeruare uſque ad B. & maluiſſet ſecuaſſe uſque in B. quàm ꝙ nunc debet vendere etiam pro precio pluri, quàm ſit præcium in A. attamen quia emptor inſtat, ipſe ei vendit pro precio, quod mittit pẽ dere ex euentu in B. & tamen quando veniet B. valebit 15. ipſe autem venditor nullatenus cogitabat hoc. ſ. ꝙ eſſet in B. ualitura, 15. ſed bene 12. vel 13. tunc enim ratione illius verisimilis dubii excuſatur: ſi adueniente B. recipiet iuxta euentum in B. ſ. 15. Et per idem pateret ſolutio ad confirmationem. Sed quamuis dictum illius ſolutionis in ſe eſſet verum: quia tamen videri poſſet aliquis, ꝙ non eſſet de mente illius capituli. ideo aliter eſt reſpondendum. Primò, dato quòd quartus caſus non probaretur ſufficienter per prædictum capitulum fore licitus: tamen alia via poſſet probari tanquã licitus: ideo non præiudicaretur veritati quartæ concluſionis propter inſufficientiam probationis adductæ: poſſet enim ſic probari. Si non eſt quis venditurus mercem in A. ſed ſolum in B. in quo valebit verisimiliter plus quàm in A. & tamen in A. vendit: tunc hoc non facit niſi inductus per inſtentiam emptoris, & ſi deberet vendere pro precio in A. currenti, pateretur intereſſe lucri ceſſantis. ſ. tanti, in quanto verisimiliter plus valebit in B. quàm in A. & illud (deducta ſaltẽ dubietate eius) emptor deberet refundere. igitur poterit emptori vendere pro aliquo pluri, quàm ſit precium in A. quatenus lucrum ceſſans ſibi refundatur per illud plus. Illud aũtem plus, pro quo vendit, non erit ſufficiens ad refundendum ſibi ceſſans lucrum: niſi aſcendat ad tantum, quantum eſt id, quod verisimiliter valebit in B. deducta tamen dubietate illius lucri, & etiam ſuſceptione periculi, quod ſibi imminuiſſet: ſi mercem ſuam uſque ad B. retinuiſſet & conſimilibus tactis q. 30. & etiam q. 57. concluſione prima, quæ conditiones ſi omnes adſint poteſt de rigore ſcholaſtico loquendo talis contractus damnari, quamuis ante factum ſit de eo agendum ſecundum tenorem cuiuſdam documenti traditi in fine. 30. queſtionis. Secundò dicendum, quòd prædicta probatio aliquo modo poteſt defenſari tanquam ſufficiens ad primam concluſionem: ſi enim ſubtiliter & profundè intelligatur prædictum capitulum: in eo habebitur, quòd Papa approbat noſtrum caſum quartæ concluſionis: ſi ſaltem ly vt, capitur cauſaliter. Vbi ſciẽdum, quòd dupliciter poteſt contingere, quòd quis vẽdat in A. & recipiat in B. precium maius, quàm valuerit in A. etiam ſi non recipiat illud plus ratione dilationis precii. Primò, quando quis in A. vendit & tradit mercem pro precio curſuro in B. non intendens habere precium maius, quàm nunc currat in A. nec cogitat mercem plus valituram in B. quàm nunc in A. valeat, ſed potius credit eam ſolum eſſe tantumdem, quantũ in A. valet valituram; etiam dato quòd non intenderit differre venditionem mercis uſque ad B. Secundo modo quòd quis in A. vendat, & tradat mercem pro precio curſuro in B. intendens habere maius precium, ꝙ nunc currat in A. hoc tamen nequaquam intendat ex eo: quia differt ſolutionem precii. ſed quia ipſe in animo deſtinauerat ſe non venditurum mercem niſi in B. vbi ſperabat probabiliter eam id & magis valituram, adeo ꝙ maluiſſet retinuiſſe mercem, & expectaſſe euentum precii in B. Si primo modo: tunc ſine erat venditurus in A. ſiue non in A. ſed in B. ſufficiens via excuſandi eum eſt verisimile dubium, vel æquilibre de illo pluri, ad quod aſcendit precium in B. Nam exquo inerat ſibi illud dubium: non fecit illum contractum ex cupiditate aliqua lucri indebiti: & quia etiam aliàs apud homines non præſumebatur, ꝙ in B. debuiſſet ſic aſcendiſſe vltra precium currens in A. non poterit in foro exteriori præſumi contra eum, quòd vendiderit ad terminum B. ſpe alicuius lucri obtinendi vltra precium in A. Et huius poteſt accipi ſimile etiam in mutuante: ſi enim quis in A. mutuat frumentum ſibi reſtituendum in B. nullatenus cogitans quòd ſit in B. plus ualiturum, quàm in A. nec aduertens illud. & per conſequens nec motus ex eo ad mutuãdum: nec etiam inductus ex hoc, quòd interim erit exoneratus a periculo ſortis mutuatæ, ille non peccat licet cum ſors reſtituitur, ſit in duplo melior ea, quam mutuauerat. Si ſecundo modo contingat: tunc ita excuſandi eum eſt, quòd ipſum, quod eſt plus accipit pro refuſione intereſſe modo dicto. Dummodo ſeruentur ſeruanda in uolendo ſibi refundi intereſſe lucri ceſſantis, quæ tacta ſunt quæſtione. 30. & 57. Secundò notandum, quòd ſi duo modi non poſſunt ſimul in uno concurrere: quis in primo modo ſupponitur, quòd nec intendat, nec cogitet de hoc, quòd in B. debeat plus ualere, quàm in A. In ſecundo autem ſupponitur, quòd intendat & cogitet de illo pluri. Illis præmiſſis poterit ſic de ſenſari prædicta probatio. Nam ſuppoſito, quòd ut, ea placuit cauſaliter, & non conſecutiuè tantum: tunc in prædicto capitulo vult Papa ambos modos tangere, & utrique ſuam rationem annectere. & primo modo primam excuſationem annectit in principio cum dicit. ratione dubii. Secundo uerò modo (quem tetigerat dicendo: ut amplius &c. ubi ut, denotat intentionem) annectit excuſationem, cum ait in fine. ſi tamen &c. & cum caſus quartæ concluſionis ſit ſecundus modus, ſequitur, quòd prædictum capitulum approbet caſum quartæ concluſionis. Et ſi dicas, Papa uidetur uelle, quòd ſola dubietas non ſufficiat excuſare uenditorem recipientem ad terminum, plus quàm ualuerit tempore uenditionis: nec etiam hoc ſolum, ſcilicet quòd non erat tempore contractus uenditurus: immo oportet, quòd utrumque ſimul adſit. & hoc idem ſentit gloſſ. & Panormi. Dicendum dupliciter. Primò, quòd dubietas etiam ſola ſufficit excuſare primum modum, & pro ſecundo modo ſufficit, & requiritur illa clauſula, ſcilicet quòd non erat tempore contractus uenditurus. & ſic illa cauda, ſcilicet ſi tamen &c. reſpicit præcedentem clauſulã, ſcilicet, ut amplius. & hæc ſolutio ſupponit, quòd ut, capiatur cauſaliter denotando in uenditore intentionem & ſpem maioris precii. Si autem ut, impropriè caperetur, ſcilicet con-

fecerinè: tunc secundò dicendum, quòd si quis mendicus in A. ad terminum B. sine tamen intentione acquirendi plus, quàm valeat in A. quamuis præter suam intentionem in effectu contingat eum plus recipere: Papa talem excusat per dubietatem; & quamuis addat, si tamen tempore contractus non erat venditurus, debet intelligi supplendo maximè: quia tunc magis excusabitur, exquo non erat venditurus, nisi in B. non ergo debet intelligi cum præcisione, quasi non sit excusabilis sola ratione dubii: nisi etiam non fuerit venditurus, nisi in B. & maximè in foro conscientiæ. Vnde talem excusat per dubietatem, & adiiciendo: si tamen tempore contractus &c. non debet intelligi, q̃ necesse sit in foro conscientiæ ambo adesse, scilicet dubium: & secundò q̃ non esset venditurus nisi in B. sed qa si ambo simul concurrant, eo magis erit in foro exteriori immunis a suspicione, vel præsumptione fraudis vsurarũ: attamen si primum sit sine secundo: etiam erit in vtroque foro immunis. & si secundum sine primo sit, etiam erit immunis ab illa præsumptione, quàmuis si secundo accedat primum, magis sit immunis. Et hæc secunda solutio supponit, Papam tantum primum modum tangere ibidem: & capere vt consecutiuè. & hoc modo faciendum est, q̃ illud capitulum nihil facit pro casu nostræ quartæ conclusionis. Ad Panor. autem & glossi. dicendum, q̃ si indistinctè intellexerint suũ dictum, volendo ambo simul tanquam excusantia requiri, eorum dicta sunt neganda. immo impossibile est, ambo simul concurrere stante casu Papæ, scilicet q̃ venditor intendat amplius percipere in termino, quàm valeat in tempore venditionis; & ita, quòd vt, capiatur causaliter. Sed bene possunt ambo simul concurrere, vbi non intendaret venditor aliquid maius, quàm valeat tempore venditionis: licet non sit in A. venditurus, sed in B. & ita vt, caperetur consecutiuè tantum. Et si dicat Pan. quòd tunc ambo requiruntur, non est verum, immo sufficeret sola dubietas prædicta. quod patet: quia in tali casu Papa in c. in ciuitate. solum facit mentionem de dubietate tanquam sufficiẽte excusarea peccato in tali casu. Et similiter idem facit in c. nauigantiũ §. ille &c. Et p hoc cessat primum argumentum principale factum cõtra quartam conclusionem. Ad confirmationem eiusdem argumenti dicendum, quòd Papa in prædicti. §. eiusdem capituli, non tetigit vtrumq; modum contingentem in emptore: sicut tamen in sequẽti tetigit vtrũque contingentem in venditore: si saltem vt, capiatur causaliter. Vnde quòd emens & tradens precium in A. & recipiens mercem in termino B. recipit mercẽ maioris valoris, quàm fuerit precium traditum & anticipatum in A. contingit etiam dupliciter: sicut & proportionabiliter simile positum est contingere duplici modo in venditore. Papa autem solum tangit primũ modum correspondentem primo modo contingenti in vẽditore: puta tangit illum, vbi dans precium in A. pro merce sibi tradenda in B. non intendebat habere mercem valituram plus, quàm fuerit precium in A. datum, nec de hoc cogitabat, nec ideò anticipabat solutionem: vt in retributionem anticipationis reciperet in termino mercem maioris valoris, quàm fuerat precium anticipatum, & ille modus sufficienter & solum excusatur ratione dubii verisimilis de illo pluri precio, & de illo loquitur. §. penultimus. Alio verò modo contingit, quòd dans precium in A. pro merce sibi tradenda in B. sperabat mercem in B. tradendam esse maioris valoris. & de hoc cogitabat, & volebat talem mercem sibi tradi: nec tamen illum maiorem valorem intendebat consequi tatione anticipationis solutionis. Vnde non ideo anticipauerat solutionem, vt maius quid in merce haberet, quàm fuerat precium anticipatum: quia hoc esset vsura: sed volebat illum maiorem valorem mercis assequi ex alia causa, puta quia aut ipse non erat in A. empturus, nec in B. sed in F. vbi valde vili precio sperabat se verisimiliter empturum: cum igitur venditor nunc in A. inducat cum ad emendum, ipse ad cauendum sibi de interesse damni emergentis dat sibi precium minus, quàm fiet valor mercis in B. volens habere in B. mercem maioris valoris illo precio: ut per illam maioritatem sibi refundatur illud interesse, quod patitur exponendo in A. maius precium, quàm destinauerat se expositurum in F. Vel secundò: quia non erat empturus talem mercem vllo tempore: sed aliam, quæ sibi vtilior & lucrosior verisimiliter fuisset, a qua maiore lucrositate impeditur per venditorem inducentem cum ad emendum suam mercẽ. & ideo nult recipere ab eo mercem in maiori valore, quàm tradat precium: ut refundatur illud interesse. Vel tertiò: quia ipse cum illa pecunia, quam anticipat omnino intendebat. & verisimiliter sperabat se lucraturum aliqua, a quo lucro impeditur anticipando solutionem precii venditori, cuius interesse refusionem vult habere per hoc, quòd merx sibi tradatur maioris valoris, quàm fuerit precium datum. Et idem, vel magis si ex illa anticipatione incurrit damnum emergeus. Vel quartò: quia cum merx mox in A. fuisset sibi tradenda; & tamen non traditur sibi nisi in B. ipse interim caret fructu mercis, qui ad eum deberent spectare, quare pro illius refusione nult habere mercem maioris valoris, quàm fuerit precium datum in A. Hanc igitur secundum modum non tetigit Papa in §. penultimo, sed tantum primum, & commemorat ibidem dubium verisimile: tanquam causam excusantem casum penultimi. §. sed in ultimo. §. si ut, capiatur causaliter, tangit utrumque modum. & ideo tangit ibi duas causas excusantes.

Sed si teneatur, quòd in §. ultimo, tantum unum modum tangit, scilicet primum, & quòd ut, capiatur consecutiuè, concedendum esset, quòd §. penultimus non faceret aliquid pro casu quartæ conclusionis: nec tamen propter hoc casus quartæ conclusionis non esset aliter sufficienter probabilis & iustificabilis. Nec sequitur. Papa eam non iustificat, igitur non est iustificandus. Nam locus ab auctoritate negatiuè non valet. Nam multi sunt casus, quos non iustificat: quia non de eis tractat in decretalibus. Modò dicetur, quòd non tractat in §. ultimo, nisi primum, nec sequitur, primum iustificat ratione dubii, igitur ubicunque illud dubium non est, non est iustificabilis etiam alius casus ab illo, sed bene ualeret. ergo ille, quem ratione dubii iustificat, non est iustificabilis: si non adest dubium.

Tertiò arguitur sic. in capitulo, in ciuitate, extra, de usu. ponitur casus similis quarto casui: & Papa ibidem dicit, quòd illi, qui talem contractum faciunt, bene consulerent suæ saluti, si a tali contractu cessarent:

cessarent: cum cogitationes hominum omnipotenti Deo nequeant occultari. Assumptum pro prima parte probatur: nam ibidem ponitur talis casus. Aliqui ad terminum pro sex libris vendãt piper tempore, quo non valet vltra quinque libras. Et dicit Papa, q̃ licet ex forma sua non sit vsurarius: tamen venditores nihilominus incurrunt peccatum. & glo. in verbo peccatum, dicit, scilicet vsurarum. & addit Papa dicens, nisi dubiũ sit, merces illas plus, uel minus tempore solutionis valituras. & sic in tali dubio excusat vendentes a peccato vsurarum: & tamen statim adiicit, volens quòd bene agerent: si abstinerent a tali contractu. & hoc additum non intelligitur etiam extra casum iam exceptum: quia tunc non diceret, q̃ bene consulerent suæ saluti: si abstinerent. immo omnino eos ab eo prohiberet: sed intelligitur etiam in casu illius dubij. igitur multomagis vbi non dubitabant de illo pluri: immo probabiliter credebant, & ad hoc aspirabant: dixisset Papa, q̃ bene consulerent, si abstinerent. Dicendum secundum Scotum, quòd Papa hoc dicit vtiliter monendo, non autem præcipiendo. Vnde non est necesse vitare illum contractum, dummodo seruentur conditiones illæ multæ, quæ ad eum requiruntur, quæ patent ex dictis. q. 30. & 57. Attamen quia facile continguit aliquam illarum cõditionum deficere, & sic contractus deprauabitur: iõ Papa meritò eum dissuadet vtiliter monendo, prout etiam de eo, & sibi similibus est salubre documentum positum in fine quæstionis 30. & aliis, quæ pendent ex eadem quæstione. 30. Et hic nota, quòd hoc tertium argumentum non debet formari tanquam habeat speciem procedendi contra quartam conclusionem directè, quasi in illo cap. in ciuitate. dissuadetur contractus quartæ conclusionis: quamuis doctores aliqui sic ipsum introducere videantur, & nominatim Scotus. Nam in c. in ciuitate. dissuadetur contractus, vbi dubium erat de illo pluri precio. casus autem nostræ quartæ conclusionis est, vbi verisimilis credulitas erat de illo pluri. Sed debet introduci per locum a minori. puta: quia minus videntur dissuadendus casus capit. in ciuitate. suppositio dubio in venditore: & tamen dissuadetur. igitur multò magis noster casus est dissuadendus.

Quartò arguitur, quando quis vendit mercem ad terminum pro precio illius termini, & recipit in termino precium maius, quàm valuerit tempore venditionis, requiruntur duæ conditiones ad hoc, q̃ excusetur a peccato. Primò, q̃ habuerit verisimile dubiũ, an merx illo termino erat valitura maius, vel minus, quàm tempore contractus: puta quando non cognoscebat, nec credebat rem in illo termino plus ualituram, quàm in tempore contractus. Secundò, quòd non fuerat eum venditurus in tempore contractus: sed tantum in illo termino, pro cuius precio tradit. Modò in casu quartæ cõclusionis solum secunda conditio adest: & non prima. igitur est inexcusabilis casus. Maior probatur dupliciter. Primò: quia hoc vult Papa in c. nauiganti. in §. ratione huius &c. Secundò probatur specialiter de prima conditione: quæ tamen deest in casu quartæ conclusionis: quia in capit. in ciuitate. extra, de vsu. dicit Papa illum peccare, qui mercem non valentem tempore contractus vltra quinque libras vendit ad terminum pro sex libris: nisi ipse venditor dubitet, an fuerit merx in illo termino valitura sex. hæc ibi. Ergo a contrario sensu, si non adsit illud dubium, puta: quis verisimiliter credebat, quòd in termino erat valitura sex: non excusabitur a peccato. Dicendum ad maiorem, negando eam. immo prima sola sufficit. Similiter secunda sola sufficit: si tamen tenuerit eam secundus in eo, qui emit sibi refundi interesse lucri cessantis. Ad primam probationem dicendum, quòd aut Papa ibi inuoluit duos distinctos casus, etiam incompossibiles sibi, & primo casui annexit excusationem, scilicet ratione dubij, & talis non est noster casus quartæ conclusionis, & secundo casui secundam scilicet ratione interesse, quod patitur, qui non erat in A. venditurus, & talis est noster casus. Aut si tantum vnam causam ponit: tunc capit vt consecutiuè. & tunc ambæ illæ conditiones concurrunt: non tamen ambæ necessariò, sed si prima adest cum secunda: tunc secunda concurrit tanquam faciens ad maiorem excusationem modo tacto in responsione ad primum argumentum tactum supra. Ad secundam probationem dicendum, quòd in cap. in ciuitate, loquitur Papa in casu, vbi vẽditor non patitur interesse lucri cessantis, nec grauamen aliquod ex hoc, quòd non permittitur refertare mercem vsquo ad terminum, pro cuius precio vẽdit: puta quia priuatus erat vendere in ea, nec etiam ex hoc, quòd cogitur carere precio, & ipsum differre vsq; ad terminum, patitur interesse, vel grauamen: & tamẽ quia expectat precium: ideo vult habere maius precio, quàm aliàs habuisset. Ille enim non excusatur: quia tũc ratione dilationis vult habere aliquid. Vnde de tali vẽditore non potente allegare interesse aliquod, vult Papa, quòd non excusetur: nisi vendendo pro precio termini dubitauerit verisimiliter, illud precium termini fore maius, quàm fuerit tempore contractus, & per cõsequens quòd illud non moueris eum ad vendendum ad terminum. hoc autem non dixisset Papa de alio, qui patitur vnum ex prædictis interesse. seruatis tamen seruandis tactis quæstione. 30.

Quintò arguitur. Vẽditor peccat, si in A. paratus existens vendere, vendat pro precio cursure in termino B. etiam si verisimiliter dubitet precium in B. futurum, esse maius currente in A. cuius tamẽ oppositum dictum est in secunda conclusione. & in solutione primi & secundi argumenti. Assumptum probatur: quia talis vendens in dubio, & existendo in dubio negligit tutiorem viam. Modò hoc est peccatum. igitur peccat. Maior pro prima parte de se patet ex forma casus. sed pro secũda parte probatur: quia tutior via esset, quòd vendendo determinaret in A. emptori precium, & non relinqueret ipsum pendere ex euentu in B. de cuius quantitate dubitat: quia determinando certus esset, quòd non acciperet minus, quam sit illud, quod currit in A. sed vendendo pro precio in B. cursuro, & volendo illud accipere, exponit se periculo excipiẽdi plus, quàm sit illud, quòd currit in A. cum tamen, solùm liceat sibi accipere tantum, quantum in A currit: quia pro illo erat paratus vẽdere. igitur. Minor probatur: quia dubius existẽs, dimittens tutiorẽ viam, exponit se periculo. modo qui amat periculum, peribit in illo: & sic peccat. Dicendum, negando assumptum. Ad probationem dicendum per duas distinctiones, quòd duplex est dubium. Quoddam est iuris, quoddam facti. Exemplum primi, dubitat quis de quodam contractu, an licitus

licitus sit: vt si quis dubitaret, an sit licitum vendere illam rem pro.10. quam scit valere tantum.9. Exemplū secundi, aliquis scit, q̄ peccatum est vendere pro maiori quàm valeat: attamen dubitat, an illud, pro quo vēdit, sit maius, vel non, eo q̄ vel nescit æstimationem hominum, & alia, ex quibus valor mercis perpēditur: vel ex eo q̄ nondum scit, quantum sit illud, eo q̄ non est determinatum: sed pendet ex futuro. Exempla etiam extra propositum possunt dari de illa distinctione: vt si quis dubitat, an cognoscere alienam sit licitum. hoc est exemplum primi. si autem non dubitat, quin cognoscere alienam sit illicitum: sed tamen dubitat, an hæc mulier, quam vult cognoscere, sit aliena, vel sua. hoc est exemplum secundi. Secunda distinctio. Dubium iuris est triplex. s. probabile, equilibre, & improbabile, vel sic: verisimile, neutrum, & lene. His suppositis dicendum, quòd maior est vera de dubio facti, nō iuris, saltem de per se: quia stat, q̄ vendens in prædicto casu sciat bene: q̄ rem vendere pro maiori quàm ualeat, sit peccatum: nec de hoc ullo modo dubiter: sed tantum dubitat, an precium, pro quo vendit, sit maius uel non: quia quantitas eius non est sibi nota, sed pendet ex euētu futuro. Ad minorem dicendum, q̄ minor est vera de dubio iuris, & adhuc non de qualicunq; tali: sed tantum de probabili, vel æquilibri. Vnde si quis acturus est aliquam actionem, & dubitat, an sit licita, & dubium est probabile. puta: quia plus credit, q̄ non sit licita, vel est æquilibre, vel neutrum: puta: quia non plus credit vnam partem, quàm aliam: talis inquam nihilominus agendo eam peccat: quia neglector est salutis suæ, & diuinę officiæ despector. Sed non est uera de dubio iuris leui & improbabili, si saltem regula intelligatur præcepti uē: sed est consilii. immo nonnunquam salubre est homini existenti in tali dubio, q̄ non est, nisi quidam leuis remorsus & scrupulus, despicere id, & cōtra ipsum despiciendo agere ad consilium & directionē sapientū. secundum Ioann. de Gerſona. Si autem minor intelligatur de dubio facti, dicendum, q̄ si ipsum factum, de quo dubitatur, est circunstantia, cuius præsentia deprauat actum, & ipse de eius præsentia dubiter, non peccabit in tali dubio agendo actum: dummodo dubium sit probabile, uel æquilibre. puta: quia magis credit, q̄ nō adsit, quàm q̄ adsit. Ad propositum applicando dicendum, quòd preciū aliquod esse maioris ualoris, quàm sit merx, est facti, & taliter q̄ eius præsentia deprauat vēditionem factam pro tali. Modò stante casu, contra quem procedit quartum argumentum: uenditor non credit preciū in B. futurum maius, immo dubitat ueri similiter de hoc, hoc est, potius credit, q̄ nō erit maius, uel nunquam de hoc cogitat: sed tantum æstimat, q̄ erit æquale. ideo illud eius dubium nō incusabit eum, sed potius excusabit.

Corollarium. Quòd inualida est responsio tam glo. quàm Panor. ad argumentum, quod glo. facit in prædicto. c. in uerbo dubitatur: ubi glo. arguendo dicit. uidetur quòd potius in tali dubio abstinendum esset a talibus contractibus propter periculum: quandoq;. n. aliqui fingunt se dubitare, ubi dubitatio non est. & glo. respondendo tali argumento dicit; quòd relinquendi sint in talibus conscientiæ suæ. Et Panor. dicit, quòd gl. formaliter non soluit, ideo ipse aliter soluendo dicit, q̄ in dubiis debet quis abstinere a tali contractu: ex quo ad conscientiam suam, & in foro animæ debet fieri interpretatio potius contra eum: quia illa pars est benignior, quæ est tutior: sed in foro contentioso interpretatio fit in benigniorem partem, & ita loquitur iste textus. hæc ille. Sed tam glo. quàm Panor. deficiunt in sua responsione quintupliciter. Primò: quia solutio argumenti consistit in sano intellectu illius dicti, in dubiis tutior uia est eligenda, quæ de dubio iuris intelligitur. Modò argumentum procedit de dubio facti. & dato q̄ regula etiam de dubio facti intelligeretur: non tamen nisi de probabili, uel æquilibri dubio præsentiæ illius cuius præsentia requiritur ad hoc, ut actus sit licitus, uel de probabili, uel æquilibri dubio absentiæ illius facti, cuius absentia requiritur ad hoc: ut actus non sit prauus. Modò casus, de quo procedit argumentum, non fit cum tali dubio. ideo ibi deberet radicitus solui se argumentum. Secundò: quia gl. per hoc quod dicit, quòd relinquendi sunt conscientiæ suæ, nondum respōdet ad argumentum: quia adhuc stat argumentum ad oppositum, militando per illam regulam: etiam habēt locum in foro cōscientiæ. s. in dubiis est tutior uia eligenda, adeo quòd stante dubio, de quo loquitur illa regula, non est quis etiam in foro animæ relinquendus conscientiæ suæ: sed potius si est in tali dubio (de quo illa regula præcepiuē loquitur) non est quis absoluendus nisi deserat illum actum, de cuius iustitia, bonitate, uel licentia, vel de facti, uel circunstantiæ præsentia, uel absentia, modo tacto dubitat probabili, uel æquilibri dubio. Tertiò: quia non est uerum, quod Panor. dicit, quòd quis in dubio debet abstinere a tali cōtractu. Nam ille contractus est simpliciter licitus: ut satis patet ex textu: etiam in utroque foro. Sed, bene uerum est: si quis non obstante decisione Papę, dubitaret dubio probabili, uel æquilibri de illo contractu, an sit licitus, deberet abstinere. Nec Papa taliter dubitātem excusaret: nec de illo in dicto capitulo loquitur. loquitur enim Papa non de illo, qui dubitat, an contractus, quo uendit in A. pro precio, quod incipiet in B. sit licitus: sed tantum de illo, qui uendendo prædicto modo solum dubitat, an precium curſurum in B. sit futurum maius, quàm currens nunc in A. Vnde si in foro conscientiæ uenit uenditor, qui fecit illum contractum: dicens se in B. recepisse plus, quàm in A. recepisset: nullatenus tamen de hoc cogitauerat, q̄ deberet sic in B. ascendisse precium: nec ille ascensus eum mouerat. non est ille condemnandus, nec est interpretatio contra eum facienda: quia in illo foro cuilibet credere pro se & contra se. Similiter etiam in foro exteriori. si de communi cursu, non fuit uerisimile apud homines, q̄ fuisset precium futurum maius in B. quàm in A. non est condemnandus, tanquam præsumptus usurarius, quasi ideo uendiderit ad precium termini: ut ratione dilationis haberet lucrum: immo si de conscientia sua diceret, quòd non credebat, quòd in B. sic fuisset ascensura merx ad illud precium: tunc quantumcunque apud alios communiter homines, qui forte peritiores eo fuerunt, illud fuisset creditum, non esset condemnandus in foro conscientię, tanquàm qui usurarium, uel iniquum contractum fecisset: sed tanquam ille, qui incautè egisset illum contractū faciēdo, qui posset haberet speciem mali. Venit igitur defectus illarū responsionū ex ignorantia, uel negligentia prædi-

prædictæ duplicis distinctionis positæ de dubio. Quare dēficit: quia non est verum, q̄ in foro conscientiæ illa pars sit benignior, quę sit tutior. Nam communiter illa pars, quæ in foro conscientiæ est tutior, est durior ad seruandum. Sicut status tutiores in hac vita sunt duriores, seruare quippe consilia & præcepta est tutius: sed durius, quàm præcepta tantum seruare. Soluendū est igitur argumentum sicut solutum est supra. Quod autem glo. quasi confirmando argumentum dicit: quā doque enim aliqui fingunt se dubitare &c. hoc nihil facit. quia nemo dubitat, quin ei qui non dubitat: sed tantum se fingit dubitare, sit abstinendum a tali contractu, sed hoc non debet præiudicare alteri, qui non fingit se dubitare: sed verè dubitat, quin licere debeat sibi, sic contrahere.

QVAESTIO LXII.

Verum Parato vendere mercem in A. licet eā vendere pro precio currenti in A. non obstante quòd sciat, vel probabiliter credat statim superuenturas multas consimiles merces ad idem forū, propter quarum aduentum probabiliter credit, quòd decrescet precium suæ mercis, & emptor si sciret earū aduentum, non ita carè emeret. Sub hac quæstione potest comprehendi etiam similis casus: puta aliquis ex ordinatione concepta in consilio eorum, qui præsunt reipublicæ, scit, q̄ frumentum eras minus valebit quā hodie. ideo vēdidit ignorantibus illam ordinationem, & eodem modo respondēdum est ad eum sicut ad præcedentem. Ad quæstionem igitur propositam respondendo tangentur tres modi diuidēdi, primus & tertius sunt extremales, & secundus est medius.

Primus modus dicendi est. S. Tho. in 2. 2. q. 77. art. 3. dī. q̄ sic: quia venditor, qui vendit rem secūdum precium, quod inuenit, non videtur contra iusticiam agere, si quod futurum est non exponat: si tamen exponeret, vel de precio subtraheret, abundantioris esset virtutis: quamuis ad hoc non videatur teneri ex iustitiæ debito. hæc ille.

Secundus modus dicendi habet tria dicta. Primum, venditor in prædicto casu non peccat, si certat tantum de damno vitando, siue emptor certet de lucro consequendo, siue de damno vitando. Secundum idem dicendum. si vterque certat solum de lucro consequēdo. Tertium, si venditor de lucro consequendo, & emptor de damno vitando certat: peccat venditor in prædicto casu. Exemplum primi. precium currens in A. est. 10. Iustum in B. futurum est. 8. & si venditor venderet pro minori, quàm pro. 10. vtputa pro. 8. ipse non haberet suum capitale, quod pro merce exposuit: quia mercedit. 9. si est merx empta. Emptor autem etiam si pro. 10. emat, poterit siue damno redistrahere in alio loco, vel tempore pro. 10. & sic rehabebit capitale: licet non poterit consequi lucrum, vel etiam non poterit reuendere pro. 10. sed solum pro. 9. vel. 8. & sic patietur damnum. Exemplum secundi. supposito casu primi exempli, si vēditor vendēdo pro 10. consequatur tam sortem, quàm lucrum, & emptor emendo pro. 10. nullum damnum incurrat: quia reuendēdo poterit rehabere in alio loco, vel tempore. 10. sed solum non assequatur lucrum. Exemplum tertii. venditor etiam si pro. 8. venderet, nullum damnum incurreret: immo rehaberet capitale: quia ipse emerat pro. 8. & tamen emptor emendo pro. 10. non posset rehabere capitale: sed partem capitalis perderet. Ratio primi dicti forte esset: quia si necesse est me, vel proximum incurrere damnum in illo casu: modo licitum est mihi me eripere de damno, etiam si alius incurrat: quia ordinata charitas incipit a seipsa. Ratio secundi: quia si necesse est, aut me, aut proximum non assequi lucrum: licitum est mihi meipsum promouere ad assecutionem lucri proximo neglecto. Ratio tertii: q̄ cum alterius iactura nullus debet locupletari. damnū autem emptoris est eius iactura, & venditorem consequi lucrum, est eum locupletari. igitur non licet venditori velle consequi lucrum cum damno emptoris. Sed aliter videtur dicendum. ideo potest poni.

Tertius modus dicendi per quatuor dicta. Primū, casus fm titulum qōnis est venditori illicitus, siue scia venditoris sit certa formidine de opposito, siue sit probabilis tantum. Probatur dupliciter. Prima probatio probando propositum simul, etiam procedit cōtra primum modum dicendi sic. Illicitum est mercem vendere in A. pro precio maiori, quàm sit valor mercis in A. cuius precii minoritatem venditor probabiliter credit, vel credere debet. Modo stante casu qōnis, vēditor probabiliter credit, vel saltem credere debet probabiliter, q̄ precium currens in A. est maius, quàm sit valor mercis in A. igitur illicitum est sibi prædicto modo vendere. Maior probatur: quia est contra iustitiam communem, & patet illa maior sufficienter ex deductis in q. 37. in conclusione prima. Dico notanter in maiore, vel saltem credere debet &c. quia si non crederet precium illud esse maius: & tamen haberet probabilem occasionem id credendi: quam tamen nolles aduertere, nō ꝓp hoc excusaretur, si dicat non credebam, q̄ esset maius: nam ille est in ignorantia affectata vel crassa, quæ non excusat, immo incusat, & affectata æquiparatur scientiæ & crassa: cum sit lata culpa, æquiparatur dolo. Minor probatur: quia valor mercis decrescit ex superabundātia mercium in illa regione: sicut eius valor crescit ex defectu, adeo q̄ merx, cuius adest copia in regione, non est tanti valoris, quanti esset, si penuria eius adesset. Modò stante casu quæstionis: est copia mercis, quam venditor habet venalem in A. in illa regione, & si non essent superuenturæ, esset eiusdem penuria & defectus, saltem comparatiuè: precium autem, quod in A. currit pro merce: puta decem, non currit pro A. nisi supposito, quòd non adsint in illa regione multæ consimiles merces, eo quòd quàm primum superuenient multæ merces consimiles, precium curreas, erit solum octo. & hoc ipse etiam credit per casum quæstionis. igitur si exigat pro merce precium currens in A. scilicet decem, exiget tantum precium, quantum probabiliter credit esse maius valore mercis. aut si non credit, debebat tamen illud credere, eo quòd credit, quòd si sciret emptores prædictum aduentum, nullatenus darent decem. Et si hanc probationem dupliciter euadere velis. puta primò dicendo, quòd quamuis stante casu quæstionis multæ consimiles merces adsint iam in regione: tamen nondum sunt in loco venditionis: licet illuc sint affuturæ. & sic in illo loco nondum est copia: sed penuria, igitur vendere poterit pro decē, quæ sunt precium mercis sibi: vbi censetur non esse eius co-

pia. Contra non solum copia mercium, quæ adsunt in particulari loco venditionis facit decrescere valorem, & per consequens precium mercis: sed etiam copia earum, quæ adsunt in regione: quia licet differant a particulari loco: tamen quia parum distant, nihil differre videntur. Ideo quasi pro præsentibus habentur. Et quamvis verum sit, quòd copia mercium, quæ solùm sunt præsentes regioni, & absentes a loco particulari venditionis, non intantum possit facere decrescere valorem, & per consequens precium mercium, quantum faceret ipsum decrescere copia earundem, si essent etiam præsentes particulari loco. Nec quasi præsentia intantum efficere potest, quantum perfecta præsentia. Attamen aliquid, vel in aliquanto facit ipsum decrescere. Modò casus quæstionis supponit, quòd precium currens in A. scilicet decem: non currat, nisi supposito, quòd consimilium mercium copia, nec sit in illo particulari loco: nec etiam sit quasi ibi vel propè: seu in via adueniendi, seu in regione, quod patet: quia supponit, quòd si emptores particularis loci scirent, vel crederent consimiles merces esse de prope superuenturas: nullatenus de cem darent: sed minus. Et quamvis quando in effectu fierent præsentes valerent octo. & ita cum nondum sint in effectu præsentes. ideo merx ioannis licèt rationabiliter posset vendi pro plus, quàm pro octo, eo quòd copia mercium nondum est posita in effectu præsens illi loco sed solum quasi præsens. & forte probabiliter tantum credica affuturæ & pro certo non scita affutura: & per consequens aliquslis dubietas: licet leuitas adest, quæ facit etiã, quòd in aliquo possit ascendi vltra octo: sicut & dubietas facit augeri valorem mercis: tamen non poterit venditor ascendere vsque ad decem. Si secũdò velis etiadere: dicendo, quòd quamuis sit iam maior copia illius mercis in regione, & etiam illa copia quasi sit in illo particulari loco: tamen illa copia latet emptores illius loci. ideo talibus poterit vendere pro precio tali, quod daretur pro ea, ac si non esset talis copia. Hoc inquam non valet, quod dupliciter patet. Primò: quia copia & defectus mercium iustificat de per se valorem mercis, ita quòd in quantificando non dependet a notitia hominum, ita quòd sicut propter nostrũ affirmare, vel negare nihil mutatur in re: sic propter hoc quòd emptores illius loci sciunt, vel ignorant superenturas alias merces, non mutatur valor mercis: sicut nec propter nostram notitiam, vel ignorantiam mutatur copia & penuria quantificans illum valorem. Secundò quòd prædicta latentia aliquid faceret contra effectum prædictæ probationis, & pro excusatione venditoris: tunc si in prædicto loco venditionis esset actu multa copia mercium: quæ tamen aliquem simpliciannm, vel inconsideratum emptorem lateret, qui crederet ibi esse defectum illius mercis, & per consequens æstimaret eam pro decem, quæ tamen propter copiam in re præsentem non valer nisi octo, liceret venditori illius mercis talis emptori vẽdere pro decẽ, quod est falsum. Et si dicis, non est simile, eo q in casu illius inconsiderati emptoris, vel simpliciani de facto illa octo currunt vt precia, cuius cursum trãscendere nõ debet: sed in casu cõmuni nondũ currunt 8. vel. 9. sed. 10. vsq; ad. 10. ascendere potest. Nõ valet illa assignatio dissimilitudinis: quia cõ in A. currunt. 10. vt precium est ex ignorantia & errore emptorum illius loci, apud quos nulla tenus illud precium curreret, si probabiliter crederet de prope esse multitudinẽ cõsimiliũ mercium: errans aũt & ignorans nõ cõsentit: immo vt supra habitũ est. q. 56. si rectores reipublicæ, aut cõis taxaret precium mercium: & taxando nimis ascenderent ex stultitia, vel propriũ lucri cupiditate seducti, nõ excusaretur venditor, qui fm illã taxã & currentẽ venderet, credẽs, vel credere dñs esse nimis magnũ precii. Et sicut in casu cõnis tota cõmunitas errat & ignorat: ideo dat. 10. sic in casu prædicti inconsiderati simpliciani particularis emptor errat & ignorat, & apud eũ currit precii. 10. ideo & nec cũe excusatur vendens tali simpliciano pro 10. Confirmat: sicut contingit mercẽ extrinsecè meliorari per hoc, q cunctæ consimiles pereunt: & ipsa manet sola: quæ tñ intrinsecè in nullo est meliorata sed forte peiorata: sic contingit eandẽ ex affluentia multarũ similiũ effici defectuosam extrinsecè, licet intrinsecè non sit peiorata: sed forte meliorata. Modò qui vendit scienter mercem defectuosam pro precio, ac si non esset defectuosa, peccat, & tenetur restituere partẽ illã, quæ excedit valorẽ. sic aũt sit in casu cõnis. igitur. Secundò specialiter reprobatur secundus modus dicendi. Nõ est licitũ facere cõtra iustitiã cõmutariuã, vel vendere rẽ pro maiori, q valeat. Et si vendens id faciat pro suo damno vitando, vel lucro consequendo: si hoc cedit in damnũ emptoris. Nec ẽt si id faciat pro lucro consequendo: ẽt si id nõ eo dat in dãnũ emptoris: sed solũ in cessationem lucri emptoris. Modò in primo dicto sedi modi dicendi vendit res primo modo, & in secũdo venditur secũdo modo. igitur illicita est talis venditio. Maior probatur: qa de opposĩtũ: tunc liceret ei, qui tpe defectus, & caritiæ alicuius mercis emisset illã carissimè, & inundantia facta earundẽ, stellet & uendere carissimè, ne aliquid de suo capitali perderet, ubi is, qui ab eo emeret, incursurus esset dãnũ. Aut si id faceret, ut consequeretur lucrũ, ẽt si omẽs ab eo non incurreret dãnũ. sed rehabere posset capitale: attamen lucrũ nõ posset cõsequi: sed gratis suas operas cogeretur impendisse. Et si dicas, mercator in taxando valorẽ mercis suæ pt inter alia, quæ faciũt ascensum in precio, ẽt cõsiderare dãna, quæ ipse perpessus est, vel perpeti pt vacando officio mercaturæ: ut patuit. q. 56. igitur ẽt cũ nunc pateretur dãnũ, si non vẽderet pro pcis in A. currente, põt illud damnũ velle sibi refundi, & per consequens cũ nõ possit sibi refundi: nõ vẽdat pro precio currenti A. suppositõ q uendendo certet de dãno vitando, sequitur q falsũ in tali casu. Primi dicti sedi modi dicẽdi posset uendere pro. 10. Dicendũ, non dẽt quis velle bis, vel duplicitẽr: vel amplius sibi refundi idẽ dãnũ, modo ipsorũ prioribus mercationibus eo carius vẽdidit merces: quatenus si aliqua dãna in futuro sibi emergerent tõne illius officii sine sua culpa, illa sibi refundi possent. & idem facit in posterioribus mercatoribus. si igitur etiam nunc vellet illud sibi integraliter refundi ut. s. nullum penitus dãnũ. nunc sustineret: tunc idẽ sibi multipliciter vellet refundi. Vnde ẽt si hæc replica aliquid concluderet: tunc ẽt in casu, quo solum certat uendituꝛ de lucro captãdo: & emptor de damno vitando: posset uendere pro decẽ quia uenditor potest inter taxandũ mercẽ suam ẽt considerare lucra cessantia, puta q sæpe operas suas gratis impendit. & sic etiam nunc posset illud sibi uelle refundi: & tamen non refunderetur sibi nunc, nisi uenderet pro decem:

decem, quod tamen nec negat secundus modo dicendi. Secundum dictum. Idem casus quæstionis est illicitus, si uenditor, licet non sit in credulitate probabili: est tamẽ in dubio æquilibri de prædicta affluentia mercium, & descensu precii: probatur: quia tunc uenditor exponit se æquilibri periculo violandi iustitiam commutatiuam: nam si est in tali dubio, tunc est etiam in æquilibri dubio, an ne illa. 10. quæ exigit, sint precii nimis magnum, uel non, igitur in tali dubio excedens tenetur eligere tutiorem uiam, scilicet aut non vendere, aut uendere pro minori, quàm pro 10. non tamen uidetur teneri ad uendendum pro octo: quia illa æquilibris dubietas facit, ut merx sua sit carior, quàm si esset certũdo etiam probabilis tantum de illarum mercii superuentu, de descensu in precio illius mercis. Huic tertio modo dicendi quòd ad hæc duo dicta accedit, q Ludouicus Romanus in suis singularibus dicit de simili casu annexo in principio huius quæstionis. Dicit enim, q illi qui emerunt frumentum, contra talem uẽditorem possunt agere ad interesse secundum Guil. per I. fraus. & I. contra legem. ff. de legi. & placet Bar. in l. quæro. ff. de ac. empt. Et Bal. in l. 2. de pet. & com. rei uendi. & ibi sic dicitur. Planè si intelligeret uenditor non duraturã bonitatem usque ad diem, quo tolli deberet, nec monuit emptorem, tenebitur. hæc ille. Et quamquam dici possit, quòd illa lex loquatur de uino disposito ad corruptionem, & sic non habet suam bonitatem intrinsecam. & ideo uendens tale uinum, acsi haberet bonitatem intrinsecam, tenetur ad restitutionem. Secus in casu prædicto, ubi retinet eandem bonitatem intrinsecam, licet extrinsecam sit res perditura quamtocius. Nam ita est contra charitatem fraternitatis rem uendere pluris, quàm requirat eius bonitas extrinseca, sicut quàm requirat eius intrinseca bonitas ideo si ille tenetur & peccat, qui rem, cuius intrinseca bonitas est statim corrumpenda, uendit, acsi non esset statim corrumpenda: tunc idem est dicendum, si uẽdit rem, cuius intrinseca bonitas est statim corrumpenda, acsi non esset corrumpenda, valor enim rei nõ pendet & æstimatur ex utraque bonitate: ut patet. q. 56. Tertium dictum. multùm vituperabiles sunt illi mercatores, qui studiosè laborant ad hoc, ut sciant, si affuturæ sit abundãtia mercium cõtrariliũ suæ merci ut sic antequam in effectu ponatur illa abundantia, aut antequam innotescat emptoribus suis, ipse uendat suas pro precio currenti, acsi illa inundantia non esset affuturæ. quales essent illi, qui Venetiis, aut alio consimili loco, ad quem affluunt merces, haberent notos, qui eis, cum affuturæ esset affluentia mercium. puta specierum, uel similium: hoc anno significarent illam, quatenus ipsi suas, quas in aliis locis habent: statim uendant precio cariori cum præiudicio illorũ, qui ab eis emunt, qui postea retendendo non poterunt acquirere capitale. Ratio autem illius dicti est: quia illi student ad faciendum scienter contra iustitiam commutatiuam, & per ns nituperabiliores sunt illis, qui scienter faciunt contra eã, non ad hoc studendo. puta: quia nõ laborãt ad sciendum illam inundantiam affuturam, sed illa eis aliàs innotescit per accidẽs, sine eorum studio ad hoc adhibito. Per hoc tamen nõ condemnantur illi, qui cõsiderant dispositionẽ uinearum & fatorum: ut fm illorũ dispositionem uendant

sua uina, uel blada, ne diutius retinendo cogantur vendere pro uiliori precio: quia uendendo pro nunc, precio currenti, uendunt pro illo, quod est taxatum, non ex errore, uel ignorantia illius dispositionis: quia non solum ipse nouit eam, cum illa dispositio sit notoria toti regioni, & sic non uertatur uenditor in dolo. Quartum dictum. si uenditor non sciret eas superenturas nec etiam probabiliter crederet: immo probabiliter dubitaret de illo superuentu. Aut si probabiliter crederet aduentum, non tamen probabiliter crederet. nec rationabilem causam haberet credendi precium ob hoc de scensurum, etiam si iam essent præsentes, non peccat uendendo: etiam pro 10. quia tunc habet probabilem credulitatem, q merx sua sit in illo loco & regione eũ defectu & penuria. igitur pro 10. uendere poterit, quæ sunt per casum iustum precium illius mercis, quando deficit ibi, & in illa regione. igitur.

Contra tertium modum dicendi arguitur, si esset uerus, sequeretur, quòd si uenditori nihil omnino innotuisset de prædicta affluentia mercium, uel propinquo descensu suæ mercis in precio. & sic bona fide secundum cursum fori uendidisset pro 10. & statim uideret oculis suis illam affluentiam mercium, & descensum precii usque ad 8. quòd ipse licet non peccaret uendendo pro 10. tamen post quàm comperiret prædicta, deberet restituere aliquid de precio percepto: puta unum, uel duos, ita quòd solum recepisset. 9. uel 8. consequens est inconueniens, sequela probatur: quia uendens pro precio excedente ualorem mercis, & faciens hoc ex bona fide, & probabili ignorantia illius excessus, licet excusetur a peccato tempore uenditionis, tamen si postea comperit illum excessum, debet restituere, ut patuit q. 57. Quod autem consequens sit inconueniens: patet: quia si consequens esset uerum tunc etiam ille deberet restituere. c. uel paulominus qui hoc fero emisset. c. ornas pro c. flo. (sicut & euenit hoc fero) si eras mane ualerent. 200. florẽ. eo q mane cuncta florẽtes uineæ perirẽt frigore & pruina, sequela probatur: quia in fero uenditionis uerus erat dicere, quòd cunctæ florentes uineæ erant perituræ, & per consequens uina empta illo fero ualuerũt in re idem, quod eras erant ualitura: quia si fero innotuisset hominibus, nemo uendidisset centum ornas pro centum flor. sed. 100. uel paulò minori. Dicendũ negando sequelam: quia non est simile ad casum quæstionis: quia in casu argumenti tam uenditor, quàm emptor ignorauit ualorem mercis ex ignorantia affluentiæ, uel copiæ mercium: sed in casu quæstionis emptor ignorauit, & uenditor agnouit ualorem mercis. Et si replices dicendo. hæc dissimilitudo quamuis obstare possit quòd ad culpam incurrendam per unam scilicet scientem, & non per alium, scilicet per ignorantem, tamen non obstat quòd ad hoc, quin uterque deberet restituere, eo quòd non solus ille uenditor, qui scit descensum precii mercis, sed etiam qui ignorat cum recepit aliquid excessiuum ab eo, qui ignorans & errans, & per consequens non consentiens tradidit illud. Dicendum, q illa dissimilitudo obstat, etiã quòd ad obligationem restitutionis. & hoc per illã uiam. nam si uterque ignorauit affluentiam mercium, & per consequens diminutionem ualoris mercis, & descensum in precio, & ita emptor uideatur saltem habitu non consensisse

sensisse in traditionem tanti precij: tamen emptor in casu ubi tam ipse, quàm venditor ignorant affluentia, & sic bona fide fecerunt contractum, debebat consentire, ut tradito precio sit facta plena translatio dominij illius precij in venditorem. & hoc illa ratione: quia sicut princeps pro bono pacis statuere potest; & de facto sic statuit: ut etiam res altena fiat mea: si completa sit præscriptio bona fide: adeo quòd eam restituere non teneor, sic pro bono pacis & tranquillitate humanæ conseruationis hoc inducere potest consuetudo, quòd ubi bona fide quis vendidit rem pro precio currenti, quod est in re excessiuum propter affluentiam similium mercium, quam ipse ignorauit, nec scire tenebatur, vel etiam sciuisse non potuisset humana via, eo quòd illa affluentia fuit ex secretis naturæ, uel specialis Dei ordinatione, & sic ignorauit valorem mercis ex illa causa non tenebatur venditor restituere aliquid de precio: quamuis comperiat se recepisse plus, quàm valuerit, licet non plus, quàm communis cursus æstimabat valere, quemadmodum supra q. 57. cõclusione quarta, in fine, huius simile habitum fuit de vendente tem pro pluri, quàm ualeret, ubi plus est intra latitudinẽ iusti precij: licet non sit præcise æquale valori mercis, eo quòd non poterat tunc humana via attingere per intellectum precisum ualorem mercis: & tamen secus fuit dictum de vendente pro pluri, quod est extra latitudinem iusti precij, & id sciuit, vel scire potuisset, si noluisset. Sed non sic est in casu quæstionis: ubi venditor sciebat defectum ualoris mercis, eo q̃ sciebat affluentiam. & sic in dolo fuit vendendo pro tanto, quantum non ualebat merx in sua conscientia, quam habuit, uel habere debebat ratione affluentiæ sibi notæ. ideo non solum culpam incurrit uersando in illo dolo: sed etiam meretur, ut non efficiatur dominus illius partis, in qua precium est excessiuum: sed quòd restituere teneatur. Nec consuetudo ratificat: ut dominij translatio in taliter uersante dolo habeat effectum suum. Et si iterum replices, emptori, qui emit a sciente talem affluentiam, consuetudo non dat actionem contra venditorem, nisi sit deceptus ultra dimidium iusti precij. immo etiam non, si sit vltra dimidium iusti precij deceptus, eo q̃ dolus eius latet. puta quia si illa affluentia latuit omnes emptores illius ciuitatis, & per consequens videtur venditor se tueri, tanquam non fuerit in dolo vendendo secundum opinionem ipsius met ciuitatis: & de facili dicere posset sibi non innotuisse illam affluentiam. Vel si sibi innotuit, quòd non fuit sibi probabiliter certum, an illa affluentia & descensus in precio forueretur talem effectum, igitur consuetudo ratificat translationem dominij. Hoc inquam non sequitur, sicut in simili non sequitur, non dat actionem dolum passo contra uersatum expresse in dolo: vendendo pro pluri; quàm iustum sit: tam a parte rei, quàm etiam secundum cursum & æstimationem hominum: dummodo sit excessus ultra dimidium iusti precij. igitur ipse dolosus efficitur dominus illius pluris, quin in foro conscientiæ nihilominus restituere debeat: immo videtur q̃ sic conditori iuris ciuilis non licuit statuere, q̃ præceptio malefidei sit effectualiter transferens dominium rei in præscribentem, & hoc: quia illud statutum fuit nutriens peccatum, quicquid sit de hoc, an scilicet ne huiusmodi statutum habuerit effectum illius translationis: sic etiam illa consuetudo nõ esset rationabilis, nec eius obseruantia licita, qua traditur ferretur dominium illius excessiuæ partis in venditorem sic dolosum: quia nutritiua esset peccati. Corollarium si quis solus ex diuina reuelatione sciret post mensem imminere ciuitati huic obsidionem, ob quã bona ciuitatis huius (ut pecora & huiusmodi) redigenda essent ad precium nile & parum, & tamen nunc essent certissima, non posset ille sana conscientia uendere ea pro precio nunc currenti. Et econtra, si quis tempore obsidionis ciuitatis huius, cum panes & frumenta essent carissima, sciret ex diuina reuelatione cras propter solutionẽ obsidionis ciuitatis redigenda ad paruũ precium: non posset hodie frumenta uendere pro precio hodie currenti. Et sic Heliseus propheta tempore obsidionis Samarię, quando adeo inualuit fames quòd quarta pars cabi de stercore columbarum, idest de granis comestis a columbis & repertis in uesica gutturis earum, uendebatur quinque argenteis, non potuisset etiam totum cabum uendidisse tanti illo tempore, quo dicebat prophetando, cras modius similæ uno statere. Similiter si illustris princeps, ob cuius curiæ præsentiam domus sunt hic carę hoc tempore, esset translaturus curiam post mensem alibi, & aliquis solus id pro certo sciens ideo uenderet domũ suam nunc caro precio, cum tamen sciat, q̃ si emptores scirent translationem curiæ de propinquo imminere, nullatenus tantum darent. Ad argumentum primæ opinionis dicendum, q̃ venditor uendens secundum precij quod inuenit, si nesciat precium esse excessiuum, & credat cursum illum non uenire ex errore, non peccat etiam si in re esset error. Secus autem ubi probabiliter credit, uel credere debet precium esse excessiuum, & communitatem errare in illo precio ex causa, quam si sciret communitas, nullatenus daret tantum. Ad rationes secundę opinionis dicendum. & primo ad rationẽ primi dicti, quod assumptum est uerum, quando id fit sine illatione iniuriæ, & iniustitiæ ipsi proximo. puta si necesse est me, uel proximum in fluuio aliquo perire, possum me eripere, eo ibi dimisso. secus quando id non fit sine illatione iniuriæ: utputa si euadere non possum, nisi eo deiecto de tabula, in qua euadere possem. & quam ipse ante me apprehendit, ego tabulæ adhærere uelim, uel si tyrannus dicat, aut occide proximum tuum, aut faciam te per eum, uel aliqm occidi, non ob hoc licerer mihi proximum occidere. Vide Io. Gerso. in floribus, ait. Nunquam pro saluando uitam suam corporalem sunt innoxij uia facti a se petimendi, ut si non euadere potest quis se persequentem, quam conterendo paruulos uiam obsidentes, mors est potius expectanda. ita dum quis est in extrema fame necessitate, non debet a similiter famelico panem necessarium extorquere. Hæc ille. Modo sic est hic: nam exigendo ab emptore inscio precium excedẽs, occasionem damni dat eidem. Ad rationem secundi dicẽdum, q̃ assumptum est uerum, quando id fit sine iniuria proximi; ut si quis indifferens sit ad emendum a me, uel a uicino meo, & ego emptorem allicio, ut emat a me, & sic lucrer non iniurando in ullo meo uicino, non pecco. Secus si id fiat cum iniuria proximi utilipendendo merces suas, aut detinendo uicinum ligatum, ne possit tenere

tenere forum rerum suarum. Et licet tertium dictum secundi modi dicendi sit uerum: tamen ratio ad id adducta æquè posset contra primum dictum duci. Nam quem uitare damna, est cum locupletari: cum non minor uirtus sit quærere, quàm parta tueri. igitur etiam non debet quis cum alterius iactura uelle sua damna uitare. Inter has tres opiniones eligatur, quæ plus uidetur rationi consona. Nam prima uidetur laxior: & mitior, secunda æquior, tertia licet uideatur duriori ta men uidetur de rigore uerior. Vide & aliqua ad hanc materiam conducentia supra. q. 36. exemplo sexto.

QVÆSTIO. LXIII.

Vtrum parato emere mercem in A. liceat eam emere pro precio currenti in A. non obstante quòd sciat, uel probabiliter credat perijsse, uel statim periturus multas consimiles merces propter quarum perditionem probabiliter credit, quòd crescet precium illius mercis ultra precium currens in A. De hac quæstione possunt recitari tres modi dicendi proportionabiliter ad tres modos recitatos in præcedenti quæstione, & proportionabiliter possent formari dicta & rationes hincinde. ita quòd ubi prius dicebatur de venditore: nunc dicatur de emptore. & ubi prius ponebatur, quòd precium currens in A. erat 10. & tamen propter affluentiam mercium non ualuit. 10. sed tantum 9. uel 8. sic econtra hic poneretur, quòd precium currens in A. erat 8. & tamen propter perditionem mercium non tantum 8. sed 9. uel 10. ualuit. Et eodem modo posset quæri, quando quis emeret rem pro precio, quod hodie æquialet merci, qui tamen scit, quòd cras tale precium, uel numisma prohibebitur in toto, uel saltem decernetur cras, quòd non accipiatur amplius pro tanto ualore: sicut hucusque fuit acceptum: & quia lector illa poterit per seipsum mentiri, ideo ulteriorem tractatum huius quæstionis tanquam sufficienter tactum in præcedenti. q. omitto.

QVÆSTIO. LXIIII.

Vtrum merces immutatas cariùs uendere q̃ sint emptæ sit illicitum? Solutio quæstionis stat in una distinctione, & duabus conclusionibus. Distinctio est. mercem aliquam mutari, potest intelligi dupliciter. Primò, quòd mutetur intrinsecè. Secundò extrinsecè. Si primo modo, hoc est dupliciter, aut artificialiter: ut cum quis ex ferro empto facit cultellum. Aut naturaliter, & hoc tripliciter: quia aut in substantia, aut in quantitate, aut in qualitate. Exemplum primi. emit mineram aliquam aliam ab auro & propter applicationem agentium naturalium illa mutatur in aurum: nam quamuis applicatio sit artificialis: ipsa tamen actio actiuorum applicatorum est naturalis, & effectus etiam naturalis. Similiter si emit ninum, & illud mutatur in acerum nobilissimum, quod contingere potest in illo loco, uel regione esse carius uno. Exemplum secundi, emit pullum equi, qui cum uenditur, est magnus equus factus. Exemplum tertij, emit mustum: & cum uendit est defecatum & lympidum factum. Si autem extrinsecè mutatur, hoc fit multipliciter: & possunt enumerari septem modi. Primò ratione loci: ut emi mercem Venetiis: & adducta uendo tibi. Vnde philosophus. 1. politicæ. ad acquirendum pecuniam utile est experrum esse circa possibilia, qualia in quibus locis sunt rara. & sic præciosa: quia omne rarum charum. ideo res abundantes alicubi sunt ibi uiles & translatæ ad locum, ubi sunt raræ, per loci mutationem fiunt præcioliores, & sic cariùs uendi possunt. Vnde & ibi distinguit duas (species mercaturæ, scilicet nauclerian, quæ fit nauibus per mare, fortigiam, quæ fit per terram in equis & mulis. & prima est magis lucrativa: quia citius & cum minoribus expensis transferuntur res ad loca, ubi sunt precioſę. Secundò ratione temporis: ut emi tempore, quo nile precium curreba, & uendo tempore, quo earum precium currit. Tertiò ratione copię, uel penuriæ: ut aliquis emit tempore, quo copia erat illius mercis, & sibi similium, & uendit tempore, quo est eius penuria, eo quòd consimiles merces perierunt, uel consumptæ sunt. Quartò ratione damni, uel grauaminis imminentis uenditori: ut emit uili precio, & cum ab emptore inducitur per preces: ut sibi uendat, patitur damnum uel grauamen: & tamen tempore emptionis non imminebat sibi tale quid ex carentia illius rei. Quintò ratione complacibilitatis in emptoribus: ut cum emebat, non erant emptores affecti ad huiusmodi mercem postea uerò licet merx non sit in se mutata, incipit eam emptoribus admodum placere. sicut nonnunquam uidemus fieri in pannis certo colore tinctis. Sextò ratione operarum, quas utiliter impendit venditor circa eam a tempore, quo eam emerat, utputa quis interim eam in esse conseruauit: quatenus tunc cum eam optarent: possent in prompto habere, & non cogerentur ante illud tempus emere & cõseruare: nec etiam in illo tempore cogerentur discurrere ed extrema loca. Nam talis merx est ualde aptabilis hominibus, quam tunc, cũ ea indigent, habere possunt in propru, & quã nõ cogunter accipere, antequam eis bene placeat, cuius ipsi interim sustinerent periculum. Et ad hunc modum etiam potest réduci, quando quis emit mercem in magna quantitate, & eam uendit minutatim: quia uendendo minutatim plures operas impendet circa mercem ante & in uenditione, quàm si totam simul uenderet. Dicitur notanter, quas utiliter impendit ex causa tacta in q. 56. Septimò ratione æstimationis, ut si merx in se in nullo est mutata, tamẽ cum eam ille emebat, latebat homines eius bonitas, & postea cum uendit magis apparet & inopteſecit sibi & aliis bonitas illius. Ad illum modum mutationis etiam potest reduci mutatio, qua mutatur merx illo modo, qui positus est quæstione. 56. conclusione. 3. in fine quinti manuductiui.

Prima conclusio. mercem intrinsecè immutatam cariùs uendere, quàm est empta, non est illicitum, si est mutata extrinsecè, dummodo illa mutatio fiat ad melius: & maioritas precij proportionetur mutationi ad melius: quia tunc maioritas precij non respicit mercem precisè in illa conditione, in qua fuit empta: sed in illa, ad quam nũc per mutationem venit, quę conditio est æstimabilis precio, modo licitum est rem æstimabilem precio vẽdere, pro precio illi proportionato. igitur licitum est, illam maioritatem precij exigere.

Secunda conclusio. mercem omnino & simpliciter immuta-

immutatā tā intrinsecè q̄ extrinsecè carius vēdere, q̄ sit empta, si est purè & iustè empta est illicitum: quia tūc ipsam maioritatem precij accipit sine ulla causa & ratione: non enim potest allegare se pro merce recipere, cum merx sufficienter sit soluta: remota illa maioritate, neque pro aliquo per eum circa mercem operato: quia tunc merx fuisset aliquo modo mutata intrinsecè uel extrinsecè. igitur. Quod autem merx esset sufficienter soluta remota illa maioritate, probatur. Nam da oppositum: tunc ipse iniustè emisset, dando scilicet minimis parum precium. huius autem oppositum supponit conclusio. supponit enim, q̄ dederit sufficiens & iustum precium pro ea, & q̄ uenditor nihil sibi remiserit, vel donauerit de precio. Nam nisi hoc supponatur conclusio nō esset vera: quia si rem ualentem 10. emisset pro 5. & reliqua quinque uenditor sibi donasset: ipse vendere posset carius, quàm emisset. ideo notanter dicitur in conclusione, si pure, idest sine donatione cōcurente, & iustè, idest non diminuto precio est empta. Et in illo sensu debet intelligi dictum Chrys. super illo Mat. 21. dicens. Eiiciebat de templo, qui comparat rem utilem integram & immutatam vendendo lucretur: ille est mercator, qui de templo Dei ejicitur. & ibi dem econtra, non condemnat illum, qui rem aliquam emit, & eam mutat ad formam artificialem. & sic eam carius uendit, quàm emerat: & quamuis tantum de vna mutatione ponat exemplum: tamen alias eūm non excludit.

Contra hanc conclusionem arguitur. Summisse iustificant sequentes duos casus: ubi tamen res omnino immutata carius uenditur, quàm sit empta. Primus est, si quis emit mercem pro 10. & in eadem ciuitate, uel domo absque ulla traiectione mercium, uel modo, quę nullius est æstimationis & sine mutatione ad vllam melioratiōnem extrinsecam, uel intrinsecam uendit pro 12. Secundus, si uis mihi librum uendere pro 10. & ego non intēdo emere: nisi pries inueniam aliū, qui sit statim emturus a me pro 12. & postquam illi alteri vendidi pro 12. emo a te pro 10. Dicendum, q̄ conclusio, notanter dicit, si est purè empta, idest sine remissione aliqua, ita q̄ primus venditor nihil remisit, quod exigisse potuisset, puta: quia uendidit in gradu rigido, qui existat tanquam limes intra latitudinem iusti precij: secus vbi in gradu mediocri, vel pio vendidit remittens gradum rigidum. Modò prædicti duo casus non possunt iustificari, nisi vbi res nō fuerat prius pręcisa puritate empta: nam si. 10. pro quibus ut primū emisti, fuerant rigidus gradus & limites iusti precij, nō poteris statim in eodem loco & tempore uendere pro 11. uel 12. secus si 10. fuerunt pius gradus: nam tunc poteris vendere incontinenti pro 11. quę sunt mediocris gradus, vel pro 12. quæ sunt rigidus gradus: ita tamen q̄ omnes illi tres gradus sint contenti intra latitudinem iusti precij. nec in hoc peccatur: quia nulli fit iniuria. Nam si primus venditor omnino donasset precium emptori, vel medietatem precij, nihilominus posset emptor uni alteri vendere pro precio integro, dummodo iusto. De istis gradibus est etiam habitum. q. 57. Contra sic: igitur dictum Chrys. non haberet veritatem, nisi quando immutatam mercem carius uendendo excedit precium iustum. sed hoc non: quia tūc non plus hoc dixisset de merce immutata quàm de mutata: quia utrobique peccatur, si carius venditur, quàm fuerit empta: si illud carius sit ultra iustum precium. & sic pari passu ambularent carius vendere immutatā & mutatam mercem: quia neutrobique peccarur, si nō excedatur iustum precium, si autem excederet, tunc utrobique peccatur. Dicendum, q̄ ratio quare Chrysostomus hoc dixit de immutata potius, quàm de mutata: quia de mutata potest exigi maius precium, quàm fuerit empta: etiam si in rigido gradu fuerit empta, eo quòd mutatio eius in melius meretur aliquid precij sibi superaddi: non sic de merce omnino immutata.

QVÆSTIO. LXV.

Vtrum tempore messis emens blada, uel tempore uindemiarum vina, & ea carius vendens peccet. Solutio quæstionis stat in vna distinctione, & quatuor cōclusionibus. Distinctio est, duplicitер contingit prædicta emere. Primò œconomicè: ut cum quis emit ad eorundem usum pro se & sua familia. Secundò non œconomicè: ut cum quis emit tantū ad reuendendum, quatenus reuendendo lucretur.

Prima conclusio œconomicè emens prædicta prædicto tēpore non peccat, si postea cum illa carius solent uendi, carius uendit: putat quia emerat multa credens se oportere eisdem vti in tanta quantitate: & tamen postea comperit q̄ non indiget eis in tanta quantitate. ideo reuendit, & hoc pro maiori, quàm ipse emerat: quamuis non emerat ea ad huiusmodi reuenditionem. vel etiam licet videat se usurum eis, vel similibus in tāta quantitate: tamen quia futurum est (ut ipse coniicit) q̄ multum decrescent talismodi merces in precio. ideo ne postea eis cogatur uti tanquā magno precio emptis cum tamen tempore usus poterit consimiles inuenire pro vili precio. ideo vendit pro precio nunc currenti ei qui statim illa cōsumet in precio curretis tēpore visus.

Secunda conclusio. Si emens emeret tantum ea ad reuendendū, adhuc in sex casibus potest excusari saluo illo quod addetur illis in sequenti cōclusione. Primus quando non intendit vllo modo lucrum ex huiusmodi emptione & reuenditione, nec principaliter, nec secundario, sed tantum vt prouideat reip. de victualibus tēpore immanentis necessitatis. Ratio huius casus iustificationis assignatur duplex. Prima: quia Ioseph hoc fecit, cùm enim plurima frumenta tempore vilitatis, ne si ipse non emisset, blada fuissent extra regnum Egypti abducta & vendita. & tempore futuræ famis, quam præuiderat, non habuissent regnicolæ, vnde viuissent, & melius fuit eis, q̄ intra regnum suum inuenirent ea ad emendum, quàm q̄ fuissent compulsi ad disponendum sibi extra regnum, vbi forte etiam non potuissent inuenisse. eo q̄ alibi prodigè consumpta fuissent, uel nō nisi cū longè maiori incommoditate acquisissent. Secūda ratio: quia talis cōtractus nō vestitur malo fine sed bono. nō enim propter lucrū suum, quo satisfiat cupiditati, fit contractus in hoc primo casu: sed pro bono reip. quod vtique est virtuosum. Secūdus casus, si causa pietatis in pauperes id facit, utputa emit ut reuendendo lucretur, attamen illud lucrum ut eleemosynam vult in pauperes erogare, nō suo matrimonio applicare. Ratio: quia ille tractus vestitus est bono & pio fine, & non

est malus pio quàm præcedens: qui tamen est iustificatus. igitur. Tertius, si ideo emit: ut rustici, qui ad forū ea attulerunt, aut afferre haberent, nō cogantur ibi diu stare, & perdere tempus suum, & negligere culturam terræ: sed potius quòd possint citò abire, & in agris remanere, & intendere culturæ, quæ est in bonum totius reip. cuius utilitatem in hac parte intendit promouere. Ratio: quia ille coincidit cum primo in fine: quia uterque præstitit sibi pro fine bonum reipublicæ. Quartus casus, quando ideo emit: ut rustici non cogantur in standō, uel afferendo negligere culturam suam: & hoc inquantum illa negligentia ex ipsis rusticis damnosa, quorum priuatæ utilitati intendit in hac parte consulere & subuenire. Ratio: quia tunc contractus ille uestitur fine pio, scilicet ad succurrendum proximo. Illi etiam duo casus, scilicet quartus & tertius uidentur approbari. l. 2. ff. de nundinis. Quintus, si id facit principaliter propter suum commodū priuatum: ita tamen quòd emit in magna quantitate, & ea vendere intendit, & uendit minutatim. & hoc siue statim, siue non statim. Ratio: quia tunc res emptæ censentur mutatæ, & aliter se habentes, quàm fuerint tempore emptionis: saltem extrinseca mutatione tacta in quæstione præcedenti. Et ille casus est pro tabernarijs: quia emunt vina in magna quantitate, & vendunt per mensuras paruas. Sextus, si id facit principaliter propter suum commodum priuatum: etiam si emendo in magna quantitate, postea uendat similiter in magna quantitate carius, eo quòd tunc aliàs rales merces sunt, uel fiunt cariores: dummodo ipse non intendat per huiusmodi suam emptionem ullam caristiam inducere. & ille casus est pro reliquis curatorib. uini, qui ea in magna copia hincinde colligunt, & seruāt ea conseruare in bona dispositione.

Tertia conclusio. Casus secundę conclusionis non sunt liciti, sicut ponuntur: nisi apponatur eis duplex conditio, quæ si defecerit eis, erunt illiciti: si autem adsint, erunt liciti: oportet enim, quòd emptor in prædictis casibus per suam emptionem non solum nō intendat inducere caristiam, aut grauamen reip. sed nec etiam de facto inducat eam, seu quòd illa sua præemptio de facto non cedat in præiudicium illorū, qui œconomicè vellent emere, quod præiudicium ipse scit, vel scire deberet. hac enim conditione duplici deficiente prædicti casus sunt illiciti: nec excusabiles, quod patet inductiuè. Primò de primo: nam non est licitum alicui facere contractum, quem ipse uel facit, ut damnosus sit reip. uel quem coniicit, uel conicere deberet esse eidem damnosum, etiam si eum faciat in bonum reip. seu ad vitandum futurum damnū: si illud bonum, seu vitatio futuri damni sit incerta, & pendens ex dubio euentu futuro, & damnum, quod nunc infert: sit certum saltem probabiliter: aut si etiā coniiciatur probabiliter euentus futuri damni, cuius vitationem uult procurare: attamen quantitas damni, uel præiudicii quod nunc infertur communitati est certa. Hoc enim non est aliud, quàm certum uel nus inferre communitati, ne aliud uultus, quod nondum est certum, euitetur, uel saltem non est certum, si illud euenturum sit tanti periculi, quanti est illud, quod nunc infertur. Nec sufficit ratio duplex allegata pro eo. Nam Ioseph hoc non fecit: nisi salua duplici conditione prædicta: quia nec intendebat præiudicare, nec etiam de facto præiudicauit œconomicè volentibus emere, immo non videtur illud exemplum præcisè esse de primo casu: quia Ioseph præter bonum reip. sei regnicolarum, etiam intendebat lucrum sui domini ut effectus rei docuit: quia Egiptijs succurrendo scilicet vendendo eis frumenta omnem pecuniam eorum collegit in grarium regis, & cum hoc tam possessiones in uniuersa Egypto, quàm personas earundem redegit in seruitutem regis. Secunda etiam ratio non valet: quia licet bonus finis requiratur ad bonitatem actus, tamen non sufficit se solo, sed oportet etiā alias circunstantias adesse. Similiter secundus est illicitus. si sibi desit duplex prędicta conditio: nam non est grauāda respublica & communitas œconomicè volentium emere: etiam si lucrum intentum in illo grauamine quis uelit pauperibus, aut alteri pietati applicare. Sicut non sunt auferenda bona diuiti, ut dentur pauperibus, nec sunt facienda mala, ut eueniant bona, blada enim & uina principaliter exponuntur ad forum propter œconomicè volentes emere. Principali autem fini non est præiudicandum propter alium finem, quē quis prætendit. Tertius reprobatur vt primus, & quartus sicut secundus. Quintus reprobatur: quia quamuis ille uenditio sit in se non illicita, eo q̄ rem emptam nē immutatam uendit carius, sed mutatam, tamen non est licitum facere contractum damnosum reipublicæ, uel cōmunitati propter bonum priuatum: quia enim quilibet priuatus multa habet a republica, scilicet consolationem, protectionem, subuentionem, & similia, potius debet eius bonum amplecti proprio & priuato bono negłecto, quàm econtra. Similiter in sexto non sufficit, q̄ non intendat inducere caristiam, sed etiam requiritur, q̄ de facto per suam præemptionem non inducat, seu non præiudicet œconomicè emere volentibus, quod præiudicium ipse scit, uel scire deberet, & posset.

Ex his sequitur per modum corollarii, q̄ laudabilis ordinatio esset, q̄ rectores reip. in suo foro pręstituerēt in sua terra certum tempus, ante cuius remotionem aut lapsum nullus auderet uictualia prædicta, aut consimilia emere, nisi qui œconomicè uellet talia emere, quo remoto, vel lapso liberum esset reliquis emere, nam tunc œconomicè volentes emere, non possent conqueri de præiudicio quod eis fieret per reliquos. Alioquin eis multipliciter potest præiudicari per reliquos. Primò: quia reliqui, ex quo nonnunquam habent domi consimiles merces, quas uellent libenter carè uendere, offerunt uenditori in foro publico magnum precium, ob quod œconomicè emere uolentes cogentur eo maius precium exponere. Secundò: quia exequo cęteri præemunt illas merces, œconomicè emere uolentes non inueniunt amplius huiusmodi merces, nisi ab illis præemptoribus qui eos stringunt ad ascensum precij, qui aliàs pro minori habuissent. Quàm uitupurabiles autem sint præemptores tales, immo (quos rite dixerim) prædatores sint, patet a simili, nam in omni utriperio dignum esset membrum corporis, quod pro sui infatiabilitate, aut superfluitate tantum usurparet alimenti, quod omnibus alijs membris præiudicaret in his, qui eis magis necessaria essent, quàm sit illi membro necessaria tanta quantitas, cum secundum

ordinem

ordinem naturalem unum membrum paratum sit se exponere proprio periculo, quatenus reliqua membra quorum est maior numerus, & quæ ob multitudinem censentur esse ipsum corpus, conseruentur in esse. Tales itaque tanquam pestiferi abscindendi essent a republica: sicut membrum prædicto modo se habés abscindendum esset a corpore naturali, cui est tam damnosum, & nihilominus tales tenentur per suam præmptionem læsis satisfacere quádo eos sciunt, ꝙ si nesciãt dent pauperibus pro eis, ꝙ si eos sciant, attamen quantitatem, in qua quemliber eorum læserunt, nesciant, dent eam partem quantitatis in quæ credunt eos læsisse & de reliqua agãt hoc modo, ꝙ decætero in suis elemosynis intendant, quòd si sint obligati læsis in maioribus, quàm restituerint, quòd velint illas suas elemosynas eisdem cedere in bonum pro tanto, in quanto essent eis obligati. Si autem scirent quantitatem, sed illa contineret innumerabiles minutias pro singulis læsis, agat id, quod in simili dictum est q. 57. conclusione quarta. Quod autem prædicta duplici conditione existante prædicti sex casus sint licti patet: quia nulla apparet ratio condemnationis, cum nulli sint damnosi, nec sint usitati malo fine. igitur. Et præsertim de primo probatur, ꝙ sit licitus. Nam talis reductiuè potest esse idem cum casu primæ conclusionis. Nam exquo in primo casu emptor emeret ad nullũ lucrum suo marsupio priuato, vel etiam fisco reipublicæ applicandum sed tantum intendit sustentationem communitatis, ipse gerit negociũ quasi patrisfamilias respectu familiæ. Nã & paterfamilias œconomicè emendo intẽdit prouidere sibi, & familiæ de sustentatione. & idem facit prædictus respectu omnium in sua ciuitate, vel regione, qui sunt quasi sua familia in hac parte, cum gerat negocia patrisfamilias pro eis. Si autem ipse emptor hoc faceret ob lucrum applicandũ fisco reipublicæ: licet nõ applicandum suo priuato marsupio, quemadmodum plerique consules & rectores ciuitatum, vel communi tatum faciunt, qui talia emunt, partim vt succurrant incolis suis tempore famis, & partim vt qui inde lucra buntur, applicent communi fisco regentiæ ciuitatis. talis inquam casus non reducetur ad casum primæ conclusionis: non esset tamen illicitus, dummodo adesset prædicta duplex conditio, alioquin non esset eis licitũ nam tunc non essent pij patres. uellent inquam impingnare caput, scilicet potestatem regitiuam in suo fisco cum maceratione membrorum. Prædicto moderamine: ut non indistinctè condemnentur ementes bladum & vinum tempore messis: ut postea carius vendant, ac cedit dictum docto. solennis Henr. Ganden. in quodliberis, vbi nit. licet tales possint peccare ex cupiditate: non tamen ex forma contractus est ibi peccatum, equaliter enim potest seruare medium iustitiæ, ne plus iusto emat, vel vendat pro tempore ille, qui emit ad reuẽdẽdum: sicut qui ad vtendum emit, & æqualiter potest vterque fraudem committere. Hæc ille.

Contra tertiam conclusionem arguitur. 14. q. 4. c. quicunque. videtur prædictus contractus indistinctè condemnari, quando fit propter lucrum, & censetur illud lucrum turpe. Dicendum, ꝙ c. intelligitur, & etiã sic loquitur, quando id ex cupiditate fit. puta: quia aliquis, si etiam de cætero nullis contractibus lucratiuis inhiaret, adhuc valde sufficientem haberet sustentationem pro suo statu & persona: attamen ductus cupiditate aggregandi diuitias in immensum: inhiat huiusmodi lucris. secus autem si indiget lucro tali: & maxime si alia non bonit, quibus se & suos sustentet quàm mercando taliter, dummodo tamen adsint prædictæ conditiones.

Secundò arguitur. Si prædictarum rerum emptionem non œconomicam non liceret facere, tunc quando inducit caristiam. igitur nec liceret habẽti tales mercens optare: ut superueniat caristia. & si sic. igitur nec liceret habenti eas quando actu aduenit caristia habere complacentiam de illa. hoc secundum consequens videtur falsum. igitur & primum consequens. & sic etiam antecedens, prima consequentia probatur: quia quod non licet procurare, vel efficere, non licet etiam optare, ut fiat. Secunda consequentia probatur: quia da oppositum consequentis secundæ consequentiæ, scilicet ꝙ liceret habere complacentiam de caristia, quæ superuenit, tunc videtur etiam, ꝙ liceret eam, antequam superueneret optare, vt superueniret, immo etiam procurare: quia non nisi de bono est habenda complacentia, & bonum licitum est optare, vt fiat. & etiam procurare. sicut enim complacentia est de re præsenti, sic optatio de re futura. falsitas consequentis probatur. quia tunc etiam eis non liceret complacentiam habere de leuando magnum precium rerum suarum: quia hoc videtur esse caristia, scilicet rem multum precium valere. Huius solutio potest haberi ex his, quæ in simili dicentur infra. q. 84. de diuersitate obiectorum uoluntatis.

Quarta conclusio: Inducentes quouis modo caristiam in bladis & consimilibus. puta impediendo, vel impediri faciendo, uel detinendo naues, uel nautas an nonam conducentes, non solum incurrunt pœnam in foro Dei: sed etiam in foro ciuili. Nam puniuntur pœna. 20. aureorum l. 2. ff. ad l. iuliam. de anno. & etiam corporaliter l. annonæ. ff. de extraordinarijs criminibus. & idem est in illo, qui facit coniunctionem bladorum: per hoc scilicet, ꝙ emit omnem quantitatem bladorum, quæ inuenire potest, & conseruat, ut temporibus minus fructuosis omnes ad eum recurrere habeãt, & sic eis carius uendat. ut in dicta lege, annonam. Et dicitur notanter in bladis & consimilibus, quia non est solum prohibita congregatio grani, ut postea carius vẽ darur, sed etiam quarumcunque specierum & materiarum pertinentium ad victum, uel usum humanum, quatenus ipsi soli vendant, & sic caristiam inducant in republica, ut in d.l. unica. Cotollarium. Qui ergo dat artas in emptionem omnium aromatum ciuitatis ut ipse postea carius vendat, cum præsciuerit naues adducentes fore submersas, dicitur facere monopolium. & incidit in dictam pœnam dictæ. l. unicæ. & tales tempore necessitatis & caristiæ possunt cogi, ut etiam minus iusto precio vendant. l. 2. §. cum in eodem. ff. ad. l. rodiam de iactu.

QVÆSTIO. LXVI.

Vtrum in lequenti contractu Paulus contrahẽdo peccet, & Petrus inducendo cũ ad talem contractum ẽt peccet. puta Paulus teneatur Petro in termino vnius anni dare. 100. flo. forte ex hoc, quòd Petrus

Petrus nẽdiderat ipsi Paulo aliquam mercem pro 100. & expectanit sibi de precio ad annum. Petrus postea indigens prompta pecunia, petit Paulum sibi nunc dare. 95. & alia quinque vult sibi remittere. Non refert etiam, an Paulus ex aliquo alio contractu, vel quasi cõtractu, vel ex maleficio, vel quasi maleficio teneatur prædicta 100. dare Petro in termino vnius annĩ. De hac quæstione quò ad primam eius partem sunt tres modi dicendi, duo primi sunt extremales, tertius est medius.

Primus igitur modus indistinctè dicit, ꝙ Paulus peccet, & illius sententiæ uidetur fuisse sanctus Tho. in epistola illa, quæ fuit allegata supra in q. 59. in primo argumento facto contra tertiam conclusionẽ. Ait enim inter cetera sic. Ex prædictis patet ad id, quod in quarto casu quærebatur. Nam ille, qui ad certum terminũ dare debet, si ante terminum soluit, vt ei aliquid de debito dimittatur, vsuram committere uidetur: quia manifestè tempus solutionis pecuniæ vendit: vnde ad restitutionem tenetur: nec excusatur propter hoc, quòd soluendo ante terminum grauatur, vel quòd ad hoc a creditore inducitur: quia eadem ratione possent omnes vsurarij excusari. Hæc ille. Contra hanc opinionẽ arguitur. Non est indistinctè dicendum, quòd uenditor ille peccet, qui dando emptori dilationem solutionis precij, puta vẽdendo ei ad terminum, exigit maius precium, quàm exigeret, si emptor statim solueret præcium, & hoc siue illa maioritas maneat intra latitudinem iusti precij, siue excedat eam. prout patuit quẽstione. 59. sub certis distinctionibus, & in certis casibus ibidem expressis. igitur etiam non est indistinctè dicendum, quòd emptor peccet, qui dando precium, antequam sit terminus ipsum dãdi, uelit minus dare, quàm si ipsum daret solum in termino. tenet consequentias quia nõ uidetur ratio diuersitatis hinc inde, cum vtrobique sit mutuatio implicita, scilicet tam ex parte dantis dilationem, quàm ex parte anticipantis solutionem. Et confirmatur: quia ut patuit. q. 60. emptori anticipãti solutionem in ipsa emptione, puta ante traditionem mercis licitum est in certo casu ibidem expresso minus dare pro merce, etiam si minoritas sit extra latitudinem iusti precii. igitur etiam postquam emptio completa & inita pro precio iusto, & nondum adest terminus solutionis, si emptor anticipet, poterit cum certa distinctione, & in certo casu excusari, si aliquanto minus det, quàm dare deberet in termino. igitur non debet indistinctè dici, quòd Paulus in prædicto casu peccet.

Secundus modus dicit indistinctè, ꝙ Paulus nõ peccet, & illius sententiæ fuit Ioan. de Ripa ordinis minorum, modus autem eius iustificandi Paulum patet ex solutione, quam ipse dat ad argumentum, quo uideri posset Paulus condemnandus, nam argui posset sic. Paulus dando. 95. & uolendo sibi remitti 5. uendit tempus, vendere autem tempus est illicitum. igitur. maior probatur: quia dando pecuniam ante terminum, concedit Petro per totum tempus præcedens terminum vti pecunia sua nondum Petro debita. & pro hac concessione nullum aliquid habere, scilicet remissionem. 5. quæ est idem, quòd datio quinque flo. quia qui mihi remittit quinque debita, perinde facit, ac si quinque mihi de suo daret. Et confirmatur maior: quia qui dando dilationem solutionis precii nullum sibi eo plus dari, dicitur vendere tempus. & hoc ex illa causa: quia dando dilationem concedit emptori uti pecunia, quæ uenditori debebatur: & pro hac concessione nullum quid habere. igitur eadem ratione, qui anticipando solutionẽ nullo eo minus dare, etiam dicetur vendere tempus. minor patet in c. consuluit. extra. de vsuris. Ad hæc respondet distinguendo de tempore, nam est duplex tempus, quoddam est commune, quod diffinitur, est mensura motus primi mobilis: & quia illud ita deficit uni sicut alteri, cum commune sit, non potest ut proprium vendi, quod contingit, quando quis ratione tantum dilationis temporis in solutione fiendæ plus petit, uel cum in anticipatione solutionis fiendę, antequam detur merx, minuitur precium, & hoc reprobatur in c. prędicto & similibus. Aliud est tempus proprii, quod est ita uni, utputa mihi accommodatum circa aliquod negocium, quòd non alteri, sicut cũ debeo dare Petro centum hinc ad annum, & nõ prius, illud tẽpus vnius anni, quo possum uti & exercere illa centum, quæ debeo Petro est mihi proprium: quia mihi concessum ad vtendum illis, prout uolo. & illud possum uendere ut meum, quod facio, dum nunc soluendo Petro do sibi. 95. uel circiter. Contra hunc modũ dicendi quò ad duo arguitur. Primò contra conclusionem eius in se. & quidò contra modũ ponendi & saluandi eam. Contra primũ arguitur dupliciter. Primò sic. Paulus dando. 95. ante terminum censetur mutuare illa Petro, eo ꝙ nondũ debebat quicquam ei dare. modo non est indistinctè dicendũ, ꝙ mutuanti liceat velle aliquid sibi remitti, aut dari a mutuatario. igitur etiam prędictus Paulus, qui censetur esse mutuator, & nullt sibi 5. remitti, non est indistinctè iustificandus, sicut tamen secundæ opinio facit in sua conclusione. Secundò ad idem ex propria sententia & concessione eiusdem. Nam concedit, ꝙ uendere tempus commune est illicitum. modo ẽt Paulus in prædicto casu uendit tempus commune. igitur. Minor probatur: quia æquè uendit tẽpus cõmune, sicut ille, qui anticipat solutionem precii ante traditionem mercis modo (ut ipse concedit. & exemplificat de tempore cõmuni) ille vendit tẽpus commune, qui solutionẽ anticipat fiẽdam, antequã detur merx. igitur Maior huius probationis minoris probatur: quia sicut ille, qui anticipat solutionem precii ante traditionem mercis tradit preciũ, quod adhuc posset tenere in sua potestate, & quo ipse deberet posse uti, & ipsum exercere, & quod nondũ tenebatur dare venditori, eo ꝙ nondum tradit sibi mercem. sic etiam facit ille, qui postquam tradita est sibi merx, & precium est sibi dilatum ad terminum. & per consequens ante terminum posset bene uti illa pecunia, tamen nihilominus eam tradit creditori. ille inquam etiam tradit precium, quod adhuc posset tenere in sua potestate, & ipso uti, & ipsum exercere, ex quo nondum uenit terminus sibi præfixus. Secundò arguitur contra modum saluandi iliam opinionem, & hoc tripliciter. Primò: quia dicit, ꝙ tẽpus commune nõ potest uendi, & ꝙ id uenditur tunc, quando ratione dilationis temporis &c. uel cum anticipatione &c. ut supra fuit eius sententia posita, tunc sic arguitur. Aut intelligit, quòd illud tempus commune nullo modo potest uendi, ideſt nec de facto, nec de iure, & tunc contradicit sibiipsi: quia immediate dixit,

dixit, q illud venditur, quando tantū ratione dilationis &c. Aut intelligit, q non potest licitè, nec de iure uendi, quamuis de facto possit vendi, seu uendatur: & hoc etiam non est uerum: quia nō uenditur ēs de facto in casu prædictæ dilationis: quia illud ēst accidēs primi mobilis: sicut & motus, cuius est mensura, uel passiua uel met ipse motus. modo nec uendens intendit illud transferre in emptorem: aut in eius dominium: nec etiam emens intendit illud assequi: quia illud non potest assequi, nisi pro quanto ille motus primi mobilis celebratur. & hoc non intendit assequi uenditor: sed tantum a Deo expectat illud obtinere. Vnde ille modus loquendi. s. q ille uendit tempus, qui rationedilationis precij carius uendit, est de rigore sermonis falsus: ut iam obtensum est: & etiam supra quæstione 59. Secundò sic: quia quamuis (ut ibidem etiam tactū fuit) ille modus loquendi ad alium sensum possit acceptari: tamen si in illo accipiatur, patebit, q æque Paulus in prædicto casu uēdit tempus commune, sicut facit ille, quem ille modus dicendi dicit uendere tempus commune, quod patet. Nam ille, qui concedit dilationem solutionis precij suo emptori, non alia ratione, uel ad alium sensum dicitur et uendere tempus commune, ni si quia pro precio uel loco concedit ēi ut per tempus intermedium utatur illo precio: quo tamen ipse uenditor deberet posse uti, ex quo illud ēsset sibi debitum, si non sponte sibi daret illam dilationem renunciando illo usui per illud tempus. sēc quia illa concessio debet esse gratuita: quia est mutuatio. ideo dicitur, q talis peccat uendendo tempus commune, idest uendendo mutationem illius pecuniæ per illud tempus commune. Modo Paulus in casu quæstionis facit etiam consimile, & æquipolens: quia dando 95. ante terminum, quatenus remittantur ei quinque, concedit Petro ut per tempus intermedium utatur illo precio: quo tamen ipse Paulus deberet posse uti, cum sit suum, & nondum debitum Petro: cui tamen usui renunciat per illud tempus. Tertiò sic: quia falsum dicit in hoc, q dicit aliquē posse uendere tempus proprium, etiam ad sensum, ad quem ipse exponit. Nam, ut ipse exponit, est concedere alicui usum rei sue: etiam si illa res sit pecunia, per illud tempus, quo ipse posset ea uti, & eam exercere. modo hoc est illicitum, quia illud nihil aliud ēst, quàm vēdere mutuationem. Aliarum autem rerum concessio, quarum concessio nata est esse locatio, potest uendi. i. potest pro illa concessione quid exigi, ut in concedendo res non mutuabiles: ut equum, domum, & huiusmodi.

Tertius modus dicendi pōt poni per duas cōclusiones. Prima est, si Paulus velit sibi q̄q; remitti, nō rōne anticipationis, seu mutuationis implicitæ: sed ratione alicuius interesse, qd patitur ex anticipatione tūc excitatur: quia mutuanti licet aliquid exigere ultra sortem ratione interesse, quod patitur ratione mutuationis. Et aliqui tenentes illum modum dicendi intelligunt hoc de interesse damni emergentis: sed irrepidant illud dictum extendere ad interesse lucri cessantis. Sed quia supra habitum est q. 50. idem posse dici de mutuante exigere quid ratione interesse lucri cessantis, & hoc stantibus quibusdam conditionibus ibidem tactis, ideo tenendo hoc primum dictum, potest intelligi de utroque interesse: debent tamen in Paulo esse conditiones illæ, quæ requiruntur ad mutuantem uolentem quid reispere ultra sortem ratione interesse, quas uide ibidē. Vnde si Paulus teste conscientia sua malitiose in termino dare 100. quàm ante terminum 95. sed qd ante terminum dat, facit partim motus piotate succurredi Petro: & partim pro quanto vult minus dare. 5. facit illud, ut se conseruet indemnē & liberū ab interesse, quod alitàs paticur, non est condemnādus, dūmodo aliàs nō emergat ex hoc scandalū. Et quia facile illud est natum contingere, ideo ante factum est ille contractus dissuadendus, sed post factum non est condemnandus, si affuerunt omnes conditiones tactæ q. 50.

Secunda conclusio. Si Paulus vult. 5. sibi remitti, nō ratione alicuius interesse, sed solum quia præuenit tempus, peccat peccato usuræ: quia anticipādo & præueniēdo mutuat, qui autem mutuat: & ideo quia mutuat, vult habere quid, peccat peccato usuræ. igitur. Et (ut alii qui tenentes illum modum dicendi dicunt) in hoc casu debet intelligi dictum S. Tho. tactū in primo modo dicendi. Et huius tertii modi dicendi ambas conclusiones credo esse veras. Sed in clausula vltimo iam annexa videtur deficere, & quamuis præter hoc ēt videntur deficere in quodam alio tacitè insinuato, tamen illud mittam pendere ex dicendis in seq. q. Primum patet: nam non videtur verum, q S. Tho. intellexerit suum dictum in casu secundæ conclusionis; immo ēt videtur illud intellexisse in casu primæ conclusionis. Nā ipse (ut patuit) dicit, q talis non excusatur propter hoc, q soluēdo ante terminum grauatur. modo grauari ēst interesse patigitur vult, q etiam si anticipando patiatur interesse, non excusabitur volendo quid sibi remitti. Nisi dicatur, q. S. Tho. hoc dicens intelligit, si patiendo interesse, ad grauamen; nihilominus vellet quid sibi remitti ratione anticipationis, ad quā tātum haberet oculum, & non ad interesse, vel grauamen: quamuis illud patiatur. sed hoc uidetur esse extorta quædam intelligēntia sui dicti: quia quę causa, q anticipans velit desistere intentionem suā ad id, ratione cuius non posset licitè velle sibi quid remitti: eū haberet aliud, ad quod licitè posset desistere eam, quicquid tamē de hoc sit, si sic intellexit, dictū eius ēst uerū. si autem voluisset, q ratione grauaminis, quod subit, non licere sibi velle quid remitti, tūc licet sibi saluis tamē cōditionibus tactis q. 50. Nec eius argumētatio stringit, dicēs, q quis si sic, sūc omnes vsurarij possent excusari. Nā illud nō sequitur, quia vsurarij nō possunt teste cōscientia sua dicere, q malleant, q fors sua maneret apud eos sine incremento tali, vel remissione alicuius debiti, quàm ecōtra, immo optant, q talis casus eis occurrat, quo aliquis petat ab eis anticipationem, uel mutuū offerendo se daturū eis, ali quod incrementum dare, vel remissurum aliquod debitum. Hæc etiam eius argumentatio magis respicit exclusionē cuiusdam vanæ excusationis, quæ dicit Tho. nec excusatur propter hoc, q inducitur a creditore hoc inquā non excusat eum, nisi illa inductio sit talis ex parte inducti, q mallet non peti ab eo. Nam si sit talis excusabit modo dicto, nec talis inductio habet locum in vsuris. Secundum patet: quia tacitè videtur insinuare, q nulla sit via Paulum iustificandi in prædicto casu, ni si teste conscientia sua posset dicere, q mallet non anticipare, & carere illa remissione. 5. flo. quàm ecōtra. Modò hoc insinuando uidetur supponere falsum: quia vē

suppo-

supponere, q dādo ante terminū 95. nihil aliud faciet, quàm mutuet vsque ad terminū, & recipiat vltra sortem. & ideo indigeat excusatione, quæ non potest assignari nisi ratione interesse. Modo disputatiuè loquendo tantum, & nihil diffiniendo: sed causa exercitationis scholasticæ: & ut detur occasio latius cogitandi, ar guitur, q possit dici, q Paulus dando illa 95. non mutuetur imo faciat nouū ꝛctum purę emptionis, quod duplicīter patet. Primò: quia si aliquis tertius, puta Ioannes daret Petro. 95. quatenus Petrus daret sibi illud debitum, quod habet super Paulum: Ioannes diceretur emisse quid a Petro. Nam emisset a Petro actionem, seu ius percipiēdi. 100. a Paulo. Modò nihil aliud facit Paulus in prædicto casu respectu Petri: quàm q Ioannes faceret respectu Petri. Secundò sic: quia Paulus dando 95. ante terminum, dicitur se rēdimere a debito ipsius Petri. Modò redemptio includit emptionē. Vnde merx, quam emerer, esset libertas a debito prædicto, & precium esset. 95. flo. Si igitur teneri posset, q Paulus faciat nouū ꝛctum purę emptionis, non ēst opus allegare pro sui excusatione, q patiatur aliquod interesse, nec est opus, q ipse possit teste cōscientia sua dicere, se malle non dare tantum precium, & carere merce, quàm econtra: quia emptor potest uelle potius dare precium, & habere merces, quàm econtra. Sed si Paulus videretur indigere aliqua excusatione: hoc magis esset ex eo: quia videretur date minis paruum precium pro illa liberatione, quod sic deduceretur: quia ipse tertius, vipura Ioannes emendo debitum Pauli a Petro, videretur minis parum precium dare, dando tantum. 95. igitur Paulus dando etiam totum tantundem pro sui liberatione ab illo debito, videtur etiā minis parum dare precium. tenet consequentia: quia æqualis valoris sunt ius, quod Ioannes emeret a Petro super Paulum, & liberatio ab illo iure, quod habet Petrus ad Paulum, etiam liberationem Paulus emeret. Si igitur posset inuiniri, q 95. quæ Ioannes daret Petro pro illo iure, non sint minis parum precium, etiam non esset minis parum precium, quod daret Paulus pro sui liberatione, & sic excusaretur etiam non habendo recursum ad aliquod interesse, quod oporteret ipsum posse allegare: sed de hoc videbitur in sequenti quæstione, ubi secundum aliquos dicetur, q non est ibi emptio pura, quin sit implicita mutuatio, etiam ubi Ioannes emeret illud ius a Petro, & ideo non apparet uia aliter iustificandi Paulum, quàm illa, quæ tacta est in tertio modo dicendi.

Ad secundam partem quæstionis diceretur, q sm primum modum dicēdi Petrus inducendo Paulū peccat, si eo modo eum inducit, quomodo ille inducit qui peccat inducendo mutuatorem ad mutuādū sibi sub vsuris, qñ autem nō inducit cū illo mō, nec non peccat, qñ autem quis inducēdo aliquē ad mutuandū sibi sub vsuris peccet, & qñ non, patuit sufficienter q. 47. Sed secundùm secundum modum dicendi indistincte dicēretur, q nō peccaret: quia nec Paulus peccaret, de quo magis uideretur, q peccaret. Secundū autem tertiū modum dicendi diceretur, q quo ad casum primæ huę cōclusionis nō peccat: quia nec Paulus peccaret, qui magis videretur peccare quàm Petrus: sed quō ad casum secundæ conclusionis diceretur sicut iā dictum est sm primum modū dicendi. Et hoc de præsenti quæstione.

QVAESTIO LXVII.

Vtrum in sequenti casu Ioannes emendo peccet, & Petrus eum inducendo ad illam emptionem etiam peccet: puta Paulus reuerti in termino vnius anni dare Petro. 100. flo. Petrus autem indigens prompta pecunia petit Ioannem, vt emat illud debitum ab eo pro 95. promptis. Ad primam partem quæstionis responderi posset per quatuor modos dicēdi, quorum duo primi sunt extremales: sed tertius & quartus sunt medij.

Primus modus dicendi indistincte diceret, q Ioannes peccaret: quia ille ꝛctus Ioannis est mutuatio 95. & nulli rehabere. 100. igitur est mutuatio cum mutuante habendi ultra sortem, & per ꝛns est usura. Sed ille modus dicendi reprobaretur eodem modo sicut primus modus dicendi præcedentis quæstionis. Et etiam sic: quia non sequitur. Ioannes mutuat Petro & nulle habere ultra sortem. igitur committit vsuram: quia cō sequentia fallit in multis casibus: ut patuit supra. igitur ille modus dicendi non sic indistincte debuisset (ut uidetur) condemnasse Ioannem. Et præter hoc etiam nō deretur aliqui sic posse reprobari. Nam tota radix illius modi dicendi est: quia si videtur, q contractus Ioannis sit mutuatio, modo nō vī mutuatio, quæro enim, cui diceretur Ioannes mutuasse? non Paulo, ut notum est, nec Petro: quia qñ Ioannes mutuat Petro, ſūc post mutuationē factā Petrus manet obligatus Ioanni, quā diu nō restituit sorte, pōt quoq; Ioannes ipatere Petrū ꝛp satisfactiōe, necp; Petrus, si ēst mutuatarius, dar in ip so acba mutuationis mutuatori aliqd æquales, p qđ quietat ēū pro sorte, immo intercuenit tempus interme diam, quo Petrus nondum dedit mutuatori æquivalens, quin habeat ius eum impetendi super sorte. Modò in prædicto casu omnia prædicta deficiunt: quia q primū consentit Petrus & Ioannes in prædictam cō mutationem. 5. 5. flo. pro prædicto debito, Petrus in nullo manet obligatus Ioanni, nec restituere tenetur Ioanni 95. quia Petrus in ipso actu commutationis trā ſtulit, etiam quō ad dominium aliquid æquivalens in Ioannem. Sius exigendi a Paulo centum, per quod ius quietauit Ioannem pro 95. adeo q Ioannes umplius nullum ius habet impetendi Petrum, etiam si Paulus cum omnibus suis rebus pereat. Nec potest dicere soſ nes, q ipse aliquo tempore expectauerit Petrum, quo rempore fuerit sibi debitor. si igitur non est mutuatio: sed emptio. igitur primus modus ex falsa radice condēnat Ioannem: quia tota radix eius est, q supponit ibi ēsse mutuationem & non putam emptionem, & si sit emptio pura, non indiget, nisi ut ibi non sit precium minis parum.

Secundus modus dicendi, diceret indistincte, Ioannon peccare: quia nō minus est Ioan. excusabilis, quā Paulus, si Paulus met daret illa 95. vt esset liber a debito prædictorum centum, ut fuit casus præcedentis quæstionis: quia æquē Ioannes habet ius utendi tempore illo intermedio suis pecuniis, sicut Paulus habebat, & tamen Paulus excusabatur per illam viā, q nō uendebat nisi ipse propriē ad sensum supra dētū in secūdo mō dicendi præcedēs quæstionis, & hoc (ut ibi dictum fuit) licuit sibi. igitur. Sed ꝛtra illum modum dicendi arguitur: quia aut supponit, quòd Ioannes sa-

ciat contractum mutuationis saltem implicitè, aut nõ supponit illud: sed potius, q̃ faciat cõtractum puræ emptionis. Si primum, tunc arguitur eodem modo cõtra eum, sicut in præcedenti quæstione arguitum fuit contra secundum modum dicendi, eo q̃ nõ est quis indistinctè iustificandus, qui mutuat. 95. & vult sibi reddi centum: sed oportet hoc fieri cum debita distinctione, quam tamen distinctionem omisit ille secundus modus dicendi. igitur. Si secundum: tunc uia iustificandi Ioannem non est: vt dicatur, q̃ nõ vendit nisi tempus proprium, & ideo excusatur, quod dupliciter patet. Primò, quia in aliis emptionibus iustificandis nõ est opus recurrere ad illam viam dicendo. emptio illa est licita: quia ibi non venditur, nisi tempus proprium: sed recurrendum est ad alia, puta q̃ pretium & merx æquivalẽt, & q̃ hinc inde habeãt emens & vendens trãsferre merces & pretium in se. & sic de aliis circunstantijs. Secũdò idem patet. Nam aut hoc est falsum, scilicet q̃ Ioannes vendit tempus proprium, vt ostensum est in præcedenti quæstione, aut si illud intelligitur ad alium sensum, quàm verba sonant: tunc est falsum, q̃ liceat ei vẽdere tẽpus proprium: quia (vt ipse exponit) hoc est vẽdere cõcessionem usus pecuniæ ad distractionem: quia talis concessionis venditio nõ est indistinctè licita, alio quin mutuatio usuraria, etiam esse licita & quamuis talis concessionis translatio pro precio sit licita, si pecunia simpliciter sine obligatione suæ restitutionis transferatur in alium, vt sit in cambio, aut vt sit in qualibet emptione, qua emens transfert pecuniam suam simpliciter in vendicorem, tamen hæc translatio non est venditio, alioquin emptio esset venditio: & econtra.

Tertius modus dicendi sub distinctione responderet. Nam diceret primò, q̃ in casu, quo Ioannes ideo vellet centum minus quinque dare pro prædicto debito: quia tãtum esset suum interesse, quod patereturur ex erogatione, vel distractione pecuniæ suæ: tunc excusaretur saltem tamen conditionibus requisitis ad hoc q̃ quis licitè quid accipiat pro suo interesse. Vnde si teste conscientia sua mallet sibi retinere sua. 95. & carere prædicto dubio, quàm econtra, excusabitur, dummodo non omittantur conditiones tactæ. q. 30. & signanter q̃ nõ oriat propriæ personæ infamatio, neque aliquod aliud oriatur inde scandalum, puta scandalum, quo quis ex illo occasionaretur ad credendum idem licere, & si mallet potius habere illud debitum expectando centum, vt lucretur inde quinque. Secundò diceret, q̃ si casus, q̃ in dando illa centum vult dare minus quinque, non sit aliquod interesse, quod patiatur ex distractione pecuniæ suæ. sed sit tantum illa: scilicet quia expectare habet aliam pecuniã sibi restituendam pro sua nũc erogata, tũc non excusatur Ioan. Contra: ille modus dicẽdi in secũdo dicto videretur aliqui supponere falsum: quia supponit, quòd cõmutatio Ioan. cum Petro sit mutuatio implicita & non pura emptio. hoc aũt videtur falsum, vt ostensum est in reprobatione primi modi dicendi. Maior probatur: quia nisi hoc supponeret, non oporteret pro excusatione Ioan. intervenire interesse ex parte Ioãnis. Nã pro excusatione emptoris nõ oportet intervenire interesse ex sua parte, nisi pro quanto emens daret minus iusto: tunc enim pro excusatione emptoris oporteret accedere hoc, puta quia forte esset inductus per instantiam venditoris, vt ab eo tale quid emeret, a qua emptione potius vellet esse supportatus: quia ipse emendo patitur interesse. 5. vel 6. flor. tunc enim potest tanto minus dare, quantum est illud interesse. Modò nondũ satis apparet, si 95. sint precium minus iusto pro iure percipiendi in fine anni centum. igitur ille modus dicendi, vt videtur, fundatur super falso: vel saltẽ super æquè dubio, sicut est illud, de quo quærit quæstio. Allumptũ autẽ illud. s. q̃ nondũ satis apparet &c. Nam illud non vr: quia valor precii attenditur ex idoneitate eius ad humanũ vsum & cõmoditatẽ modo illi. 95. sint æquè vel magis idonei ad vsum hũmanũ q̃ centum, quibus quis nondũ potest vti, nisi in fine anni, & illa æquivalentia, vel præualentia potest esse tanta, q̃ indifferens esset, seu æquè vellet habere vnũ sicut alterũ, & dato q̃ ẽt esset tanta, q̃ mallet, & potius vellet habere ius illorũ. 100. quàm 95. nõ concluditur ob hoc esse preciũ minus iusto. Nã vt cõmuniter ferè quilibet emptor ẽt irreprehẽsibilis existẽs & dans iustũ preciũ, magis vult habere mercẽ, q̃ preciũ, alioquin vt cõmuniter nõ emeret, nisi esset p preces vẽditoris inductus ex pietate, vt emeret, ſõ hoc præcisè. s. quòd mallet habere mercẽ prædictã, s. ius 100. flo. & erogare. 95. q̃ ex hoc nõ cõcluderet necessariò eũ esse iniustũ, supposito q̃ sua cõmutatio sit emptio, & nõ mutuatio, vt videtur esse ostensum in reprobatione primi modi dicendi.

Quartus modus dicendi etiam responderet sub distinctione, & per duo dicta. Primum, si Ioannes in fraudem vsurarum facit prædictum contractũ peccat, tunc autem facit in fraudem vsurarum, quãdo paratus esset mutuare sub vsuris, scilicet 95. pro 100. si qui venirent petentes mutuum, quos etiam vellet vẽnire: sed quia non audet præ timore pœnæ secularis, aut verecundia. ideo amplectitur prædictum contractum, qui & si sit pura emptio & non mutuatio: tamen tantundem sibi lucri importat, quantum ipse haberet per viã mutuationis vsurariæ. Probatur igitur illud primum dictum sic. Nam tunc Ioannes est talis propositi & præparationis in mente, q̃ etiam si ille contractus emptionis esset vsuraria mutuatio taliter palliata, ipse eũ faceret. Secũdum. si autem non facit in fraudem vsurarũ. puta nullatenus vllum cõtractum vsurarium vellet facere, siue palliatum, siue non palliatum, attamen contractum emptionis sibi importantem tantundem lucri, quantũ mutuatio vsuraria posset sibi importare, vult facere tunc non videtur peccare: quia prædictus contractus non est mutuatio a parte rei: sed pura emptio, ideo in re nõ facit peccatum vsuræ. Nec etiam facit peccatum vsuræ ex parte præparationis suæ mentis: vt patet per casum. igitur nullo modo facit peccatum vsuræ: & tamen si peccaret ullo peccato, hoc esset peccato vsuræ. Secundò sic: quia si peccaret, maximè quia quod vna via prohibetur, alia via admitti non debet: cum igitur lucrum prædictum, si per viã usurariam obtineretur, esset prohibitum. igitur etiam si idem per viam prædictæ emptionis obtineretur, ererit prohibitũ. Sed hoc non arguit: quia ipsum lucrũ captũ passiualiter, vel materialiter, idest pro re lucrata. s. nõ est sibi quid prohibitũ, quia nõ est aliquis actus humanus, sed lucrũ captũ actualiter, vel formaliter. s. p lucratione, seu actu, quo quis lucratur, ẽ prohibitũ nõ absolutè: sed vestitũ tali forma. s. quæ fundat in mutuatione vsuraria. Ideo non oportet, q̃ luctum illud materialiter captũ sit prohibitum, nec ẽt

lucratio

lucrantis actus fundata in alio contractu. Et huius simile potest accipi in duobus exemplis. Primum mutuans irreuocabiliter 20. ad habendum annuatim vnũ, habet tantum quantũ alius, qui reuocabiliter mutuat. 20. etiam ad habendum annuatim vnum, & tamen secundus peccat peccato vsuræ, nõ primus. & habet vtrique tantundem lucri, quantũ alter. Secundũ exemplũ. exercens actus sui officij ecclesiastici, quod habet, & intendens principaliter temporalia, & per modum precij, committit simoniam. Alius eorũdem actus consimilis officij exercens, non intendens principaliter temporalia, nec in ratione precij ea accipiens, sed in ratione stipendij debiti sibi iure diuino & naturali, non committit simoniam: & tamen tantundem habet, quantũ primus. Vnde etiam illa regula. Cum quid vna via prohibetur alicui ad id alia via admitti nõ debet, intelligitur tũc, quando prohibetur non solũ via sed etiam ipsum factũ. Exẽplũ, vt in ciuitate obsessa prohibetur, ne quis exeat portam ciuitatis, nihilominus etiam non est admissum alicui exire per murum ciuitatis: quia prohibicio fuit facta principaliter de ipso exitu: ne scilicet quis ineat proditionem ciuitatis cum hostibus. Ideo omnis via & modus exeundi est prohibitus. Secus vbi ipsum factum nõ prohibetur: sed tantum via: quia tunc licet factum per illam viam attingere sit prohibitũ, non tamen est prohibitũ ipsum attingere per aliam viam. Exemplum in iudicium: vt episcopus existens vni ecclesiæ obligatus, non potest ad aliã transire per viam electionis. & tamen potest per viã postulationis. Et qui iurauit ciuitati alteritus nõ aperire indici per viam accusationis, potest ẽt hoc per denũciationẽ. & si quis prohibetur exire ciuitatem per insolita loca, non est eam prohibitus exire per portam. Contra illã modũ dicendi arguitur: quia videtur præsupponere falsum, presupponendo, q̃ sit pura emptio. Nã eadem ratione sequens contractus esset pura emptio, scilicet si Ioannes ad quẽdam quartũ, puta ad Conradũ petentem mutuũ. 100. flo. ab eo diceret, nullatenus tibi mutuabo 100. nec ẽt minorem numerum, attamen si subeas ius soluendi in fine anni centum, ego a te illud ius pro 95. consequẽs videtur falsum: quia non solum quilibet diceret Ioannem facere illum contractum initum cum Cõrado in fraudem vsurarũ: sed etiam diceret, q̃ non est emptio sed pura mutuatio, sequela tamen probatur: quia nihil minus agit Ioannes circa Conradum, quàm agit in casu quæstionis. Nec est differentia hinc inde in precio tradito, & in merce empta. & solùm differentia est in hoc, q̃ in casu quæstionis ius exigendi 100. a quodam fuit constitutum antequam Ioannes emeret. hic autem simul constituitur inter emendum, quæ differentia nõ videtur variare quòd ad hoc, quin si vna illarum commutationum sit emptio, etiam reliqua sit emptio. & si vna non sit talis, nec reliqua. Sicut in simili doctores approbantes emptionem redditus perpetui ut communiter non faciunt differentiam, an illo redditus sit constitutus ante ipsam emptionem, vel ẽt primum constituatur inter emendum. Ad argumentum autem quo circa reprobationem primi modi dicendi, probatur, q̃ esset emptio & non mutuatio: diceretur, q̃ argumẽtum probat bene, q̃ Ioannes non facit contractum mutuationis respectu Petri: quia illi nihil mutuat, facit tamen contractum mutuationis respectu Pauli, non directè, vel immediate & per se, tamen mediate & per personam Petri, pro quanto Ioannes seipsum ponit ad locum Petri, Petrus enim eo ipso q̃ dedit Paulo dilectionem illorum centum debitorum mutuasse censetur Paulo centum. Cum igitur Ioannes se ponat ad locum Petri per contractum, qualitercunque sit ille, non refert ad propositũ, an sit nominatus, vel innominatus; ideo sicut Petrus censetur peccare, si nullum interesse patiẽdo illam dilationem faceret, aut in ea perseueraret & continuaret spe quinque flore. recipiendorum. sic etiam Ioannes, qui se ponit in locum Petri simili modo peccaret. Confirmatur, quia plurimi doctenent, si Petrus ciuis haberet aliquã impræstita Venetijs. puta præstitisset eis centum, & perciperet annuatim quinque ab eisdem, q̃ quamuis Petrus possit excusari ex certis causis tactis. q. 45. non obstante q̃ mutuat, & recipiat quid annuatim, tamen dicunt, si Ioannes libere emeret ab eodem Petro huiusmodi ius, & ita se poneret loco Petri, Ioannes peccaret peccato vsuræ: eo quòd præstatio Petri fuit mutuatio facta Venetianis, & Ioannes ponere se sponte loco Petri. ideo censetur sponte mutuasse Venetianis centum, vt reciperet annuatim quinque non obstante q̃ non videatur quid mutuasse ipsi Petro. sed aliũ ſctum cum eo scilicet igitur cum Ioannes hic se etiam ponat loco Petri, qui censetur mutuator Pauli: etiam ex eadem radice peccare censendus est peccato vsuræ, nisi ratione interesse possit excusari. Antecedens tamen huius confirmationis quamuis non adducatur pro tanto quòd approbaretur dictum illorum doctorum in se: quia non videtur verum q̃ in casu antecedẽtis assumpti Ioannes peccet emendo prædicta impræstita: quia licet ponat se loco Petri, tamen non est admittendum suppositum illorum doctorum, scilicet quòd Petrus præstando ipsis Venetianis centum eo modo quo præstationes ibi fieri solent, eis verè quid mutuauerit, eo quòd illa præstatio fit ex parte præstantis irreuocabiliter, ut patuit quæstione eadem. præstatio autem, quæ debet esse mutuatio, debet esse reuocabilis. ideo licut in casu antecedentis Petrus excusatur: quia facit puram contractum emptionis, sic etiam Ioannes se ponens loco Petri non facit nisi purum contractum emptionis, & per consequens non peccato vsuræ maculatur. Sed pro tanto ad ducitur: quia ratio quare illi doctores dicunt. Ioannẽ in casu antecedentis peccare, est: quia ponit se loco Petri, quem illi doctores supponunt mutuationem fecisse, & licet Petrum excusent ex causis, tamen eo quo ille causæ non sunt in Ioannem ideo condemnant Ioannẽ. & tũc si suppositũ illorum doctorum esset verũ. s. q̃ præstatio Petri fuisset mutuatio: pãr verũ diceret, dicẽdo Ioannẽ peccare. Mõ in casu præsentis quæstionis illud suppositũ est verũ, quia Petrus expectando Paulo centũ ad annũ censetur verè ille ei mutuasse, nã ibi nõ est irreuocabilis præstatio. Scholastice igitur & citra diffinitionem respondendo ad primã partẽ quæstionis, dico, q̃ quantuis tutius sit Ioanni abstinere a prædicto cõtractu, nisi fiat ſm tenorem primi dicti tertii modi dicendi, vel omnino abstinere, vt dicit primus modus dicendi, tũ disputatiuè loquendo, videtur cũ quarta opinione, quòd de stricto iure loquendo & subtiliter intendendo naturæ contractus mutuationis & emptionis, Ioannes facit veram & puram emptionem & non

mutuationem, quando det suam pecuniam in numero consistentem respectiue ad ius, quod Petrus habet respectu Pauli: quia ibi sunt substantialia emptionis, scilicet merx; puta ius & pretium & consensus utriusque. & ideo est ibi vera emptio, nec est permixta mutuatio. Ao tamen illa etiam quarta opinione stante sit emptio pro precio nimis paruo, & quomodo confessor se debeat habere circa prædictum Ioannem: & quid sit Ioanni consulendum: patebit latius infra q. 90. in conclusionibus & dubijs eiusdem quæstionis, vbi profundius imaginatur materia. Et eodem modo poterit dici de Paulo respectu Petri in præcedenti quæstione. Vnde patebit in q. 80. q Ioanni ante factum est omnino consulendum, q abstineat a contractu, & hoc ex duabus causis ibidem dicendis. Sed post factum si maluisset fuisse supportatus a contractu: & sibi retinuisse sua. 95. &c. non est condemnandus illa specie peccati, scilicet q sit vsurarius, aut tanquam iniquus emptor. & idem etiam videtur dicendum, si fuisset indifferens ad sic contrahendum, vel omittendum, quamuis stat, ex propter speciem mali peccasse. Si autem effectus & ardens ad contractum fuisset, consulendum esset ei, quòd tantundem restituat ipsi Petro, quantum & prout determinabitur in q. 80. diffusius circa dubium, quod mouetur ante quintam conclusionem. Præterea remitto ad documentum positum supra in fine quæstionis tricesimæ.

Sciendum est etiam, q si tineretur tertia opinio, adijcienda essent adhuc duo puncta, quæ etiam locum habent tenendo quartam opinionem. Primus punctus est, quòd Ioannes oriam extra casum primi dicti tertij modi dicendi esset excusabilis in quodam casu, qui sequitur, puta si Ioannes emeret prædictum debitum, quod Petrus habet super Paulum, & non ideo minus daret, quàm centum: quia. s. ipse daret Petro promptum pretium, & expectaret ei centum solum in termino reddendos: immo sicut Io. expectat debitum recipiendum a Paulo termino vnius anni, sic per tantundem tempus expectat Petrus Ioanni, vel adamatius, vel etiamsi ad minus, vel ad nullum tempus expectet: sed promptora velit habere a Ioanne, tamen stat, q Ioã. nullum habeat oculum ad huiusmodi dilationẽ circa Paulum, aut anticipationem circa Petrum: sed solum consyderaret labores, quos esset habiturus circa illud debitum exigendum a Paulo, eo q Paulus esset debitor rixosus, vel negligens & huiusmodi. & ita Ioannes illud minus, quod vult non dare: sed sibi retinere, accipit vt pretium illorum laborum, quos consyderat se probabiliter habiturum. Petrus quoque illud sibi remittit, vel dat vr pretium eorundẽ, forte quia Petrus non ita commodose posset illud debitũ vindicare a Paulo sicut Ioannes propter distantiam loci, vel alia de causa, tunc enim si illud minus est pretium proportionatum illis laboribus, non est damnandus Ioannes, etiamsi Ioannes potius vult temere illud debitũ, quàm omittere. Nam tunc emendo Ioannes locat Petro operas suas implicite: & locans operas suas potest pro illis recipere pretium proportionatum, non obstante quòd magis velit precia habere & operas impendere, quàm omittere operas & carere precio. Vnde in tali casu Ioannes non mutuat implicite quid Petro vel Paulo, aut si mutuat: tamen non ratione mutui quærit salarium aliquod. Secundus punctus est. Quod dupliciter contingit aliquem cedere, vel alteri assignare suum debitum, vel actionem. Primò vere: & hoc tunc fit, quando id agitur inter cedentem & eum, cui ceditur, quòd omne lucrum & emolumentum referatur ad eum, cui ceditur. Secundò simulatè quando hoc non agitur: immo omne lucrum ad cedentem refertur, quamuis simuletur contrarium. Si primo modo, tunc si cedit in fraudem debitoris, puta cedit in manu potentioris ratione officij: & hoc facit ad vexandum debitorem, peccat. Primò: quia ex radice infecta hoc facit. Secundò, quia etiam est prohibitum iure positiuo. C. ne liceat potentioribus &c. actiones in se transferre. l. 2. & ibi decernitur, quod talis cedens debet puniri. iactura sui debiti. Si secundo modo hoc est dupliciter. aut verò simulatè cedit, aut præsumptiuè. Si primo modo tũc peccat. Primò, quia simulatio est peccatum. Secundò, quia hoc reprobatur iure ciuili. C. mandati. l. per diuersas. & l. ab Anastasio. Si autem est præsumptiuè simulata cessio. vrputa: quia cedens accipit pecuniam pro parte debiti, & aliam donat, peccat: quia prohibetur ibidem. Vnde ibidem dicitur. Sancimus nullis hoc licere, sed si voluerit debitum eorum parè donare, & per donationem actiones transferre: hoc non occulte, nec per clandestinas pecunias, suscipere: publicè autem simulatam donationem celebrare, sed vndique puram & non dissimulatam facere donationem, huiusmodi enim cessionibus non aduersamur. Similiter ibidem reprobat cessionem, qũ quis partem debiti vendit, & reliquam simulatè donat dicens: illam machinationem penitus amputamus & cedentem, & illum cui cedit, punit sic, q neuter potest ad hoc, qd simulatè donatum est habere actionem contra debitorem, vel ad res eius. Sunt quidam alij modi quibus cessio redditur præsumptiuè simulata, quos in glo. l. per diuersas, videre potes, quos omitto: quia de illis tractare volui, in quibus peccatum versatur, quando autem cessiones valeant, & quando non, fm q sunt in vltima voluntate, vel inter viuos, & fm q actio fuit deducta in iudicio, vel non. hoc pertinet ad dominos iuristas, de quo in glo. l. 2. C. ne potentioribus &c. Et hæc de prima parte quæstionis.

Ad secundam partẽ quæstionis dicendũ, q primus modus dicendi cõdemnaret Petrũ de peccato, si eo modo cũ induceret, quo illicitum est Petro, vel alteri pere remittuum sub vsuris ab vsurario, si autẽ aliter se habet in illa inductione, non condẽnaret eũ. Secũdus modus simpliciter excusaret Petrũ in sua inductione, & idẽ faceret quartus modus dicẽdi, eo q si qs eorũ peccaret, magis hoc de Ioanne videretur, quàm de Petro: ideo exquo illi modi dicẽdi excusant Ioannẽ, magis excusarẽt Petrum. Tertius modus dicẽdi excusaret Petrũ in casu quo Ioannes non excusaretur, dummodo nõ induceret eum eo modo, quo mõ illicitũ est petere mutuũ sub vsuris, vel aliquẽ inducere ad huiusmodi mutuũ. Quomodo autem sit licitum inducere aliquem ad mutuum sub vsuris, & quomodo illicitum patuit. q. 47.

QVÆSTIO. LXVIII.

Vtrum in sequẽti casu quilibet Zhentiũ peccet puta Petrus pãnifex vẽdidit Paulo panificatori

nificatori vulgariter gewantschneider 10. pãnos, p quin gẽtis fic. ad terminũ vnius anni sibi dãdis: venit quidã tertius extraneus, scilicet Ioannes indigens prompta pecunia, & rogat Paulum: vt nunc sibi tradat quadringentos & l. flor. ob quod ipse se offert ad soluendum Petro loco Pauli quingentos in fine anni prædicti. Ad hanc quæstionem dimisso modo respondendi cuiusdam iuristæ in simili casu, scilicet domini Laurẽ. de Ridolf. respondendum est per tres conclusiones, secundùm q tanguntur tres personæ illius contractus.

Prima cõclusio, Petrus in suo contractu accepto (vt in titulo quæstionis ponitur) non peccat: quia in titulo ponitur adhuc indifferens & contrahibilis per bonas & malas circunstantias, vnde permissiue eius contractus est licitus & illicitus: & nisi addatur aliqua circunstantia nondum expressa in titulo, non est eius contractus positiuè illicitus. quod ideo dico: quia talis circunstantia posset addi, ipse redderetur illicitus. puta si quingenti excederent latitudinem iusti precii, & ipse illum excessum exigeret ratione dilationis, seu implicite mutuationis impensæ Paulo, tunc enim peccaret Petrus. Hæc autem & similes circunstantiæ accedere & variare possunt casum de non malo in malum vel econtra. satis sunt tactæ supra. q. 59. & seq. ideo hic non oportet amplius immorari contractui Petri. Et multiplex distinctio, quam prædictus Laurẽ. facit circa contractum illius pannificis, potest in multis reprobari. dicit enim, quòd si dicti panni valebant tempore venditionis quingentos, & quingentos habuisset vendendo pro prompta pecunia: tunc contractus est licitus: si autem tempore contractus valebant minus quingentis: tunc ponit tria membra, & ita tres casus, dicens, quòd aut dubium est, an solutionis tempore plus vel minus forent valituri, aut certum est, quòd nunc illud vel plus sunt valituri, aut certum est, quòd sunt valituri minus, quàm illud. In secundo casu non est dubium, quin licitus sit contractus. & similiter in tertio non est dubium, quin illicitus sit. In primo verò dicas, quòd est licitus, si aliter non erat venditurus, alias secus. Hæc ille. In qua decisione contra ipsum arguitur. Primò, quia contractum indistinctè damnãdum subdistinguit. partim cum iustificando. scilicet quando tẽpore contractus valebant panni minus quingentis, & propter dilationem solutionis conuenit de quingentis. Nam (ut verba sonant) ille contractus est simpliciter vsurarius: quia dilatio solutionis est implicita mutuatio, & propter dilationem solutionis vult habere. igitur mutuat ad vsuram. vnde debuisset dumtaxat sic dixisse, si tempore venditionis valebant minus quingentis, & non propter dilationem solutionis vult habere ultra, sed alia de causa. puta ratione interesse, vel quia non erat tunc venditurus &c. Secundò arguitur contra conclusionem de secundo casu: quia illa non est vera, si fuit venditurus in tempore, in quo vendidit: si enim tunc fuit sibi res vendibilis, debebat exigere precium tunc currens, non cursurum tempore futuro: etiamsi precium non fuisset sibi dandum nisi termino futuro: quamuis si propter illam dilationem pariatur interesse, posset velle illud sibi refundi. Vera igitur est illa conclusio de secundo casu solum tunc, quando erat omnino reseruaturus eos usque ad illud futurum tempus. & verisimile erat, eos nõ solum quingentos valituros, sed etiam vltra, adeo q magis, vel æquè voluisset eos usque ad tunc reseruasse, sicut nunc vendere pro quingentis. Tertiò arguitur contra eius conclusionem de tertio casu. nam illa conclusio fallit, si vendendo & dando dilationem usque ad illud futurum tempus, posset in conscientia allegare interesse pati tantum. interesse, fermatis tamen conditionibus tactis q. 50. Quartò arguitur contra primam conclusionem de primo casu: quia est in una eius conditione superflua: quia si non fuit venditurus illo tempore: sed tantum in illo termino futuro. igitur non oportet accedere hoc, scilicet quòd sit dubium tempore venditionis, an in termino solutionis pãni sint valituri plus, vel minus. nam solum primum sufficit. Si enim non fuit venditurus pannos nisi in quodam termino futuro: in quo etiam certum est, quòd sunt valituri quingentos, vel plus & non minus. & aliquis vult a me nũc habere, possum sibi vẽdere pro illo futuro precio dedu ctis dubietate & alijs tactis. q. 57. in fine conclusionis & etiam in q. 61. Et hæc quarta improbatio procedit contra primum casum, prout primus casus intelligeretur sic, q Petrus vendendo nunc pro quingentis non determinabat precium in tempore venditionis, sed mi fit ipsum pendere ex valore futuro illo tẽpore, ad quod erat reseruaturus, in quo contingat, q valebant quingentos: tunc enim non requiritur prædicta conditio, scilicet q dubium habuerit. Petrus an &c. prout illa improbatio satis probat. Sed si intelligatur primus casus sic, q Petrus tunc, quando vendebat, determinabat precium quingentos, & non erat venditurus tunc temporis, sed futuro tempore, de quo tamen dubitabat, quid essent valituri: non video quomodo Petro licuisset tunc vendere pro precio, quod ipse non solum sciebat excedere præsens iustum precium. tunc currens: sed etiam dubitabat & ignorabat, an ne excederet precium curiorum illo tempore futuro, ad quod eos erat seruaturus. & fic se exponebat periculo superaccipiendi. Vnde si vtique vult nunc vendere, vendat pro precio nunc currenti, aut si non vult pro precio nunc currenti vendere, eo q est reseruaturus eos ad futurum tempus, de cuius precio ignorat, mittat pendere valorem ex eventu futuri temporis determinari. Quintò arguitur contra secundam conclusionem de eodem primo casu cum dicit, alias secus: quia potest esse in casu falsa: nam etiam si fuisset venditurus in tempore, quo de facto vẽdidit, & paratus fuisset, ipe quo vẽdidit accipere, quòd tunc panni valebant, & emptor dicit se daturum precium in termino futuro & in quantitate illa, in qua tunc currer merx illa. & ipse venditor verisimiliter dubitat de maiori valore illius futuri temporis. & per ꝯs nullatenus cogitat, q debebat tunc ulcre plus, quàm nunc valeat, & tali bona fide vendit sibi pro precio non nunc determinando illud, sed mittendo pendere ex futuro eventu, non ob spem maioris precii. cum nullatenus de hoc cogitet. nec sit apud quẽquam verisimile, non videtur in foro ꝑscientiæ dãnandus. Est tamen illa cõclusio vera, si nũc determinat precium maius precio nũc currenti, sibi soluendũ in termino futuro, in quo termino non habet opinionẽ probabilẽ, merc̃ tantum salituꝝ. immo idem & dicendũ, si sciret eã tantundem valituram, quæ tñ est sibi nũc vænalis: qa ille excessus est ultra iustũ precium. & licet diffe-

ra: solutionem precii non tamen propter dilationem illam licebit sibi quid exigere ultra sortem: quamvis si interesse patiatur, possit quid exigere pro eo, saluis conditionibus de interesse tactis.q.30. Hæc autem & consimilia latius sunt deducta.q.61.

Secunda conclusio. Paulus aliquando peccat in suo contractu cum Ioanne facto, aliquando non peccat, patet: quia Paulus in suo contractu mutuo Ioanni quadringentos & l.& recipit quingentos, & sic ultra sortem recipit l. modo si illos l. recepit ultra sortem ratione mutui impensi Ioanni, peccat. si autem ratione interesse, & adsunt conditiones tactę.q.30. non peccat, nec oportet hic distinguere, ut quidam faciunt, an consequenter Paulus uendat pannos emptos a Petro pro quingentis, & φ tunc peccet in contractu cum Ioanne, aut pro quadringentis, & l.& φ excusetur: quia siue sic, siue sic uendat non refert quo ad contractum cum Ioanne initum, a quo omnino distinguitur. & unus ab alio est independens: si enim Paulus uendit suos pannos cum conditionibus requisitis ad iustam uenditionem: non ob hoc iustificabitur contractus cum Ioanne initus, si recipit a Ioanne l. ratione mutui impensi, & si sine conditionibus talibus tunc non condemnabitur contractus initus cum Ioanne: si recipit illos l. ratione interesse, seruatis conditionibus requisitis ad recipiendum quid ratione interesse.

Tertia conclusio. Ioannes in suo contractu cum Paulo aliquando peccat contrahendo cum eo, nec ipse peccat: quia magis uideretur Paulus peccare, quàm Ioannes. Sed in casu, quo Paulus peccat, scilicet mutuando implicitè ad usuram Ioanni, Ioannes si cum inducit ad mutuandum, sibi non seruatis conditionibus seruandis per petentem mutuum ab usurario, peccat. secus si seruat. & hæ conditiones patuerunt.q.47. & hæc de presenti quæstione sufficiunt. Posset consequenter moueri quæstio, utrum uenditor teneatur restituere precium, si dolum passus est emptor, & an emptor teneatur restituere merces, si dolum passus est uenditor. Sed illa quæstio magis spectat ad tractatum restitutionum, quàm ad tractatum contractuum, in quo principaliter tantum tractatur, quando contrahens peccet, & quando non: & non quando incurrat obligationem restitutionis, & quando non: ideo sequitur alia quæstio.

QVÆSTIO. LXIX.

Vtrum venditori liceat uendere aliquid usurario: Et similiter an emptori liceat emere aliquid ab eisdem, & specialiter pignora, quæ ex lapsu temporis peruenerunt ad eos ratione usuræ eis non solutæ a pignorante ea? Ad primam partem quæstionis respondetur per quatuor suppositiones & duos modos dicendi.

Prima suppositio. vsurarij sunt duplices. Quidam nihil habent, nisi φ peccatum usuræ acquisierunt. Quidam autem præter taliter acquisita habent etiam aliqua bona legitimè quæsita.

Secunda suppositio. secundis usurariis contingit duplicitèr quid uendi: quia aut aliquid uenditor eis pro illo precio, uel numismate, quod idem numero fuit legitimè quæsitum, aut pro illo, quod idem numero fuit illegitimè. & per peccatum usuræ quæsitum.

Tertia suppositio. secundorum vsurariorum bona legitimè quæsita dupliciter se habent: quia aliquando illa nō requiruntur pro restitutione acquisitorum per usuram, aliquando verò requiruntur. Exemplum, verbi gratia vsurarius per usuram acquisiuit centum floren. & præter illos habet alios centum legitimè quæsitos. & si adhuc habet primos centū, tunc alij centum non requiruntur pro restitutione primorum centum: si autem primos centum distraxit, aut alicui donauit, nec quid æquipollens loco eorum recepit, tunc cum sit obligatus centum restituere, nec habeat alia bona, quàm reliquos centum, illi reliqui centum requirentur pro primorum restitutione. Vnde sunt obligati pro primis centum, non dico obligatione ciuili: quomodo bona martiri sunt tacitè obligata mulieri pro dote: & bona tutorum & curatorum tacitè sunt obligata minoribus, pro illorum officio, si administrauerint iniquè. sed loquor de obligatione naturali & secundum diuinam legem. sicut qui furatus est 10. flore. quos consumpsit, & nihil habet nisi quosdam alios. 10. ille obligabitur, illos alios. 10. restituere pro primis decem. Et si secundum membrum huius tertiæ suppositionis ponatur, hoc est dupliciter: quia aut illa legitimè quæsita sufficiunt pro restitutione aliorum, aut non sufficiunt.

Quarta suppositio: problema est inter doct. an vsurarius acquirat dominium rei, quam per usuram acquirit, uel non. Nam aliqui tenent quòd non, ut Alexand. sanctus Bonauen. Rich. de Mediauilla, & Goffredus de Fontibus, & aliqui etiam dicunt Scotum in 4. idem sensisse, sed hoc ex eo haberi non potest sufficienter. Non enim dicit in quarto, nisi quòd arctatus soluens vsuram non merè liberaliter donat: quia arctatio illa, quæ est aliqualis coactio, excludit voluntarium simpliciter, & postea dicit: & si transferatur dominium, scilicet rei vsurariæ in vsurarium: tamen recipiens restituere tenetur. Hæc ille. Modò ex primo non habetur expressè, quòd ergo secundùm eum recipiens vsuram non sit dominus eius, & secundo equè potest oppositum inferri: quia ly &si, potest exponi, idest quàmuis, & tunc sensus esset, quòd transferretur dominium. Si autem conditionaliter exponatur, tunc nihil arguit: quia non approbat illam conditionem. Ex alia parte tenent alij, φ acquirit dominium rei vsurariæ, ut sunt sanctus Tho. Viricus, Goffredus, Bernardus glo. decretalium, & glo. decreti. 14. q. 4. c. siquis. Quæ autem illarum opinionū sit verior, & quæ sint motiua hinc inde, & vbi ille opiniones per eos ponantur, reseruo ad tractatum restitutionum: quia ad illum tales spectant. Conueniunt autem illæ duæ opiniones in hoc, quòd vtraque concedit vsurarium obligatum ad restituendum rem vsurariam. Nec obstat, quòd secunda opinio dicit, eum esse dominum rei vsurariæ: quia illa stant simul, quòd quis sit dominus alicuius rei, & tamen teneatur eam restituere, ut mutuatarius est dominus sortis sibi mutuatæ, & tamen tenetur eam restituere. Sed differunt in hoc, φ secunda, exquo diceret eum esse dominum illius rei vsurariæ, diceret pari eum non esse obligatum ad restitutionem præcisè illius rei in numero: sed solum æquiualentis, sicut & mutuatarius est dominus sortis mutuatæ: sed nō tenet ad illius sortis in numero restitutionem.

stitutionem. sed solum æquiualentis, sed prima, exquo diceret, eum non esse dominum illius rei, & non plus quàm fur sit dominus rei furtiuæ, consequenter diceret eum esse obligatum ad illius rei in numero restitutionem, si fieri potest, ut puta quia adhuc eam habet, vel habere potest.

Primus modus dicendi consistit in quatuor conclusionibus, quæ omnes sunt intelligendę supponendo, φ vsurarius nō habeat dominium rei vsurariæ: sed quòd dominium sit apud eum, qui soluit vsuram: ut prima opinio tenet.

Prima conclusio, uenditori non licet aliquid uendere usurario nihil habenti, nisi quod per peccatum usuræ acquisiuit, excepto uno casu. Prima pars probatur tripliciter. Primò sic, uędens tali vsurario uult illa duo, scilicet φ usurarius sibi det precium vsurarium, & ipse illud vult recipere. modo in uolitione utriusque peccat: nam in uolitione primi uult peccatum proximi, quia talis vsurarius peccat dando sibi aliquid: quia contrectat rem alienam inuito domino, cum talis nihil habeat, quod dare possit: quia non est dominus ullius rei quam habet. in uolitione secūdi etiam peccat: quia vult recipere, & per consequens contrectare rem alienam inuito domino, & animo sibi retinendi, idest non restituendi eā domino illius rei. Secundò sic, non licet furi nihil habenti nisi bona furtiua aliquid uendere. & hoc non est nisi: quia non est dominus illarum rerum nec quisquam potest licitè eas contrectare inuito illo, cui subtraxit. Modò ſm primum modum dicendi vsurarius non plus habet iuris & dominii in re vsuraria, quàm fur in furtiua. igitur. Tertiò sic: quia si uendens excusaretur a peccato: maximè quia licet recipiat ab vsurario precium, quod non fuit vsurarij, sed alterius. & sic uidetur uendenti non licere recipere: tamen ex quo uendens dat ei mercem æquiualentem precio; quam consequenter poterit vsurarius dare ei, a quo ex tortis vsuram, ideo videtur excusabilis. Modò hoc nō sufficit pro excusatione: quia sic etiam excusaretur, qui venderet aliquid furi nihil habenti nisi bona furtiua, quod est falsum. Secunda pars conclusionis patebit in secunda conclusione.

Secunda conclusio. venditori non licet aliquid uendere usurario habenti aliqua bona legitimè quęsita præter vsuraria bona, si illud idem precij in numero quod dat vsurarius uenditori, est usurarium, excepto uno casu. Prima pars probatur, quia prima probatio præced. conclusionis equè habet hic locum, sicut in præcedenti, ut patet inspicienti. Nec excusat venditorem hoc, scilicet quòd in præsenti casu usurarius habet bona legitimè quæsita: quia non de illis accipit precium, nec excusat etiam, φ dat sibi æquiualens, aut quòd vsurarius potest met loco illius precij erogati ponere aliud numisma legitimè quæsitum, ut patet ex tertia probatione præced. conclusionis. Secunda pars probatur: nam si ille, qui est dominus rei vsurariæ, hi contentus, quòd illam suam rē in numero distrahat: dummodo æquiualenter restituat, ita quòd apud eum non refert, uel nō deberet referre quid ex æquipollentibus in numisma te, vel aliter fiat, quemadmodum natum est contingere in numismate magis, quàm in aliis rebus. Sæpe enim contingere potest, quòd non referret apud eum, qui soluit decem floren. nomine vsuræ, aut cui furtim subtracti sunt 10. flore. an vsurarius vel fur sibi restitueret eosdem. 10. flore. in numero, an tantum æquipollentes. In hocigitur casu posset quid uendi vsurario huius secundæ conclusionis, & etiam vsurario præced. conclusionis. Et in hoc casu potest intelligi forte rum illud, quod Alexander de Alys dicit in quarta parte summæ.q.110. membro secundo. Nam ibidem quamuis secundum suam opinionem teneat, vsurariū non esse dominum rei vsurariæ, tamen hoc non obstante ipse secundum suam opinionem loquendo, dicit, φ de pecunia habita per usuram, uel furtum potest fieri eleemosyna, si raptor, vel usurarius proponat restituere æquipollentem, & habeat vnde restituat, ut si dando non reddatur se impotentem ad restituendum. Hæc ille. Quod dictum si debet esse verum, supponit id, quod natum est contingere, scilicet quia apud illum, qui est dominus illius pecuniæ, quam detinet fur uel vsurarius, non refert quid sibi ex æquipollentibus restituatur, immo fateat, φ & si de facto referret, tamen ſm rectam rationem non deberet apud eum referre quid ex æquipollentibus sibi restitueretur. puta si petens eleemosynam satis notabiliter indigeret, & usurarius, uel fur nunc suam propriam pecuniā apud se non haberet, & dare pecuniā furtiuam sibi petenti, omnino proponens loco illius erogatę ponere propriā pecuniā nec vllum præiudicium posset allegare dominus illius pecuniæ ex hoc, q. non restituitur sibi precisè eadē numero. Secus autem ubi referret apud dominū illius rei nec subesset ratio, cur deberet renunciare identitati numerali suæ rei. In casu autem primę & secundæ conclusionis constat, φ exquo uenditor dat mercē æquiualentem precio, quod accipit ab vsurario, φ vsurarius etiam primæ conclusionis habet æquiualens, quod loco precij vsurarii poterit restituere ei, cui precium illud debebatur. igitur si apud illum non refert, quid sibi ex æquipollentibus restituatur, poterit quid uendi vsurario pro tali precio, nisi merx (licet æquiualens precio) sit talis, φ eam vsurarius est consumpturus, & per consequens impotens futurus ad restitutionem, prout in quarta conclusione patebit.

Tertia conclusio. venditori licet aliquid vēdere vsurario habenti bona aliqua legitimè quæsita, si præcisè illud precij, vel numisma, quod soluitur sibi fuit legitimè quæsitū, dummodo illud numisma aliàs non requiratur pro restitutione vsurarū eius, probatur: quia vsurarius est verus dominus illius numismatis, nec illud est cuiquam qualitercunque obligatū. igitur potest dare illud alteri, & alius potest illud recipere, tenet consequentia, quia non videtur quid obstare.

Quarta cōclusio. si vsurarius habeat bona legitimè quæsita, & præcisè illud precij, vel numisma sit legitimè quæsitū, quod soluitur pro merce, antū sit recompensatiū aliàs pro restitutione vsurarū, tūc in aliquo casu licet vēditori aliquid ei vēdere, in aliquo verò non. Prima pars probat dando duo exēpla. Primū, quando vsurarius est illā mercē cōsumpturus, puta: qui sic cā cōsumet cibū, potū, uel uestitū, ad quæ vult ea uti, non deberet, pecunia mercem, & vēditor hoc cōicit, vel conicere debet, & eo predicto licet vēditor ei vendendo eā & recipiendo precium: quia vsurarius intendendo restitutionem vsurarum, & eā consumere intendit se impotentem facere ad restitutionem vsurarū requisitū ergo. Secundum: quia precij præstitutione

ſ. ſ.&c licet æquialens loco eius recipiat, tamen illud eſt conſumpturus, igitur relinquit impotens reſtituere & venditor talem mercem ei uendens iuuat eum ad illam impoſſibilitationem. igitur cooperatur ad peccatum vſurarii peccantis, & cum hoc peccat dando auxilium læſionis proximi, ſcilicet illius, cui deberet fieri reſtitutio. Secundum exemplum. ſi etiam uſurarius nõ eſt conſumpturus mercem, attamen venditor vendit ei plus iuſto. Nam tunc non ſolum peccat: quia plus iuſto vendendo lædit vſurarium. ſed etiam ſi hoc non eſſet peccatum, adhuc peccaret pro quanto præiudicat proximo, cui vſurarius eſt obligatus. Nam vſurarium reddit impotentem ad reſtituendum vſuras in tanto, in quanto minus æquialet merx precio. Secunda pars probatur: nam ſi vſurarius non eſt illam mercem conſumpturus, ſiue ſit bonum immobile, ut ager, ſiue mobile, dummodo non ſit conſumpturus, & merx bene valet tantundem, & per conſequens non redditur per eius emptionem impotens ad reſtituendum, non peccat uenditor: quia vſurarius eſt verus dominus illius numiſmatis, & licet illud ſit requiſitum pro reſtitutione vſurarum, & ſic videretur non poſſe licitè illud erogare, tamen non eſt ſic requiſitum pro reſtitutione eorum, q illud idem numero ſit requiſitum. ſed ipſum vel æquialens. modo merx æquialens ſibi datur pro eodem, ideo licebit illud erogare, & venditori licebit illud recipere. Si dicas primum exemplum primę partis huius concluſionis, eſt verum, quando vſurarius ſine illius venditoris venditione non fuiſſet incurſurus illam impoſſibilitatem reddendi: ſecus autem ſi aliàs nihilominus fuiſſet in curſurus eam. puta quia ſi ille non vendidiſſet ei illa eſculenta, uel poculenta, tamen alius ei uendidiſſet ſimilia. Modò ſecundum doctores non tenetur quis reſtituere eiam tem furto ſublatam, ſi illa res aliàs periiſſet, ſi apud dominum manſiſſet. puta: quia illa nocte, qua quis furatus eſt eius bona eiuſdem domini in domo exiſtentia aliàs periſſent incendio. Hoc inquam non valet: quia dato, q venditor ille non teneretur ad aliquam reſtitutionem ipſi creditori vſurarij, nihilominus tamen peccaſſet in caſu prædicto venditionis: ſicut etiam in prædicto caſu furti nihilominus peccaſſet. Modo concluſio & exemplum eius ſonant tantum de licete, vel non licere. An autem venditor præter culpam incurſam etiam nihilominus teneatur ad reſtitutionem ipſi creditori, non obſtante q aliàs creditor illud præiudicium fuiſſet paſſus, ſicut ille, qui ſpoliat Ioannem bonis ſuis: ſciens q ſi ipſe eum non ſpoliaret, nihilominus per alios ſpoliaretur, nihilominus tenetur ſpoliato ad reſtitutionem, uidendum in tract. reſtitutionum. Et ſicut ille concluſiones ſonantes de contractu venditionis, ſic proportionabiliter poſſunt applicari ad contractum permutationis, aut alium contractum non gratuitum, ſcilicet ubi econtra ab vſurario recipitur aliquid.

Corollarium primum. Non licet cuiquam recipere dona temporalia, vel etiam eleemoſynalia ab uſurario niſi habeat de niſi vſuraria bona, vel etiamſi habet legitima ſi illud idem numero, quod recipit, eſt vſurarium & hoc inuito creditore uſurarum, niſi recipiens recipiet animo reſtituendi creditoribus vſurarij, vel etiamſi mendicus recipiet animo retinendi ſibi dummodo id, quod recipit reſtitutioni vagæ eſſet ſubiectum. & hoc dummodo vſurarius non ſit manifeſtus quia ſi eſſet manifeſtus, etiam non liceret mendico ab illo recipere auctoritate vſurarij: quia tunc vſurario non licet erogare illas vſuras pauperibus, ſed ſubiacerent diſpoſitioni epiſcopi.

Secundum corollarium. Non licet ab vſurario habente legitima bona recipere nomine doni etiam legitimè quæſita, ſi ſint requiſita pro reſtitutione vſurarum, quia recipiens non dat æquialens vſurario, & ſic impoſſibilitat eum ad reſtitutionem, & ſic præiudicat creditori eius. Videant ergo principes & rectores ciuitatum noſtrarum imperialium recipientes a iudeis dona, an ne ſimul ſe cum eiſdem inuoluant ad gehennam.

Tertium. Nulli mercenario operanti aliquid ipſi vſurario licitum eſt quid recipere pro labore ſuo, ſi eius labor non relinquit poſt ſe opus operatum, quo mediante poſſit reſtituere vſuras creditoribus, etiamſi ille vſurarius det ei bona legitimè quæſita, quæ tamen requiruntur pro reſtitutione vſurarum: quia recipiendo impoſſibilitat eum ad reſtitutionem, ut ſi barbitonſor pro raſura barbæ, & balneator pro balneo, medicus pro medicina, & huiuſmodi. ſecus de agricola ita utiliter colente ſibi agrum, quòd tantum percipit ratione culturæ de fructu, quantum dat precium ei: dummodo fructum illum non ſit conſumpturus, ſed venditurus.

Secundus modus dicendi conſiſtit in tribus concluſionibus & vno corollario, in quibus omnibus ſupponitur, quòd vſurarius habeat dominium rei vſurariæ, ſicut ſecunda opinio tenet.

Prima igitur concluſio eſt. Siue vſurarius nihil habeat præter acquiſita per vſuram, ſiue habeat aliqua legitimè quæſita, & hoc ſiue illa eadem det pro precio, ſiue alia, & etiam ſiue illa ſint requiſita pro reſtitutione vſurarum, ſiue non, licitum eſt uenditori aliquid eidem vendere, ſi per illam uenditionem non reddatur impotens ad reſtitutionem vſurarum, probatur: quia exquo vſurarius eſt dominus rerum ſuarum etiã vſurariarum, non tenetur illas eaſdem in numero reſtituere creditori ſuo, ſed ſufficit, q æquialentes reſtituat. igitur ſibi licebit vſurarias res alienare, ſi manet adhuc potens reſtituere, & per conſequens vendenti ſibi quid, nec eum facienti impotentem reſtituere licebit illas recipere pro precio. Sicut licitum eſt mihi quid vendere ei, qui non habet aliũ pecuniam niſi mutuatam, ſi per illam venditionem non reddo eum impotentem ad reſtitutionem: quia licet talis teneatur reſtitutionem facere ſuo mutuatori, non tamen illam eandem numero tenetur reſtituere, quam mutuo recepit, & ſic alienare poteſt eam mihi, & ego poſſum eam recipere, ſi do ſibi mercem æquialentem illi pecuniæ, ex qua poterit colligere tãtidem, ut ſuo creditori ſatisfaciat: quia tũc in nullo præiudico creditori ſuo.

Secunda concluſio. Si per huiuſmodi venditionem uſurarius qualiacunque bona habeat, reddatur impotens ablatum reſtituere ſuo creditori in toto, vel in parte, peccat venditor eidem quid uendendo, ſi illam impoſſibilitationem conſicis, uel conijcere deberet, patet: quia tunc uult duo, quorũ utrumque eſt illicitum. Primò uult, q vſurarius impoſſibiliter ſe ad illã reſtitutionem: quia vult antecedens, exquo ſequitur illa impoſſibilitatio,

ſibilitatio, ſcilicet vt ſecum contrahat tali contractu, quæ tamen impoſſibilitatio eſt ipſi vſurario peccatum, & ſecundò vult etiam nocere creditori vſurarii: quia vult antecedens illius nocumenti. ſ. impoſſibilitationẽ vſurarii. Exempla autem de hoc. ſ. quando contingit eum impoſſibilitari, & quando venditor hoc conijcere poteſt, patuerunt in præcedenti modo dicendi in prima parte quartæ concluſionis.

Tertia concluſio. Sicut dictum eſt de contracto uenditionis, ſic ſimili modo ſentiendum eſt de quocunq; alio contractu, vel commutatione ſiue gratuita, ſiue non, ſi per eum reddatur impotens reſtituere. patet, qa ratio eſt eadem: vt ſi permutat ſecum tem pro re, vel locat quid ſibi, vel conducit, vel accommodat aliquid ab eo: vel recipit dono ab eo: quemadmodum etiam factum eſt in corollariis præcedentis modi dicendi.

Corollarium, quòd primus modus & ſecundus licet conueniant; tamen multum differunt, conueniũt enim: quia vterque damnat venditionem factam vſurario qualiacunq; bona habenti, ſi per eam reddatur impotens reſtituere. Sed differũt in hoc, quòd ſi non reddatur impotens: tunc ſecundus modus indiſtinctè eã admittit. Primus autem modus dicendi etiam talem damnat: niſi precium illud, pro quo fit venditio, ſit de numero legitimè quæſitorum, vel niſi non referat, vel non debeat referre apud creditorem vſurarii, quid ex æquippollentibus ſibi reſtituatur, vel niſi recipiens velit illud reſtituere domino illius precii, aut mendicus recipiat a non manifeſto vſurario precium ſubiectum tantum vagæ reſtitutioni.

Ad ſecundam partem queſtionis, ſuppoſitis quatuor ſuppoſitionibus poſitis ad primam partem huius quæſtionis reſpondetur etiam per duos modos dicendi. Primus conſiſtit in duabus concluſionibus, quæ omnes debent intelligi ſuppoſito, quòd vſurarius non ſit dominus rei vſurariæ.

Prima. Si omnia eorum bona ſint vſuraria, vel etiam ſi habeant aliqua legitimè quæſita: attamen præciſe illa, quæ quis vult emere, ſunt vſuraria: tunc illicitum eſt emere ab eis aliqua talia: niſi non referat apud creditorem vſurarii quid ex æquipollentibus ſibi reſtituatur. Vnde ſi vſurarius habet aliquas veſtes, vel conſimiles res ſibi pignoratas, quæ ex lapſu temporis peruenerunt ad cum ratione vſurarum, quas creditor ſuus ſibi non ſolnerat, nemo poteſt licitè illas emere, nec dono, vel eleemoſina accepre, dempto caſu de recipiento animo reſtituendi ei, cuius eſt, & caſu de mendico poſito in primo corollario primi modi dicẽdi primæ partis huius quæſtionis. hoc autem concluſio ſufficienter probari poteſt per probationes adductas ad primam & ſecundam concluſiones primi modi dicendi præcedentis partis.

Secunda concluſio. Si quis emit ab vſurario illa eadem, quæ ſunt legitimè quæſita, & per emptionem, non reddit eum impotentem ad reſtitutionem ſuo creditori, emptio eſt licita: patet ex deductis in tertia concluſione primi modi dicendi præcedentis partis quæſtionis. Vnde ſi quæ pignora deuenilſent ad vſurarium, non ratione vſurarum non ſolutarum: ſed ratione ſortis mutuatæ, & ſors illa fuiſſet de dominio legitimo vſurarii: & emptor daret condignum precium, non eſſet emptio illicita: etiam ſi illa bona ante hoc fuiſſent requiſita pro reſtitutione vſurarum. ſecus autem ſi vſurarius redditur ex illa emptione impotens reſtituere ſuo creditori. Ideo illi emptores non excutiantur, qui viliori precio, quàm iuſtum fit, emunt ab vſurariis pignora etiam ſi eſſent iuſtè quæſita, quæ tamen ſunt requiſita pro reſtitutione vſurarum, etiam ſi vſurarii omnino liberè & ſcienter dent pro tali precio: quia exquo dant minus, quàm valet: reddunt vſurarios impotentes ad reſtitutionem vſurarum, ſicut nec ab eiſdem liceret illa recipere nomine doni in toto, vel in parte.

Secundus modus dicendi ſupponit ſecundam opinionem eſſe veram. ſ. vſurarium eſſe dominum rei vſurariæ, & dicit indiſtinctè licitum eſſe emere bona talĩ vſuraria ab eis, & etiam dono recipere, ſi non redduntur per hoc vſurarii impotentes ad reſtituendum vſuras. ſecus ſi reddantur impotentes, ſicut redduntur, quando eis datur non condignum precium pro merce, prout factum eſt. Et ſicut dictum eſt per illos duos modos dicendi ad ſecundam partẽ quæſtionis de emptione: ſic etiam de contractu permutationis & locationis & conſimilibus ſimiliter reſponderetur, & etiam de contractu donationis.

Contra primam concluſionem & ſecundam primi modi dicendi poſiti ad primam partem quæſtionis. Arguitur primò ſic. Iudei ſunt vſurarii taliter, quòd aliquando nihil habent præter vſuras: & tamen iudeis, & ſi nihil haberent præter vſuras, licitum eſt aliqua uendere. igitur vſurariis etiam nihil habentibus præter vſuras licitum eſt quid uendere. & hoc etiam infertur contra ſecundam concluſionem eiuſdem modi dicendi, q licebit vſurariis habentibus aliqua legitima, aliqua uẽdere etiam pro precio vſurario. igitur primus modus dicendi eſt falſus quo ad duas primas concluſiones. Maior nota. Minor probatur: quia a iudeis etiam nihil habentibus, præter vſuras, licitum eſt recipere decimas prædiales: atputa ſi aliquis rallium inter alia vſuraria bona haberet agrum, quem nomine vſuræ acquiriſſet, eccleſia licitè poſſet exigere, & recipere decimas. igitur eiſdem licebit aliquid uendere. Antecedens probatur per. c. de terris. extra, de decimis, ubi dicitur, de tertis, quas iudei colunt taliter tibi reſpondemus: ut eos ad decimas ſoluendas, uel poſſeſſiones penitus renunciandas cum omni diſtrictione compellas, ne forte eccleſiæ occaſione iſta ualeãt ſuo iure fraudari. hæc ibi. Et intelligitur illud capitulum, etiam ſi illas poſſeſſiones per vſuras acquiſiuiſſent: ſicut etiam a prædone, qui aliqua prædia ui occupata obtineret, licitè exigitur decima, alioquin vſurarius & prædo eſſet melioris cõnitionis, quàm non talis, quod eſt inconueniens. Conſequẽtia autem probatur: quia minus uideretur, quòd ab eis poſſet capi decima, quàm q eis poſſet aliquid nẽdi: quia cum ab eis accipitur decima, non datur eis aliquod temporale pro illa decima, quo mediante maneant ita potentes ad reſtituendum: ſicut ſi retinerent decimam, quando autem eis quid uenditur, & recipitur precium ab eis, datur eis merx æquialens precio, & ſic non redduntur pauperiores, quàm prius fuerint. Dicendum, concedendo maiorem, neganda eſt minor, ad probationem concedendum eſt antecedens, & negãda conſequentia, ad probationem conſequentiæ negandum eſt aſſumptum. Et ratio diuerſitatis eſt: quia eum eccleſia capit decimam de prædio, quod iudeus

nomine

nomine vsurarum acquisiuit, non capit aliquid, nisi qđ alias suum est, seu quod debetur ecclesiæ. Sed volens quid vendere ei nihil habet: vt talis apud iudeum vsurarium, quod sit suum, vel debeatur sibi. igitur nihil p modum precii ab eo posset capere: si tamen aliàs haberet aliquam pecuniam apud vsurarium debitam sibi: vtputa: quia eam vsuræ nomine olim solusset sibi, & non posset eam rehabere: nisi nunc quid ei venderet, bene liceret ei aliquid vendere pro pecunia tali: quia iudeus met illam ei debebat dare, & ille eam sibi oblatã a iudeo poterat recipere etiam sine cõmutatione mercis, secus autem vbi is, qui volebat ei quid vendere, nihil tale habebat apud vsurarium. Contra hoc arguitur dupliciter. Primò sic. Ager, quem quis nomine vsuræ dat iudeo vsurario, non est ecclesiæ, & per consequens, nec eius fructus. igitur ecclesia non plus habet aliquid apud iudeum, quod sit ecclesiæ, quàm qui eidem vult aliquid vendere. Antecedens probatur: quia ille ager est adhuc plenè de dominio ipsius, qui datus teneatur, quòd vsura non transferat in dominium vsurarii, aut si teneatur oppositum: tunc ager plenè erit de dominio vsurarii. Secundò sic: quòmeus volens quid vendere iudeo vsurario nihil habeat apud eum ante vendi tionem, quod sit suum, vel debitum venceanit: tamen facta venditione & traditione mercis completa sic, q̃ iudeus nunc habeat illam mercem, venditor habet quid apud iudeum, quod sit suum, vel sibi debitum, puta precium tantum, quanti valoris est merx: quia aut illa merx est iam de dominio vsurarii facta, aut non: si primum. igitur vsurarius est debitor factus ipsi venditori in tanto precio: quia non transtulit merccm in eius dominium: nisi sub conditione, q̃ econtra esset sibi debitor in tanto precio transferendo econtra in suum dominium. Si secundum, ergo adhuc est de dominio venditoris. igitur venditor habet aliquid existens suum, vel sibi debitum apud vsurarium. igitur poterit aliquid recipere ab vsurario sicut & ecclesia. Ad primum dicendum, q̃ ager prædictus est iudei, vel eius, qui eum sibi dat, sed non nisi cum onere illo: vt eum habens debeat dare decimam partem fructuum, & sic ager est ecclesiæ quo ad illud ius decimarum. ideo sicut illud ius & ager quo ad illud ius est ecclesiæ: sicut etiam illi fructus sunt eius, nec debitor vsurarii potuit iudeo illud ius dare. Ad secundum dicendum dupliciter. Primò dato quòd totum argumentum concederetur, nihil contra conclusionem, contra quam inducitur: quia conclusio, contra quã nititur argumentum, dicit tantum, q̃ ipsa venditio est illicita: non autem dicit, quòd si venditio sit completa & traditio mercis facta, q̃ nihil licet recipere ab vsurario. Secundò dicendum, q̃ venditione & traditione mercis facta licitum est venditori aliquid recipere ab vsurario: quia suam merccm recuperare potest, & si illam potest recuperare, non licebit sibi quid aliud ab eo recipere: quia vsurarius nullius alterius rei habet dominium & licentiam sibi dandi: si autem non possit illam vllo modo recuperare, non ob id licebit sibi precii recipere pro ea: sicut nec licebit mihi a fure rem tibi subtractam recipere pro debito, quo mihi idem est debitor ex contractu, vel etiam ex furto. & cum dicis: habet quid suum existens apud vsurarium, concedo, & illud potest recipere quantum est ex parte sua: sic inquam respondendum esset secundum primum modũ dicendi. Sed dicetis, quid dicendum esset secundum secundum modum dicendi? Nam arguendo pro & cõtra videri posset alicui primò, q̃ posset recipere precii, etiam si per illam receptionem redderetur impotens ad restituendum suo creditori: licèt peccaverit contrahendo cum eo tali contractu vergente in præiudicium creditoris vsurarum, primum patet: quia exquo vtrique iam tenetur, & non tenetur creditori vsurarius illud precium in numero. sed econtra, sequitur, q̃ vendidor non potens recuperare mercem: vpura forte: ga consumpta est, vel huiusmodi: poterit accipere precii non obstante, q̃ per hoc præiudicetur alteri creditori: quia cum quis est mihi & tibi obligatus, & vult mihi satisfacere, possum recipere, non obstante, q̃ per hoc alteri non poterit satisfacere. Et tamen cum hoc dicerctur, q̃ ille venditor teneretur creditori vsurarum, cui hoc præiudicium generavit ad refusionem damni occasionati per suum contractum. Sed in contrarium arguitur: quia posteriori creditori non est licitum recipere solutionem cum prædicto prioris. regulariter loquendo, quod dico: quia secus si posterior habeat priuilegium iuris communis, vel particularis de hoc, vt prius debeat sibi satisfieri: sicut aliqui habent, cuiusmodi non est hic, & venditor est posterior creditor usurarii in tali casu: quàm sit creditor usurarum. Et similiter contrà ultimum iam auctum de refusione arguetur: quia eadem ratione ego tenerer ad restitionem, quando tuo mutuatario res quas mea consumpturus est, venderem pro precio, per quod solum tibi posset satisfacere, quod uiderur inconveniens: sed de hoc puncto uidendum est in tractatu de restitutionibus. Secundò sic, omnia illa commercia concessa intelliguntur, quæ non sunt expressè in iure prohibita: sed venditiones, quibus aliqua venderentur iudeis, non sunt expressè in iure prohibitæ. igitur sunt concessæ: & tamen iudei sæpe nihil habent nisi usuraria bona. & etiam si habent legitima bona: tamen illud precium, quod dant pro merce, est usurarium: igitur habentibus usuraria bona licet vendere aliqua prò illis, quod est contra primam & secundam conclusiones primi modi dicendi. Maior nota: ut uidetur. Minor probatur: quia in iure canonico exprimuntur commercia, quæ sunt prohibita christianis, ne ea habeant cum iudeis, & inter illa nullibi exprimuntur venditiones, ne eis fiant. unde ibi bene prohibentur sequentia commercia. Primum, q̃ non manducemus azyma cum eis. Secundò, ne uocemus eos ad infirmos, & ne sumamus medicinã ab eis. Tertiò, ne balneemur cum eis. Quartò, ne habeamus cum eis commercia, quæ habentur omnia in c. nullus. & in c. omnes. 28. q. 1. Quintò, ne quis seruiat eis continuè ad mensam, aut commoretur in domibus eorũ: ut in c. iudei. extra, de iudeis. & sic de consimilibus, ubi nulla fit mentio, ne aliqua eis uendamus. Dicendum, argumentum deficit tripliciter. Primò: quia aut maiõ loquitur tantum de iure humano, aut de omni iure scilicet diuino, naturali, & humano. Si primum: tũc subdistinguitur: quia aut ly exoresse, denotat expressionem particularem & in propria forma factam. i. quo ad speciem & circunstantias facti, & sic est falsa. Nam si sic intellecta esset uera: non esset opus super agendis & omittendis illam nouam decretalem, aut decretum aut legem condere, aut pro ullius casus decisione ad principem

principem recurrere: quia decisio haberetur sufficienter in iure humano. Si autem denotat expressionem generalem, vel radicalem, quo modo dicitur prohiberi species, quando prohibetur genus tacito nomine speciorum, & per sic dicitur prohiberi consequens, quando prohibetur antecedens, & sic maior potest concedi, loquendo de iure humano canonico. Illud enim mandat seruare legem diuinam & naturalem, in qua omnia mala prohibentur, & bona conceduntur, non autem de ciuili: quia illud aliqua mala non solum nõ prohibet: sed etiam concessit, vt patuit. q. 2. a. 3. Eodem modo est distinguendum de ly. expressè, si loquatur maior de omni iure. Nam non omnia mala sunt ctiam in iure diuino, vel naturali prohibita expressè expressione particulari, sed bene aut particulari, aut generali, aut radicali. Consequenter distinguenda est minor: quia aut loquitur de iudeis vsurariis, aut non vsurarijs. Si secundum, nihil ad propositum: quia non diximus non licere aliquid vendere iudeis. Nam iudeis habentibus legitima bona, per quorum erogationem non redduntur impotentes, licitè possumus multa vendere, & etiam ab eis emere. Si primum, minor est falsa: si expressè dicat expressionem generalem vel radicalẽ, siue loquatur de iure humano canonico tantum, siue de omni iure, scilicet naturali, diuino & humano. Nã ius canonicum & naturale & diuinum prohibet nobis ne contrectemus rem alienam inuito domino. hoc autem fit in vendendo vsurario aliquid, recipiendo ab eo precium vsurarium, cuius non est dominus. prohibet etiam nobis, ne demus auxilium, quo quis impossibiliter ad restituendum iniustè ablatum, aut occasionem, qua lædatur proximus per impedimentum restitutionis sibi fiendæ. Modò si etiam teneretur, quòd vsurarius sit dominus rei vsurariæ stat, quòd vendens sibi aliquid per hoc eum impossibiliter ad restitutionem vsurarũ. igitur illa venditio est iure diuino, naturali & humano prohibita expressè, expressione generali, vel radicali. Secundò deficit: quia in eo committitur fallacia accidentis. sicut si sic arguatur. homo est animal, animal est genus. igitur homo est genus, accidit inquam animali, quòd sit genus, & tamen exquo dicitur de animali infertur etiam dici de homine. Sic accidit iudeo, quòd sit vsurarius, & tamen quod licet iudeo impendere, infertur, quòd etiam ei, quod sibi accidit, liceat impendere. Tertiò etiam deficit: quia ibi committitur fallacia consequentis: quia virtualiter sic arguitur: licitum est quid vendere iudeo. igitur licitum est quid vendere iudeo vsurario nihil habenti nisi vsuraria bona, vel prò precio vsurario: quia arguitur a toto in modo ad suam partem, sicut licitum est celebrare coram homine. igitur licitum est celebrare coram homine excommunicato.

Tertiò arguitur sic. Ecclesia scit & permittit christianos vendere aliqua iudeis, etiam vsurarijs. igitur illa venditio est licita. tenet consequentia: quia aliàs ecclesia delinqueret permittendo scienter commercia illicita subditis. Dicendum, argumentum deficit dupliciter. Primò: quia consequentia non valet, nam sæpe aliqua mala permittuntur permissione simplicis tolerantiæ, scilicet non puniendo ea: vt patet de prostibulis, & hæc & similia tolerantur licitè, quando nõ possunt prohiberi & puniri, nisi incurrantur maiora mala. Secundò antecedens distinguendũ. aut enim permissio in antecedente excludit talem punitionem in foro exteriori, & sic antecedens conceditur, saltem intelligendo ipsum vt in plurimum: quia vt in plurimum ecclesia non punit tales christianos pœna ciuili, vel etiam canonica in foro exteriori, aut excludit punitionem in foro interiori, & sic negatur. Nam in foro conscientiæ imponit pœnitentiam talibus venditoribus, tam statuto, vel per sententiam iuris, quàm etiã per sententiam hominis seu iudicis, per statutum quidem, & hoc generaliter, vel radicaliter quod patet: quia aut tenetur, quòd vsurarius non sit dominus rei vsurariæ, & tunc venditor recipiens precium vsurarium contrectat rem alienam inuito domino, & sic fur tum committit. modò ecclesia per ius canonicum, seu statutum imponit pœnitentiam committendi furtum & etiam ei iniungit, quòd restituat contrectatum domino, vt patet extra, de furtis. & de pœnitentiis & remissionibus. & in regula peccatum. in sexto. Si autem tenetur, quòd sit dominus rei vsurariæ, & tamen recipiens precium impossibiliter eum ad restituendum suo creditori vsuras, tunc iterum imponit venditori taliter recipienti precium pœnitentiam, & iniungit, q̃ restituat: quia ecclesia per ius canonicum, & statutum decernit, quòd consentienti in peccatum proximi debet imponi pœnitentia, & si ille consensus est occasio & causa damnificationis proximi, quòd debeat læso satisfacere, vt in c. si culpa. extra, de iniurijs & damno dato. & in multis capitulis possunt fundari talia. Vnde etiam exquo ius diuinum & naturale hæc decernunt: tunc etiam ius canonicum eadem decernit: quia decernit seruandum esse ius diuinum & naturale. De sententia hominis, vel iudicis patet per duo dicta. Primum: quia peritus confessor & discretus ab ecclesia constitutus, si tenet, quòd vsurarius non sit dominus rei vsurariæ: si sit non ordinarius confessor: debet tali iniungere pœnitentiam super contrectatione rei alienæ & etiam vt precium vsurarium taliter receptum restituat creditori vsurarum, cui pertinet, aut si cum nescit, alteri consimili creditori, aut si neminem eorum scit, debet restituere pauperibus, nisi vsurarius fuisset manifestus, tunc enim debet restituere episcopo loci, cuius dispositioni subsunt ille vsuræ, quæ subiectæ sunt restitutioni vagæ. Si autem tenet, quòd sit dominus rei vsurariæ, adhuc debet iniungere ei pœnitentiam super hoc quòd iuuit vsurarium ad peccatum impossibilitationis, & consequenter ad lesionem creditoris usurarum & cum hoc debet eidem imponere, quòd satisfaciat creditori usurarum læso, si scit aliquem certum creditorem, aut si neminem talium nouit, est restitutio vaga sibi imponenda modo prædicto. & si sic facit discretus confessor, bene quidem. si autem non, nihilominus exquo deberet sic facere, dicitur ecclesia etiam per sententiam hominis punire talem venditorem. & hoc in simili: quia talis confessor non dubitaret furem pro dicto modo punire, aut illum, qui non est fur, præsertim tamen consensum efficacem ad peccatum proximi, & ad proximi damnificationem tali imponendo prædicto modo pœnitentiam. igitur. Dixi notanter in primo dicto, si sit non ordinarius confessor. potest enim, qui potest audire & etiam omittere, sicut sunt confessores ordinis mendicantium, talis inquam si est in prædicta

opinione,

opinione, agat, ut dixi. si autem est talis, qui tenetur audire, tunc non obstante quòd sit illius opinionis, quòd vsurarius non sit dominus rei vsurariæ, si tamen constitens credit non illam, sed contrariam opinionem esse veram, non debet ei propter propriam opinionem prædicare, sed agat secum secundum secundam opinionem, scilicet vt si impossibilitatus est vsurarius &c. imponat pœnitentiam sibi, ut in secundo dicto dixi, & de hoc patebit etiam in vi.q. totius operis.

Quartò arguitur. concedens antecedens concedit consequens. Sed ecclesia concedit christianis, vt habitent cum iudeis, seu ꝙ permittant iudeos habitare cũ eis. & econtra concedit iudei habitare cum christianis igitur concedit consequens. sed consequens illius conditionis est venditio per christianos impensa iudeis. igitur concedit christianis vendere aliqua iudeis, & tamen iudei dant precia vsuraria. igitur ecclesia concedit christianis vendere aliquas deubus precia vsuraria nihil autem concedit ecclesia nisi licitum. igitur prima & secunda conclusiones primi modi dicendi sunt falsæ. Maior nota. Minor patet: quia ecclesia mandat christianis, vt non molestent iudeos inter se habitantes, vt patet in c. iudei. extra, de iudeis. & in c. qui iuvenca. 45. di. igitur concedit habitationem mutuam, cõsequentia est nota. Antecedens secundi discursus probatur: quia non possunt habitare nisi habeant, vnde viuant, & non autem possunt viuere, nisi emant ad victum & vestitum pertinentia, quia a seipsis nõ habent talia cum non intendant agriculturæ, nec artificijs. Dicendum concedendo taliter primam & secundum discursum. sed cum in tertio arguitur sic. ecclesia concedit vendere iudeis aliqua, & iudei dant precia vsuraria. igitur concedit vendere aliqua pro precio vsurario committitur fallacia consequentis, quia virtualiter arguitur affirmatiue a toto in modo ad suam partem: quia virtualiter arguitur sic. ecclesia concedit vendere aliqua iudeis. igitur concedit vendere aliqua iudeis dãbus precia vsuraria. sicut ecclesia concedit celebrare coram homine. igitur coram homine notorie excommunicato, vel denunciato. Vnde si prædicta probatio concluderet, etiam concluderet, quòd liceret vendere furi non habenti nisi pecuniam furtiuam, quia ecclesia concedit vendere aliqua christianis, & christianus aliquis non dat nisi pecuniam furtiuam. Et cum dicis ad hoc argumentum stat, quia ecclesia concedit tam christianis quàm iudeis etiam vsurariis simul habitare. modo habitare non possent, nisi mutuò sibi venderent victualia &c. Dicendum, iudeis vsurariis non concedit ecclesia habitare cum christianis in sensu composito, quasi eis vt vsuris exercentibus concedat loca habitandi: immo ecclesia prohibet, ne talibus ad huiusmodi locentur domus, & ne quis permittat vsurarios alienigenas in terra sua habitare, vt patet in c. 1. de vsuris. in sexto: sed bene in sensu diuiso. Et licet iudei vsuralia in sensu composito capiũt. puta prout non intendũt nisi vsuris, non possunt viuere, nisi christiani eis aliqua vendant, tamen exquo contingenter sunt vsurarii: quia possent aliter se nutrire, non ob hoc sequitur, quòd liceat christianis aliqua eis vendere perseuerantibus in vsuris, nec iudei conqueri possent de hoc, quòd non possint habere victualia, quia imputent sibi causam illius impossibilitatis. sicut confessor potest absoluere constitentem, si tamen non velit constitens omittere peccata decretero, non poterit eum absoluere.

Quintò arguitur. quandocunque aliquid prohibetur christianis ex causa, cessante causa cessat prohibitio. sed causa, propter quam prohibetur christianis commercia habere cum iudeis, est, ne per huiusmodi commercia contrahatur familiaritas nata subuertere mentes fidelis. igitur si illa cã cessat in uenditione, quę fieret iudeis, cessat prohibitio. Modò plerunque talis causa cessat. igitur tunc illa venditio est illicita. Dicendum, ꝙ dato ꝙ maior esset vera: non tamen nisi de causa totali, non autem de partiali: quia dato ꝙ una causa cesset, si tamen adhuc alia supereſt, non cessat prohibitio. Modò hoc, ꝙ est non contrahere familiaritatem subuertẽ suam fidei: est tantum vna causa, si loquamur de quibuscũque commerciis. quare etiam illa cessante si alia supereſt, non ob hoc erunt commercia licita. Modò in venditione, quæ fieret eis pro precio vsurario, remanet causa, cur sit prohibita, scilicet contrectatio rei alienæ, nel impossibilitatio vsuratii ad restituendum.

Sextò arguitur. aliquis pro pecunia aliena, quę non est sua, potest aliquid emere. ita ꝙ res empta etiam erit ementis, & non illius, cuius fuit pecunia. igitur vsurarius etiam si non sit dominus pecuniæ vsuratæ, poterit pro ea quid emere, & per consequens aliquis poterit ei aliquid pro ea uendere. Antecedens probatur dupliciter. Primò per l. si ex ea pecunia. C. de rei vendica. Secundò probatur a simili: quia rem alienam potest quis uendere: ut patet in l. rem alienam. ff. de contrahen. emp. & uen. igitur eadem ratione pro pecunia aliena potest quis aliquid emere. Ad hoc argumentum respondebitur in fine seq. quæstionis.

QVAESTIO LXX.

Vtrum aliquis possit uendere rem alienã? Hãc quæstionem pro eo tractare & resoluere statuti Primò, quia nostræ facultatis studiosi & discipuli, quinimo & nonnulli ex magistris nostris admittere nolunt, immo tix aures eorum ferre possunt, cum audiunt dominos iuristas dicentes, ꝙ aliquis possit etiam de iure rem alienam etiam scitam talem uendere. ideo cum omne uerum uero consonet, uidendum est quo modo hoc habeat ueritatem. Secundò ideo, ut plene habeatur solutio ultimi argumenti præced. quæstionis. Soluto huius: q. stat in noa distinctione nouę conclusionibus, quinque notabilib. & duobus corollarijs uel tribus. Distinctio, duplex est posse. Quoddam est posse de facto, quomodo etiam possumus mortaliter peccare. Aliud est posse de iure, quomodo id tantum possumus, quod de iure possumus. & hoc subdistinguendum est: quia dupliciter potest intelligi, quòd aliquis possit aliquid de iure. Vno modo sic de iure, ꝙ si ipse illud faciat, factum tenet, etiamsi non licuit sibi illud facere, quomodo diceremus, ꝙ quis potest de iure mercari die festiuo, quoniam &si illud sibi non liceat, & ius sibi prohibeat, tamen mercatio talis si facta est, tenet: sicut diceremus, ꝙ quis potest de iure rem vendere scienter pluris, quàm ualeat, dummodo non sit excessus vltra dimidium iusti precii: quia licet peccet, contractus tamen ualet. Alio modo sic de iure, quòd

ꝙ ius ꝑcedat alicui tale ꝙd facere, & licitè possit ꝙ illud facere. & hoc possit subdiuidi sm triplex ius, s. diuinũ, naturale. & humanũ: quorũ tm ꝓpriones differũt taliter, ꝙ solus humani iuris pcessio nõ infert ipsum esse licitũ, ꝙ si ius humanũ cõcedit aliquid facere, qđ est iure naturali vel diuino prohibitũ, nõ poterit inferri. sed de iure humano ꝓcedente id possumus. igitur licitè possumus: qm̃ ius humanũ tale quid ꝓcedẽs nõ est ius, sed iniuria. Nec est ꝓfectò, sed destitutio, quo mõ ius humanũ, cuius ꝓcedit exercere vsurarias mutuationes: vt 3. q. 2 a. ractum fuit. Sed si ius diuinũ aliquid concedit, quãuis non præcipiat ipsum, illud est simpr̃ licitũ. Nã si tale prohibitũ est iure humano a legitimo supiore: tũc tale nõ ꝑ iure diuino ꝓcessum: imo ꝓhibitũ virtualiter, ꝙ quãto illud ꝓcipit seruare statutiones humanas legitimè emanatas. Lu. 10. & ad Ro. 13.

Prima ꝛclusio. aliquis potest de facto uẽdere rẽ alienã, patet ad experientiã: sicut põt furari, & iniuriari proximo.

Secunda conclusio, aliquis rem alienã et quã uendens scit alienã, uendere potest de iure, sic ꝙ si uendat, ꝛctus tenet, & hoc in præiudicium uendẽtis, sic ꝙ uenditor cogit facere ea, quæ sunt de natura ꝛctus uenditionis. quia cogitur mercem tradere emptori, si eã habet, si est corporalis: quia si est incorporalis: tradi nõ potest: & si nõ habet, rẽ, nec tradere põt, cogitur ad soluendum emptori interesse, quod patitur ex non habere mercẽ emptã: cũ emptor scivit precia, uel de eo satisfecit. & sic partim obligetur ad tradẽdum, quæ traditio est aliquo mõ similis dationi, nõ tñ omnino: vt patebit, & partim obligatur ad faciendũ. i. satisfaciendum pro interesse, si nõ tradit. Hæc conclusio patet dupliciter. Primò per l. rem alienam. ff. de ẽb. empt. & uen. ubi sic dr. Rem alienã distrahere nulla dubitatio est. Nam emptio est & uenditio. ubi uult dicere, ꝙ aliquis eã sic potest distrahere, ꝙ distractio tenet, & ꝙ illa sit mens legis, patet ex gl. quæ in uerbo, dubitatio, sic dicit: quia ꝛctus tenetur in præiudicium uendentis. item & in l. si quis. ff. de act. emp. & uendi. dicitur. si quis aliquam rẽ uendiderit, & medio tpe hæres domino rei exiterit, cogitur, supple, uendens implere uenditionem. glo. implere. i. tradere, & ea facere, quæ in uenditione desyderantur: nõ. n. crederetur, sed de ea exheredabat pp nouum dñium rei. Hæc ibi. Dr aũt notanter in ꝛclusione, ꝙ ꝛctus tenet in præiudicium uendentis: quia nõ tenet in præiudiciũ ementis. Nam exquo illa res nõ est facta sua, & sibi auferri potest: vt etiam in prædicta. l. dicitur. si rem alienam. ideo si sibi auferretur, agat ꝛ̃ venditorem de euictione. Sed uenditor rei alienę postquam eã uendidit, siue tradiderit mercem emptori, siue noodum tradiderit: etiam si iã primũ cõstare incipiat, uel prius tpe uenditionis cõstiterit sibi, rem esse alienam: nihilominus cogitur i foro exteriori stare ꝛctui & implere, quæ de natura eius sunt. Saut tradere merce, aut soluere emptori interesse, quod patitur ex nõ hãc mercem illã. Dr notanter, cõpellit tradere mercẽ, & nõ dr dare, pp illa, ꝙ tangent in primo notabili infra circa nonã cõclusionẽ ꝓpo nendo. Vnde qui tenet dare, cogit ꝓcisè ad dandũ, siue hẽat facultatẽ dãdi, siue nõ: dũmodo sit possibilis datio: quia cogit redimere & dare: sed uẽditor non tenet, nec cõpellit, nisi ꝙ habet facultatẽ, nec cogit redimere, posito ꝙ redẽptio sit possibilis. & si habet facultatem, cõmpellit tradere & præcisè, & põt ei manu militari auferri. Dr ẽt notanter, ꝙ cogit i foro exteriori stare ꝛctui, & ad tradẽdũ mercẽ &c. pp dicenda in conclusione sequenti.

Tertia ꝛclusio. quamuis uenditio rei alienæ teneat de iure, sic ꝙ talis uenditor, quantum est de natura ꝛctus uẽditionis, cogat ad illa duo sub distinctione. s. ad tradendũ mercẽ, vel ad soluendũ interesse emptori, & principaliter & primò tenet ad primũ, si habet mercẽ, & tradere põt salte de facto, a quo tñ si põt de facto tradere, liberat faciendo sm: tñ si constaret iudici rem illã esse alienã, nõ liceret ei cogere uenditorem ad tradendũ illã rem emptori, & si uenditor de facto posset eã tradere, puta si eã domi haberet, sed. tñ liceret sibi eũ cogere ad soluendũ interesse emptori. Prima pars probat. Nam nõ licet iudici cõpelere subditũ ad peccatũ mortale: aut ad prædictũ proximo. Modo uenditor si post uenditionem etiam illam rẽ traderet emptori, contrectaret rem alienã inuito dño. Vnde & ipse uenditor nõ tenet ad tradẽdũ, si de facto posset, quia nemo tenet ad ꝓcurandũ mortaliter. debet igit restituere ad fm̃. ut soluat emptori interesse. Sed eũ iudicem inter rem nõ esse uenditoris, & tñ uenditor põt minus de facto tradere mercẽ suã in foro eũ cogit, & ẽt sua ꝓscientia cogere põt eũ ad tradẽdũ mercem: sed uẽditor, exquo scius est sibi rei alienæ, licet cogat tradere, tñ obedire non deberet iudici: sed potius omnia mala pati, ꝙ mortali ꝓcurato, s. contractionis rei alienæ maculari.

Quarta ꝛclusio. secũda ꝛclusio est uera non solũ in re aliena non furtiua, puta: quia uendens eã, non est furatus eã, nec alius quispiã. sed etiã apud uendentem ex cõmodato, uel ꝓsimile mõ, uel nullo mõ est apud eũ, imo est apud dñm: sed etiã est uera in re furtiua, dũmodo solus uenditor eam sciat furtiuam, sic ꝙ emptor ignoret. locus vbi res est furtiua, & vterque sciat. Prima pars patet ex deductis in secũda ꝛclusione. Secunda pars probatur. Nã ẽt tenet illa uenditio, & hoc in præiudiciũ vẽdentis, sic ꝙ cogitur facere &c. ut supra. Tertia pars patet: quia nõ tenet ꝛctus, adeo q. nauer ẽb entiã est alteri in aliquo obligatus, & hoc patet per l. si in emptione. ff. de ẽb. emp. & uendi. in ꝧ. item si emptor, vbi dr sic. item si emptor & uẽditor scit furtiũ esse, qd. ꝛcutra partem obligatur ẽb. si emptor solus scit, nõ obligabit uenditor: nec tñ ex uendito quicquã cõsequit, nisi ultra, quod quęsuit, præstet. ꝙ si uenditor scit, & emptor ignorauit, uttiusq; obligatur. hęc ibi. Et gl. dicit furtiũ, siue aliàs surreptũ sine ꝓtectatione: quia uendẽs ut quia tas mobilis est: ut in ꝛstitu. de usucap. ꝧ. furtiuę. ẽ idẽ in deposito & cõmodato distinguitur sm Albertũ. hęc ibi. Sunt ẽn res quędã alienæ, quarũ uenditio non tenet, nec emptor uit. si quis scienter uẽdat, uel emat liberũ hoiem, locũ sacrũ, uel religiosi uel locũ, uel loca publica: ut sit cãpus marcius. secus si ignoranter quis emeret liberũ hoiem, vel locũ sacrũ, &c. n. emptio intelligit: quia difficile ꝑdinosci liber homo a seruo, vt in l. 4. & seqta. ff. de ẽb. empt.

Quinta ꝛclusio, secũda cõclusio est ẽ vera, si non solus vẽdens, sed & emiens sciat mercẽ esse alienã, dummõ nõ sit furtiua. Nam ꝛctus tenet in præiudiciũ uendentis, sic ꝙ cogitur facere ea &c. vt supra probat ꝑ gl. in d. si emptio ne. ff. de ẽb. emp. & vẽdi. quæ dicit sic. Sed quid si vterque scit rẽ alienam nõ furtiuam? Rndeo, valet. ut supra eo dem l. rem alienam. hæc ibi. & sic sentit, ꝙ prædicta lex scilicet rem alienam: etiã intelligitur in casu, quo uterq; scit rem alienam esse dummodo non sit furtiua.

Sexta cõclusio. secũda ꝛclusio est uera, tã in re mobili ꝙ. in ĩmobili, quamuis differẽter. Prima pars probatur: quia sine res aliena sit mobilis, sive immobilis, vẽditor cogit facere ea &c. vt supra. hoc uult gl. in prædicta lege rẽ alienã. quæ sic dicit, ꝛctus tenet in ꝓiudiciũ vẽdẽtis. quãuis in re mobili hoc nõ facile sit &c. igit in una, ꝙ licet nõ facilius fiat in re mobili venditio tamen, tñ cõingit aliqñ, sicut ibi venditionem, & quæ tenet. Itẽ eadem glo. pdicta sic dicit. Hæc lex habet locũ in re immobili, tã mobili, quã-

de non

do non fit furtū, sed & cū fit furtū, q̄nque ut patebit d. l. si in emptione, in codē. Et hæc ibi. Secūda pars probat: quia facilius contingere potest, q̄ venditio rei alienæ immobilis teneat, quàm venditio rei alienæ mobilis: vt prædicta glo. dicit. & ratio est: quia cū venditur res aliena immobilis, de facili cōmittitur furtum. Vnde & ob hoc & de rebus mobilibus nō facile procedit: vt bonæ fidei possessoribus vincapio competat: quia vincapio nō habet locū in re furtiua. In rebus autem mobilibus facile committitur furtū. Modò quando mera est furtiua, tunc non tenet venditio nec emptio, si vterque sciuit rem esse furtiuam, vt in quinta conclusione patuit. igitur. Modò non sic facile committitur furtum in re immobili.

Septima conclusio. Aliquis pōt de iure in secūda acceptione intelligendo sic, q̄ licitè & sine peccato vendere rē alienam, quam ignorat esse alienam, puta credit eā suā esse, ubi ignorandia non est culpabilis, & etiam quam scit esse alienam, sed nō de mādato dñi rei vēdit. Prima pars patet, nam & quis in certo casu pōt cognoscere alienū vsq; ad tradītionē mercē, & tamen ignorantia ipsius non est culpabilis: puta quia non habebat cām dubitandi, quia esset soatus & in lecto suo eam de nocte invenit, more quo & suā solebat inuenire, nec cām dubitandi habuit, quomodo etiā Iacob et Lya nondum sua dormiuit prima nocte credens esse Rachelem. Dico autem notanter, ubi non est culpabilis: quia si esset culpabilis, tūc si teneretur, q̄ venditio rei, quam vendens scit alienā, esset culpabilis (vt videri contingit multis) etiā venditio procedēs ex ignorantia, quæ culpabilis esset, esset culpabilis: quia ex radice culpabili procedit fructus culpabilis: enim & reprehendi posset & illos vendens rem alienatā, nisi posset se excusare per ignorantiam, & culpabilis ignorantia non est excusatio. igitur reprehensibilis esset talis venditor. Si autē hoc non tenet, sicut poterit teneri in casu sensu? nec etiam si ex ignorantia culpabili procedenti non esset illicita, & multominus quando ex inculpabili ignorantia processisset. Secunda pars patet de se.

Octaua cōclusio. Quamuis prima facie natum sit videri, q̄ illa sit falsa: si aliquis rem alienam, & cuius nō habet consensum a domino ut vendat, potest vēdere de iure: sic q̄ licitè & sine peccato, tñ ad ea rō sensum, quē & proposītio habet de rigore, ignorando ppriæ significationē illius termini, vendere ipsā est vera. Prima pars probatur tangendo motiuum, vel argumentum habens quatuor partes, q̄ quod hoc sit natum videri sic arguēdo. Vendere ēā aut vertē in edīs vēdere ēā, aut fingit. Si fm igitur peccat, q̄ fictio vel fictio est mēdacīū in operē, sicut mēdacīū ppriè dictū & in fmone. Si primū igit intēdit obligne vēdēris subire. Mō vēdēs ex nā vēditionis obligatur primò & principaliter ad tradēdū mercē, & licet nō absolutē, sed sub dīsiūctione teneat. s. ad tradēdū, vel si nō trader, ad soluēdū emptori interesse, tñ ad primū principaliter tenet. ergo nō est in illius optione, vtrū horū faciat: sed tenet ad tradēdū, si hōr, vel si nec liberaret soluēdo interesse, si posset tradere. & ita intendit, si hōr, vel pōt de facto tradere mercē, q̄ vēdēs ea tradere, igit intēdit rē alienā attractare sine cōsensu dñi. Mō hoc est furtū, vel se exponere periculo furti. Nā si sine cōsensu dñi tractat & dās esset inuitus, si sciret, tūc est furtū, si aūt nesciat, an esset inuitus vel nō: si sciret, tūc exponit se periculo furti. Vñ cum in institutis quibusdam legatur, vel non §. eē, positus esset casus, vbi licet alienare rē, cuius alienās nō est dās. puta creditor pōt alienare & vēdere pignus, addit dicēs. sed forsan hoc ideo vē fieri, q̄ voluntate debitoris intelligit pignus alienare quia ab initio

pactus est, vt liceret creditori pignus vēdere, si pecunia nō solueretur dāne ibi. Si ergo vē hīc, q̄ ius sibi non sentiat, vēditio rei alienę sine consensu dñi est illicita. & hoc verū est, si nō ad tradendi ea alterī sine cōsensu dñi. Si aūt dicas, intēdit se obligare ad faciendū alterē illorū, & principaliter intendit tradere mercē, & hoc si pōt: sed quia scit se nō posse, nō solū de facto sed maximè: quia scit se de iure nō posse, nō solū de facto sed maximè: quia scit se de iure: rei. licitè nō posse. ō ea cōditio nō extat, nō peccat, volēdo ea sub illa cōditione tradere, si posset de iure sicut nō do ea sub illa cōditione tradere, si posset de iure: non peccat, qui sub cōditione optat rē illicitā, di. Vellē hoc facere, si nō esset illicitū, vel si ego possem licitè, illud facere, si nō esset illicitū, vel si ego possem licitè, illud facere. & sic adhuc stat, q̄ illa particularis est vera: sin aliquo casu pōt quis vēdere rē alienā licitè: quamuis peccaret in priori casu: vbi. s. sine illa cōditione vellet tradere mercē. Contra, quamuis tūc nō peccet: peccatō furti: tñ peccat alio gñe peccati. Nā illudit ementi: emēs eā nō emeret, nec vlla verba faceret cū eo, si præscīret vēditor ē nō tradi, alteri precīū: vt ille alter sibi ad nihil aliud esset obligatus, q̄ ad cessitūdū illud precīū, & ad soluendū sibi interesse, quod patet ex carītia optatę mercis. & hæc est fōla pars argumēti. Si dicas, hoc de illusione peludit quidē, q̄ is quis vēdit rē alienā ei, qui nescit rē esse alienā, nō aūt ei, qui & ipse scit rē alienā esse: quia scīēti & volēti nō fit illusio, sed ipse scit rē alienā esse quia scīēti & volēti nō fit illusio, sed ipse scit rē alienā esse:

si potest, & si non pōt ad satisfaciendum emptori pro interesse. Vnde vendere est actus interior: licet designetur exterius per uerbis, & precedit illum actū exteriorē, f. traditionē. Nec ē tenetur vendens ad traditionē absolutē: sed tm̄ sub distinctione mō tacito in secunda pſone. Vendere enī cum sit interior actus, & dare sit actus exterior, non est nendere dare: immo nec tenetur ad dandum siue absolutē, siue sub distinctione, licet tradere debeat. Nam inter tradere & dare est talis differentia: quia datio rei est translatio eius, in dominium illius, cui datur, ita q̄ nemo potest dare rem alteri nisi qui potest eam facere de dominio accipientis. Vnde nemo potest rem alienam dare, cū non possit ea de dominio alterius facere: quia nemo plus iuris in alium transferre pōt, quam ipse noscitur habere: sed traditio non est translatio rei in dominium alterius: sed est translatio tm̄ cuiusdam potestatis: quam iuristę vocant alienam. Vnde ex quo uendens nō tenetur ad dā dum: sed tm̄ ad tradendum, saltem sub distinctione: tūc non tenetur ad hoc, ut faciat rem esse de domino emptoris. Vnde in l. si ita. ſi. de ꝓben. emp. & uendi. qui vēdidit, necesse nō habet fundum emptoris facere: vt cogitet, qui fundum Scipioni spopondit, & glo. dicit spopondit, sup ple dare: quia tunc tenetur rem facere accipientis, aliud, si promisit tradere. hoc ibi. Vnde pōt sequitur, quōd si quis promitteret sibi dare librum pro centum, non esset venditio: quia de natura venditionis non est, q̄ venditor obligetur ad dandum: sed esset contractus innominatus. do ut des. Et quamuis traditio mercis venditæ non sit datio, vel translatio dominij mercis in emptorem. Attamē illam traditionem sequitur acquisitio dominij, ita quōd tradēs est dominus rei traditæ, emptor efficitur dominus, & si non est dominus: tunc traditionem concomitatur cō dicio utiendi rem, ex quo potest emptor acquirere dominium rei. & ideo secundum iuristas traditio ex contractu venditionis procedens non est merum factum: nec est nuda, sed habet causam bonorum & proprietatis annexā, ideō nō inducere acquisitionem dominij, vel ad eam disponere. & hoc tangitur in l. in cōmentionalibus. ſ. ū. de verborum oblig. In foro tamen conscientię non tenetur venditor ad traditionem, quæ non habet cōmodum translationem dominij. ideō non tenetur ad traditionem vbi tempore non est dominus, nec habet consensum dominī: quia illa traditio est illicita: quia est cōtractatio rei alienę inuito domino. Vnde & venditione posita in esse, si non data est traditio vera, vel interpretativa secuta, non est emptor dominus rei, etiam si sit veris dominus: immo dominium adhuc remanet apud vendentem: vt habetur in institut. de emp & vendi. ſ. quōd si fuerit. sed si traditio vera vel interpretativa est secuta: & tradens est dominus rei, emptor iam fit dominus rei sibi venditę & traditę: dummodo precium fit solutum vendenti, vel ſtis eō nomine factum sit: vel etiam fidem habuerit venditor sine vllā satisfactione: vt in l. quod vendidit. ff. de cōtrahen. emp. & ven. Et ex hoc patet etiam, quōd non valeret argumentum, quo arguitur, aliquis non pōt transferre dominium rei alienæ in alterum, igitur nec ei vendere.

Secundō notandum, q̄ etiam non sunt idem emere & dare precia. Nam dare est actus exterior: emere est actus interior. f. velle esse obligatum ad dandum precium, non dico tradendum. Nam emptor tenetur ad dandum: quia tenetur nummos facere de dominio accipientis, nec sufficeret obligatio ad interesse: sed venditor non tenetur absolutē ad faciendum mercem de dominio emptoris: saltem si vendidit certam speciem: sed ad tradendum sibi: & traditione facta, ut sit sibi obligatus de euictione, quamuis illam traditionem sæpe sequatur acquisitio dominij. & si non sequitur: puta quia non fuit dominus rei: tunc fuit traditio illicita in foro conscientiæ, sitamen adhuc sequitur eam conditio vtscapiendi illam rem disponens ad acquisitionem dominij. Dixi nō tanter. si saltem vendidit certam speciem: quia si vendidisset aliquid consistens in genere, diceretur etiam vendi tor teneri ad dandum, & hoc ex natura generis, vel qualitate obligationis: non natura ſctus, vt notat Paulus in l. 1. de act. emp & uen. Et nota, q̄ illud, quod philosophię & theologi uocant individuum, domini iuristæ uocant ſpēm, & qd philosophi & theologi uocant ſpēm, ipſi vocant genus. Exem plum, ubi uendit genus, ut si tibi vendidi decem corbas, vel mattra frumenti, precium, autē, quod debet in emptione intetuenire non oportet esse numeratum, & cum effectu datum: sed sufficit, q̄ supēr eo sit contentio habita ad hoc q̄ emptio sit perfecta, saltem emptio, quæ sit sine scriptis: ut in l. 2. ſ. de contrahenda emp. & uen. Ratio autem quare emptor tenetur ad faciendum precium accipientis, non sic tenetur venditor mercem facere accipientis, est secundum dominos iuristas: quia emptor tenetur ad precium in genere, sed venditor tenetur ad ſpecies. & ex hoc inferunt, q̄ ubi uē ditur genus, etiam tenetur venditor mercem facere accipientis. Tertiō notandum, quōd dupliciter contingit, vē ditorem tradere mercem emptori, scilicet verē, & quasi ſon interpretative, vel ē ut cum verē facit emptorem corporaliter apprehendere rem, seu eam ei ad contrectandū tradit. Quæ autem, q̄ patitur uendens emptorem contrectare rem, vel q̄n emptor possidebat rem ante emptionē, & venditor ei illam vendidit, & sic eum dimisit cōsequenter possidere: & quamuis ſm dominos iuristas tantū primo modo committatur furtum in traditione, si res est aliena, & non secundo modō ſm nos secus est. Si enim in quasi traditione cōsensit, ut emptor sic contrectaret rem suo nomine, commisit furtum veniale. Idem si nihil traditio uera, vel quasi interuenit, sed tantum propositum: nam violens contrectare rem alienam, etiam si nunquam contrectet, est sīr mentalis: quia mentale furtū nō re, sed ē consensu ſhitur, quamuis furtum, de quo iuristæ loquuntur, pertineat ad fōr. fori nō solo consensu: sed re contrahitur. Quartō notandū, q̄ exquo vendere rē alienam non est tradere eā, non habito consensu domini, nec est nelle taliter eam tradere, quamuis contingat illas voluntates esse finales & per accidens venditioni. ió possent absolutē cōcedi, quōd venditio rei alienæ est licita in primo casu enumerato in corollario octauę conclusionis: quia licet primus casus sit illicitus & de per se: nō tamen ratione vēditionis ibi tactæ: sed rōne traditionis, vel uoluntatis tradēdi, quę in distinguit a vēditione, & p accidēs sibi cōiungitur. illi duo actus ut tales. Vñ primus casus aggregabat in se venditionē & traditionem, vel uoluntatem traditionis intuste. Quōd ēt in tertio casu vēditio dicebatur illicita est de per accidens, actus sunt non est iudicandus de genere talis, qualis est de per accidens: quia ēt actus de genere bonorū est aliqn per accidēs scandalū. & sic redditur malus & vitandus, iuxta illud. Si dextera tua scādalizet te. f. ēt si opus bonū bona intētione factum sit tibi occasio ruinæ, dimitte illud, & per ptis solū secundus casus est illicitus de per se, hoc est, ut facet, q̄n sciēter sit otiosę, ut declaratum est. Quintō notandum, quōd licet res aliena possit uendi sine consensu domini, sic quōd tenet venditio: nō tamen potest obligari: puta pignorari, sic quōd

q̄ tenest talis obligatio, cuius rationē diuersitatis assignat gl. in l. 2. ſ. alicuā ff. de contrahenda emp. & ven. dicēs: quia in pignore oportet q̄ constituā ius in re, quod facere nō possum, si res est aliena: sed in venditione nō tenet: nisi quandā aliquā possessionē tradere, & me pro euictione obligare: & ita est in pro ſona, quod ēt possum in re aliena. Ex quibus patet, q̄ nō diuersitatis est: quia ex quo vēdēs nō tenetur ad hoc, q̄ faciat emptorē hīre ius in re uenditā: sed tm̄ tenetur ad hoc, q̄ aut faciat eū hīre possessionē quandā illius rei. & hoc talē quæ nō sit ius, & q̄ sit obligatus pro euictione, aut si possessionē tradere nō pōt, q̄ sit obligatus ad ſatisfaciendū pro interesse: sed obligatus tenetur ad hoc, q̄ faciat illē, cui facit ob obligationē hīre ius in re, quā ei obligat: nemo aūt in re, cuius ipse nullū hīc ius (licet ēt res aliena) pōt alteri cōcedere ius. Nisi hoc fiat de voluntate & cōsensu dñi rei, sed nō eo ignorante: nisi postea ratū habeat: vt patet in l. aliena res. ff. de pig. act. vbi dicit lex. Res aliena pignori dari pōt uoluntate dñi, sed si ignorante domino datum sit & ratum habuit, pignus valebit, & gl. dicit. tunc habit ab eo tempore, quo cōuenit. & sic nota illud, quod ab initio non valet, postea cōfirmari.

Corollarium primū. Quōd Hein. de Boyta in tractatu suo de contractibus in materia præsentis qōnis deficit. Primō: quia ibi sentit indistinctē, q̄ non pōt quis inre. licitē vendere rē alienā scitam talē inuito dño rei, cuius oppositum ostensum est in viij. cōclusione. Secundō: quia censet pro eodē vendere, & velle dare, cuius oppositum ēt patuit in primo notabili. Tertiō. q̄ si quæ res aliena venditur inuito domino, furtū cōmittitur, quod non est verū: quia furtū non cōmittitur nisi contrectatione vel volitione absolutā contrectationis, modo venditio pōt fieri sine vtrogis illorum. Quartō: quia sentit, q̄ per emptionem iure valentē oporteat emptorē fieri dñm rei emptæ, quod dupliciter est falsum. Primō: quia nec vēditione trāsfertur dñium mercis in emptorē, nisi sequatur traditio distincta à venditione: immo ēt traditio sequens nō est translatiua: quia nō est datio, licet ēt sæpe cōcomitetur translatio dñij. Secundō: quia emptione nō transfertur dñium precij in venditorē, nisi detur precium, & de hoc patuit i fine primi notab. Quintō: quia dicit, q̄ lex. rē alienā. nō intelligitur in re mobili: sed tm̄ in immobili allegando glo. pro se. sed hoc est falsum. immo gl. ipſa dupliciter dicit contrarium. vt patuit in vj. conclusione. Sextō sentit, q̄ si vterq; sciūt alienā. nō tener ſ̄dus, & ex neutra parte ſ̄hitur obligatio, & allegat legē. si in emptione. sed errat: quia illa lex tm̄ loquitur in re aliena furtiua: non aūt in re aliena non furtiua: puta, quæ deposita est, vel cōmodata vendenti, nec contrectatur in venditione. Nam ibi etiam si uterq; scit, contractus tenet, nec ibi furtum committitur, & contra eum est expresse glo. in eadem L. Septimō sentit, quōd venditionem accipit lex: vt communiter pro traditione possessionis rei emptæ, quod est falsum, immo distinguit eam à traditione: vt patet intuenti textus iuris ciuilis tam instituti, de rerum diuisione, quam in aliis libris.

Corollarium secundum. Quod argumentum sextū præcedentis qōnis, quod fuit huc remissum nō cōcludit. Nam deficit quadrupliciter. Primō: quia dato, q̄ probaret, q̄ quis ēt licitē posset vendere rē alienam scienter: & ita vsurarius posset rē vsuratā, cuius nō est dñs, vendere. & per consequens ēt aliquis posset emere eā ad sensum datum in octaua cōclusione: ēt hoc non est ſ̄ cōclusiones eiusdē qōnis: quia qā ibi dē fuit dictū, q̄ non licet scienter intelligebatur hoc cā esse ex traditionis & contractationis: quo ēt sunt intelligendi magistri nostri dicentes, q̄ nō licet sciēter vē dere rē alienā sine cōsensu dñi. Secundō deficit: quia ēt si sit dñs rei vsuratæ, & sic liceat eā vendere ex effectu traditionis & contractationis: non tā in casu, quo per hoc redditur impotens ad restituendū vsuras. Vnde in l. si sciens. ſ. de contrah. emp. & ven. hī, q̄ emens à debitore sciens creditorē fraudari sic dñs: tamen retinetur per Paulianam. Tertiō deficit: quia nō est verū, q̄ aliquis possit emere licitē aliquid pro pecunia aliena: sicut tamen quis pōt vendere licitē rē alienā. Nā emere est velle absolutē dare precium, sic q̄ loco dationis non succedit obligatio ad interesse: non. n. sufficit ementi, vt sit emens, q̄ velit sub distinctione. f. aut dare precium, aut soluere interesse: immo tenetur precium facere accipientis, modo uelit pecuniā alienā sine consensu dñi contrectare, & dare alteri inrequisito dño, est illicitum. igitur. Verum tñ est, q̄ emptio tenet non obstante. q̄ emit pro aliena pecunia: quia emptor nō tenetur ratione emptionis ad aliquod precium in individuo, sed tenetur ad precium in genere: puta si emit pro xl flor. non tenetur ad illos x. flor. sed ad x. flor. ideo si non dat pecuniā propriā, manebit obligatus ad dandū aliā: puta propriā. Vnde nō valet, si arguatur, uenditor non uoluit eum esse dñm mercis, nisi in quantum dare sibi pecuniā, cuius ēt eum facere dñm, & cū hoc hic emptor non fecerit, sequitur, q̄ nec ipse est dñs factus mercis, hoc nāq̄ dupliciter delicit. Primō: quia non oportet, q̄ vēditor faciat emptorē dñm mercis ut patuit. Secundō: quia nō oportet, q̄ emptor det pecuniā ad hoc, q̄ emptio teneat, sed ēt si aliās sibi satisfacit, sufficit. ideo si nunc nō dedit pecuniam, cuius non fuit dñs: tamen satis est, q̄ maner obligatus ad dandū sibi talē & satisfaciendū. Hoc tamen. f. q̄ ex empta non sit illius, ex ius est pecunia, pro qua alius emit, fallit in quibusdā. Vnde dñi canonistę dicunt, q̄ si quis emit domū pro pecunia nondū decimata: sed cuius decima pars debetur ecclesiæ tanq̄ personalis decima, ecclesia habet decimā partē illius domus: quia p decima parte fuit empta de pecunia ecclesiæ sua Iuno & altos, propter quod Panormia. in pastoralis. etiam, de decimis, ex hoc consequenter infert, di. Non solum res efficitur ecclesiæ, quando emitur tota ex pecunia ecclesiæ: vt in c. j. de peculio clericorum: sed ēt quando emitur pro parte ex pecuniis ecclesiæ. Nā pro ea parte, pro qua pecunia erat ecclesiæ, res efficitur ecclesiæ. & idem pōt dici ex pecunia militis, vel minoris: sunt enim in hoc istæ personæ privilegiatæ, & ibidem allegat ad hoc leges. Et hæc de præsenti quæstione sufficiant.

QVAESTIO. LXXI.

Vtrum licet alicui, puta Petro pro precio, vel mercede suscipere in se periculum mercis emptæ per alium: puta per Paulū, & an Paulo liceat

lo licet Petrum inducere ad suscipiendum taliter periculum illud. Ad primam partem quæstionis respondetur per duos modos dicendi. Primus est cuiusdam iuristæ, scilicet domini Laurent. de Rid. qui in effectu ponit duo dicta sequentia. Primum, contractus Petri suscipientis periculum non est vsurarius, probatur tripliciter. Primò: quia si sic: maximè quia esset casus, quem Papa in c. naviganti, reprobat vt vsuratum. extra, de vsuris. sed hoc non: quia hic Petrus suscipiens periculum, nihil mutuat Paulo. Modo casus capituli prædicti est, vbi simul ille, qui suscipiebat in se periculum, etiam mutuaverat alteri, & illius sortis mutuator receperat in se periculum. ideo non est similis casus. Secundò: quia vsura non reperitur nisi in mutuatione tanquam in sua fundamento, hic autem Petrus nihil mutuavit Paulo. igitur non inuenitur hic vsura: sicut non reperitur ædificium sine fundamento. Tertiò: quia vbi est pura locatio, vel conductio, ibi non est vsura. Modò in prædicto casu videtur esse pura locationis & conductionis contractus, quasi ille locet sub suo periculo, & cum tali mercede conductionem harum mercium. Qua enim æquitate ductus diceres hunc subire periculum sine lucro. Secundum dictum prædictus contractus est de se licitus: quia si esset illicitus: maximè quia vsurarius, modo ostensum est, eum non esse vsurarium. igitur & hanc sententiam dicit tenuisse magistrum in theologia scartem Franciscum de Empolis ordinis minorum.

Sed aliter videtur dicendum per vnam distinctionem, & duas conclusiones, ac vnum corollarium. Distinctio est. Aut suscipiens periculum est simul etiã apponens operas pro vitandis periculis mercis: sicut fit, quando suscipiẽs periculum est rector nauis, si per mare ducitur merx, aut est ductor currus, si in curru ducitur merx per terram. Aut non est apponens vllas operas: puta nihil faciendo ad hoc, q illa merx non periclitetur: sicut fit, quando merx est in Alexandria, & suscipiens periculum est in Alemania, nec per se, nec per suos prouidet illi merci, quo modo, audio, sæpe in Italia suscipi pericula mercium, quæ expectantur aduenturæ per mare.

Prima conclusio. Si Petrus suscipiens periculum etiam simul apponens operas pro vitandis periculis: licitum est ei pro precio, seu pro aliqua tẽporali merce suscipere periculum mercis emptæ per Paulum etiã principaliter spe lucri probatur dupliciter. Primò sic: quia in tali casu Petrus contrahit duplici cõtractu cũ Paulo, locationis: quia locat operas suas Paulo apponendo diligentiam & labores & solicitudinem, ne eius merx periclitetur, sicut custodiens rẽ eius. & secundo cõtractu innominato, s. facio vt des, vel si das: quia facit periculum illius rei suum ẽt indistinctè: puta vbi ẽt alias ex contractu locationis, vel conductionis non esset suum, sicut q cõductor rei, vel locator operarum est tantum in culpa latissima. Modo primus est licitus: vt notum est. Secundus ẽt, prout coniungitur primo, est licitus: quia contractus inducens tam spũalem q̃ temporalem vtilitatẽ, priuatã & publicã, & de quo non apparet aliqua iniquitas contra iustitiã commutatiuã: vel alia depranans circunstantia, est licitus, modo ille vt coniungitur primo est homõ, igitur. Nã facit ipsum Petrũ eo magis in adductione solicitũ & diligentẽ ad vitandũ causã quãcunq; ex qua posset res illa periclitari. & sic ille cõtractus duplicem vtilitatem importat, s. spũalem: vt Petrus sit minus negligens in sibi cõmisso, & tẽporaliẽ tam priuatã q̃ publicam. priuatam quidem: quia per hoc minus periclitabitur Paulus mercator, & minus periclitabitur merx sua negligentia Petri. publicã autẽ: quia merces saluas adduci ad regionẽ est vtile reipublicæ, ad quã adducũtur, & eas periclitari est nociuũ, prout de vtilitate negociationis deductã est in q. I. Nec apparet ibi aliqua iniquitas unius contrahentium contra aliũ: quia libere volenti & consentienti non fit iniuria, nec; iniustitia: & stat, q preciũ sit proportionatũ illi suscepcioni periculi: sm q periculũ probabiliter, vel improbabiliter est euenibile. Secundò sic. Si Paulus conduceret armigeros, qui susciperent periculum mercis comitatentur cã ad hoc vt salua veniret ad locum destinatum: licet ipsi non vehementi tamen operas vitãdi periculũ apponerẽt. licitè possent mercedem recipere pro hmõi operis, & ẽt pro susceptione periculi. Nã da oppositum, dãnabis principes, qui dant saluum conductũ mercatoribus ducentibus merces per sua territoria. Nã & illi dando eis conductũ, ẽt subeunt expresè, vel tacitè, & de consuetudine periculã: adeo q si per prædones eis auferantur merces, satisfaciunt, vel satisfacere tenentur eis. Et hoc est: quia illi principes apponere habent operas, vt vitentur illa pericula: quia purgare habent stratã à prædonibus. Debet cũ etiã illa cõclusio intelligi in casu, quo Petrus suscipit illa pericula mercis, quæ humana diligentia caueri possunt. Nam si susciperet illa, quæ pure fortuita sunt, nec humana diligentia vitari possunt: nõ video cur spe lucri principaliter liceret sibi pro mercede illa suscipere. Nam talis contractus esset etiam similis ludo fortunæ: vt dicetur in casu sequentis conclusionis.

Secunda conclusio. Si Petrus suscipit periculum secundo modo, non est prædictus contractus licitus Petro, si eum facit principaliter spe lucri, inde quærens emolumentum sui, & sic se nutrire volẽs. Probatur tripliciter. Primò sic: quia talis contractus per omnia est similis illi contractui innominato: qui dr vadiatio, vel concertatio vulgariter vocitatus, s. vbi sunt duo concertantes de aliqua re, puta vnus asserit eã præteritam, præsentem, vel futuram: vt q imperator sit mortuus, vel nunc sit in illa ciuitate, vel sit venturus ad eam: alius oppositum. & primus obligat se secundo daturum. x. flo. si non sit, sicut ipse asseruit, & q alius obliget se ad totidem primo, si sit, sicut primus asserit. Modò talis est illicitus: si fiat principaliter spe lucri, quærendo ibi emolumentum. igitur, Maior probatur. Nam Petrus in prædicto contractu nihil aliud in re facit, quàm quòd obligat se ad soluendum Paulo tantum, quantum merx valet, si non veniet sibi salua, & alius econtra obligat se ad dandum certam pecuniam, si veniet salua: ad cuius tamen saluum aduentum nihil operatur: sed tantum quia ipse obligauit se ad dandum sibi æquivalens merci, si peribit. Minor probatur: quia talis vadiatio præter hoc, quòd sæpe, vel communiter oritur ex contentiositate, & sæpe ex præsumptione, quamvis

nimis inniterendo prudentiæ suæ præsumit se melius scire sui partem, q̃ alius tertium talis contractus nullã vtilitatẽ de per se importat reipublicæ: & si contrahentes cã faciunt spe lucri modo prædicto: tunc nõ est nisi se fine labore velli reipublicæ velle nutrire: cum tamen quilibet homo indigens tẽporalibus debeat ea acquirere per aliquẽ, actum vtilẽ reipublicæ tẽporaliter, vel spiritualiter, quod ostendo auctoritate, & ratione. Auctoritate quidem. Nam Gen. iij. dr. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, quæ sentẽtia transit non modo super personam Adæ: sed super totam naturam humanã in eo cõtentam, hanc salutem tanq̃ onus à Deo omni homini impositũ de humeris suis excutere nititur ille qui per prædictum, vel similẽ contractum, pane suo vesci cõtendit, de quo dicit põt illud Iob. xj. Vir vanus in superbiam erigitur, & tanq̃ pullum onagri se liberum nasci putat: libere cũ ing. à prædicto onere, de quo scribitur Eccles. xl. Graue iugum super filios Adam à die exitus de ventre matris eorũ vsq; ad diem sepulturæ in matrem omnium. in terrã: de qua homo formatus fuit. Secũdo ẽt probatur. Nã Iob. v. dr. Homo nascitur ad laborẽ: sicut auis ad volatum. Et Apãs ad Eph. iiij. loquens ei, qui indiget tẽporalibus dicit. Laboret operando manibus suis quod bonũ est: vt habeat vnde tribuere necessitatem patienti. Vnde doctores assignantes rationes, cur cõtractus vsurarius est illicitus, inter alias ẽt illã assignant: q quia si non: tunc homo posset licitè viuere sine labore, quod est contra naturam hois allegantes scripturã infinuantẽ hoiem debere operari tam in statu innocentiæ: cum dictum fuit Adæ, vt operaretur, q̃ in statu naturæ lapsæ, cũ dictũ fuit post lapsum. In sudore vultus &c. Et hi etiam allegant illud Iob. v. ex quibus patet, q hi sentiunt contractũ nutrientẽ ociosum, sic q per ipsum homo sine labore quærit victũ, esse illicitũ: & rõ vsurarius est magis inutilis sæpe afferre utilitatẽ ẽ utriq; contrahentium, q̃ presens contractus, igitur. Ratio ẽt hoc docet. Nã in corpore naturali sic ẽst, q nullũ mẽbrum deputatur ad actũ, nisi ad eũ, qui natus est utilitatẽ afferre cæteris cõmembris, vel corpori. Sic ergo ẽt debet esse in corpore mystico, s. in republica, q actus hominũ debent esse vtiles afferre utilitatem reipublicæ. Vnde dñs Antoninus in summa sua, parte ij. tit. j. c. xxiij. §. iv. dicit, lucrum ex tali contractu concertationis, vel vadiationis quæsitum non esse licitũ: sed tale lucrum procedens ex auaricia nulli deseruiẽs utilitati: sed inutilitati & prodigalitati: quãuis illud nõ oporteat sm eum restituere: sed fit de consilio pauperibus eroganda. hæc ille. Vnde talis vadiatio licet lege positiua non sit prohibita: nec etiam sm se cõsiderata sit lege diuina prohibita: quia seclusis malis circunstantiis, de quibus infra, nõ est illicita: est tñ lege diuina prohibita, pro quanto habet malas circunstantias. s. pro quanto vadiantes posita se incipiunt odire: puta vñus vincentẽ, vel pro quanto in vadiando ibi cõtentiosè agitur: vel pro quanto alter nimis inuitatur pro priæ opinioni: vel vt ad propositũ loquar pro quanto ex spe lucri principaliter vadiat. Nã quærere per actum nullius vtilitatis in republica suum nutrimẽtum originatur ex cupiditate: quia cupiditas est velle tẽporalia per vias illicitas: opera autẽ ociosa, cuiusmodi sunt illa, quæ nullam vtilitatem reipublicæ afferre nata sunt: sunt illicitæ viæ, sicut & verba ociosa. igitur. Secundò sic. prædictus contractus Petri est similis contractui quem faciunt ludentes ludo fortunæ. modo contractus in ludo fortunæ factus principaliter spe lucri inde volendo se nutrire est illicitus, etiam seclusa omni prohibitione iuris ciuilis seclusa etiam fraude falsorum taxillorum, aeq; seclusa occasione querumcunq; peccatorum, quæ nata sunt inde oriri. igitur ẽt prædictus est illicitus. Maior probatur. Nam Indentes ludo fortunæ virtualiter cõtrahunt contractu innominato, do, si facies, s. do tibi tantam pecuniam: si fortuna dante tot proiecerit pũcta, & alius contra. Sic suscipiens periculum virtualiter contrahit dicens: soloc tibi merces, etiam ẽ per fortunam perear, si des mihi tot, & alius contra si pro merce ẽ per fortunam pereuntem meas assecuratus, do tibi tot. Minor probatur: quia tale ludere est velle acquirere tẽporalia per alium, nullam vtilitatem importantem reipublicæ, quod est contra rationes & rationes supra allegatas. Et notanter dico in minori, etiam seclusa prohibitione: quia alias aduersarius euaderet dicendo, nõ est similis: quia ludus fortunæ est prohibitus iure positiuo, & sic illicitus redditus, non sic vadiatio: similiter ludus fortunæ est occasio multorum peccatorum, non sic prædicta susceptio periculi. Nam etiam illis seclusis & solo illo posito, q fiat principaliter spe lucri sic se nutriendi, erit ei peccatum. Tertiò sic: quia Laur. prædictus iustificando contractum Petri, indicit, q ibi fit locatio & conductio. modo illa via cessat, quando nullas operas apponit circa mercem Petri. igitur. Et confirmatur: quia Baptista in summa sua in verbo scientia. §. xviij. iustificando contractum susceptionis prædicti periculi, allegat pro se duo fundamenta. Primum est: quia ex tali cõtractu resultat commune bonum, & vtilitas maxima reipublicæ. Item: quia ille contractus videtur esse locationis: quia mittens merces illas, quasi locat conductionem illarum ipsi securanti eas suo periculo pro æqua mercede. igitur. Hæc ille. Modo ambo fundamenta cessant, quãdo assecurans nullas impendit operas, de secundo patuit. de primo etiam patet: quia non minus illæ merces adueniũt ad luum saluæ ex tali susceptione periculi, quàm si non suscepisset periculum earum: quia sua susceptio nihil operatur ad hoc, vt salvæ veniant. Et ex prædictis fundamentis potest etiã sufficienter reprobari non solum ludus fortunæ taxillorum factus præ dicto animo: sed etiam ludus, dictus ludus olle, ad quam ponuntur schedulæ continentes nomina pomentium pecuniam: si enim principaliter propter lucrum quærendum talis olla erigatur à ciuitate, & imponentes principaliter imponant propter quærere suam sustentationem à fortuna sibi inde euenturam: tam erigentes, quàm illuc imponẽtes non sunt à peccato prorsus immunes. sed de hoc latius Deo concedente in tract. de ludo dicetur. Dico autem notanter in conclusione secunda. si principaliter spe lucri &c. quia si secus fieret, non oporteret esse illiciti, patet à simili de ludo fortunæ & vadiatione. Nã seclusa prohibitione iuris positiui prohibentis ludum fortunæ (sicut seclusa est à contractu vadiationis, & etiam susceptionis

ſceptionis periculi)etiam ludus fortunæ & vadiationis poſſet fieri ſine peccato. Vt ſi Petrus luderet modernatè, vel vadiaret cum Paulo ſine fraude, & vterq; haberet alienare bona ſua, & non eſſet inde nata emergere occaſio peccati impatientiæ, vel iræ, vel huiuſmodi in ludente, vel colludente, vel aliis. & faceret principaliter non propter lucrum: ſed propter moderatam recreationem, quam indigerent, & ad quam conduceret eis ille ludus, vel vadiatio. Nam tunc ceſſat omnis ratio deprauans actum: ſicut & vnus poſſet dare pecuniam alteri cantanti ad recreationem in caſu, quo indigeret tali recreatione modò rata & honeſta.

Corollarium. Primus modus dicendi deficit tripliciter. Primò: quia innititur in prima probatione primi dicti, quòd contractus, quo mutuans, ſi ſimul eſt etiam ſuſcipiens in ſe periculum ſortis mutuatæ recipit aliquid vltra ſortem ratione ſuſceptionis periculi, ſit vſurarius, modò oppoſitum illius patuit ſupra quæſtione xxxix. Secundò: quia quamuis verum ſit, quòd prædictus contractus Petri non ſit vſurarius: non tamen oportuit inferri, ergo non eſt illicitus: quia arguitur à ſpecie ad genus negatiuè. Nec eſt verum, quòd ſi eſſet illicitus, quòd hoc maximè eſſet: quia vſurarius: ſed eſt ex alia cauſa, vt patuit. Tertiò; quia in tertia probatione primi dicti vult, quòd ibi ſit contractus locationis & conductionis, quod eſt falſum in caſu ſecundæ concluſionis: quia nec Petrus locat quid Paulo: quia nec rem aliquam, nec operas: ſed tantum obligat ſe ſoluere mercem, ſi pereat: & pro illa obligatione petit ſibi dari mercedem. Nec etiam conducit quid à Paulo: quia nec rem, nec operas ab eo conducit, & idem econtra de Paulo dicendum.

Ad ſecundam partem quæſtionis dicendum, q̃ in caſu, in quo licitum eſt Petro contrahere prædicto modo cum Paulo, etiam licitum eſt Paulo inducere Petrum ad talitet ſecum contrahendum: debet tamen in tali contractu ſeruari debita proportio mercedis ad ſuſceptionem periculi, ſecundum quòd illa ſuſceptio eſt magna, vel parua, & ſecundum quòd periculum eſt multum probabiliter, vel improbabiliter euenibile.

Contra prædicta arguitur. Si Petrus promittat Paulo datorum ſe ei centum nomine dotis: ſi Paulus duxerit vxorem etiam nõ ſpecificando vxorem, illa promiſſio tenet: ſic quòd obligabitur Petrus Paulo, ſi conditio adimpletur. & Paulo competit actio contra Petrum. Similiter ſi Petrus promittat Paulo dare. x. ſi aliquis aſcenderit capitolium, promiſſio tenet: & tenetur eam impletre, ſi conditio extat: licet conditio ſit ex facto incerto perſonæ. Et hoc aſſumptum habetur expreſsè in l. à Titio. ſi. de verborum obligatio. & non diſtinguitur, an principaliter ſpe lucri fiat ille contractus, vel non. ergo vadiatio etiam ſpe lucri principaliter facta eſt licita: quia etiam illa non eſt niſi promiſſio ex conditione, ſi euenerit hoc, vel hoc: & ſi ſic. eadem ratione prædicta ſuſceptio periculi pro mercede, quæ eſt ſimilis vadiationi, etiam erit licita. Dicendum, concedendo antecedens, & negando conſequentiam: deberet enim ſic inferri. igitur vadiatio etiam tenet, vel prædicta ſuſceptio periculi pro mercede tenet. Non enim dicitur in prædicta lege, quòd liceat ſic contrahere. & hoc non negatur: ſed non ſequitur. igitur licuit prædicto modo vadiare, vel prædicto modo ſuſcipere periculum in caſu ſecundæ concluſionis. Nam multi contractus ficti tenent, quos tamen facere fuit illicitum: vt patuit in quæſtione de venditione rei pro maiori quàm valeat, & vendere die feſto tenendo publicè forum, eſt illicitum: & tamen venditio tenet. concedo igitur, quòd contrahentes in prædicta ſuſceptione periculi, vel vadiatione, incurrunt obligationem, & conditionem impleta competerent eorum actio contra alium: ſed peccarent ſic contrahendo in caſu ſecundæ concluſionis. Et ſi arguas. ſi peccauerunt: igitur ibi verſata eſt turpitudo: igitur non dabitur actio vni contra alium. Reſpondetur, hic nõ fuit promiſſio alteri facta, vt quid turpe faceret: ſed ſub conditione, quæ poterat licitè fieri, vel futura, vel præſens eſſe, vel eſſe præterita: licet contrahendo ad inuicem taliter & ſpe lucri principaliter illicitè egerint. Et ſi aliqui legiſtæ dicant, prædictum contractum vadiationis, & etiam ſuſceptionis periculi non ſolum temerè: ſed etiam licitum eſſe, prout circa prædictam legem reciantur aliqui per Alexan. de Imola. non cogit eorum auctoritas: quoniam ipſi etiam infinities inter ſe contradicunt. Præterea in diſputationibus problematicis non ſunt allegandæ glo. vel docto. vt vult glo. in l. ſed licet. ff. de officio præſidis. Et quòd Paulus de Caſtro dicit etiam de iure canonico non reperiri improbatum prædictum contractum, nego. Nam ius canonicum reprobat omne, quod ſcriptura ſacra & ratio naturalis reprobat. Modò oſtenſum eſt in ſecunda concluſione, per ſcripturam ſacram, & rationem naturalem prædictum contractum eſſe culpabilem. Et maximè in materia peccati: non oportet credere plus legiſtis, quàm theologicæ rationi fundatæ in ſcriptura ſacra, & ratione naturali. Si etiam aliquæ leges concederent talem contractum in caſu ſecundæ concluſionis; quod nondum vidi, non ob hoc eſſet omnino validum argumentum, quòd ergo eſſet licitus: quoniam conceſſerunt etiam contractum vſurarium lege naturali damnatum. Modo beatus Auguſt. in cap. ſi ad ſcripturas ſacras. diſtinc. ix. dicit, quòd ſi in ſcriptura ſacra reperiretur vnum mendacium, etiam officioſum, periret tota auctoritas ſcripturæ ſacræ ad efficaciter probandum aliquam veritatem. ergo in materia peccati non eſt ſufficiens probatio: cum dicitur. leges approbant hunc contractum. igitur eſt licitus. Præterea conceſſio legalis ſæpe non eſt, niſi ad impunitatem in ſuo foro: non in foro conſcientiæ & Dei. Et ſi dicas, conceſſio legalis eſt authentica, quando non eſt improbata expreſsè per ius canonicum. Modò prædictus contractus non eſt expreſsè reprobatus à iure canonico. Nego minorem. & dico, quòd duplex eſt expreſſa improbatio: prout ſufficienter patuit quæſtione lxix. Vnde cautius ſcripſit quidam iuriſta alius, ſcilicet Petrus de Anca. dubitans ſi ille contractus liceat, relinquens cogitandum deſuper per ſimile de ludo fortunæ. Nec valet reſponſio prædicti Alexandri dicentis ad illud, non eſſe ſimile: quia ludus eſt prohibitus propter blaſphemias, quæ ſæpe fiunt in ludo. Nam (vt dixi) etiam ſeclusa prohibitione poſitiua & ceſſantibus peccatis inde natis emergere: adhuc eſt illicitum ludere ſpe lucri ibi ſiſtendo, & ſic ſe nutrire volendo. prout in materia de ludo diffuſius dictum Deo concedente.

Ad rationem autem Laur. cum dicit. qua æquitate diceres hunc ſubire pericula ſine lucro. Dicendũ, qua æquitate ductus diceres inſitem in bello notorie iniuſto locare operas ſuas ſine lucro: tamen peccat locando. & qua equitate diceres laborantem die feſto in vinea tua locare tibi operas ſuas ſine lucro: & tamen peccat locando.

Si iterum legiſta aliquis allegaret. l. in nauc Sauphei. ff. locati, quaſi ibi habeatur, q̃ ille contractus ſit licitus: prout quidam illam. l. & alias mihi obiecit. Dico, q̃ quantum ad propoſitum noſtrum ſufficit: nõ habetur ibi, niſi q̃ eſt quædã actio, quæ dicitur actio oneris aduerſi, vel auerſi, & quærebatur, an illa actio competeret contra naturam illis, qui frumentum ſuum conſiderant ad acerenum, & ſic tradiderãt nauti ad traducendum, de quo idem nauta dederat vni ex illis vnam partem, quam ille exportauit de naui forte ad portum, & poſtea nauis cum reſiduo frumento fuit perempta. videbatur enim, q̃ ex quo nauta receperat ſeumentum confuſum, q̃ ſuſcepit in ſe periculum illius: quia fuit factus debitor ſingulis in generi ad debitorem autem generis ſpectat periculum caſus fortuiti & ibi habetur reſponſiue, q̃ prædictis non competit actio oneris aduerſi: quia illa tantum competit alicui contra illum, qui ſuſcepit in ſe periculum rei alienæ: non qui ſuſtinet periculũ rei propriæ. modò ex quo conſideruit ſimul, & ſic ei tradiderat, tranſtulerat in eum dominium illius: quia non fuit intentio alterius eorum recipere idem corpus, quod ponebat: quoniam illud erat impoſſibile, & quantus quidam alia etiam ibi habentur: tamen ad propoſitum noſtrum non habẽtur deſeruientia, niſi quæ dixi. Modò ex illis nõ habetur, q̃ liceat pro mercede ſuſcipere periculum rei alienæ: ſed bene habetur, q̃ ſi quis ſuſcipit periculum rei alienæ, & perit illa res. q̃ contra eum datur actio oneris aduerſi. & illa poteſt eſſe actio ad actionem locati: potq; quis poteſt actioni competere contra illum, qui vltra hoc q̃ ſibi illa res eſt locata, vel ſe circa eam locauit operas ſuas (& ſic ſolum tenetur de caſu contingente ex dolo, lata culpa, vel leui. & nõ leuiſſima.) etiam voluit ſuſcipiendo periculum teneri de caſu contingente ex culpa leuiſſima: aliàs enim ſuſcepto periculi eſſet fruſtra: quis aliàs ex contractu locationis tenetur de aliis caſibus: & ſic poſſet competere ei, cuius rei eſt periculum Petrus ſuſcepiſſet in principio ſui, nec actio locati ad illum caſum poſſet attingere, ad quem illa actio poſſet. vel ſubtilius poſſet dici, q̃ eſt omnino diſparata actio ab actione locati, potens conuenire delicti contra alium, vbi nulla locatio intercurrit: vt in caſu ſecundæ concluſionis. Et materia de præſenti quæſtione, & per conſequens de iuſtract. huius operis dicta ſufficiant.

TRACTATVS QVARTVS.

INTRACT. quarto huius operis, in quo tractabitur de redditibus, duo ſunt faciendа, ſecundum quòd redditus verſatur inter duos, ſcilicet inter conſtituentem eum alteri, & inter recipientem eum ab alio. Nam primò videndum eſt, quid liceat ipſi conſtituenti, & hoc videbitur per ſex quæſtiones. Secundò quid liceat ipſi recipienti, vel acquirenti redditum, & hoc ſiet per ix. quæſtiones. Circa primum duo ſunt videndа: ſecundum quòd circa quemlibet actum humanum, ſi debeat de eo determinari, an ſit licitus, vel illicitus, videndum eſt de duplici bonitate actus. Vnde etiam hic primò videndum eſt, an conſtituere, ſeu aſſignare alteri redditum, ſit actus ex genere licitus. & ſic primò de generica bonitate illius actus videbitur in prima quæſtione huius partis. Vnde ſi ex genere ſuo eſſet illicitus actus, non poſſet poſtea per vllam circumſtantiam ſuperuenientem reddi bonus & licitus. Si autem ſit ex genere licitus & bonus, videndum eſt ſecundò, quæ circumſtantiæ requirantur ad eum, vt non reddatur illicitus per illarum omiſſionem: ſed potius vt fiat licitè per omnium earum diligentem & integrem obſeruationem. Et in hoc ſecundo ſcilicet de eius circumſtantionali bonitate tractando, diſcurrendum eſt per omnes ſeptem circumſtantias, quæ ſunt. quis, quid, cui, cur, vbi, quomodo, quando, & de omnibus illis in generali tractabitur in prima quæſtione huius tractatus. Sed in ſpeciali tractabitur de cur, & cui in ſecunda. ibi enim habebitur, in quem finem debeat illa conſtitutio fieri, & etiam quibus perſonis debeat illa conſtitutio reddituũ fieri: vt non depraueatur. De vbi vero pro quanto dicit locum, in quo ſit, & de quando, prout dicit tempus, in

quo fit, satis dicetur in prima quæstione huius tractatus. Sed prout, vbi etiam potest (licet improprie) dicere illam rem, in qua constituitur redditus : tunc de vbi tractabitur in iij. q. huius partis. vtputa, an tam in re, quàm etiam in persona posset quis constituere alteri redditum. Et de quando, prout potest (licet improprie) dicere temporalitatem, vel perpetuitatē redditus, tractabitur in vij. q. huius tract. De circumstantia autem quid, quæ in proposito incidit cum obiecto actus: quia dicit ipsum redditum, quem quis constituit, tractatur in prima, & hoc prout accipitur in communi: sed prout determinatur quibusdā conditionibus, scilicet, quod est pecuniarius, vel fructuarius tractatur in iiij. q. De quomodo autem tractabitur in v. q. In secunda vero parte huius tractatus, vbi tractabitur quid liceat ipsi acquirenti, vel volenti recipere & possidere redditum etiā de duobus est tractandum respicientibus actum eius, qui est velle habere redditum. Primò de bonitate generica illius actus. & de illo habebitur in vij. q. huius tract. Secundò de circumstantialibus eius bonitate discurrendo per omnes eius circumstantias sicut prius. & hoc generaliter fiet etiā in septima quæstione : in speciali autem tractabitur de quomodo per sequentes quæstiones, in hoc quod per illas tractabitur de emptione reddituum. Emptio enim est una via & modus acquirendi redditum: sed quia emptio etiam est actus, ideo de emptione tractando an liceat vel non: oportet videre etiā de singulis vij. circumstantijs eius. De quis, cui, & cur, satis habebitur ex dictis in septima quæstione de eis, sed de quid, dicetur in octaua quæstione. & hoc tam de quid, seu reddit in communi capto, quàm etiam de eo contracto per conditiones illas, quæ sunt eum esse pecuniarium, vel fructuarium mouiter constituentem, vel ab alijs. De vbi etiam prout diceretur rem, in qua constituitur esse redditus emendus, etiam in eadem quæstione dicetur. De quando vero, prout dicit temporalitatem, vel perpetuitatem redditus emendi, dicetur in ix. x. & xj. quæstionibus. De quomodo autem, scilicet prout supponit propacte adiecto in emptione tractabitur in xij. & xiij. quæstionibus. Prima igitur quæstio in hac iiij. tract. huius operis, quæ est lxxij. in ordine totius operis est talis.

QVAESTIO. LXXII.

Vtrum aliquis liceat in re sua constituere alteri redditum fructuarium: vtputa bladi, vini, vel alterius rei vtilis, de reditu autem pecuniario in lxx. q. quæritur. Solutio fiat in x. suppositionibus, & tribus conclusionibus.

Prima suppositio, ex quo quid nominis, & quid ret est principium omnis artis & scientiæ, teste philosopho vij. metaph. & ij. posteriorum, Et Tul. dicit, officia circa principium. Omnis, quæ à ratione suscipitur deliqua re institutio, debet à diffinitione proficisci: vt intelligatur quid strictè, de quo disputetur. Oportet enim de aliqua re locuturum propriam vocem non ignorare, nec prius determinare, quàm terminos quæstionis intelligere. Ideo oportet terminos quæstionis intelligere & primò scire, quæ res sit redditus ille, de quo quæritur in qõne. Nam hæc est natura specialiter eorum, qui instituti sunt in philosophia, & præsertim in metaphysica, quales congruit esse theologos: vt non videatur eis se intelligere vllā materiam, verè fundamentaliter, nisi ex radice sciāt, quæ res, vel entitas est illud, de quo quæritur: ideo etiam non miremini lectores, si paulisper diffinitiua declarent quid rei quærendam rerum ad illā & sequentes qõnes deseruiemus. Vnde dicendum, q redditus ille formaliter capitus, vt in titulo capitur, nihil aliud est, quàm ius percipiendi bladum, vinum, vel aliam rem villem, vel etiam pecuniam de re illa, in qua dicitur constitui ipse redditus. Ex hac notificatione sequuntur quinq; corollaria. Primum, q redditus formaliter nihil aliud est, nisi quædā relatio: quia ius, vt hic capitur, & sicut etiam acceptū fuit in prima quæstione huius operis, non est formaliter, nisi relatio, sicut & dominium, cum quo identificatur ius, vt ibidem fuit declaratum. Secundo sequitur, q relatio illa non est realis, sed rationis: sicut etiam dominium solum est relatio rationis ẽm Scot. in iij. dist. xvj. q. ij. quia quod solo actu voluntatis creatę, aut alterius potentiæ collatiuæ, potest oriri, vel surgere, vel innasci aliqui, non est realis res: sed tantum ens rationis. Vnde Scot. in j. dist. viij. q. iij. Intellectus ex hoc q est virtus collatiua, non potest causare aliud, quàm relationem rationis. Et idem iudicium est de voluntate, quæ est potentia collatiua: vt idem dicit in j. dist. xiv. Et dixi notanter, voluntatis creatæ. Nã voluntas diuina solo actu potest producere, & de facto produxit omnia in principio: quia ipse dixit, & facta sunt: sed hoc non conuenit voluntati creatæ. Nam si aliqui cõpeteret, maiùs voluntati intelligentię mouentis orbem: ita q volendo, q orbis moueretur, sequeretur motus eius, modo hoc est falsum. Vnde articulus Parisien. dicere, q intelligentia sola voluntate mouet orbem,

est error

est error. Vnde præter voluntatem intelligentiæ etiā oportet ponere aliquā potentiam motiuā, qua mediante moueat, alioquin posset mouere corpus distans infinitum, quia potest illud etiam distantissimè velle mouere: sicut nec anima mouet corpus suū solo actu voluntatis, alioquin claudus posset se statim mouere, quando vellet, & impotentior assumpta. Modo solo actu voluntatis expresso aliquo sensibili significatę eum potest oriri ius tale, quale est redditus. Nã ex hoc q volo re habere ius percipiendi fructus prædij mei, si ius in idipsum consentis, habebis ius illud. Nihil enim est ita naturale, sicut q voluntate domini res in alium transferatur. Ratio etiam precij mei cõmutati atque dati, non est nisi relatio rationis, prout Scot. dicit in iij. distin. j. q. v in fi. Tertiò sequitur, q redditus est res incorporalis dicenda. Tum quia (vt iam patuit) est ens rationis: talia autem sunt res incorporales: quia habent tãtum suum esse formale in anima. hoc est in re habente esse cognitum: vt habet tale esse. Tum etiā quia res incorporalis in proposito & in materia contractuum dicitur, quę non est res corporaliter apprehensibilis. modo relationes sunt hmõi: etiam si sunt reales. igitur. Vnde etiā fm iuristas redditus cõputantur inter res incorporales: computantur ẽr inter bona immobilia: vt patet in cle. exiui de paradiso. extra, de verbo. significat. in §. cumq; annui redditus. Quartò sequitur, q redditus est subiectiuè in aliquo, & in aliquo est terminatiuè: sicut & quilibet relatio. Vnde redditus est subiectiuè in illo, cuius est: quia ius, vt hic capitur, est subiectiuè in illo, cuius est: sed terminatiuè est in re, & de qua percipiuntur ipsi fructus, & hoc tanquam in termino indirecto & remoto: sed in ipsis fructibus sic percipiẽdis est vt in termino propinquo & directo. hoc est: illa relatio subiectatur in ipso homine, qui dicitur habere redditum, & terminatur indirectè ad rem, de qua percipiũtur annui fructus. sed directè & de propinquo terminatur ad ipsos fructus. Nã si habeo redditum percipiendi annuatim de tuo agro duos modios critici, ille redditus, idest illud ius est in me vt in subiecto: sed terminatur ad agrũ tuum, & ad duos modios prædicto modo: omnis enim, qui habet ius, habet illud respectu alterius rei: sicut qui est similis est alicui simillimo, & qui habet dominium, habet alicui ius rei dominium. Quintò sequitur, q quando dico, continuo tibi redditum in agro meo, non est sensus, q ille redditus subiectetur in agro meo, ager enim nõ habet ius percipiendi fructus, sed q terminetur ad agrum meum. Et hoc modo debent eũ intelligi dicta iuristarum dicentium, q quędam seruitutes, quas habent homines, sunt reales, quædam personales. Nã non est intelligẽdum, q aliqua seruitus, quam habet homines, prout seruitus est quoddam ius agendi vel faciẽdi aliquid, sic subiectiuè in aliqua persona, & alii qua in re non in persona, immo hoc modo etiā seruitus est in persona, scilicet in homine, qui dicitur habere illā seruitutē: sed quia aliquod tale ius dictũ seruitus terminatur ad rẽ, vt res distinguitur cõtra personā, & aliquod ad personā: vt si habeo ius transeundi per agrum tuum, habeo seruitutem realem, & dicimus rebana. Si aũt habeo ius in personam tuam, sicut dñi habent in seruos empticios, vel seruos alterius rationis ita q tua persona est mihi obligata ad aliquas operas impendendas: tunc habeo seruitutem personalem, quare autem dicam, prout seruitus est quoddam ius: patebit in secundo argumento. Dixi autem notanter diffiniendo redditum, quòd redditus formaliter capitus est &c. quia redditus capitur dupliciter. Aliquando formaliter, & sic est ius, vt dixi. Aliquando materialiter, & sic est ipsi fructus percipiendi: & vt sic esset res corporalis. & hoc secundo modo dicimus, quando leuamus fructus reddit. sales. ego leuaui redditum meum. & ille soluit mihi redditum meum. Sicut etiam decima accipitur dupliciter. Aliquando pro iure percipiendi fructus illos, & sic est quid incorporale, & impossibile à laico: prout est annexum spirituali, & de iure positiuo inuendibile. Aliquando uerò pro ipsis fructibus decimalibus, sic est quid corporale, & possibile à laico & vendibile sibi & per ipsum. Ratio illius duplicis acceptionis est: quia redditus dicitur ius. modo etiam ius capitur aliquando formaliter, aliqñ materialiter, quo secundo modo dicimus proueniens, vel fructus debitos parochię esse iura parochialia, & fructus debitos ep̃o iura episcopalia. Hic aũt capimus in quæstione redditum formaliter. aliàs sensus quæstionis esset ineptus: quia esset talis, Vtrum liceat alicui constituere alteri bladum bladi, vel vinum vini, & sic de aliis.

Contra illā suppositionem & eius corollaria. Arguitur primò sic. Redditus est res precio æstimabilis, etiā magno. Relatio aũt rationis non est talis. igitur. Respõdetur, relatio prædicta ratione sui precisè nõ est alicuius æstimationis, nec falsem nõ magnæ: tamẽ ratione sui termini est alicuius etiam magnæ æstimationis, sic re habere dominium illius, equi non est re habere formaliter rem magnæ æstimationis, nisi ratione termini illius relationis.

Secũdò arguitur. Si redditus pro formali est quædã relatio subiectata in hoīe habẽte redditum. igitur habet aliquā correlationem sibi oppositam fundatā in termino prædictæ relationis, hæc enim est natura relationis: vt patet in aliis relationibus cũ relatibus q rationis. consequens aũt videtur falsum: quia nõ apparet, quæ sit talis. Dicendum dupliciter. Primò, q ille relatio, quæ est redditus: habet sibi correlationem oppositã: sed non est notata. Nam non omnes correlationibus relationũ fuit nomina impo sita à Deo: vt sæpe opus sit eis fingere nõia: ut patet per Aristotelẽ in prædicamentis, in q. ad aliquid. Secundò dicendũ, q h æquinoceatur hoc nomen seruitus, sicut aliquando æquinocatur: & etiam extenso vocabulo accipiatur: sicut accipitur, ut parebit, posset illa correlatio dicẽ seruitus. probatur: quia ius illud, quod est genus ad redditum: potest etiam dominium dici capiendo generaliter dominium, ut probaui in prima quæstione huius operis. Modo correlatio opposita dominio dicitur seruitus, igitur. Secundò patet: quia seruitus æquinocè accipitur: quia aliquando accipitur pro iure seruendi aliquid circa aliquā rẽ, vel exigendi aliquid à persona aliqua, & hoc modo non põt esse correlatio correspondens ipsi redditui: quia redditus homis, qui est ius eius, non est respectu rei, nec personæ

prout illa res, uel persona habet ius in ipsum: immo prout illa res, uel persona est sibi obligata. Alio modo accipitur pro obligatione: quo modo dico aliquē esse meū seruū. i. obligatū mihi, hoc modo diffinitur seruitus: est constitutio iuris gentium, qua quis dñio alterius contra naturā subiicitur. i. est obligatio cōstituta per ius gentiū, qua quis vt subiectus alteri obligatur. Similiter capiendo seruitutē pro obligatione, dicimus aguū tuū seruire mihi. i. obligatū mihi: vt per ipsum valeam transire, uel haustū re, cuius est ager, esse mihi obligatū: vt patiaris me transire per agrū tuum. Et hoc modo ſt̄ seruitus esse correlatio redditus formaliter capti: quia si habeo reddituꝫ duorū modioꝝ ſ̄ de prædio tuo, tuum prædiū est obligatū mihi in duobus modiis, uel tu es obligatus mihi ratione agri. similiter illi modij sunt mihi obligati. i. debiti. & sic illa correlatio fundatur in termino prædictæ relationis, iuxta naturā aliarum correlationum. Qui autem negant relationes oēs, ponentes oīa entia esse absoluta, uel saltē, quæ negāt relationes rationis, aliter dicerent de entitate redditus: dicendus ipsum non esse aliquid vnum quo ad oīa importata per illum terminum redditus: vtputa dicerent, ꝙ redditus pro per se significato est ipse homo hās reddimum: connotādo tñ illum hoiem licitē exigere & recipere illos fructus de re illa: sicut ē ipsum dicerēt de dñio & de beneficio, & canonia, q̄ ēt nō sunt quid aliud q̄ quędā iura.

Secunda ſ̄ suppositio sicut dictū est de redditu quo ad eius entitatē: sic eodē modo dicendū est de cēlu. Nā in pūti tractam pro eodē accipitur redditus & cēsus. Et sicut redditus accipitur dupliciter. ſ. formaliter & materialiter: sic ēt census accipitur dupliciter, & hās censum dī censualista, & idē dicendū de seruitute: & hoc capiendo eam primo modo tacte in solutione argumēti, secus capiendo secūdo modo. Vnde in ci. extra de censibus, cum dī, ꝙ prælybyteri debent de superfluo debitū seruitiū impendere senioribus. gl. dicit seruitium. i. censum. Item ſt̄ quando dicimus, Ioannes vendidit Petro actionē, quā Io. habet aduersus me, ibi actio etiam nihil est aliud, nisi ius exigendi à me eā rem, quā Io. habet à me exigere: quo etiam capitur qñ dicimus, ille habet actionē aduersus alium, quis nondum quicq̄ agat. & illius actionis ipsa obligatio non est mater: quia est sua correlatio: nisi capere rem mater pro antecedente inferente consequens: quia sequitur bene A. est mihi obligatus: igit habeo actionem aduersus eum: saltem si est obligatio ciuilis: sed bene obligatio est mater actionis captæ pro actuali querela: quia aliqñ actio capit pro ipsa actuali placitatione, quā actor exercet contra reum: sed vt sic non capitur in prædicta locutione, cū dicimus: Ioannes vendidit Petro actionem suam. Similiter quando iactitæ dicunt, illi vendidit illi nomina sua, seu debitorum suorum: nomen ibi capitur pro iure, quod habet venditor in debitores suos.

Tertia suppositio & quarta ponūt sex diuisiones reddituꝫ. Nā redditus est duplex, quidam est certus, quidam incertus: vt si habes ius percipiendi de prædio meo duos modios frumenti, illud ius dī certus redditus: sed si habes ius percipiendi certam partem frumenti ibi crescentis, illud dī redditus incertus. Itē quidā finē certus, siue incertus cōstituitur in perſonis ipsius constituentis, & pōt dici personalis: vt si habes ius percipiēdi de meis laboribus & industriis annuatim vnum solidum, vel duos, vel aliud cōsimile: sic ꝙ super nulla re constituo tibi illū redditum sed solum super persona mea. Alius vero constituitur in re: & pōt dici prædialis: nōie tñ incōuertibili: vt sunt illi, qui super prædiis & aliis rebus constituuntur: vt exemplificatum est in prima diuisione. Tertia diuisio. Redditus quidā est fructuarius, vt redditus percipiendi res viles alias à pecunia. Alius est pecuniarius, scilicet ius percipiendi pecuniam.

Quarta suppositio. quarta diuisio est. Redditus siue certus, siue incertus, quidam est perpetuus, quidā qualis: vt si habes pro te & oībus tuis heredibus ius percipiendi de prædio meo fructus, illud ius est perpetuus redditus. Si aūt habes ius ad percipiendā fructus solū per aliquot annos, est tēporalis. Quinta diuisio. tpalis est duplex: quia quidam est ad determinatos annos: vt ad decē vel vīnti, & tunc dicitur ad non modicum tp̄s, vel si est ad tēpus minus decem annis dī ad modicum tēpus. quidam verò est ad indeterminatos annos: vt ad omnes annos vitæ illius, cui constituitur: qui tamen ignorantur quot sint. & ille dī vitalicū. ſ. à vita, pro qua deseruit tibi illud prædiū, uel dī vitalicium à victu, pro quo deseruit tibi. Et vterq; posset subdiuidi, puta quia quidā est annuus, scilicet ius percipiendi omni anno aliquot fructus. quidā mensſtruus. ſ. oī mense, & sic de aliis partibus anni. Sexta diuisio, redditus perpetuus est duplex, quidam est redimibilis: vt cū ego, qui tibi constituī redditū in prædio meo, possum illum pro precio redimere: sic ꝙ tu cogeris mihi illud ius reuendere, & sic possum illud ius in te extinguere: & similiter meū vel prædij mei obligationē delere. Quidam verò irredimibilis: vt cum non possum illud ius redimere, non quidem absolutē: sed sic, ꝙ non possum te cogere, vel compellere ad rerradendum mihi illud. Nam absolutē loquēdo nullus redditus perpetuus est, qui nō sit redimibilis: volēte enim emptore pōt redimi.

Quinta suppositio. Ex quo in titulo dicitur in re sua: notandum, ꝙ res capitur dupliciter. Vno modo generaliter: vt non distinguitur contra personam, & sic non capitur in titulo. Alio modo ſspecialiter: vt distinguitur contra personam. & sic capitur in titulo. Nam ibi tātum quæritur, si liceat tali alicui in re sua, ideſt in re, quæ non est persona: vt in agro, & sic de aliis constituere. Nam de hoc an liceat alicui in persona sua, scilicet persona propria, uel sui, ideſt serui sui cōstituere redditum, quæritur de hoc in q. lxiiij. Res autem secundo modo capta est duplex, quædam est, cuius usus est eius consumptio: ut frumentum & vinum, quæ ordinata sunt ad esum & potū, quibus etiam illa consumuntur & corrumpuntur, & similiter pecunia ordinata ad distractionē, qua distractione consumitur. & si non in substantia: tamen quo ad dominium illius, qui præhabuit eam. quædam verò est, cuius usus non est eius consumptio: ut ager, domus, equus, quamuis aliquarum talium rerum usus disponat tandem ad consumptionem. & in proposito loquimur solum de illa re, cuius usus non est consumptio. Nam in re, cuius usus est consumptio non potest constitui redditus: quamuis enim possim tibi concedere ius utendi talibus rebus meis: tamen si vteris eis ad talem usum, non eas cōsumis. & sic amplius nullum fructum potes de eis percipere. Vnde substantia illarum rerum post vsum non manet salua. Si igitur in re aliqua potest constitui redditus, oportet ꝙ sit res, cuius usus non sit cōsumptio eius, ita ꝙ quis possit percipere fructus illius rei, salua substantia illius rei. Et hæc est duplex, quædam est immobilis: vt ager, domus, quædam mobilis. Nā utrq; potest aliquem fructum, vel commoditatem importare homini: vt equus equitationem, vel portationē, vel vecturam. Quamuis differenter: quia in rebus mobilibus non potest perpetuus redditus constitui quia nec res ipsa est perpetua: nisi caperetur perpetuum largē, prout se extendit ad periodicam perpetuitatē, quo modo cuiuslibet rei duratio dicitur eius perpetuitas, & in latino dicitur seculū, & in hebreo holam. sicut dicitur Deuter. de semo emptionis. Accipies subulam & dabis eam in aure eius: & erit tibi seruus in æternum. hoc est omnibus diebus vitæ suę. Et similiter aliquis doctor dicitur perpetuò conductus in vniuersitate. Sed in rebus immobilibus: vt in agro & domo potest perpetuus redditus constitui: quia illæ res sunt secundū se vel aliquid sui natæ perpetuò durare, ideſt vsque in finem mundi. Nam & si domus secundum se nata sit perire, tamen fundus eius natus est, vt frequēter perpetuò manere, de quo etiam potest fructus aliquis percipi.

Sexta suppositio. Ex quo in titulo dicitur, rei vilis, vel pecuniæ. Nota, ꝙ res vilis accipitur dupliciter. Vno modo generaliter, & sic comprehendit: nummisma, seu pecuniam, & sic non capitur ibi. Vnde minor difficultas est de redditu fructuario, aut consimili, quàm de pecuniario: saltē quando illa constitutio alicui facta fit non gratuitè, sed pro pecunia: vt patebit in q. lxxv.

Septima suppositio. constituere redditum capitur dupliciter, seu constituto reddituꝫ est duplex. Quædam est retentiua, seu reseruatiua, qua quis ſcilicet in re sua, de qua habet ius percipiēdi omnes fructus reseruat sibi solū partiale ius scilicet percipiendi aliquos fructus, & reliquum ius totum tradit alteri, vel saltem cecidit illi reliquo iuri, ipsum resignando, & de illa non quæritur in titulo quæstionis: quia notanter dicitur constituere alteri. Vnde hoc modo, qui habet beneficium, & reseruat sibi auctoritate episcopi ius percipiendi partem fructuum beneficij, dicitur sibi constituere ius in re sua, scilicet in beneficio suo, vel potius episcopus dicitur illud ius sibi cōstituere in beneficio suo: & tamen nullum nouum ius acquirit ex illa constitutione: sed soluꝫ quod præhabuit, reseruat, & reliquum, quod habet, resignat. Alia est assignatiua seu translatiua, qua quis ius, quod habet in re sua percipiendi fructus eius, constituit alteri, ideſt vult esse alterius, ita quòd alius habeat ius percipiendi aliquot fructus illius rei. Vnde constitutio illa in proposito nihil est nisi voluntas, qua quis vult ius, quod habet in percipiēdo fructus rei suæ esse alterius in parte fructuum, & pōt illa constitutio dici concessio, vel assignatio, vel translatio.

Octaua suppositio. conuenienter dicitur in titulo constituere: non autem conuenienter diceretur

(vt quædam loquuntur) Vtrum liceat constituī rei ditus &c. quia in hominibus nihil est licitum, nec illicitum, nisi actus humanus: constituī autem non est actus humanus: immo non est actus, sed passio correspondens actui. Constituto autem actus est actus humanus: quia est volitio. Constituī autem, nec est licitum, nec illicitum. nec est in homine: sed in re transeunti, scilicet in reddituī constituto: sicut me amare te, vel velle tibi bonum, est licitum: sed te amari non est licitum, nec illicitum: sicut nec te pertransiri est licitum, vel illicitum. sed te pertransire est licitum vel illicitum: pari enim iniustum non est iniustum. sed agere iniustum est iniustum, vt inquit Aristotiles.

Nona suppositio. duplex est licitum. Quoddam est licitum ex genere, scilicet actus cadens super debitum obiectum: non curando quales circunstantias habeat: vt diligere Deum, vel proximum, dare eleemosynam indigēti, & si illud obiectum exprimatur: erit actus sic determinatus: etiam positiuè licitus ex genere. si autem non exprimatur, sed actus accipiatur abstractè sine obiecto: super quod tamen natus est cadere: erit permissiuè tantum licitus ex genere. Quoddam est licitum ex circunstantia scilicet actus habens omnes debitas circunstantias: vt dare eleemosynam indigenti, & hoc propter debitum finem, & debitæ loco, tempore & de legitimis substantia, & sic de aliis septem circunstantiis, de quibus latius dictum est supra quæstione. I. Vnde fiat, quòd aliquid sit licitum primo modo, quod est illicitum secundo modo: non autem econtra: quod enim est illicitum primo modo: nunquam est licitum secundo modo: quia quando actus ex genere est malus, nunquā redditur bonus per accessum cuiuscunq; circunstantiæ, de illis vide latius ibidem. Et ex ibi dictis patet, quomodo licitum ex circunstantia potest subdiuidi: quia quoddam est sic licitum permissiuè tantum, quoddam verò positiuè, vide ibidem. In proposito autem non quæritur de licito ex circunstantia saltem positiuè: quia actus, de quo quæritur, non est ibi expressus cum singulis circunstantiis: sed tantum de licito positiuè ex genere: vel etiam de licito permissiuè ex circunstantia. quæritur enim, si constituto redditus expressiuè in titulo, ybi obiectum exprimitur sine circunstantiis, sit licita: sic ꝙ non includat aliquam malitiam, vel iniquitatem. Nam si vt sic illa constitutio esset illicita, non posset poſtea quocunq; circunstantia accedente fieri licita. Actus enim ex genere, uel obiecto malus non poterit per circunstantiā reddi bonus: deficit enim sibi bonitas ex genere, quæ præsupponitur vt materialis ad bonitatem ex circūstantia: bonum autem est ex integra causa. Si autem vt sic: & per cōsequens ex genere est licitus: tunc etiā est permissiuè ex circunstantia licitus: hoc est, est natus vestiri circunstantiis congruis. Ideo consequenter videndum est per sequentes quæstiones, quas circunstātias necesse est accedere ad hoc: vt ille actus cōplementum bonitate morali sit bonus, & per quas circunstantias ipse deprauetur, puta an deprauetur per circunstantiam illā. Item si illa constitutio fiat pro precio, uel si fiat cū pacto redimendi: & sic de aliis, de quibus nūc non agē. Et ex hoc patet, ꝙ ad soluendū qōne præsen-

cera

tñ non oportet curare de hoc, an illa constitutio fiat gratis, vel pro precio. Nam an illa, quæ non est gratuita, sed pro precio, puta cum redditus pro precio constituitur tibi, qui emis eum, sit licita, patebit in quæstione. lxix. Nam pro precio constituere pertinet ad circumstantiam quo modo constituatur.

Prima conclusio. Aliquem constituere in re sua alteri redditum bladi, vini, &c. vt in titulo, est actus ex genere licitus, & ponitur. probatur duabus rationibus: quia est actus super debitum obiectum cadés, quod ér ponitur incidentaliter, vel exprimitur in actu eodem modo determinato, quo in titulo ponitur, igitur conclusio vera, consequentia nota ex diffinitione actus boni ex genere. Antecedens probatur: quia constituere est velle, & si velle referatur ad redditū: tunc redditus est eius obiectum eo modo, quo circumstantia quid, aliquando accipitur pro obiecto. Si autem ipsum velle referatur ad illum, cui constituitur: tunc ille alter cui constituitur, etiam potest dici obiectum illius actus eo modo, quo aliquando circumstantia, cui, accipitur pro obiecto actus, sicut datio eleemosynæ facta indigenti, dicitur illum, cui data, habere pro obiecto: quāmuis etiam res data possit dici obiectum, quæ tamen etiā dicitur aliquando circumstantia quid, modo redditus non est res incōgrua ipsi volitiom, & stat, ꝙ ipse alter, cui quis vult illum redditum: etiam sit congrua persona respectu illius volitionis. igitur. Secundo probatur sic. Si non esset actus ex genere licitus: tunc exponitur ibi exprimitur obiectū, esset positiuè ex genere illicitus, ergo nulla circumstātia accedente posset fieri licitus, sicut odiū Dei, & amor peccati, ex quo ex genere est actus positiuè illicitus: quia super obiectum sibi incongruum cadit ideo ob quencunque finē, vel cum quacunq; circumstantia fiat, est illicitus. consequens autem est falsum, cuius falsitas ostenditur. septempliciter, ducendo ad septem inconuenientia. Primo: quia tunc non liceret cuiquam fundare beneficium ecclesiasticum, de quo beneficiatus perciperet res viles, vel pecunias: quia illa fundatio non est aliud, quàm ei, qui subit officium ecclesiasticum, assignare redditum, seu ius percipiendi aliquas res viles, vel pecuniam de rebus suis. beneficiū enim ecclesiasticum nihil est aliud, quam ius percipiēdi tēporalia propter hoc, ꝙ recipiens exercet officium ecclesiasticum. quo modo dicitur, beneficium datur propter officium: falsitas autem sequelæ patet: quia vtroque iure approbatur fundatio beneficiorum, adeo quòd & fundatores honorantur ab ecclesia iurepatronatus. Secundo patet falsitas consequentis principalis: quia tunc non liceret mihi velle tegratis habere ius percipiendi aliquos fructus de prædio meo, quæ volitio esset constitutio gratuita, quod tamen est falsum: quia ego possum mihi gratis dare, & ita donare prædium meum totaliter transferendo in te complectamitus & dominium directum ac proprietatē, nullum ius mihi reseruando: ego possum etiam mihi gratis dare ius percipiendi non omnes sed aliquos fructus eius mihi reseruato dominio illius prædij, & iure aliorum fructuum percipiendorum. tenet consequentia primum est manifestum, quàm secundum immo secundum includitur in primo, modo potens maius potest etiam minus. falsitas sequelæ patet: quia quilibet est in re sua moderator & arbiter, & etiam quilibet potest rei suæ onus imponere & seruitutem atque obligationem non damnatam iure. Tertio patet falsitas consequentis: quia tunc non liceret alicui reseruato sibi dominio directo prædii sui, vel alterius rei, in alium transferre dominium vtile illius rei, & sic non posset quisquā rem suā alteri in feudū concedere: nec in emphyteusim: quia cōcessio feudalis & emphyteutica fit per hoc, ꝙ concedens reseruato sibi directo dominio trāsfert in aliū dōium vtile. sequela probatur: quia in tali concessione emphyteuta & feudatarius, seu vasallus habet nō minus ius percipiendi fructus illius prædij, q̄ si esset sibi redditus cōstitutus in illis bonis: falsitas aūt sequelæ patet: quia vtrunq; ius approbat concessionē feudalē & emphyteuticā, adeo ꝙ & ecclesia concedit aliqua bona sua aliquibus in feudū: & ecōtra, recipit aliqua in feudū ab aliis. Quarto patet falsitas principalis cōsequentis: quia tūc nō liceret alicui in re sua cōstituere alteri vsufructū, nec vsum, nec cōmodare rem suā, nec locare. probatur: quia constituendo ei vsufructū, vel vsum, & cōstituit ei ius percipiendi fructus illius rei: quia vtrunq; est ius vtendi rebus alienis salua rerū substantia: q̄uis differenter sm ꝙ vsus & vsufructus differūt: vt patet ex quili. Modo vtendo re illa, percipit eius vtilitatē & ita fructū, Similiter si quis cōmodat, vel locat rē suam alteri, ipse vult eum habere ius vtendi illa re, & sic percipiendi eius vtilitatē, quāuis differenter: quia cōmodando vult gratis. eū habere. sed locando vult pro mercede, quæ locagium dr, eum hīe, sequela tamen patet: quia ēt in illis concessionibus conceditur ius percipiendi fructus illius rei. falsitas aūt sequelæ patet: quia vtrunq; ius approbat illas concessiones, adeo ꝙ etiā ecclesia aliquibus concedit vsufructū, vel vsum in rebus suis, & aliquibus locat eas, aliquibus commodat eas. Ius autem canonicū non approbat actum illicitum: cum sit quasi corollariū theologiæ: quia canonicæ sanctiones pro cessērūt ex auctoritatibus ve. & no. testamenti: vt in c. quaūter. de accu. Quinto patet falsitas consequentis: quia tunc constitutio decimarum dandarum clericis fuisset illicita: quia illa nihil aliud est, quàm constituere ius percipiendi fructus in tali quota de prædiis & laboribus laicorum. Vnde decima capta pro iure decimandi, potest vocari redditus ecclesiasticus: & multa alia iura, quæ habet ecclesia. hoc est quæ habent officiales, seu prælati, & personæ ecclesiasticæ: vt episcopi, plebani, fuissent illicitè constituta: vt procurationes, quæ sunt episcopis constituæ visitantibus dioceſim. Et similiter ius, quæ habēt plebani in certis obuentionibus sibi debitis, immo generaliter cōstitutio cēsuum esset illicita: cum tamen tā in iure ciuili, quàm canonico habeantur tituli de censibus, tanq̄ de illis, quæ licitè possunt constitui, & fuisse cōstituta. Sexto patet falsitas consequentis principalis: quia tūc non exegisset Ioseph ab Aegyptijs: vt super suis prædijs constituerent Pharaoni ius percipiendi quintā partē fructuū: sicut tamen fecit: vt patet Gen. xlvij. Nā licet ola prædia Aegyptiorū essent transiata pleno dominio in potestatem Pharaonis titulo venditionis, vel permutationis: tamen Ioseph ex clemē-

tia restituit ea Aegyptijs, & exegit ab eis prædictam constitutionē. Illa autem cōstitutio fuisset Aegyptijs illicita, & per consequens exactio illius constitutionis fuisset ipsi Ioseph illicita: & tamen non fuit illa constitutio iuris aliud, quàm cōstitutio redditus perpetui percipiendi blada, & alios fructus prædiorum suorum. Septimò patet falsitas cōsequentis: quia infra probabitur auctoritatibus, tam doctorum, q̄ sum morum Pontificum, ꝙ etiam cōstitutio & receptio redditūm, etiā non gratuita (de qua minus videretur). f. pel contractum venditionis & emptionis cū pacto retrouendendi, & etiam sine illo est licita.

Secunda conclusio. Prædictum cōstituere, de quo in titulo, est actus etiam ex circumstantia licitus, & hoc permittitur. probatur: quia est actus ex genere positiuè licitus, & potest vestiri omnibus circumstantiis debitis, & sibi congruentibus, quas nō includit actus, sin ꝙ in titulo ponitur, igitur conclusio vera, consequentia tenet: quia hoc est actum esse permissiuè licitum ex circumstantia, ex vltima suppositione. Maior nota, minor probatur tripliciter. Primò: quia nullus actus est ex genere positiuè licitus, quin sint sibi addibiles congruæ circumstantiæ: sicut nulla materia prima est, cui non possit accedere cōgrua forma, & nullum genus est, quod non possit determinari differentiis sibi congruentibus. Actus enim ex genere bonus est respectu circumstantiarum aliquo modo, vt materia respectu formarum: & vt genus respectu differentiarum, & vt totum in modo respectu partium modalium. Secundò: quia tunc nunquam simpliciter licitè posset fieri, consequens est improbatum in præcedenti conclusione, sequela probatur: quia nunquam aliquis actus fit simpliciter licitè, nisi vltra bonitatem genericam etiam habeat circumstantionalē bonitatem. Tertio: quia potest esse, ꝙ ibi sint illæ circumstantiæ, scilicet quis, quid, cur, cui, vbi, quomodo, quando, & ꝙ illæ congruant illi actui: patet inducendo. Nam potest esse, ꝙ ibi sit congrua circumstantia quis, scilicet ꝙ constituens sit congrua persona ad cōstituendum, puta: quia habet plenum dominium in bonis suis: potens ipsa onerare seruitutibus, immo etiam ea alienare in toto, vel in parte. nec est sibi interdictum bonis, & similiter, ꝙ illa persona, cui constituitur, etiam sit persona congrua ad hoc, puta: quia est digna & capax illius iuris. puta: quia nō abdicauit à se redditus per votum, & consentit in receptionem. Et ibi etiam potest esse congruum quid. f. ipse redditus: quia est res constituibilis, & transferibilis in alterum. stat etiam, ꝙ illa constitutio fiat tempore non incongruo scilicet in tēpore, quo vtilitas, vel necessitas expostulat tam ex parte constituentis, quàm ejus, cui cōstituitur. stat etiam, ꝙ ille redditus constituatur cum debito vbi, & hoc dupliciter, scilicet ꝙ constituatur in re congrua, & in loco cōgruo. in re quidē, vt pura in re, quæ potest deductis expensis circa cōseruationem & curam illius rei importare tantos fructus, & cuam si in persona constituatur, vt infra dicetur: fiat, ꝙ illa persona possit bene tantundem acquirere annuatim, quantum debet soluere ex parte redditus. tantundem inquam vltra ea, quæ sibi sunt necessaria pro sua congrua sustentatione, & sine grauamine enormi illius personę suæ. Etiā

in loco congruo, scilicet vbi non est à superiori per humanam constitutionē prohibita talis constitutio. Item stat, ꝙ fiat debito modo: puta per debitum contractum. f. gratuitum: puta donationis. vel non gratuitum. f. per contractum venditionis & emptionis: ita ꝙ talis modus transferendi non deprauet illā constitutionē: vt probabitur in q. lxxix. vel per aliū contractum nō grauiū, vt per permutationē, vel huiusmodi. stat ēt, ꝙ fiat cum debita æquitate. ita ꝙ constituendo eum alteri per venditionem nō exigat nimis magnū: sed æquum & iustum precium: & etiam cum debita discretione, & cū licitis pactis & conditionibus naturalibus, vel accidentalibus. Similiter ibi potest esse debitus finis. f. vel illi, quibus constituuntur, habeant debitā sustentationē ad hoc, vt possint intendere rēporali, vel spirituali saluti aliorum, quibus præsunt. puta q̄ constituantur redditus dūis rēporalibus vel spiritualibus prælatis, vel personis, quæ pro aliis vacāt diuinis, de quo fine & similibus patebit in sequēti quæstione. Dici notanter in conclusione permissiuè &c. quia constituere expressum in titulo non determinatur cum circūstantiis: saltem omnibus, quibus est vestibile: ēt quis alique ibi exprimantur, scilicet quid, vt redditus de re sua, & cui, alteri: tamē ille accipiuntur ibi pro obiecto, vel saltem, illa. alteri, non dicit determinatā circumstātiam: sed indeterminatā, quæ non facit ad bonitatē, vel malitiā actus: sicut ēr cū dico dare eleemosynā alteri, ly alteri, non dicit determinatā circumstantiā afferentē aliquid malitiæ vel bonitatis: quia nō determinatur, an ille alter sit indigens: & dignus eleemosyna, vel indignus.

Tertia conclusio. prædictum constituere, de quo in titulo, est actus etiam positiuè licitus ex circumstātia, quando vestitur omnibus prædictis circumstantiis. patet ex ratione actus boni ex circumstantia. Ex hoc sequitur corollarium duplex. Primum, ꝙ quidā inconuenienter respondent ad prædictā qōnem, quādo ponit talē conclusionē, q̄ illa cōstitutio est licita: dummodo fiat intentione recta. & ex rationabili cā cū discretione debita & æquitate: quia aurit intelligit de licito ex genere, & tunc nō oportet addere, dūmodo &c. si de licito ex circumstantiis, tunc aut loquitur de tali licito ex permissiuo, & tunc iterum non oportet addere, dūmodo &c. Aut de licito tali positiuo: & tunc non sufficiunt illa, quas expressit: quia tūc ex presse it duas. f. cur, seu causam finalem & quo, idem modum: modo ēt aliæ requiruntur. Secundò sequitur, ꝙ ibidem ēt inconuenienter probat eandē cōclusionē: quantū. n. ad prædictā conclusionē sufficit, arguit sic: quia constituere cum debita discretione & æquitate redditus in re ea intentione, & ob hanc causa, vt de illis redditibus sustententur illi, qui aliis ꝑsunt in spiritualibus. & sic de aliis causis finalibus, quæ tangentur in sequenti qōne, est licitū, igitur conclusio vera. Antecedēs probat inductiuè de qualibet prædictarū causarum finaliū. Modo illa probatio de licit. Primò: quia aut intēdit probare constitutionē ꝑdicto modo determinatā esse ex genere licitā, & tūc nō oportet assumere determinationē ex parte cāe finalis: quia cā finalis nō requiritur ad bonitatē generīcam actus, aut deb. onitate circumstantionalē, & hoc permissiuè: & tunc iterū non oportet prædictā determina-

terminationem assumere. Aut de bonitate circunstantionali positiua, & tunc deficit dupliciter. Primò: quia non assumit omnes circunstantias requisitas ad illam bonitatem probandam. Secundò: quia petit principium: nam si vellem probare, q aliquis actus quem tamen in ipsa conclusione ante omnia suppono esse vestitum omnibus circunstantiis debitis, sic bonus bonitate circunstantionali & assumerem, q vltra hoc, q aliis circunstantiis est vestitus etiam esset vestitus debita circunstantia finis, iam assumerem, quod supponi in conclusione, & sic sicut nec suppositum conclusionis probat conclusionem: quia est pars conclusionis, sic nec talis probatio probaret conclusionem talem. Si autem non supponerem eius esse vestitum omnibus debitis circunstantiis, & inducitue ostenderem eum esse vestitum omnibus talibus: illa esset coniuentens probatio, in qua probatione haberem ostendere, q finis, propter quē fieret, conueniret illi actui, & q persona agens cum: & modus agendi. & sic de aliis, cōueniret illi actui, & tunc inferretur bene. ergo est licitus etiam positiuè bonitate circunstantionali. Vnde potius probatio prædicti doctoris deberet poni pro exemplo: vbi scilicet illa constitutio fieret ex rationabili causa, & recta intentione: quia exemplum de recta intentione & rationabili causa, propter quam fieri potest, est: vt sustententur prædictæ personæ: vt patebit.

QVAESTIO. LXXIII.

Ex quo constitutio redditus (prout est expressa in præcedenti quæstione) est tantùm ex genere licita positiuè: & tamen nata est vestiri debitis circunstantiis, ex quibus vltra bonitatem genericam nata est reddi bona bonitate circunstationali: etiam positiua, inter eas circunstantias prima & potissima est circunstantia finis, quæruntur duo. Primò, an sustentatio sequentium quinq; generum personarum possit esse causa finalis congrua prædictæ constitutioni. sic q si constitutio fiat propter eam, ipsa non solùm nō depranetur: immo contrahat bonitatem circunstantionalem circunstantiæ finis, scilicet. Primò sustentatio eorum, qui aliis præsunt in spiritualibus: sicut sunt prælati ecclesiastici, vt episcopi, plebani &c. Secundò eorum, qui pro aliis vacāt orationibus, laudibus diuinis, ac aliis diuinis obsequiis per quæ ipsi alios aliis deditos: & in terrenis curis occupatos iuuant ad consequendū à Deo tam necessaria, quam vilia, tā animæ, quam corpori. sicut sunt personæ ecclesiasticæ seculares, & religiosæ. Tertiò eorum, qui vacant studio scientiarum speculatiuarum & practicarum vtilium humano generi: vt theologiæ, artium liberalium, philosophiæ moralis & huiusmodi. Quartò eorum, qui etiam si nullum prædictorum faciant: sunt tamen pauperes & infirmi, quibus propria non sufficit substantia, nec corporis robur, quos Christus nobis cōmendauit videndos. Quintò eorum qui aliis præsunt in temporalibus, quatenus, scilicet eorum metu humana coerceatur audacia, tunq; sit inter iæ probos innocentia, & in ipsis improbis formidine supplicij refrenetur nocēdi facilitas: vt sic eorum prouida gubernatione respublica tranquillè agat vitam: in qua tranquillitate consistit felicitas politica, ad quā procurandam eorum officium institutum est, cuiusmodi sunt reges, principes, duces, milites, & alij rectores reipublicæ. Secunda pars quæstionis est: si prædictarum personarum sustentatio sit congrua causa finalis prædictæ cōstitutionis an ne sit etiam aliqua alia dabilis causa finalis congruens eidem constitutioni. Solutio stat in vna suppositione & quatuor conclusionibus. Suppositio est ad hoc, q aliqua causa finalis sit non solum non depranans actum, quam vestit: sed etiam ei congruat. & sic conferat ad bonitatem circunstantionalem, requiruntur duo. Primò, q illa sit in se quid licitum & bonum. Nam cuius finis est malus, ipsum quoq; malum. Secundò, q sit bonitatis maioris & non minoris, quàm actus, qui in eum ordinatur. Nam finis debet esse melior ordinato in ipsum, alioquin non erit ordinatio, sed deordinatio, rem scilicet meliorem in minus bonā finaliter ordinare, vnde & vti fructibus permittitur est secundum Aug. in di. lxxiij. quæstionum. q. xxx. quia optimum ordinatur in minus bonum. Vnde philosophus j. rhetor. Semper illud, gratia cuius est aliud, melius est illo alio: quia propter vnum quod & illud magis. j. posteriorum.

Prima conclusio. Sustentatio omnium quinq; generum prædictarum personarū est finalis causa nata congruere prædictæ constitutioni, probatur: quia est res in se licita. & est non minoris bonitatis, sed maioris, quàm sit ipsa cōstitutio. Antecedens pro prima parte probatur. Nā sustentatio cuiuslibet generis prædictarum personarū nobis præcipitur à Deo, igitur est licita. cōsequentia nota: quia nihil illicitū nobis à Deo præcipitur. Antecedens probatur inductiuè. Nam nobis præcipitur vtraq; lege diuina, & ēt naturali: vt prælatos spirituales sustentemus, si indigent: nam in veteri lege Num. xviij. præcipiebatur leuitis, quòd darent decimam decimarum sacerdotibus, inter quos erant Pontifices, seu summi sacerdotes. & filijs Israel præcipiebatur, quòd darent primitias tam terrenascentiū, quàm animalium eisdem sacerdotibus, & partē lanarum ex ouium tonsione. Deus etiam ordinauerat eisdem sacerdotibus partem in sacrificijs votiuis. & pacificis. & oblationibus: vt patet Deut. xviij. & Nu. xviij. vbi etiam Moyses subdit causam dicens. ipsum. n. scilicet sacerdotem elegit dominus: vt stet & ministret nomini domini. Et illa sustentatio prælatis debita etiam designatur per illud præceptum Deut. xxv. Non alligabis os bouis terentis in area fruges tuas, quam auctoritatem allegat etiam Apostolus. j. Corinth. ix. ad illum sensum: vt per bouē intelligatur prædicator verbi Dei. & generaliter quilibet, qui alijs præest in spiritualibus, fideliter laborando in agro & area domini. In noua etiam lege Saluator dedit Apostolis ius comedēdi & bibēdi de bonis illorum quibus prædicarent dicens. In quācunq; domum intraueritis, in eadem manete, edentes & bibentes, quę apud illos sunt. Lux. & subdit. Dignus est ei operarius mercede sua. ergo obligatur illos, quibus illi erant prælati ad sustentandum illos, quia ius non est nisi sibi correspondeat obligatio. Ité Apostolus Paulus ad longū deducit. j. ad Cor. ix.

q quia

q quia prælatus erat eis in spiritualibus, scilicet in prædicatione euangelij, sibi licuit: sustentationem ab eis capere: immo q sibi illa debebatur, inducens ad hoc scripturam ve. & no. testamenti: & etiam quatuor similia. Vnde ait. Quis militat suis stipendijs vnquam, quis plantat vineā, & de fructu eius non edit, quis pascit gregem & de lacte gregis nō manducat: nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quę de sacrario sunt, edunt? Idem etiam in prima epistola ad Timot. cap. ij. ait. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina Dei, vbi glo. dicit, qui bene præsunt presbyteri vitæ & doctrinæ, digni habeantur à subditis duplici honore: scilicet vt spiritualiter eis obediant, & exteriora ministrent. Et ad Galat. vj. Communicet autem se is, qui catechizatur verbo ei qui se catechizat in omnibus bonis. De lege naturali etiam probatur: quia lex naturalis dictat, q non solum parentes carnales debent sustentare filios: sed etiam econtra, si parentes indigent, & filij habent, q eos sustentent: quāmuis enim, vt dicitur. ij. Cor. xij. parentes filijs, & non econtra debeant thesaurizare tamen secus est de sustentare quando indigent: vt patet Matth. xv. vbi reprehendit Christus Iudęos, qui illi sustentationi prælatorum debitæ suis positiuis traditionibus. Modo prælati non minus sunt patres suorum subditorum, quàm qui eis sunt patres carnales. Vnde Pau. Galathas filiolos suos vocat. iiij. c. dicēs. Filioli mei, quos iterum parturio. & j. Cor. iij. Ego per euangelium vos genui. Vnde carnales ministrarunt tantum sadam materiam, & consequenter cibū corporis pro vita inferiori, scilicet vegetatiua. Hi autem ea ministrant, quę cibus sunt animæ, & quę disponunt ad vitam animæ superiorem. anima autem plus est quàm esca. Lu. xij. Vnde congruè ait Paulus. j. Cor. ix. Si nos vobis seminauimus spiritualia, magnum est, si metamus carnalia vestra? q. d. non est magnum: immo incomparabiliter minus est, quod nobis datis illo, quod nos vobis ministrauimus. De sustentatione secundi generis personarum, q sit debita, probatur lege diuina, & naturali. Diuina quidem ve. & noua. Veteri: quia dominus præcepit in veteri testamento. Luc. vlt. Num. xviij. Deuto. xij. & xiiij. & xxvj. xij. tribubus Israel: vt decimæ tertiæ tribui, scilicet filiorum Leui darent decimas omnium terrenascentium & animaliū. Illi autem erant tunc tēporis personæ ecclesiasticæ, in eandemtes diuinis laudibus & obsequijs quadrupliciter diuinis, vt habetur. ij. Paral. xxiij. Nam aliqui eorum erant cantores in tabernaculo vel templo cantantes prophetias in instrumentis musicis, citharis, cimbalis & psalterio. Aliqui ianitores & sacristæ. Aliqui erant deputati ad lauandum sacerdotes indetrahendo pelles ab animalibus sacrificandis & lauando hostias. Aliqui erāt doctores & iudices populi: vt docarent populum, & iudicarent in eis. super causis emergentibus: & illi victimi erant etiam, vt prælati; & sic reducuntur ad primum membrum. Primi autem tres non erant vt prælati, & illis in noua lege succedunt simplices sacerdotes & alij clerici vel ecclesiastice personæ, ita q Deus tunc in præcepto literali & etiam figurali innuit sustentationem esse debitam ipsis, qui pro alijs vacant diuinis obsequijs. Vnde Deut. xiij. & xij. dicitur. Cane, ne derelinquas leuitem in omni tēpore, quo versatis in terra: quia non habet alia partem in possessione tua. Vnde dominus dicit Num. xviij. Nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti, quās in vsus eorum & necessaria separari pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo, vbi autem eadem ratio, ibi eadem iuris dispositio: cum igitur hodierne personæ ecclesiasticæ eriā Deo seruiant in tabernaculo eius. igitur eis est etiam debita sustentatio. Hoc etiam innuit psalmista dicēs. Sumite psalterium & date tympanum, idest accipite spiritualia, supple ab illis, qui vobis præsunt: & pro vobis Deo seruiunt: & date temporalia eis. ix. non autem lege illud debitum etiam tangit. Paulus dicēs. j. Cor. ix. Si nos vobis seminauimus spiritualia &c. vbi per seminantes spiritualia: eriā intelligi possunt illi, qui pro alijs vacant diuinis obsequijs: & non tantum illi, qui docent alios. De lege etiam naturali hoc patet: quia de iure gentium, quod est etiam ius naturale, fuit & hodie est, q sacerdotes etiam gentilium recipiebant stipendia ab illis, pro quibus seruiebant in diuinis. Vnde etiam in Aegypto tempore famis præbebantur frumenta de horreis publicis seu regalibus ipsis sacerdotibus, nec cogebantur, vt cæteri sua prædia vendere, vel onerare tributibus: vt patet Gen. xlvij. De tertij generis personarum sustentatione, quòd sit debita, probatur primò sic: quia illorum sustentatio est de iure gentium, quod patet: quia sacerdotibus in Aegypto dabantur alimenta de publicis horreis, & hoc nō fuit præcisè ratione illius: quia seruiebant Aegyptiis in diuinis, sed etiam pro eo, quod vacabant studio philosophiæ, & scientiarum speculatiuarum. Vnde Aristoteles *metaphysice*, q sacerdotibus in Aegypto philosophię vacare primò conceſſum est. Et Iosephus in libro antiquitatum dicit, quòd Abraam, quando descendit in Aegyptum, docuit sacerdotes Aegyptios astronomiam, & ex hac in talibus scientijs studere coparunt. & ideo à rege habebant victum. Vnde & ex prædicto c. Gen. trahitur, q illis, qui sunt deputati diuino cultui & studio, debet ab illis, qui habent curam regendi communitatem prouideri. Secundò sic: quia homines indigent scientijs speculatiuis & etiam practicis: quia sine illis non potest declinari malum: quia malum siue in errorem cognitionis, siue in affectione consistens, nō nisi tam in cognitum, igitur illi, qui negligunt quærere temporalem sustentationem suam: vt suis laboribus releuent spiritualem indigentiam aliorum hominum: viderentur debere releuari ab aliis in eo, quo ipsi indigent, modo tales studentes indigent temporalibus: quia ex quo occupati sunt laboribus scholasticis non possent intendere rusticis, consequentia tenet: quia hoc videmus in membris eiusdem corporis naturalis, quòd si vnum vacat alicui negocio in salutem aliorum membrorum: vt pedes ad hoc quòd alia deferantur ad aliùm locum: illud econtra à reliquis (vt manibus, quæ acquirunt nutrimentum, & à capite, quod influit in alia) recipit alimentum & influxum. igitur sic etiam debet esse in membris corporis mystici: cuiusmodi sunt scholastici viri respectu aliorum hominum: quia sunt commembra eiusdem ecclesiæ.

blicæ. Tertiò: quia tales deficiunt reipublicæ non minus temporales domini: illis autem debetur sustentatio à communitate: vt patebit. Igitur & illis Maior probatur: quia rectores reipublicæ intendunt ciues suos facere virtuosos: vt áit Aristo. j. ethic. & x. Modo hoc fieri non potest: nisi sint, qui cognoscãt, & doceant quid rectum, & quid obliquum: quid verum & quid falsum. cuiusmodi sunt scholastici, immo politicus indiget illa scientia, per quam singulas artes ordinare possit: quis hoc ad cum spectat: talis autem est scientia moralis, ciuilis dicta, quę est architectonica respectu aliarum: vt dicit Philosophus. j. ethi. Maior etiam probatur per illud sapientię vj. Multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum. vbi. multa consilia, ibi salus. Prouerb. xj. Quod etiam attendés ius canonicum disposuit extra. de magistris. q. ecclesia cathedralis & quelibet collegiata ecclesia, quę ad hoc sufficit, debet assignare competens beneficium, vel redditum vnius prębendæ vni magistro in grammatica, qui clericos illius ecclesiæ, & alios scholares pauperes gratis doceat. Metropolitana verò ecclesia vltra illum magistrum etiam debet habere vnum theologum, cui fructus vnius prębendæ, quàm diu docuerit, ministrentur, qui tamen non erit canonicus, & si ipsa vtriq; magistro prouidere nõ sufficit, prouideat grammatico in aliqua ecclesia suæ ciuitatis, vel dioces. Et si possit haberi copia doctorum in theologia, prælati & capitula mittere debent personas dociles ad studium, quibus si proprij reddims non sufficient, eis in expensis per quinquennium ministrabunt. doct. vero quamdiu docuerint, recipient fructus prębendarum suarũ: studentes verò in theologia recipient eos per quinquennium, quam concessionem theologis factam canonistæ etiam extendunt ad docentes & studentes in iure can. vt Panor. & Archidiaconus volunt. De quarto generis personarum sustentatione q; sit debita, patet in locis innumeris. tã ve. quam no. testamenti. Vnde in veteri testamento præcipiebatur filijs Israel: vt pauperibus, pupillis, viduis, & Leuitis darent non solum eleemosynam cõem: sed etiam specialiter, q; eis darent decimam specialem tertio anno: vt patet Deut. xij. Et in noua dicitur. Estote misericordes, & date, & dabitur vobis. Lu. vj. Et date eleemosynam, & vobis omnia munda sunt. Et etiam ratione naturali patet ex mutuo auxilio, quod sibi membra corporis naturalis præbent, quando vnum indiget eo, quo aliud superabundat: quod nobis est indicium: vt sic etiam nos agamus ad pauperes, qui sunt nobiscum membra corporis mystici, scilicet reipublicæ atq; ecclesiæ fidelium. De quinto generis personarum sustentatione q; sit debita, probatur lege diuina. vt. & no. atq; naturali. Veteri: quia. j. Reg. viij. cum filij Israel voluerũt habere regem, dicebat dominus Samueli. Prædic eis ius regis, qui regnaturus est super eos, & ait Samuel. Hoc erit ius regis. & enumerantur ibi multa, quasi & omnium illorum esset habituros ins: sicut etiam hoc verum est in necessitate imminenti ipsi regno, eo q; in tali casu sunt principis, ad exponendum ea pro bono communi regni. & quamuis extra illam necessitatem non fuerit vere habituros ius omnium illorum, quæ ibi enumerantur: quia aliqua, quæ ibi ponuntur, magis spectant ad potestatem tyrannicam, quàm regalem, quæ eis Samuel prædixit futuram tanquam pœnam peccati eorum: tamen ali quorum, quæ ibi enumerantur, fuit habiturus ius vere: quia si nullorum, simpliciter non dixisset, hoc erit ius regis &c. Et de illorum numero est illud, quod ibi dicitur, q; rex addecimabit segetes, & redditus vinearum, atq; greges eorum, & subinnuitur, q; regi debentur redditus de prædiis subditorum. Lege etiam noua probatur. Nam Ioan. Bapt. ait militibus, Estote contenti stipendijs vestris. igitur innuit eis licere recipere stipendia. Christus etiam iussit dare tributum Cæsari, di. Date Cæsari, quæ Cæsaris sunt. Matth. xxij. Et Paulus ait. Cui vectigal, vectigal, cui tributum, tributum. ad Ro. xiij. Item vtraq; lege diuina petuit, q; ministris Dei pro suo ministerio deberur stipendium ad sustentationem. Modo temporales domini in gubernando virtuose rempublicam, sunt ministri Dei. etiam si occidant malefícos, & sceleratos de terra perdant, nec viuere sinant impios, propter quos aliis pacificè viuere non licet. Vnde Apostolus ad Ro. xiij. de temporali principe loquens ait. Dei minister est tibi in bonum: si autem malum feceris time: nõ enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malè agit. Et infra de principibus loquens ait. Ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes. Et filius Leui occidentibus filios Israel, qui adoraueruntvitulum in deserto, ait Moyses. Cõsecrastis manus vestras hodie domino vnusquisq; in filio, & in fratre suo: vt detur vobis benedictio. Et de Phinees, qui occiderat coetum cum Madianitide, dixit dominus, q; auertisset iram suam ab Israel, & dedisset pacem, & promisit sacerdotium sibi pro se, & posteris suis pro illo opere. Vnde & tales etiam in scriptura dicuntur. Dij propter participationem potestatis à Deo sibi collatæ, qua vice Dei, & ut ministri eius puniunt scelerates. Lege etiam naturali patet: quia de iuregentili, quod est ius naturale, est, q; nemo militat stipendijs suis. Cum igitur temporales domini pro aliis militant, sequitur, q; alij eis teneantur ad stipendia. Cõfirmatur: quia si nulli essent tales rectores, oporteret, q; ipse populus, vel communitas mercenderes aliquos, qui eam tuerentur ab hostibus, & denastatoribus: vt pacifice possent intendere ciuilibus actionibus. modo talibus liceret eis dare stipendia: immo deberent. igitur cum rectores reipublicæ: vt reges & principes talibus impertintendant, eis debita sunt stipendia pro sustentatione. Secunda autem pars antecedentis, scilicet q; illarum personarum quo sustentatio etiam sit maioris bonitatis, quàm sit cõstitutio reddituum, probatur: quia constitutio reddituum eis facta est dario temporalium. modo illa est minoris bonitatis, quàm recepio spiritualium, quam ipse constituens redditum expectat à primo & secundo genere personarũ, ad quam receptionem ordinatur earundem sustentatio. Similiter bonum commune est nobilius bono priuato. modo sustentatio personarum primi, secundi, tertij, & quinti generum est bonum commune: sicut & illæ personæ sunt viliores reipublicæ spiritualis, vel temporalis, sustentare etiam pauperes Christi confert ad bonum publicum: quia pietas ad omnia

utilis

vtilis est. j. ad Tim. iiij. bona autem illa, super quę pi uatus constituit redditus, & etiam ipsi redditus sunt bona priuata. igitur illorum constitutio & assignatio erit minus bona quàm prædicta sustentatio.

Secunda conclusio. fundatio ecclesiarum, altarium, monasteriorum, hospitalium, est huiusmodi. aut nõ est causa finalis dicenda pura congruæ prædictæ constitutioni. aut non est a præcedenti omnino extranea: sed in ea inclusa, vel eidem annexa. probatur: quia nihil est causa finalis sui ipsius. Modò illa fundatio, aut met est ipsa constitutio prædicta: fundare etiam ecclesias, altaria, monasteria, & huiusmodi cum redditibus, est constituere redditus annexos illis officijs ecclesiasticis, vel pijs operibus ibidem exercendis pro sustentatione officiorum ecclesiasticorum, scilicet iurium & obligationum exercendi actus ecclesiasticos, vel pia opera: tunc non est alia causa finalis à prædicta omnino disparata: sed sibi concomitans vel annexa, immo est finalior, & vltimior causa finalis constitutionis reddituum. & ipsa sustentatio est propinquior & citerior causa finalis: quia quando constituuntur redditus, vt exerceãtur officia ecclesiastica: tunc cõstituuntur vt exercentes illa officia habeant sustentationem de illis redditibus: vt sic exercere valeant illa. & sic redit illa causa in idem cum priori. Et patet, q; etiam talis potest esse congrua causa finalis constitutionis redditumm: quia ipsa sustentatio, propter quam constituuntur illi redditus, est licita, & maioris bonitatis, quàm ipsa constitutio reddituum. igitur multomagis est licita, & maioris bonitatis ipsa exercitatio ipsorum officiorum ecclesiasticorum & piorum operum. tenet consequentia: quia ipsa sustentatio non est eis debita, nisi propter illam exercitationem intentã & licitã erit ipsa exercitatio, & digna constitutione redditus. quia propter quod vnumquodque &c.

Tertia conclusio. Præter prędictam quintuplicem causam finalem potest adhuc esse duplex cõgrua causa finalis probatur: quia constituens potest etiã ideo alteri constituere redditum: vt ipse constituens habeat, vnde possit se alere: qui sine illa constitutione non posset hoc commodè: vt puta aliquis nõ potest se & filios ac vxorem alere, nisi per negotiationes: quis aliã artem ignorat, & ad illas indiget prompta pecunia: habet autem possessiones, quibus tamen non potest ita commodose intendere: & hoc constituit alteri redditum in illis prædijs, & hoc pro precio vendendo ei illum redditum: vt sic habita pecunia possit negociari, vel alia exercere, quorum ipse habet peritiam. Similiter ipse constituens indigeat pecunia ex alia necessitate eum opprimẽte, quàm ex necessitate negotiationis modo dicto: & quia non intenit, qui sibi mutuet: opus est sibi aut vendere prędia, aut ea onerare aliquo redditu ibi constituendo: & quia non expedit sibi vendere, vt possit ea rehabere: ideo sic cogitur ea onerare redditu. Illis igitur exemplis positis probatur conclusio sic: quia talis licitè possit illa sua prædia vendere totaliter alteri: vt haberet pecuniam ad negotiandum, & sic se nutrien dum: licet illud forte sibi non ita expediret. igitur eadem ratione potest ea ex illa causa finali vendere: sic q; illi constitutioni non obstat illa causa finalis: immo congruit supposito, q; illa constitutio sit licita, non tantũ ex genere: vt probatum est, sed & ex circumstantia modi, scilicet quando nõ est gratuita, sicut infra probabitur. Secunda causa etiam potest esse: vt ille alius, cui constituit, habeat sustentationem. etiam si non sit de aliquo prædictorum generum, vputa quando constituens timet, q; nisi ille, cui constituit, prouideatur cum redditibus, q; contingat eum alijs ad inopiam vergere, ex qua timet eum periclitari ad maiora mala animæ: tunc enim ad præcaueadum illa, potenit sibi prouidere constituendo illos redditus sibi, ita q; ex parte illius causæ finalis non erit contractus illa illicita, sed licita: nonobstante curando an ipsa recepcio illius redditus ex parte illius, cui constituitur, sit licita: neque curando, an debeant illa fieri gratis, vel non gratis, probatur: quia constituens posset illi alteri donare, vel vendere illa prædia: vt per ea præseruaretur ab illis malis. igitur etiam potenit sibi constituere redditus in illis, tenet consequentia ab æqualitate rationis.

Quarta conclusio, incongrua causa finalis constitutionis prædictæ esse si fiat, vt ille, cui constituitur ad pompam seculi, immensas congreget diuitias. aut inexplebilibus faucibus auaritiæ (quod impossibile est) satisfacere possit, aut vt ille voluptatibus lasciuiet, aut vt ocio vacet exemdo de collo suo iugo imposito filijs. Adæ, de quo dicitur Gen. iij. In sudore vultus tui vescaris pane tuo. & Iob v. Homo nascitur ad laborem: sicut auis ad volatum, & Apostolus exhortatur verbo & exemplo ad laborem manuum, de quo latius vide supra. q. lxxj. conclusione secunda. & Petrus ad matrem Clementis increpando dicebat, cur non manibus suis operaretur &c. Et dixi notanter, vt ille &c. quia si constituens non in illum finem constitueret (licet sciret illum, cui constituit, sic ideo abusurum) tunc in casu, quo constituens compelleretur propter inopiam suam: talem redditum tali constituere ad relaxandum suam, quã opprimitur, inopiam, nõ peccaret, sicut nec ille, qui mutuum accipit ab vsurario, cui cogitur vsuras soluere: vt in q. xlvij. Nam sic constituens nõ alteri dat occasionem peccandi: sed alius illam suæ malitiæ accipit. Dixi etiam notanter in casu, quo constituens cõpelleretur propter inopiam &c. quia si non compelleretur propter inopiam propriam: immo liberè cõstitueret talem redditum ei, quem sciret eo abusurum, & ad illum abusum eum recipere, vel emere, nõ liceret ei eum constituere. hoc enim esset dare gladium furioso, prout illud patere potest in simili ex dictis in q. liij. de vendente ornamẽta lasciuis eis, quos illis abusures nouit. Loquor aũt hic de causa finali intendenda ex parte constituentis, qualis autem debeat esse ex parte eius, cui constituitur, seu qui sibi tales procurat constitui: vt facilè illi, qui emunt eos, patet iam partim ex dictis, & etiam infra dicetur in q. lxxviij. Nec tamen ad prædictas personas ita volo restrinxisse decisionem quæstionis, quin si quæ similes vel reducibiles ad eas occurrant: quia non de omnibus potest in promptu iudicari: similis habeatur decisio, vbi similis reperitur ratio. Vnde regulariter illis personis licet de redditibus viuere, quæ sic se habent, q; utilius est reipublicæ, q; omittant corporales

labores

leberes, & intendant vtilitatibus spiritualibus, vel temporalibus reipublicæ: ita q̃ si non haberent redditus, non possent talibus vtilitatibus intendere, vel non ita commodosè & apte sicut habendo. Nec tamen debent tales multiplicare redditus vltra quàm eis ad intendendum prædictis vtilitatibus necessarium existat.

Quod si fiat argumentum, quod videtur, q̃ etiam passim alij liceat: quia Martinus quintus in sua bulla, de qua infra in q. lxxiiij. indistinctè loquit de qua libascunque ciuibus, vel oppidanis. Dicendum q̃ Martinus ibi loquitur de illis, qui constituunt redditus, & eos vendunt, & sic non loquitur de illis, qui habent eos, vel viuunt de illis, verum cum vult loqui de ementibus eos, & qui viuunt de eis, non memorat aliqua genera personarum alia à prædictis generibus. Possent etiam alia argumenta fieri, vtputa: quia alicui extra prædicta genera personarum licet emere reditus agrum, & de illo viuere locando eum alijs & sic virtualiter habet in agro illo redditum: sed qui aliquos extra prædicta genera non solum ab iniquitate, sed prorsus à delicto & omni reprehensibilitate assecurare voluerit: non id mea fisnia faciat: nã satis est pro nunc mihi in his, quę dicta sunt generibus personarum constitutiones & emptiones approbasse. Cæterùs autem personas quę sunt prorsus & omnimode extra prædicta genera, & omnimode sua spõte emunt sibi pl̃s redditus non pro tanto, nolo omnino ab omni delicto assecurare, q̃ contractus illi emptionis redituum sit eis vsurarius, aut alias in se iniquus, aut q̃ fructus talium redditurum perceptos teneantur restituere quasi vsuras: quia si ille contractus esset eis vsurarius, vel in se iniquus: tunc non solum eis, sed omni generi hominum esset illicitus, quod est falsum. Sed pro tanto nolo illas omnimode à reprehensibilitate & delicto assecurare: quia personis, quę sunt prorsus & omnino extra prædicta genera, nec ad ea possunt reduci, congruit non passim in ocio corporali, sed laboribus & occupationibus corporalibus viuere: ad quos & nati sunt, atque vocatæ & pro quibus etiam exercendis robur corporis & industriam, ac alia dona acceperunt à domino: vt sic non modo sibi, sed & temporali reipublicæ pro sua virili vtiliter viuerent. Vnde Petrus ait: Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, vt boni dispensatores multiformis gratiæ Dei: nemo enim sibi soli natus est, nec sibi soli, sed mystico corpori Christi sm vocationẽ suam, qua vocatus est, viuere debet. Huius simile potest poni tripliciter. Primò in membris corporis naturalis. Nam quantumcunq; videre non sit malum: tamen si pedes relicto viu, ad quem à natura sunt instituti, se de actu videndi intromittere: nec in suo vsu corpori deseruire vellent, quandam deordinationem in corpore mystico introducere & corpori inutiles, immo & prædicialiter agere dicerentur. Secundò in sacerdote, qui si mercantias exerceat & negocia agat, peccat: non quia mercari & negociari sit actus de se malus, & nunquam bene agibilis: sed quia ad alia vocatus est: vt in illis vtiliter viuat reipublicæ ecclesiæ, quã vocatione non contemnat, qui Deo militare debet, secularibus implicat se negocijs. Tertiò est in viro, qui ad regendum ecclesiam est vtilis, & ad hoc plurima dona & talenta accepit à domino, & cum posset, & etiam ad hoc vocatur, recusat se tamen in ocio contemplationis cum dño, vel prædicio ecclesiæ ponit, hunc enim non vsquequaque quis assecurabit: & tamen contemplatiuam viam assumere non est de se malum: immo licitum ex se & valde laudabile. Ita & respublica in temporalibus gratur & lædit̃ur per hoc, q̃ passim multæ personæ quæ sunt omnino extra prædicta genera, de redditibus possibito labore vel occupatione corporali viuere in ocio volunt præiudicantes corpori, cuius tamen membra esse volunt. Vnde & boni politici deberent sua municipalibus statutis, aut alijs legibus prouidere, ne passim quilibet cum sortem aliquantulam congregasset pecuniarum, vellet reddit̃us emere, & in ocio viuere, qui potius de illa pecunia emere deberet possessiones & prædia, & eorundem culturæ intendere, aut negociationi honestæ insistere, aut artificium agere: ita enim tam victualia, quàm vniuersa alia, quæ ad humanam commoditatem conducunt, abundarent, eo q̃ multo plures hominibus talibus procurãdis intenderent, quàm quando passim permittitur hominibus ad illa artificia & culturas habilibus se à talibus abstrahere, quibus ita tantundem dulcedine quies otij, q̃ per phas & nephas quærunt pecunias, quibus ampliores redditus emere, atque ita tutiùs res in ocio suo viuere possint. Quod si victualia & alia temporalia ad humanam commoditatem subseruientia abundarent: possent consequenter ex eo plura diuina officia institui, & decor domus domini, & alia quæ Dei honorem & oppressorum sublevationem respiciunt, procurari, quibus præiudicatur per hoc, q̃ habiles ad corporalia exercitia existentes extra prædicta genera conantur de redditibus in ocio viuere. Talibus itaque personis interim, quòd sunt omnino extra prædicta genera ante factum non iudico consulendum, quòd emant reditus, & de illis viuant: immo dissuadendum: post factum autem non est eis imponendum, q̃ fructus perceptos restituant quasi usurarios: quia falsum est: sed consulendum potius, q̃ cogitent de via, qua ab eis redimantur, & si redimantur, q̃ sponte sua alios vsurarios emant: nisi cum ueniret ad aliquod prædictorum generum. Dixi notanter personas, quæ sunt prorsus & omnino extra prædicta genera: quia contingit bene, q̃ aliqua persona partim sit de aliquo prædictorum generum: & ea hocad labores prædictos in parte habilis: sed de illa non intelligo, quod iam dictum est: quia talis persona partim in tantum potest uincere de redditibus, in quantum accedit ad aliquod prædictorum generum: partim verò & quo ad reliquum de suo ad quõ aptus est minat labore. Dixi eram notanter omnimode sua sponte: quia secus est de ea persona, quæ in alio quo casu moueretur ex pietate & bona intentione ad succurrendum proximo indigenti parata pecunia, pro qua ille offert ei redditum constituendum, ubi emens redditum mallet pecuniam suam sibi retinere, & inde possessiones excolendas emere, uel excolerent artificium suum copiosius prosequi aut negociationes abundantius agere: videns tamen proximum suum amplius indigere: dat eidem pecuniam pro

pro reddit̃u sibi constituto & oblato non minus animo succurrendi eidem, quàm sibipsi prouidendi de indemnitate lucri cessantis: stat enim, quòd & si proximus ille egeat non sit tamen in ea indigentia constitutus, q̃ prædicta persona teneatur cum eo contrahere contractu gratuito, scilicet mutuando sibi tantundẽ: immo satis piè agit contrahendo cum eo contractu non gratuito, scilicet emendo quippiã ab eo: in quo tamen etiam eidem beneficium facit, & sibipsi de indemnitate lucri (à quo propter eum cessare non tenetur) prouidet. Et hæc de præsenti q̃one.

QVAESTIO. LXXIIII.

Vtrum liceat alicui homini singulari, & etiã communitati hominum in se, vel ita persona constituere alteri reddit̃um alicuius rei vilis? Solutio quæstionis (suppositis suppositionibus quæstionis lxxij.) stat in tribus suppositionibus, & in recitatione duorum modorum dicendi. Prima suppositio. hæc quæstio differt à lxxij. quia præsens quærit de persona: vt distinguitur contra rem: prædicta autem quærit de re capta: vt distinguitur contra personam. Vnde postquãm didicimus, q̃ constitutio reddit̃us facta in re sit licita, restat videre, an idem sit iudicium habendum, quando constituitur in persona. Secunda suppositio, aliquam personam esse alicuius potest intelligi dupliciter, scilicet intrinsicè seu identicè, idest q̃ sit ipse met. Alio modo transitiuè & possessiuè, idest q̃ illa persona sit possessa ab illo alio quo modo seruus est persona sui domini. Tertia suppositio in quæstione tantum quæritur de reddit̃u rei vilis, scilicet vt res vilis distinguitur à pecunia: quia de reddit̃u pecuniæ constituendo in persona posset quæreretur. Primus igitur modus dicendi est aliquorum dicentium, q̃ non licet alicui præcisè in persona sua constituere alteri reddit̃um alicuius rei vilis: & dicitur præcisè, idest si non referatur illa res ad dictus ad aliquam rem certam: vt res distinguitur à persona: de qua alia re possunt haberi illæ res viles, & ita secundum illum modum dicendi: ille, qui non haberet aliqua bona immobilia, nec mobilia, non posset alicui constituere reddit̃um: quia illa constitutio haberet super nudam personam. probatur ille modus dicendi: quia persona libera non potest obligari: vt pater extat de pignoribus c. ij. Modo si quis liber existens in sua persona constitueret reddit̃um, sua persona obligaretur: quia omni iure correspondet obligatio, reddit̃us autem, quem quis super ipsam haberet, esset ius. igitur illa persona esset illi obligata. Sed ille modus dicendi est falsus: & eius motiuum inualidũ, quorum utrumq; patebit per rationes secundi modi dicendi. Secundus igitur modus dicendi consistit in quatuor conclusionibus. Prima: persona etiam libera potest obligari. probatur septempliciter. Primò sic. Cõtra personam liberam aliquis potest habere actionem. Vnde aliquæ actiones sunt dictæ personales: ei autem actioni correspondet obligatio: ϗ enim mihi nullatenus obligatum non cõpetit mihi actio: immo sm iuristas obligatio est mater actionis. Secundò, persona libera potest contrahere contractu sacramentali. s. contrahendo matrimonium, immo & seruus hoc

pot̃ fine cõsensu dõi, & dño contradicente: quis per hoc nõ liberetur à seruitute: in tali aũt contractu persona contrahens obligatur coniugi ad multa: adeo q̃ vinculatus & alligatus esse dicitur uxori, & uxor alligata lege maritali, & neuter præterea habet sui corporis. j. Cor. vij. Tertiò, persona libera potest cõtrahere cõtractu prophanos: scilicet uẽditione, eruptione, & sic de aliis speciebus. Modo contractus est ultro citroq; obligatio, cuius diffinitionis sensus est, q̃ contractus est actus, ex quo nascitur obligatio hinc inde inter cõtrahentes: vt exposita est diffinitio illa supra xvj. qõ. Vnde etiam secundùm iuristas debitor dicitur quasi seruus creditoris. Vnde Salomon ait. Qui accipit mutuum, seruus est fenerantis. Prouerb. xxij. Quarè, liber potest locare operas suas alteri ad tempus, modò locando obligat personam suam conductori, ita q̃ conductor habet ius exigendi operas ab illius persona. igitur persona est obligata ei. quare autem dicam ad tempus, patebit in solutione argumẽti cuiusdam inferius. Quinetò, liber potest profiteri religionem, aut aliis spiritualibus actibus se obligare. Vnde Petrus j. Corin. Cum essem liber, omnium me seruum feci. Modò tunc obligatur etiam homo, & illa obligatio strictior dicitur, quàm seruitus humana: vt patet in cap. multòs. lxiij. distinc. quia illa fit cum renunciatione propriæ uoluntatis: seruus autem non sic. Item obligatio monachi fit celari cum aliquali præiudicio propriæ libertatis. Nam libertas diffinitur est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet: nisi quod vi, aut iure prohibetur. Modò profitendo facit, quòd multa, ad quæ agenda habuisset naturalem facultatem, citra prohibitionem violentiæ & iuris, facere non habet. Vnde sine consensu abbatis monachus minus potest obligare se, quàm seruus sine consensu domini: quia seruus potest naturaliter obligari: monachus autem non, eo quòd obligationi monachi resistit ius non autem obligationi serui: licet etiam non assistat. Secundò quia quis potest se denouere, vel iurare ad aliquos labores corporales, & quasdam operas impendendas quotidie, uel per menses, uel annuatim alicui loco pio: vt ecclesiæ, vel hospitali, modo talis obligabitur illi pio loco. Septimò, seruitus est quædam magna obligatio, capiendo seruitutem pro aliquo, quod est in ipsa re, uel persona, quæ dicitur seruire (quòd dico propter aliam acceptionem seruitutis, scilicet pro tutore: vt patuit quæstio. lxxij.) Modò persona libera potest fieri seruus, & hoc dupliciter, scilicet inuita, & etiam uolens, de primo patet duabus rationibus, & septem exemplis. Prima ratio: quia persona libera propter crimina potest occidi, & sic sibi potest tolli uita naturalis. igitur multomagis potest sibi ici seruituti, seruata sibi vita. Vnde secundum Aug. xix de ciui. Dei cap. xv. Origo vocabuli seruorum in latina lingua inde creditur ducta, quòd hi, qui iure belli possent occidi, à victoribus seruabantur, & serui fiebant, à seruando appellati. Vnde non à seruiendo dicti sunt serui, quamuis aliquando sic capiatur seruus à seruiendo: vt quãdo tabellio dicitur seruus publicus, à seruiendo tantum: quia ille non potest̃ esse seruus. Secundã rõcula staret, q̃ libertas alicuius esset pernitiosa reipublicæ, eo q̃ multiplicitet eam turbaret. Modo talem posset̃ restos illius reipu-

blicæ addicere seruituti, si per illam respublica liberaretur ab illius turbatione: quia etiã illum occidere posset, aut incarcerare. Secundò pater septem exemplis. Primum: nam liber captus in bello ab hostibus, ideſt ab inimicis Romani imperij efficitur ipſo facto ſecundum leges imperiales ſeruus capientium: vt patet in l. hoſtes. ff. de cap. & poſtli. reuer. quod etiam adeo intelligunt legiſtæ, q̃ ille captus efficiebatur ſeruus, etiam ſi pars capientium fouereꝛ bellum iniuſtũ, & captus eſſet de parte fouente bellum iuſtum. Vnde hoc ſtatutum fuit in fauorem captiuorum, & in fauorem publicæ vtilitatis: vt ſcilicet capti non occiderentur ſed ſeruarentur. Et dixi notanter exponendo hoſtibus, ideſt inimicis Romani imperij. Nam vbi bellum non eſt inter Romanum imperium ex una, & eius inimicos ex alia: vtputa quia duæ ciuitates, aut domini non recognoſcentes Imperatorem, aut ſi ambo recognoſcunt Imperatorem: ſed tamen inter ſe tantum bellant non contra imperiũ, nec bellum ab imperio Romano indictum eſt, non efficerẽtur capti ſerui capientium virtute prædictarum legũ imperialium: quia illæ leges tantum diſpoſuerunt ſuper ſeruitute in prædicto caſu: vbi ſcilicet eſt bellum contra inimicos Romani imperij, qui ſoli vocantur hoſtes in prædicta lege. Vnde hoſtes, vt ibi dicitur, ſunt illi, quibus populus Romanus publicè bellum decreuit, & qui populo Romano publicè bellum decreuerunt: cæteri autem latrunculi appellantur, ſupple, quòd ad hoc: quia eis non competit ius poſtliminij, de quo ibidem. Dixi etiam notanter ſecundum leges: quia de conſuetudine hodie ſecus eſt. Nam etiã ſi qui impugnent Romanum imperium, & capiuntur à Romanis, non efficiuntur illi ſerui eorum, ſaltem ſi capti ſunt fideles; & huic conſuetudini ſtandum eſt, quæ in hoc abrogauit prædictam legem. Attamen nihilominus ſeruitus contrahebatur olim, & hodie etiam in partibus orientalibus contrahitur iure gentium moribus approbato. ſic quòd capti efficiuntur ſerui capientium, dummodo capientes fouerant iuſtum bellum. Vnde cum turci noſtros capiunt, redigunt eos in ſeruitutem: quæ tamen redactio non virtute prædictæ legis fit, negi. etiam eſt iuſta. Secundum exemplum. liber faciens aliquod ſequentium. v. efficitur ſeruus capientis eius, etiam iure canonico, & hoc ipſo facto, ſcilicet militans ſaracenis, ferrum, arma, ſignamina. Secundò vendens eis galeas. Tertiò gubernans piraticam nauem. Quartò impendens auxilium, vel conſilium in eiſdem. Quintò vendens alia mercimonia eis: ut patet extra. de iudeis & ſaracenis per multa capitula: prouteriam ſupra tactum eſt plenius, q li. Tertium, pater poteſt in caſu neceſſitatis vendere filium ſuum liberum: de quo latius vide ibidem. & ſi vendere: ergo etiam obligare, non obſtante q̃ lex tantum mentionem facit de vendere: quia minus præiudicium eſt obligare, quàm vendere & ſic vbi maior ratio, ibi poteſt lex, vel ſtatutum extendi. Quartum: quia Noe addixit filium filij ſui ſeruituti fratrum ſuorum, di. Gen. ix. Maledictus Chanaam, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis, immo totam poſteritatem eius in ipſo ſubiecit ſeruituti. Quintum: quia Exo. xxi. tacitè, vel interpretatiuè permittebatur patri vendere filiam ſuam: vbi dicitur. Si quis vendiderit filiam ſuam in famulam. &c. Sexto ius ciuile ſubiicit ſeruituti libertum propter ingratitudinem patrono ſuo. (ſcilicet qui eum à ſeruitute abſoluerat) exhibitam, ita videlicet, q̃ manus in patronum iniecit, vel atrocem iniuriam, aut grauedamnum, vel vitæ periculum ei inſerre præſumpſit: nam in hoc caſu poteſt patronus cum reuocare in ſeruitutem: non tamen videtur, quòd eo ipſo efficiatur ſeruus. Septimò: quia ius canonicum diſponit, quòd raptor mulieris efficiatur ſeruus raptæ: vt patet xxxvj. quæſtio. i. cap. de raptoribus. vel oportet, quòd redimat ſe, & ſi propter paupertatem non poteſt ſe redimere, erit ſeruus eius ad tempus ſecũdum arbitrium boni viri: quæ tamen pœna non videtur latæ ſententiæ, ſed ferendæ, & hoc in foro iudiciali, ſi de hoc eſt conuictus: non autem in foro pœnitentiali. Vnde ſi exiſtens in ſacris contraxiſt matrimonium, vxor eius ſi hoc nouit, ſi libera eſt, redigenda eſt in ſeruitutem: diſt. xxxj. c. eos qui, & filij, qui inde nati eſſent, debẽt etiam fieri ſerui eccleſiæ. xv. q. final, ea: cum multis. De ſecundo verò, ſcilicet quòd liber poſſit etiam nolẽs fieri ſeruus, probatur tripliciter. Primò, quia niſi ſic, Deus hoc non conceſſiſſet filiis Iſrael: licèt tamẽ viderint eis illud conceſſiſſe. Nam Leuitici. xxv. dicitur. Si paupertate eo impulſus vendiderit ſe tibi frater tuus, non eum opprimes ſeruitute famulorum: ſed quaſi mercenarius & colonus erit tibi. & ibidẽ etiam videtur eis admittere, quòd Iſraelita attenuatus ſe vendat aduenæ, vel peregrino inter eos ditato. Dico autem notanter videtur, vel tacitè, vel interpretatiuè admiſit: quia non expreſsè illam venditionem approbauit. Loquitur enim conditionaliter. Vnde & Sco. in iij. diſt. xxvj. dicit, quòd aliquis poteſt ſe vendere in ſeruum, licet de hoc non inueniatur ſpecialis approbatio diuina in ſcriptura. Secundò: quia aliqui ſancti ſeipſos vendiderũt ſponte, vt patet de ſancto Petro telonario, qui commiſit notario ſuo, vt eum venderet, vide in hiſtor. S. Ioannis elemoſynarij. Item Paulinus, de quo Gregorius in lib. dialogorum, epiſcopo Nolanæ eccleſiæ, vendidit ſe in ſeruum: vt liberaret filium vnicum cuiuſdam vidue, & beatus Dominicus bis ſe voluit vendere, ſemel ut redimeret an filius vidue detentus à ſaracenis, altera vice pro ſublenanda inopia quorundam opibilium, qui propter paupertatem filias ſuas dedebant hæreticis nutriendas & erudiendas: licet Deus aliter diſpoſuerit. Tertiò: quia lex ciuilis admittit, quòd quis ſe ipſum poſſit vendere in ſeruum: quamuis enim diſponat, quòd liber homo, qui patitur ſe venundari, fiat ſeruus, & hoc concurrentibus ſex conditionibus, ſcilicet quòd talis ſit maior xx. annis, ſecundò, quòd intendat pretium participare, tertiò, quòd in maiore participet, quartò, q̃ emptor credat ipſum ſeruum eſſe, quintò, q̃ ille qui venditur, ſciat conditionem ſuam, ſextò, q̃ venditor ſciat ipſum liberum eſſe, & ſi aliqua illarum defecerit, reuocabitur ille vẽditus in ingenuitatem: tamen ius ſic diſponendo, nõ ob hoc videtur ſibi prohibuiſſe ſe pati venundari, ſiue ſtantibus, ſiue non ſtantibus illis conditionibus, quaſi diſponendo eum fieri ſeruum, ſi ſe patiatur ſe vendi: hoc fecerit in pœnam eius. ſic ſe patientis venundari: ſicut nec quando ſtatuit, q̃ capti ab hoſtibus

ſtibus fiant ſeruꝰ: hoc ſtatuit in pœnam captiuorum: cum ſæpe tales aliter agere non poterant, q̃ ſe capi perm itterent. & afflicto non eſt addenda afflictio.

Contra ſeptimam probationem arguitur. Nullus poteſt licitè in ſeruitutem redigi ab alio, vel ſeipſum in ſeruitutem redigere: quia illa redactio eſſet cõtra diſpoſitionem iuris naturalis, quod diſponit debere eſſe vnam libertatem in omnibus, & nullum debere eſſe ſeruum alterius: vt patet per beatum Iſido. & habetur diſt. j. in decretis ex iure naturale.

Secundò ſic j. Cor. vij. dicit Paulus. Precio empti eſtis, nolite fieri ſeruꝰ hominum. igitur non licet alicui ſeipſum redigere in ſeruum.

Tertiò. Nemo eſt dominus membrorum ſuorum, vt dicitur in l. liber homo. ff. ad le. aquiliã. igitur multominus nec erit dominus perſonæ ſuæ. igitur nõ poterit quis q̃ ſuam perſonam vendere: qui enim vendit aliquid, eſt dominus illius rei: ſaltẽ ſi ſic tradit, q̃ traditionem debet ſequi traſlatio dñij: quia nemo plus iuris in alium transferre poteſt, q̃ ipſe habere noſcat. Confirmatur, nullus homo eſt iuris ſui, igitur nec ſe alteri tradere poteſt. Antecedens probatur. j. Cor. vj. Non eſtis veſtri: empti enim eſtis.

Quartò. Quia lege ciuili prohibetur liber homo vendi & ſtipulari: quia liber homo non eſt in cõmercio noſtro. Vnde in l. ſi in emptione. §. liberum. ff. de contrahen empt. dicitur. liberum hominem ſcientes emere non poſſumus, ergo non poteſt in cõmercium adduci. l. liber homo. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. de verbo. obliga. §. j.

Confirmatur: quia famuli noſtri non poſſunt ſe obligare perpetuò ad ſeruiendum ſm gl. in l. poſt certi. C. de lib. cã. & ratio eſt: quia huiuſmodi promiſſio ſapit naturam ſeruitutis. l. ſi. ff. de lib. ho. exhib. igitur multominus poterit liber homo verè ſe facere ſimpliciter ſeruum alterius. A. d. primum, dimiſſo modo ſoluendi iuriſtarum, quorum aliqui diſtinguunt ius naturale primeuum, & non primeuum. Alij dicunt, q̃ libertas quò ad eſſentiã ſuam (quæ in bono & æquo conſiſtit) non põt tolli per ius gentiũ, vel ciuile: nec ẽt ſeruitus tollit eam ut ſic: tñ bene põt tolli quò ad effectus eius extrinſecos & exercitium. Dicẽdum: vt vult Alex. de Ales in iij. parte innitendo dicto Aug. q̃ ius naturale non diſpoſuit, q̃ omnes deberent hãre vnam & eãm libertatem, niſi pro ſtatu innocentiæ, in quo nullus fuiſſet dñs alterius principaru diſpoſitione, nec aliquis fuiſſet ſeruus alterius ſeruitute diſpoſitiua: non autẽ pro ſtatu naturæ lapſæ, immo pro illo expedit aliquos redigi in ſeruitutẽ, & eſſe ſeruos alicuꝝ. & ſic non oportet diſtinguere duplex ius. f. naturale, quorum unum diſpoſuerit libertatẽ, aliud conſtituerit ſeruitutẽ: ſicut nec oportet ponere duplicẽ artem medicinalem: propter hoc, q̃ ars medicinalis concedit uinum ſano, & prohibet illud ægroto. Poſtq̃ igitur homo & humana natura in eo contenta peccauit, meruit ſubiici ſeruituti. & ſic quilibet hõ propagatus de cõi lege ab Adam diſpoſitus fuit, ut aliqñ poſſet in ſeruitutem redigi, & illa diſpoſitio ineſt ratione originalis culpæ: & aliqñ deducitur ad effectũ, qñ. f. ſequitur actuale peccatum poſt originale, quo modo illa diſpoſitio fuit ad effectum deducta in Chanaam filio Noe accedente peccato actuali patris ſui, & etiam proprio, quo imitabatur paternam iniquitatem. Vnde Aug. xix. de ci. Dei. c. xv. Deus ita hominẽ condidit, q̃ ipſum rationalem ſuũm ad imaginem ſuam, uoluit niſi irrationalibus dominari, non homi nem homini, ſed hominem pecori. conditio autẽ ſeruituris meritò intelligitur impoſita peccatori, proinde nuſquam ſcripturarum legimus ſeruum, anteqũ hoc vocabulo Noe filius peccatum filij uindicaret, nomẽ itaq; iſtud culpa meruit, non natura. & poſt quædam ſubdit Aug. prima ergo ſeruitutis cauſa eſt peccatũ: vt homo ſoi conditionis uinculo ſubderetur, quod non ſit niſi Deo iudicante, apud quem nõ eſt iniquitas, & nouit diuerſas pœnas diſtribuere meritis delinquentium. hæc ille. Dixi autem notanter, q̃ in ſtatu innocentiæ nullus fuiſſet dominus alterius principatu, nec dominio diſporicꝰ: quia loquendo de dominio naturali, adhuc unus homo fuiſſet dominus alterius: vt Adam filiorum ſuorum: vt patuit ſupra diſtinct. xxij. q. iiij. huius operis. Ad ſecundũ dicendum, q̃ Apoſtolus nõ vult dicere, q̃ non liceat cis ſe ſubiicere ſeruituti humanæ ſimpliciter: ſed adhortatur eos: vt ea quæ ſunt ſerui Dei, qui eos emit, non debent illã ſeruitutem dimittere propter ſeruitutẽ hoĩm: vt illi faciunt, qui potius uolunt diuina mandata violare & omittere debitum ſeruitium Dei. q̃ tranſgredi mãdatum, etiã iniquum ſui rẽporalis dñi. Oportet. n. plus obedire Deo creatori, q̃ hominibus: q̃tomagis Deo creatori ſimul & redemptori, propter. f. geminũ beneficium ab eo nobis impenſum. Ad tertiũ dicit qui dã iuriſta, q̃ talis uẽditio ſuſtinatur uirtute legis, quæ lex eſt domina membrorum humanorum. & ſic vult dicere, q̃ talis non poſſet ſe vendere: niſi accedente auctoritate legis auctorizantis. ſicut in ſimili aliquis non poteſt per pactum ſe obligare ad carcerem: quia non eſt dominus membrorum ſuorum: poteſt tamẽ obligari ex forma ſtatuti: quia edictum à republica, quæ eſt domina membrorum humanorum. Sed aliter dicendum, q̃ nemo eſt dominus membrorũ ſuorum ad abſcindendum ea & amputandum, aut deſtruendum ſine cauſa legitima: non autem ſic q̃ non poſſit ſe & membra ſua obligare ad aliquas honeſtas operas, aut ad uſum utilem & legitimum alicui impendendum: immo ex cauſa legitima etiam poteſt ea abſcindere: vt pater in caſu, quo niſi membrũ abſcinderetur, totum corpus periret. Vnde ſi homo nõ haberet ius ſuper ſe, vel ſuum corpus modo dicto: nõ inanis eſſet titulus in inſtituti, de his qui ſunt ſui in rẽ, cuiuſmodi ſunt liberi. Vñ & hoĩ dat Deus pãtem ſuper ſe & perſonam ſuã. prout dẽ Eccl. xv. Reliquit illum. f. hoĩem in manu conſilij ſui. & Sco. in iij. diſt. xxvj. q. j. in addiãdo quandã rõnem eiuſdã doctoris, qua uolebat probare, q̃ mutuã tranſlationem corporum, q̃ ſit in ꝑcto matrimoniali, cõgruum ſuit à Deo approbati, eo quòd corpora illa ſunt Dei, & ſic non deberent contrahentes ea ſic transferre ſine approbatione domini: dicit, q̃ licet homo ex creatione teneatur Deo in omnibus, quæ poteſt: tamen Deus non tãtum exigit ab homine, immo dimittit eum libertati ſuæ, ſolummodo ut ſeruet præcepta decalogi. Et idẽ dicit diſt. xv. q. j. quòd aliquis poteſt ſe in ſeruum vendere, licet de hoc non inueniatur ſpecialis approbatio diuina. hæc ille. Vnde non valet prima ſolutio:

quia supponit falsum, scilicet q̄ nisi auctoritas legis accessisset approbantis illam venditionem, non licuerat alicui sepium vēdere per se, vel per alium: immo ante legem imperialem, aut ciuilem licuisset. Nam si illud ante legem imperialem auctorizantem non licuisset, ergo ante eam aliqua alia lege prohibitū extitisset, puta diuina, naturali, vel canonica, & si sic, ergo per legem imperialem superuenientem non potuisset fuisse factum licitum. Nam lex imperialis non potest licitum reddere, quod lege diuina, naturali, vel canonica est illicitum. Nam leges non dedignantur sacros canones imitari: non ergo eos antefere presumunt, quanto minus legem diuinam, vel naturalem. Ad quartum dicendum, q̄ si alicui prohibitum est mercari liberum hominem hoc habet veritatē regulariter: non autem in casu vbi cōcurrunt prædictæ sex conditiones. Nam in illo casu admittitur cōmercium liberi hominis propter iustam ignorantiam emptoris, & propter tantam solēnitatem requisitam in tali commercio. Sed ut profundius expediatur punctus illius argumenti. Secundò dicendū per quatuor dicta. Primum est, liberum hominem non posse vendi, potest dupliciter intelligi. Primò sic, nō licet alicui eū vendere, immo peccat vendendo eum. Secundò sic, si quis eum vendat, non tenet venditio: sic q̄ sicut vendenti non datur actio: sic emptori nō datur actio ex empto. Si primo modo intelligatur (qui intellectus spectat ad theologum plus, q̄ secundus: quia est de materia peccati) tunc uel venditor ignorat eū esse liberum, puta credit eū esse seruum alicuius, licet eum sciat esse alienum: tunc non est ei illicitum eum vendere, si eo modo vendat, quo dictū est, venditionem rei alienæ debere fieri, ut sit licita, supra in q. lxx. Si autem scit eum esse liberum: tunc si simpliciter volentem vendit iterum, non peccat: quamuis vēditus non fiat seruus, nisi concurrentibus sex conditionibus supra tactis, patur igitur hoc primo sic: quia si peccaret: maximè contra venditum. sed hoc nō: quia volenti non fit iniuria: secundò: quia si sic, maximè quia esset prohibitum iure positiuo, sed hoc non: quia talia iura, quæ hoc videntur prohibere: solum uidentur disponere super invaliditate contractus: non autem super prohibitione contractus. vnde disponunt, quòd ex illo contractu non oritur obligatio ciuilis, quæ pariat actionem. vnde emptor non est obligatus venditori ciuiliter: nec etiam venditor emptori saltem scienti: sed non prohibent venditori venditionem. Confirmatur: quia non video, quare res aliena, etiam scita talis possit licitè vendi, & non homo alienus: non tm seruus, sed & liber: cum vtrobiq; sit idem modus iustificandi utrāq; venditionem. ideo enim venditio rei alienæ non redditur illicita: quia ille contractus venditionis non de se requirit, q̄ vendens absolutè velit illam rem apprehendendo cōtrectare & dare, vel etiam tradere alteri: sed solum sub disiunctione. s. q̄ aut velit eam tradere, aut esse obligatus emptori ad interesse. vt patuit supra q. lxx. Modò ille idem animus potest esse in vendente liberum hominem igitur eadem ratione excusabitur à peccato. Item etiam ius admittit, q̄ saltem stantibus sex conditionibus, aliquis patiat se venundari, & sic permittit, q̄ quis se per alium vendat: immo illum contractum validat sic, q̄ ibi oritur mutua obligatio, etsi ciuilis, ex qua hinc inde oriatur actio. Et ex hoc ēt pōt inferri, q̄ ius admittat: sic q̄ nō prohibeat, q̄ quis seipsum vendat. patet illa illatio: quia non vī rō diuersitatis: quis aliqui iuristæ dicant, primum posse fieri: non tñ secundū. sed non assignant rationem diuersitatis, saltē rationabilē & sufficientē: quod n. quis per alterū facit, perinde est, ac si per se fecisset. q̄uis uerū sit, q̄ possit fieri, q̄ ex primo concederetur actio & obligatio ciuilis, non ex secundo: quia hoc est merè positiui iuris. Si aūt hominē liberum inpitum, vel salē non consentientē, puta nesciū vendit: iterum non vī peccare sic. s. quin possit illud sine peccato facere: quia hoc pōt fieri eodem mō, quo quis alteri rem alienā ēt scienter & inuito, vel nescīente dño illius rei vendere pōt licitè: neq; iniuriatur illi libero ēt inuito: vt ex ibidē dictis in simili patet, nec ius positiuum prohibet: vt patuit. Secūdum dictum, si liberū hominē non posse vendi, intelligatur secundo modo, qui pertinet propriè ad iuristas: tunc breuiter absoluēdo illum modum distinguendū est: quia uel emptor scit hoiem illum esse liberum, aut ignorat. Si primū, verum est: imputet. n. sibi, quare emerit, nec pōt agere ad interesse, & hoc modo intelligendæ sunt leges, q̄ dicunt, liberum hoiem non posse vendi. uel non esse in commercio nrō. Si secundum, non est uerū: quia valet in præiudicium uendētis, & emptori competit actio ō venditoré ad interesse. Vnde in l. & liberi. ff. de ō̄ben. empt. dī: liberi hominis emptio intelligitur si ab ignorante ematur: quia difficile pōt, liber homo à seruo dinosci, vñ si uenditor sciat, siue ignoret eum esse liberum, non refert, quin teneatur emptori ignoranti ad interesse, & ad minus ad restitutionem precij: quamuis uerum sit, q̄ ille liber emptus, etiam ab ignorante non efficiatur seruus, nisi concurrentibus sex prædictis conditionibus. Vnde in l. liberi. ff. de contrahen. emp. dicitur sic. liberi hominis emptionē contrahi posse plerique existimarunt: si modo inter ignorantes fiat, quod idem placet, etiam si uenditor sciat, emptor autem ignoret, q̄ si emptor sciens liberum esse emerit, nulla emptio contrahitur. hæc ibi. & gl. dicit, multomagis non valet contractus, quando ambo sciuerint, hæc ibi. Et ex hoc etiam patet differentia in venditione rei alienæ, & liberi hominis, eo quòd venditio rei alienæ tenet etiam, si vterque sciuerit eam alienam: vt supra q. lxx. Tertium dictum, liberum hominem non posse stipulari, potest etiam dupliciter intelligi. Primò sic, ideſt non licet alicui eum stipulari. Secundò sic. si quis eum stipulatus fuerit: non tenet stipulatio, ita q̄ stipulanti non competit actio contra promittentem. Si primo modo: tunc aut promittēs ignorat eum esse liberum: dummodo tamen credat eum esse suum: tunc non peccat, siue promissio sit ad dādum, siue ad tradēdum: quia ignorantia facit eum excusari: sicut est in alia re aliena, quā quis promitteret alteri dare, vel tradere, & crederet esse suam. Si autem scit eum esse liberum, & per consequens scit eum non esse suum, & si ille liber nō est volens, tunc peccat: non distinguēdo, an sit promissio ad dādum, siue ad tradendū: nec potest sic excusari in stipulatione, sicut in nēditione: quia uendēti sufficit velle, uel tradere, uel satisfacere emptori de interesse.

esse: sed non sic est in stipulatione: quia promittens tenetur præcisè ad dandum, si dare promisit, vel ad tradendum, si tradere promisit: nec relenaretur per hoc, q̄ de interesse satisfacere vellet: quia non succedit ibi obligatio ad interesse: sicut in venditione. Si autem ille liber esset volens: tunc in nullo peccaret promittens, & hoc probatur ut prius. Quartum dictum si secundo modo intelligatur, distinguendum est: quia uel stipulator scit eum esse liberum: & tunc non tenet, etiam si fuerit stipulatus eū sibi tradi, non dari. & hoc non solum est verum, si liber est invitus, sed etiam si fuisset volens: quia quāuis tunc si est volens, teneret quo ad naturalem obligationem: non tamen quo ad ciuilem, quæ parit actionem ipsi stipulanti. Si autem stipulator nesciat eum esse liberum, tenet stipulatio: sic q̄ datur ei actio cōtra promittentem, quāti interest stipulātem esse deceptum. & hoc si sit stipulatus sibi tradi: quia liber homo tradi pōt: cum bona fide possit possideri: non tamen ut res tradita possit usucapi: sicut tamen res aliena alia à libero homine. quam quis stipulatur sibi tradi, potest usucapi, si eam nesciat alienam. Et dixi notanter, si est stipulatus eum tradi: quia si esset eum stipulatus sibi dari, non teneret: etiam si stipulator ignoret eum esse liberum. Et idem dic si simpliciter est cū stipulatus: quia intelligitur stipulatus esse eum sibi dari. Ad confirmationem dicendum, q̄ non vī, cur liber homo nō possit se obligare ad perpetuò famulandum alicui, uel locare perpetuò operas suas alicui, sicut potest & ad tēpus, loquēdo de posse primo modo, ideſt quòd liceat sibi, sic se obligare: si enim liber est, facultatem habet facere quicquid libet, nisi ui aut iure prohibeatur: vt patet ex diffinitione libertatis, modò illud non prohibetur iure diuino, vel naturali, vt patet, nec etiam iure humano. Nam humana iura, quæ uidentur ad oppositum, non est necesse intelligi, nisi secundo modo. vel si intelligantur etiam primo modo: tunc intelligenda sunt ipso libero existente inuito & inuoluntario simpliciter, absolutè, vel ex cōditione: vt si creditor vellet debitorem suum, postquàm non soluisset eum, in termino astringere propria auctoritate ad sibi seruiendum pro debito: cum debitor sit inuoluntarius absolutè, vel ex conditione: quo modo videtur loqui lex ob æs alienum, C. de actioni. &̄obliga. vbi dicitur sic. Ob æs alienum seruire liberos creditoribus iura compelli non patiuntur. Secus si intelligatur primo modo de illo, qui simpliciter volens & sua sponte se obligat, ex aliqua rationabili causa: vt ex deuotione ad aliquem locum pium, aut etiam ex aliqua causa vtili reipublicæ, vel etiam sibi ipsi & familiæ suæ, non video contra quem delinquerer. Et ad gl. dicendum, quòd in disputationibus non sunt allegandæ gl. nec doct. vt vult etiam quædam glo. in l. sed licet. ff. de officio præsidis. multæ enim glo. sunt reprobatæ. Vnde etiam alia glo. contrarium tenet in Liij. ff. de vsufruct. & in l. cum antiquitas. C. eodem, quæ videtur verior, saltem primo modo intelligendo, quicquid sit de secundo modo: quia ille secundus modus non spectat ad theologos & forum conscientiæ & peccati. Nec est verum, q̄ non possit quis se subiicere seruituti, vel speciei seruitutis ex pacto: capiendo posse primo modo: immo primo modo loquendo potest se totaliter seruum facere, vt dixi. Vnde notandum, q̄ multa disponuntur in legibus, in quibus dicitur hoc vel hoc non posse fieri: quæ tamē non disponūt nisi super invaliditate illius factū: sed nō propter hoc prohibent illud factum, immo, quod plus est, ecōtra nonnulla prohibentur in iure humano, quæ tamen facta tenent, licet fieri non debuerint. Vnde etiā ius disponit redemptum ab hostibus seruire suo redemptori, si non habet precium: vt dicetur infra. Et confirmatur: quia si non liceret alicui perpetuò locare operas, vel se obligare ad seruiendum perpetuò alicui, vel famulandum: tunc peccarent doct. in nostre vniuersitate, qui se perpetuò conduci uolunt, illi vniuersitati obligantes se ad legendum: nec ad aliam vniuersitatem transituros. & econtra vniuersitas se obligat eis ad perpetuò dandum eis stipendium, & non solum uidentur hoc posse facere: sed etiam q̄ illa obligatio tenet ex utraq; parte ciuiliter: sicut satis docerent rei exitus, si, uel conductus abire vellet, vel si sibi vniuersitas satisfacere nollet de stipendio.

Prima conclusio. aliquis licitè potest in persona sua intransitiuè capta constituere alteri teditum alicuius rei vtilis, probatur quinque rationibus. Primo: quia si non maximè quia nō posset obligare se: prout dicebat prima opinio, consequens autem est iam improbatum. Secunda ratio: quia prima opinio admittit, q̄ quis possit licitè constituere redditum in re aliqua, eo q̄ tunc res est obligata non persona. Modo hoc est falsum: quia quamuis res sit ibi obligata, non tamen sic q̄ nullo modo etiam sit persona obligata: quia ille, cui constituitur redditus in re, etiam pōt impetere in iudicio ipsam constitutentem super solutione illius redditus, quod non posset, si in nullo esset persona sua sibi obligata. Vnde si libertas & inobligabilitas obstaret constitutioni redditus in persona, etiam obstaret constitutioni redditus in re. Tertia ratio: quia aliquis potest personam suam alteri homini, ecclesiæ, uel monasterio obligare ad laborandum laboribus natis importare vtilitates & commoditates: vt sunt arare, seminare agros, fodere vineas, & huiusmodi, sicut & potest voto se ad illuc peregrinandum obligare. Modo hoc posito talis constituit redditum rei vtilis in persona sua: quia illa obligatio non est sine iure, quod habet: ille, cui fit obligatio: si enim sum tibi obligatus ad illos labores, tu habes ius exigendi à me illos labores, & percipiendi utilitates natas prouenire ex illis laboribus. modo illud ius est redditus. igitur. Quarta: quia licitum est alicui se facere seruum alterius, etiam seruitute dispotica in casibus expressis in prima conclusione. Modo hoc faciendo constituit in persona suæ redditum alicuius rei utilis illi, cui se facit seruū: quia constituit & vult illum dominum habere ius exigendi ab eo labores fructiferos, & per consequens fructus seu res vtiles humano usui. Quinta. licitum fuit fidelibus constituere clericis decimas personales, aliis ecclesiis non imposuisset eis illas. Modo decimæ personales sunt redditus constituti in personas fidelium, ita quòd ubi personales decimæ sunt in præcepto & de consuetudine tenentur ipsi fideles eas soluere: licet non habeant prædia, aut huiusmodi res, puta solo artificio, vel negociatione acquirunt temporalia. sic

etiam. Nec x. fideles constituerũt redditum ab vnum tertiæ partis sicli pro necessitatibus, & hoc super ipsos, vt ibi patet.

Secunda cõclusio, aliquis licitè potest in persona sua transitiuè capta constituere alteri redditum alicuius rei vtilis, probatur. Nam licitum est alicui habere seruum & seruitute dispotica. Modo illum habendo hõrio, eo, redditum rei vtilis: vt patet ex præcedenti conclusione, & ille seruus est persona sua trãsirinè loquendo, & põt illud ius, quod ipse hẽtin eo transferre in alterũ graus, vel pro precio, vel alio ℈tu nõ gratuito, sicut & illi personã posset totaliter alteri vẽdere, vel donare, igitur tunc constituere licitè alteri reddi tum rei vtilis in illa persona sua. Secundò: pater suũ filiumfamilias, qui ẽt est persona patris transitiuè capta; põt alteri obligare ad laborandum ei in vinea, & alias operas vtiles exercere ad aliquantum tps. modo hoc faciendo constituit illi alteri ius percipiendi res vtiles illius. Idem videns in dño habente aliquem famulum, quẽ põt alteri locare, vel cõmodare ad tps: vt eius operas percipiat, & sic habebit ius percipiendi res vtiles ab illo: sicut si sibi locasset, vel cõmodasset equum, vel huiusmodi. Ad motivum primi modi dicendum, ℭ illud capitulum loquitur de obligatione pignoratitia, quæ apud iuristas solet appropriato vocabulo vocari obligatio, & de recipiente illam obligationẽ in persona. Vnde non est licitum alicui creditori in pignus recipere liberum hominem pro debito, ita ℭ ipe pignoris constituatur in illo homine: sicut nec pro debito debet quis regulariter loquendo incarcerari: si habet in bonis, vnde possit solvere: sed debet executio fieri in bonis primò mobilibus, deinde in immobilibus. Vnde si quis de facto liberum hominem recipieret in pignus, perderet debitum & aliã tantã quantitatem teneretur solvere, ac ẽt relegatus: vt in Aut. vt nulli iudi. in §. quia non autẽ loquitur de quacunq; obligatione, seu alia obligatione à pignoratitia. Et etiam non loquitur de constituente talẽ obligationẽ in persona, sed de recipiente. & ita quicquid sit de recipiente eum in pignus; tñ nihil hẽ de constituente talem: puta se vel alium eo volẽte in pignus, de quo nos loquimur. Et non solũ non loquitur de quacunq; obligatione, immo ẽt quãuis loquatur de obligatione pignoratitia; tñ fallit aliquis, quia potest in casu liber homo obligari pro pignore, vel saltem quasi. Nã captus ab hostibus, si redimitur, cogitur per quinquennium seruire redemptori, aut precium soluere, & interim tanq; pro pignore detinetur, & interim relegari potest. Secundò: quia ut supra patuit; pater in casu potest filiũ vendere. igitur multo magis pignori obligare. Item quãuis de hoc an liber homo possit ex pacto se obligare creditori ad carcerẽ: si nõ soluerit eũ in termino; sint varia dicta hinc inde. per iuristas: tñ non video, quin loquẽdo de posse primo modo, i. de licite posse, possit sic se aliquis obligare: dummodo carcer non sit mortiferus, vel damnosus vitæ eius, ita ℭ non indiscrete possit censeri agere vel irrationabiliter ℨ congruam dispositionẽ suæ uitæ, alias enim esset ℨ bonos mores, & dummodo ad hãc obligationem inducatur aliqua necessitate iusta, ita ℭ aliis ipse non posset obtinere à creditore mutuum, vel aliam rem, qua multum indigeret, ita ℭ non posset ea carere sine maiori incommodo, quàm esset esse in carcere, & dummodo seruet proportionabiliter illas conditiones, quas perẽs mutuum debet seruare in obligando se ad vsuras, ne occasionem peccati det mutuatori, de quibus supra q. xlvij. Illis igitur statibus non video quare peccaret. Nonne potest quis renunciare fauori pro se introducto: sicut & mutuatarius, qui deberet gratis mutuari, potest obligare se ad vsuras, necessitate hoc poscente, quamuis ipsum creditorem staret graviter peccare, recipiendo ab eo illam obligationem, eo ℭ non licet sibi aliquẽ auctoritate priuata capere, & ad priuatum carcerem ponere, quem iura multum detestantur. immo etiam per officiales eum capere non posset uirtute prædicti pacti etiam ad publicum carcerem ponendo: quia pactes non possunt facere, ℭ ordo iudiciarius & solemnitas nõ seruetur in his, quæ fieri debent judicialiter: vt est in publicum carcerẽ incarceratio, vel detrusio. Modo dicitur non potest ordo iudiciarius seruari, incipiendo ab executione: sicut non valet conuentio debitoris, ℭ si in termino non soluerit, possit excommunicari non præcedente citatione & contumacia. Et huius simile potest dari, scilicet ℭ obligans nõ peccet: vbi tamen recipiens peccat: quia mutuũ recipiens sub usuris, soluendo usuras non peccare: vbi tñ mutuans sub vsuris peccat, & stat inuasum à latronibus pollicentem eis grauia sibi non peccare: licet latrones exigentes peccent: non enim cooperari censendus est alteri ad peccatum, prout patuit q. xlvij. An autem non possit quis prædictum pactum facere, loquẽdo de posse secũdo modo: sic ℭ ille, qui promisit obligetur: nõ tñ naturaliter, sed ẽt ciuiliter ad seruandum illud, & ℭ creditori competat actio contra debitorem ex tali pacto, nõ ad nostrum forũ pertinet, nisi forte pro quanto infra dicemus constituentẽ redditum in persona etiam obligari ciuiliter ei, cui eum constituit. Vnde non latet apud iuristas inuenti, non modo loquendo de posse primo modo: sed ẽt secundo modo, ℭ si scriptor promisit stare in certo loco & scribere librum, ℭ valet pactum, ℭ possit in compedibus teneri, & ℭ hoc fiat iure permittente, & sic illa promissio non solũ potest fieri, capiendo posse primo modo: sed etiam secundo modo. Item licitum est alicui se vel alium consentientem obsidẽ dare alteri: immo etiam alteri licitum est illum recipere in obsidem: saltẽ quatenus seruetur pax inita, quicquid sit, an pro debito pecuniario possit quis recipere obsidem. Vnde beatus Grego. mandauit quibusdam ducibus, ut reciperet obsides à Senensibus ad seruandum promissa: vt patet in c. suppliciter. xxiij. q. viij. modo qui obses est alterius, est in persona obligatus alteri. Nec curo, an in illo obside constituatur propriè loquendo ius pignoris, sufficit enim ℭ ibi cõstituatur ius cum aliqualiter detentandi, & obligatio personalis in illo ad manendum in obstagio donec fiat, quod conuentum est, quomodo Ioas rex Israel recepit obsides filios nobilium in Iuda, ne rebellare possent. iiij. Reg. xiiij. & ij. Paral. xxv. sic Antiochus illustris fuerat obses Romæ pro patre suo j. Mach. j. & dato quòd aliquæ leges viderentur hoc non admittere tamen dici potest, quòd non uolunt, quòd liceat alicui libero se, vel alium liberum consentien-

tem obsidem dare: sed ℭ recipienti non liceat talem liberum sic recipere, præsertim tanquam pignus, vel saltem quòd talis receptio si citam licita sit, non est valida: sic ℭ etiam sit ciuilis obligatio, ex qua oriatur actio, quicquid sit de obligatione naturali: immo ius ciuile met disponit de obsidibus dandis ipsis Romanis ab hostibus suis, & econtra etiam propriissimè captis, quorum datio mutat aliqualiter eorum statum: & tendit ad naturam seruitutis: adeo quòd restari non possunt tempore, quo sunt in obstagio, nisi de licentia principis.

Tertia conclusio. Communitati, vel vniuersitati hominum etiam licitum est in se, seu in persona sua intransitiuè & transitiuè capta constituere alteri redditum rei vtilis. Et etiã aliter hoc potest, quàm possit persona singularis. Prima pars probatur tripliciter. Primò: quia personæ singulari licitum est, igitur etiam communitati. tenet consequentia: quia non videtur maior ratio de vno quàm de alio. Secundò sic: nam communitas non est nisi singulæ singulares personæ, vel multæ ex eis representantes reliquas, ige rẽtesq; vices reliquarum singularium personarum, quæ potestatem suam transtulerunt in illas, quæ vocantur communitas. Et intelligitur de communitate, siue sit ecclesiastica, siue prophana, & de ecclesiastica siue sit secularis: vt collegium canonicorum secolarium, vel doctorum vniuersalis studij, siue monasterialis: vt monacorum, communitas: & prophana, siue sit communitas regni, siue ciuitatis, siue villæ, & huiusmodi. Tertiò sic rationes probantes hoc licere singulari, eque probant hoc de communitate, tam respectu personarum communitatis intransitiuè, q̃ transitiuè captarum: sicut enim hæc singularis persona, scilicet A. potest ex suis laboribus personalibus sine prædiis ultra omnes expensas sibi & suis necessarias residuare tantam mensuram rerũ utilium annuatim, & ius percipiendi illam mensuram assignare ipsi B. ita omnes de illa communitate, de qua est A. possunt similiter residuare, & per consequens assignare illud ius percipiendi ipsi B. Secunda pars probatur: quia in persona singulari nõ potest constitui reddit⁹ perpetuus: vt hic loquimur de perpetuitate, quæ scilicet deriuatur ad posteros vsq; in finem mundi, vel nata est sic derivari: quia nec ipsa persona singularis est sic perpetuò nata subsistere & fructificare, seu utilitates importare. Sed in cõmunitate põt constitui redditus perpetuus, sicut & in prædiis: quia sicut prædia nata sunt durare & fructus importare perpetuò: sic etiam debilis est cõmunitas & vniuersitas hominum, quæ sic nata est perpetuò durare: & si non ẽm personas easdem in numero perpetuò manentes in illa: tñ ẽm personas sibi continuè succedentes in illa, quo modo dicimus, aquas durare in perpetuum: licet non ẽm easdem partes aquæ in numero manentes: in eo tñ sibi succedentes in eodem alueo, immo nec prædia, quæ sunt immobilia, manent continuè eadem numero simpliciter, sic ℭ perpetuò retineant easdem partes in numero: quia ibi sit quasi continua corruptio & generatio in eorum partibus. Nec obstat ℭ aliqñ contingit, tales cõitates destrui. puta: quia terra illa subuertitur cum habitatoribus: vt in Pentapoli contingit, aut omnino depauperari,

QVAESTIO. LXXV.

Vtrum constitutio redditus percipiẽdi de re, vel persona constituentis depraue tur per hoc, ℭ ille redditus est pecuniarius, & non reddi tus fructuarius, seu rei utilis: vt res vtilis, seu fructus distinguitur à pecunia. Conclusio est, ℭ non depraue tur per hoc probatur septempliciter. Primò sic: quia si per hoc depraue tur: maximè quia illa res, vel persona, in qua constituitur, nõ est nata importa te pecuniam percipiẽdam ut ager, vinea, hortus, pratum, & huiõi, quæ important tñ fructus, non aũt pecuniam, & sibi persona non importat, nisi labores & operas, nõ aũt pecuniã. Natura n. vt ager nõ est principiũ rerum artificialium, de quarum numero est pecunia, sed ars. Sed assumptum est falsum: quia tã res, q̃ persona hominis nata est importare pecuniã: quia nata est importare fructus, seu res vtiles: vt res vtilis, vel fructus distinguitur à pecunia. igitur ẽt pecuniã. tenet consequentia: quia pecunia adeo æquialet fructibus, ℭ cõster & quasi semper, statim uno habito, possit alterũ haberi: & ẽt adeo, ℭ vnũ sortitur nomẽ alterius. Nam ois res vtilis põt aliquo modo vocari pecunia, & econtra. primum patet per Aug. & hẽ j. q. iij. in c. totũ, vbi dicit. Totum quicquid homines hãt in terra, quorum dñi sunt: pecunia vocatur. secundũ probatur: quia vẽdito & emptio nõ fiũt nisi pro pecunia: & tñ contractus, quo aliquid cõmutatur pro fructu, vel re vili, dr aliq̃ emptio & venditio: vt cũ quis spirituale dat pro fructu, vel re vili, dr vẽdidisse spuale, & alius dr emisse: quia uterq; committit simoniã, & simonia est emptio vel venditio, rei spiritualis pro rẽporali. Modo de æqualibus ibi idẽ iudiciũ. Secundò sic: quia ẽm aduersarios, si redditus est fructuarius, eius constitutio non depraue tur rõne illius redditus. Pono igitur, ℭ constitutione illius facta dicat A. constituens ad B. cui constituit, paratus sum semper fructus reddituales constitutos colligere & distrahere pro precio, & tibi loco eorum dare pecuniã tantam, quantam valet fructus. vel econtra. B. ad A. constituentem dicat. magis vellem semper decẽtero pro illis redditualibus hãe pecuniam æquivalentem: cur nõ posset A. qui prius in rebus ipsi B. assignauerat ius percipiendi fructus, loco illius iuris sibi assignare ius pecuniam percipiendi à se, & ipse A. retraheret ad se ius percipiendi illos fructus. & sic faceret cum B. quasi & implicitè contractũ permutationis. ergo ẽt à principio sibi licuit assignare ei redditum pecuniarũ ℨtu permutationis. ergo ẽt à principio sibi licuit assignare ei redditum pecuniarium. Tertiò sic. Res vt distinguitur ℨ personam, etiã non est nata fructificare, nisi accedente industria hominis saltem vt in plurimum: vt patet in agris, vineis, adeo ℭ multi fructus prædiales, secundũ iuristas vocantur non naturales: sed industriales, quasi natura eos

non producat, sed industria, quod verum est sic, ꝙ ibi industria multum operatur, & sine ea natura valde parum proficeret, sicut sunt blada, quæ per culturam generantur: sed fructus arborum: vt poma, & huiusmodi dicuntur naturales fructus. & generaliter illa, quæ ex granis decidentibus nec renascuntur. vnde & tales res, quæ sine cultura nascuntur, vocat scriptura sacra vetustas. res, quæ sponte nascuntur de humo: vt patet Leuit. xxv. & iiij. Reg. xix. & Esa. xxxvij. Igitur si licitum est alteri constituere redditum fructuarium non obstante, ꝙ illi fructus ex industria hominis tanquam ex causa partiali processerunt: cur non posset quis eidem constituere redditum pecuniæ, quam homo etiam ex industria procurauit, vel procurare potest de fructibus. Quarto sic. Domus non fructificat, nisi mediante industria hominis vtentis domo: vt si habeo domum aptam ad exercendum in ea mercationes, eo quòd est bene situata ad forū, & loco tibi eam annuatim pro x flor. dicitur, ꝙ illi x. flor. sunt fructus, quos importat domus tibi, cui loco, eo quòd ob eius congruum situm potes multipliciter exercere negociationes: & sic lucrari multa. & etiam illi dicuntur fructus, quos domus mihi importat: & tamen constat, quòd si in æternum staret ibi, nihil importaret, si non locarem eam alicui, neq; etiam tibi quid importaret, nisi ea vteretis. vnde se habet quasi purè passiuè, & solum vt causa, sine qua non, in sua fructificatione & industria videtur esse quasi tota causa actiua illius utilitatis, quæ prouenit ex domo. Vnde etiam domus non est natura, sed res artificialis, quo non plus germinat, quàm pecunia, quæ etiā est res artificialis. Modo secundum aduersarios licitum est in domo constituere redditum: quia ille redditus est fructuarius. cur ergo nō liceret in re vel persona constituere redditum pecuniarium, vbi illæ pecuniæ, vel res reddituales non naturaliter, sed industrialiter producuntur, vel acquiruntur. Nam sicut se habet homo ad domum accedente nec concurrente industria. ita se habet homo ad mercem & pecuniam mercatinam, nec ad seipsum habentem illam concurrente industria. Et per consequens sicut domus non nisi accedente industria hominis ea vtentis, profert homini vtilitatem & commoditatem: & nihilominus super ea, vel in ea potest constrai alteri ius, vel redditus, vel ius percipiendi illas vtilitates. ita etiam persona hominis & vxor, & pecunia mercatoris simul accepta: licet non proferant homini vtilitatem, scilicet lucrum nisi mediante industria tamen nihilominus deberet ipse mercator posse in persona sua habente illa, scilicet prædictam industriā, & mercem, ac pecuniam mercatinā, qua potest quid lucrari, constituere alteri redditum, solendo illum alium habere ius in parte illius lucri prouenibilis de operis & industria personæ suæ. Præterea, quòd pecunia possit aliquo modo dici fructificativa, posset deduci ex illo fundamento, quo ponitur modus faluandi cō tractum societatis in pecunia, vbi vnus tantum ponit pecuniam, alter tantum operam: vbi ponens pecuniam dicitur virtualiter ipsi ponenti operam pro refusione operarum: & in recompensam earum ei communicare interfurium pecuniæ suæ: quod non est nisi ipsa commoditas pecuniæ in quo modo prenditur, quòd pecunia est importatiua cuiusdam fructus. De hoc tactum fuit aliquid supra q. xxxiij. in examine secundæ rationis, & amplius dicetur infra tractatu sexto. Quintò sic. Si propter hoc ꝙ agere non fructificat, vel germinat pecuniam: sed tantum bladum: & huiusmodi. Ideo super ipso non posset cōstrui redditus pecuniarius: sed solum fructuarius: tunc super domo etiam non posset pecuniarius redditus constitui: quia etiam domus non germinat pecuniam, consequens autem est falsum: quia tunc etiā non posset inde recipi pecunia pro locatione. Immo nec fructuarius redditus posset ibi cōstitui: quia etiam non germinat fructum, cum sit res artificialis. Et simili modo posset argui, quòd non posset quis redditum tritici constituere super agro. ad vitam alterius, vel perpetuò: si in illo agro non esset quis per illud tempus, vel perpetuò seminaturus, nisi filiginē, vel legumina, vel saltem si non esset omni anno ibi seminaturus triticum: sed aliquando aliud genus, consequens est inconueniens, & manifestè oppositū dicere ur à quolibet: eo quòd ager, super quo constituit redditus tritici, non omni anno seminatur tritico, vel importat triticum: quoniam aliquo anno quieuerit ab omni frumento: sicut etiam secundum veterem legem semper septimo anno debebat quilibet ager vel vinea quiescere à cultura. Item etiam non omni anno, quo colitur & seminatur, seminatur modo genere, sed diuersis. Sextò sic. Decima personalis, ad quam negociator tenetur in loco, vbi decimæ personales sunt in præcepto & consuetudine, est redditus pecuniarius: & tamen illius decimæ constitutio est licita. igitur. Maior probatur: quia ecclesia habet ius percipiendi ab illo negociatore decimam partem lucri, quod sibi ex negociatione prouenit. modo illud lucrum est pecunia. igitur ecclesia habet ius percipiendi pecuniam ab illo, & per consequens redditum pecuniarium. Minor probatur: quia si illius constitutio non esset licita: tunc talis negociator non teneretur ad eam: nec ecclesia licitè ei imposuisset, quod utrumq; est falsum, & contra dispositionem iuris canonici vt patet de decimis in c. ad apostolice. & c. non est. & c. ex transmissa. Et eodem modo posset argui de procuratione. Et confirmatur. Nā Nec. x. fideles cōstituerunt etiam super pecoris suis redditum annuum ad templi necessitates, scilicet tertiam partem sicli, & hoc licitè fecerunt, vt ibidem patet: & tamen ille redditus sunt pecuniarius. igitur. Secundō sic. Pecunia secundum aliquos non est nisi ipsum metallum monetatum, scilicet aurum, vel argentum, in quod figura monetalis impressa ipsi metallo non est quid distinctum à metallo figurato, secundum alios autem est quid distinctum ab eo. Si detur primum: tunc arguitur sic. Si A. constituit ipsi B. redditum percipiendi annuatim ab eo duas marcas argenti non monetati, puta quia A. habet terram & montana, in quibus sunt argenti fodinæ, & huiusmodi, ex quibus ipse solet multa colligere: tunc ille redditus est licitus: quia est fructuarius: sicut & si constituisset ei redditum percipiendi fenum ex pratis suis, vel poma ex arboribus: fructuarium autem non condemnat aduersarius. igitur etiā si constituat sibi redditum percipiendi annuatim tantundem in pecunia argentea,

argentea, etiam erit licitus. Tenet cōsequentia: quia illæ duæ marcæ argenti nihil nouæ acquirunt per hoc, ꝙ monetantur. ideo si ius eas percipiendi est licitè constitutum: tunc etiam ius eas percipiendi monetatas erit licitum. Si autem illa monetatio aliquid superaddit, vt alij dicunt (vt veritas est) tamen illa figura, quam superaddit, non est tale quid, quod possit ob hoc facere illicitam constitutionem prædictam: immo potius magis licitam: quia per hoc quòd monetantur illæ duæ marcæ: tunc insigniuntur testimonio principis attestantis, quòd illud argentum est verum argentum in substantia, & quòd est tantundem in quantitate, & sic de aliis.

QVAESTIO. LXXVI.

Vtrum ad hoc, ꝙ cōstitutio redditus sive fructuarij, sive pecuniarij non depraue tur per circumstantiam, quomodo, sic ꝙ constituens scilicet A. non peccet in modo constituendi eum alteri scilicet B. requiruntur sequentes quatuor modi. Primus, quòd non fiat illa constitutio pro precio, seu pecunia: sic ꝙ illa constitutio sit vendrio, & præsertim quando redditus est pecuniarius. Immo oportet, ꝙ fiat contractu gratuito, sic ꝙ redditus saltem pecuniarius gratis transferatur de A. in B. Et ꝙ sic transferatur per venditionem, reddatur ista constitutio, seu translatio ipsi constituenti illicita. Secundus, ꝙ etiā si fiat licitè pro precio: ꝙ tamen non fiat cum pacto redimendi, quod pactum ex parte venditoris vocatur facultas redimendi, ita ꝙ requiratur, ꝙ A. non reseruet sibi potestatem redimendi illum redditum, quod pactum aliàs vocatur ex parte B. ementis pactum, vel obligatio seruandi, & etiam reuendendi ipsi A. ita ꝙ si fieret venditio cum illo pacto, constitutio esset illicita. Tertius, etiam si fiat sine pacto redimendi, ꝙ A. ob hoc, ꝙ non reseruat sibi illā facultatem redimendi, nō vendat eum carius ipsi B. quàm si sibi reseruasset illam facultatem redimendi, ita ꝙ si carius venderet, constitutio illa esset illicita. Quartus, ꝙ non fiat cum pacto adiectionis pœnæ: sic ꝙ peccet, si obliget se ipsi B. ad pœnam, si non soluerit sibi redditum in termino præfixo. Respondendum est per quatuor conclusiones.

Prima conclusio. Primus modus non requiritur, prolatus duplicitèr. Primò sic. Magis videretur talis modus requiri ex parte B. in recipiendo illum redditum, scilicet, ꝙ non reciperet eum pro precio, scilicet emendo, & præsertim quando redditus est pecuniarius, quàm ꝙ ille modus requiratur ex parte A. & tamen hoc non requiritur ex parte B. igitur minus requiritur hoc in A. Maior probatur: quia si aliquis actus non gratuitus ex parte ipsius A. vel B. esset illicitus, hoc esset quia esset ibi mutuatio vsuraria, ex quo damnaretur redditus pecuniarios emptos, vel venditos, ideo eos damnabant quia (vt dicebant) ille, qui emit, dando pecuniam per modum & nomine precij pro redditu, à parte rei verè mutuauit illam pecuniam ei, qui sibi constituit redditum, sine fructuarium, sine pecuniarium, & ab eodem, sibi recipere annuatim certam pecuniam, vel fructum, etiam tanto tempore, ꝙ illa pecunia, vel fructus annuatim recipiendi crescent ultra sortem. immo aliquando etiā recipiet sortem præter fructus medio tempore percep tos: vt quando fuit redimibilis redditus, & sic ponebant ex parte recipientis redditum esse mutuationem vsurariam, & ꝙ constituens, vel vendens redditum sub nomine venditionis, recipiendo precium nihil faceret in re, nisi ꝙ reciperet mutuum sub vsuris, & solueret vsuras: quod tamen non est indistinctè malum: vt patuit q. xlvij. igitur. Maior est verum minor patebit in q. lxxix. Et ideo cum ibidem habebimus probatum, ꝙ B. emens talem redditum ab A. constituente eum sibi, non committit mutuationem vsurariam, nec alio genere peccati propter hoc, ꝙ emit, vel pro pecunia recipit talem redditum, habebimus etiam probatum, ꝙ constituens dando eum pro precio, vel vendendo eum non peccat. Secundò sic. Ille redditus si est fructuarius, est res temporalis seu prophana æstimabilis precio: & fiat, ꝙ A. constituat in re sua, cuius rei sit dominus in re plenarie: sic ꝙ non est ei translatio intendita in bona suis rerum si simpliciter ea alienare vellet. Tunc arguitur sic. Ipse A. potest illum redditum constituere ipsi B. quia supra probatum est q. lxxij. quòd constitutio translatiua redditus est ex suo genere licita. Modo omnis constitutio translatiua, aut est gratuita, aut non gratuita. & constat, quòd potest eum gratis transferre in alium. igitur potest eum in aliū transferre pro precio, & sic vendere. tenet consequentia: quia nihil videtur sibi obstare. Nō enim obstat spiritualitas illius redditus, quasi sit donabilis, non autem vendibilis. sicut est in spiritualibus, vel eis annexis: quia hic supponitur, quòd sit res pure prophana, nec temporalis. Et confirmatur consequentia: quia si negetur illa cōsequentia: tunc eadem ratione, idem A. non posset res suas, in quibus illum redditum constituit, transferre in alterum, quo ad plenum dominium & totale pro precio: quia hoc plus est, quàm transferre solum redditum, in illis constitutum: quia redditus ille continetur virtualiter in dominio: sicut vsufructus cōtinetur in proprietate, vel dominio virtualiter & canaliter. Et si in fructuario, reddita sic est, ergo etiā in pecuniario. tenet consequentia: quia nam pari passu ambulant: vt probani in præcedenti quæstione, ita quòd ubi unus cōstitui potest, ibi & reliquus, quia unus alteri æquatur, ita quòd potens se obligare ad unum dandum, potest in bonum suum, nec alterius per implicitam permutationem illum sibi reseruare, & loco illius ei alium assignare. Tertiò sic. quia redditus durans tantum ad certum tempus, vel etiam ad incertum tempus. scilicet ad vitam hominis, est redditus: & tamen talis (etiam de quo minus videretur) potest commutari pro pecunia, vel vendi, igitur multo magis alius redditus puta perpetuus, vel alius, de quo magis videtur. Minor probatur: quia talis redditus etiam si est ecclesiasticus, idest pertinens ad ecclesiam, potest pro pecunia commutari à prælato, etiam sine solennitate canonica: vt patet in Clem. j. de re. eccle. non alie. & tamen minus de illo videtur. Primò: quia est ecclesiasticus, & sic est annexus spiritualibus. Secundò: quia bona ecclesiæ non debent alienari sine certa solennitate. Et de hoc latius infra q. lxxx). Et si arguas. Nemo potest aliquid

trans-

transferrein alium: nisi ipse præhabeat illud: sed cõstituens alteri redditum non præhabet eum, alias nõ constitueret eum: igitur. Dicendum quòd quicunq; habet dominium directum, & proprietatem alicuius rei. ita quòd nondum abdicauit à se ius utendi & fruendi illa, dando, scilicet illud alteri habet virtualiter redditum, eo quòd in tali dominio includitur redditus: sicut vsus formalis virtualiter continetur in causali. Vnde etiam habens causalem vsum rei nõ habet formalem vsum eius, nisi virtualiter: & tamen transfert formalem vsum in alium. sic sol transfert calorem in hæc inferiora, nec habet eum nisi virtualiter. Et si iterum arguas. ergo venditor non transfert idem in individuo in ementem, quod ipse præhabuit, aliàs cum redditus sit quoddam accidens, iã accidens migraret de subiecto in subiectum. Respõdetur: non oportet, quòd venditor idem in individuo transferat in ementem, quod ipse præhabuit: maximè in incorporalibus, cuiusmodi sunt iura. Vnde sufficit, quòd idem in specie, immo etiam in rebus corporalibus hoc sufficit. Nam quamuis res ipsa corporalis eadem in individuo, quæ fuit venditoris, efficiatur emptoris: tamen non illud idem dominiũ in individuo, quod præhabuit vẽditor in rem illam transit in ementem: sed solum idem in specie. & hoc sufficit. sicut ignis dicitur suum calorem transferre in aquam: non nisi in identitate specinoca. Nec tamen potest venditor reddit⁹ facere, q̃ illa relatio, quæ dicitur redditus, scilicet ius in re alterius ipsi emptori: nisi accedente consensu utriusq;. Nam etiam in rebus corporalibus hoc fit, q̃ illæ non transeunt in dominium alterius, nisi illo alio consentiente.

Secunda conclusio. Secundus modus etiam non requiritur, ita q̃ constitutio etiam si fiat cum pacto, non ob hoc depranatur probatur: quia talis modus magis videretur requiri ex parte ementis eum, quàm ex parte vendentis: & tamen non requiritur ex parte ementis. igitur nec ex parte vendentis. Maior probatur: quia illi, quibus illud pactum videretur illicitum, hoc ideo dicerent: quia crederent, q̃ ipse B. solvendo pretium ipsi A. pro redditu nomine emptionis, in re non emit: sed q̃ mutuet illud pretium ipsi A. expectando ab eodem A. recipere annuam pensionem redditualem tanto tempore, donec A. sibi soluat sortem. Modo si etiam esset ibi mutuum ex parte B. ementis redditum, illud pactum non esset illicitum, vel saltem esset minus illicitum ex parte A. constituentis redditum, seu mutuum recipientis: quia etiam accipiens mutuum ab vsurario sub vsuris potest illud pactum adijcere, quòd habeat facultatem se liberandi à pensione vsuraria. & hoc non minus ei licet, quàm vsurario liceat, & illam facultatem ei concedere: vt patuit in q. xlvij. Secundò sic: quia rem ipsam, super quam A. constituit redditum pecuniarium, posset totaliter vendere ipsi B. cum tali pacto redimendi. igitur etiam illum redditum ibi constitutũ. Tenet consequentia: vt prius in secunda ratione præcedentis conclusionis. Antecedens probatur: quia etiam si ille idem A. mutuò sub vsuris annuis accepisset pecuniam prædictam à B. quam nunc nomine precij accipit ab eodem, & pro illo pignorasset prædia sua prædicta, non peccasset: & tamen in tali casu ipse A. etiam haberet ius repetendi pignus, facta solutione sortis: quia hoc est de natura contractus pignoratitij. igitur etiam prædictus A. constituens redditum annuum in prædictis prædijs: si reseruauit ius illum redditum ad se trahẽdi, per hoc q̃ restituit ei precium, non peccabit ob hoc ad pactum adiectum: quia in prædicto contractu magis videretur versari peccatum, quando ibi interueniret mutuum, quàm quando nullum interuenit.

Tertia conclusio. Tertius modus etiam non requiritur. Probatur. Licitum est ipsi B. emere illũ redditum minori precio, propter hoc, q̃ A. vult sibi reseruari facultatem redimendi illum redditum: vt patebit in q. lxxxiij. Hoc autem non est nisi: quia redditus illa facultate reseruata circa eum, est minoris valoris. igitur sublata illa facultate, erit maioris valoris igitur carius poterit vendi, & per consequẽs non est illicitus modus, scilicet quòd A. constituens ipsi B. redditum sine pacto redimendi, ob hoc eum carius vendat.

Quarta conclusio. Quartus modus etiam non requiritur. Probatur. magis videretur ille modus requiri ex parte B. quàm ex parte A. & tamen non requiritur ex parte B. igitur nec ex parte A. Maior probatur: quia pœna illa cedit in commodum ipsius B. & in commodum ipsius A. Ideo si quæ ibi esset iniustitia, magis videretur ille peccare, qui iniustè imponeret pœnam alteri. quàm qui etiam iniustè impositam subiret, vel sibi ipsi imponere cogeretur, eo quòd alter nõ posset ab altero habere auxilium. Iniustum enim pati non est iniustum: sed iniustum agere. sicut qui res suas cogitur dare latronibus eum inuadentibus non iniustè agit: quia potius dicitur iniustam pati, quàm iniustum agere.

QVAESTIO. LXXVII.

Vtrum ad hoc, quòd saltem non gratuita constitutio redditus: siue fructuarij, siue pecuniarij non depranetur ex parte circunstantiæ, quando requirantur sequentes duæ cõditiones. Prima: quòd ille redditus non sit temporalis, sed perpetuus, ita quòd si A. constitueret per viam venditionis ipsi B. temporalem redditum, peccaret ex hoc præcisè, quòd redditus est temporalis: ita quòd si esset perpetuus, staret, quòd non peccaret. Secunda, q̃ etiam dato quòd liceret sibi temporalem constituere etiam pro pecunia: tamen oporteret, quòd ille esset temporalis ad certum tempus, scilicet ad decennium, vel huiusmodi, & non ad indeterminatum: veputa ad vitam hominis. Et dicitur notanter in titulo, non gratuita constitutio &c. quia de gratuita non est dubium, quin illa non depranetur per hoc, quòd redditus est temporalis: quia cõstat, quòd possum tibi donare rem aliquam ad tempus. ergo etiã redditum percipiendi fructus illius rei ad tẽpus: sed solũ est difficultas de non gratuita quę est venditio.

Prima conclusio. Prima conditio non requiritur. Probatur sic, quia si talis redditus constitutio, quæ esset venditio, esset ipsi A. illicita: tunc æquè, vel magis esset illicita ipsi B. ementi, vel procuranti sibi vendi eum. consequens est falsum: vt patebit in quæstione. lxxx. vbi probabitur, q̃ licitum est alicui. veputa ipsi B. emere redditum, etiam non perpetuum: sed tẽporalem: & hoc tam ad certum, quàm ad incertum tempus. Sequela probatur: quia tenens talem constitutionem temporalis redditus esse illicitam, hoc ideo diceret: quia videtur esse excogitata in fraudem, vel pallium vsuriariæ mutuationis. puta q̃ B. dando precium ipsi A. pro redditu voluerit illam commutationem emptionem: cum sit mutuatio pro lucro facta. & A. constituendo, vel assignando redditum ipsi B. & ab eo recipiendo precium diceretur vendere: cum tamen reciperet illam pecuniam mutuò sub annua vsuraria pensione soluenda ad certum tẽpus, quo lapso restitueret ei sortem. Modo etiamsi esset ibi mutuatio vsuraria, magis esset illicitum ipsi B. procurare sibi taliter talem redditum, q̃ ipsi A. constituere talem redditũ. Vnde in illis redditibus constituendis, vel recipiendis, communiter magis natus est peccare recipiens, quàm constituens: quia vt communiter constituens si peccat, non peccat, nisi ex eo q̃ ipse cooperatur alteri ad peccatum: sed recipiens ex eo, quia iniuriam facit ipsi constituenti eum damnificando, vel opprimendo: quia communiter constituens indiget pecunia: non sic recipiens indiget redditu.

Secunda conclusio. Secunda etiã non requiritur. Probatur: quia tunc æquè illa requireretur ex parte B. sic q̃ si non adesset ex parte B. etiam ipse B. peccaret, vel magis, consequẽs autem infra improbabitur. Sequela probatur: quia tenens talem constitutionem temporalis redditus incerti, scilicet vitalitij esse illiciteam diceret hoc ex eo: quia A. constituens ideo constituit: quia intendit minus dare de suo, quàm accipere de alieno ab emptore, sperans: emptorem cito moriturum. Vel si propter necessitatem habẽdi pecuniã ab initio cõstituit, & nõ propter spem, qua credat B. cito moriturũ. & sic se plus percepturũ de B. q̃ ei dederit. posita si contingit B. citius mori, gaudebit de hoc. & si non citius moritur, tunc dolet: immo aliq̃n optat A. mortẽ ipsius B. vt sic cito liberaretur à reddituali pẽsione, & sic lucraretur multũ in illa venditione. Modò tot, vel plura & maiora possunt contingere ex parte ipsius B. quia contingit B. ideo emere: quia sperat se dita victurum, & sic se tot, tantoq; fructus recepturum, q̃ ius illos recipiendi sit multo pinguius, quàm dignum fuerit preciũ, & etiam dato quòd ab initio hoc non ex ille radice fuerit: tamen posita contingit, quòd exoptet se tandiu viuere, q̃ sit percepturus tantum, q̃ ius illos percipiendi sit pinguius, quàm precium pro eo datum. Et si contingit eum citius mori, contingit eum dolere de morte ex illa radice auaritiæ: sed non precisè propter hoc, q̃ non percipit tantum, quantum bene correspondisse potuisset quantitati precij: sed propter hoc, q̃ non plus percepit, quàm quantitas precij secundum iustitiam commutatiuam exegisse potuisset: quia optabat se vltra illum valorem leuasse, & etiam contingit ipsum B. redditum sibi procurare ex inordinata sollicitudine proprij defectus, & diffidentia diuinæ prouisionis. Secundò: quia si A. peccaret, hoc esset propter prædictam causam, scilicet sperandi & captandi mortem ipsius B. aut desi-

derium modicum dandi emptori, à quo multum recepit. Modo hoc non argueret illam constitutionẽ redditus esse illicitam propter temporalitatem redditus, sed propter cupiditatem auaritiæ, ex qua oriretur illa venditio, vel propter dolorem de vita proximi, vel propter captationem mortis, quæ est in A. quæ non est ipsa constitutio redditus temporalis, nec tẽporalitas illius redditus. Modò conclusio tantum loquitur de illa conditione ipsius redditus, quæ est temporalitas. & dato q̃ illa disponeret aliquo modo ad prædictam captationem pro tanto: quia non esset captatio nata sequi, quando non esset illa temporalitas in redditu. sed perpetuitas: tamen propter hoc illa temporalitas non erit illicita conditio redditus: quia illa non est dare illam occasionem ipsi A. sed A. accipit illam ex sua malitia & cupiditate. De hoc latius patebit in quæstione. lxxxj.

QVAESTIO. LXXVIII.

Vtrum alicui liceat velle sibi constitui ab alio in rebus alterius redditum aliculus rei vilis, seu fructuarium. Solutio quęstionis stat in duabus suppositionibus, & tribus cõclusionibus. Attamen suppono hic omnia, quæ suppositа fuerunt in lxij. q. & specialiter de duplici licito, scilicet ex genere & circunstantia, & de permissiuè licito, et positiuè licito.

Prima suppositio est, q̃ cõstitui accipitur hic pro cõcedi, vel transferri, vel assignari, nec illud est actus humanus: sicut tamen constituere est actus humanus: vt ibidem patuit. & ideo non quærimus, si constitui sit licitum vel non: sed velle constitui sibi est actus humanus. ideo quæstio quæritur, an tale velle sit licitum.

Secunda suppositio. quæstio etiam posset de alijs tribus actibus moueri, scilicet velle recipere, & recipi & procurare, vel acquirere. Vnde recipere redditum ab alio est distinctum quid à constitui: quia constitui videtur esse prius, quàm recipere: non enim recipitur redditus, quem tu constituis mihi, nisi prius ille sit constitutus, item quia constituere præcedit recipere, igitur, & constitui. tenet cõsequentia: quia correlatiua, & per consequens simul natura sunt constituere & constitui. Similiter procurare eum sibi constitui, etiã distinguitur à constitui, & à recipere: quia procurare est prius vtroque, tanquam dispositio ad vtrunque. acquirere autem potest esse idẽ cum procurare, scilicet quando accipitur pro actione præambula ad habendum vel possidendum redditum. Posset etiam esse idem cum recipere, quando capitur pro ipsa inceptione habendi dominium rei.

Prima cõclusio. Velle sibi constitui redditum &c. vt in tit. est actus ex genere licitus. Probatur sic, quando volitio cadens super significatum verbi actiui est licita, etiam volitio significati verbi passiui eiusdem actiui est licita, quamuis non econtra: vt si licitum est velle amare Deum, vel proximum, vel videre hoc obiectum, vel percutere te etiã est licitum velle Deũ amari, vel videri illud obiectum, vel percuti te. De hoc autem, q̃ non econtra, oportet in esse, patet instantia: quia licitè quis potest velle occidi: & tamen non

non potest quis velle occidere. Modò velle actiuam constitutionem illius redditus (de quo in tit.) est licitum ex genere: vt patuit quæst. lxxij. igitur etiam velle passiuam constitutionem, scilicet constitui illum redditum, etiam erit licitum ex genere. & quod est licitum, est alicui licitum. Et hæc probatio procedit de illo velle in titulo posito: prout habet pro obiecto ipsam passiuã constitutionem redditus: sed prout illud velle haberet pro obiecto ipsum redditũ constituendum, vel constitutum, procedit secunda ratio. Secundò igitur sic probatur: quia si illud velle referatur ad ipsum redditum: tunc cadit super obiectum sibi congruum: quia illa redditus non est res indigna, vel incongrua ad apperendum: sicut tamen peccatum est hoc modo incognitum ad terminandũ actum volitionis: nam rem illius alterius, in qua est ille redditus constitutus apperere: etiam quò ad plenum dominium, non est ex genere illicitum. igitur neque redditum in illa constitutum, vel constituibilem appetere, est ex genere illicitũ. Tenet consequentia: quia appetendo primum, appetitur maius quid, quàm appetendo secundum. immo appetendo primum appetitur secundũ. Antecedẽs probatur: quia tunc nunquam liceret in aliquo casu apperere illud, quod est falsum: quia tunc neq; liceret alicui rẽ venalem alterius velle emere, vel etiam pauperi non liceret petere pro re alterius per modum munui, vel doni. Vnde cum dicitur. Non occupiscas rem alienam, non prohibetur appetitus rei alienę ex genere: sed appetitus rei alienæ cũ animo habendi eam per vias illicitas, vel cum iniuria domini rei: vt per furtum, & rapinam. Tertiò: quia ille redditus est res constituibilis, vel transferibilis in aliquẽ licitè, aliàs nemo posset eum actiuè constituere, vel transferre in alium. Igitur etiam aliquis potest licitè eum velle sibi constitui. Quartò sic: quia si illud velle, siue referatur ad constitui, siue ad redditum, esset ex genere illicitum: tunc nunquam posset illud velle licite fieri: vt patet ex deductis q. lxxij. Consequens est falsum. Cuius falsitas patet adducẽdo ad oia illa incõuenientia, ad quæ ibidẽ fuit deductus ille, qui diceret, q actiua cõstitutio prędicti redditus esset ex genere illicita. Nam vbi velle significatum verbi passiui est illicitũ. ibi consequenter etiam velle significatum uerbi actiui eiusdem passiui est illicitum: ut si illicitum est velle odire Deum, illicitum etiam erit velle odiri Deũ. Corollarium. Quodlibet illorum sequentium est licitum ex genere, scilicet velle recipere redditum, de quo in tit. & recipere eum & procurare, uel acquirere eum. Probatur: quia constitui mihi redditum, infert me recipere eum, capiendo semper redditũ pro iure percipiendi pensiones, uel fructus reddituales. igitur, si velle recipere &c. esset illicitum, etiam velle constitui esset illicitũ. Antecedes probatur: quia non potest mihi constitui, uel concedi uel in me transferri redditus, nisi ego recipiam redditum; uel saltem consentiam in receptionem eius: sicut nõ potest mihi donari aliquæ res, nisi ego consentiam in eam recipiendam: loquendo saltem de concessione effectuali. Ratio secundi: quia si quem actum humanũ nolo licitè, etiam eundem licite ago. oppositũ enim cõsequentis infert oppositum antecedẽtis: sed recipere est actus humanus, & uelle recipere est licitum. igitur etiam recipere. Ratio tertij: quia quod licet recipere, licet etiã procurare, ut recipiat illud, nisi redderatur illicitum propter uitium præsumptionis: ut contingit in officio ecclesiastico curato, quod licitũ est alicui ad hoc vocato recipere in aliquo casu, puta si est idoneus & cõpellitur: & tamen in tali casu fiat, q non liceret sibi illud procurare, scilicet met pro illo laborando, eo q præsumptionis vitium esset præsumendo de se, q esset idoneus, vt solet dici: quamuis non negandum sit, quin etiã possit (& si tarius) dari casus, vbi etiam procurare posset citra vitium ꝓsumptionis, de quo latius dixi in tract. de simonia. Hic autem licet recipere redditum: vt patuit. igitur licet etiam ipsum procurare, dummodo ibi nõ sit vitium præsumptionis, modo ibi illud nõ habet locũ: quia aliquem habere redditum, non est res, quæ excedat vires illius: quia non requiritur magna scientia, aut sapientia, aut aliud singulare donum spiritus sancti ad hoc, q quis aliquem redditum sibi cõstitutum recipiat, vel possideat.

Secunda conclusio. Velle sibi constitui redditum de quo in titulo, est etiam licitum ex circunstantia, & hoc permissiuè. Probatur: quia est actus ex genere licitus, etiam positiuè: vt patuit. & est vestibilis omnibus circunstantijs debitis sibi congruentibus. igitur conclusio vera. tenet consequentia ex diffinitione actus liciti ex circunstãtia permissiuè: vt in quæstione lxxij. Minor probatur: quia da oppositum, tunc nunquã posset bene fieri, cuius oppositum patebit in multis specialibus circunstantijs, & casibus, de quibus in quæstionibus sequentibus, in quibus patebit, q non tantum velle sibi constitui, sed etiam recipere procurare eum, est licitum. Secundò eadem minor patebit: quia da oppositum, tunc etiam nõ erit ex genere licitus: quia sicut nullum est genus, quod non sit contrahibile per debitas differẽtias, & nulla materia, quę non sit informabilis debitis formis. sic etiam, si quis actus est ex genere bonus & licitus, debebit etiã posse vestiri debitis circunstantijs. Corollarium. Velle recipere, & recipere & procurare redditũ (de quo in tit.) ẽt est permissiuè licitũ ex circunstantia. probatur eadem probatione, qua præsens conclusio est probata: quia etiam illa tria sunt ex genere licita: vt præcedentis conclusionis corollarium dixit.

Tertia conclusio. Quando prædictum velle (de quo in tit.) vestitur omnibus circunstantijs debitis, quibus natum est vestiri: tunc erit licitum ex circunstantia etiam positiuè, & sic erit actus simpliciter bonus bonitate morali, adeo q si volens sit in charitate, & ex ea velit, illud velle est etiam bonum bonitate meritoria. Prima pars probatur: quia ad actum positiuè licitum ex circunstantia: sufficit, q sit licitus ex genere, & non careat aliqua debita circunstantia. igitur. Secunda pars probatur: quia actus moraliter bonus si ex charitate fiat, est meritorius. Corollariũ. Idem dicendum de alijs tribus actibus, scilicet velle recipere, & recipere & procurare. probatur eodem modo sicut conclusio. Et si dicas, quando censeretur prædictum velle vestitum omnibus debitis circunstantijs: Respondetur, quando ibi est debitum quis, quid, cui, cur, vbi, quomodo, & quando. Tunc autẽ est

est ibi debitum quis, quando ille volens est talis, q dignus est, vt habeat redditus. & sic vltra de redditibus, & etiam capax, propter primum nõ esset illa volitio licita, quando volens posset laboribus suis se & suos nutrire, & cum hoc illud expediret reipublicæ: tunc enim ille est indignus redditibus propter defectum secundi: illa volitio non esset licita, quando volens esset frater minor: quia ille non est capax redditum: quia abdicauit eos à se per votum regulæ sancti Francisci, quæ in se continet, non habere redditus: vt patet in cle. exiui. de verbo. signi. Tunc autem est ibi debitum quid, quando ille redditus, quẽ quis vult, est debitus, & de hoc parebit, quando dicetur, an acquisitio, & nominatim illa, quæ est per emptionem redditus depraneretur per hoc, q ille redditus est fructuarius, vel per hoc q est pecuniarius. Debitum autem seu congruum, cui, est ibi, quando est ibi congruũ quis, eo q in casu illius qõis coincidũt circunstantia quis velit, & cui uelit, eo q hic volens constitui redditum, vult illum sibi cõstitui. Congruum aũt cui, est ibi, quando ipse volens constitui sibi redditum, vult illum constitui sibi ex aliqua illarum causarum finalium, quæ sunt congruentes ipsi actiuæ constitutioni, prout patuit q. lxxij. conclusione prima: non autẽ propter causam tertiæ cõclusionis eiusdem qõnis, eo q quamuis illa possit esse congrua causa finalis, propter quam quis constituit alteri redditum: vt ibidem patuit: tamen illi alteri nõ erit licitum uelle illum redditum sibi constitui præcisè propter illã causam: quia quamuis liceat mihi tibi quid impendere ad præseruandum te à maioribus malis, quæ tũ non esses incursurus, nisi propria sponte, quæ si non esses incursurus, non mihi liceret illa tibi impendere, non propter hoc licitum est tibi illa tibi uelle impendi: quia causa, cur illa nelles tibi impẽdi, esset à te præseruandum à maiori malo, quod tamen in tua potestate est uitare, & sic cessat ratio in te, quę in illo alio subfuit: quia alius tantum sub conditione, quam in sua potestate non habet, impendit: & ideo excusat. tu autem habes illam conditionem in tua potestate faciendo: scilicet quod in te est, & debes eam facere extare, ideo non faciendo eam extare, peccabis. prosequendo absolutè illud, quod tibi alius tantum sub conditione, scilicet uolendo à maiori malo te cohibere, impẽdere potuit. Et quod dictum est, q fratribus minoribus non licet habere redditus, debet intelligi sub distinctione, quã ponit Cardinalis post Federicum in cle. exiui, q aut annuus redditus relinquitur ad certũ vsum diuini cultus: puta vinum pro sacrificio, frumentũ pro hostijs: & tũc cõuentus est capax. Aut redditus deputat victui & uestitui, vel indistinctè relinquitur, & ad modicum tempus, & conuentus est capax: quia videtur unum legatum, cuius summa est diuisa quo ad solutionem, nec per hoc tollitur mendicitas: sed subleuatur: Aut relinquitur ad tempus non modicum, & non valet: quia tunc computatur inter immobilia, & ad tempus non modicum dicitur decennium, vel vltra: vt notatur in cle. j. de re. eccle. non alie.

QVAESTIO. LXXIX.

Vtrum emptio redditus sit licita: & hoc non tantum fructuarij: sed etiam pecuniarij, & hoc siue ille sit constitutus in rebus, siue in persona eius, & siue in persona venditoris, siue in alia persona, & siue sit de nouo constitutus, siue non de nouo constitutus, & siue sit certus, siue incertus: Solutio quæstionis stat in duabus suppositionibus, & decem conclusionibus.

Prima suppositio. Quæstio quærit xj. Primum, an emptio redditus sit licita: & illa pars non distinguit, quis & qualis sit ille redditus. Sed hoc distinguitur per secundam partem quæstionis. Et habet se illa pars quæstionis ad præcedentem quæstionem: sicut quæsito de circunstantia modi seruanda circa actum præcedentis quæstionis. Nam ex quo in hoc, q vult quis sibi constitui redditum, requiritur congrua circunstantia modi. i. quo modo constitui velit sibi eum, & intermodos constituendi est vnus modus constituendi per emptionem. Ideo queritur, an emptio redditus, quem quis sibi vult constitui, licita sit quia fi sic: tunc velle sibi constitui per emptionẽ est actus iam licitus ex parte circunstantiæ quo modo. In alijs partibus quærit quæstio, an illa emptio redditus maneat licita, & nõ depraueter per hoc, q obiecto illius emptionis, scilicet redditus, accedit talis, vel talis conditio, prout uarię conditiones ponuntur in titulo, & constituantur illæ partes ad præcedentẽ hoc modo. Quia ex quo emptio etiam est actus, cuius obiectum est redditus. & ideo habito, q emptio redditus sit licita ex genere, nondum habetur, quale debeat esse illud obiectum: vt actus maneat licitus ex parte circunstantiæ quid, scilicet an oporteat, quòd ille redditus sit fructuarius, ita quòd si esset pecuniarius, esset emptio illicita, vel an non referat: quis, vel qualis sit ille redditus. Nam quamuis ex præcedenti quæstione haberetur, quòd redditus etiam qualiscunque est congruum obiectum volitionis: tamen nondum haberur, an ille idem redditus qualiscunque sit obiectum congruum illius actus, scilicet emptionis, eo q longè differunt illi duo actus, scilicet volitio & emptio, eo q licitum est mihi velle aliqua concedi, quæ nõ est mihi licitum emere: vt patet in sacramentis & alijs. Et secunda pars quæstionis duplicem tangit redditum, eo q est maior difficultas de vno, quàm de alio. Nam dato q non esset habenda differentia inter eos quò ad actiuã cõstitutionẽ: quia sicut licet vnum constituere, sic & reliquum, prout patuit q. lxx. Tamen quò ad actum emptionis videri posset esse longa differentia, adeo q licerẽt vnum illorum emere, scilicet fructuarium, & non reliquum. i. pecuniarium, eo q emptio non sit nisi pro precio, seu pecunia. Et sic videtur, quòd emptio non possit fieri respectu pecuniæ, vel redditus pecuniarij: tam emptum, quàm illud, quo emitur, videretur esse pecunia. Secus de fructuario: quia ibi distinguuntur precium & merx taliter, q non vtrunque dicitur, vel est pecunia. Tertiò quærit, an illa emptio redditus, siue pecuniarij, siue fructuarij depraueter per hoc, q ille redditus est constitutus in persona, quasi solum tunc sit emibilis licitè, quando est constitutus in rebus. Et hæc pars nõ fuit resoluta in præcedentibus quæstionibus: quia quamuis habitum sit, q liceat constituere ei cum constituere, siue in rebus, siue in persona: tamen constitutionem contingit fieri variis modis, scili

cet

cer per gratuitam viam, vel contractum. scilicet per donationem,& ér per viam non gratuitam:contingit enim aliquem comparare, seu acquirere sibi redditū per contractum permutationis: dando aliquod prædium alteri pro redditu in alio prædio fundato.Item per contractum innominatum: vt cū quis facit quid alteri,puta laborat sibi in vinea, quatenus alius sibi constituat redditum annuum sibi ad vitam, vel sibi & suis hæredibus de illa, vel alia vinea, vel alio prædio.& ille est contractus innominatus,scilicet facio,si des. Tertiò per concessionem emphiteuticam. puta concedo tibi prædium meum: vt illud meliores, & mihi annuatim des aliquid ex eo. Quartò per cōcessionem feudalem. Quintò per contractum mutui:vt si mutuo tibi renocabiliter,vt mihi post certum tempus restituas fortem,& interim mihi alligues annuū redditum. Sextò per contractum venditionis & emptionis, Ille autem viæ sunt adeo diuersæ,ꝙ vna potest esse licita sine alia. & aliqui doctor. vnam viam approbauerūt, & aliam non: vt patebit in Hen.Gan den.Inter illas vias tamen supposita prima tanquam nota quærendum est primò de via emptionis.Vnde nondum patet,an sicut licitum est constituere & vel le constitui redditum illum, vel illum in rebus, an etiam sic licat illum velle habere per viam emptionis,non distinguendo, an sit in rebus vel in persona constitutus. Ita consequenter de alijs partibus quæstionis dicetur.

Secunda suppositio. Ex quo illa quæstio & sequētes erunt specialiter de determinata via & modo recipiendi & acquirēdi redditum, scilicet per emptionem. ideo oportet aliqua præmittere concernentia contractum emptionis & venditionis: suppositis tamen illis, quæ tacta sunt q.xvj. & xvij.& lxx.dimissa multiplici allegatione iurīū ad hoc: qm̄ iuris peritis loca illa nota sunt: cæteris autē, quibus ignota sunt, parum prodest ignotorum allegatio. Supponitur igitur, ꝙ ea quæ concurrunt ad aliquem contractum sunt triplicia, quædam sunt illi substātialia seu essentialia, quædā naturalia, quædā verò accidētalia.sicut ad hominem concurrunt essentialia, scilicet anima, corpus,& vnio mutua eorum. Et etiam naturalia,cuiusmodi sunt illę qualitates, seu dispositiones,aut accidentia ꝓpria: quę nata sunt sequi essentiam hominis: vt ridere,fiere,& aliæ naturales operationes hominis animales & rationales. & etiam accidentaliter vt eum sedere,stare, esse tunicatum, esse ibi, vel ibi, sanum & ęgrum, & hmōi. Sic substantialia contractus sunt, sine quibus ille contractus esse non potest. Vt in proposito substantialia emptionis & venditionis sunt tria.Primum est res vendibilis,& illud dicitur merx: quamuis merx propriè solum sit res vendibilis mobilis.ff. de verbo.significa.l.mercis appellatio.tamen hic accipitur gñaliter.Nā si nō sit assignare meteē, non contingit ēt contrahere cōtractu emptionis & venditionis:attā non oportet ꝙ ipsa merx sit iam in rerum natura:sed sufficit, ꝙ sit, vel ꝑseratur,& possit ꝑsari futura.Et hoc ideo dicitur: quia etiam fructus futuri,qui nō dum exeruīt, puta blada, quæ adhuc consistunt in satis agrorum, & vina adhuc consistentia in vuis non maturatis, possunt vēdi & emi. Sic futurus partus ancillæ, vel pecudis. Item captura piscium,vel auium futura ex iactu retis potest vēdi & emi:si sit inde futura, vel ꝑseratur futura.Sic hæreditas nondum obtenta: quam tamen quis ꝑsat se obtenturum, potest vendi,antequam obuenerit.Vnde talis res si vendatur,& ematur: tenet emptio & venditio.etiam si nihil obueniat dummodo ꝑsabatur futura. Vnde apud iuristas dicitur emptio ſpei, quod intelligitur sic.i. iuris percipiendi rem ꝑsatam obuenire. Attamen si quis aliquā rem tanquam existentem vendat, & alius eam vt talem emat: & tamen in re nō extet,non tenet emptio, nec uenditio: ita ꝙ non tenebitur emptor dare quid venditori. & liquid precij dederit: tenetur uenditor emptori restituere,nec uenditor tenet tradere rē emptori.Nec etiam ad interesse, nisi recepisset precium,& nisi uenditor sciuisset rem non extare: & tamen eam ut extantem uendidisset, & emptor ex illa deceptione passus esset interesse. Secundū est precium conuentum: & illud cōsistit in numismate, seu pecunia: & illud numisma debet esse certum, puta: quia debet consistere in pecunia numerata.Vnde species,seu res utilis ut distinguitur à pecunia, non potest dici precium in contractu emptionis. Et dico in pecunia numerata: quia si etiam emens haberet pecuniam in bursa actu: sed tamen non esset numerata.i, partes non conuenissent super ea sub certo numero. puta quia emptor diceret illam pecuniam illius bursę (sit quantacunq;,vel quantacunq;) do tibi pro illa re uenali,nō esset ibi emptio:debet enim esse numerata, ideſt partes vel contrahentes debent conuenisse super ea sub certo numero, quamuis nō oporteat ad rationem emptionis:ꝙ illa pecunia, super qua conuentum est, sit tradita ipsi uenditori. Et ex hoc secundo patet, ꝙ nō oportet in titulo quæstionis addere (ut quidam) pro pecunia, nec etiam ad uenditionę oportet addere pro pecunia: quia de se, & de substātia uenditionis & emptionis est,ꝙ fiat pro pecunia. Vnde si commutarem tecum aliquam rem: ut equum non pro pecunia:sed pro alio animali,vel re, non esset uenditio,sed permutatio, uel alius cōtractus innominatus:ut patuit.q.xvij. Tertium est consensus mutuus contrahentium errori tamen impermixtus, scilicet ꝙ emens uelit precium conuentum uenditori dare: faciendo eum dominū eius. & econtra uenditor uelit se esse ei obligatū ad tradendum mercem emptori,uel ad satisfaciendum sibi super interesse.In quo autem differant dare & traderet patuit.q.lxx.Et sicut positis anima,corpore & unione: necessariò ponitur homo: sic positis illis tribus scilicet ꝙ A.habeat mercem, & B. precium modo dicto,& ipsi consentiant modo dicto exprimendo illum consensum, statim est ibi (regulariter loquendo) emptio & uenditio. Et quamuis iuristæ aliquando addant quartum, scilicet ꝙ super hoc fiat scriptura:tamen illud non requiritur ad uenditionem:vt uenditio est, seu ad uenditionem in generali, uel ad quamcunq;: sed tantum ad uenditionem in scriptis. Vnde duplex est uenditio. Quædam dicitur in scriptis,& est illa, quę sic fit, ꝙ inter partes expresse agitur, & conuenitur, ꝙ fiat super hoc scriptura: ita ꝙ nisi fiat scriptura,contractus non ualeat, & ad illam essentialiter requiritur scriptura,& est propter specia

lem

lem cōuentionē uenditis & uendentis. Alia est, quæ non fit in scriptis, scilicet vbi non fit prædicta conuentio inter partes.vnde etiam si partes conueniant, ꝙ debeat fieri instrumentum, & committant hoc notario: tamen si non adijciunt in conuentione,ꝙ nisi fiat scriptura, non debeat valere contractus: tunc propter hoc non est contractus nullus,si non fiat,vel antequam fiat scriptura. Nam tunc super scriptura conuenitur,non vt supersubstantialiter requisito ad contractum: sed quatenus super contractu habeatur testimonium & memoria. Dixi.notantes, statim est ibi emptio regulariter loquendo: quia fallit in venditione & emptione quarundam rerum, scilicet ecclesiæ & ciuitatis, & pupillorum ac minorum,quia vltra prædicta substantialia requiritur etiam aliquid aliud ad hoc: quòd emptio & venditio teneat:quia in emptione & venditione ecclesiæ quędam solennitas requiritur, seu forma certa: quam ius canonicum voluit seruari in talium rerū venditione & emptione, ita ꝙ nisi illa seruaretur, vellet contractum esse nullum, etiam si esset venditio facta in casu concesso, scilicet qui est in vtilitatem ecclesiæ, de qua solennitate patet in decretali de rebus ecclesiæ exceptione.xij. q.ij. & in ej,de rei.eccl.non alie.lf. vj. Quæ autem sunt illæ solennitates seruandæ in venditione rerum ciuitatis, & pupillorum, hoc spectat ad legistas. Dixi etiam notanter,consensus errori impermixtus: quia ex quo nihil tam contrarium est consensui sicut error,errans enim non consentit.ideo si intercedat erroneus consensus alicui illorum sex errorum, quos diximus,permixtus, non erit emptio nec venditio. Primus est, quando partes errant in precio: vt ego puto vendere pro.x.tu putas emere pro.v.seu econtra.Secundus,si errent in contractu: vt ego puto tibi vendere, tu putas tibi donari. Tertius si errent in corpore. vt ego credo tibi vendere bibliam,vel agrū Titianū, tu credis te emere decretales, vel Cornelianum. Attamen si tibi vendo Titium cocum,cum sit calciator,& alter, qui eo cus est, vocetur Paulus. Dicēdum,ꝙ si habui nota nomina seruorum,is debetur qui nominatus est:sed si non habui nota, is videtur Venditus, cuius artificium est adiectum. Quartus & quintus si in substātiali qualitate vel materia erretur: vt si es pro auro, & plumbum pro argento distrahatur. Vel si acerū pro vino veneat, quod ab initio fuit acetum,. non tenet emptio: secus si postea coaluit: quia eadē prope vsia.i. substantia est. Et dicitur prope,quia nō totaliter. Nam vinum est calidum & siccum, acetum frigidum & siccum: sed si in parte erretur in substantiali qualitate: tunc tenet in parte, in qua nō erratur. Sextus si erretur in sexu: vt puto nēdie re puellam,tu putas emere puerū,secus si putes emere virginem: cum iam sit corrupta: sed venditor sciens corruptam,tenetur ad restituendū contractū. Item si erretur in substātia,seu essentia, nulla est emptio: vt si tibi vendo domum,quę iam combusta est, & vterq; contrahentium ignorat. Naturalia alicuius contractus sunt illa, quæ consequuntur & comitantur ipsum contractum: attamen sine eis contractus habet, vel potest esse & subsistere: vt in contractu emptionis sunt illa tria naturalia. Primum,ꝙ à tempore, quo contractus emptionis & venditionis est initus & perfectus: tunc periculum rei venditæ spectat ad emptorem, etiam nondum tradita merce, licet venditor adhuc persueret dominus rei venditæ. Hoc tamen dictum patitur multas fallērias, propter quas vitandas datur talis regula. Cum venditio sit purè sine scripris speciei certæ,quę degustationem non exigit: tunc omne periculum rei venditæ spectat ad emptorem, exceptocasu publicationis: nisi pactum, mora, calliditas, uel etiam culpa interuenerit. Secundum, ꝙ sicut ad emptorem spectat periculum mercis: sic ēt emolumentum, & ideo quod per alluuionem accedit: similiter & fructus & partus mercis uenditæ spectant ad emptorem. Tertium. Naturale est,ꝙ uenditor careat de cuistione,& in contractu depositi naturale est, ꝙ depositarius teneatur de culpa lata & nō de leui. Item in contractu societatis naturale est,ꝙ socius teneatur de culpa leui, non autem leuissima. Vtralia insunt illis ꝓ ꝯibus ex natura. licet nihil de illis dictum sit, uel actum. Et quia non sunt de substantia contractus,ideo partes possunt inter se pacisci,ut nō uelint illa uenire& inesse eorum contractui,ita ꝙ renuntient illis, & tamen, ꝙ nihilominus contractus maneat ratus. Accidentalia autem alicuius contractus,seu extrinseca sunt illa, quę nec sunt de substantia, nec de natura contractus: sed tamen quandoque apponuntur iuxta contractum: sicut sunt quæcunq; pacta de aliquo extrinseco iuxta contractum appōsita, quia nec ad contractum essentialiter requiruntur, nec naturaliter ei nata sunt inesse. De illis ponendo exempla in contractu emptionis. Primū est,ut ꝙ arrhe dentur, est accidentale in contractu emptionis & uenditionis:quia sine arris potest fieri uenditio & emptio fieri. & sic non sunt de substantia illius contractus, nec etiam de natura insunt illi contractui: sic ꝙ tacite ueniant & insint ei.Secundum est,ut pactum de hoc, ꝙ emptor sit obligatus ad reuendendum,quandocunq; uenditor, uel hæres eius ei restituerit precium, uel quando infra certum tempus restituerit precium. Item pactum, ꝙ proximus agnatus uenditoris possit infm tempus, si uelit mercem pro simili precio redimere, & ad se trahere. hæc & similia sunt accidentalia ipsi contractui emptionis & uenditionis. Quid autem requiratur ad precium iustū,& quo modo cognoscatur, patuit supra.q.lvj. Et hoc sequitur ꝙ domini iuristæ aliquando acquiescant illos terminos: natura contractus, pactum contra naturā contractus, pactum ꝓter naturam contractus,ꝓ ut poterit patere ex his. quę dicam infrius.q. xcvij.

Prima conclusio. Emptio redditus est actus de se ab ex genere licitus, ita ꝙ ille actus ut sic expressus nō includit aliquam deordinationem, probatur decem probationibus. Primò sic. Reditus est res emibilis, seu cōgrua ad determinandū actū emptionis. igitur conclusio uera. Tenet consequentia ex diffinitione actus ex gñe liciti seu de se licii. A is probat: qa reditus est res uerē temporalis in se & intrinsecē prophana & æstimabilis precio, nec est intrinsecē res spiritualis spiritualitate, quæ obstet emibilitati.& stat ꝙ non est annexus spīalibus officijs,ratione cuius annexionis sit res incongrua emptioni propter prohibitionem inris positiui prohibentis aliquas res uerē temporales vēdi & emi:& hoc quia annexa sunt spi-

ritualibus

rituálibus, ſcilicet officijs eccleſiaſticis. igitur congruè poterit emi. Tenet conſequentia: quia ſi non obſtante illa conſequentia, nihilominus tenearur oppoſitum conſequentis: tunc etiam non obſtante illa conſequētia poſſit nihilominus etiam teneri, q̄ ager, vel equus eſſet res incongrua emptioni. Sunt equidē aliquę res prohibitæ emi, vel vendi, & hoc lege diuina, vel humana: vt patuit ſupra. q. ij. Et ideo earum emptio eſt illicita, nō ſic eſt de reditu. Et dixi, q̄ redditus intrinſecē non eſt ſpiritualis: quia quamuis aliqui redditus dicantur extrinſecē ſpirituales: vt beneficia eccleſiaſtica. & præbendæ eccleſiaſticæ: tamen illa non ſunt intrinſecē res ſpirituales. Vnde præbende & beneficia ſunt annexa officijs ſpiritualibus, ſtillicet eccleſiaſticis: ſed ipſa beneficia, vel præbendæ ſunt res in ſe verè temporales & non in ſe ſpūales, ſaltem ſpūalitate, quæ obſtet emptioni: quia ſunt iura percipiendi res temporales, quamuis propter officium ſpirituale, cui annectūtur, ſint propter ius poſitiuū inemibilia, & per conſequens beneficia & præbendæ ſunt reditus dicendi. Vbi autem talia iura non ſunt annexa officijs eccleſiaſticis, poſſunt licitè vendi & emi: vt patet de præbendis laicalibus quas plurimi emunt ab hoſpitalibus, vel in monaſterijs, immo ſtatur, q̄ eadem præbenda, quæ nunc eſt laicalis, & ita emibilis, poſtea fieret eccleſiaſtica. & per conſequens ex iure poſitiuo inemibilis. puta quando annecteretur alicui officio eccleſiaſtico. Et dixi, ſaltem ſpirituálitate, quę obſtet emptioni: quia bene poteſt concedi, quòd redditus ſit ſpiritualis res ſpiritualitate phyſica. Nam eſt res incorporalis: quia eſt relatio inſenſibilis: quia eſt tantum relatio rationis: ſed non ſpūalitate eccleſiaſtica, quæ obſtat venditioni & emptioni. Vnde potius debet dici res incorporalis, q̄ ſpūalis. Confirmatur: quia fructus futuri poſſunt emi ſecūdū iura ciuilia, modo illos emendo nihil immediate emitur niſi ius illos percipiendi. Nam illi cū nōdum ſint, nō poſſunt habere rationem mercis immediate emptæ. Modo redditus etiam nihil aliud eſt, quàm ius percipiendi obuentiones alicuius rei, vel perſonæ, quæ de illa prouenient in forma, vel in equiualentia valoris. igitur qua ratione ſecundum iura emi poſſunt fructus futuri, eriā poterit redditus emi. Secundò ſic. Quia ſi redditus non eſſet res congrua emi: ſed eſſet incongruum obiectum ad illum actum, tunc non fieret illa diuiſio, quæ tamē ab utroque iure recipitur, ſcilicet q̄ res, quæ uenduntur & emuntur ſunt duplices. Quædam ſunt corporales, quædam incorporales. Quia per incorporales res intelligūtur iura percipiendi res corporales: talia autem ſunt redditus & actiones & nomina debitorum, de quibus etiam infra patebit. Tertiò ſic. Emptio eſt contractus de iure gentium: vt in l. ex hoc iure ff. de iuſti. & iur. quamuis quò ad aliqua formalia, vel effectus aliquos etiam poſſet dici à iure ciuili inſtitutus, eſt etiam contractus à iure ciuili & canonico de ſe approbatus: quia in vtroque iure habentur tituli de eo tanquam de contractu in ſe licito. igitur emptio eſt contractus licitus ex ſuo genere. tenet conſequentia: quia approbatū per illa tria iura non poteſt eſſe improbum ex genere: cum ius gentium ad ius naturæ reducatur. Vnde Alex. de Ales in iij. parte. q. xxvij. ar. iiij. vocat ipſum ius naturale humanum, ita q̄ eſt eius ſpecies. Ius autem naturale & canonicum, quod à ſpiritu ſancto eſt, nō approbat improbandum. Tūc vltra. Vbicunq; reperiuntur ſubſtantialia emptionis, ibi eſt emptio. ſicut vbicunque reperiuntur corpus, anima rationalis & vnio eorum, ibi reperitur homo. Modo quando quis conſentit, q̄ alius habeat ius exigendi ab eo & percipiendi fructum, vel pecuniam annuatim, vel ſecundùm aliam quotā temporis perpetuò vel non perpetuò, & hoc ſi & inquantū alius ſibi det, vel dare obligatus ſit pretium conuentum in certo numero, & contra alius conſentit in illam dationem precij, vel obligationem dationis precij, & in recepționē redditus aſſignati: ibi ſunt tria ſubſtantialia emptionis. igitur ibi eſt emptio. igitur eſt ibi contractus de ſe & ex genere licitus. Minor patet: quia conſenſus & pretium ſunt ibi. & etiā eſt merx. quia, vt onſenſum eſt, redditus eſt res emibilis. Quare tò ſic. Emptio agri, vel alterius prædij, aut boni immobilis eſt de ſe licita. ergo etiam emptio redditus, tenet conſequentia: quia redditus etiam computatur inter bona immobilia: vt patet in cle. exiui. in §. cūq; autem. de verb. ſign. Nec poterit dari ratio diuerſitatis, quare prima immobilia emere ſit de ſe licitum, & non alia. Quintò ſic. Quia ſi non: maximè quia tractu temporis percipiet emens plus de pecunia, vel de eſtimabili pecunia, quam ipſe dedit pro reditu. ſed hoc non obſtat: quia ſi ſic: tunc etiam emptio agri valentis tantum 100. flor. facta pro 100. flor. non valeret: quia emptor & ſucceſſores eius tractu temporis percipient tot fructus eſtimabiles tanta pecunia, q̄ in duplo, vel triplo plus percipiet quàm valorem. 100. flor. Item patet de illo, qui emit equum pro 5. flor. & locat quotidie eū ad uſum, de quo habet omni die xv. den. hic enim infra tempus breue leuabit longè plus, quàm ipſe dederit pro equo: & nihilominus equus adhuc eſt ſuus. Sexto ſic. Ius ciuile ad iuuandum peccata mādat facere emptionem redditus. igitur approbat eum ut licitum. Antecedens probatur: quia in auth. vt hiqui. ſe habere prohibent. §. licebit diſponitur, quòd tutores & curatores, ne pereant pecuniæ minorum, debeant eis comparare redditus. Et dicit ibi, q̄ uelit tollere materiam peccandi: hæc tamē probatio pateretur euaſionem per ea, quę dicta ſunt q. xxij. concluſione. vij. vſque ad xij. de iure ciuili concedente contractum vſuratium. & etiam quęſtione. xlix. in ſeptima ratione primę concluſionis. Septimò ſic. Ius canonicum in clem. j. de re. eccle. non alie. admittit prælatis uenditionem reddituum eccleſiæ, & hoc ad tempus modicum, ita q̄ ad illam non requiritur cauſa debita, ſiue ibidem, ſiue alibi expreſſa, admittit: etiam tacitè ibidem uēditionem eorundem ad tempus certum non modicum, vel ad nitā ementis, uel uendentis, ſeruatis ſeruandis ibi expreſſis: quia in hoc, quòd prohibet conceſſionem eorum, ſi non ſeruentur ibi expreſſa, innuit à contrario ſenſu, q̄ ſi ſeruentur ibidem expreſſa: licitum ſit illos concedere pro pecunia, ſub quo concedere comprehenditur uendere. Si igitur venditio reddituum ad tempus, & hoc modicum, & etiam ad tempus non modicum ſeruatis ſeruandis eſt admiſſa à iure canonico. igitur illa venditio de ſe non eſt illicita: aliàs enim qualitercunq; fieret, eſſet illicita. ergo eadem ratione ibidem tacitè eſt admiſſa emptio eorundem, & de hoc patebit etiam q. lxxxi. concluſione v. probatione ij. Octauò, ſi emptio redditus eſſet de ſe illicita: tunc qualitercunque fieret, eſſet de ſe illicita, conſequens eſt falſum: quia emptio redditus perpetui redimibilis eſt licita: quia approbata à ſummis Pontificibus & epiſcopis & aliis: vt patebit in q. lxxxij. Nonò ſic. Ius ciuile in l. ſi. C. de re. permu. approbat cōtractum, quo quis donat alicui mille: reſeruando ſibi aliquod annuum, vel menſtruum ſoluendum, etiā ſi fieri poſſit, quòd illa menſtrua, vel annua longè excedent mille donata. Modo ille contractus non eſt niſi empt o redditus, vel ei æquiualens. Nam non eſt vera donatio, cum vult ſibi reaſſignari ab ipſo donatario ius exigendi annuatim aliquam ſummam pecuniæ, vel alterius rei vtilis, quod ius poteſt vocari redditus. Vnde cum ibi ſint ſubſtantialia emptionis, ſcilicet merx, precium, & conſenſus, erit emptio. Idem enim in re agitur, & eadem obligatio ibi bincinde cō trahitur, quę contraheretur, ſi diceretur: do vt precium illa mille tibi pro tali iure annuatim quid percipiendi. Illa enim reſeruatio non eſt rei præhabitæ retentio: ſed noui iuris acquiſitio. Decimò, aliquis poteſt acquirere redditum per preſcriptionem, qua conſtituit recipere annuam penſionem ab aliquo loco, uel communitate, ſi tanto tempore recepit bona fide, q̄ de illius temporis initio non eſt memoria: eriāſi non poſſit allegare titulum, ratione cuius cœpit annua penſio ſolui, & de hoc patet per glo. & doct. in c. peruenit. de cenſibus, ergo etiam poteſt acquirere redditum per titulum emptionis, tenet conſequentia per locum à minori affirmatiuè. Sed de illo antecedente opus eſſet facere longiorem reſolutionem. Vide Panor. in eodem cap. Hæc concluſio patebit ex ſequentibus etiam concluſionibus: quia ſequentes inferunt hanc primam per locum à parte in modo ad ſuum totum. De bonitate autem circūſtantiali emptionis, ſiue redditus in communi, ſiue qualificati eo modo, quo in titulo, non dicetur in hac quæſtione. ſed in quæſtione lxxxj. & lxxxij.

Secunda concluſio, Emptio redditus talis & determinati, puta fructuarii: etiam eſt licita ex genere & de ſe. probatur tripliciter. Primò, emptio redditus eſt licita: vt dicit prima concluſio. Omnis autem redditus eſt aut fructuarius, aut pecuniarius. ergo ali quis illorum videtur poſſe emi licitè. magis autem de fructuario hoc videtur, quàm de pecuniario: quia inter concedentes redditum poſſe emi, inueniuntur, qui hoc concedunt de fructuario, nō de pecuniario: ſed non inueniuntur econtra ſentientes. igitur ſignum eſt, q̄ magis videtur fructuarius poſſe emi. Secundò ſic. aſſumendo probationem primam præcedentis concluſionis, & eam applicando ad hunc redditum determinatum, ſcilicet fructuarium. Tertiò ſic. Redditus fructuarius communiter conſtituitur in rebus: vt res diſtinguuntur à perſona: tunc ſic, illæ res vt prædia, & huiuſmodi poſſunt totaliter emi ab aliquo recipiendo totale & plenarium dominium illarum rerum. igitur multo magis poterit redditus fructuum ex illis prædis percipiendorum emi, tenet conſequentia: quia ille redditus continetur virtualiter, vel formaliter in dominio illorum prædiorum: ſicut pars formalis, vel virtualis in ſuo toto.

Tertia concluſio. Emptio redditus pecuniarij eriā eſt ex genere & de ſe licita. probatur decē probationibus. Primò ſic: quia ſi non: maximè propter motiuum doctoris ſolemnis. ſ. Henr. Gandenſis. & hoc tale ſ. quia tunc emerentur pecuniæ: q̄ tamen nō eſt emibilis. ſed hoc motiuum dupliciter deficit. Primò: quia emendo redditum, non emitur pecunia, ſaltem vt immediatum obiectum emptionis, nel mercis: quia redditus emitur vt immediatum obiectum. reddit autem pecuniarius nō eſt pecunia, quod probatur quadrupliciter. Primò ſic: quia ille redditus eſt ius percipiendi pecuniam, modo illud ius non eſt pecunia: cum illud ius ſit quoddam incorporale, & inhærens ipſi ementi completa emptione: pecunia autem eſt res corporalis, & non inhærens ementi completa emptione. Secundò ſic: quia ſtat, q̄ completa emptione, nondum ſit pecunia aliqua apud venditorem in rerū natura: & in tunc ius percipiendi eam eſt in rerum natura: quia completa emptione ipſe emptor habet ius illam exigendi. ergo ſeparantur in exiſtēia igitur non ſunt idem realiter. Tertiò ſic probatur: quia redditus computatur inter bona immobilia: vt patet in cle. exiui. de paradiſo. de verb. ſign. pecunia autem inter mobilia computatur. igitur nō ſunt idem. Quartò probatur per ſimile: quia ſi emo ſeruitutē nehendi. vel portandi res meas, vel tranſeundi per agrum tuum, non emo ipſum vecturam, vel tranſitum: quia illum actum habeo virtualiter in me, antequam emā, & eum etiam elocare poſſum de facto ſine emptione. Nec etiam emo ipſum agrum tuum: ſed ius vehendi & tranſeundi, cui correſpōdet obligatio in ipſo agro tuo, & etiam in perſona tua: quia tu es mihi obligatus, vt patiaris me trāſire per agrum tuum. Et ex hoc patet, q̄ dato, q̄ pecunia eſſet inemibilis: nō propter hoc ſequeretur, ergo redditus eſt inemibilis, cum illa longè diſtinguantur. Et ſi argues. Pecunia eſt illi iuri adeo annexa, q̄ ſi dicatur redditus, vel ius poſſe emi, conſequens eſt dicere, q̄ etiam pecunia ematur. Dicendum, conſequentia non valet: patet inſtantia in ſimili, Villa, vel dominium villæ eſt emibile, & illi eſt annexum ius patronatus beneficiorum eiuſdem ratione, quòd empta villa, etiam ius patronatus trāſit in ementem villam: & tamen non ſequitur, ſi ius patronatus eſt inemibile. igitur & villa, cui eſt annexum, eſt inemibilis. Et ſi dicas, non eſt ſimile: quia q̄ pecunia eſt inemibilis, eſt alia ratione, q̄ q̄ ius patronatus ſit inemibile: quia ratio primi eſt: quia debet medijs eſſe in emptione non extremum, vel merx. ſed nō ſecundi eſt: quia eſt annexum ſpūali. Cōtra dupliciter. Primò: quia dato, q̄ eſſet diuerſa ratio illius inemibilitatis in vtroq; tū inemibilitas eſt in vtroq; vnde cunq; ſit illa, & hoc ſufficit ad dādum inſtantiam cōtra prædictā conſequentiā, ſ. pecunia eſt inemibilis. igitur & illud, cui eſt annexa, eſt inemibile, ſ. redditus. Secūdò: quia ius patronatus licet ſit terminatiue annexum ſpiritua li. ſ. quia ordinatur ad præſentandū aliquem ad ſpirituale officium: tū ſubiectiuè non eſt annexum ſpūali, quod dupliciter patet. Primò: quia eſt annexū dñio tpali ville in eodem ſubiecto. Secūdò: quia eſt reparabile in laico, & ſic carente officio, vel ordine eccleſiaſtico.

siastico. Tertiò: quia iuspatronatus non est præcisè inemibile, ex eo quòd est annexum spiritualibus: quia tunc esset solum de iure positivo illicitum emere iuspatronatus: quia illa, quæ sunt illicita enim præcisè propter annexionem ad spiritualia: non nisi iure positivo sunt illicita emi. consequens autem est falsum: quia etiam iure diuino non est licitum emere iuspatronatus, saltem capiendo iuspatronatus pro iure præsentandi non tantum ad beneficium ecclesiasticum, sed etiam ad officium: quia sicut officium iure diuino prohibetur emi: sic etiam ius aliquem ad hoc promouendi, vel præsentandi etiam est iure diuino prohibitum emi: quamuis si caperetur præcisè pro iure præsentandi ad beneficium abstrahendo per intellectum, vel per rem ipsum beneficium ab officio, non esset illicitum iure diuino: sed positivo tantum ipsum iuspatronatus emere: sicut & ipsum beneficium sic captum non est illicitum emere, nisi iure positivo. Et ex hoc potest dici secunda initialia contra consequentiam prædictam. Nam officium ecclesiasticum est iure diuino inemibile: & tamen beneficium eidem annexum est solo iure positivo inemibile & quantum esset de iure diuino esset emibile: cum sit res nec temporalis: & solùm extrinsecè spiritualis, sed de hoc dicam in tractatu de simonia. Secundo principaliter deficit hoc motivum: quia non est verum, q̃ pecunia non sit emibilis vlo modo, quod probatur sextupliciter. Primò: nam est emibilis mediate, pro quanto enim immediate emo debitum tuum, quo Ioannes est tuus debitor in 10. flor. tunc mediate & indirectè emo illos 10. flor. Secundò etiam est emibilis immediate, quod probatur: quia uel monetario auri & argenti nullam nouã entitatem ipsi auro & argento superaddit puta: quia figura non est distincta à re figurata, aut addit aliquã. Si primum. igitur sicut ipsum argentum & aurum potest emi, antequàm moneterur: sic etiam quando est monetatum, seu factum pecunia poterit emi: cũ sit eadem res, nihil noui habens, quod non prehabuerit. Si autem addit aliquam nouam entitatem (sicut veritas est) tamen non talem addit, cui repugnet emi. Illa enim figura certificans homines de veritate illius argenti & auri: & de quantitate ponderis, siue sit res absoluta, siue relatio, est res æstimabilis precio & emibilis. igitur non facit ipsum metallum figuratum propter figuram inemibile. Tertiò sic probatur idem: quia aurifabri aliquando indigent auro Vngarico, vel Italico, eo quòd illud est operabilius auro Renensi. & ideo emunt flor. Vngaricos & ducatos, aut scuta Parisiensia, dicuntur coronæ Parisienses. & nemo dubitat, quin in hoc non illicitè agant, vel quòd incongruum actum faciant, & tamen emunt pecuniam, uel numisma. igitur. Quartò probatur idem. Si quis haberet pecuniam vltramarinam: & per consequens hic in Tubingen incognitam, uel non currentem, posset eam uendere, nec quisquam de hoc dubitaret, quin eam posset quis emere. igitur. Quintò: quia aliqui mercatores sunt, qui veteres florenos, qui sunt longè meliores nouis: ducunt Franckfordiam, & ibi uendunt 100. pro aliis communibus flor. 100. & 5. vel citra: & tamen ibi etiam emitur numisma & venditur: nec tamen solida ratione possunt de hoc condemnari. Sextò: quia quando quis tradit tibi flor. cambiendum, videtur tibi flor. vendere pro argẽtea moneta quasi flor. sit precium, & sic emis flor. & quicquid sit de hoc, an illa commutatio, uel contractus propriè possit dici emptio: tamen constat, q̃ illa commutatio non est incongrua, vel illicita, quasi cadat super obiectum indebitum: etiamsi non sit emptitia commutatio. Igitur non est verum, quòd pecunia non sit emibilis: sic intelligendo, quòd sit illicita commutatio: quia tunc etiam esset illicita commutatio: si illa commutatio sit alia species contractus, quàm contractus emptionis. Et si arguas, vt arguit Henr. Gandensis, quòd pecunia sit adinuenta, vt sit precium in commutationibus: igitur non est nata esse merx in commutationibus, vel res commutanda. Dicendum. neganda est consequentia: quia aliquid potest esse adinuentum ad aliquid, & nihilominus non repugnabit sibi ad aliquid aliud ordinari: & etiam ipsum esse idoneum ad aliquid aliud: vt pilens inuentus est ad tegendum caput: & tamen etiam eo possumus vti ad portandum aliquid in pileo: & sic de aliis. Vnde ipsemet in quodlib. primo q. xxxix. dicit. Duplex est vsus rei, scilicet per se & per accidens: vt sorular est per se ad calceandum, & per accidens ad hauriendum aquam. igitur sicut licitè possumus vti sorulari ad id ad quod non est per se inuentus: sic etiam de pecunia potest esse, sicut etiam ipse met ibidem concedit quòd ad locationem eiusdem ad pompam, vel diuitas ostentandas. Et dixi, quicquid sit de hoc, an propriè possit dici emptio: quia videtur, quòd propriè loquendo illa commutatio, vel contractus non sit emptio. probatur dupliciter. Primò: quia ibi non est merx: quia merx propriè est species, seu res vtilis: vt res vtilis distinguitur à pecunia: quia nisi sic, non uideretur ratio quare in tali contractu magis unus diceretur emere, & alius uendere: quia eum tradit flor. pro minuta moneta: non plus uidetur uendere flor. pro moneta, quàm emere monetam pro flor. Secundò probatur à simili. Commutatio duarum rerum vtilium distinctarum à pecunia non potest esse emptio: sed est permutatio, quæ ponitur inter contractus innominatos: & tamen qua ratione vbi vtrunq; commutabile est pecunia, posset dici ibi esse emptio. eadem ratione posset dici, q̃ ibi esset emptio, vbi vtrunq; extremum est res vtilis. tenet cõsequentia: quia ita necessariò requiritur ad contractum emptionis merx, sicut precium consistens in numismate & econtra. ideo sicut coincidente merce cum precio, uel pecunia. puta: quia utrunq; est pecunia: quis contenderet saluare, q̃ ibi adhuc esset emptio. sic etiam si coincideret precium cum merce: sic quòd vtrunq; est res vtilis: & merx maximè eiusdem speciei: vt asinus pro asino, saluaretur ibi esse emptio, quæ omnia sunt etiam contra vsum loquendi iuris ciuilis: vt patet in l. si de contrah. empt. & vẽd. Secundò sic probatur conclusio. Decima personalis debita ecclesiæ in aliquo loco, vbi illa est de consuetudine, est redditus pecuniarius: vt patet ex lxv. q. & tamen illa decima non est inemibilis: sic quòd sit lege diuina, vel naturali prohibitum eã emere: quia si sic: tunc etiam accedente consensu & auctoritate Papæ non

non posset aliquis illam emere: quia Papa non habet per suum consensum facere, q̃ liceat illum actum facere, qui est lege diuina, uel naturali prohibitus. consequens autem est falsum: quia tam decimam prædialem, quàm personalem potest prælatus ecclesiæ, ad quã spectat, uendere prælato alterius ecclesiæ. & hoc cum dispensatione Papæ. De prædiali patet ex quotidiana (vt ita dicam) practica. Etsi de prædiali sic est, eadem ratione etiam de personali. Vnde etiam aliquando inter prædiales sunt etiam aliquæ personales admixtæ, vel æquiualentes personalibus quò ad hoc, quod est eas esse pecuniarias, eo q̃ nõnunquam rusticiloco decimæ fructuariæ, quam deberent de iure scripto dare de prædio: dant certam pecuniæ quãtitatem ex consuetudine loci. Et ex hac probatione etiam potest formari probatio ad secundam conclusionem præcedentem, scilicet quòd redditus fructuarius est emibilis: quia prædialis decima est fructuarius redditus, & est emibilis quamuis est ex lege diuina & naturali, quamuis enim lex positiua resistat, quę prohibet: non tamen hoc est, quia sibi repugnet emi, aut quòd sit contra dispositionem legis diuinæ: sed quia est annexa spirituali officio sicut & beneficia, quæ tamen annexio non arguit decimã propter hoc lege diuina inemibilem: quia tunc etiam agri annexi alicui ecclesiæ, & alia dotalia prædia essent inemibilia, quod est falsum: cum possint alienari in casu, & seruata solemnitate canonica. Tertiò sic. Emptio actionis & nominum debitorum est de se & ex genere non illicita. igitur etiam emptio redditus pecuniarij. tenet consequentia: quia in hoc conueniunt, quòd sicut redditus pecuniarius est ius exigendi pecuniam ab eo, qui eum constituit, vel à successoribus suis: sic actio, quæ emitur sæpe non est: nisi ius exigendi ab illo pecuniam, contra quem habet uendizor eius illam actionem. Similiter & nomina debitorum sæpe non sunt aliqua alia, nisi iura exigendi ab illis debitoribus eas pecunias, quas uenditori illorum nominum posset exigere. Antecedens probatur: quia utrunq; ius, scilicet ciuile & canonicum nõ reprobat: sed approbat illas emptiones. Vnde in iure ciuili est proprius titulus de actione & hæreditate vendita, vbi etiam hæreditas capitur tantum pro iure exigendi & percipiendi ea, quæ debebant nomine hæreditario iure obuenire uenditori, quorum multa possunt esse pecunia. Quartò sic: quia emptio fructuarij redditus est licita: vt probatum est in ij. conclusione, & etiam ut concedit aduersarius, igitur etiã emptio redditus pecuniarij. tenet consequentia: quia illi duo taliter æquiualent, quòd ubi quis potest unũ constituere, ibi etiam reliquum propter eorum æqui ualentiam: vt patuit supra q. lxxv. adeo quòd obligãs sua prædia tibi ad fructuarium, poterit etiam eadem tibi obligare ad pecuniarium: vt ibidem fuit deductum. constat autem, quòd non tenetur tibi gratis constituere. igitur pro aliquo æquialenti, & non oportet quòd pro specie, seu re utili: & ita per uiam permutationis. igitur pro pecunia: quia etiam ille redditus non minus est res utilis ut res utilis distinguitur à pecunia, quàm redditus fructuarius. Vnde sicut quãdo possum tibi vendere equum, & habeam asinum equiualentem equo, adeo quòd te consentiente possem tibi asinum loco equi dare, etiam tibi possum asinum vendere. sic si constituto redditu fructuario in prædio placeat tibi: & mihi potius te habere pecuniarium: cur non etiam eundem tibi uendere possem: & cur non tu eundem etiam emere posses? Quintò probatur per primam probationem, qua probata est prima conclusio applicando eam ad pecuniarium redditum, sicut potest applicari. & idem sicut concludit de redditu in communi: sic etiam de redditu pecuniario. Sextò. Princeps habens defendere stratam publicam: & eam purgare à latronibus: & ita esse conseruare pontes, & uias, & similiter potest licitè habere telonium, uel pedagium & consimile quid. talia autem sunt redditus pecuniarij vt communiter. Quæro igitur, an ne ille posset illud ius alteri assignare. & patet quòd sic. & constat, quòd non tenetur gratis assignare: non est enim illud ius aliquod bonum ecclesiasticum & huiusmodi, quod propter annexionem ad spiritualia sit prohibitum uendi, uel emi: sed est quid purè prophanum. igitur etiam potest non gratis assignare: & nõ tenetur præcisè pro specie, uel re utili commutare: quin eadem ratione etiam possit commutare pro pecunia in certo numero consistente. & sic poterit uendi, & alius poterit emere. Septimò sic. & suppono tria. Primum. B. per agrum suum ipsi A. quò ad proprietatem, & plenum dominium pro certa quota pecuniæ sibi annuatim soluenda. & hoc siue ad tempus uitæ, siue in perpetuum, licita est illa commutatio ex parte B. siue illa commutatio ipsius B. sit emptio, siue sit quidã alius contractus. puta permutatio, vel alius contractus innominatus. Secundò, q̃ B. habet redditum pecuniarium in hoc, q̃ debetur sibi predicta certa quota pecuniæ annuatim soluenda: quia habet ius percipiendi annuatim certam pecuniam. Modo redditus pecuniarius est ius percipiendi pecuniam, igitur. Tertiò, q̃ licitum est ipsi prædictum suum ius vendere ipsi C. & licitum est ipsi C. emere illud ius ipsius B. Hæc tertia suppositio est concessa ab aduersariis nominatim ab Henr. Gandensi. Illis suppositis arguitur sic. Ipsi C. licuit emere ius ipsius B. & illud ius fuit redditus pecuniarius. igitur conclusio vera. Et si dicas, ipsi C. licuit emere prædictum ius à B. sed non licuisset ei emere illud ius vel redditum ab ipso B. si B. illum redditum non ab alio, scilicet ab A. habuisset: sed per se ipsum constituisset eum ipsi C. Contra vtrq; redditus ipsius B. est pecuniarius & eiusdem speciei, & non differunt nisi penes aliqua extrinseca, scilicet quòd primus, quem B. assignat ipsi C. habetur ab A. virtute tamen agri sui dati ipsi A. & secundus non habetur ab A. Modò illa differentia extrinseca non est talis, & tanta, quòd possit facere, quòd ipsi C. licuerit emere primum, & non licuerit emere secundum. sicut si mihi licet emere libtum, quem ab A. recepisti: tunc etiam liceret mihi emere à te eum si non ab A. recepisses. puta forte mercem cõpositam. Immo in prædicto casu uterq; redditus ipsius B. quem assignat ipsi C. fuit habitus aliquo modo ab ipso B. quia B. habendo agrũ, habuit virtualiter ius percipiendi fructus eius, & per ipsũ ẽt virtualiter pecuniã, cui æquialuisse potuisset ille fructus, & sic siue retineat sibi agrum, vt in secũdo casu,

& in eo constituat ipsi C. redditum pecuniarium, siue trãstulerit eum in A. pro cõmutatione redditus pecuniarij: vt in primo casu, cesserit illum redditum, quẽ assignat B. à se virtualiter & originaliter habuisse à toto tempore, quo ager cœpit esse suus. Dixi autẽ in prima suppositione, siue illa cõmutatio sit emptio &c. quia quamuis quidam dicat, ꝙ sit venditio, quasi B. vendat illum agrũ pro illa annua pensione pecuniaria: tamen non est hoc verum: quia ibi deficit unum substantiale venditionis. s. precium: quia B. commutat agrum tñ pro redditu pecuniario. Modo redditus pecuniarius non est dicendus precium, immo est ibi ꝺ̃ctus permutationis, vel innominatus ꝺ̃ctus, de vt des. Et si dicas eadem ratione etiam si quis: vt puta B. equum venderet pro 100. flor. ipsi A. & daret ipsi A. terminos ad soluendum illos centum non esset ibi venditio: quia tunc B. etiam non commutat equum pro pecunia, sed pro iure percipiẽdi pecz aliquot partes ẽporis. s. per quatuor annos illam pecuniam. Dicendum, ꝙ in illa uenditione equi sunt implicitè duo contractus. Primus est uenditio pro pecunia. s. 100. flor. Secundus est mutuum pro quanto illos 100. flor. sibi debitos vt precium non mox exigit: sed dimittit apud emptorem, in quo ei eos mutuat. Octauò sic. aliquis licitè potest alteri pro seruitijs sibi impensis, vel impendendis assignare quid annuum etiã in pecunia. Item potest alteri dono dare, seu donare redditum pecuniarium, sicut contingere potest, ꝙ quis se obliget ad dandum per totam uitam suã, vel etiam per omne tempus suum & successorum suorũ omni anno vnum solidum alicui loco pio, aut fratri nitari, vel ecclesiæ & huiusmodi. igitur etiam talis potuisset illum, uel cõsimilem redditum pecuniarium alteri pro precio cõmutasse. tenet consequentia. Primò: quia nulla ratio diuersitatis apparet, cũ ille redditus sit idem, cuicunq; comparetur, aut quacunq; via transferatur in alium. Nam dato ꝙ in primo casu, fieret annexus spũalibus, & sic post trãslationem inemibilis: tñ ante illam translationem nondum fuit annexus talibus. igitur tunc potuisset illum etiam pro precio transtulisse. Secundò: quia si non obstante illa cõsequentia dicatur oppositum consequentis, cadẽ ratione posset teneri, ꝙ nullum equum, quẽ tibi potui donare, possem tibi vẽdere. Nonò sic. Si ego donassem tibi redditum pecuniarium, tu illum posses vendere, & aliquis à te posset emere: vt concedunt aduersarij. ergo eadem ratione antequam tibi eum donaueram, potuissem tibi, vel illi alteri uendidisse. tenet cõsequentia tripliciter. Primò: quia nulla est ratio diuersitatis inter me habere illum redditum, antequam eũ tibi donaui, & te habere, qñ tibi donaui: nisi ꝙ post donationem tu habes eũ formaliter & expresse, ego uerò habebam eum virtualiter & causaliter. Illa autẽ modus habendi non potest illam dñam facere, vt tibi liceat illum uendere, & illud mihi non licuisset. Secũdò probatur à simili. Si habes vsufructum formalem in prædijs meis, quẽ ego tibi donaui, ego habui virtualem, vel causalem in eisdem, antequam eum tibi donaui, & ego eundem formalem, quem in te trãstuli dono: potuissem in te transtulisse uenditione, igitur etiam sic est hic de redditu formaliter habito per te, & per me virtualiter habito. Tertiò probatur: quia si non obstante illa consequentia: nihilominus negetur consequens. eadem fronte posset teneri, ꝙ equum, quem tibi donaui, tu uendere posses, & ego cum tibi vendidisse non potuissem. Decimò potest hæc conclusio etiam probari per septimã probationem primæ cõclusionis huius quæstionis, eo ꝙ illorũ Pontificum approbatio facta est specificè de emptione redditus pecuniarij: vt patebit in q. lxxxiij.

Corollarium sequitur, ꝙ non potest subsistere sententia prædicti docto. solẽnis Henr. Gandens. qui & doctor omnia sciens aliqñ dicitur (forte quia tam de philosophicis q̃ theologicis, speculatiuis & practicis, scholasticis, ac moralibus, & cõsultoriis materiis tractare & scribere studuit: vt in suis quodlib. patet) Hic inquàm in quodlib. suis, quodlib. vij. q. xxij. cum dãasset emptionem redditus, siue perpetui. siue ad uitam tanq̃ vsurariũ mutuum: nec in ullo eas emptiones differre censuit: nisi (vt inquit) ꝙ maior est cupiditas amplius recipiendi in emptione redditus perpetui, q̃ in emptione uitalitij. tandem forte quia nicolit non posse condemnare illum contractum omnino, idest tam in seq̃ in sibi similibus. & tam immediate q̃ mediate factum. ideo quosdam contractus ei similes & intermedios ad eum admittit: & tamen ex illorum admissione potest concludi propositum nostrum, scilicet ꝙ etiam emptio redditus, siue perpetui, siue ad uitam etiam immediate facta sit admittenda. Ait inquam sic. Emptio redditus perpetui, siue ad uitam non est emptio. licet sic soleat appellari: quia extrema huius contractus per se sunt pecunia simul data, & per quotas recipiẽda, sed est parum mutuũ: si enim esset emptio & venditio, & verè posset dici, ꝙ pro pecunia emeretur redditus, oporteret interuenire aliũ contractum immo duos contractus circa rem aliam, quæ per se nata est esse extremum emptionis & uenditionis, vt res illa (sicut fundus, uel mensura terræ, vel signata & determinata, vel indeterminata in maiori mensura terræ contenta) primò pro pecunia ematur, & deinde pro aliqua quota pecuniæ annuatim, uel ad uitam, uel ad perpetuum reuendatur, uel hereditariè concedatur, uel quota huiusmodi à tali ematur, cui debetur iure uẽditionis. puta ci, qui fundum, uel mensuram uendidit communitati alicuius ciuitatis, uel domui religiosorũ annuatim in perpetuum reddenda, aut dat proprietatem reseruando sibi pro vsu illos tedditus. Si igitur uelit illos redditus uendere, & omne ius, quod habet in eis, licitum est eos alteri emere. nec reputatur dare pecuniã pro redditibus: sed pro iure temporali, quod ille habuit in recipiendo, & reputantur eadem persona, vt venditionem, quam fecit primus, reputetur fecisse secundus. Vnde istis duobus modis licet emere reditus. siue perpetuos siue ad uitam sine peccato. nec emuntur redditus nisi in recompẽsationem alterius rei; in quam per emptionem & uenditionem res data ab emente eam potuit commutari, vt non propriè emãtur redditus uel pecunia pro pecunia: sed pro re alia. Vnde in similibus factis ex solo modo contractus vnum licet fieri, aliud non licet: vt si aliquis uẽdit sundum suũ pro aliqua quota pecuniæ in perpetuũ solnendæ, vel concedit proprietatem, & retinet tñ pro vsu, & uelit alteri concedere pro certa pecuniæ summa

ma omne ius, quod habet in recipiendo illam quotã: bene licet emere. si verò alius habens consimilẽ sundum uelit pro tanta summa pecuniæ obligare sundũ suum ad soluendum æqualem quotam in perpetuos redditus non licet: quia hic nullius rei est venditio: sed sola obligatio sundi in pignus. Sed si iste primò emeret sundum ita, quòd suus esset, posset licitè concedere, vel reuendere eundem pro prædicta quota annuatim recipienda. Hæc ille. Sed ista sententia impugnari potest multipliciter: & hoc xij. viis. Primò: quoniam non utrumq; extremum est pecuniain contractu illo: vt patuit in prima ratione. Secundò: quia ille contractus non est mutuum, eo ꝙ irreuocabiliter datur pecunia. Tertiò: quia dicit, ꝙ ad hoc, ꝙ illa commutatio esset emptio dicenda, oporteret interuenire aliũ contractum &c. ergo innuit, ꝙ si interueniat ille alius, uel alij contractus, poterit illa cõmutatio dici emptio. igitur aliqua emptio redditus perpetui, uel ad uitam est emptio in re. & sic aliqua talis erit ex genere iustus contractus. Quartò: quia cum fundamentum suum sit, ꝙ pecunia, quę uidetur hic esse utrobiq; extremum, non possit emi, & ita oporteat aliquid aliud prius interuenire, quod emi possit. ergo saltem emptio redditus fructuarij, qui nõ est pecunia. sed est uel ius percipiendi fructus, vel (vt ipse diceret) est ipsi fructus per quotas recipiendi, non esset illicita. Quintò: quia cum dicit: si igitur vt lit illos redditus uendere &c. concedit, quòd ille, qui acquisiuit redditum pecuniarium, non per pecuniã, quam pro eo dat: sed per fundum suum, quem alteri pro tali pecuniario redditu, seu (quod idem est apud illum) dat rem pro tali quota pecuniæ, potest eum alicui tertio uendere, & ille tertius potest eam emere. igitur cõcedit propositum. Nec valet duplex euasio, quam mox ad respondendum huic tacitæ obiectioni subiungit alij, ꝙ talis: puta ille tertius emens non dat pecuniam pro illis redditibus: sed pro iure temporali, quod ille habuit in recipiendo. Nam si dat pecuniã pro illo iure temporali, quod alius habuit. igitur, dat pro redditu: quia illud ius, quod alius habuit, & quod in illum tertium transtulit: nihil aliud est, & fuit, nisi redditus pecuniarius: quia redditus pecuniarius nihil est, nisi ius percipiendi, & recipiendi illam summã pecuniæ annuatim, quod ius meritò vocat temporale: quia est res temporalis, sic ꝙ non est spiritualis in se: quamuis si redditus sit perpetuus, non dicatur temporalis, idest duraturus ad tempus breue, vel ad vitã hominis: tamen est temporalis, id est res non spiritualis. Similiter non valet alia responsio ad illam obiectionẽ, quando dicit, ꝙ in illo casu non emuntur redditus nisi in recompensationem &c. Nam hoc concedendo cõcedit propositum. patet in simili. Si enim tu habeas sundum & eum des Ioanni vt Ioannes det tibi librum suum: si tunc ego dem tibi certũ precium pro libro, verè dicor emere librum. non obstante: quia dem illud tibi in recompensam illius sundi, quem pro illo libro dedisti: vt sic recompensetur tibi sundus tuus, loco cuius librum receperas, & ita, ꝙ verè rationi & nomini vel appellationi emptionis relatæ ad unum librum, non obstat si ex animo vellem illam meam pecuniam dedisse respectiuè ad sundũ: vt mediãte sundo recõpensato acquirerem ius, quod tu tibi procurasti mediãte eodem sundo. Sextò: quia quæ necessitas ad hoc ꝙ ego acquiram ius, vel redditum, quem tu tibi per sundum procurasti, ꝙ oporteat me etiam per eandem viam procedere, qua tu tibi acquisisti. puta, ꝙ oporteat, me pecuniam meam re spectiuè dare pro eodẽ sundo, quasi fingam me velle habere sundum: vt sic attingam illud ius, quod tu mediante eodem acquisisti. nam scio, ꝙ nunquàm ille sundus erit meus, immo nec vellem habere sundum illum: sed tãtum quæro vsufructum: vel aliquid simile eidem, quod vel quem tu illo mediãte acquisisti & obtinuisti. Septimò: quia si sundum illum alicui alteri assignasti & vẽdidisti pro aliquota pecuniæ annuarim tibi assignandarum est sundus amplius tuus, & stat, ꝙ nullatenus sit vænalis illi alteri, ergo tu recipiendo à me precium: vt aliquotam pecuniæ tibi debitam mihi assignes, non poteris illud precium recipere respectiuè ad sundum, alioquin reciperes quid, pro eo, quod amplius non est tuum, & pro eo, quod non potes in alium trãsferre. Octauò: quia tibi licuit sundum tuũ immediate dare pro tali redditu, seu aliquota annua, ergo etiam liceret mihi meum sundum tibi pro tali aliquota, seu redditu immediate dare sine priori respectu ad sundum tuum, per quem originaliter acquisisti tuum redditum, & si sic. igitur eũ valorem sundi mei poteo immediate dare pro illa tua aliquota, seu redditu. modo certum precium est valor mei sundi, igitur. Si dixeris, concedo primum consequens & consequentiam, sed nego secundam consequentiam & eius consequens. & ratio diuersitatis est: quia tuus sundus non est pecunia: ideo potes eam dare pro tali mea aliquota pecuniæ: non sic põt pecunia valens tuum sundum dari pro aliquota: quia sic pecunia daretur pro pecunia. Contra dupliciter: 1 quia eadẽ ratione defenderetur vsura: quia si mutuo tibi pecuniam, ut eam mihi restituas, & ultra hoc assignes, nõ equidem pecuniam aliquam, sed rem aliã, non poterit dici, ꝙ dederim pecuniam ad hoc, vt ger minet mihi pecuniam, nec ut lucretur pecuniam: sed tantum rem distinctam à pecunia: & tamen mox dicetur, ꝙ hoc non obstante est vsura: quia saltem illud lucrum est æquiualens pecuniæ. igitur etiam licerit hic ꝙ si non licet mihi pecuniam tibi immediate dare pro re tua aliquota: tunc etiam non licebit id, quod æquiualet pecuniæ dare pro eadem aliquota. Idem etiam patet in materia simoniæ, vbi sicut non licet dare pecuniam vt precium pro spirituali: sic nec licet aliud temporale æquiualens precio dare pro eodem. Secundò: quia tunc si haberes flor. non posset illum à te acquirere pro moneta parua: nisi habendo oculum ad aliquam rem olim tuam, quã dedisses pro illo flor. & sic sequeretur primò, ꝙ oporteret me prius inquirere, si & pro qua re data acquisiuisses illum flor. vt sic ad illã rem flecterem oculum cordis. Secundò, ꝙ si illũ flor. nõ acquisiuisses pro aliqua re per te alteri data. veputa: quia esset tibi donatus, aut à te inuentus in loco, vbi pro derelicto esset habitus, non posset illum à te acquirere pro moneta. Nonò: quia pro re quæ scienter, nec est tua, nec vnquàm fuit tua: non potes quid emere licitè. emptor enim tenetur precium dare de dominio venditoris. modo sundus olim tuus, ad quem dicis me debere habere ocu-

lum in dando tibi precium : vt sic pro illo fundo acquiram tuum redditum, vel aliquotam: non est, nec vnquàm fiet tuus, vt possibile est. quomodo igitur poteris sana conscientia respectiuè pro illo recipere precium, & quomodo ego sana conscientia potero dicere, ꝙ illum tuum redditum acquisierim per hoc, ꝙ dederim precium pro eodem fundo, quem prius pro illo redditu dederas? Decimò & pro confirmatione quintæ impugnationis arguitur: quia sequeretur, ꝙ non diceretur quis emere officium ecclesiasticum, quando daret precium pro beneficio, quod est annexum illi officio: quod tamen taliter est dictum annexum, ꝙ acquisito beneficio etiam habetur officium: etiamsi finaliter intenderet per illam viam acquirere illud officium, & sic non esset simoniacus simonia iure diuino, sed tantum iure humano prohibita. Probatur, nam eodem modo diceretur, ꝙ suam pecuniã non dat respectiuè ad officium, sed ad beneficium: licet intenderet illo acquisito etiam acquirere officiũ, saltem de facto. ficat & de facto tantum acquirit vel tenet beneficium. Et quamuis forte euaderes dicendo, ꝙ emens villam, cui est annexum ius patronatus hic etiamsi intendat habere illud annexum: non tamen dat precium maius, quàm villa valeat: non committit simoniam: & tamen simul acquirit ius patronatus: sic hic: & tamẽ ũ respectiuè ad illud ius, dedisset: etiam in vno denario plus vel partem illius precij; iã esset simonia. Et hoc videtur voluisse Henr. quando dicit. Vnde in similibus factis &c. Sed de hoc latius habet videri in tract. de simonia. Vndecimò non minus licitum est, vtà te recipiam precium & tibi assignem rem, quæ mea est: & rem, quæ continetur in re quę adhuc mea est: quàm ꝙ tibi pro illo precio assignem rem, quæ mea non est: & rem quæ mea quidem est & contenta fuit in re quæ mea fuit: sed amplius non est mea, modo si meum fundum vendidi ciuitati pro aliquota pecunia seu redditu pecuniario; fundus non est amplius meus: & licet illa aliquota, vel redditus sit meus, qui redditus aliquo modo cõtinebatur in illo fundo per æquiualẽtiam valoris, eo ꝙ ex fundo potui acquirere illam aliquotam: tamen ille fundus nunc non est meus: & tamen secundum tuam opinionem, si ego tibi pro precio tuo, quod mihi das respectiuè immediate pro illo fundo: & consequenter pro aliquota ex eo per me obtenta; licitè tibi illam aliquotam assigno. Igitur non minus: sed magis potero pro eodem precio: si idem fundus adhuc manet meus quò ad proprietatem respectiuè tibi assignare prędictam aliquotam, quæ virtualiter includitur in meo fundo, eo ꝙ in proprietate illius fundi causaliter includitur vsufructus æquiualens illi aliquotę, oppositum enim sentire, est sentire quasi non possem tibi vsufructum arboris vendere: nisi prius à me alienassem arborem, reseruato mihi illo vsufructu, quod est falsum. Duodecimò non est verum, ꝙ in tali casu non sit vendito alicuius rei, quando scilicet fundus remanet meus: nam ius percipiendi fructus fundi in se, vel in sibi æquiualenti; scilicet pecunia, hoc inquam ius vbi vendo, & illud nõ est nihil, aliàs etiam tu quando alienabas à te fundum tuum pro tali iure dedisses eum pro nihilo. Nec oporret dicere, quod pignorem illum fundum alicui. De hoc tamen an posset dici, quòd esset ibi pignoratio, patuit in simili in q. xxiij.

Quarta conclusio. Emptio redditus, siue pecuniarij, siue fructuarij prædialis, seu constituti in rebus, vel prędiis constituentis est licita de se, seu ex genere. Probatur. Emptio vtriusq; est licita, vt probatũ est, ergo emptio vtriusq; alicubi constituti est licita. modo non constituatur vlius redditus nisi in rebus, vel in persona. igitur emptio vtriusq; erit licita, & hoc cõstituti in rebus vel personis. modo magis videtur emptio illius, qui est constitutus in rebus esse licita, ꝙ illius, qui est constitutus in persona. igitur conclusio vera. Vltima propositio probatur: quia quicunq; cõcesserunt posse emi vtrunq; redditum, concesserunt eum ut in rebus constitutum posse emi; sed non omnes tales concesserunt, ꝙ constitutus in persona posset emi: quia plures negauerunt etiam posse cõstitui redditum in persona: sed non econtra: nam qui concesserunt in personis constitutum redditum posse emi, etiam multo magis concesserunt constitutum in rebus posse emi.

Quinta conclusio. Emptio redditus fructuarij personalis, seu constituti in persona etiam est de se, seu ex genere licita. Probatur dupliciter. Primò sic: quia persona hominis est nata importare res viles, quas voco fructus, scilicet operas, labores, & huiusmodi. & hæ sunt æstimabiles precio: quia etiam illas potest quis vendere: vt patet in locantibus operas, & inde precium, vel locagium recipientibus. Tunc arguitur. sic ius percipiendi illas operas & fructus personales constitutum in persona hominis est res verè temporalis &c. & deduc sicut deductum est de redditu in genere consyderato in prima probatione primæ cõclusionis huius quæstionis. Secundò: quia si non posset licitè emi: maximè quia non posset quis licitè illud ius, nel redditum talem constituere in persona sua: & maximè pro precio, & per viam venditionis, eo ꝙ talis uiderur, personam suam subiicere seruituti etiã pro precio, eo ꝙ illa constitutio aliquo modo sapit naturam seruitutis. & sic etiam eadem ratione econtra non licitè posset quis uelle sibi constitui tale ius, & maximè pro precio & per viam emptionis. Modo, ut patuit q. lxxiij. licitè potest quis constituere talem redditum in persona sua. etsi gratuitè posset eum alteri constituere: potest etiam pro precio constituere: quia ille redditus est res verè temporalis &c. vt prius in prima probatione.

Sexta conclusio. Emptio redditus pecuniarij constituti in persona etiam est de se, seu ex genere licita: probatur dupliciter. Primò sic: quia emptio fructuarij redditus cõstituti in persona est de se licita. igitur etiam pecuniarij. tener consequentia: quia illi duo adeo æquiualent, ꝙ vbi vnus posset constitui, ibi etiã alter: & sicut vnus est verè ẽporalis & prophanus, nec spũalis intrinsecè, nec annexus spũalibus: sic etiã alius. ideo sicut vnus est emibilis, ita & alter. Secundò sic: quia si non: maximè propter sequens motiuum: scilicet quia talis emptio esset palliũ usuratię mutationis. ergo preſumptiuè esset peccatũ usuræ. ergo esset illicita. Antecedens illius motiui probatur sic: quia qui mutuare vellet 100. floren. alicui ad usuras, diceret mutuatario: nõ mutuo tibi illam pecuniam; sed

sed emo superæ redditum pecuniarium. viij. vel x. floren. quem mihi debebis dare tanto tempore. puta x. annis; infra quod tempus præfixum esset verisimile, quòd mutuator recipiat sortem suam: & longè etiam ultra sortem. Prima consequentia illius motiui patet de se. Secunda probatur: quia actus præsumptiuè malus habet speciem mali: omnis autem actus habens speciem mali est illicitus: quia prohibitus: dicente Apostolo. Ab omni specie mali abstinete vos. Modo hoc motiuum non procedit contra sextam conclusionem. patet tripliciter. Primò: quia quãuis probet, ꝙ emptio redditus pecuniarij in persona constituti cum certis circunstantiis facta sit illicita: non autem quòd in genere sit illicita: sic ꝙ non possit etiam aliis circunstantiis vestiri, vt sit licita. Nam prædicta emptio non potest præsumi, ꝙ sit usuraria nisi certis circunstantiis accedentibus, nec usurarius volens mutuationem usurariam palliare: poterit eam palliare per emptionem prędictam: nisi probat certis circunstantiis est uestita. puta quando emendo redditum ad determinatum tempus emeret tantum redditum, & ad tantum tempus, ꝙ verisimile esset eum sortem & lõgè vltra sortem percipere infra illud tempus: prout latius in sequenti quæstio. patebit. secus autem, quando ad tale tempus determinatum, vel indeterminatum emeret, ꝙ non adesset prędicta verisimilitudo. Secundò: quia si hoc motiuum procederet: etiam concluderet contra quartã & quintam conclusionem: quia etiam ibi usurarius diceret, non mutuo tibi illam pecuniam: sed per modũ precij ipsam tibi dando emo redditum fructuarium in rebus, vel in persona tua constitutum ad certum tẽpus percipiendum, infra quod verisimiliter esset percepturus sortem & longè ultrà. Tertiò: quia etiã concluderet, ꝙ non liceret alicui conducere personam alterius ad laborandum sibi pro certa pecunia: quia diceretur, ꝙ esset pallium mutuationis usurariæ, eo ꝙ conductor sub nomine mercedis conductitiæ mutuat pecuniam conducto, & exigit ab eo tot & tantas operas, vel tanto tempore, ꝙ verisimiliter percipiet valorem sortis mutuatæ & longè vltra. Et hæ duæ cõclusiones loquuntur de redditu constituto in persona non distinguendo, vel specialiter descendendo ad personam, in qua constitutus sit ille redditus, scilicet an in persona ipsius uenditoris, an in aliqua alia persona sit constitutus: & quia aliqui non negant hoc, quando ille redditus est constitutus in aliqua persona alia ab ipso venditore: vt in seruo uenditoris, aut in aliqto alio: sed difficultatem faciunt: si sit ille redditus cõstitutus in ipso met venditore, saltem de nouo. puta occurrente emptione, cuius occasione fam primum constituitur. Nam (vt dicunt) tunc emptio eius videtur illicita, & illius opinionis videtur fuisse Innoc. Contra igitur illos ex prędicta causa, & etiam ex quadam alia causa, quæ tangitur in sequenti conclusione, ponenda est.

Septima conclusio. Duę conclusiones immediate præcedentes etiam veræ sunt, si cõstitutus sit ipse redditus personalis in ipso met uẽditore, probatur: quia probationes probantes duas præcedentes conclusiones æquè procedunt de vno casu sicut de alio, ita ꝙ vtriq; possunt applicari. & ideo sicut de vno conclu-

dunt sic de alio. Motiuum autem prædictorum fuit idem; quod tangitur in texta conclusione. sicut illud ibidem nõ procedit, sic nec in præsenti casu. nec Innoc. fuisse videtur illius opinionis sine additione: tã ipse loquitur quando uenditor in persona sua constituerer redditum, uel actionem talem, scilicet qua se obligaret ad plus dandum, vel in pecunia, vel in re vili, quàm reciperet. & sic uidetur tantum loqui de casu secundæ conclusionis sequentis quæst de quo ibidem. Secunda causa quare illa cõclusio ponitur, est quia Paner. in suis disputationibus disputatione. v. Vbi iustificat contractum, quo quis emam in scipso constituit, etiam de nouo redditum & eum alteri assignat pro pecunia, dicit, ꝙ talis contractus non est emptio, ita ꝙ constituens sic redditum non dicitur uendere quid alteri, nec alius emere: eo ꝙ ibi non est merx: quia si ipse constituens super se redditum diceretur eum uendere, aut uenderet personam suam, aut in personam suam. & neutrum potest dici: quia nemo est dominus membrorum suorum. & dicit hoc modo intelligendum dictum Innoc. & consequenter dicit, ꝙ prædictus uenditor potest obligare se ad dandum quolibet anno certam quantitatem. & hoc per stipulationem, siue ad certum, siue ad incertum tempus, siue ad perpetuum. & non solum ex causa donationis: sed etiam ex causa pecuniæ receptæ, vel recipiendæ. Sed hoc dictum deficit tripliciter. Primo: quia redditus est res emibilis: vt ostendi in conclusione prima, & ipse constituit super se redditum. igitur ibi reperitur merx. minor, patet: quia tu concedis, ꝙ potest se obligare ad dandum annuatim vnam quantitatem pecuniæ: modo obligationi in illo obligato, vel obligantę se correspondet ius in illo, cui obligatur, uel cui se obligat. Si enim obligo me tibi ad dandum quid annuum: tu habes ius exigendi illud à me, sicut dicitur cõmuniter obligatio est mater actionis. actio autem est ius exigendi aliquid impetendi aliquid super aliquo. illud autem ius non est nisi reddit⁹. igitur. Secundò: quia supponit falsum, scilicet ꝙ persona libera non possit se vendere, & ꝙ non possit etiã alicui constituere ius ad personam suam uendendo illud ius alicui: hoc enim est sufficiẽter probatum in q. lxxiij. Nullam igitur facio differentiã in hoc, quia aliquis super personam suam propriam possit licitè constituere redditum, & concedere illum redditum alteri. concedere tibi ius exigendi ab eo aliquid annuum, & ꝙ hoc non teneret gratis facere. immo ꝙ potest pro pecunia ei illud ius concedere. vnde dicẽdum, ꝙ illud ius est res emibilis. Tertiò deficit: quia dicit Innoc. intellexisse suum dictum ad illum sensum, scilicet ꝙ non contraheretur tunc cõtractus emptionis & uenditionis: sed hæc non fuit eius intentio, probatur dupliciter. Primò: quia tunc dicendo, ꝙ omnino illicitum uideretur, ꝙ ille idem, qui dicitur venditor, sin se constituat redditum, vel actionem: nõ fuisset opus addere dicendo, qua se obligat ad plus dandum in pecunia, vel in specie, seu re vili, quã receperit: sicut tamen Innoc. addidit: quia siue plus, siue æquale, siue minus daturus esset, non posset esse venditio & emptio. Secundò: quia Innoc. non dixisset, illicitum uideretur: sed quòd impossibile esset redditum sic constitutum vẽdere: quia ibi nulla esset

merx. Vnde ad prædictum dictum dicendum, non fuit motus Innoc. ex hoc, ꝙ ibi non esset reperibilis merx. & ꝙ ideo non posset contrahi emptio & uendi tio: sed motus fuit ex hoc, ꝙ uēditor erat daturus pinguiorem mercem, scilicet redditum, quàm fuerit precium, quod deberet esse adequatum merci: quamuis non oporteat precium esse adæquatum obuentionibus successiuè obuenturis emptori ex merce.

Octaua conclusio. In qualibet illarum emptionum (de quibus præcedentes conclusiones fonuerunt) non refert, an redditus fuerit constitutus ante ipsam emptionem, vel an iam primum de nouo fuerit constitutus occasione illius emptionis. Hæc conclusio ponitur propter aliquos, qui uolebant dicere, quòd siquis olim constituisset redditum aliquem alicui: tunc qui talem constitutum haberet, & huncsq; habuisset, posset eum postea uendere, & aliquis posset eum emere. Si autem quis nondum haberet vllum redditum sibi per se, vel alium constitutum: sed de nouo occasione emptionis, ad quam aliquis se offerret, constitueret illi redditum, ꝙ non liceret alicui illam emere. & huic opinioni uidetur fuisse Innoc. qui licet non damnet simpliciter emptionem talis redditus de nouo constituti: tamen dicit Christianis fore consulendum, quòd ab huiusmodi cōtractu abstineant. Et idem dicit de actione nouiter constituta occasione emptionis occurrentis. Io. etiam An. dicit illum esse illicitum, & uix uidet, quomodo sine fraude talis contractus fieri possit. Contra illos igitur ponitur prædicta conclusio, & probatur quadrupliciter. Primò sic: quia rationes iustificantes quamlibet illarum emptionum (de quibus præcedentes conclusiones fonuerunt) æquè procedunt de reddita iam nouiter constituto: ficut de olim constituto: vt patet applicando eas ad utrunq; indifferenter. igitur æquè concludunt de uno sicut de alio. Secundò: quia si A. olim non animo uendendi fecisset aliquod opus artificiale: sed animo retinendi sibi uel donandi: sicut etiam in effectu retinuisset illud sibi, uel donasset alicui alteri. puta B. & ipse C. liceret illud opus emere ab A. vel à B. qui haberet illud opus: eadē ratione liceret eidem emptori emere ab eodem A. vel B. simile opus, quod ille artifex fecisset de nouo, & solùm occasione illius oblatæ emptionis. igitur etiam sic est de reddit olim constituto & iam nouiter constituto. Tertiò: quia ratio, cur prædictis fuit visum, ꝙ emptio redditus de nouo constituti esset illicita, & non emptio redditus prius constituti fuit ista: quia quando de nouo constituitur redditus, scilicet propter oblatam emptionem: tunc emptio illius posset esse pallium vsurariæ mutuationis, ut prius tactum est. Videtur enim ipse constituens de nouo redditum illum assignare sub nomine mercis venditæ: quasi dans pecuniam pro illo constituto emat illum: cum tamen dans pecuniam in re eum mutuet & recipiēs eam constituendo ei redditum nomine mercis, obliget se ad restitutionem sortis & incrementi. Modo hoc motiuum dupliciter deficit. Primò: quia non procedit, nisi quando emptio redditus nouiter constituti fit cum determinata circunstantia, de qua patebit in secunda conclusione quæstionis sequentis. & sic non probabit, nisi quòd aliqua emptio redditus nouiter constituti sit pallium vsurariæ mutuationis: non autem ꝙ emptio ipsa in se, vel ꝙ quælibet emptio noui redditus sit tale pallium. Secundò deficit: quia si concluderet: tunc etiam concluderet, ꝙ emptio redditus olim cōstituti esset illicita: quia etiā illam contingit esse pallium mutuationis vsurariæ. puta quando ille emitur ad certum tempus & cum tali circunstantia, de qua patebit in secunda conclusione sequent. quæstionis. Et ex hoc patet, quòd prædictorum doctorum dictum haberet veritatem in casu speciali, seu speciali circunstantiæ accedente. vtputa quando precium est nimis paruum respectu illius redditus nouiter constituti, & in illo casu uidentur fuisse locuti. Nam Innocen. recitata opinione, quæ admittit emptionem redditus, uel actionis, qui vel quæ nouiter constituitur, exemplificat de casu dicēs: vt si dicat emptor uenditori, tu constitues tales redditus in tali possessione uel seruo, uel facies, quòd talis confrebitur se debere mille usque ad annum. & ego pro illis mille dabo tibi quingenta, & postea subdit suum prædictum consilium &c. & verè sanum est illud eius consilium, & necessariò sequendum in casu prædicti exempli, scilicet vbi dantur quingenta nomine precij pro actione ad mille danda in termino vnius anni: quia ibi est grandis & intolerabilis disproportio precij ad mercem. Nam secundum inferiores causas loquendo, verisimiliter emptor leuabit in anno: non solum sortem & refusionem cuiuslibet interesse sibi occurrentis ex carentia pecuniæ: sed etiā longè ultra. Io. eriam An. idem exemplum ponit, & in tali etiam casu haberet suum dictum ueritarem. seu eius vbi illa disproportio non reperitur, ita quòd quātitas precij adæquatur ipsi redditui: attenta eius importantia secundum determinationem illius temporis, per quod durare debet. Quartò probatur conclusio: quia etiamsi iam primum constituitur redditus, quando emptio occurrit, adhuc ipse constituitur ante emptionem: quamuis non longo tempore ante. ergo non minus erit emibilis, quàm si longè ante fuisset constitutus. consequentia probatur: quia si illud quò ad hoc posset variationem facere: tūc etiam inter redditus olim constitutos esset talis varietas, ꝙ quanto aliquis longè ante instans emptionis esset cōstitutus: tanto magis licitè posset emi, quod est falsum. Sequela probatur: quia præcessisse emptionem requiritur secundum te ad hoc, vt emptio sit licita, & iam primum constitui uitiat eum: igitur quanto minus iam primum constituitur, tanto magis recedit à vitiabilitate. igitur magis ad licitum accedit. Antecedens probatur: quia obiectum præcedit actum: igitur si emptio debet fieri, oportet, quòd merx, quæ emi debet, præcedat emptionem. Nec obstat, quod supra dixi, quòd res futuræ possunt emi: quia & si illæ res non præcedant emptionem: tamen ius ad illas futuras res præcedit eam: & illud ius est merx immediata. Item ille redditus virtualiter includitur in dominio & proprietate ipsius possessionis, in qua de nouo constituitur, ergo saltem virtualiter etiam longo tempore præextitit ante emptionem, & illa virtualis præexistentia sufficit ad hoc: vt possit habere rationē mercis, quomodo etiam posset dici ad illud de futuris rebus, quæ dicuntur posse emi: quia præexistunt virtualiter. Item potius deberent prædicti dixisse, ꝙ licitum est emere redditum, qui non occasione emptionis occurrentis constituitur, & quòd non est licitum emere eum, qui occasione emptionis constituitur, non curando, an nouiter esset constitutus, uel olim, & an ante, uel in emptione constitueretur. Sed etiam nec illa diuersitas sufficiet: quia sic est in aliis mercibus, quòd si quis procurat aliquam mercem adducendo, vel faciendo eam, non intentione uendendi eam cuique. nec ob hoc, quòd sibi offertur emptio, eam constituit, uel facit: sed ad sibi ipsi retinendum, aut donandum alicui: nihilominus potest mutato animo eam uendere: & cum hoc etiam cum à principio eam formar, aut adduxit: pōt eā sola occasione oblatæ emptionis constituere & adducere.

Nona conclusio. Conclusiones iustificantes emptiones redditum sunt uerę: non distinguendo, an ipse redditus sit certus, an non, & loquor de certitudine & incertitudine quantitatis, puta siue uenditor sit obligatus ad dandum annuatim duos modios frumenti illius prædij, uel duos floren. leuabiles de fructibus illius agri: & sic redditus est certus: siue uendi tor sit obligatus ad dandum tertiam partem fructuū illius prædij, vel ad dādum tertiam partem pecuniæ, quam leuare contiget de fructibus illius prædij, & sic redditus est incertus. Et eodem modo potest exēplificari de redditu in persona constituto. puta: siue uenditor redditus personalis sit obligatus ad impendēdum emptori annuatim tot determinatas operas diurnas, uel tot denarios leuabiles de illis operis. & sic erit redditus personalis certus, siue sit obligatus ad impendendum emptori annuatim mediertatē operarum: quas poterit facere, uel medietatem pecuniæ leuabilis de illis operis. Probatur igitur conclusio: quia rationes prædictarum conclusionum æquè possunt applicari ad certum redditum: sicut ad incertum. & econtra. igitur sicut concludunt de aliquo illorum, ita de vtroque.

Decima conclusio. Quod dictum est de redditu in quatuor vltimis conclusionibus, scilicet siue fructuario, siue pecuniario in persona constituto. & hoc siue ante contractum, siue in contractu, & hoc siue in persona venditoris, siue in alia persona constituto. Idem intelligendum est de actione, ita ꝙ est etiam licitum alicui emere actionem, quam tu habes contra B. siue actio sit ad pecuniam, siue ad fructus, siue illa competerit tibi ante illam emptionem, siue iam primum occasione illius oblatæ emptionis sit constituta, & hoc siue in persona propria vēdentis, siue in alia persona. Probatur: quia rationes vtrobiq; eodē modo cōcludunt: vt patet intuenti. Sed ex quo actio æquialet redditui determinatæ temporalitate. ideo de emptione actionis latius dicetur in sequenti quæstione, vbi de emptione temporalis redditus agetur: & nominatim de illa actione agetur in quarta eius conclusione.

Contra prædictas conclusiones posset multipliciter argui: sed illa argumenta tangentur sufficienter in seq. quæstionibus, vbi specialiter tractabitur de aliquorum redditiuum emptionibus: quæ etiā hanc possunt applicari. Pro nunc tamen arguitur contra primam conclusionem sic. Contractus vsurarius est illicitus ex certis causis tactis. q. xxij. quarum vna est: quia ex ea sequitur ꝙ homines non intenderent agriculturæ, & consequēter induceretur carestia, & cruciarentur pauperes, prout diffusè fuit deductum: ibidē in secunda conclusione. Modo illæ causæ, vel rationes æque habent locum in emptione redditum: vt patet per eas discurrendo. igitur æque erit illicita, tenet consequentia: quia vbi eadem ratio, ibi eadem iuris dispositio. Dicendum, ꝙ ad emptionem redditum, si fiat cum illis circunstantijs, cum quibus debet illa emptio vltra bonitatem genericam vestiri, nō sequitur, ꝙ homines illi, qui deberent, & quos expediret intendere agriculturæ, deserant agriculturam: sed per hoc solum illi non intendent ei, quos decet & expedients est non intendere ei: sed potius aljs vtilitatibus reipublicæ intendere, adeo ꝙ maior vtilitas est reipub. ꝙ tales non intendant agriculturæ. quàm ꝙ intendant, cuiusmodi sunt illi de aliquo illorum quinq; generū hominum, de quibus supra. q. lxxiij. dictum est. Vnde quamuis emptio redditiuum sit ex genere licita: non tamen ex circunstantia, quando passim fit à quocumq;. De hoc latius patebit in specialibus emptionibus redditiuum, scilicet vitalitioū & perpetuorum, scilicet q. lxxxj. cōclusione secunda & tertia, & similiter. q. lxxxiij. etiam secunda & tertia conclusionibus. Et si dicas, ita etiā defensaretur contractus vsurarius, scilicet quando fieret per tales personas, quibus dicis congruere emptionem redditum. Respondetur, non est simile: quia vsurarius contractus est prohibitus lege diuina & naturali: non autem emptio redditiuum. Nec sequitur. vtile est & decens, ꝙ illæ personæ sustententur, & licitè possint sustentari per illum contractum, & alius contractus idem faceret. igitur etiam per illum alium possunt licitè sustentari. patet in simili. Decens enim est, clericos sustentari temporalibus eis in stipendijs assignatis: & possent etiam sustentari, quando illa temporalia eis ut precium officiorum assignarentur, vel quando de rapinis sustentarentur. igitur si licitè primo modo possunt sustentari, etiam secundo modo licitum erit: non valet argumentum. Vnde ad boni finis consecutionem non sunt eligenda quæcunque media, etiam quibus contingeret illum finem de facto obtinere ita efficaciter, sicut per alia.

Secundò arguitur sic. Contractus ille est illicitus, quo admisso extinguitur pietas & misericordia fidelium ad indigentes & pauperes, emptio redituum est huiusmodi. Nam si illa sit licita: tunc quàm primum venerit indigens mutuo, nemo erit, qui sibi mutuabit: sed mox dicetur ei, non mutuabo tibi gratis, nec etiam sub usuris: sed paratus sim tibi subuenire per viam emptionis redditiuum super bonis tuis, vbi ad omne maximum, si non facit iniusticiam, & eum amplius grauat, quàm prius fuerit gratiatus: tamē nullē gratiam sibi impendit, & in nullo plus dat quàm recipiat sine ullius pietatis offensione. Vnde hoc fuit unum ex damnis, quæ ex contractu usurario proueniunt: vt patuit. q. xiiij. conclusione tertia. puta: quia extinguitur charitas inter homines contrahentes: quia neuter contrahentium alteri impendit quicquā gratuitò, & sine æqualis rei redhibitione. Dicendum quadrupliciter. Primò retorquendo contra argumen-

tum.

tem. Nisi què p ipsum concludercetur, q emptio prædiorum & quorumcunq, bonorum immobilium, & etiam mobilium esset illicita: quia admissa illa extinguitur pietas &c. Nam quamprimum venit indigens ad diuitem, petens mutuum dicet ei nō mutuabo tibi illam summam: sed pro ea emam prædia tua, vel alias res etiam mobiles, quibus ille pauper indiget. Sicut igitur tunc soluere haberes argumentum: sic etiam hic soluendum est. Secundò igitur dicendum, q differunt non impendere indigenti contractum gratuitum, seu pium, & secum contrahere contractu, qui ex natura sua non est gratuitus: sed tamen iustus. Nam primum potest esse peccatum, & peccatum est in casu quo est præceptum impendere illi gratiam talem: secundum autem nō est peccatum. Exēplum, si indigens mutuo est in necessitate illa constituta, in qua mutuare est in præcepto: sicut de hoc sunt quatuor, vel quinque casus positi supra q xiz. tunc peccat mortaliter diues nolendo mutuare: sed nō oportet, q pecceț emendo aliquam rem ab eo pro iusto precio: sicut si mendicus petat à pistore panem, pistor nolit gratis dare, peccabit pistor, si est casus, in quo eleemosyna est accepti, nec tū peccabit in vendō dominā nullam iniuriā facit ei dando æquale pro æquali. Tertiò dicendum ad formam, q maior esset vera, qñ de per se illum contractum extingueretur pietas: non autem si non de per se: sed sibi accidit, quòd homines extinguendo charitatem, diuertant ad illum contractum. Quartò potest dici, q dato q argumentum procederet, q emptio illa esset peccatum: non tamen argueret, nisi q ex circunstantia est peccatum, scilicet quando quis emit eum ab eo, cui pecuniam graris concedere deberet. Modo non negamus, quin emptio reddituum ex circunstantia possit multipliciter deprauari, vt in seq. quæstionibus patebit.

Tertiò sic. Emptio reddituum est actus periculosus animæ: igitur illicitus, tenet consequentia: quia exponere se periculo peccati mortalis est peccatum mortale. iuxta illud Sapientis. Qui amat periculum peribit in illo, & loquitur de periculo mortalis peccati, nemo autem perit nisi peccet mortaliter: modo volens & eligens actum, amat illum. igitur. Antecedens probatur: quia aliqui doctores dānant eam vt mortalem & vsurariam: & plures trepidant eam approbare. Dicendum, triplex est periculum, scilicet probabile, æquilibre & improbabile, vel scrupulosum. De periculo probabili & æquilibri verum est, qui amat periculum, peribit in illo. Si enim probabiliter times te in aliquo actu peccare mortaliter, scilicet plus ipsum credens esse mortalem quàm non, uel sæque credis eum esse mortalem: sicut credis oppositum: mortaliter peccas eum agendo: hoc enim est propriam salutem cōtēnere. sed non oportet de periculo improbabili & leui: vbi scilicet aliqualem formidinem habes, q sit mortalis: & tamen magis credis, q sit licitus. Modo emptio redditū non est necessariò primo & secundo modo periculosus apud omnem cuentem: quia plures cum bona fide, & simpliciter credentes eum esse licitum emunt moti bonis rationibus, vel auctoritatibus. Si tamen quis haberet probabilem credulitatem, vel æquilibrem, q sit mortalis, ille peccat mortaliter. sed hoc accidit illi cō tractui: sicut leuatio festucæ etiā potest sic fieri mortalis. Et per hoc etiam patet solutio ad sequens argumentum.

Quartò sic. In dubio est tutior via eligenda secundum Aug. Modo dubium est si liceat emere redditus, & non est dubium, quin abstinere sit licitum. igitur tenetur quis ad non emendum. igitur emptio est illicita. Nam dicendum est, q tripiex est dubium, scilicet probabile, æquilibre, & improbabile. In primo & secundo dubio est præcepti deserere dubium & tutiorem viam eligere. sed in tertio est consilij tantum. Inter enim duas vias, quarum vtraq; est tutat sic q neutra est periculosa primo, vel secundo periculo, vna est tutior aliatita q nullum habet periculum, etiam improbabile, consilij est tutiorem eligere. modò sic est in proposito.

Hic potest reprobari solutio iuristarum dicentiū, q in foro pēnitentiali est tutior via eligenda: licet dicitur uideatur: vt si dubitetur, an aliquis articulus sit peccatum uel non: tutior est, q illud quis cōfiteatur, & q sibi imponatur pœnitēna: quia ibi nullum subest periculum. nam bonarum mentium est ibi culpā agnoscere, vbi culpa non est. Et idem in foro quasi pœnitentiali: vt quando dubitatur, si quis teneatur abstinere à contractu matrimonij, vel ab altaris ministerio, uel ab alio actu, in quo dubitatur, si subsistit peccatum, absit necdum est, & illud est tutius. Sed in foro contentioso debemus semper præsumere & interpretationem facere in meliorem partem, scilicet absolutoriam. Et ita simpliciter tutius esset abstinere ab illis contractibus: tamen ex quo suiti sunt illi contractus: tenendum est, q sint liciti. Sed hæc solutio deficit dupliciter. Primò: quia per hoc non est defensata emptio redditūum tanquam licita. Nam non sequitur, defensata est tanquam licita, uel non punienda, uel irritanda in foro exteriori, eo q cum sit dubiū eam esse illicitam, potius debemus ad mitiorem partem declinare, igitur est licita: quia arguitur à secundum quid ad simpliciter. Præterea illa solutio tāum videtur illam regulam intelligere in puniēdo actum factum, vt sit sensus, si dubium est, si quis actus sit puniendus: tunc in foro interiori tutius est punire. & ideo puniendus est: sed in foro exteriori non est tutior via eligenda: sed mitior, scilicet ut non puniatur. Modo regula etiam intelligitur de actu nondum facto: sed agendo, vt potius abstineatur ab agendo, si est dubius, quàm quòd agatur. non igitur satisfacit illa solutio regulæ. Secundò: quia ex eorum solutione sequitur, quòd illicitum esset illos contractus agere, quamuis non essent puniendi in foro exteriori: quia dicunt regulam intelligendam in foro conscientiæ.

QVAESTIO. LXXX.

Vtrum emptio redditus existens de se, seu ex genere licita, cuiusmodi est quælibet illatum, de quibus fuerūt conclusiones præce. quæstionis. depraueriū per hoc, q ille redditus est temporalis determinata temporalitate, idest soluendus tantum ad certum numerum annorum uel temporum & non vltra: vt ad quinq; uel x. annos. Et quia actio competens alicui contra aliquem ad exigendum aliquam

quam summam pecuniæ, vel alterius rei utilis, æquialet redditui temporali determinata temporalitate. ideo idē quęritur de emptione actionis an sit licita. Solutio. q. stat in quinq; conclusionibus, & duorū dubiorum solutionibus, & in vno corollario. Primū dubium tangetur ante tertiam conclusionem. Secundum ante quintam.

Prima conclusio. Emptio, de qua titulus sonat, non depraūatur præcisè per huiusmodi determinatam temporalitatem redditus. probatur dupliciter. Primò sic: quia redditus sic determinatus certa temporalitate adhuc retinet rationem mercis, & per consequēs remanet adhuc obiectum cōgruum respectu illius actionis, scilicet emptionis non minus, quàm si non esset sic determinatus. ita q ipsa temporalitas determinata non est conditio faciens ipsum redditū inemibilem: sicut faceret, quando ille redditus esset annexus alicui spirituali officio, aut sicut faceret aliqua alia similis conditio. Modo si non sit sic determinatus, est merx, seu res congrua ad terminandum actum emptionis, ita q actus emptionis super ipsum cadens erit de se licitus, igitur etiam talis actus emptionis cadens super ipsum sic determinatum etiam erit de se, vel ex genere licitus. & sic non depraūabitur actus ratione illius, q obiectum suum (scilicet redditus) est sic determinatum: sed si debeat depraūari, hoc fieri oportebit ex accessu circunstantiæ alterius ab illa determinata temporalitate redditus. sicut emptio equi est licita, etiam si ille equus non sit victurus pro certo nisi ad decem annos, quamuis possit illa emptio depraūari ex parūitate precij. Maior probatur prima ratione qua in prima cōclusione prece. quæstionis probatum est redditum abstrahentem ab illa determinatione esse rem emibilem, & habere rationem mercis: quia illa probatio æquè applicari potest ad redditum sic determinatum. Secundò probatur hæc conclusio applicando tertiam rationem eiusdem primæ conclusionis ad redditum sic determinatum, & æquè habebit locum ibi sicut & alibi. Tertiò probatur applicando septimam probationē eiusdem conclusionis, vbi directè habere, q venditio redditūum ecclesiæ facti ad tempus determinatum modicum est admissa, & facta etiam ad tempus determinatum non modicum est admissa seruatis ibidem expressis; quæ admissio non fieret à iure canonico, si temporalitas determinata redditus vendendi de per se depraūaret venditionem. & si in vēditione sic est: etiam eadem ratione ibidem emptio redditus est admissa, non obstante illa determinata temporalitate redditus.

Secunda conclusio. Emptio, de qua titulus sonat, depraūatur per hoc, q illud tempus determinatum, per quod soluendus est redditus, est tantum vel redditus tam pinguis, vel precium emptoris tam exiguum, quòd verisimile est sin communem cursum, q emptor in illo tempore percipiet non solum pecuniam, vel aliam rem vtilem æquivalentem pecuniæ solutæ nomine precij: sed etiam vltra illam summā tantum ad certum numerum annorum uel temporum & non vltra: vt ad quinq; uel x. annos. Et quia actio competens alicui contra aliquem ad exigendum aliquam summam pecuniæ, vel alterius rei utilis, æquialet redditui temporali determinata temporalitate. ideo idē quęritur de emptione actionis an sit licita. Solutio. q. stat in quinq; conclusionibus, & duorū dubiorum solutionibus, & in vno corollario. Primū dubium tangetur ante tertiam conclusionem. Secundum ante quintam.

Prima conclusio. Emptio, de qua titulus sonat, non depraūatur præcisè per huiusmodi determinatam temporalitatem redditus. probatur dupliciter. Primò sic: quia redditus sic determinatus certa temporalitate adhuc retinet rationem mercis, & per consequēs remanet adhuc obiectum cōgruum respectu illius actionis, scilicet emptionis non minus, quàm si non esset sic determinatus. ita q ipsa temporalitas determinata non est conditio faciens ipsum redditū inemibilem: sicut faceret, quando ille redditus esset annexus alicui spirituali officio, aut sicut faceret aliqua alia similis conditio. Modo si non sit sic determinatus, est merx, seu res congrua ad terminandum actum emptionis, ita q actus emptionis super ipsum cadens erit de se licitus, igitur etiam talis actus emptionis cadens super ipsum sic determinatum etiam erit de se, vel ex genere licitus. & sic non depraūabitur actus ratione illius, q obiectum suum (scilicet redditus) est sic determinatum: sed si debeat depraūari, hoc fieri oportebit ex accessu circunstantiæ alterius ab illa determinata temporalitate redditus. sicut emptio equi est licita, etiam si ille equus non sit victurus pro certo nisi ad decem annos, quamuis possit illa emptio depraūari ex parūitate precij. Maior probatur prima ratione qua in prima cōclusione prece. quæstionis probatum est redditum abstrahentem ab illa determinatione esse rem emibilem, & habere rationem mercis: quia illa probatio æquè applicari potest ad redditum sic determinatum. Secundò probatur hæc conclusio applicando tertiam rationem eiusdem primæ conclusionis ad redditum sic determinatum, & æquè habebit locum ibi sicut & alibi. Tertiò probatur applicando septimam probationē eiusdem conclusionis, vbi directè habere, q venditio redditūum ecclesiæ facti ad tempus determinatum modicum est admissa, & facta etiam ad tempus determinatum non modicum est admissa seruatis ibidem expressis; quæ admissio non fieret à iure canonico, si temporalitas determinata redditus vendendi de per se depraūaret venditionem. & si in vēditione sic est: etiam eadem ratione ibidem emptio redditus est admissa, non obstante illa determinata temporalitate redditus.

Secunda conclusio. Emptio, de qua titulus sonat, depraūatur per hoc, q illud tempus determinatum, per quod soluendus est redditus, est tantum vel redditus tam pinguis, vel precium emptoris tam exiguum, quòd verisimile est sin communem cursum, q emptor in illo tempore percipiet non solum pecuniam, vel aliam rem vtilem æquivalentem pecuniæ solutæ nomine precij: sed etiam vltra illam summā tantum ad certum numerum annorum uel temporum & non vltra: vt ad quinq; uel x. annos. Et quia actio competens alicui contra aliquem ad exigendum aliquam summam pecuniæ, vel alterius rei utilis, æquialet redditui temporali determinata temporalitate. ideo idē quęritur de emptione actionis an sit licita. Solutio. q. stat in quinq; conclusionibus, & duorū dubiorum solutionibus, & in vno corollario. Primū dubium tangetur ante tertiam conclusionem. Secundum ante quintam.

Prima conclusio. Emptio, de qua titulus sonat, non depraūatur præcisè per huiusmodi determinatam temporalitatem redditus. probatur dupliciter. Primò sic: quia redditus sic determinatus certa temporalitate adhuc retinet rationem mercis, & per consequēs remanet adhuc obiectum cōgruum respectu illius actionis, scilicet emptionis non minus, quàm si non esset sic determinatus. ita q ipsa temporalitas determinata non est conditio faciens ipsum redditū inemibilem: sicut faceret, quando ille redditus esset annexus alicui spirituali officio, aut sicut faceret aliqua alia similis conditio. Modo si non sit sic determinatus, est merx, seu res congrua ad terminandum actum emptionis, ita q actus emptionis super ipsum cadens erit de se licitus, igitur etiam talis actus emptionis cadens super ipsum sic determinatum etiam erit de se, vel ex genere licitus. & sic non depraūabitur actus ratione illius, q obiectum suum (scilicet redditus) est sic determinatum: sed si debeat depraūari, hoc fieri oportebit ex accessu circunstantiæ alterius ab illa determinata temporalitate redditus. sicut emptio equi est licita, etiam si ille equus non sit victurus pro certo nisi ad decem annos, quamuis possit illa emptio depraūari ex parūitate precij. Maior probatur prima ratione qua in prima cōclusione prece. quæstionis probatum est redditum abstrahentem ab illa determinatione esse rem emibilem, & habere rationem mercis: quia illa probatio æquè applicari potest ad redditum sic determinatum. Secundò probatur hæc conclusio applicando tertiam rationem eiusdem primæ conclusionis ad redditum sic determinatum, & æquè habebit locum ibi sicut & alibi. Tertiò probatur applicando septimam probationē eiusdem conclusionis, vbi directè habere, q venditio redditūum ecclesiæ facti ad tempus determinatum modicum est admissa, & facta etiam ad tempus determinatum non modicum est admissa seruatis ibidem expressis; quæ admissio non fieret à iure canonico, si temporalitas determinata redditus vendendi de per se depraūaret venditionem. & si in vēditione sic est: etiam eadem ratione ibidem emptio redditus est admissa, non obstante illa determinata temporalitate redditus.

Secunda conclusio. Emptio, de qua titulus sonat, depraūatur per hoc, q illud tempus determinatum, per quod soluendus est redditus, est tantum vel redditus tam pinguis, vel precium emptoris tam exiguum, quòd verisimile est sin communem cursum, q emptor in illo tempore percipiet non solum pecuniam, vel aliam rem vtilem æquivalentem pecuniæ solutæ nomine precij: sed etiam vltra illam summā tantum ad certum numerum annorum uel temporum & non vltra: vt ad quinq; uel x. annos. Et quia actio competens alicui contra aliquem ad exigendum aliquam

quàm sit pecunia, nõ esset mutuatio: quia mutuatio sit cum obligatione mutuatarij ad restituẽdum ei idẽ in genere: sed esset emptio, licet iniqua. Et confirmatur quia dans pecuniã dat etiam pro ea re, quæ vere habet rationẽ mercis: quamuis excessiuæ mercis. & ibi sunt precium & merx, & adest consensus vtriusq; de mutua translatione precij & mercis. & sic sunt ibi oĩa substantialia emptionis. igitur est ibi vera emptio. Assumptum de precio & consensu patet. Sed illud de merce probatur dupliciter: quia ille redditus est verè redditus. Modo supra ostendimus, ꝙ reditus in communi habet rationem mercis. igitur quicunque reditus in quo est ratio redditus, reperibilis erit merx. Vnde ille etiam est eiusdem speciei cum redditu temporali indeterminata temporalitate, cuiusmodi est vitalitium: & etiam cum redditu perpetuo redimibili, & irredimibili, sicut albedo duratura tantum ad determinatum tempus est eiusdem speciei cum ea, quę est duratura tantum ad tempus indeterminatum, vel ad perpetuum. Modo non negatur illos reditus alios esse emibiles, licet contingat dare precium nimis paruum, igitur etiam sic hic erit. Secundò idem probatur: quia si non haberet rationem mercis: maximè quia esset nimis pinguis respectu illius pecuniæ: sed hoc non arguit eum non esse mercem: sicut nec arguit equum non esse mercem pro quo: cum verisimiliter valeat centum, do domino equi tantum. lx. quamuis sit iniqua emptio. Vnde nõ video quin si dicatur, ꝙ commutatio pecuniæ pro redditu temporali determinata temporalitate vbi pecunia est nimis modica, non sit, nec maneat propter hoc emptio sine iniqua, sine æqua, sed sit solum mutuatio: quin cadẽ via consequẽter dicerẽtur, ꝙ commutatio pecunię pro redditu perpetuo, vel pro vitalitio, vbi pecunia est nimis modica: etiam non esset emptio, sine iniqua, sine æqua: sed esset vsuraria mutuatio. immo generaliter qũcunq; quis commutaret pro quacunq; merce pecuniam nimis modicam, non esset ibi contractus emptionis, sed vsuraria mutuatio. & sic nunquàm contingeret dare exemplum de emptione retinente rationem emptionis, vbi precium esset nimis parum.

Secundum dictum, quãuis antecedens prædictum sit verum in alio sensu vno vel pluribus, puta quando intelligitur transitiuè: vt patebit enumerando tres sensus veros: tamen in nullo illorum illa probatio, cuius est illud antecedens, manebit efficax ad simpliciter probandum prædictam conclusionem. Primus est, ꝙ ille contractus: etsi sit vera emptio & nõ verè mutuatio vsuraria: tamen est secundum præparationem animi contrahentis vsuraria mutuatio, vel saltem potest esse talis: quia stat, ꝙ emens inter emendum sit talis præparatę mentis, scilicet ꝙ quãmuis ille contractus sit verè emptio, & non vsuraria mutuatio: tñ etiamsi esset vsuraria mutuatio: adhuc vellet eam facere, nisi timeret pœnas fori exterioris, vel infamiam. sicut illum contractum vult facere, nõ obstante ꝙ est emptio iniqua. & sic etiam in foro Dei meretur dãnationem, non minus quàm si esset vsuraria mutuatio. Sicut vulneratio homini mortuo illata ab eius inimico tali animo ꝙ, etiam si esset vius, & sic occisibilis, etiã vellet eum sic vulnerare laxaliter, esset homicidium secundum præparationem animi: non verè & in re: nec ille esset irregularis, sed tunc probatio, cuius est illud añs, nõ plus probaret illũ contractũ esse illicitum, q̃ quęcunq; ꝺctum ſtumcunq; licitum: quia contrahentem contingit in quorumq; contractu esse talis præparationis, ꝙ etiam si esset vsurarius & illicitus, vellet eum facere. Secundus sensus est, ꝙ ille contractus, etiam si sit re & nomine emptio in vno homine: tamen in alio est pallium vsurariæ mutuationis. ita ꝙ quamuis Ioan. faciens illum contractum non faciat nec nomine, nec re, nec vocabulo, nec intentione exercendi vsuram mutuationem: tamen Petrus, qui inclinatus est & desyderat mutuationem vsuriam facere, facit vsuriam mutuationem tam re quàm intentione, scilicet quia dat pecuniam alicui respectiuè ad aliam pecuniam cum incremento sibi restituendam: & tamẽ sub vocabulo & nomine emptionis prędictę exercet illam mutuationem: & tunc est emptio tantum in Ioanne: sed non in Petro, nisi solo vocabulo. Sed tunc probatio, cuius est illud antecedens, non probaret, nisi ꝙ prędicta emptio, quando solum habet vocabulum emptionis, & nõ substantiam, sit illicita: sed non probaret de emptione habente nomen & substantiam emptionis. (quomodo est in Ioanne) ꝙ sit de se illicita: sed bene probaret alterum illorum duorum, vel vtrunq;, scilicet ꝙ esset contractus ille prohibendus, vel ꝙ esset per accidens malus, scilicet ratione scandali. Primum patet: quia sub illius nomine possent latere vsurariæ mutuationes. igitur inordinandus esset: sicut & domus illæ, quæ natæ sunt esse latibula latronum sunt dissipandæ. licet de se nõ essent malæ: nec tamen sequeretur, quòd ergo esset prohibitus: & maximè tãquam vsurarius. licet esset prohibitus tanquam iniqua emptio, ꝙ autem non sequeretur, ꝙ esset actu prohibitus, patet. Nam actu de se bono contingit sæpe per malenolos abuti: nec tamen propter hoc est simpliciter prohibitus, quamuis abusus sit simpliciter prohibitus. Secundum patet: quia infirmus aliquis posset scandalizari ex illo contractu, scilicet occasionari ad credendum mutuationem illam etiam non esse vsuriam, quæ sit propter lucrum: & ẽt posset occasionari ad faciẽdum eã tanquam non vsuriam, eo ꝙ emptio prædicta non est vsuraria, quæ tñ vt ei olo similis. Poterit etiã aliquis cogitare taliter ementem esse vsurariũ, & sic emptor talis contra charitatem ad se, seipsum reddendo suspectum de crimine vsuræ. Sed tunc illa probatio non probaret illum contractum esse de se malum, sicut tamen est: sed solum per accidens, scilicet ratione scandali inde emergentis. Et ideo si nõ esset emersurum tale scandalum, cessaret in illo contractu, ratio peccati: saltem quantum illa probatio nititur introducere, ita ꝙ non sufficienter probabit illum contractum esse peccatum; sicut in simili mutuantem recipere vltra sortem ratione interesse damni emergentis non est de se malum, quamuis in casu, quo inde emergeret scandalum modo dicto iam immediate aut suspicio contra famam sic mutuantis: redderetur hoc per accidens illicitum. Tertius sensus est, ꝙ ille contractus in vno & eodem sit pallium mutuationis vsurariæ. puta: quia ille idem qui mutuationem vsu-

riam

riam facit, palliat eam per vocabulum emptionis, & tunc verum quidem est: sed tunc non est emptio in re sed solum nomine, & pallium mutuationis vsurariæ intransitiuè est met mutuatio vsuraria palliata. & ideo tunc probatio non vadit contra conclusionem, quæ loquitur de vera emptione prædicti reditus. & ideo haberet illa probatio probare, ꝙ non esset emptio vera, quod non facit. Et hæc de illa probatione & eius valore. Sed contra improbationẽ antecedentis in primo sensu arguitur dupliciter. Primò sic. Contractus aliquis est mutuatio, vbi recipiens pecuniam est præcisè obligatus ad restituendũ rem alterius generis. ergo illa improbatio supponit falsum. Antecedens probatur: quia aliquis cõtractus est vsurarius, in quo recipiens pecuniam est præcisè dicto modo obligatus. igitur antecedens verum. remanet consequentia: quia peccatum vsuræ non residet præcisè, nisi in mutuatione. Antecedens secundum probatur exemplariter. Si do tibi pecuniam obligando te ad restituendum mihi frumentum loco pecuniæ in futuro tempore: quæ tamen frumenta nunc verisimiliter æstimo tunc futura esse pluris precij: quàm sit pecunia nũc tibi data, committo peccatum vsuræ: & tamen frumenta sunt res alterius generis. Dicẽdum, ꝙ in tali datione nõ est mutuatio ex causa dicta: sed est emptio, quãuis iniqua. Sed pro quanto emptor illud frumentum, quod mox deberet sibi tradi, implicitè mutuat venditori, eo ꝙ expectat venditori vsq; ad terminum, in quo & non ante sibi dare tenetur: & tamen non vult sic expectare nisi pro lucro: quia vult nunc eo minus sibi dare pro tam valido frumento: ideo in hoc committit peccatum vsuræ, scilicet mutuando sibi frumentum iam emptum, & vult illud sibi dari: & tamen de illa concessione aliquid quærit vltra. Et si dicas, ꝙ etiam in tali casu vult mutuans sibi aliquid alterius generis à re mutuata dari, scilicet partem precij, quam vult sibi remitti, cuius remissio est quędam datio: & tamen illa pars precij est res alterius generis à frumento. Vel aliter sic replica. Si quis det tibi pecuniam obligans te ut in termino tantundẽ sibi restituas in pecunia æquivalẽti, & vltra hoc etiam des sibi modium tritici, scit usura: & tamen iam obligatur recipiens ad rem alterius generis. Respondetur, ꝙ ipsum incrementum usurarium potest esse res alterius generis à re mutuata: sed ipsum ad quod obligatus debet esse mutuatarius ex vi contractus mutui, debet esse eiusdẽ generis, quamuis possit contingere, ꝙ illud, quod vltra sortem exigitur, sit alterius generis.

Secundò sic. Si cõmutatio pecuniæ pro prædicto temporali redditu pecuniario, vel alio, ideo non esset mutuatio: quia, scilicet redditus, pro quo fit commutatio non est res eiusdem generis cum pecunia data. Et sic non est mutuatio, etiam non est vsuraria mutuatio: quamuis sit aliter iniquus contractus: nũc eadem via posset omnis mutuatio vsuraria dici non esse mutuatio vsuraria. sed bene, ꝙ aliàs esset iniquus contractus. Probatur sequela: quia quicunq; mutuaret ad vsuram, dicere posset etiam verè. Ego non do tibi illam pecuniam, obligando te ad dandum mihi rem eiusdem generis, scilicet pecuniam: sed ex tibi do pro re alterius generis, scilicet pro iure exigẽdi à te tantundem in pecunia, & etiam vltra sortem per me tibi datam. Vndeetiam in qualibet vera mutuatione subest obligatio in ipso mutuatario, cui obligationi correspondet ius in ipso mutuante ad exigendum illud. Et sic in omni mutuatione reperitur res alterius generis, & sic ad faciendum, ꝙ non sit mutuatio, sufficeret solum, ꝙ mutuans haberet oculum ad ipsam ius, vel obligationem: ita ꝙ pro illa daret pecuniam suam, & tunc cessaret esse mutuatio, eo ꝙ fieret respectiuè ad rẽ alterius generis: & ita quantumcunq; vltra valorem sortis reciperet: non esset ibi peccatum vsuræ: sed alius contractus iniquus: puta emptio iniqua, vel cõtractus innominatus, scilicet do si des, vel si facias. Dicẽdum, ꝙ sicut in datione & receptione spiritualium & temporalium potest contingere simonia per solam intentionem aliter intervenientem, q̃ debet: & econtra per solius talis intentionis omissionem simonia deerit. Et similiter alĩ quando erit simonia etiam contra legem diuinã propter intentionem certam: & tamen si illa non esset: non esset nisi positiua simonia. Sic nimirum in datione & receptione tãtum temporalium pro temporalibus potest per solam intentionem & diuersum oculum, quem quis habet, aliquis contractus transire in aliam speciem, quæ intentio vel oculus si nõ haberetur, maneret in priori specie. Exemplum primi. Do tibi temporale non relatum ad spirituale, quod mihi darutus es, immo nunquam cogitaui de illo spirituali: sed merè liberaliter illud tibi do. Similiter econtra. tu das mihi illud spirituale non propter temporale: sed merè liberaliter, nulla erit simonia ex parte utriusq; nostrum: & tamen si illud temporale tibi darem relatum ad spirituale tãquam precium illius spiritualis: intendens per illud te mouere ad dandũ spirituale: erit illa mea datio simonia, & eodem modo tua datio spiritualis erit simonia: si fiat relatiuè ad illud temporale tanquam mercis ad precium. Aliud exemplum de hoc, vbi aliqua datio est simonia positiua: quæ tamen propter aliquam intentionem accedẽtem erit etiam simonia lege diuina prohibita. Vt si do pecuniam: vt precium pro iure percipiendi decimas, vel pro beneficio ecclesiastico: solum habendo oculum ad illud ius: vel beneficii, quod in se est res verè temporalis: puta: quia simpliciter nõ operem per illam pecuniam, aut qualitercunq; aliter acquire re officium ecclesiasticum: immo simpliciter uellem esse supportatus ab illo: erit hæc datio simonia positiua: & tamen si illa datione interueniret utrinq; obtinere, scilicet etiam officium ecclesiasticum: esset simonia etiam lege diuina prohibita: quia officii ecclesiastici, cui illa sunt annexa, est simpliciter & intrinsecè spirituale & lege diuina prohibitum emi & vendi. Sic ad propositum stat, ꝙ datio pecuniæ relatæ præcisè ad obligationem dandi, vel ad ius exigendi tantundem: quæ obligatio uel ius est res alterius generis: esset commutatio emptionis: & tamen relata ad rem eiusdem generis sibi reddẽdum, maneret mutuatio. Aliter enim non uideo etiam quomodo datio pecuniæ pro redditu perpetuo pecuniario defendatur: vt sit emptio & non mutuatio, de qua tamen infra auctoritate apostolica probabitur, ꝙ sit emptio. Attũ quicquid sit de hac subtilitate, an sit emptio,

vel

vel mutuatio, quãdo datur pecunia pro reddito prædicto modo temporali: tamen constat, quòd ille est iniquus contractus & mortalis. Ideo quantum ad tuitiõ hominis pertinet, sufficit scire cuiq; esse iniquũ. Si enim facis contractum iniquum & mortalem, ratione cuius etiam obligaris ad restitutionem superacceptã, non debebit tibi multum esse curæ qua specie fieret ille contractus iniquus: eam siue in illa, siue in alia specie fueritinisi pœnitentiam egeris, & voluntatem restituendi superacceptum habueris, & etiã possibilitate tibi existente in effectu restituendi: damnaberis. & de similitudine illa in simonia & vsuris etiam aliquid est tactum in q. lxvij parebit etiam similia de mutuo & societate pecuniaria infra q. xciij. in casu quinto, & in xcvj.

Tertia conclusio. Prædictæ duæ cõclusiones sunt veræ non distinguendo, an ille temporalis determinatus redditus sit constitutus ab antiquo: vel an de nouo constituatur: & etiam non distinguendo si sit constitutus in aliqua persona, an sit constitutus in ipso venditore, an in aliqua alia persona. & hoc siue illa sit persona venditoris: puta seruus eius, vel huiusmodi, uel an sit in aliqua persona alia: quæ non sit venditoris: licet illa alia persona constituat super se reddirum illum, quatenus venditor possit quid vendere. Prima pars conclusionis ponitur ideo: quia Panor. damnando emptionem, de qua secunda conclusio loquitur: dicit se præsumere vsurariam prauitatem contra eam addens, q̃ illum temporalem redditum de nouo constitui facit adeo maiorem præsumptionem, præsumendo, q̃ contractus ex parte ementis sit vsurarius. Sed hoc dictum improbari potest dupliciter. Primò: quia illa nouitas in constitutione nihil ad hoc facit, q̃ magis præsumatur emptio illicita, quàm si illa constitutio non esset noua, sed antiqua. Probatur dupliciter. Primò à simili de redditu in communi capto, in quo probatum est, non referre, an sit nouiter, vel ab olim constitutus, quin sicut ab olim constitutus poterat emi: sic de nouo constitutus: vt in præcedenti quæstione patuit conclusione octaua. Secundò: quia ratio, ob quam illa emptio est illicita, est ratione paruitatis precij respectu tam pinguis redditus tanto tempore percipiendi. Modo illa paruitas haberet æquè locum, si talis redditus olim fuisset constitutus: sicut quando nouiter constituitur, & non plus habet illa nouitas locum in secundo casu q̃ in primo. Quæro etiam, si actio de nouo constituereturi: & tamen emeretur pro adequato precio, an præsumeretur ibi fraus vsuraria. Et patet q̃ non: & tamen quando actio fuisset ab olim constituta, & venderetur pro inadæquato precio & minori, præsumeretur ibi fraus vsuraria. igitur signũ est, q̃ illa præsumptio, si quæ ibi est, prouenit ex quantitate precij, & non nouitatis, vel vetustatis actionis constitutæ. Secundò: quia illa nouitas etiam non facit ad hoc, q̃ magis præsumatur in illa commutatione esse vsuraria prauitas, q̃ si esset constitutio non noua, & hoc vere vel secundum præparationem mentis. Primum patet: quia illa nouitas nihil facit ad hoc, quòd ibi sit plus mutuatio implicita suspicanda, & per consequens sedes nata fundare vsurariam prauitatem, q̃ si non de nouo constitueretur, sicut in simili, si talis cõstitutor redditus de nouo formasset aliquod opus artis mechanicæ ipsi emptori occasione talis pecuniæ, quæ pecunia esset longè minoris valoris, q̃ sit illud opus: nõ ob hoc plus præsumeretur, emptorem illius operis dando precium contraxisse mutuationẽ vsurariam, q̃ si aliquod opus olim æquiualens formarum ab eo emisset pro illa pecunia. Secundum patet: quia recipiens redditum olim constitutum æqualem illi nouiter constituto tantundem lucri habet, quantum de nouiter constituto haberet. igitur sicut præsumitur prædicta præparatio mentis ad peccatũ vsuræ exercendum, quando nouiter constituitur: sic & econtra hoc præsumeretur, quando illic redditus olim fuit constitutus: cum vtraq; via posset cõsequi æquale lucrum concupitum. Secunda pars conclusionis ideo ponitur: quia Innoc. videtur voluisse (vt sibi imponit Panor.) q̃ indubitanter tunc esset illicitus, quando in persona propria venditoris esset constitutus de nouo: nõ autem si in aliqua alia persona, etiam si redditus sit excedens precium illo excessu, de quo secunda conclusio mentionem fecit. Modo dico, q̃ non refert in quacunq; persona sit cõstitutus, dummodo prædicto modo excedat precium, quin illicita sit eius emptio: quia contra iustitiam commutariam. Nec est uerum, q̃ Innoc. senserit eum esse licitum, quando in aliena persona constituitur de nouo: quia etiam dissuadet talem contractum saltem quando prædicto modo excedit redditus preciũ. Sed dico, q̃ dissuasio in tali excessu est non tantum dissuasio: sed etiam ut præceptum obseruãda. Item Panor. etiam addit, q̃ maior præsumptio surgit cõtra illum contractum per hoc, q̃ emptor emit à venditore cõstituente illam obligationem in personam suam, eo q̃ tunc non potest dici venditio vel emptio. Sed etiã illa additio non valet: quia illa obligatio nõ ideo minus est licitè emibilis & vendibilis: quia est in ipso venditore, q̃ si esset in aliqua alia persona constituta: maximè si illa alia est talis, quæ est proprij iuris. puta non est seruus venditoris de qua tamen alia persona non negat Panor. ibidem quin si in tali constituatur obligatio, ipsa erit uendibilis licitè. Et quia aliquis diceret. Si emptio temporalis redditus non est de se illicita: quamuis fiat illicita, & depraetur in casu, quo precium est nimis parum modo dicto. Pono igitur, q̃ precium non sit nimis parum, an tunc sit licita, ideò ponitur quarta conclusio.

Quarta conclusio. Emptio, de qua in titulo quæritur, est licita tam ex genere, q̃ ex circunstantia: si nõ fiat modo tacto in secunda conclusione: sed fiat pro precio adequato redditui. probatur: quia tunc non solum cadit super debitum obiectum, seu rem emibilem: vt prima conclusio probauit: sed etiam cum debita circunstantia requisita ad licitam emptionem: & quamuis illa proportio non sit omnis circunstantia, & ita propter eius pœnitentiam non possit concludi illam emptionem esse licitam ex omni circunstãtia, & hoc positiuè: tamen etiam reliquæ circunstantiæ requisitæ possunt simili modo interuenire, & sic erit ex reliquis circunstantiis: cum accellerint etiam positiuè licita, & nunc ex illis est licita permissiuè: sicut si diceremus, emptionem equi pro precio adæquato esse licitam ex genere & ex circunstantia, licet ibi præter obiectum æstimatus tantum modus.

Et quia aliquis statim diceret. Fatendum equidẽ est, q̃ si ibi fit adæquatum precium, q̃ erit licitus contractus: quia etiam si teneretur opinio contraria, scilicet q̃ ibi esset implicita mutuatio: non posset tunc condemnari contractus: cum mutuans solum æquale reciperet: vt si dat precium, cui toralis summa recipienda ex particularibus obuẽtionibus redditus erit in numero æqualis: vt dat centum, & per x. annos recipit omni anno x. tantum. Sed dubium est, an seruetur adæquatio precij ad mercem, quãdo emptor dat centum flor. nomine precij pro redditu. x. flor. sibi dandorum ad xj. annos, vbi emptor in xj. annis certus est secundum communem cursum, q̃ rehabebit fortem, & vltra fortem. x. flor. & sic non videtur esse adæquatio precij & mercis, & multo magis non videtur esse, quando ad xij. annos, vel vltra esset ille redditus duraturus, vel si ad xj. annos tantum: tamen cum pinguiori pensione. puta si in quolibet illorum annorum esset ei soluturus xv. flor. vel huiusmodi. vnde videri posset, q̃ tunc solum illa emptio esset licita ex parte circunstantiæ, modi, vel quantitatis precij, qñ in fine temporis redditus non plus in numero pecuniæ percepisset emptor, q̃ exposuisset in precio.

Dicendum per ea dicta. Primum, q̃ illud vltimum, scilicet q̃ solum tunc illa emptio &c. non est indistincte verũ. probatur: quia si hoc requireretur: tunc eadem ratione in emptione vitalitij, & redditus perpetui requireretur, q̃ emens emendo talem redditum deberet esse talis propositi, q̃ postquàm de particularibus solutionibus redditualibus leuasset tantam summam totalem, quanta fuisset summa precij, q̃ postea cessare vellet: & tamen hoc non requiritur: vt probabitur in sequentibus quæstionibus, sicut etiã non requiritur, q̃ dans mille modios valentes 100. flor. pro agro valente 100. flor. sit talis propositi, q̃ postq̃ leuauerit mille modios de agro, velit nihil plus percipere de agro: sed alimittere fructus venditori.

Secundum de rigore scholastico loquendo tlat, q̃ in casu illius dubij seruetur adæquatio precij ad mercem. probatur: quia stat redditum importarũ 100. & 10. vel xo. flor. esse non maioris valoris quàm sint centum prompti flor. quamuis flor. reddituales sint maioris numeri quàm flor. precij. & sint aliquid plus in quantitate mathematica: non tamen in quantitate ciuili, vel morali. Vnde stat, q̃ communiter apud homines non plus vnum illorum amaretur, quàm alterum. puta passim reperiri possint communiter homines, qui darent 100 flor. pro tali, & econtra, reperirentur etiam passim & communiter, qui talem redditum darent pro 100, flor. etiam nõ indigentes nec oppressi. Et ratio huius est: quia stat illos 100. esse ita idoneos ad commoda humana: sicut stat esse prædictum redditum, & econtra, eo q̃ ille redditus nõ importabit suos centum & 10. flor. nisi particularim & per longa tempora, propter quam particulariratem ille redditus & eius flor. sunt minus idonei ad humanam commoditatem. Valor autem vsualis mercis attendendus sumendo adæquationem mercis & precij attenditur ex idoneitate mercis ad humanam cõmoditatem. sicut etiam econtra: precium illud, quod emptor non mox totum soluit: sed per partes & terminos temporis, non est tanti valoris sicut quod totum mox soluitur, prout illa diffusè sunt habita. q. lx. Vnde etiam Innoc. in opinione eorum, quos dicit forte melius sentire: dicit, q̃ hoc, quod est emptorẽ per tempus percipere plus, q̃ dedit, non arguit contractum eius illicitum: cum etiam hoc fiat in emptione alicuius possessionis, vbi certum est. q̃ secundum causas inferiores plus accipiat de fructibus eius, q̃ fit precium. Hæc ille. & debet hoc intelligi de pluri in quantitate mathematica, secus de pluri in quantitate ciuili & morali.

Tertium dictum, quod sequitur ex secundo est, q̃ de rigore scholastico loquendo emens redditum temporalem non videretur in foro conscientiæ condemnandus tanquàm vsurarius, nec tanquàm iniquus emptor: propter hoc precisè q̃ dedit centum prompta pro redditu 10 flor. duraturo per xj. annos. Primum probatur: quia stat, q̃ ibi precium & res æquipolleat in re & æstimatione ementis: vt patuit. igitur non erit ibi iniquitas in emptione. Secundum probatur: quia aut ibi non est ulla mutuatio implicita: vt videtur esse probatum, & per consequens nec vsura, aut si esset ibi, vt dicit contraria opinio: tunc stat, q̃ talis nec in re, nec in spe fit in lucro, ita q̃ nec in re lucretur, nec intendat lucrari, modo qui solum tantundem valoris recipit, & recipere intendit, quantũ ipse dat, non est vsurarius: cum vsurarius semper intendat plus recipere non precisè in substantia, vel quantitate, sed in valore. Maior probatur: quia stat, q̃ tam in re. q̃ in æstimatione ementis in prædicta cõmutatione sint æqualis valoris centum prompti & 100. & 10. recipiendi per xj. annos, & sic non lucrabitur, nec intendit lucrari: sicut non esset vsurarius, qui centum antiquissimos flor. mutuaret alicui obligans eum ad reddendum sibi 100. & 5. nouos flor. quando centum antiquissimi æquiualerent aliis centum & 5. Vnde sicut confessor cauere debet, ut non iustificet contractum iniquum confitentis: sic cauere debet, vt contractum iustum non condemnet. Vnde vbi his, qui dicunt malum bonum, & bonum malum. vt ait Esa. & Salomon ait. Qui iustificat impiũ, & qui condemnat iustum: abominabilis est uterque apud Deum. Et quia aliquis diceret, ex quo stat, q̃ æquiualeant, & etiam stat, quòd non æquiualeant, penes quid potest cognosci illa æquiualentia. ideo ponitur quartum dictum.

Quartum dictum, q̃ de rigore scholastico loquendo in duobus casibus cogitari potest esse æqualem valorem commutabilium prædictorum. Primus, quando emptor est indifferens, an uenditor uendat sibi pro tali precio, vel an non vendat, ita q̃ æquè appreciatur suum precium sibi retinere: sicut arrogare illud, & loco eius prædictum redditum recipere. Quomodo enim tunc posset in emptore esse iniqua emptio ex parte precij diminuti, & multo magis quomodo posset vsuraria iniquitas esse in ementc: cum in eo nulla sit ibi spes & intentio lucri obtinendi ex cõtractu. Secundus, q̃ multo magis hoc haberi potest, quando emptor maller esse supportatus à tali emptione, ita q̃ nisi aliàs complacere uellet uenditori, non emeret. Vñ in illis duobus casibus, quando emptor æquè per indifferentiam appreciatur precium suum, sicut

reddituum,

reddituꝫ, & etiam quando magis illud appreciatur videtur de rigore scholastico loquendo, q̃ si etiam esset ibi mutuatio implicita: non esset tamen ibi vsura: quia non est ibi incrementum vnius super alterum. sed nunc pergamus ad tertium casum. putas si emptor potius vult habere redditum prædictum, quàm retinere precium, an propter hoc possit in bona consequentia inferri ibi non esse adæquationem precij & mercis. & ita esse iniquam emptionem. ad hoc ponitur.

Quintum dictum. Supposito q̃ illa commutatio sit emptio, non videtur de rigore scholastico loquendo, q̃ illa consequẽtia sit necessaria, alioquin nõ solũ ferè omnes negociatores: sed etiam emptores œconomicos dãnabis de iniquitate precij: quia rarò cõtingit, quin omnes tales malint habere merceũ, quã precium, aliàs cum non sint coacti emere, omitterent contractum. Contingit enim commutabilia esse æqualis valoris: & tamen vnum vni plus altero placere: & tamen si esset ibi mutuatio implicita: vt præmoneret aduertacij: iam illa commutatio esset dandi pecuniam lucrosa etiam ex intentione, & per consequens esset vsuraria.

Sextum dictum. Si quis emit redditum temporalẽ determinata temporalitate pro tali precio, q̃ æquẽ vel plus voluisset retinuisse precium: sicut vel quàm recepisse redditum, vel etiam q̃ aliquantulo magis voluit redditum, quàm precium: tunc quamuis si veniat ad confessorem, & modo dicto exponat in veritate mentem suam, & seruauerit alias conditiones proportionabiliter tactas q̃ xxx. non debeat confessor eum præsertim in primo & secundo casu, vt iniquum emptorem condemnare, & multo minus etiam non debet eum condemnare tanquam vsurarium (nisi aliud nondum supra expressum accesserit) tamen duo sunt tali confitenti consulenda. Primum, q̃ ad cautelam doleat sub conditione de illo contractu in omnibus tribus casibus, & vltra hoc ẽt in tertio casu aliquantulum restituat ipsi venditori, scilicet tantum, quantum indicare potest, redditum præualuisse precio, quam præualentiã poterit explorare, & inuenire penes hoc, q̃ magis voluit redditũ habere, quàm precium retinere. Addat enim de precio tantum ascendendo, donec dicere possit, q̃ si in tanto debuisset à principio ascendisse, indifferens fuisset ad recipiendum redditum, vel ad retinendum precium. hoc enim faciendo, erit extra periculum tam iniquitatis emptionis, quàm etiam vsuratiæ iniquitatis: si quæ ibi fuisset secundum contrariam opinionem. Aut si non vult venditori illud, in quo sic ascendere debet applicare, eo q̃ etiam ecõtra stat se non esse obligatum ad vllum supplementum: tunc det pauperibus tali animo: vt si in aliquo sit obligatus, cedat illud in bonum eius, cui est obligatus. Si autem non, q̃ illud cedat sibi in bonum. Nam etiam venditor met deberet (si discretus esse vellet) consentire in talem erogationem sic cõditionatam: quia necipse debet velle sibi restitutionem absolutam fieri in casu tam dubio. In primo autẽ & secundo casu non est ratio, cur ad cautelam quid restituere debeat: cum teste conscientia non receperit aliquid maioris valoris quàm dederit. Secundò consulendum est omnimodè tali emptori tam in confessione, q̃ extra ante factum, q̃ nullo modo faciat talem contractum etiam in primo & secundo casu, & maximè in tertio, & hoc propter duas causas. Prima: quia ex quo in eo datur pecunia pro reddituꝫ pecuniario temporali & certum est certitudine morali, q̃ plus recipiet salti in numero, quàm fuerit sors, & quamuis in conscientia suæ æstimationis non plus in valore recipiet: vt in primo casu, & sic non sit in lucro: tamen non de facili creditur in congregatione hominum, q̃ fecerit illum contractum sine spe recipiendi ẽt plus in valore, & per consequens lucrandi: & magis hoc habet locum in tertio casu. Ideo de facili possent alij eum suspectum habere de vsuraria iniquitate, cui ille contractus videtur similimus apud illos, qui non possunt discernere mutuationem ab emptione in prædicta commutatione, maximè quando magis voluit habere redditum, quàm precium sibi retinere. Modò eum agendo videtur exponere se tali suspicioni, & sic ipse videtur agere contra charitatem suipsius, sese exponendo male opinioni: secus in emptione redditum temporalium indeterminatæ temporalitatis: cum ibi nõ sit certum, si recipiet plus, quàm dat, & si recipiat: tamen dubium subest, & euenire potuit, q̃ alius lucraretur, & ipse minus, quàm dat recipere, quæ dubietas compensat vnum cum altero. Nec idem potest habere locum in perpetuo reddituꝫ: quia ibi de facili homines recurrunt ad hoc, q̃ cogitant, q̃ & si emptor plus recipiet in numero, quàm dat: tamen cum tali animo & particularitate, q̃ non plus in valore recipit. & ideo non licsuspicantur eũ de vsuraria prauitate, præsertim accedente maiori consuetudine. Nam contingendo quæ multi & præsertim si honestiores reputati sunt, faciunt contractum aliquẽ, facit q̃ minus habeatur cõtractus suspectus: vbi tunc si non esset consuetum, sed insolitum & nouum, & pauci eum facerent, & non nisi illi, qui ardenter inhiant temporalibus: non facile deerunt, qui criminabuntur contractum. Et si illa prima causa non sufficiat ad hoc: vt debeat omnino à talibus abstinere: tamen secunda causa est: quia homo attendere debet, vt id, quod facit, non solum licitum sit, sed etiam expediens. Omnia (inquit Apostolus) mihi licent: sed non omnia expediunt. Vnde homo abstinere debet etiã à licitis, quatenus maleuolis non detur frops & via agendi iniquitatem. Sicut Apostolus non accepit sumptus ab his, quibus prædicabat: vt non poneret offendiculum euangelio, & vt pseudoapostolis non esset locus ad peccandum: & quia valde vicinus est ille contractus, præsertim in tertio casu mutuationis usurariæ, & ei præ cunctis aliis similimus: ideo hi, qui verentur mutuationem usurariam exercere, acciperent iuiam eam exercendi sub illius contractus nomine. Vnde in foro confessionali dico esse abstinendum simpliciter à tali contractu ante factum, quantumcunque de rigore scholastico post factum posset modo supra dicto saluari. Vnde eadem causa etiã posset rector reipublicæ illum prohibere, & condemnare pœna usurariorum contractuum, & fieret usurarius usura positiua, sicut aliqui contractus sunt simoniæ solum ex iure positiuo. Et ideo ex eadem ratione, qua potest politicus prohiberi, debet cõfessor ei dissuadere, & ipse ex eadem debet abstinere, immo etiam pro præterito contractu tali etiamsi in se sit licitus, posset confessor, & deberet ad cautelam ei pœnitentiam iniungere propter accidentalem malitiam, quæ forte accessit, vt in illis casibus patuit; nisi ita secretè feciſſet, quòd nulla illarum causarum haberet locum, nec esset secutus aliquis prædictorum effectuum illarum causarum. Et per has quatuor conclusiones responsum est sufficienter ad primam partem quæstionis. Ad secundam verò partem quæstionis respondetur per sequentem conclusionem. Est ergo quinta conclusio talis.

Quinta conclusio. Sicut dictum est de reddituꝫ per prædictas quatuor conclusiones: sic dicendum de actione etiam proportionabiliter per quatuor cõclusiones. Quarum prima esset, quòd de se licita est emptio, qua quis emit actionem, quam alius habet contra tertium ad exigendum ab eo aliquam pecuniam, uel rem pecunia æstimabilem, non obstante quòd illa actio etiam esset sicut temporalis redditus determinato tempore duraturus, puta quia soluto illo, ad quod habetur actio, non amplius haberet emẽs ius imperendi illum tertium. Secunda conclusio, q̃ illa emptio actionis deprauabitur, quando illa pecunia est inadæquati valoris respectu valoris illius actionis: sic quòd uerisimiliter maiorem valorem percepturus est, non loquendo simpliciter, seu in numerositate tantum: sed sic intelligendo, quòd etiam deducto omni interesse, & etiam dubietate litis, quam inire haberet emptor contra illum tertium, & etiam deductis laboribus prosequendi illam actionem, & inidoneitate illius iuris ad humanum vsum & consimilibus perceptiuus est notabiliter ultra quantitatem pecuniæ solutæ. Et dico non simpliciter seu &c. quia propter hoc precisè quòd emeret actionem precio minori in numerositate, quàm esset pecunia futura, quam respicit actio, non deprauaretur illa emptio: quia fieret, quòd illud plus, quod actio importatura esset, non esset nisi præmium laboris prosequendi illam actionem. An autem semper indistincte deprauetur emptio illa per hoc, quòd actio est litigiosa. Dicendum, quòd non indistincte, vel semper, prout patuit q. lxvij. Tertia conclusio. Non refert, an illa actio competierit venditori ante illã emptionem, uel an de nouo eam constituat, quia utrobique si illicita, si sit prædicta inæqualitas valoris precij & importantiæ actionis: sicut econtra utrobique potest illa emptio esse licita, si non sit prædicta inæqualitas. Similiter non est opus distinguere, nec refert, an illa actio de nouo constituta, sit constituta in ipsomet venditore, vel in aliquo alio persona: quia utrobique constituta licitè emitur, uel emi potest, si non adsit prædicta inæqualitas, & utrobique constituta illicitè emitur, si sit illa inæqualitas ibi. Similiter quarta conclusio esset, quòd si emptio actionis fiat pro non nimis paruo precio: sed adæquato valori actionis, erit emptio licita ex genere & ex circunstantia, quando autem sit censenda adæquatio precij, potest ex dictis in præced. conclusione trahi. Et similiter agendum est in confessione cum emptore talis actionis: sicut cum emptore redditus temporalis agendum est: vt ibidem habetur, & etiam de hoc tactum fuit supra q. lxvij. ad quam remitto, & etiam ad documentum traditum in fine quæstionis xxx. Ex quarta & quinta conclusionibus, & ex dictis circa dubium emergens positis sequitur.

Corollarium contra Panor. q̃ de rigore scholastico ipse in duobus dictis suis videtur multiplicitèr defeciſſe in prædicta sua disputatione quinta. Primò enim dicit, q̃ quando actio constituitur de nouo in persona venditoris, q̃ Innoc. tenuerit illum contractum omnino esse illicitum, exquo uenditor obligat se ad plus dandum, q̃ ipse recipiat, & dicit Panor. se nescire illum contractum excusare à prauitate vsuraria, eo q̃ non potest quis constituere in se actionem antequàm alteri se obliget: cum nemo possit sibipsi obligari, sed oportet, quòd quis se alteri obliget, & ita non valet ibi uenditio: cum tempore contractus non subsit res, quæ vendatur. Est enim veritate inspecta contractus mutui & foeneratitius: cum recipiens se constituat debitorem in maiorem quantitatem, q̃ recipit, & sic concurrunt illa duo, quæ sunt de ratione vsuræ, scilicet mutuum, quod est materiale, & obligatio ad lucrum, quod est formale. Hæc ille. Sed hoc dictum decidit quadrupliciter. Primò: quia deberet potius sic dixisse, q̃ tũc sit illicita emptio illius actionis, quando actio excedit prædicto modo precium, ita q̃ ratione illius deprauetur emptio, non ratione illius: q̃ est constituta in persona propria: quia ratione dicti excessus redditur illicita: etiãsi in aliena persona sit olim, vel nouiter constituta. Secundò quia dicit Innocen. hoc uoluisse dicere, & verum quidem est, quòd hoc uolait: sed non nisi in casu prædicto excessus modo prædicto: vt patuit in præced quæstione in septima conclusione. Tertiò quia vult, quòd in illa commutatione sit unum usuræ modo ut simile, scilicet in reddituꝫ sic temporali, & excessiuo constituto in persona uenditoris, ostensum est, non esse necessarium dicere, quòd sit usura: sed pura emptio, licet sit iniqua. igitur etiam ibi non erit illud necessariò dicendum. Quartò: quia argumentum eius non valet. Nam dicendum, quòd talis primò censetur se emptori obligare ad dandum tantum ipse precij recipiendi, & eo ipso, quo sic se obligat, incipit emptori actio competere ad tantum exigendum, & sic obligatio aliquo modo in mater præcessit ipsam actionem, saltem obligatio actiua. & hæc constitutio fit ex pacto pecuniæ recipiendi, & sic est, ibi mera in eorum natura constituta & formata, quæ etiam si tempore non præcessisset saltem formaliter ipsam emptionem, quamuis virtualiter: tamen præcessisset eam natura. Et hoc, scilicet quòd subsit ibi mera tempore emptionis illius actionis de nouo constitutæ in uenditore: non est minus intelligibile, uel imaginabile, quàm si id, scilicet quod ipse concedit de reddituꝫ nouiter constituto in rebus uenditoris: de quo tamen non negat, quin in illius emptione subsistere ex, & quòd reddituꝫ præcessit obligatio. Præterea dici potest, quòd illud, quod uenditor actionis constituitur in sua persona ipsi emptori. hoc præcisè tic virtualiter. licet quòd ad formale esse de nouo non constituatur. & dic ut in præced. quæstione, in octaua conclusione, & ideo potest ibi esse aliquid, quod habeat rationem mercis. Secundum dictum eius est,

quòd quando constituitur de nouo actio in persona alterius : quàm venditoris, & venditur pro minori quantitate : tunc contractum ex parte ementis credit vsurarium dicens : quia aliàs de facili deretur locus fingendi : quia volens vsurariam prauitatem palliare non haberet nisi dicere, indicas talem ; ita constituat se debitorem tuum in mille vsque ad annum, & ego pro illis mille dabo tibi nomine venditionis octingenta, quis enim dubitaret illum contractum vere vsurarium ? Vide ratione obligationis nouiter constituere fraudem præsumeret. & si ille nulla obligationis causa precedente, sed solum vt amicus seruiat, constituat se debitorem illius : vt nomen famæ non incurrat vendere, indubitanter contractus talis est fœneratitius ; & sit status de persona ad personam. In debito autem ratione nouitatis præsumeretur fraudem. Si autem constaret, quòd non in fraudem factum fuit sed ex aliqua legitima causa, ille alius constituit se debitorem illius, qui actionem contra illum competentem alteri (licet pro minori precio) vendat, non iudicaret talem contractum illicitum : cum hic concurrant verè precium & merx. Hæc ille. In hoc dicto tripliciter potest argui contra eum. Primò : quia dicit illum contractum esse vsurarium, quando sine causa legitima ille alius constituit se debitorem illius vendentis. Modò æquè arguitur, quòd ibi non sit vsura, sicut quando ex causa legitima se constituit debitorem : quia æquè dicam in primo casu reperio mercem, & precium, & consensum ; & sic ibi esse emptionem : sicut in secundo casu : quia vtrobiq; est vera actio & obligatio, scilicet actio competens venditori, & obligatio in illo tertio ; licet in primo sit sine causa legitima constituta, & sola occasione obtinendi pecuniam : sed hoc non nocet, ut propter hoc illa actio non habeat rationem mercis, & per consequens, quòd ille contractus sit vsurarius verè : quamvis quantum est de præparatione mentis ipsius ementis possit esse talis. Secundò quia apud eum notitia constitutionis auget præsumptionem vsurariæ prauitatis contra emptorem. Modo, vt ostendi in tertia principali conclusione, illa notitia nihil ad hoc facit : Tertio quia quando præcessit causa legitima, propter quam ille tertius constituit se debitorem ipsius vendentis actionem, dicit Panor. contractum licitum : & tamen hoc non est verum, nisi addatur, si pro precio æquali in valore, etsi non in numero sitare actioni fiat emptio : alias enim adhuc est illicita : & tameo in casu illius inæqualitatis videtur illud dixisse Panor. quia aliàs si in casu æqualitatis precij intellexisset : tunc etiam si nulla causa præcessisset obligationis : sed tantum ob hoc vt ille vendens possit pecuniam emptoris leuare, non esset ibi iniquitas : quia nec emens tunc esset in lucro in re, nec in spe, & per consequens nec esset ibi vsura, immo solum æquale pro æquali expectatur. De emptione itaque redditus temporalis determinata temporalitate, & de emptione actionis videtur de rigore scholastico posse sentiri modo, quo dictum est. Videtur etiam posse ac debere confessorem sic agere cum tali emptore modo & cautelis ac circumspectione possibilibus in hac quæstione sine præiudicio cuiuscunq; melius sententis.

QVAESTIO. LXXXI.

Vtrum emptio redditus existens de genere suo, seu de se licita deprauetur per hoc quòd ille redditus est temporalis indeterminate temporalitate, idest soluendus ad tempus indeterminatum : puta ad vitam ementis. Soluno. q. dar in duabus suppositionibus & quinq; conclusionibus. Prima suppositio ; quòd redditus temporalis indeterminate temporalitate : puta ad vitam ementis vocatur communiter vitalitium, sicut patuit q. lxij. ideo causa brevitatis etiam sic vocabitur in præsenti quæstione. Et quamuis vitalitium sit duplex, scilicet irredimibile & redimibile : sicut & perpetuus redditus sic modo est duplex : tamen in præsenti quæstione tantum dicetur de vitalitio irredimibili, & de redimibili tangetur aliquid in q. lxxxiij. Et non refert in proposito ; an illud vitalitium sit fructuarium, vel pecuniarium, & an sit constitutum in rebus, vel in personis, & an de nouo sit constitutum, vel an non : quia hæ differentiæ redditus nó variant, quin emptio redditus maneat ex genere licita. etiam si varientur redditus per illas differentias, adeo q. si nullus illorum redituum adviam emptionis sit licita, etiam alterius erit licita : quia pari passu ambulant vtraq; quoad hoc, vt patuit q. lxxv. Sed solum in proposito videndum est, quando redditus cõstabit per illam differentiam, scilicet quia est temporalis, an emptio super ipsum cadens efficatur illicita, quasi non sit talis redditus congruum obiectum emptionis, vel congrua res emibilis, & sic fructus ex genere illicitus. Et habito q. sit congruum obiectum emptionis. Consequenter videndum est, an non possit vitiari alibus circumstantiis, q. reddatur simpliciter etiam illicita.

Secunda suppositio. Quæstio notanter quæritur, an emptio deprauetur per hoc, quòd redditus sit indeterminata temporalitate temporalis : quia non est dubium, quin eius si non deprauetur per illam conditionem obiecti sui, scilicet redditus, possit deprauari per alias conditiones, puta per circumstantias, vt ratione prauitatis precij, vel malæ intentionis emētis. Non est enim aliquis contractus tã licitus, quin ex accessu alicuius circumstantiæ possit deprauari : vt emptio panis, vel vestimenti efficiatur illicita. & tamen si fiat pro precio iniquo, aut intentione corrupta & huiusmodi deprauabitur. Vnde etiam si aliquis contractus sit vestitus omnibus circumstantiis debitis : potest adhuc accedere aliqua prauæ circumstantia ad bonas ; & illa deprauabit totum actum : quia saltem cum bono fine potest etiam præstitui malus finis, ita quòd ex duplici causa finali eum faciat. Quæstio igitur præsens non quærit, an ne adhuc emptio redditus maneat de se licita, non obstante quòd est respectu talis redditus sic specificati expressa. Videtur ne aliqua emptio est de se, vel per se licita : quando eo modo, quo exprimitur, non includit aliquid ipsam deprauans, puta nec obiectum sibi incongruum, nec circumstantiam sibi disconuenientem : dari qua illa, quæ sic est licita : potest reddi illicita per accessum circumstantiæ nondum expressæ. ideo specialius in solutione quæstionis etiam ad ipsas circumstantias possibiles accedere defendemus.

Prima

Prima conclusio. Emptio illa, de qua in titulo quæritur, non deprauatur per illam temporalitatẽ, quæ in titulo exprimitur : immo nihilominus illa emptio manet, & est de se licita. Vel sub aliis verbis, & redit in idem. Emptio vitalitij est ex genere suo & de se licita, probatur quadrupliciter. Primò sic. Vitalitium verè habet rationem redditus. igitur est res emibilis : igitur emptio eius est ex se, vel ex genere licita. Prima consequentia tenet : quia redditus in communi captus, prout abstrahit à temporalitate, vel perpetuitate, est res emibilis : vt ostendit prima ratio primæ conclusionis quæstionis, lxxix. Secunda consequentia tenet : quia emptio cadens super rem emibilem est ex genere licita, & nisi exprimatur aliqua circumstantia disconueniens, erit de se licita : nulla autem talis exprimitur, quando dicitur emptio vitalitij. Antecedens autem primæ consequentiæ patet. Primò ex ratione redditus : quia est ius percipiẽdi aliquam rem utilem vel pecuniam. Secundò quia redditus in communi dividitur in temporalem & perpetuum, & temporalis in vitalitium & in temporalem determinata temporalitate, modo diuisum verè prædicatur de membris dividentibus. Secundò sic. Prima & tertia rationes primæ conclusionis positæ in q. lxxix. æquè procedunt eas applicando ad vitalitium : sicut quando tantum formantur de redditu in communi. igitur sicut de illo in cõmuni capto concludunt eius emptionem esse de se licitam : sic etiam quando applicantur vitalitio concludent eius emptionem esse de se licitam. Tertiò sic. si esset illicita : maximè quia ibi esset implicita vsuraria mutuatio : vt dicunt aduersarij, puta quia emens à parte rei mutuaret illam pecuniam venditori vitalitij : quam se dicit nomine precij dare : & vellet venditorem sibi reassignare tantundem in pecunia, vel alia re vilis : & cum hoc aliquid ultra sed hoc non habet locum ibi. Primò : quia ubi est implicita mutuatio usuraria in aliqua emptione : oportet quòd ipse dans pecuniam habeat ius repetendi pecuniam datam, aliàs non posset dici mutuans : nam mutuum irrevocabile non est mutuum : vt patuit quæst. xxxiij. Modo emens vitalitium, & per consequens dans pecuniam, non habet ius repetendi pecuniam datam venditori vitalitij, etiam adeo, quòd si status moreretur post traditionem pecuniæ, & nihil omnino percepisset de fructibus vitalitij, in nullo esset sibi venditor obligatus. Secundò : quia si illa emptio vitalitij damnau debet : ideo quia esset ibi præsumendum, vel suspicandum, quòd intervenirent implicita mutuatio : tunc damnari deberet emptio usufructus bonorum alicuius, si esset vsufructus emptus ad vitam ementis : quia vitalitium saltem quando est constitutum in bonis immobilibus alicuius, nihil aliud videtur, quàm usufructus ad vitam illius ementis esse. consequens autem est falsum : quia tunc emptionem simpliciter dictam bonorum alicuius, scilicet vbi transfertur omnimodum dominium, oporteret damnare de prædicto crimine, & dicere ibi esse mutuationem implicitam. Nam emendo simpliciter bona alicuius per acquisitionem omnimodi dominij, acquiritur etiam, etiã non formaliter : tamen cautaleuti, seu virtualem usumfructum in bonis illis. & sic virtualiter acquirit usufructum formalem, licet non formaliter. Vnde eadem facilitate quis in omni emptione diceret ementem dare pecuniam in re, vt mutuatam, & per illa recipiendo mercem plus sibi placentem reciperet sortem & ultra. Tertiò : quia si esset ibi aliqua implicita mutuatio, & quòd contingeret mutuantem (qui emens dicitur) vltra sortem datam recipere : tamen ex quo hoc, scilicet eum recipere ultra sortem fuit verisimiliter dubium, debebit propter illud dubium excusari. Supposium probatur : quia quamuis obliget eum ad dandum sibi omni anno vtile sue certam quantitatem : tamen verisimiliter dubitatur, ũ toc annis recipiet, quòd partiales summæ congregatæ transcendent sortem expositam. Assumptum autem, scilicet quòd tunc debebit excusari à peccato vsuræ, probatur. Nam si quis vendet mercem ad certum terminum pro precio, quod in illo tempore cueret, & in effectu illud precium erit maius, quàm sit illud, quod currit tunc tempore venditionis, talis excusatur ; si erat verisimile dubium, precium in termino illo esse transcensurum precium currens tempore venditionis : vt patet in cap. in ciuitate. de vsuris. Attamen non videtur illud tertium membrum illius tertiæ probationis magnipendendum. licet cõmune sic apud iuristas : quia si illa diuia pecuniæ esset mutuatio, non excusaretur per hoc precisè, quòd dans dubitaret, an esset receptarus ultra sortem, vel non nisi etiam addatur, quòd etiam non intenderit recipere ultra sortem : cuius modi tamen intentio non deest in contractu vitalitij : quia dans precium pro eo intendit etiam pensionem recipere, postquàm æqualem recepit precio. Nec allegatio de cap. in ciuitate. est ad propositum. Ibi enim loquitur in contractu venditionis excusando à suspitione implicitæ vsuræ, vbi tempore venditionis valitet dubitabatur, an precium illo tempore, quo sibi dandum est, sit futurum maius, quàm illo tempore currat, in quo vendit, quod non erat verisimile, quòd esset futurum maius : & per consequens non est præsumptio, quòd vendens sic intendebat ad terminum intenderit maius, quàm nunc currat precium leuare : ideo excusandus est in foro exteriori : etsi in re etiam non intendit illud, etiam est in foro interiori excusandus, aliàs non, saltem si res fuit etiam sibi tempore venditionis vendis, prout latius patuit quæstio. lxj. Assumptum autem probatur : quia etiam posito dubio, si tamen mutuans intendat ultra sortem recipere, erit usurarius : vt si mutuet quis sibi centum restituendos in termino cum decem ultra sortem : si supervivat & adiiciatur, quòd si moriatur ante terminum nihil debeat sibi dare, etiam de forte, si autem aliquod debeat ei dare centum & decem : tunc mutuans esset vsurarius, si intendit recipere ultra sortem, si supervivat, saltem si ratione mutui velit illud incrementum recipere : & tamen etiam est dubius, an immo, vel non, & sic an in effectu recipiat incrementum, vel non. Dico autem ratione mutui : quia si illos decem non ratione mutui recipiat : sed ratione, qua subit periculum sortis mutuatæ in eventu mortis, non esset ob hoc usurarius : quamvis ibi etiam alia ratio peccati. Nec obstat capitulum naviganti. expunit quæstio. negligentiarum. Esset enim

tunc ibi duo contractus, scilicet. Primò, contractus mutui, quo datur centum: vt centum restituantur. Secundò contractus innominatus, quo per modum concertationis contrahendo. A. obligat se ad remittendum ipsi B. centum, si moriatur ante terminum, & B. obligat se ad dandum centum ipsi A. si A. non moriatur ante terminum, & illic secundus contractus est illicitus: si fiat eo modo, quo contractus concertationis, vel vadiationis est vt culpabilis improbatus supra q. lxj. Quarto sic probatur coactio. Empto alicuius agri, vt eo ès percipiat eius fructus precisè ad tempus vitæ suæ & non ultra: est de se licita. igitur etiam emptio redditus vitalitij fundati in illo agro, etiam est de se licita. tenet consequentia: quia in prima emptione includitur virtualiter secunda. & ideo si secunda esset de se illicita, etiam prima esset de se illicita. sicut si in aliqua emptione includitur virtualiter mutuatio usuraria, ipsa emptio etiam est illicita. Assumptum probationis consequentiæ probatur: quia emendo agrum, emit proprietatem & totale dominium agri. Modo in dominio & proprietate agri etiam caualiter & virtualiter includitur ius percipiendi partem fructuum, quod ius est redditus, & sic includitur in eo sicut pars in toto. Antecedens autem quauis negetur ab aduersarijs: puta à Goff. & à Ray. in summis suis de illum contractum esse vsurarium: tamen probatur dupliciter: Primò sic, licitum est alicui contractum precariarum facere eo modo, quo fit vt statim dicetur. igitur etiam emptionem vitalitij. renet consequentia: quia contractus precariarum eo modo factus, qui sequitur, licet non sit emptio vitalitij: est tamen contractus non gratuitus, quo aliquis pro aliquo, quod æquiualet precio, acquirit vitalitū. Et illa diuersitas inter emptionem vitalitij & prædictum contractum precariarum non potest tantam vel talem variationem facere, vt unus sit licitus & alter illicitus: cum vtrobiq; sit idem, quod acquiritur. & medium, quo acquiritur, non differt: nisi quia vnū est pecunia, & alterum non est pecunia: attamen æquiualet pecuniæ, ita q; facilè posset habere pecuniam pro illo. & similiter ille, cui datur, statim potest ea facere pecuniam. & stat. q; non recipiat illud, nisi eo & eo animo, vt statim loco eius accipiat pecuniam. immo illud potest generali vocabulo dici pecunia: vt supra ostenditur. q. lxxv. secundum Aug. Contractus igitur precariarum, de quo antecedens loquitur, sit in uno suorum modorum, vel specierum taliter B. habet prædium, & dat illud mox in proprietatem: sic tamen q; ecclesia sibi ad vitam suam reassignet tria prædia ad vsufructuandum, ideſt percipiendum usufructum de illis, quorum quodlibet æquiualet suo prædio. Si tamen B. vellet etiam suo prædio uti ad vitam suam: tunc ecclesia solum duplum, vel duo æquiualentia prædia sibi assignare teneretur: vt patet in c. precariæ x. q. j. Illud autem, quod acquirit B. per prædictum contractum, aut est vitalitium, aut virtualiter continens illud. Nā aut acquirit illa duo, vel tria prædia ad vitam, aut vsufructum in illis constitutum sibi ad vitam. Si primum, tunc etiam acquirit ius percipiendi fructus illorum ad vitam: tale autem ius est vitalitium: quia dominium, vel proprietas rei includit et ius percipiendi fructus eius: quia illa proprietas est virtualis vsufructus, seu causalis. Si secundum, igitur acquirit vitalitium: quia quando vitalitiū constituitur in rebus immobilibus, non est nisi vsufructus, scilicet partialis ad vitam hominis, vel aliquid, ei quidditatiue simillimum, quāuis per aliqua extrinseca possit distinguiſ sicut in simili de duo vtili &. vsufructu vt dicendum: ut patuit. q xij. Et non solum ius canonicum approbat contractū precariarum prædicto modo factum. C. cum ei, qui dat unum prædium in proprietatem ecclesiæ, ecclesia assignat ad vitam. dantis tria. vel duo, quorum utrunq; æquiualet illi vni. Sed etiam ius ciuile approbat eum, quamuis aliqualiter aliter factum. sic L. B. promittit relinquere ecclesiæ prædium suum post mortem in proprietatem, & ecclesia nunc ad vitam ipsius B. assignat ei aliud prædiū equiualens, & interim etiam B. fruitur fructibus utriusq; prædij, & post mortem ecclesia recipit utrunq; prædium. & sic prædium B. non efficitur ipsius ecclesiæ, nisi post mortem, prædium etiam ecclesiæ nō efficitur ipsius B, nisi quo ad usufructum, & hoc ordinauit ius ciuile, non præcisè in fauorem ecclesiæ, sed ēt in bonum illius, cui conceditur. & de hoc habes in Iubemus. §. sanè. C. de sacrosanct. eccl. & ētra igitur. xij. q. ij. in ca. casellas. §. si œconomus. Attamen quamuis olim sufficerit sm ius ciuile. q. B. promitteret se liciturū prædium suum post mortem ipsi ecclesiæ: in hodie est meliorata condicio ipsius ecclesiæ: quia ipse B. sm il Jus istis dispositionem. C. sm ius. auctenticorum tenetur prædium suum mox relinquere quō ad dominium: remanente apud ipsum B. tantum usufructu utriusq; vt in auct. de non alie. §. siquis autem. Non vt igitur ratio, cur ipsi B. quando prædium suum, puta valens mille flor. assignauit ipsi ecclesiæ, volens dare sibi tantum ad vitam suam duo, vel tria prædia valentia ij. vel iij. milia flor. non potuisset pro eodem tempore mille flor. quos leuasset de prædicto prædio vendito, vel quos alia via licita habuisset: dedisse pro hoc: vt ecclesia sibi assignaret ad vitam suam prædicta ij. vel iij. prædia. Quid enim refert, si licet mihi equum meum dare pro tribus duobus vel tribus equis, & precium æquiualens equo meo dare tibi pro tribus duobus, vel tribus equis. Et dixi non ante contractus precariarum in uno horum modorum, vel specierum fit sic &c. Quia ille contractus fit tribus modis: sed alij duo non deficiunt nobis ad propositum nostrum, ideo omitto. Quomodo etiam differat contractus precariarum in feminino genere a contractu precarij in neutro genere, habitum est supra q6. xvij. Si dicas ad prædictam consequentiam, protanto non est simile: quia contractus precariarum est gratuitus ex parte utriusq; partis contrahentis: puta quia B. donationis titulo dat suum prædium ecclesiæ, & ecclesia econtra donationis titulo dat ei vsufructū in suis prædiis. Sed emptio vitalitij non est contractus gratuitus, nec ex parte ementis, nec uendentis. Illa autem ratio diuersitatis poterit facere, q; unum licet facere & non alterum: vt patet non solum in his, quę emi & uendi nō possunt: vt in spiritualibus & eorum annexis. In quibus patet, q; gratis danti spualia, etiam licitum est recipere tēporalia spōte oblata, & econtra: sed etiam in aliis, vtputa licitum est mihi tibi donare domum mille flor. & à te recipere duo milia

flor. dono: & tamen si venderem tibi pro illis duobus milibus non liceret. Dicendum, q; contractum precariarum ius canonicum & ciuile approbat, etiāsi nō fiat animo donandi, & sine spe restitutionis æquiualentis, uel melioris: sed etiam si fiat ex pacto, ut ecclesia sibi assignet alia temporalia: vt patet expressè in prædicto c. precariæ x. q. ij. Et forte hanc euasionem iam reprobatam dedisset Henr. Gandens. Nam ipse quodlibeto. ij. q. xv. vbi damnat venditionem vitalitij. ait sic. Si quæ iura scripta discordare uidentur ab his, quæ hic uidentur insinuasse, credo quòd sanè intellecta & ex æquitate expositā, in nullo discordabunt: quia vel habent casus suos speciales alios ab hoc casu, uel loquuntur de aliquibus donationibus, siue præstationibus liberalibus vsufructus aliquarum possessionum factis aliquibus personis in recompensationem eorum, qui liberaliter contulerunt ecclesiis, uel piis locis, non sub pactione alicuius contractus emptionis & uenditionis eorum, qui acceperūt & contulerunt. etsi forte ea, quæ acceperunt in usum acceperunt sub forma alicuius pactionis de restituendo ecclesiæ aliquando illud quod ab ea in vsum acceperunt, ne omnino ab ea alienetur. Hæc ille. Vbi patet, quòd uidit sibi obstare contractum precariarum approbatum à iure. ideo euadere nitus est eo lendo dicere, quòd ille est casus specialis alius à nostro, vel quòd ille non est nisi per viam gratuitæ donationis: sed patet ex iam dictis, quòd etsi sit alius: non tamen sic diuersus, quin si ipse liceat, eadem ratione noster casus licebit, ut patuit. patet etiam, quòd non præcisè est approbatus, quando fit per viam donationis. Si iterum dicas, prædictus contractus precariarum est licitus & nalidus: quia à iure approbatus, & prædicta emptio agri etiam quantum est de se, etiam esset licita & ualida: sed tamen redditur illicita: quia à iure improbata: quia in prædicta lege iubemus: disponitur, quòd nisi fiat modo prædicto non valet contractus, qui per eos agitur. Modo quando quis ab ecclesia emit agrum vsufructuandum ad vitam: tunc non dat ecclesiæ aliquod aliud prædium, sed precium. igitur non valet prædicta probatio. Nā ius humanum potest irritare contractum, etiam qui alias de se esse posset ualidus, immo etiam eum illicitum reddere per suam prohibitionem. Dicendum, quòd dato, quòd illa lex inualidasset, non propter hoc sequeretur, quòd eum prohibuisset, & sic eum illicitum reddidisset: sed tantum quòd non competeret contrahenti actio in foro exteriori contra alium: & tamen nihilominus posset ibi esse obligatio naturalis. Secundò dicendum, quòd etiam non inualidauit eum, si non fiat omnino modo prædicto, quasi oporteat ecclesiæ dare prædium pro prædio usufructuando, sic quòd si detur precium æquiualens prædio, non teneat contractus: immo quò ad hoc non refert, quid ex æquipollentibus fiat. Sed intelligitur, quāndo ipse recipiens prædium ab ecclesia non vellet eidem reassignare æquiualens prædium: sed aliquod nullius, & quid modicum. secus ubi æquiualens, siue illud sit precium, siue prædium. Secundò probatur idem antecedens principale. A. licitè potest agrum suum locare ad vitam ipsius B. & B. licitè potest eum conducere. Locatio autem & conductio sit pro pensione annua quam conductor debet dare locanti, sine illa pensio sit pecuniaria: sicut debet esse in locatione propriè capta, siue fructuaria: sicut potest esse in ea, quæ generaliter capitur. Modo in tali contractu locationis & conductionis quando pensio est pecuniaria, quæro, quid aliud in substantia & in re sit, quàm quòd B. pro pecunia acquirit ius percipiendi per totam vitam suam fructus illius agri, quos aliàs ipse A. potuisset percepisse. Modo si quis emit agrum, & eo fruitur per totam vitam suam: tunc etiam pro pecunia acquirit ius percipiendi fructus illius agri, quos aliàs dominus agri percipere potuisset illo tempore. Et ideo non uidetur qua ratione diuersitatis interueniente. Primus casus, scilicet conductio agri ad vitam licitè posset fieri, & non secundus casus, scilicet emptio eiusdem. Nam quamuis posset inter illos duos casus dari duplex differentia: nulla tamen illarum potest tantam variationem facere vt plus liceat primus quàm secundus. Si enim assignando primam differentiam dicas, quòd in primo casu B. conducit, in secundo emit. Vnde in primo casu si pereat ager, vtputa per alluuionem non perit periculo ipsius conducentis: puta B. sed periculo locantis: puta A. adeo quòd post quàm pecierit, non tenetur B. donare annuam pensionem ipsi A. sicut nec potest B. quid recipere de fructibus agri ob omnimodam eius destructionem. Sed in secundo casu ager perit periculo ipsius B. ita quòd nihil de precio exposito pro illo agro repetere etiam si prima die emptionis periisset. Hęc enim differentia non obstat: immo potius est pro secundo casu, vt sit licitus, si primus est licitus: quia aduersarij condemnando ipsum B. in casu prædictæ emptionis agri, videntur ipsum B. ideo condemnare: quia habent eum suspectum, quòd in fraudem vsurarum, uel ad lucrum suum id faciat faciendo partem suam esse meliorem, quàm sit pars ipsius A. Modo quādo B. emit agrum ad vitam, magis grauatur quàm quando conduceret eum ad vitam. igitur si licitè potest conducere, vbi minus grauatur, magis poterit eum emere, ex quo magis grauatur. & sic minus est suspectus de faciendo suam partem meliorem. Secundā differentia, quam posses assignare non obstat, scilicet quia in primo casu non transfertur dominium agri in B. immo illud remanet apud A. & solum usufructus transit in B. sed in secundo transit dominium. Hoc enim non obstat, & hoc dupliciter patet. Primò: quia etiam in primo casu fiat, quòd aliquod dominium: puta utile transeat in B. quia fiat, quòd in primo casu illa conductio fiat ultra decennium. ergo secundum iuristas est longi temporis, & in tali conductione transit utile dominium in conductorem. Secundò: quia dato q; non transiret in primo casu aliquod dominium in B, vel saltem si transiret: tamen nō tale, nec tam perfectum, quale in secundo casu. s. dominium directū: tñ sicut B. aliquid plus recipit in secundo casu. sic etiā in aliquo pluri grauatur, pro quanto. s. magis periculo perit periculo sui. & sic sicut in uno releuat, uel melioratur eius cōditio: sic in alio grauat, vel deteriorat eius conditio. & ēt in hoc, q; cogitur precia eorum sibi soluere, nō sic in casu conductionis, eo q; conductor & emptor in hoc differunt, quòd utrobiq; precium

consistit in certa quantitate: tamen precium condictionis soluitur solum annuatim, non totum simul. secus in emptione, nisi venditor det ex gratia dilationem emptori. Tertiò sic: quia si non liceret casus illius antecedentis, maximè propter mortium Ray. & Goff. scilicet, quia vt dicebat. B. emens agrum prædicto modo sperat per se percepturum de agro fructus pluris precij, quàm sit precium datum pro eo: ergo B. committit usuram: quia vsura sola spe contrahitur: sed hoc motuum deficit quinto pliciter. patet. Primò retorquendo contra ipsos. Nam ipsi concedunt, ꝙ licitum est, si quis unam possessionem tradit, & recipit illam æquivalentem: vt in contractu precariarum: vt patuit in prima probatione antecedentis. Modo etiam in tali casu contingere potest, ꝙ B. dās prædium pro prædio vsufructuando ad vitam suam speret se percepturum per vitam suam fructus illius prædij pluris precij, quàm sit prædium. quod post mortem debit ecclesiæ, & multo magis illa spes potest contingere, quando recipit duo prædia æquivalentia suo unico. Secundò deficit: quia ille actus sperandi non est emptio vitalitij, sed per accidens coniungitur ipsi emptioni, vel est eius circunstantia. ideo non sequitur. ille actus sperandi est illicitus, igitur emptio vitalitij de se est illicita: sed tantum deberet inferri, ꝙ ergo per accidens; vel ex circunstantia redditur illicita, scilicet si ex illo actu sperandi procedit tāquàm ex circunstantia cur. Modo non negamus, emptionem vitalitij posse per accidens, vel ex circunstantia reddi illicitam. Tertiò: quia illa consequentia non valet. B. sperat se percepturum de agro fructus, qui comportati essent pluris precij, quàm sit pecunia pro agro exposita, igitur eius emptio est illicita: quia sic quælibet emptio perpetua alicuius prædij esset illicita. puta dat. 100. flor. pro agro non plus valente: & tamen sperat emptor se percepturū per se & suos hæredes fructus, qui simul comportati essent valoris mille flor. Quartò: quia vsura non contrahitur quacunque spe: quia si emptio agri ad perpetuum etiam esset vsuraria: sed sola spe recipiendi aliquid ultra sortem mutuatam: hic autem non censetur B. mutuasse quid ipsi A. sed dedisse precium & emisse agrū, vel usufructum eius. Si enim mutuasset illam pecuniam ipsi A. tunc si primo anno, vel die moreretur: & nondum recepisset valorem sortis ab A. posset hæres ipsius B. expetere ab A. tantundem, quanta fuit pecunia exposita, quod est falsum. Quintò: quia non est verum, quòd si quis recipiet quid vltra precium datum, quòd ultra sortem recipiat: quia illud precium æquivaluit agro considerata eius importantia, & ideò quicquid importabit ager, continetur insa sortem. Qui enim emit agrum, non attendit præcisè substantiam & quantitatem agri. Hæc enim vt sic non essent sibi vtilia: sed considerat continentiam virtualem fructuum possibilium prouenire de agro, & ideo censetur etiam emisse omnes fructus prouenibiles de agro.

Secunda conclusio. Emptio vitalitij multipliciter redditur per accidens illicita, scilicet per aliquam circunstantiam superuenientem: sed per hoc non debet emptio vitalitij reprobari, tanquam in se illicita emptio. Secunda pars patet à simili: quia etiam emptio panis, vel equi potest fie per accidens reddi illicita: & tamen nemo propterhoc dicit emptionem equi, vel panis esse de se illicitam. Prima autem pars probatur enumerando exempla de singulis circunstantiis, quarum ferè quælibet potest ipsam depranare, eo ꝙ potest incongrua esse ipsi emptioni. Prima est circunstantia quis. Nam illicita redditur, si emens est incapax vitalitij: puta: quia noto, vel iuramento à se abdicauit: vt frater minor, qui omnem redditum à se abdicauit, profitendo regulam sancti Francisci, saluo quod dictum est in fine quæstionis. lxxviij. Aut si emens est indignus: vt quia circa ipsum non est reperibilis aliqua illarum cautarum finalium, propter quas, vel propter quarum aliquam debet ipsa emptio vitalitij fieri. Nam congrua causa finalis est aliqua illarum quinq; quæ tactæ sunt q. lxxiij. Si enim illæ personæ circa quas nulla illarum causarum finalium habet locum: sunt incongruæ ad hoc, ut eis constituatur redditus, eo ꝙ illa constitutio non haberet causam finalem: tunc eadem ratione etiam illæ personæ, circa quas nulla illarum causarum finalium habet locum, erunt incongruæ ad hoc, ut nelint sibi constitui redditum, & per cōsequens incongruę ad emendum sibiipsis redditum. Sed vitalitium est redditus. Modo stat, quòd emens non sit de numero illorum, circa quos illæ causæ habent locum. Quis enim fame mentis diceret illi conuenire emptionem vitalitij, qui haberet uxorem & proles multiplicem, & haberet bona mobilia & immobilia, ex quibus suis laboribus cum sit valida corpore, & animo industri ipse, sciret, & posset se & uxorem & prolem nutrire, & hanc mortalem vitam sic honestè transigere taliter, ꝙ non posset solum retinere illa bona sine hoc, quòd ea distraheret, vel consumeret: sed etiam posset aliquid præter hæc reseruare, & sic moderatè thesaurizare suis filiis? prout Apostolus docet. ij. Corinth. xij. dicens. Parentes debent thesaurizare filiis: & tamen si illa bona sua uenderet, & pro pecunia emeret vitalitium sibi & uxori relictis filiis, nel etiam pro se & filiis. vel saltem illa bona permutaret pro vitalitio. Hic enim potens & dignus ad labores ocium sectaretur, & occasio esset similiter filiis suis sectādi ocium, quod est fomentum & sentina omnium vitiorum. Et dico ꝙ non ideo uere emeret eis vitalitiū, ut ociarentur: tamē inter pretatiuè censebitur. ideo eis emisse ut ocientur: & ut colla sua à iugo seruitutis Adæ excutiant, reputantes se ut pullos onagri liberos natos esse, ut dicitur Iob. xj. Secunda est quid: sed illa hic non habet locum ut depranans: quia illa hic coincidit cum obiecto, modo illud est congruum. Tertia est cui, & illa coincidit cum quis, saltem si emens emit sibiipsi. & ideo sicut ex indebito quis, depranatur: sic ex indebito cui. Si autem emit alteri: tunc eodem modo contingit, quòd ille alter est incapax, nel indignus sicut ipse emens. & ideo eodem modo exemplificatur. Quarta est cur. Vbi nota, ꝙ cur, capitur dupliciter. Vno modo dicit causam inductiuam, uel impulsiuam. Alio modo dicit causam finalem, & illæ causæ distinguuntur: licet sese cōcomitentur: vt si quæratur, cur emis panem. Respondetur dupliciter, primò propter famem, scilicet, tanq; causam inductiuam: non autem ut propter causam finalem: non enim

enim ideo emo ut assequar famem, immo ut depellam famem. Secundò respondetur, propter reficere naturam, scilicet, tanquàm propter causam finalem assequendam. Potest igitur emptio vitalitij reddi illicita ex parte circunstantiæ cur, primo modo captæ, quando causa eum inducens est peccatum: quia tunc emptio procedit ex peccato. igitur est peccatum. tenet consequentia dupliciter. Primò: quia ex radice mala fructus procedens est malus. Arbor enim mala facit malos fructus, Matth. vij. Secundò: quia causa inductiua habet concomitantem causam finalem sibi proportionatam. ideo quando causa inducens ad emptionem est peccatum, etiam ipsa causa finalis, vel affectio eius est talis. Contingit autem quintapliciter, ꝙ causa inducens est peccatum. Primò quando emptio vitalitij fit ex dissidentia de diuina paternali prouisione, qua dissidit Deum sibi prouidere in casu, in quo considere debet homo de diuina prouisione: cuiusmodi est casus, vbi homo fecit, quod in se est, & reliquum committit diuino supplemento: talē enim non deserit Deus in necessariis ad salutem animæ: quanto magis non deserit eum in necessariis ad salutem corporis, cuius salus consistit in his, quæ sunt cōmunia bonis & malis, ideo talis dissidentia est valde mala. Secunda causa, & sequitur ex prima, est timor inordinatus deficiendi in necessariis eum inducit. & eum, qui est inordinatus contingit dupliciter esse inordinatum, scilicet mortaliter & venialiter. Et dico inordinatus: quia non omnis timor deficiendi in talibus est inordinatus: sed aliquis est ordinatus: prout patebit in solutione secundi argumenti principalis. Tertia, quando solicitudo temporalium inordinata inducit eum ad emendum. Et dico etiam inordinata ex eadem causa, prout patebit in solutione argumenti. Quarta, quando prudentia carnis eum inducit ad emendum. Prudentia enim carnis est peccatum. Est autem prudētia carnis (prout est peccatum) actus inrelectus practici à voluntate imperatus, quo quis dictat suæ uoluntati de modo & mediis conuenientes assequēdi illud, quod est delectabile carni, circa quod ipsa uoluntas afficitur: vt circa vltimum finem suæ vitę, ita ꝙ ad illud afficitur supra Deum, uel si ad ipsum afficitur sub Deo: & non ad vltimum finem uitę suæ: tamen afficitur ad eum inordinatè: nec referendo illud in debitum finem. & primo modo est mortale peccatum. quo modo de ea loquitur Apostolus ad Ro. viij. Prudentia carnis inimica est Deo. Secundo modo est ueniale peccatum. Et ex prudentia carnis capta pro actu quo modo est peccatum, generatur habitus, qui et dicitur prudentia carnis, sed non est peccatum illo modo: quia nullus habitus est peccatum. Si aūt quis dictaret practicè de modo & mediis conuenientibus ad assequendum illud, quod est delectabile carni, non sub ratione delectabilis: sed sub ratione conuenientis, commodosi & utilis ad sustentationem & sanitatem corporis. & voluntas ad illud etiā sub illa ratione afficeretur sub Deo, nullum esset peccatum in illo dictamine, nec habitus indegeneratus esset uiciosus. quomodo dicit Apostolus ad Eph. v. Nemo vnquam carnem suam odio habuit. Quinta causa potest esse cupiditas, vt si ideo emit: quia attenta quantitate precij & diuturnitate vitæ, quam sibi sperat assuturam: sperat se percepturum tot, tantosq; fructus, ꝙ longè, uel notabiliter pinguius cēset illud ius percipiendi eos, quàm sit valor precij, & sic se sperat lucraturum plus iusto, cuius lucri affectio eum, vt causa inductiua inducit, & eius affectio est causa finalis. Potest etiam illa emptio reddi illicita ex parte circunstantiæ cur, captæ secundo modo: quia si emit propter talem causam finalem, quam uelle, uel intendere est peccatum: etiam ipsa emptio est peccatum: quia omnis illic actus est peccatum, cuius finis est peccatum. Primum exemplum: vt si emit ideò, vt uiuat in uoluptatibus carnalibus. Secundum exēplum: vt si emit ideo, ut uiuat in ocio corporali, in casu ubi ipse emens est talis, ꝙ non est licitum sibi in ocio corporali uiuere. puta: quia non est talis persona, quæ aliis occupationibus intendere possit, vel velit, vel idonea sit: tunc enim sibi corporaliter laborare est debitum: quia homo, quicunque sit, non debet uiuere sine aliquo labore, aut spirituali, aut corporali: homo enim nascitur ad laborem sicut auis ad uolatum, Iob. v. & militia est uita hominis super terram. & ideò si non est habilis, uel non uult se dare ad labores spirituales, debet se dare ad labores corporales: vt qui non est aptus nec uoluntarius ad militiam Dei spiritualem, se det ad artificia, uel negocia secularia honesta. Et quāmuis quando emptio fit, quatenus sic uiuat in ocio, deprauetur emptio: non tamen propter hoc est dicēdum fieri in fraudem usurarum, ut quidam dicunt: quia fiat, ꝙ emens nullatenus uellet usuras exercere, ut sic ociaretur, quāmuis uelit cōtractum aliàs ex genere licitū facere, ut ocietur. Quinta circunstantia est ubi: vt si emeret in loco, in quo per legem aliquam positiuam legislatoris ex aliquo rationabili causa prohibitum est subditis emere vitalitia. Si etiam ubi, dicit illud, in quo illud vitalitium fundatur, & illud sit incongruum, ut ibi fundetur: vt si ipse constituens ipsum vitalitium cōstituat ipsum in aliquo prædio, uel in aliqua persona, in quo uel qua non liceret sibi constituere: tunc enim etiam ementi non liceret emere vitalitium ibi cōstitutum. quomodo dicerent illi, qui negant redditum posse constitui in persona libera quacunque, uel saltem ut alij, ꝙ non possit reddītus constitui in persona propria uendītoris, quamuis utrunque sit falsum: ut patuit, & per consequens inconuenies exemplum. Sed conueniens exemplum esset, si ex rationabili dispositione legislatoris esset prohibitum in certis prędiis, uel personis constituere redditum. An autem in bonis ecclesiæ possit constitui vitalitium licitè, & sic constitutum possit quis licitè emere, patebit in conclusione quinta. Sexta est, quando: vt si eo tempore emeret, quo esset prohibitum illum contractum facere: puta si die festo eo modo, quo aliarum rerum uenditiones, & emptiones illa die factæ sunt illicitæ, uel etiam si legislator positiuus secularis ex rationabili causa prohibuit certo tempore fieri tales emptiones. Septima est quomodo, & de hac possunt poni quinque exempla. Primum, si emit pro precio nimis parui respectu vitalitij, & hoc nimis parui in re scienter, vel in spe. Exemplum primi (& loquor de sciencia probabilis coniecturæ secundum causas inferiores) vt si daret iuuenis, xvj. annorum. xx.

flor. pro vitalitio, v. floren. annuorum sibi ad vitam dandorum. Exemplum secundi, vt siquis fatisdaret innitendo causis inferioribus: & tamē dans speraret se vltra victurum, & sic se percepturam tanto tempore, quod ius percipiendi esset pinguius, quàm valor precij fuisset, & sic cum spe iniqui lucri emeret. Secundum, si ab eo, qui vendere non habet: emit sciēter: vt à monacho non habente administrationem, aut à filiofamilias aut alio, qui non habet potestatem transferendi in ementem ius percipiendi aliquid de bonis illis, in quibus cōstituitur vitalitium, & intelligo hoc de emptione cum effectu percipiendi illud. Aliter enim sicut licitum est vendere rem alienam: sic etiā licitum est emere eam modo dicto in q. lxx. Tertium exemplum: vt si emas pro pecunia, quæ non est tua, & quam tibi alienare non licet. Quartum, si mens emendo fingit se debilem quasi non diu victurum: vt venditor eo pinguius vitalitium affigneт pro pecunia oblata, vel ut eo minorem pecuniam exigat pro vitalitio exhibendo. Quintum, si emit ab eo, cui pro tunc mutuare tenebatur, & mutuare noluit, & emere vitalitium placuit. Sed de illo casu latius patebit in quæstione seq. in conclusione secunda, & in quæst. lxxiiij in corollario sextæ conclusionis: quia in emptionibus redituum perpetuorum magis natus est ille casus accidere.

Etsi quæras. An ille, qui emit vitalitium, in qua emptione deficit aliqua prædictarum septem circunstantiarum, teneatur propter hoc ad aliquam restitutionem? Dicit quidam doctor, q̄ siquis emit vitalitium, & aliunde habet satis vnde viuere, nec fuit sua malis intentio, sicut iam dictum est: sed ex radice mala emit, puta ex diffidentia, aut anaritia, aut intentione iniqua: fuadendum est illi, q̄ doleat de sua diffidentia, aut anaritia, aut intentione iniqua, & peccata sua eleemosynis frequentibus, ac piis operibus redimat. Et addit dicens. Videtur mihi, quòd si capitale leuauit, quòd expediat decætero ipsū à leuatione cessare, ex quo sufficienter habet aliunde vnde viuat iuxta statum suum: quia ex mala radice habuit contractum à principio initum. Hæc ille. Sed aliter videtur dicendum: quia quamuis verum sit, quòd quando desicit aliqua prædictarum circunstantiarum debitarum adesse peccauerit, & ita debeat dolere de peccato illo & satisfacere, sicut & de quolibet peccato id agendum est: tamen non est verum, quòd quæcunq; prædictarum circunstantiarum deficiat, incurrat ipso emptor obligationem alicuius restitutionis, vel etiam obligationem ad non accipiēdum aliquid vltra summam expositam pro vitalitio, & specificè descendendo ad circunstantiam cui, de qua prædictus doctor loquitur, non opertet propter illius circunstantiæ defectum aliquid restituere, vel supersedere ab accipiendo vltra summam expositam. patet à simili. Si aliquis emit equum pro precio condigno: sed tamen propter malum finem intentum, puta: vt cū eo pugnet in bello iniusto, vel ex causa inductiua iniusta, quamuis grauiter peccauerit emendo: non tamen tenetur vendere ad aliquam restitutionem, nec tenetur ad non vtendum eo equo, postquam illo ad aliquantum tempus vsus fuerit. ergo etiam sic erit hic, si dat condignum precium pro vitalitio, licet emerit propter malum finem, vel ex aliqua illarum malarum causarum inducentium, de quibus dictum est: non ob hoc præcisè tenebitur ad restitutionem, nec ad non accipiendum toto tempore vitæ suæ fructus illius vitalitij. Similiter si deficiat circunstantia loci, vel temporis, puta emit in loco, vel tempore, quo prohibetur emi vitalitium: vbi tamen prohibitio non est tam prohibitio, quàm irritatio cōtractus, sed solum est prohibitio. patet à simili, siquis emat pro precio condigno die festo equum & in ecclesia: quo tamen loco & tempore prohiberur emptio, non propter hoc tenetur postea ad aliquam restitutionē, vel non vsum illius equi, secus si lex illa prohibens esset etiam irritatoria contractus, ita quòd contractus esset nullus ipso facto, vel iure. Nam tunc non solùm non posset quid accipere à vendītore, postquàm accepisset summam expositam: sed etiam antequàm illam accepisset: immo antequàm quicquàm accepisset à vendītore de fructibus vitalitij, deberet desistere à cuiuslibet fructus exactione: licet posset suā pecuniam reperere. & si alius nollet, nec eum ad hoc compellere posset: tanto tempore posset ab eo fructus vitalitij percipere, nomine solutionis & restitutionis precij per eum expositi: donec sibi tam de precio exposito, quam de interesse suo esset satisfactum. Si autem deficeret circunstantia quis, vel cui. puta: quia ille, qui emit, vel cui emit, nō est capax vitalitij, vel si est capax: non est tamen dignus modo dicto in pra cunc in utroque casu illius defectus eodem modo agat, sicut iam de ubi & quando dictum est. Sicut enim à principio propter suam incapacitatem, vel indignitatem non licuit sibi procurare illum redditum: ita manente eadem causa non licebit sibi illum detinere & eo frui. Si autem deficit circunstantia quomodo, puta quia emens decepit vendentem, & tunc vel emptor decipiendo adhibuit dolū, vel non. Si primum, vel ergo dolus dedit causam contractui: & tunc contractus est nullus. Si autem dolus non dedit causam, sed incidit contractui: inducendo alium ad vendendum pro minori, quàm iustum sit: tunc licet contractus non sit nullus: tamen emptor tenetur ad supplendum defectum precij tertia in utroque foro. Si autem dolus nec dedit causam, nec incidit contractui: sed emptor aliàs decepit eum: tunc si decepit eum dando minus dimidio iusti precij: tenetur ad rescindendum cōtractum, vel supplendum precium, & hoc in utroq; foro. Si autem citra: tunc in foro animæ tenetur ad idem, quod immediate dictum est, sine à proposito, siue re ipsa cum deceperit, quicquid sit de foro exteriori, in quo forte iudicis officio compelli posset ad idem: sequendo opinionem, quam Barbatus de suo domino refert. Et si secundò quæras. Posset nedici, quòd emptio vitalitij sæpius fit illicitè, quàm licitè? Dicendum quòd sicut istum sensum, quòd ex quo non fit licitè nisi omnibus circunstantiis concurrentibus: & tamen quæcunque etiam sefola defecerit, redditur illicita, & facilius est multis viis deficere: quàm multas rectè obseruare, & quod est facilius, hoc magis natum est contingere, & homines ad id citius applicantur. ideo sæpius fit illicitè, quàm licitè. quemadmodum philosophus dicit, q̄ bene agere contingit uno modo: peccare

peccare autem multifariam. ij. Eth. & homines vt in plurimum sunt praui. ij. Top. Hoc tamen etiam accidit in aliis emptionibus aliarum rerum. Et quamuis sæpius fiat illicitè, quā licitè: non tamen est hoc intelligendum, q̄ in omni casu, quo contingit eam fieri illicitè, adsit obligatio restituendi perceptum, vel superseriendi à perceptione: vt patuit.

Tertia conclusio. Emptio vitalitij potest taliter vestiri circunstantijs, q̄ erit actus simpliciter licitus & bonus. Probatur: quia est actus ex genere bonus & licitus: vt patuit in prima conclusione. igitur etiā potest vestiri omnibus circunstantijs. Tenet consequētia: quia ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis. Modo actus vestitus omnibus debitis circumstantijs est simpliciter licitus & bonus. Vnde Inno. in lectura sua in c. in ciuitate. extra, de vsu. dicit, q̄ licitus est contractus, quo quis emit redditum grani, vel vini, vel alium consimilem dandum ad tempus vitæ alicuius, dummodo precū sit iustum, siue redditus ille sit certus, siue incertus, siue sit pecunia, siue in aliis rebus. Et sic etiam vult, q̄ potest illa emptio vestiri taliter, q̄ sit simpliciter licita. Secundò patet inductiuè remouendo omnes illas incongruas circunstantias: quæ tactæ sunt in præcedo. conclusione, & ponendo circunstantias oppositio modo se habentes: vt si emens est capax vitalitij & etiam dignus. Exemplum primi patet. Exemplū secundi ponitur. vtputa; quia talis sua sponte & proprio motu charitatis vult prodesse alijs in spūalibus eo modo, quo prælati in spūalibus eis prosunt. & cum non habeat sustentationem cōpetentem ad sic proficiēdum eis, eo q̄ si de suis viuere deberet: oporteret eum esse implicatum negocijs secularibus & occupationibus distrahentibus eū. Ideo ipse sua bona vendit: & de pecunia leuata emit sibi vitalitium, vel sua bona permutat pro vitalitio: vt sic per vitam suam possit sine impedimento, & eo expeditius intēdere profectui aliorum. Quòd enim talis dignus sit, patet: quia alij homines, quibus ille sic vellet prodesse, licite possent sibi constituere vitalitium: iuxta multas auctoritates allegatas q. lxxiij. Vnde etiam redditum perpetuum pro eo & suis successoribus; qui sic essent spiritualiter fructificaturi in eis possent cōstituere. Redditus autem perpetuus includit vitalitiū & vltra. Similiter ille dignus esset, qui iam esset prælatus alijs in spiritualibus, & etiam non haberet sufficientem, vel competentem sustentationem à subditis modo prædicto: & tamen ipse per sua bona posset sibi procurare vitalitium ad commodosè & expeditè intendendum officio suæ prælationis: quemadmodum etiam Paulus ex proprijs seipsum sustentauit in officio prælaturæ, quod apud Corinthios exercuit. Et eodem modo potest exemplificari per illas personas, quæ sunt de secundo, tertio, quarto & quinto generibus tactis in q. lxxiij. Quis enim negaret illum dignum esse redditu annuo pro suæ vitæ sustentatione, & præsertim si ipse sibijpsi de suis bonis eum procurare vellet, qui totis visceribus cuperet sine titulo ecclesiastici beneficij de proprijs bonis sacerdotale officium, ad quod vocatus esset, vel quo iam prædictus esset, exercere pro bono ecclesiæ, aut cū gratiam docendi haberet, regere vellet in generali studio cathedram theologiæ; non tantum illius, quæ philosophorum & logicorum subtilitatibus speculatiuis est repleta: sed potius, quę sanctorum sententijs moralibus & casualibus decisionibus ad forum conscientiæ valentibus est referta; quatenus tanquam architectus cæteros doceret regere curam animarum, quæ est ars artium, atq; habilibus ad prædicandum commenderet scientiam pietatis, qui per illam alios docere possent: vt Apostolus Timotheo scripsit. ij. Tim. ij. di. Hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Nam non minoris sed maioris est meriti premium quàm secundum, eo q̄ primum, scilicet regere cathedram theologiæ modo dicto est architecti. secundum autem est manualis artificis. architecto enim secundum iuditium distributiuum maior debetur merces, quàm manualiter operanti; & tamen non dubitaretur, quin illis secundis tanquam dignis possit prouideri de vitalitio, immo de redditu perpetuo. igitur. Et eodem modo posset deduci de personis in quinto genere supra. tactis. q. lxxiij. Et ratio omnium illorum est: quia alij possent talibus personis prouidere de vitalitio. igitur etiam ipsi sibijpsis possunt prouidere. Antecedens probatur: quia alij eis possunt prouidere de redditu perpetuo deleruituro tam eis, quàm successoribus eorum. igitur etiam de vitalitio. tenet consequentia: quia vitalitiū includitur in redditu perpetuo. Et de facto etiā sic factum est in hoc, q̄ beneficia ecclesiastica sunt instituta pro gerentibus officia ecclesiastica: quia illa beneficia sicut sunt redditus perpetui respectu personarum sibi succedentium. sic sunt vitalitia respectu cuiuslibet personæ seorsum gerētis officium ecclesiasticum. Similiter siquis haberet pecuniam legitimè quæsitam: qua tamen non sciret, vel præ debilitate, vel senio non posset vti in negociationibus, nutrali in lucrosis contractibus, nec sufficeret sibi ad emendū aliquas possessiones perpetuò, de quibus viueret. etsi deberet in dies viuere de illa pecunia: ipse cito consumeret, & postea cogeretur mendicare. cur nō posset ille pecuniam suam dare alicui, qui ex sua industria posset illa vti in negociationibus, vel in emendis possessionibus excolendis, & velle ab illo recipere aliquid annuum secundum proportionem precij dati. Hoc enim esset in vtilitatē vtriusq;. Si enim ille de illa pecunia viueret, & ad inopiam vergeret: dignus esse vitalitio sibi à ciuitate, vel alia cōitate assignando: cum sit de quarto genere supra tactarum personarum, quæ dignæ sunt, vt redditus eis constituantur. Cur ergo si postincursum inopiæ dignus est vitalitio: non esset dignus vitalitio ante incursum, ne incurreret, quando sine vitalitio nō potest præseruari, quin incurrat illam inopiam. & maximè cum ipse sibijpsi vult procurare de pecunia suis laboribus quæsita. Secunda etiam circunstantia congrua potest ibi esse, scilicet congruum quid: quia illa circunstantia coincidit cum obiecto, modo vitalitium est congruum obiectum emptionis: vt patuit. Tertia etiam circunstantia congrua potest ibi esse, scilicet congruū cui: quia siquis emat sibijpsi vitalitium; tunc cui coincidit cum quis; ideo sicut cōgruum quis, sibi potest esse, vt patuit: sic etiam congruum cuisibi erit. Si autem alteri velit emere: fiat, quòd ille alius similiter

sit ita

sit ita capax & dignus vitalicio: sicut de quis, dictum est. Quarta etiam circunstantia congrua potest sibi esse, scilicet cur. puta: quia facit ex causa inductiua honestæ & ordinata: & etiam ex causa finali honesta. Exemplum primi: si non ex diffidentia ad Deum, nec ex timore inordinato, vel sollicitudine inordinata, aut ex prudetia carnis: sed ex timore ordinato, sollicitudine ordinata, & prudentia spiritus inducatur ad sic sibi prouidendum de vitalitio, eo quòd aliàs non expediret posset intendere profectui reipublicæ: sicut posset habendo vitalitium. Exemplum secundi: si facit non vt quietius possit voluptatibus & mundo deseruire, aut ocio vacare: sed vt prædictis laboribus spiritualibus, & diuinis operibus intendere possit quietius. Quinta etiam & sexta circunstantiæ, scilicet vbi & quando, possunt ibi esse congruè. puta: quia emptio vitalitij fit in loco & pro tempore, in quibus non est prohibita emptio, & etiam vitalitium est constitutum in bonis, vel personis, in quibus non est prohibitum constitui vitalitium. Septima etiam circunstantia, scilicet quo modo potest ibi esse congrua: vt si emens sine fictione suæ debilitatis det pro vitalitio precium tale, quod sit ipsius ementis: & sit æquiualens ei. Cum enim vitalitium sit res æstimabilis precio, possibile est reperire præcium sibi commensuratum secundum iustitiam commutatiuam: quia quamuis non sciat certitudinaliter certitudine demonstratiua, quàto tempore oporteat venditorem sibi soluere vitalitium: & per consequens non sciatur demonstratiuè, quanti valoris sit vitalitium: tamen certitudine morali, quæ innititur causis infetioribus, & de cõi cursu potest sciri, quanto tempore operteat eum sibi soluere vitalitium, & per consequens quanti valoris sit illud, & sic poterit æquale precium pro illo assignare. & dato, quòd vltra illud tempus contingat eum recipere: tamen ex quo etiam possibile fuit, quòd non tanto tempore recipiet, quanto æstimabatur recepturus: ideo compensando illud dubium cum illo euentu, qui etiam possibilis fuit & lucrosus venditori & damnosus emptori cum prædicto euentu, qui de facto euenit, non est ibi inæqualitas violans iustitiam commutatiuã. Et confirmatur: quis contingit dare pro vitalitio nimis parum precium: vt si tantum. xx. flore. quis daret, cum iuuenis esset pro vitalitio dando sibi omni anno. x. flore. contingit etiam dare nimis magnum: vt si decrepitus daret mille pro vitalitio recipiendo annuatim tantum vnum flor. ergo contingit etiam inuenire æquale precium. tenet consequens: quia in æstimabilibus precio & similibus, vbi est inuenire maius & minus, etiam est reperire equale, quamuis in quibusdam mathematicalibus fallat, de quibus in xv. Euclidis. Ex deductis circa circunstantiam quis, in hac conclusione sequitur.

Corollarium. Quòd non omnino bene dixit Panormi in suis disputationibus, disputatione quinta, sic dicit. Clericis non puto licere, supple, emptionem vitalitij, nisi causa necessitatis, & probat hoc triplicitèr. Primò: quia causa lucri non licet clericis, vel monacis conducere alienas possessiones vt in c. peruenit, lxvj. distinct. Secundò: quia aute clericatum licet negociari: postea non. Tertiò præsertim: quia debent abstinere ab omni specie mali. Modò emptio vitalitij habet speciem mali: quia est malum in opinione multorum dicentium eam esse vsurarium contractum, hæc ille. Contra hoc arguitur primò, aut voluit emptionem vitalitij esse clerico illicitam ratione circunstantiæ quis, & hoc non: quia tunc etiam ei esset illicita: si causa necessitatis faceret: quia adhuc ipse maneret clericus. Aut ex parte circunstantiæ cur, scilicet finis. puta: quia faceret causa lucri, quasi in hoc differret clericus à laico: quia vni licet ob lucrum facere illam emptionem, non alteri: & tunc verum quidem esset, q clerico ex causa lucri ementi esset illicita talis emptio. Sed tunc deficit dupliciter. Primò: quia hoc non probat secunda probatio, nec tertia, non secunda: quia etiam si causa lucri emerer, non esset negociator dicendus, nisi intenderet reuendere, & sic lucrari: vt patet ex ratione negociationis supra quæstione. lij. Modò staret, eum emere illud, non vt reuendat; sed vt pro se solo retineat: quamuis hoc fecisset animo lucrandi, scilicet quia cenferet vitalitium melius pretio. Nec tertia, quod dupliciter patet. Primò: quia tunc eadem ratione laicus deberet abstinere: quia etiam Apostolus omnibus loquens ait. Ab omni specie mali abstinete vos. & quamuis ius canonicum specialiter hoc applicet clericis. extra de vi. & ho. cle. cum ab omni. tamen non negat idem seruandum esse laicis, licet magis clericis, & sic solum probaretur clericis esse magis illicitum: non autem quòd eis esset illicitum & laicis licitum. Secundò patet etiam: quia eadem ratione non liceret clerico, nec laico emere redditum perpetuum: quia ibi est opinio aliquorum damnandum illam emptionem vt vsurariam. Vnde an oporteat abstinere à contractu, de quo sunt variæ opiniones, quarum vna damnat eum, & alia non: ita quòd si non abstineat peccet contrahens. patebit quæstione 100. vbi habetur, quòd non est indistincte hoc verum, ideò nec ille sic indistincte debuisset intulisse prædictam consequentiam. Secundò deficit: quia si intellexit eam illicitam esse clerico, quando ex prædicta causa finali fit: tunc à contrario intellexit eam licere laico, aliàs enim nihil faceret illa coniunctio aduersatiua, scilicet sed: cum ait, laicis permittendum esse illam emptionem, sed non clericis &c. Modo uidetur, q etiam laicis non liceat illam emptionem facere, nisi casu necessitatis, scilicet ad sustentationem sui, uel aliorum eo modo, quo tactum est in quæstione. lxxiij. Vnde si quis etiam laicus commodè posset suam sustentationem habere sine rationabili timore deficiendi, sibi in necessariis: & citra in commoditatem impetituam à prosecutione earum causarum ferialium, propter quas licitum est constituere redditum, quæ tactæ sunt quæstione lxxiij. non uidetur sibi licitum emere vitalitium. De emptione etiam redditum quò ad clericos patebit infra quæstione lxxiij. conclusione sexta.

Corollarium sequitur ex prædictis conclusionibus, q sicut emptio vitalitij est licita ex genere, & potest licitè fieri ex omnibus circunstantiis, quando fit ad vitam emptoris ita etiam potest licitè fieri, quando fit ad vitam venditoris, ita q emptor tanto tempore

pore percipiet, quanto superuixerit venditor & non vltra. patet ex identitate rationis. Nam etiam ille redditus sic duraturus est quid temporale æstimabile precio, & contingit innitendo causis inferioribus æstimare, quanti valoris, vt sic sit, & sic reperire precium ei æquiualens, & sic de alijs. & minus contingit ibi intercuenire desiderium mortis in venditore respectu emptoris: quia etiam si emptor moreretur, non esset ob hoc liberatus venditor, quin saltem hæredes emptoris acciperent pensiones, donec venditor moreretur.

Quarta conclusio. Emptio vitalitij prædicto modo vestita non solum est simpliciter licita, sed vltra hoc etiam est expediens reipublicæ, probatur: quia illud dicitur expediens reipublicæ, quod promouet vtilitatem eius. Vnde in hoc differt expediens à licito: quia expediens addit aliquid vltra licitum, scilicet quòd ex illo, quod est licitum, nata sit prouenire vtilitas. Sæpe enim ex aliquo in se licito natum est prouenire malum. Vnde Apostolus. Omnia mihi licent: sed non omnia expediunt. j. Cor. x. & ibidem. Omnia mihi licent: sed non omnia ædificant. Vbi vult dicere, quòd quantum de se erat, erat sibi licitum comedere quæcunq; cibaria in lege Moysi prohibita, & etiam si idolotica: sed tamen in casu, in quo inde natum erat prouenire scandalum infirmorum, erat illa comestio non expediens, ideò prouenens vtilitatem proximi, immo impediens, & sic fiebat illicita per accidens. Modo emptio vitalitij promouet vtilitatem reipublicæ, etiam si quis non sibi, sed alij emat. dummodo ille alius sit talis qualis debet esse secundum dicta de circunstantia quis, & cui, & dummodo aliæ circunstantiæ seruentur. Nam si fiat prædicto modo: tunc personæ primi, secundi, tertij, & quinti generum supra enumeratorum, quæ multum sunt vtiles reipublicæ longè promptius possunt haberi, quàm possent eædem personæ habere sine vitalitijs. Multæ enim personæ habiles ad prædicta officia non se implicarent prædictis officijs & statibus: si non esset eis taliter prouisum, quòd essent sine tali timore deficiendi, quem rationabiliter possent habere. Nam potius alijs intenderent, quibus possent sibi prouidere, & se eximere à tali timore, quanto autem promptius inuenjuntur personæ prædictæ: tanto maior est vtilitas recip. igitur. Secunda etiam vtilitas est, quòd dato, quòd æque inuenirentur promptæ tales personæ: tamen illæ non ita expeditè possunt prosequi sua officia & status, de alijs viuendo. puta de cultura terrarum suarum: sicut quando de vitalitijs viuerent. Tertia vtilitas est, quòd quando cõmunitas aliqua, vt ciuitas, vel vniuersitas emit, vel assignat aliquid vitalitium alicui, qui fideliter laborat, vel laborauit pro bono vniuersitatis docendo & legendo, vel qui strenuè in armis militat, vel militauit pro bono ciuitatis & regni, aut qui prudenter & sollicitè rexit, vel regit rempublicam: tunc tam illi, quàm etiam cereri animãtur ad similiter fideliter laborandum in vtilitatem reipub. quia non dubitabunt corpora sua exponere magnis laboribus timore deficiendi in necessarijs vitæ: quia sperabunt sibi prouideri per ipsam ciuitatem, vel vniuersitatem: sicut alijs viderunt fuisse prouisum. Non dubitabunt etiã priuatis commodis quasi postpositis inhiare ad commoda reipublicæ: quia sperabunt sibi melius prouidendum de necessarijs: si sic egerint, quàm si sibi-ipsis prouidere vellent suis commodis inhiãdo. Hæc autem inhiatio multum destrahit mentem: vt his, quæ ad officij sui expeditionem pertinent, minus intendere possint: quia pluribus intentus minor est ad singula sensus: & præsertim cum quis ex officio haber intendere spiritualibus, ob quod & Paulus ait. Nemo militãs Deo implicat se negociis secularibus. Et in ve te. leuitis & sacerdotibus non fuit data possessio in terra promissionis: sed redditus eis fuerunt ordinati. Si etiam ciuitas, vel alia cõitas prouideat per vitalitia illis qui licet non sint de primo, secundo, tertio, vel quinto genere. & ita non seruiuerint, vel seruiunt specialiter reipublicæ: tamen aliàs honestè se habuerunt & fecerunt, quod in eis fuit, qui diuina ordinatione deuenerunt ad inopiam & corporis inualitudinem. Ex hoc multi, quibus similes casus inopiæ, vel inualitudinis possunt occurrere, aliabunt ad hoc, vt etiam honestè se habeant. quatenus ipsis ad similia vergentibus etiam prouidere dignetur ciuitas, qui aliàs nullatenus ad honestatem talem allici potuissent. sic autem occasionare & animare atq; allicere cines ad honestè viuendum multum prodest reipublicæ. Et sicut est probatum, quando quis emit, vel assignat alteri vitalitium cum prædictis circunstantiis, quòd talis emptio est expediès reipublicæ, ita eadem ratione: cum quis sibiipsi emit vitalitium, cum prædictis circunstatiis erit illa emptio expediens reipublicæ: si enim non expediret illum hominem, qui prædicto modo præfuisset reip. tandem de quæsitis sibi pecuniis emere vitalitium: tunc etiam neq; expediret, quòd ciuitas, vel cõitas sibi emeret, vel assignaret vitalitium, cuius oppositum est ostensum, igitur.

Quinta conclusio. Emptio vitalitij non depraua tur per hoc, quòd illud vitalitium est constitutum in bonis alicuius ecclesiæ, à qua quis emit illud. Probatur quadrupliciter. Primo sic. licitum est alicui emere agrum alicuius ecclesiæ, vt ad vitam suam percipiat fructus eius, igitur etiam licitum est tali emese vitalitium constitutum in agro illius ecclesiæ, tenet consequentia: quia aut primum includit secundum virtualiter, aut est idem cum eo. Nam si in contractu antecedentis emens acquirit dominiũ & proprietatem illius agri ad vitam suam; tunc etiam acquirit reddituu virtualiter in illo dominio contentum: quia dominus agri habet ius percipiendi non tantũ aliquos, sed omnes fructus. Si autem non acquirit dominium & proprietatem agri: sed tantum vsufructum pro vita sua: tunc ille vsufructus est idẽ, quod vitalitium, vel quiditatiuè ei simillimus: quia vitalitium, quod ibi constitueretur: non esset nisi partiale ius vrendi, fruendiq; subsistantia illius agri salua rei subsistantia. hoc autem est vsufructus, vel aliquid ei quiditatiuè simillimum, antecedens probatur: quia in quarta probatione primæ conclusionis fuit illud antecedens probatum de agro non specificando, an sit ecclesiæ, vel non. Modo ratio ibidem adducta æque probat de agro ecclesiæ: sicut de agro in communi, vel laicali, immo probationes illius antecedentis

tis ibidē ponitæ directè respiciunt bona ecclesiæ, quæ quis acquirit ad vitam suam. Secundò sic in cle. prima de rebus eccl. non alienandis, habetur, ꝙ exigente necessitate, vel vilitate ecclesiæ potest prælatus etiā religiosus (dummodo accedat consensus sui conuentus, vel si conuentum non habeat, consensus sui prælati proprij) non seruata alia solennitate debita de iure, redditus & possessiones ecclesiæ ad vitam eius seu ad aliud certum tempus pecunia inde recepta concedere. & subiicitur postea in fine textus, ꝙ prælatus, seu rector ecclesiæ potest, alia solēnitate nō seruata, solus locationes reddituum & venditiones fructuum ad tempus modicum facere. Ex hoc arguitur sic. licitum est alicui pecuniam suam commutare pro redditibus & possessionibus ecclesiæ concedendis sibi ad vitam suam, scilicet dantis pecuniam. Illa autem commutatio est emptio vitalitij. igitur conclusio vera. Minor nota de commutatione illius pecuniæ respecta reddituum ecclesiæ, & quoad commutationem respectu possessionum etiam patet: quia commutando pecuniam pro possessionibus ecclesiæ sibi concedendis ad vitam, nihil aliud facit, quàm ꝙ cōmutat pecuniam pro usufructu illarum possessionum ad vitam suam. Modo usufructus ad vitam usufructuarij est idem ꝙ vitalitium, vel quidlibet tale sibi similium. igitur minor probata. sed maior probatur: quia licitum est alicui pecuniam suam cōmutare pro redditibus & possessionibus ecclesiæ sibi concedendis ad vitam prælati concedentis: ut patet ex prædicta clementina, quæ hoc tacitè concedit ipsi commutanti pecuniam in hoc, ꝙ econtra expressè concedit prælato cōmutationem reddituū pro illa pecunia igitur eadē ratione idem licebit, quātum est ex lege diuina, vel naturali: si fiat ad vitam recipientis. tenet consequentia: quia quò ad legem diuinam & naturalem nulla apparet ratio diuersitatis, cur vna illarum commutationum deberet admitti, & non alia. Et dico quantum est ex lege diuina, vel naturali: quia dato ꝙ assignares aliquam rationem diuersitatis, dicendo ad probationem maioris, ꝙ nō est simile. eo quòd ius canonicum concessit primam commutationem, puta illam, quæ fit ad vitam prælati concedentis redditus & possessiones ecclesiæ: non autem concedat, si fiat ad vitam recipientis illos. & ideo stat primam licitam esse sine hoc, ꝙ secunda sit licita. Nam dato ꝙ verum esset illud, quod dicitur in illa assignatione rationis diuersitatis, quod tamen non est, adhuc illa ratio diuersitatis nō impedit propositum nostrum. Nam illa ratio diuersitatis tantū assignatur ex parte iuris humani non diuini, vel naturalis & sic staret, ꝙ illa secunda commutatio non esset illicita, nisi ex iure humano. Modo etiam ius canonicum non simpliciter resisteret illi commutationi: sed solum quoad hoc, ꝙ illa cōmutatio secūda non fiat sine solēnitate introducta à iure canonico, & ideo si seruaretur solennitas iuris canonici: pura ꝙ intercueniat consensus eorum, qui debent intercenire: nulla ratio erit diuersitatis inter primam & secundam: quia illa solennitate intercuenierate: etiam posset rector, vel prælatus illos redditus, vel possessiones illi alteri omnimodè vendere etiam in perpetuum. Vnde etiam ius canonicum primam concedēdo non aliud efficit per suam concessionem, nisi ꝙ concessit, ut non oporteat seruare iuris solennitatē in tali commutatione: non autem voluit sic illam cōcedere, quasi sine ea non esset commutatio talis licita ex lege diuina, vel naturali. Si igitur seruata solennitate prædicta emptio reddituum & possessionum ecclesiæ ad vitam ementis non est contra legem diuinam, vel naturalem, nec canonicam, igitur non obstante, ꝙ illud vitalitium, cuius est illa emptio, fundatur in bonis ecclesiæ, sequitur ꝙ conclusio est vera. Secūdò etiam dicendum, ꝙ falsum assumitur in prædicta ratione diuersitatis, quando dicitur, ꝙ non concessit prædictam commutationem, quando fit ad vitam recipientis. Nam de vita utriusq; loquitur, siue concedentis, siue recipientis: vt patet per glo. in verbo eius. Præterea ille, qui non est religiosus: vt puta rector ecclesiæ potest non solum sine solennitate debita: sed etiam sine cuiusuis prælati consensu cōtrahere super bonis etiam immobilibus ecclesiæ: quando tantum fit ad vitam rectoris: prout notat Panor. in c. uenies. de transactionibus, quātis secus sit specialiter dispositum in religioso in prædicta cle. vbi requiritur cōsensus alicuius, puta qui dictus est: licet non alia solennitas. Et si arguas. si redditus est ecclesiæ. igitur non potest commutari pro pecunia, seu (quod idem est) uendi. quia annexa spiritualibus non possunt vendi. Dicendum, ꝙ annexa spiritualibus quando secum trahunt spiritualia, non pūt uendi citra simoniam positiuam: sed quando non trahunt ea secum: bene pūt uendi: solem concedente iure positiuo: quia non est illicitum illa temporalia annexa spiritualibus uendere, nisi propter prohibitionem iuris positiui. Et si dicas ad illam secundam probationem, ꝙ commutatio illa, de qua sonat maior illius rationis, prout trahi potest ex prædicta cle. non est uenditio, nec emptio vitalitij: quia vitalitium est reditus. modo ibi tantum uenditur & emuntur fructus reddituales ad vitam percipiēdi: non autē ipsi redditus. Vnde prælatus nec redditum, nec possessionem ecclesiæ uendit ad tempus ipsi commutanti pecuniam: sed tantum concedit sibi ea ad vitam pro pecunia. Hæc autem concessio non est uenditio, nec emptio reddituum & possessionum ecclesiæ: sed tantum est locatio illorum reddituum & possessionum, uel si est ibi aliqua emptio & uenditio: tantum est emptio & uenditio fructuum obuenientium infra illud tempus de illis redditibus & possessionibus ecclesiæ. Contra hoc arguitur tripliciter. Primò si quis prophanus haberet aliqua prædia & uerum vitalitium mihi constitueret in illis pro certa pecunia: nihil aliud mihi constitueret, nisi ius percipiendi fructus aliquos ex illis prædiis. & illud ius in me trāsferret pro pecunia, & illud ius nerē diceretur vitalitium: non obstante, ꝙ non transtulisset in me illa prædia: nec dominium illorū immo illa mansissent apud ipsum. Nec obstare posset: si quispiam dicere uellet, ille non uendidit tibi prædia: sed tantum tibi ea locauit, aut si quid tibi uēdidit: tantum tibi uendidit fructus illorum prædiorum. Ergo etiam in casu prædictæ maioris & minoris erit uera emptio & uenditio ueri vitalitij. Etiam si sic esset, ꝙ non diceretur ille prælatus vendere, nec alius emere illos redditus, vel possessiones: sed tantum

tum diceretur locare ea, aut diceretur vendere fructus eorum. tenet consequentia: quia est omnino simile. Antecedens autem probo: quia da oppositū. nunquam poteris mihi dare casum, in quo verum vitalitium ematur, vel vendatur, siue licitè siue illicitè, cuius oppositum patuit ex præced. conclusionibus. Sequela probatur. Nam nunquam emitur, nec venditur: nisi constituatur in aliqua re vel persona potente quid annuum importare. & semper dici possit, ꝙ illa res, vel persona non venditur, sed fructus eius. Et sicut illud anteced est verum de vitalitio constituto in prædiis, ita eodē modo esset verum, si ille prophanus haberet redditus aliquos. puta teloneum, vel pedagium: quia redditus computātur inter immobilia, & sic æquiparantur prædiis. Secundò obiicitur contra prædictam suasionem. Vitalitium nihil aliud est, quàm ius percipiendi fructus, uel pecuniam sibi concessum ad uitam. Dato igitur quòd prælatus in prædicto casu maioris & minoris non uenderet, nec alius emeret illos redditus, nec possessiones etiam ad vitam: sed tantum ea concederet talē concessioni, quæ esset alterius rationis ab emptione & uenditione: & tamen ei uenderet fructus prouenturos de illis toto tempore uitæ suæ: tamen exquo illi fructus nondum sunt in rerum natura: tunc ni rebus, quę nondum sunt in rerum natura, quando eniuntur, sicut possunt emi: oportet assignare aliquod quod tradendum ueniat ipsi emptori & illud non est nisi ius. igitur uenderet ei ius illos percipiendi. Tertiò, quia vitalitium non uidetur aliud, quàm usufructus ad vitam durans usufructuarij, uel est qui dditatiuè ei similimum. Modo, qui pro pecunia certa in bonis suis immobilibus concedit alteri usufructum, dicitur ei uendere usufructum, & alius dicitur emere, non obstante ꝙ non dicitur uendere illa bona sua ei: sed tantum ea locare. Nec etiam temporalitas percipiendi fructus prędiorum obstat rationi reddituum: vt patuit supra. igitur. Tertiò sic probatur conclusio: licitum est alicui aliqua bona recipere in feudum commutando pro illis pecuniam, non obstante ꝙ illa bona sunt ecclesiæ: dummodo recipiat ea à prælato cum soleonitate debita. igitur etiam ille posset vitalitium fundatū in illis bonis recipere commutando certam pecuniam pro illo. Antecedēs probatur: quia prælato licitum est recepta pecunia alicui bona ecclesiæ concedere in feudum: vt patet. c. pen. de reb. ec. non alie. Dummodo consultus habeatur Romanus Pontifex, eo ꝙ prælati iuratæ non infeuda re de nouo Romano Pōtifice inconsulto: vt extra, de feudis. c. vl. Igitur etiam econtra licitum erit ipsi dare pecuniam sic recipere illa in feudum. tenet consequentia: quia ius approbando primum etiam tacitè approbat secundum. Consequentia autem principalis probatur: quia pro pecunia recipiendo illa bona in feudū, ipse recipiens acquirit pinguius ius, quā recipiendo pro pecunia solum vitalitium fundatum in illis bonis: quia in recipiendo ea in feudum acquirit vtile dominium illorum bonorum etiam percipiendi omnes vtilitates eorum, & sola proprietas manet apud ecclesiam, & etiam illa bona transeunt ad hæredes recipientis ad masculum, uel ad fœminā. sed recipiendo vitalitiū in illis constitutum, non acquirit dominium utile illorum bonorum: sed tantū usufructū eorum, uel quid ei sit. illimum. & denique non totum, sed tantum partem. prꝫa: quia sæpe & sōpe non constituitur alicui vitalitium in prædiis taliter, ꝙ percipiat omnes fructus illorum prædiorum, sed tantum partem. & hoc certū: pura centum modios, uel huiusmodi: uel incertum, scilicet medietatem, uel huiusmodi. & etiam non transiret ad hæredē accipientis. igitur. Circa tamē ānū cedens huius probationis nota. ꝙ concessio feudi pro pecunia facta non est feudalis, capiendo strictissimè feudalem concessionem: quia concessio feudalis debet esse gratuita. Vnde feuda ecclesiæ, quæ pro pecunia ea concedit, non sunt propriè dicta feuda. Quartò sic. Septimum est aliqui simpliciter emere bona ecclesiæ: ut prędia & alia huiusmodi sic simpliciter, ꝙ ipse acquirit perfectum & directum dominium & proprietatem eorum. igitur pro perpetuo. igitur etiam septimum est aliqui emere vitalitium constitutum in illis bonis. tenet consequentia: quia ecclesia minus lęditur in casu consequentis, quàm in casu antecedentis: quia in casu consequentis ecclesia tantum caret usufructu illorum bonorum, eo ꝙ illud vitalitium est usufructus partialis, uel quasi talis concessus ementi, & denique non semper eo caret: sed tantum ad tempus vitę unius hominis. & denique ut cōiter non caret. toto illo usufructu: quia vitalitium cōiter non constituitur alicui taliter in bonis, ꝙ recipere debeat omnes fructus illorum bonorum. Antecedens aūt probatur: quia sæpe licitum est ecclesiæ bona sua simpliciter uendere alicui transeundo in eum omnimodum dominium & proprietatem etiam pro perpetuo, scilicet in casu necessitatis emergēris, vel utilitatis exposcētis, qui casus sæpe possunt occurrere. in quibus casibus etiā sacra uasa ecclesiæ possunt, & aliqua debent conflari & uendi: vt patet x. q. j. c. capsellas. & ibidem in §. hoc ius. & xij. q. ij. c. aurum.

Contra prædictam decisionem quæstionis arguitur multipliciter. Et primò quinq; argumentis contra primam conclusionem. Deinde tribus contra tertiam, & postea vno contra quartā conclusionē. Contra primam primò sic. Emptio vitalitij de se includit illicitum propositum, ac illicitam spem. igitur est illicita de se consequētia nota. Assis probatur: quia de se includit propositū, ac spem recipiendi obuentiones vitalitij toto tpe uitę mentis, & non curando quot quantasq; obuentiones, vel quanto tpe perceperit: si. n. esset eius propositū nō uelle plus recipere, ꝙ ipse exposuisset pro uitalitio, nō uideret nō. cur emisset magis potius illam suam pecuniam alicubi in tuto loco reposuisset, & de ea sumptus necessarios recepisset. Hoc autem propositum est illicitum, similiter & spes illa est illicita. Maior nota. minor probatur: quia tale propositum & spes est propositum & spes recipiendi ultra sortem darā pro uitalitio. igitur illicita. Antecedens probatur: quia contingit eum tanto tempore percepisse obuentiones: ꝙ conferat tantā summam pecuniæ percepisse, quantam dedit pro uitalitio, & sic recuperauit sortem: & tamen adhuc ultra illam recuperatam uult recipere obuentiones. consequentia autem probatur: quia spes recipiendi ultra sortem est usuraria. Et illud fuit unum ex motiuis

Gof.

Goff. in suis. suę damnantis contractum similem emptioni vitalitij. puta cum quis dat pecuniam ecclesię: vt ab ea recipiat certas possessiones tenendas toto tempore vitę suę: & illam sententiam Goffac eius motiuū pro se etiam induxit Henr. Gāden. in quodlibetis, quodlib. ij. q. xv. ad damnandum emptionem vitalitij. Allegat etiam quodlib. j. q. xxix. glossatorū Ray. di. emptionem vitalitij esse illicitum contractū quamuis (vt ait) quidam legistę cōtrarium dicant; & hoc pro se accepit at Henr. quamuis aliud, quod di. glossatores. ſ. q. ille contractus non sit ex forma vsurarius, non accepteri: quia Henr. dicit. q. ex forma est vsurarius. sed de illa forma patebit in tertio argumēto principali. Dicendum, q. argumētum deficit dupliciter. Primo: quia maior probationis antecedentis est falsa: quamuis enim raro sit emptio sine illa spe: tamen emptio potest sine tali fieri; & per consequēs non de per se includitur, & per consequens non mi litat contra conclusionem primam, quę non simpliciter & sine additio dicit, q. sit licita: sed q. de se est licita: contingere autē potest q. de se licitum raro fiat sine mala circunstantia adiecta, quam de per se non includit. Assumptum autem ſ. q. prędicta emptio vitalitij possit fieri sine illa spe patet: quia posset stare, q. emens illud intenderet post dimidium annum totum donare venditori. Secundò deficit. quia dato q. maior esset vera: tamen minor est falsa. Ad probationem dicendum dupliciter. Primo negando antecedens, q. illa spes sit spes recipiendi aliquid vltra sortē data pro vitalitio: suppositq. dederit condignū precium pro vitalitio à principio cōtractus. Si enim dedit condignum precium: sicut est possibile: tunc etiam si recipiat successiue tot obuentiones etiam pecuniarias, q. ille simul aggregate sunt tanta summa, quanta fuit summa pecuniaria nomine precij tradita pro vitalitio: tamen adhuc illa particulares obuentiones taliter sunt percepte. q. nō æquivalebant precio: quia sunt particularia recepte & summa precij fuit tota simul data, plus autem valent. 100. flor. qui simul habentur, quam. 100. qui soluta colligentur per x annos, quoliber. ſ. anno recipiendo tantum x. Secundò dicendum, q. dato, q. antecedens esset verum: puta quia tot obuentiones percipisset, q. non obstare, q. essent particularizatim accepte, essent equales valoris cum quantitate precij, eo q. illa particularitas, quę in receptione. 100. flor. qui obuenerunt per x annos, diminuebat valorem eorū. 100. flo. est per aliam viam refarta: puta quia ultra illos centum adhuc recepit. xx. vel circiter, propter quos illi centum & xx. (licet particulariter accepti) sunt tanti valoris quanti sunt 100. simul expositi: tamen consequentia non valet. sigitur illa receptio, quę fit vltra sortem datam pro vitalitio est illicita, & per consequens etiā spes & propositum illius receptionis: Nam datur instantia illius consequentię dupliciter. Primò: quia tunc eadem ratione peccaret ille, qui, postquam pro agro valente tantum. cccc. malta frumenti permutasset. cccc. malta simul accepta; & ipse per se vel suos haredes percepisset tanto tempore frumēta de eo, q. illa etiam sic particulariter accepta essent tanti valoris, quanti valoris sunt. cccc. malta simul accepta: non desisteret ab ulteriori perceptione frumentorum: quia iam perciperet vltra sortem per eū datam pro agro. Secunda instantia daretur de eo, qui emit equum pro. v. flo. & postea quotidie locat eum pro mercede diurna &c. vide supra q. lxxix. conclusione. j. Et si probatur consequentia: quia spes recipiendi vltra sortem est usuraria, igitur illicita. Dicendum, duplex est sors. ſ. mutuata, & sors in ratione precij data. De prima est illa regula nota, non desecunda. Vnde si quis dat condignum precium pro re merce, bene potest de merce empta percipere maiorē valorem successu tēporis, q. fuerit valor sortis precij: ut patet in exemplis datis, & clarius patere potest in casu, quo emptione facta ipsā merx in duplo melioratur melioratione extrinseca: puta quia inspectē omnes consimiles merces perierunt. Nam si tunc emens uendat illam mercem, lucrabit etiam simul duplū sortis ſcij. Et rō huius diuersitatis in sorte mutuata, & in sorte in rōne precij data est: quia illud plus, quod recipit emēs ultra sortem in rōne precij daram: licet sit ultra sortē precij: tamen non est ultra sortē mercis: quia totum continetur intra valorē mercis, sicut fructus arboris continetur in arbore. Vñ si emptor vitalitij omni anno dimisisset pēsionē pecuniariā sibi debitā apud venditorē; & ei eandem mutuasset: & tanto tempore sic apud eū omni anno dimisisset. q. numerus pensionū nūm esset æqualis numero precij expositi pro vitalitio, posset adhuc ultra à venditore recipere: quia non recipieret rōne illius mutui omni anno sibi impensi; sed rōne mercis emptę ab eo. Contra. Si obuentio mercis excedit sortē precij: igitur precium fuit nimis parui respectu mercis, igit emptio erit illicita propter inadęquationē precij. & per consequens est repugnantia dicere, q. emptio potest esse licita: etiam si obuentiones percipiendę ex merce excedant valorē sortis precij: dummodo precium fuerit condignū. Prima cōsequentia probatur: quia mercis valor attenditur penes obuētiones reales possibiles ex eo prouenire, ita q. quanto plures pūa ex illo prouenire, tāto maioris valoris, & per cōsequens precij æstimatur. & licitē sit ex merce prouenire obuētiones maioris valoris quàm sit precium datum, & merce esse maioris valoris quàm sit precium datū. Dicendum, q. si concluderet argumētū, æque concluderet, q. illa non staret simul. q. aliquis venderet merce pro precio condigno: & tamen q. posset mediante illo precio lucrari alia lucra, quæ cū precio accepta transcenderent valorem mercis, immo q. si mediante illo precio lucraretur alia lucra, q. uēdidisset mercem pro nimis magno valore: quia illud precium æquivalet merci: vt supponitur: & cū hoc est natū sibi esse insūm adhuc magna lucra quærendi, quæ sine illo non posset acquirere; & de facto sunt sibi sic insūm. Modo valor prouī est attenditur ſm eius idoneitatem ad humanas cōmoditates & lucra. Nec valet, si dicatur, precium receptum nō lucrat tur postea aliquid: sed industria utentis. hoc. dictū est euacuatum sufficienter supra q. lxxv. Et ita si tu in æstimatione mercis tuę progredi in longinquum, attendendo eius importantiam. & oēs successiuas obuentiones possibiles euenire, vel euenturas de merce. sic e contra alius in æstimatione precij ēt procederet in longinquum: attendendo lucra possibilia prouenire,

uenire, vel prouenum ex usu illius precij. ideo sicut contingit obuētiones adeo multas prouenire ex merce, q. uideretur excedere valorē formalem precij deputari. sic contingit etiā precium esse insūm multorum lucrorū in ordine, ad quæ lucra prouentura respectuē precium excessus obuentionū ad precium. Vnde dicendum, q. in uendendo nō oportet absolutē attendere utilitatem possibilem ementi prouenire per quantacunq; tempora sibi succedentia. Aut si id attendere uelit uendens: debet econtra ēt attendere utilitatem possibilem sibi per quantacunq; tempora sibi succedentia prouenire ex precio recepto ab emēte. Ad auctoritatem aūt Goff. pōt dici, q. ipse fuit illius opinionis sed non cogit. licet nec auctor. Henr. Ganden. Posset tñ dictum Goff. habere veritatem, q. contractus, de quo loquitur: sicut & emptio vitalitij est illicita. qō dans pecuniam dat eā mutuò & reuocabiliter, vel si irrenocabiliter & per modū emptionis & precij tunc uerum est, q. est illicitus ex circunstantiis non seruatis modo facto in conclusionibus positis: quæ tñ possibiliter contingit fuisse. Nam timendum est, q. sæpe fiat cum indebitis circunstātiis & intentione non regulata recta ratione. Ideo ēt consulendum est, q. qui uolunt huiusmodi contractum facere, circunspectius agat. & si propria prudentia nō sufficiat, contrahat cum indicio & directione alterius prudentis, ad hoc ut nihil eorū quæ in contractu seruari debent deſit: Nam in negocio proprio quisq; heberior est, quàm in alieno: affectio enim ad se perueniendi eium. Ad auctoritatē glossatoris Ray. quòd in hoc, q. dicit, contractum illum non esse ex forma sua vsurarium: bene dicit. sed in hoc, q. dicit, q. aliàs sit illicitus nō bene dicit. si intelligat loquēdo de se. Ad duo aūt eius motiua dicendum. Ad primum cum dicit: quia uenditor posset desyderare mortem emptoris: Dicendum, q. hoc accidit in contractu. pōt ergo sine illo desyderio fieri, & cessabit illa mala circunstātia, & de hoc latius infra argumento tertio principali contra tertiam conclusionem. Ad secundum motivum eius, quo dicit, q. nullum est periculū emptoris, pōt negari. quia si moriatur primo die contractus, nihil habebit, & multum dedit. Item non minus est in periculo quàm emptor alterius mercis.

Secundò principaliter arguitur sic. Emptio vitalitij semper est peccatum. igitur non est de se licita; nec uestibilis taliter, q. licitē fiat. hæc consequentia tenet: quia si de se esset licita: tunc aliquādo fieret etiā sine peccato. Antecedens probatur: quia illa emptio semper procedit ex radice infecta & uitiosa: quia ex aliqua illarum quinq; causarum inducentium emere eam ad emendū ſ. aut ex diffidentia de diuina prouidentia, aut ex timore deliciendi in necessariis, aut ex solicitudine temporalium, aut ex prudentia carnis, aut ex cupiditate lucri. Hæ autem radices sunt uitiosæ: quia sunt actus prohibiti. Nam actus oppositus primo actui præcipitur Ecclesiast. xj. Confide in Deo, & Hebr. x. Nolite amittere confidentiam vestram. Esto il la intelligantur in necessariis ad salutem spiritus etiā intelligantur in necessariis ad salutē corporis. igitur oppositus actus prohibetur. ſ. diffidentia. Vnde propter eam venit ira Dei in filios diffidentiæ. ad Ephe. v. & ad Col. iij. Secundus prohibetur, quia timor nō oritur nisi ex diffidentia. qua quis expectat sibi deficere necessaria. ideo sicut diffidentia prohibetur. sic timor inde oriens. Tertius prohibetur Matt. vj. Nolite soliciti esse, dicentes: Quid mādu cabimus &c. Quartus damnatur ad Rom. viij. Prudentia carnis est inimica Deo. Quintus damnatur. j. ad Tim. vj. Radix omnium malorum est cupiditas. Assumptum autem probatur. ſ. q. emptio vitalitij semper ex aliqua illarū radicum procedat: quia da oppositum, q. nulla illarū sit in ementeetiane non emet, si enim dicat se non ex cupiditate emere quia non intendat lucrari: sed solū tantundē recipere, quantum valet pecunia data, nec propter uoluptuosè & otiosè uiuere: tñ ad minus erit aliqua trium primarum causarum in eo. Dicendum q. argumentum deficit dupliciter. Primò: quia dato quòd antecedens primum esset uerum: tamen consequentia eiusdem non valet. Nam possibile esset, aliquem, qui de se esset licitus ex genere, semper agi ab hominibus cum aliquo defectu circunstantiæ: qui tamen posset etiam fuisse elicitus cum debita circunstantia, & sic de facto erit semper malus: & tamen de se esset licitus, & potuisset etiam fuisse vestitus bonis circunstantiis. & sic illud argumentum non militaret contra primam conclusionem, nec etiam contra tertiam: quia non sequitur de facto. sic semper est, igitur non est possibile. vel aptum natum eum aliter fieri. Secundò deficit, quia etiam antecedens est falsum: Ad probationem eius dicendum, quòd dato, quòd procederet semper ex aliqua illarum quinq; radicum, non propter hoc procedit semper ex radice infecta. Nam timor & solicitudo, ex qua potest procedere emptio, possunt esse actus non vitiosi: sed ordinati. Potest etiam prudentia carnis taliter accipi, q. etiam non sit vitiosus actus. De prudentia patuit in secunda conclusione. Sed de timore & solicitudine declaratur in proposito. Et primò de timore declaratur dupliciter. Primò sic. Timor enim (vt in proposito accipitur) est actus, quo appetitus refugit obiectum sibi per potentiam cognitiuā ostensum, vt occurribile vel occurturum. Illud autem contingit dupliciter sibi ostendi: vt occurturum, vel occurribile. & secundum hoc etiam contingit appetitum dupliciter ipsum refugere. Primò enim contingit illud sibi ostendi: vt occurribile, vel occurturum, etiam si faciat quòd in se est, quasi tunc nō prouidea tur sibi in necessariis. & quando adheret illi ostensiuū & sic creditum refugit timor est illicitus: sicut & adhæsio illius ostensionis est illicita: quia est diffidentia de paternali prouisione Dei. & sic aūr offenditur sibi occurribile vel occurturum: nisi faciat quod in se est, per quod poterit vitare illud, & hoc ipse credat, & credendo refugiat illud. & ille timor non est malus: vt puta cogito, q. nullus cibus nec potus mihi in tali loco existenti præparabitur in octo diebus, nisi petiero. & illud non præsentari fugiam. & sic timeam id malum, non est mihi illicitum sic timere, nec etiam quod inde sequitur, erit illicitum: vt si illo timore correptus, incipiam ordinare, q. mihi mittatur cibus & potus: ita in proposito, si quis emeret vitalitium ex timore primo modo, peccaret: quia timor ille esset inordinatus. Si autem ex timore secundo modo emeret ipsum, non propter hoc peccaret.

vtputa

reputa aliquis habet aliquantam pecuniam, quam non nouit, nec potest uti in negotiationibus &c. vide casum supra conclusione. iij. ante secundam circunstantiam. ille non irrationabiliter credet se defecturum in necessariis & commoditatibus debitis vitæ suæ: nisi prouideat sibi alia via victum, q̃ quotidie sumptus faciendo de pecunia illa, & ex illo timore emittit vitalitiū, non peccabit propter illū timorem. Secundò idē declarari pōt sic. Timor est fuga mali, & nemo fugit malum, nisi quia amat bonū, cui illud malum opponitur: vt non timet quis mortē, nisi quia amat vitā. Ideo sicut amare contingit ipsum bonū ordinatè & etiā inordinatè, sic & contingit timere malū ordinatè & inordinatè. Bonū igitur oppositū defectui in necessariis vitæ est habere necessaria vitæ, modo necessaria vitæ habere contingit amari dupliciter. Primò supra Deū, & sic qui ita ad ea afficitur, q̃ paratus esset contra præcepta Dei aliquid agere, amaret inordinatè illa necessaria, & ille amor esset mortalis. Secundò sub Deo: puta cum nō ita ad ea afficitur, q̃ paratus esset contra præcepta Dei quidagere, & illud contingit dupliciter. Quia aut nimis feruidè afficitur ad illa quis citra Deū, aut moderatè. Si q̃ recta rō docet, primo modo est venialis. secundo modo nullum peccatum est. Sic etiā timere contingit oppositū eius dupliciter. s. supra Deū & sub Deo. Et sub Deo dupliciter. s. nimis seu vltra q̃ recta rō docet vel moderatè s̃m dictamē rōnis. Vnde emptio, quæ procederet ex timore deficiendi in necessariis, qui timor esset supra Deū esset grane peccatū, quæ aūt procederet ex timore sub Deo: sed immoderato esset venialē, quæ verò ex timore sub Deo & moderatè nō ob hoc est peccatū. Alioquin si quis nihil habens, & per consequens timens fame mori inducerentur ex illo timore ad laborandū: ne sic seipsum occideret, peccaret pro quanto laboraret ex illo timore inductus, quod est falsum. De solicitudine declarari & dupliciter. Primò. Nam solicitudo vel cura ipsa inducit, vel saltem dicit virtutē illorum: puta tertiū & alia quæ præsupponit. sactū intellectus, quo quis aliqualiter opinatur sibi defectura temporalia, quæ amat, vel saltem dubitat, q̃ sibi sint affutura. Secundum est timor illius obiecti mali opinati, vel dubitati. Tertium est actus intellectus: inquirentis media fugiendi illud malum, qui actus est discursus, & ille tertius proprie dicitur cura, quamuis igitur posses distinguere solicitudo s̃m varietatē primi & secundi actus: sicut & in prima declaratione de timore dictū est, & de credulitate intellectus respectu mali incurribilis: quomodo tam credulitas, q̃ timor est duplex: tamen illa distinctio patuit. ideo præter hoc distinguendū est de tertio. Nā aut inquirit media, quæ sunt contra Deū, & illa solicitudo est mortalis, aut inquirit media quæ nō sunt contra Deū, & hoc contingit dupliciter: quia aut immoderatè se habet in illa ista quæ sitione. s. nimis anxiè & nimis sentenser inquirendo, & illa est venialis & superflua: dummodo non ita anxiè, q̃ nunc retrahat ab aliis, ad q̃ tenetur nā tūc esset tē mortalis. aut moderatè, & vt recta rō dictat. & illa est licita. & sic emptio ex prima est grane peccatū, ex secunda veniale, ex tertia nullum erit propter hoc peccatum. Secundò potest et sic declarari quia solicitudo quedā est inquisitio necessariorum huius vitæ, quedā superfluorū, & prima est duplex, quedā est in bonū finem. s̃non vt in illis cōstituat finem, seu irrelatè ea amet: immo relatè ea amat, ut illis tanquàm instrūs utatur ad gloriam Dei & salutem animæ suæ & proximi, & illa est rationabilis & discreta, vel saltē pōt esse talis: ut puta si non est nimis anxia, & talem & habuerunt sancti patres. quedam terò in malum finem. s. vt illis vtatur: immo abutatur ad noluptates & peccam, & illa est perniciosa. Et q̃ prima sic licita, & secunda illicita, tangit August. in sermone dñi in monte tractans illud Matt. vj. Nolite ergo solliciti esse &c. di. Dēs hic non improbat, si quis humano more ista necessaria procuret: sed si quis propter ipsa militet, vt in operibus suis non regnum Dei: sed illorum acquisitionē intueatur. Et ideo ne in seruis Dei, qui uidentur habere prouisionem de necessariis, aliqui scandalizarētur, Christus met dignatus est hīc localos. hæc August. Illa verò, quæ est superfluorum, quamuis etiam posset subdiuidi: s̃m q̃ sit cōstituendo in illis finem, vel irrelatè ea amando, vel si relatè ea amat: puta ad utēdum eis ad alia: tamen ea ordinat, ut eis in finem bonum, vel malum utatur: tamē sine fig, siue fic, siue in quēcunq; finem fiat, ipsa est semper illicita: quia est ex gñe illicita: quia cadit super obiectum indebitum. nam quod est superfluum, est inconueniens obiectū inquisitionis, quomodo illi habent solicitudinem superfluorum, qui cum sufficienter habeant bona temporalia: attamen inquirunt amplius habere. Vnde si illud argumentum de timore & solicitudine cōcluderet, etiam eōdem modo errarent emptio egrorum & aliorum prædiorum pro se & liberis suis, quia & illa sæpe fit ex huiusmodi cura & causa. [illegible]

Tertiò principaliter arguitur sic. Emptio vitalitij licet vocetur emptio: tamen est ibi tē contractus vsurarius. igitur est illicita sic & sic, consequentia nota. & antecedens probatur: quia duo sequentes contractus in nullo differūt specifice, quod possit facere vnum & primum esse mutuationem usurariam. & alium, scilicet secundum esse emptionem, & ideo si unus sit mutuatio vsuraria, & secundus erit talis: quod secundus est emptio vitalitij, igitur antecedens vt tū. Primus itaq; contractus est talis. s. Ioan. dat Petro, 100 flor. sibi restituendos in xl. annis, adiectis x. flor. secundus ide ille dat Paulo. 100 flor. vt sibi omni anno vitæ suę det x. flor. & Ioannes viuet xl. annis, & sic Paulus est cogetus dare Ioan. c & x. flos. & præterita ebdē, quando Ioan. spembat se victum ad xl. annos. Assumptum aūt. s. q̃ in nullo differant potēte facere distinctionem specificā contractū, patet quia in nullo differunt, nisi quia primo casu Petrus nō cogitur restituere sortē Ioannis xl. annis, siue in toto, siue in parte. In secundo verò Paulus cogitur sortē omni anno in parte restituere. Illa aūt differētia non pōt illos contractus distinguere specie: quia si vnus sit mutui: etiam alter: quia si duo vsurarij mutuent duobus petentibus mutuū 100 florū ad tres annos. & vnus eum suo mutuatario pacisc̃tur, vt sibi omni mense aliquid de sorte soluat. & etiam partem vsuræ contentæ: velit sibi de vsura: puta de vsura expectare, vult usq; in finem triennij: alter verò de tota sorte & vsura expectat ad finem triennij: nihilominus est vterq; vsurarius,

vsurarius, & contractus vtriusque sunt eiusdem speciei essentialis, scilicet mutui. Hoc fuit in substantia, nec effectu unum ex motuis Hent. Gandensis ad dānationem vitalitij: vt patet in quodlibetis suis quodlibeto primo, quæstio. xxxix. & idem argumentum post Hen. adducit quidam canonista Andreas nomine, olim legens in studio Vienensi in tractatulo suo, quem edidit ad dānandum emptionem redditus perpetui & irredimibilis. Dicendum, negando antecedens. Ad probationem dicendum, quòd differunt specie nec est verum, quòd solum differant penes hoc, quòd Petrus in primo non cogitur &c. sed etiam in quodam alio potente distinctionem specificam facere, scilicet quia in primo Ioan. potest repetere sortem à Petro, saltem veniendo undecimo anno, & hoc uel per se, si per tantum tempus tixerit, uel per suos hæredes. In secundo autem Ioannes nō potest repetere à Paulo sortem. Et si dicis: immo Ioan. repetit de facto eam omni anno in parte. Dicendum, quòd petendo omni anno x. flor. non repetit partem sortis: sed quærit fructum mercis suæ emptæ, nec petit hoc in ratione sortis mutuatæ: quia tunc illa pars posset omni anno, etiā si Ioannes mortuus esset, repeti per hæredes eius, quod non est verum. Primus igitur contractus est mutuatio: quia res nocabilis est pecunia data. sed secundus non est mutuatio: quia deficit substantiale mutuationis, scilicet renocabilitas pecuniæ datæ. Hæc autem renocabilitas & irreuocabilitas distinguunt specificè contractus illos. sicut pater in aliis dationibus pecuniarum: si enim des mihi pecuniam renuncians repetitioni. ad nihil aliud respectiuè non est mutuatio, sed donatio: vbi tamen si uis habere ius repetendi, manebit mutuatio. Contra. Dato quòd penes hoc distinguerentur specie: nihilominus conueniunt in alio, quod etiam sufficit arguere utrunque illicitum: quia in vtroque de re, scilicet pecunia, cuius usus est eius consumptio, accipitur quid ultra substantiam illius rei. Hoc autem est illicitum: quia plus recipit, qm dedit, quàm dederit, quod est contra iustitiam commutatiuam: saltem in re, cuius usus est eius consumptio. Respondetur, quòd in primo casu conceditur assumptum. sed in secundo negatur: quia accipit de merce empta, scilicet uitalitio, cuius usus non est eius consumptio: quia per hoc quòd quis eo utitur percipiendo eius obuentionem, non sibi perit, sicut pecunia & panis pereunt per hoc, quòd quis eis utitur, illum comedendo, illam distrahendo: vnde sola morte extinguitur. Contra. Quia saltem in quodam alio conueniunt, ratione cuius arguitur, quòd si primus est usurarius, uel illicitus: multo magis secundus erit illicitus, & secundus est emptio uitalitij: igitur. Assumptum probatur: quia secundus contractus est magis grauis & durus contra Paulum, quàm primus contra Petrum, & minus habet pietatis. Nam in secundo Paulus cogitur omni anno soluere sortem, saltem in parte. In primo autem Petrus est liber per x. annos usque ad undecimum, & sic diutius expectat Ioannes Petro, quàm Paulo. Dicendum dupliciter. Primò, non sequitur, ille contractus est magis grauis & damnosus: quàm alius existens usurarius. igitur primus est etiam usurarius:

quia stat, contractum, qui nullo modo est usurarius, esse damnosiorem, & magis contra charitatem proximi, quàm sit usurarius: vt si pure emo à te pro decem floren. mereem valentem centum floren. plus tolendo, quàm si tibi mutuarem x. vt mihi post mensem dares xv. floren. ideo non valet prædicta consequentia. primus est, qui minus grauis proximo est, usurarius. igitur secundus, qui est magis grauis, erit usurarius. Sed bene ibidem arguitur quòd ad aliud prædicatum generalius, scilicet esse illicitum. puta, quòd si primus, qui est minus grauis est illicitus, etiam secundus, qui est magis grauis, erit illicitus. Sed tunc secundò deficit: quia antecedens est falsum, saltem supposito, quòd Ioannes dando 100. floren. pro uitalitio, dederit iustum precium: sicut contingere potest, quòd illa centum sint iustum precium in tali patria. Nam tunc non grauat plus Paulum, quàm Ioannes Petrum, immo non grauat eum: quia dat Paulo precium cōdignum pro merce, & quòd omni anno quid recipit, non recipit à Paulo vt partem sortis precij dati ei: sed recipit de sua merce empta à Paulo, cui condignam fecit solutionem pro merce. Modo Ioannes recipiendo quid de re sua empta à Paulo, quæ amplius non est ipsius Pauli, & pro qua ei dedit cōdignum precium: non debet censeri grauare Paulum. In primo autem casu Ioannes accipit non de re sua: quia si dicat se accipere de centum floren. mutuatis Petro, iam accipit de illis centum, cum non sint amplius sui: sed sint iam facti ipsius Petri per mutuum. & quamuis sint sibi debiti: non tamen quid vltra eos est ei debitum: quia nec tale quid dedit ei Ioannes vltra centum. Et si dicas, sic etiam diceretur de Ioanne in primo casu, scilicet quòd id, quod recipieret Ioannes à Petro, reciperet de iure suo & obligatione, qua Petrus est sibi obligatus ex pacto: non valet: quia nullum ius habet respectu Petri: nisi ad repetendum sortem: & licet pactus sit Petrus dare ei decem floren. vltra sortem: ex hoc non acquisiuit Ioannes ius: quia illud pactum coram Deo est inane & vacuum: non inducens obligationem talem, quòd Ioannes habeat ius petendi illos decem, quia peccat petendo: nemo autem habet ius peccandi. Et dico notanter, non inducens obligationem talem, quòd &c. quia bene inducit obligationem, qua tenetur Petrus, quod promisit soluere: etiam si promissio sit simplex, non firma fide, vel iuramento, & hoc in foro conscientiæ: nisi sit legitimè absolutus ab illo iuramento, uel promissione. Et si dicas, vndecunque accipiat Ioannes, non apparet alius soluens Ioanni in secundo casu: nisi Paulus sicut Petrus in primo. & sic adhuc uidetur stare argumentum: non obstante, quòd recurris in secundo casu ad ius quoddam tanquàm mercem, de qua accipit Ioannes. Nam illud ius est respectu Pauli obligati, & sic Paulus est grauatus illa obligatione. Dicendum, quòd illa obligatio inexistens Paulo non est ei grauior, quàm sit obligatio inexistens Petro, attentis circunstantiis contractus: vt sæpe patet in practica, quòd aliquis debitor æquè vult omni anno partem soluere debiti, quàm in ultimo anno totum simul soluere. Et si dicas, saltem erit

æquè grauis, & sic adhuc stat argumentum, quòd si primus sit illicitus, etiam secundus est illicitus. Dicendum dupliciter. Primò, quòd etiam non est æquè grauis: quia etiam, vt experientia docet, aliqui sæpe magis nolunt & lõgè præeligunt omni anno partem soluere quàm in termino annorum totum: tamen ibi non tũ tendo, vel faciendo vim, dicendum est finaliter. Secundò, ꝙ ex alia circunstantia secundi contractus pensata patere potest, quòd secundus non est ita grauis sicut primus: quia in secundo fæpe contingere potest, quòd Paulus uix medietatem soluet Ioãni comparatiuè ad precium receptum à Ioanne, immo aliquando solum x. flor. vel nihil: puta quia moritur primo vel secundo anno. Hoc autem non potest accidere in primo contractu: quia saltẽ hæredes Ioannis repetent totum. Modo habere ius nihil soluendi in tali cuenta, est res multum æstimabilis: & tãtò ætiamabilius, quòd melioris conditionis est Paulus in sustinendo suam obligationem, quàm Petrus in sustinendo suam: quia propter illud ius libertatis in tali cuentu facilius sustinet suam obligationem. Si etiam contra solutionem principalem huius tertij argumenti principalis replicetur. Dato quòd essent contractus distincti tamen eque id, quod una uia prohibetur, alia non debet achuiri, videtur, quòd sicut illicitè est Ioãn lucrarix. per primam uiam, quòd etiam eidem sit illicitum lucrarix. vel vltra per secundam uiam, & sic vterq; contractus est illicitus, huius replicæ solutio potest patere ex dictis in q. lxvij. in quarto modo dicendi. Contra. ergo Paulus & Ioannes in secundo casu contrahendo committunt se ex vtraq; parte fortunæ. igitur ex vtraq; parte eorum contractus est illicitus. consequentia tenet: quia tunc sapit naturã contractus lusorij. qui est dãnatus vtroq; iure, & loquor de ludo fortunæ puro, vel mixto. Antecedens probatur: quia dicis, ꝙ Paulus facilius supportat suam obligationem quàm Petrus suam, eo quòd in euẽtu, quo moreretur Ioannes primo anno, Paulus nihil, vel parum teneretur soluere Ioanni, qui euentus est magni æstimabilis & lucrosus. & sic Paulus subit obligationem dandi quid loconi cum pacto euentus incerti: & tamen lucrosi: sic quòd si eueniat: tunc Paulus cõscribit multa recepisse à Ioanne, & Ioanni nihil, vel parum dedisse. Hoc autem est omnino simile Paulo ludenti tam Conrado: quia hinc etiam Paulus dicit ad Conradum, si euenerint tibi tria puncta, dabo tibi annuatim x. si non tria: sed tantum vnum, dabis certum mihi, nec tamen tibi, vel tuis in nullo obligato. Et eõdem modo etiam patet, quòd ẽcontra. Ioannes committit se fortunæ ad modum. Contradicit: quia paciscitur cum Paulo, quòd quantumcunque superaret etiam ultra tempus, quod uterque secundum causas inferiores æstimauerat, debeat Paulus nihil omnino esse sibi obligatus ad dandum annuatim x. flor. & sic poterit ille euentus sibi esse lucrosus valde. sicut & Conrado lucrosum esset: si tria puncta sibi euenirent. Dicendum, quòd argumentum dupliciter deficit. Et secundus defectus patebit in solutione replicæ. Primus autem est: quia dato quòd eorum contractus saperet naturam contractus lusorij solum illo modo tam exiguo, non sequitur, igitur est illicitus: quia contractus lusorius nõ habet suam malitiam ex prædicto modo: sed aliunde. Nã habet eam à lege positiua humana eum prohibente, scilicet canonica & ciuili. prout nitè omnes dicẽtur in tractatu de ludo. Hæc autem lex nõ prohibet emptionem vitalitij. igitur. Contra hoc si replicetur: quia sectata omni lege humana prohibente, adhuc cõtractus lusorius est malus, & non videtur vnde tunc contrahat malitiam: nisi quia à lege diuina est prohibitus, & illa non videtur eum prohibere: nisi ratione illius, quòd contrahentes committunt se soli euentui fortuito, vel lucroso. modo prædicto, scilicet quo vel emens valde cito moritur, vel longe diutius, quàm cogitabatur, superuixit. nec spes illius euentus principaliter eos inducit ad cõtrahendum. & hoc est illicitum, scilicet sic suam sustentationem quærere principaliter ex euentu fortuito. sed in contractu vitalitij contrahentes non committunt se soli euentui fortuito, vel lucroso. modo prædicto, scilicet quo vel emens valde cito moritur, vel longe diutius, quàm cogitabatur, superuixit. nec spes illius euentus principaliter eos inducit ad cõtrahendum: quia adhuc contraherer emens: si non haberet spem diutius viuendi, quàm secundũ causas inferiores æstimatur. & similiter vendens contraherer, etiam si nõ haberet spem, ꝙ emens cito moreretur, & loquor de illo, qui licitè emit, vel vendit: vt in casu tertiæ cõclusionis. Vnde causa eos inducens est ex parte mentis amor annuæ pensionis sibi necessariæ ad sustentationẽ in statu suo: vt in illo seruiat reipublicæ, & ex parte vendentis est amor pecuniæ sibi vtilis ad quærendum etiam honestam commoditatem sibi necessariã. Nec unus se obligat alteri ad dandum quid sub conditione pendente: solum ex euentu fortuito, immo vnus se obligat alteri ex conditione effectus existentis in potestate alterius. puta uendens obligat se ad dandum annuam pensionem alteri, si alter dederit sibi 100. dare aũt 100. non est effectus fortuitus: sed in potestate alterius: immo non fortitur illa obligatio effectum: & econtra. alter non obligat se ad dandum alteri 100. nisi sub cõditione reobligationis soluendi annuam pensionem, quæ solutio etiam est in potestate eius. & quòd cum illa conditione effectus existentis in potestate contrahentium. etiam concurrit conditio euentus fortuiti, non arguit mixtionem illicitam. Nam etiam sæpe mercatores iniustis contractibus coguntur se committere euentui fortuito: & tamen eorum contractus sunt liciti: & vtiles reipublicæ: sic etiam hic. Vnde patet, quòd si contrahãt secundum tenorẽ tertiæ conclusionis, neuter se præcisè ponit ad fortunam: sed ad rationem dirigentem contrahentes: considerabit enim vterq; quanto tempore secundum causas inferiores, possibile sit emptorem superuiuere, & per consequens quantæ importantiæ futurus sit ille redditus, quem ei vult vendere: vt sic pro reddito tantum precium exigat, quantum sit adæquatum valori redditus existentis tantę importantiæ, & quamuis incertum sit, an sic eueniat, tunc iudicat uterq; inniteñdo cursui causarum inferiorũ: quia ille est irregularis: tamen ex quo non principaliter propter illum euentum contrahunt, ideo non cẽsentur cõtrahere eodem modo vt lusores. Alioquin, qui emeret equum, & eum locaret pro diurna mercede, censeretur contrahere lusorio modo: quia dat precium nesciens, an equus sibi traditus mox moriatur. & sic non leuet aliquam eius obuentionem: & econtra. recipiens precium pro equo vendito: nescit an mox sibi rapiatur pecunia, uel an moriatur: vt nõ sciat procurare commoditates, propter quas voluit habere pecuniam. Contra. hęc diuersitas, licet locum habeat in puro ludo fortunæ: non tamen in ludo

congrua

congrua emptioni. Dicendum, ꝙ non est simile: quia in contractu lusorio contrahentes soli euentui fortuito se committunt: saltem in ludo fortunæ: ex illo præcisè volentes sustentationem quærere, ita ꝙ ille euentus est principalis condicio, super qua paciscuntur, & cuius spes principaliter eos inducit ad cõtrahendum. & hoc est illicitum, scilicet sic suam sustentationem quærere principaliter ex euentu fortuito. sed in contractu vitalitij contrahentes non committunt se soli euentui fortuito, vel lucroso. modo prædicto, scilicet quo vel emens valde cito moritur, vel longe diutius, quàm cogitabatur, superuixit. nec spes illius euentus principaliter eos inducit ad cõtrahendum: quia adhuc contraherer emens: si non haberet spem diutius viuendi, quàm secundũ causas inferiores æstimatur. & similiter vendens contraherer, etiam si nõ haberet spem, ꝙ emens cito moreretur, & loquor de illo, qui licitè emit, vel vendit: vt in casu tertiæ cõclusionis. Vnde causa eos inducens est ex parte mentis amor annuæ pensionis sibi necessariæ ad sustentationẽ in statu suo: vt in illo seruiat reipublicæ, & ex parte vendentis est amor pecuniæ sibi vtilis ad quærendum etiam honestam commoditatem sibi necessariã. Nec unus se obligat alteri ad dandum quid sub conditione pendente: solum ex euentu fortuito, immo vnus se obligat alteri ex conditione effectus existentis in potestate alterius. puta uendens obligat se ad dandum annuam pensionem alteri, si alter dederit sibi 100. dare aũt 100. non est effectus fortuitus: sed in potestate alterius: immo non fortitur illa obligatio effectum: & econtra. alter non obligat se ad dandum alteri 100. nisi sub cõditione reobligationis soluendi annuam pensionem, quæ solutio etiam est in potestate eius. & quòd cum illa conditione effectus existentis in potestate contrahentium. etiam concurrit conditio euentus fortuiti, non arguit mixtionem illicitam. Nam etiam sæpe mercatores iniustis contractibus coguntur se committere euentui fortuito: & tamen eorum contractus sunt liciti: & vtiles reipublicæ: sic etiam hic. Vnde patet, quòd si contrahãt secundum tenorẽ tertiæ conclusionis, neuter se præcisè ponit ad fortunam: sed ad rationem dirigentem contrahentes: considerabit enim vterq; quanto tempore secundum causas inferiores, possibile sit emptorem superuiuere, & per consequens quantæ importantiæ futurus sit ille redditus, quem ei vult vendere: vt sic pro reddito tantum precium exigat, quantum sit adæquatum valori redditus existentis tantę importantiæ, & quamuis incertum sit, an sic eueniat, tunc iudicat uterq; inniteñdo cursui causarum inferiorũ: quia ille est irregularis: tamen ex quo non principaliter propter illum euentum contrahunt, ideo non cẽsentur cõtrahere eodem modo vt lusores. Alioquin, qui emeret equum, & eum locaret pro diurna mercede, censeretur contrahere lusorio modo: quia dat precium nesciens, an equus sibi traditus mox moriatur. & sic non leuet aliquam eius obuentionem: & econtra. recipiens precium pro equo vendito: nescit an mox sibi rapiatur pecunia, uel an moriatur: vt nõ sciat procurare commoditates, propter quas voluit habere pecuniam. Contra. hęc diuersitas, licet locum habeat in puro ludo fortunæ: non tamen in ludo mixto ex concursu fortunæ & ingenij: vt in chartis: & tamẽ etiam talis est illicitus in casu, quo ideo principaliter ludunt: vt sic suam sustentationem quærãt. igitur non est ratio diuersitatis, cur saltem contractus illius ludi sit illicitus, & non etiam emptio vitalitij: cum vtrobique se committant contrahentes sortunæ. & etiam vtantur ingenio, vt se sustentent. Dicendum, quòd immo ratio prædicta habet locum, etiam in contractu ludi mixti: quia ibi ludentes etiam principaliter se exponunt euentui fortuito tanquàm medio, & uiæ acquirendi sustentationem: licet non vt totali uiæ: sed tantum vt partiali uiæ: ita principaliter exponunt se duabus uiis partialibus quærendi sustentationem, & forte uia euentus fortuiti est inter illas duas principalior: quia cui fortuna dederit bonas chartas, cæteris paribus magis lucrari poterit: sed in contractu vitalitij non exponunt se principaliter euentui prædicto: siue ut totali uiæ, siue ut partiali: immo principaliter tantum contrahunt secundum uiam alicuius dationis & acceptionis existentis in potestate dantis & accipientis, quæ uia licita est. Neutra autem prædictarum uiarũ est licita: vt per eam quæratur sustentatio de euentu fortuito. patet: quia cum Deus dederit homini rationem & ingenium, poterit se per illam uiam nutrire, non igitur euentui fortuito se committere debet. Secunda etiam non valet: quia & si illa sit uia ingenij: tamẽ exercitium ingenij in tali actu non affert utilitatem reipublicæ. Quæro enim in quo, uel ad quid est utile reipublicæ habere homines, qui sciant sic, vel sic eiicere charas, ad hoc ut illa uincat illas. secus vbi ingenium sic exercetur, quòd ex hoc aliis commembris, seu conciuibus prouenit utilitas. sic enim est in corpore naturali, quòd actus & officium vnius conducit aliis, & toti corpori. In contractu autem vitalitij prouenit utilitas reipublicæ: si contrahentes contrahunt cum industria rimante singula: quia tunc uenditor potest exigere precium sufficiens, cum quo negotiabitur, aut aliud exercebit officium utile reipublicæ. Similiter utile est reipublicæ illis quinque generibus personarum emere vitalitia. igitur. Contra, emens nunquàm emeret vitalitium, si se sciret statim moriturũ. immo quandocunque, semper fruitur spe oppositi euentus: qui tamen est incertus, & sic illius euentus spe fretus contrahit. igitur contrahendo non solum committit se principaliter euentui incerto & fortuito: sed cum hoc uidetur contrahendo illicitam spem habere. Dicendum, ꝙ argumẽtum deficit tripliciter. Primò: quia dato ꝙ antecedens esset verum: tñ cõsequentia non ualet quo ad primã partem consequentis. Nam non sequitur. Ioannes non celebraret, si se sciret nullum habiturum stipendium temporale. igitur celebrat principaliter spe temporalis stipẽdij. Nã causa, sine qua non, non est principalis: & tñ sine ea non sieret effectus, sed de hoc in tract. de simonia. Secũdò ẽt non ualet consequẽtia quò ad secundã partẽ cõsequentis: quia actus sperãdi, quẽ hẽt emẽs de oppositio, potest esse honestus: vt patebit in tertio defectu. Tertiò deficit: quia antecedens pro secũda parte est multiplex: nã illud, quod in prima parte ponitur, põt hẽ duplex oppositũ. Nam ei, quod est, ementem cito mori, opponitur non cito mori: & etiam uinere do-

nec longè ultra summam precij imbursauerit. Modo si emens emendo sperer primum oppositum, nõ propter hoc malè agit, si ex illa spe emat. Nam sibi licitum est sperare non cito mori: quamuis illi speri debeat subesse etiam timor aliquis refrenans, ne abuntur uita sua. Vnde vigilia illa debet eidem adesse, de qua Saluator ait, vigilate &c. Est etiam sibi licitum velle damna uitare. ergo si ex prædicta licita spe emat, aliàs non emperus: scilicet si sciret se statim moriturum, de damnum & incarum patiatur, non est illicitum. Vnde si in hoc casu perperam, id est nequitiosè ageret: etiam ille malè ageret, qui emit equum, sperans eum sibi commodum fore intãtum, quantum pecunia sibi esset: qui tamen eum non emeret, si sciret illum sibi mox rapiendum. Si autem emens speret secundum oppositum, scilicet viuere, donec longè ultra summam precij imburset: nõ agit in hoc malè, dummodo precium iustum det pro uitalitio. secus si iniustum precium det: vt vel si cupiat tantum imbursare, quòd ipsum vitalitium emptum sit maioris valoris quàm precium datum. quomodo autem stent simul dare precium iustum: & tamen ementem succesiu temporis percipere longè ultra summam precij per se expositi, patuit in solutione primi argumenti & eius replica.

Quartò principaliter arguitur sic. Emptio uitalitij semper est peccatum. igitur non est actus de se licitus, tenet consequentia: vt in secundo argumento. Antecedens probatur: quia semper fit propter finẽ, cuius intentio est illicita. semper enim fit per ementem: ideo ut emens sit certus de sufficientia necessariorum huius uitæ: ita quòd per illum contractum nitur illam certitudinem obtinere. Modo uelle esse certum de sufficientia necessariorum huius uitæ est illicitum: quia est velle certificari de illo, de quo nõ potest haberi certitudo, & sic est irrationabile uelle: quia est velle impossibile. Assumptum probatur: quia solum de illo potest quis certificari, quod sic se habet, quòd non potest aliter se habere. & sic de nullo contingenti potest quis certificari. Modo sufficientia necessariorum huius uitæ est contingens. igitur. Hic diceretur, quòd emens non intendit certificari de illa sufficiẽtia certitudine modali: sed de inesse tantum. Hoc est non intendit fieri certus de illa propositione, quæ est modalis scilicet. Non est possibile mihi deficere necessaria, & sic bene procedit argumentum: sed tantum de illa. Mihi non deficient necessaria, & de illa potest quis certificari: quia de futuris contingentibus est determinata veritas determinatione de inesse: licet non de possibili. Contra, etiam non est licitum velle certificari de illa de inesse: mihi non deficient necessaria. probatur quadrupliciter. Primò sic: quia non est licitum velle certificari de illa, cuius certificationem si quis peteret à Deo, diceretur eius petitio irrationabilis. modo prædicta propositio est huiusmodi. Nam taliter petenti rationabiliter denegaretur petitum dicendo. Non est tuum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuirin sua potestate. Dei enim solius est certitudinẽ: etiam de inesse habere de futuris contingentibus, vel illorum, quibus ipse reuelauerit. Secundò sic: quia non congruit, nec licet homini ad hoc tendere, vel conari: vt certus sit de habendo vsque in finem uitæ sufficientiam necessariorum uitæ spiritualis. Et ita si Deus vult nos incertos esse de finali sufficiẽtia spiritualium necessariorum, multo magis vult nos incertos esse de sufficientia finali temporalium necessariorum. Velle autem scienter illud habere, quòd Deus vult nos non habere, videtur illicitum: quãus secus sit, quando ignoranter quis illud vult habere, vel fieri sibi, quòd Deus vult sibi non fieri, uel non habere: nesciens Deum sic velle: vt paret de filio volente uitam patri, cui Deus vult mortem. Tertiò: quis illa certitudo excludit timorem oppositi, scilicet defectus necessariorum. modo non est licitum uelle esse sine timore defectus oppositi: quia etiam non est licitum uelle esse sine timore de finali defectu necessariorum spũalium. immo, quod plus est, nõ licitum velle esse sine timore de prætentali defectu necessariorum spiritualium: quia dominus vult nos esse in timore, quo iugiter timeamus, ne forte deficiamus: nunc & in futuro in spiritualibus. Iuxta illud: seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. vbi innitur, quòd permixta debet esse exultationis spes cum timore. Timor enim à præsumptione & incuria animi præseruat. Dicendum, quòd non solum illicitum est, si quis conaretur de sufficientia necessariorum huius uitæ habere certitudinem necessariò infallibilem, eo quòd illa est impossibilis haberi: sic ꝙ sit certus de illa propositione. non est possibile mihi deficere unquàm necessaria: saltem in sensu diuiso: sed etiam conari ad habendum de illa certitudinem de facto infallibilem, scilicet ꝙ esset certus, ꝙ hæc propositio in sensu composito esset verainpossibile est mihi deficere necessaria, seu hæc propositio est impossibilis: mihi deficient necessaria: quomodo quis habet certitudinem de futuro contingenti nobis reuelato, scilicet iudicium uniuersale fiet: tamen non est illicitum uelle habere certitudinem humanam fallibilem de illa sufficientia, hoc enim modo esse certum, nihil aliud est, quàm probabiliter opinari, ꝙ secundum cursum humanum, & humanam prouisionem non est uerisimile sibi talia necessaria deficere: cum qua tamen opinione nihilominus est rationabilis formido, eo ꝙ impedimenta nõ tantum humana possint occurrere: sed etiã diuina, sub quorum manu degimus: quia siue uiuimus, siue morimur, domini sumus. Et per hoc ad illas probationes patet solutio: quoniam procedit de certitudine prima & secunda: non de tertia. & prꝫterea procedit indistinctè de futuris contingẽtibus. modo multa sunt, quæ ad nos non pertinent, quorum uelle habere certitudinem: etiam tertio modo dictam esset illicitum, de rebus enim superuacuis ad te nõ spectantibus certitudinem uelle habere est curiositatis. Secunda etiã & tertia probatio procedunt tantum de prima & secunda certitudine: non de tertio modo dicta. immo possumus uelle habere certitudinem de illa: quia debemus sperare nos perseueraturos finaliter in gratia. spes autem est expectatio certa, & expectatio certa in uoluntate nõ est sine certitudine in intellectu. Quinto sic. Emptio uitalitij sit ad resistendum ordinationi Dei. igitur est damnabilis, tenet consequentia. Ad Ro. xiij. Qui ordinationi Dei resistunt: ipsi sibi damna

damnationem acquirunt. Antecedens probatur. Ordinatio Dei est, vt homines uiuant in laboribus, quibus acquirant necessaria uitæ. Hoc enim est iugum to tius generis humani collo impositum, quando Adæ pro se & posteris suis dominus dixit. In sudore vultus tui vescẽris pane tuo. Dicendum, dato ꝙ antecedens esset verum: tamen consequens non sequitur: nisi de illa eadem emptione, quæ fieret ad sic resistendũ. modo emptio uitalitij non includit de se hoc, scilicet ꝙ sic fiat, & potest aliter fieri. Et si dicis, semper fit sic, dato ꝙ sic esset: nihil tamen sequeretur contra conclusionem: vt in simili patuit in secundo argumento principali. nec est verum, ꝙ semper sic fiat: nã aliqui emunt uitalitia sibi, uel aliis: vt eo expeditius possint vacare laboribus reipublicæ: vt sunt illi, qui emunt sibi, uel aliis constituis in j.ij.iij. vel quinto genẽre per sonarum, de quibus in iij. conclusione dictum est: tales autem sunt personæ laborantes, & si non corporali labore, tamen spirituali, nec omnes tenentur ad labores corporales. Illi etiam, qui emunt illis in quarto genere constitutis, nõ emunt eis ut ocientur: quia non dicitur otiari, qui non potens laborare, nõ laborat, modò illi in quarto genere non possunt laborare. Et nota, ꝙ sicut illa quinq; argumenta, & etiam illud, quod sequitur contra tertiam cõclusionem, sunt formata contra emptionem vitalitij: ita etiam proportionabiliter possent formari contra emptionem redditus perpetui: vt patet intuenti. Et ex hoc patet, ꝙ saltem apud illos, qui concedunt emptionem redditus perpetui, posse licitè fieri: debent prædicta argumenta censeri inualida, etiam contra emptionem vitalitij: aliàs enim æquè essent contra illos: sicut pro eis de vitalitio.

Contra tertiam conclusionem pro quanto dicit, emptionem uitalitij esse inestibilem omnibus debitis circunstantiis, quarũ una dicitur quomodo. arguitur ꝙ non, eo ꝙ illa circunstantia requirit debitam adæquationem inter precium & mercem. Non potest autẽ attingi in proposito adæquatio precij & uitalitij. & hoc probatur tripliciter. Primò sic: quia si põt attingi adæquatio: ponatur gratia exempli, ꝙ 100. flor. sint iustum precium pro vitalitio, quo monasterium tenetur alicui sexagenario dare animatim x. flo attenta durationc vitæ illius sexagenarij, qui secundũ causas inferiores potest secundum naturam adhuc viuere x. annis, vel circiter: tunc sic infertur. igitur alius tãtum xx. annorum existens, qui secundum causas inferes potest viuere adhuc ad 50 annos vel circiter, non censebitur dare iustum precium pro iure percipiẽdi omni anno vitæ suę x. flor. nisi det in quadruplo plus quàm sexagenarius, scilicet cccc. consequens est falsum, falsitas consequentis probatur: quia cccc. flor. sunt precium iustum & adęquatũ redditus perpetui annuatim importantis xxv. flo. ita ꝙ iusto precio censetur emere talem redditum, qui dat cccc. flo. & prędictus redditus perpetuus est multo melior merx, ꝙ uitalitium prędictum: tã in duratione, quàm in obuẽtione annua importanda: modo precium adæquatũ merci multo meliori & valentiori non est adæquatũ merci uiliori. Sequela autem probatur: quia qualis est proportio x. annorũ ad 50. annos, talis est proportio redditus duraturi per x. ad duraturum per 50. annos. modò 50. anni habent proportionem excedentis x. in quadruplo. igitur etiam sic redditus duraturus per 50. annos excedit redditum duraturum per x annos in quadruplo. igitur etiam precium, quod debet esse adæquatum redditui duraturo per 50. annos, debẽt in quadruplo excedere precium adæquatum redditui duraturo per x. annos. Modò uitalitiũ ipsius sexagenarij est secundum æstimationem inintentem causis inferioribus, secundum quas fit æstimatio in venditione uitaliorum est duraturum per x. annos, vel circiter. Vitalitium autem uigenarij est secundum eadem æstimationem duraturum per 50. annos. igitur si sexagenarius dando 100 floren. pro suo uitalitio censetur dare precium adæquatum mercẽ: tunc uigenarius non censebitur dare precium adæquatum, nisi dederit cccc. Et confirmatur argumentum à simili, si quis conducat equum alterius: vt eo vtatur ad x. menses uerisimiliter, uel circiter: & precium iustum & adæquatum sit x. libræ: tunc si idem conducere uellet eundem equum ad 50. menses, non censeretur dare iustum precium: nisi daret 50. libras: quia qualis proportio x. ad x. talis est proportio 50. ad 50. Confirmatur secundò: quia si idem uenditor uitalitij præter hoc quod vendidit prædicto sexagenario uitalitium pro 100. venderet quatuor aliis sexagenariis, cuilibet consimile uitalitium: ipse leuaret ab illis quinque cccc. floren. & tamen non plus est daturus illis quinque sexagenariis: faciendo æstimationem secundum causas inferiores, quàm sit secundum eandem æstimationem daturus illi uni uigenario. Si dicas ad argumentum, negando sequelam, eo quòd ratio fubeat, quare non congruat uigenarium dare ultra 100. adhuc quadruplum. & sic cccc. quia licet uigenarius æstimetur secundum causas inferiores uicturus ad 50. annos, vel circiter: tamen illud dubium est, & euenire potest, ꝙ etiam non nisi ad x. annos uiuat sicut sexagenarius. ratione cuius dubij ipse uigenarius meritò põt uelle dare minus, quàm quadruplum ultra 100. Et econtra etiam uenditor hoc rationabiliter debet inspicere in taxando precium, & eo minus exigere: ne uolendo illud quadruplum habere ultra 100. non obstante quòd habeat ius, si eueniat mors repentina emptoris: faciat in illo contractu suam conditionem longè meliorem, quàm sit conditio ipsius ementis. quod esset contra iustitiam commutatiuam. Contra hoc arguitur dupliciter. Primò: quia si illa dubietas debet esse sufficiens ratio defalcandi aliquid de prædicto excessu quadruplo: tunc eadem ratione dubietas deberet esse sufficiens non defalcandi proportionabiliter aliquid de 100. respectu uitalitij ipsius sexagenarij: quia sicut euenire potest, quòd uigenarius solum attingat medietatem temporis illius, per quod æstimatur uicturus, puta tantum superuiuat ad vigintiquinque annos. sic euenire potest, quòd etiam sexagenarius non attingat nisi medietatem sui temporis. puta tantum superuiuat ad v. annos. & ita si quid uenit defalcandum de precio sexagenarij: tũc illud precium non fuit adæquatum merci: quod est contra casum positum. & quãcunq; aliã summã assignaueris, facta defalcatione ratione prædictæ dubietatis semper posset argũ prædictum eodem modo

formari.dicendo,ꝙ eadem ratione dubietas circa uitam sexagenarij deberet esse ratio sufficiens defalcandi. Et notanter adieci dicens,proportionabiliter &c. & hoc propter cuallionem,qua diceres, quòd non est æquum, ut eadem utrobique fiat defalcatio,eo quòd si uigenarius attingat tantum medietatem sui æstimati temporis: tunc ualde multi anni deperunt sibi,scilicet xxv. Si autem sexagenarius attingat tantum medietatem,solum sibi depereunt.v.anni. Nam non dico, quòd æqualis debet fieri defalcatio, sed proportionabilis: quia sicut in uigenario, cui depereunt.xxv. anni,defalcetur aliquanta summa in precio. pura gratia exempli medietas precij,ita quòd sufficiat cum data cc. cur non in sexagenario , cui medietas deperit, etiam deberet in precio defalcari medietas. & sic sufficeret dare 50. quod est falsum. Secundò: quia prædicta euasio non respondet probationi sequelæ, quæ innititur proportioni inercis & precij . nec etiam respondet ad uiam confirmationis additæ. Tertio: quia etiam dato, quòd ueniret defalcandum aliquid de precio vigenarij, ne quadruplum teneretur dare ultra precium sexagenarij,ut pura ponatur, quòd medietas defalcanda veniret. & sic quòd teneretur dare 200. & 50. floren. tunc nec illud precium est adæquatum redditui: quia illud precium est adæquatum reddituj lõgè meliori: quia pro illo precio posset instè emere redditum perpetuum importantem annuatim xij. & dimidium floren. & hæ tres improbationes illius cauillationis sunt etiam confirmationes argumenti principalis.Quòd autem in argumento prædicto & confirmationibus eius assumitur, & in solutionibus, etiam sine contradictione præteritur,scilicet quòd per casum ponantur 100. flor. esse precium vitalitij pro sexagenario ,hoc non est accipiendum, nisi per modum casus & exempli: non curando siue illud, siue aliud, loco cuius illud per modum exempli ponitur, sit precium prædicti vitalitij. exempla enim non ponimus,quòd ita sint: sed ut addiscentes addiscant:precia enim rerum variantur & consistunt in facto. Vnde quodcunq; ponatur esse precium uitalitij pro sexagenario: nihilominus argumentum æquè potest formari proportionabiliter, multiplicando numerum precij pro uigenario. Dicendum,præmittendo pro omnium illorum solutione duas suppositiones,& unum corollarium. Prima suppositio. Si Petrus in modica quantitate emit merces, & per consequens pro paruo precio: & tamen iusto & adæquato illis mercibus . & Io. emit merces similes : sed simul in magna quantitate , & per consequens pro magno precio: non valet cõsequentia. precium Petri est iustum respectu suæ paruæ mercis, ergo si precium Ioannis debet esse iustum respectu suæ magnæ mercis, oportet, ꝙ quantum merx per Ioannem empta excedit mercem emptam per Petrum: tantum debet precium,quod Ioannes dat,excedere precium, quod Petrus dat. Nam apud omnes id notum est,ꝙ merx in magna quantitate emẽda,potest remissius emi,quàm quando per minutias tãtum emitur: ut patuit q. iv. & tamen probationes & confirmatio prædicti argumenti æquè possent contra illum casum formari: sicut contra emptionem uitalitij ipsius uigenarij: non dantis in quadruplo plus quàm sexagenarius dat.igitur signum est ꝙ predictum argumentum & suæ probationes non concludunt. Secunda suppositio,ꝙ illa ratio, propter quam argumentum in casu suppositionis huius non concludit, etiam habet locum in casu argumenti facti . Nam ꝙ in casu huius suppositionis non concludit, causa inter cæteras una est talis: quia uenditor magnæ mercis, ex quo magnũ precium simul leuat : potest cum illo precio ratione suæ magnitudinis, in qua sibi simul datur, in tanto plus lucrari ultra proportionem illius lucri, quod põt prosequi per paruũ precium, quod resarciẽtur ille excessus, quem in parua quantitate uendens mercem leuis ret in precio: vt gratia exempli, si mercem 100. flor. venderet per x. minutias: pro x. partialibus preciis , ꝙ simul aggregata excederent in x. solidis precium, pro quo uẽdit totam mercem simul: cum illis minutis & partialibus preciis nõ põt plus lucrari , nec alias suas commoditates lucrosius prosequi, quàm possit cum precio in x. solidis minoris: sed toto simul sibi tradito, uel saltem in tradendo totam mercem simul : tanto commodius est eam sibi totam tradere, quàm per minutias, ꝙ illa maior commoditas in tradendo valet x. solidis,quibus minus accipit,quàm acciperet, quando per minutias traderet.Corollarium sequitur, ꝙ in æstimatione aliquanti precii respectu aliquantæ mercis ; non est recurrendum præcisè ad proportionem quantitatis mathematicæ alicuius precij respectu alterius mercis: sed inspicienda est idoneitas huius precij ad humanam commoditatem,in quã æstimatione contingit , ꝙ precium non existens duplum ad aliud in quantitate mathematica, est duplum ad ipsum in idoneitate ad humanam cõmoditatem.& ita in quãtitate ciuili ipsius valoris. Ita hic poterit illis, qui uendit uitalitium uigenario,à quo recipit magnum precium: licet longè minus quàm cccc. flor. bene tanto plures cõmoditates sibi procurare uitrice illius precij, quanto uideretur emptor illius proportionabiliter debere dare ultra preciũ , quod sexagenarius dat. Vnde ille uẽditor posset mediante illo magno precio (licet nõ quadrupliciter excedẽte in quantitate precium sexagenarij) sibi comparare possessionem excolendam,de qua tanta commoda habere posset, quòd eorum excessus compensabit excessum quo secũdum mathematicam quantitatem deberet excedere precium sexagenarij. Tunc ad formam argumenti principalis , concesso per oppositum ipso antecedente ; conceditur, quòd consequens sit falsum : vt ibidem ostenditur: sed negatur consequentia . Ad probationem dicendum negando, ꝙ oportet talẽ esse proportionẽ inter precia in quantitate mathematica, qualis est proportio quãtitatis ualoris inter merces: sed sufficit proportio in quantitate ualoris & ciuilis : quia stat, ꝙ precium solũ in medietate transcendens aliud quòd ad quantitatem,uel numerositatẽ, excedat aliud in integro duplo quò ad ualorem usualem , & sic fiet adæquatum illi mercẽ, quæ est secundum ciuilẽ quantitatem.i. validitatem dupla in ordine ad mercem precij excessi: vt patuit. Item si illud argumentum concluderet,etiam probaret,quòd qui emit domum quã prius solebat conducere à uenditore pro v. flo. deberet,cum domus tantum valeret 100. flor. dare plus ꝙ 200. floren.quia in xx.annis daret nomine locagij. 100. flor.

100. flor.& adhuc domus non esset sua.ergo cũ emeret eam,& domus mãsura esset sua plus quàm xl.annis,deberet dare cc. flor. & ultra. Ad cõfirmationem primam respondetur dupliciter . Primò enim potest negari assumptum: quia locator illius equi remissius deberet sibi locare in aliquo casu:quia staret, quòd si precisè in proportione prædicta vellet ei locare , ꝙ plus pro locagio habere vellet ꝙ equus, etiam si uenderetur simpliciter, ualeret . Secundò potest dici, ꝙ non est simile: quia in ꝺctu locationis conductor nõ dat precium,uel locagium totum simul: sed quolibet anno dat locagiũ pro illo anno in fine, aut si pro multis annis quasi pro uno tempore conduxit: non dabit nisi in fine illorũ annorum,secus igitur hic ubi emẽs dat totum precium simul non per partes , nec in fine vitæ: sed à principio. Ad secundam confirmationem patet solutio à simili posito in suppositione præambula. Sed replicatur: quia pono in casu illius secundę confirmationis , quòd omnes illi quinq; sexagenarij simul emant sua vitalitia à uenditore: quilibet tamen pro se & discretè ab alio: tunc uẽditor leuabit simul cccc. flo. Et tunc si velis sicut prius dicere,ꝙ preciũ vigenarij (quod totum simul datur in magna quantitate,licet non in quadruplo excedente secundũ quantitatem mathematicam precium sexagenarij) potest esse ita idoneum ad humana commoda, quòd potest recompensare defectum mathematicæ quantitatis, quòd tantum valeat sunm precium: licet nullatenus in quadruplo secundum quantitatẽ excedat precium unius sexagenarij: tunc sequitur,quòd non poterit licitè ab illis v. simul ementibus recipere cccc. florenos quia iam longè plus quàm quadruplum,etiam in valore vsuali reciperet pro illis v. vitalitiis. Dicendum dupliciter. Primò, quòd illa replica,si concluderet, æquè concluderet in sequenti casu. puta aliquis uendit suam mercem totam una uice : sed nõ secundum sui totalitatem: sed per minutias uendit pluribus, & accidit unicuique eorum, quòd eo emente suam minutiam, etiam aliis eodem tempore accedit ad emendum similem minutiam. In illo inquam casu non deberet à quolibet tantundem precij exigere,quantum à quolibet eorum , si diuersis temporibus emerent : quod tamen non est necessariò dicendum,quia licitè possit à quolibet talium seorsum tãtum accipere pro sua parte mercis,quantum ab eodem reciperet, si alij non etiam eodem tempore concurrerent in emptione: & tamen si aliquis unus illam mercem totam secundum sui totalitatem emeret illo tẽpore,iustè posset uelle dare minus: quamuis staret, quòd offerente se tali casu: vbi tot partiales uellent tot partes accipere uno tempore,quòd tota distraheretur , posset etiã ei,qui totum simul sine minutiis uelleret emere , nolle remissius dare, nisi quantum operæ eius expeterent, quas haberet facere in diuidendo totum per minutias. Secundò dicendum,ꝙ multum differunt v. vitalitia prædictorum v. sexagenariorum ab illo vno vitalitio ipsius vigenarij: tum quia si vigenarius moriatur, totum simul extinguitur, & sic una mors extinguit totum : sed in quinque sexagenariis non potest totum extingui,nisi omnes moriantur : citius autem natum est vnum mori,quàm quinque , igitur . Tum ẽt quia uenditor soluendo pensiones annuas quinq; sexagenariis, cogitur omni anno simul dare 50. flor. sed soluendo ipsi uigenario pensionem annuam, solum cogitur dare.x. Et quamuis contingat,quòd tandem censebitur dedisse vigenario tot flor. quot dat illis quinque sexagenariis : tamen longè facilius fuit dare illos ipsi uigenario , quàm alios ipsis sexagenaris: quia facilius est in 500.annis soluere cccc. flor. quàm in x.annis solidos soluere.& ideo quanto minus natus est grauari in soluendo uigenario : tanto minus precium recipiat, quàm recipit à quinque sexagenariis . Si dicas , posset ne in casu huius primi argumenti principalis centeri . quòd si 100. sunt iustum precium vitalitij ipsius sexagenarij , quòd 200. & 50. esset adæquatum precium respectu vitalitij ipsius vigenarij , & per consequens quòd teneretur dare tantum , quòd sana conscientia non posset minus dare, venditore non absolutè uolũtario. Dicendum , quòd de quantitate precij adæquati illius vitalitij non potest dari certa regula . Nam ualor illorum 200.& 50. flor. variatur secundum conditiones ementis & vendentis,& patrię atque temporis & alias circunstantias. sicut etiam ipsum vitalitium variatur in ualore etiam emptorum habentium æqualem numerum annorum super se., secundum quòd emptor est in tali , vel tali officio constitutus , quod permittit , uel non permittit hominem diu viuere : vel secundum ꝙ est in tali patria constitutus , in qua sæpe, vel rarò pericula uitæ ingruunt. Vnde si uenditor industriosius existens & sagax libens non præsius necessitate exigit longè minus ecc. flor. & emens dat illud exactum, ibi non præsumitur esse inadæquatus. valor hinc inde: præsumitur enim,quòd uenditor non uerit ualorem illius precij esse tantum, quantum sibi fit,si annuatim sibi retineret pensionem illius vitalitij. Illius autem , scilicet quòd in æstimando , quod sit æquum precium pro uitalitio alicuius,sit recurrendum ad quantum tempus sit ille secũdum causas inferiores victurus , seu potens viuere : simile habetur. Leuit.xxv. vbi disposuit Deus taxandum esse precia, secundum ꝙ emptio distabat multum, vel parum ab anno iubileo . ita ꝙ si adhuc multi anni erant vsq; ad iubileum debebat emptor eo maius precium dare , eo quòd tunc erat diu percepturus fructus mercis : puta agri, vel huiusmodi . Si autem pauci erant anni, vel parum tempus vsque ad iubileum, debebat uenditor eo minus precium exigere , eo quòd non diu poterat emptor frui merce: quia uenière iubileo cessabat merx esse emptoris , & redibat ad uenditorem . ita emptor vitalitij non fruitur eo,nisi vsque ad tempus uitæ suæ . ideo si est magnum tempus uicturus, uel potens uiuere secundum causas inferiores, debet eo maius precium dare . si parum , debet venditor eo minus exigere:anno enim iubileo cõparatur hic annus mortis.

Secundò principaliter . Non potest seruari debita circunstantia,quomodo,in emptione illa,ubi non ni si casualiter attingitur adæquatio precij ad mercem: sed sic est de emptione uitalitij. igitur.Maior probatur: quia ad hoc ꝙ seruetur debita circunstantia quo oportet, ꝙ fiat à proposito: quia seruare circunstantias actus debet esse actus humanus &moralis,& per ꝙs debet præuia deliberatione & ratione fieri . Minor

probauit: quia nemo per rationem & sine cassabilitate potest astringere adæquationem precij respectu mercis, nisi qui ratione potest cognoscere valorem mercis, Modo nullus potest cognoscere, quantum valeat vitalitium dandum alicui: quia illius valor pendatur exhoc, q̃ ille est victurus longè, vel cito moriturus. Modo nemo hoc per rationē noscere potest de alio: quia nec de se, iuxta illud Saluatoris. Nescitis diem, neq; horā. Confirmatur: quia in tali emptione uterque exponit se periculo violandi iusticiam commutatiuam: quia cuius nescit valorem mercis, nunc emēs nescit, an nimis modicum det: & tamē nihilominus dat solum tantum, & econtra: venditor nescit, an nimis multum exigat: & tamen nihilominus exigit. igitur. Dicendum dupliciter. Primò, quòd si concluderet, æquè concluderet de emptione alterius mercis: vt domus. Nam quamuis sciatur q; contrahentium, q̃ domus valeat 100. flor. non tamen nisi secundum cursum causarum inferiorum, secundum quem potest durare adhuc ad multos annos secundum conditionem lignorum: ex quibus est composita, & loci, in quo est fundata, atq; ciuitatis regni, in qua stat, quę raro habet incursus hostiles, vel fortis est ad resistendum: & tamen si sit statim casu fortuito, vel insperato comburenda, nullatenus tantum valet. & uterque contrahens nescit, an sit statim futurum eam combusti. sic etiā nescit emptor valorem precij: quia nescit, an sit futurum tempus, quo eo possit uti, & quid lucrari cum eo: aut si, ne sibi subtrahatur. Ideo dicendū secundò, q̃ in contractu vitalitij vterque contrahens nouit valorem vitalitij innitēdo cursui causarum inferiorum & circunstantiis ipsius ementis, scilicet ætati eius, & loco, in quo degit, & regimini vitæ & officio suo & statui. Et quamuis omnibus illis pensatis æstimetur victurus circiter l. annos, & possit eras mori: hoc tamen non impedit, quin dicatur cognoscere valorem huius mercis. s. vitalitij, sicut nec de emptione domus impedit, & similiter in emptione redditus perpetui fundati in agro, vel communitate ciuitatis: quia etiam incertum est si, ne ager pereat diluuio, & communitas clade, uel hostili desolatione. Item etiā non est illicita emptio, vbi quis emit à te capturam piscium prouenturam ex iactu rete, quem iam vis facere: & tamen etiam nō est certum omnino quanti valoris sit illa capturai quia nescit, an sis capturus multos. & si præter opinionem longè plures capiantur, q̃ verisimiliter æstimabatur, adhuc emptio bona fide facta fuit licita, licet precium sit minus: sicut etiam econtra dicendum est, si longè pauciores capiantur, q̃ frequentiùs æstimatum, & sic precium excedat. Ita ergo iudicādum est de vitalitio, vbi emens longè superuiuit, uel citius moritur: quoniam quando emptio bona fide est facta: nihilominus erit licita.

Tertiò principaliter arguitur sic. Non potest seruari debita circunstātia, quomodo in illa emptione, quæ non potest fieri, nisi occasionando venditorem ad peccandum: vel saltem communicando venditori in peccato, emptio vitalitij est huiusmodi, igitur. Maior nota: quia si primum fiat, tunc talis emptio est scādalum. Si secundum: tunc includit consensum in peccatum proximi. Minor probatur: quia vendens nō nisi cum peccato poterit vendere vitalitium: vt probatur. Aut igitur emens inducit venditorem, vt sibi uēdat vitalitium: tunc dat ei occasionem ad peccatum, aut si non inducit: sed venditor prius cōceperat propositum uēdendi, si quis vellet emere: & tūc emptor communicat venditori in peccato. Antecedens probatur quatuor rationibus. Prima est: quia nō contingit aliquem venditorem nendere alicui vitalitiū, nisi uelit per modicum tempus dare emptori obuentionem vitalitij: à quo tamen multum precium recipit, & hoc desiderium est cōtra iusticiam commutatiuā. assumptum probatur: quia uendēdo vult parum vel nihil dare emptori primo anno morienti, igitur vult per modum, tempus &c. Secunda ratio est: quia non contingit aliquem alicui uendere vitalitium, quin de sideret repentinam mortem emptoris. quod patet: quia de quo non contingit non hāe complacentiam, si eueniat, non contingit, non desiderare illud, anteq; eueniat, saltem si illud sibi occurrat: sed non contingit venditorem non hāe complacētiam, si eueniat repentina mors emptoris. uel saltem si hoc neget: assumo de morte illius emptoris, qui iā tot obuentiones perceperat, q̃ longè vltra quantitatem precij cēsemur recepisse, adeo q̃ uenditor se reputaret grauari notabiliter, si quid vltra deberet sibi dare. Nā in tali casu non contingit venditorem non hāe complacentiam de illius morte: si enim quæratur, velles, q̃ ille vltra viueret: respondebit, ēt si integer sit: non inuiderem sibi, q̃ diutius viueret, dummodo non oporteret me sibi soluere pensionem. In hac autem responsione innuit, q̃ nō uellet eum vltra viuere, si oporteret eū sibi vltra soluere: & sic potius uellet, q̃ moreretur, q̃ q̃ vltra viueret ergo eo moriente complaceret sibi illa mors proximi. Confirmatur: nam ideo illicitum est & prohibitum promittere alicui beneficium nōdum vacans: quia per hoc contingeret ipsum, aut promittitur, desiderare, vel procurare, vel captare mortē possidentis. hoc est acceptare eā, vel complacentiam habere in illa. Illa autem ratio etiā habet locum in vendente alicui vitalitium: igitur si prædicta promissio est illicita: etiam uenditio vitalitij erit illicita. Tertia ratio: quia non contingit aliquem uendere vitalitiū, nisi speret emptorem non longè victurum vltra tēpus illud, per quod æstimatur victurus. modo sperando hoc peccat: quia vult malum proximo, scilicet eū non diutius viuere. Maior probatur: quia posita probabili credulitate & spe oppositi euentus. puta q̃ longè vltra viueret, non uenderet ei vitalitium, nisi egestate compelleretur, in qua compulsione non est voluntarius consensus, nisi mixtus: quia illa uenditio esset sibi multum damnosa. igitur si uendit, sperat eū non longè ultra victurum. tenet consequentia dupliciter. Primò ex opposito consequentis ad oppositum antecedentis. Secundò tenet: quia ex quo q̃ spe rātur, uel probabiliter crederet, eum lōgè vltra victurum, non uenderet: non vt ratio, quare dubitās illud vellet ei uendere. & per consequens si uendit, signū est, q̃ in eo est credulitas, & per ōns ques de hoc, q̃ nō sic lōgè vltra illud tempus victurus. Quarta ratio, nō contingit aliquem nēdere alicui vitalitium, nisi cum cito mori speret: hoc autem sperare est illicitum. Maior probatur: quia si speret eum longè victurum vltra tēpus id per quod æstimatur victurus, nō uender ei.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ei, igitur si vendit, sperabit oppositum. modo oppositum ad longè viuere vltra illud tempus, est mori. Dicendum, q̃ argumentum principale deficit dupliciter. Primò: quia dato q̃ vēditio vitalitij semper esset peccatum, immo nunquā posset esse sine peccato; non tamen sequitur, q̃ ergo emptor non posset emere: nisi vel occasionando eum ad illud peccatum, vel ad minus communicando secum in peccato, pateret: quia vsuraria mutuatio nunquā potest fieri sine peccato: & tamen recipiens mutuum sub vsuris potest sine peccato illud ab eo recipere, etiam si peccat ab eo mutuum: quomodo autem hoc sit possibile in mutuo, patuit supra q. xlvii. & proportionabiliter ex ibidem dictis similiter posset dici de emptione. Secundò deficit. quia antecedens est falsum, tam in sensu composito, q̃ diuiso, sed si antecedens esset vna de ineſſe: puta vendens nunq̃ vendit, nisi cum peccato, nihil contra nos faceret: quia dato q̃ esset verum hoc non esset: quia esset actus de se illicitus: sed quia non seruarentur debitæ circunstantiæ seruabiles: & tunc si posset quid inferri, q̃ ergo emptio etiam esset illicita, nō plus posset inferri, nisi q̃ emptio de facto semper esset illicita: non tamen q̃ ergo de se esset illicita. & sic non esset contra primam conclusionem. Ad primam autem rationem probantem illud antecedens dicendum, q̃ ly contingit, accipitur dupliciter. Vno modo: vt æquinalet ipsi possibile, & si non contingit, valet. i. impossibile est. Alio modo valet. i. accidit, vel fit, vel euenit, & sic illud quod de facto non fit, licet posset fieri, dicitur non contingere. Si igitur illis rationibus accipitur secundo modo: tunc etiam si probationes illarum rationum procederent: tamen non probarent, nisi q̃ de facto non fierent vllæ venditiones vitalitiorum nisi cum peccato: sed tunc non sequitur prædictum antecedens. s. vendens non poterit vendere nisi cum peccato. Si autem capiatur primo modo: tunc ad maiorem primæ rationis dicēdum, q̃ est falsa: quia possibile est, q̃ quando uendit ei vitalitium: nunq̃ formaliter cogitet de sua liberatione in casu mortis primo anno. igitur nec habebit actum voluntatis de illa liberatione, nec de casu illius mortis: quia volitio præexigit intellectionem. Et si contendas, saltem virtualiter, vel implicitè cogitat de illa liberatione. & implicitè vult illam. hoc enim includitur in contractu vitalitij: ideo volens vitalitium vendere, vult etiam illud quod includitur in illo contractu. Dicendum, q̃ non vult absolutè voluntate ei per modicum tempus dare obuentionem vitalitij: immo si vendit debito modo: tunc absolutè vult sibi toto tempore vitæ suæ (quam æstimauit duraturā ad tot, vel tot annos) dare vitalitium: quia inter emendū vult condignam mercem dare precio. Vnde tantum sub conditione vult ei dare per modi cum tempus. s. si moriatur cito, seu si non diu superuiuat. Vnde est fallacia à secundum quid, ad simpliciter, scilicet vult sibi dare modicum, si moriatur igitur vult sibi modicum dare absolutè, vel sine additio loquendo. Et si dicis, etiam hoc velle est illicitum: quia contra iusticiā commutatiuam. Respondetur, q̃ est contra iusticiam commutatiuam velle solum dare modicum, & recipere multum: sed non quando cū illo velle etiam est velle dare multum æquivalens; & præsertim, quando adsunt illa duo. Primum, q̃ virtūs. est de libero consensu ementis: quia vo. non sit iniu. Secundū, q̃ loco illius casus. s. q̃ modicum vult dare emptori, si cito moriatur: & tamen vult multū recepisse, etiam econtra velit emptori multū dare, si longè diutius, q̃ æstimabatur, superuiuat: & tamen parū in comparatione ad illud recepit. Ad secundam rōnem dicendum, q̃ assumptum est falsum: capiendo contingere primo modo: quia possibile est, q̃ de illa repentina morte non cogitet. igitur possibile est, q̃ nec desiderabit eam. Ad probationem maior est falsa: vt si quis sit tibi inimicus te nesciente, & sit occidendus in triduo, non desiderabis eius mortem: & tamen si in triduo comperires eū tibi fuisse inimicū, audita eius morte, stat q̃ complacentiam habebis: nec tamen prius desiderasti. Eadē maior est etiam falsa pro prima parte: quia nolūtati possibile est, q̃ nemo modo se habeat circa illam mortem, ita q̃ suspēdat omnem actum suum, adeo q̃ nec uelit eam, nec etiam nolit. Item quia emptorem cito mori, & venditorē liberari à solūtione pensionis, sunt duo obiecta distincta, adeo q̃ circa unū contingit habere actū complacentiæ & uoluntatis. & circa aliū habere actū nolitionis, ita q̃ displiceat sibi illa mors: & tamen placeat sibi se esse liberatum. Minor etiam pro secunda parte negatur: quia etiam circa illū emptorem, sunt duo obiecta: & unum poterit ei uenditor uelle, uel saltem nō nolle. s. emptorē adhuc diutius uiuere: & tamen aliud uelle, s. se liberatum esse, nec est uerum, q̃ si responderet uenditor illo modo: ut in argumento, q̃ innuat se potius uelle eius mortem, q̃ q̃ nellet eum ultra uiuere. Vnde si hæc ratio & sequens concluderent: etiam concluderent contra filios nolentes succedere in paternis bonis, quando moreretur pater, & similiter cōtra habentes gratias expectatiuas in beneficiis. Nam etiam iure canon. dispositum est, q. nō conferatur beneficium nō uacans, ne capiatur mors possidentis: & tamen idem natum est contingere in gratiis expectatiuis: licet determinatius natū sit contingere in casu cancellionis beneficij nō uacantis, q̃ in gratia expectatiua, ubi indeterminata mors desiderabitur: tamen econtra quo ad plures personas potest hoc contingere in gratiis: quia multorum mortē desiderabit, si habet gratiam: fed si beneficū uacans promittatur alicui: ille, si unus moriat, capiabit eius mortem: ideo sicut unum saluari potest: sic alterum. Ad confirmationem dicendum, q̃ aliquis actus potest de se licitus esse, & licitè fieri: & tamen talis prohibetur pro eo, q̃ nonnulli per eū occasionantur ad malum: & tunc facta prohibitione efficitur illicitus: nō tamen illis, qui per eum occasionantur ad malū: nam illis etiam ante positiuā prohibitionem fuit illicitus p illud Christi. Si dextera tua scādalizat te &c. sed etiam aliis, qui per eū nō occasionantur ad malum, eo q̃ talis prohibitio intelligitur indistinctè. s. etiam extra casum illius occasionis: & tamen ante illam prohibitionem licitus fuisset eis. Ita etiam si simplis actus existens de se licitus: quo tamen aliqui occasionantur, non fit prohibitus, non peccabunt, qui eo citra illam occasionem utuntur: & quamuis esset eadem ratio illum prohibendi: tamen de facto non est prohibitio facta: q̃n tales positiuæ prohibitiones cū

sint

sint odiosæ & pœnales sunt in propriis terminis intelligendæ. Per hoc patet, q̃ non sequitur. promissio beneficij nondũ vacantis est illicita. igitur etiam venditio vitalitij: quia non est prohibitio facta de vno sicut de alio. etiã si rõ posset vtrobiq; æque habere locum. & hoc patet, q̃ non sequitur: quia tunc eadem ratione sequeretur, q̃ esset prohibita concessio gratiæ expectiuæ, & prohibita ordinatio, qua conceditur ius succedendi filiis parentibus. Vnde in positiuis prohibitionibus nõ tenet illa regula infallibiliter: vbi eadem ratio, ibi eadem iuris dispositio. Ad tertiã rationem dicendum, q̃ illa rõ deficit tripliciter. Primò. Nam maior in vno sensu est falsa. Vnde distinguenda est maior: quia emptorem non longè viuere vltra tempus æstimatũ includit affirmationem & negationem: quia dicit eum viuere vsq; ad illud tempus, & hoc licitum est sibi sperare & velle. Dicit etiã eũ vltra illud tempus nõ viuere, saltem longè vltra. vel q̃ idé est mori statim, vel paulò post illud tempus. & si illud speret: peccat. nec tamen ex hoc inferri potest, q̃ venditio sit de se illicita: quia illa spes accidit in illa venditione. Nam non est necesse, q̃ illud speret, quod sic patet: quia antequã vendat, potest intra se metiri, vsque ad quod tempus sit fm cursum causarum inferiorum victurus ille, qui intendit emere: & non vltra. & fm hoc antequam concludat venditionem, vel antequam eam ineat, ipse intra se taxabit precium, & si in tet taxandum occurrit sibi, q̃ forte vltra sit victurus: tunc antequã concludat preciũ, poterit intra se augere preciũ, donec tandem non credat eũ victurum vltra. Vnde antequã concludat contractũ, non apparet rõ vrgens ad opponẽdum ne vltra tempus illud superuiuat: quia maximè esset ratio, ne dãnificaretur venditor in nimis din soluendo. Modo exquo nondũ concluſit contractum liberum est sibi occasione illius timoris, quo timet dãnificari, augere precium, & sic præseruabit se ab illo dãno: & tunc probabiliter manens in illo iudicio fm cursum causarum inferiorũ taxabit finaliter precium, & concludet contractũ, & sic inter contrahendũ, vel postea nõ sperabit eũ vltra nõ victurum: quia exquo credit eum nõ vltra victurum, nõ habebit etiã spem respectu illius: quia spes nõ est sine notitia adhæsiua breui. Quòd si dicas, saltem tunc, vel postea sæpe habebit formidinem, & sic aliquam notitiam adhæsiuam, q̃ superuiuet vltra, & sic aliqualiter credet. Dicendũ, q̃ illud credere nõ est illicitum, etiã si sit probabile: dummodo non subsequatur voluntatis complacentia. & si dicis. si credit, aut igitur vult, aut nolet. Dico, q̃ neutrum oportet: quia pòt esse suspensus quo ad actum. Dicendũ etiã, q̃ potest bene esse, q̃ displiceat sibi, q̃ ille vltra non sit victurus. & tamen sibi placeat, q̃ non vltra sit sibi soluturus pensionem. Secundò deficit in probatione maioris: posset enim contingere, q̃ vendens ẽt si præcognisset emptorem victurũ longè vltra tempus æstimatũ: adhuc ei vendidisset, & q̃ nõ haberet postea displicentiam de hoc, q̃ emptor eũ viueret longè vltra tempus, per quod æstimabatur victurus. Et cum dicis, nisi egestate compulsus fuisset venditor: non ei vendidisset, si præscisset, eo. q̃ illa venditio & obuentionis solutio esset sibi damnosa. Dicendũ, q̃ stat, q̃ non esset sibi damnosa. Nam idẽ contingit in omni venditione egrorum, & redditus perpetui: vbi præscit venditor, q̃ longè plus cogetur successu temporis dare emptori, q̃ recepit. Et si dicas. immo esset: quia si venditor mensus est tempus, per quod æstimatur victurus, & exegit precium condigni: fm illius temporis quantitatem. necesse est, si vltra illud tempus debeat soluere pensionem vitalitij, quod vita litium erit pinguius censendũ, q̃ fuerit precium datum. ergo dãnificabitur venditor. Dicendum, q̃ in casu, quo preciũ esset, vel videretur remissius, q̃ merè pòt (suppositis specialibus industria venditoris, qua ille nouit vti pecunia) non erit venditór in damno: sed adhuc in lucro. & sic nõ sequitur, q̃ ergo in casu, quo longè superuiueret emptor: non contingat venditori, non displicere illam vlteriorem productionem vitæ. Nec emptor etiã dando tale precium peccabit, exquo vterq; non æstimasset emporẽ vltra illud tempus victurũ, & cũ bona voluntate tamen sagacis venditoris dedit tale precium: licet remissius, q̃ de rigore debuerit. Tertiò deficit: quia cõcesso assumpto probationis maioris negatur consequentia: quia virtualiter arguit sic. Si sperat eum longè ultra victurum, non uendit, igitur si uendit, sperat oppositum eius, quod est eum longè ultra uiuere. & sic sperat eũ non longè ultra uiuere. modo illa consequentia non valet, nec arguitur à destructione consequentis ad destructionem antecedentis: sed deberet sic inferri. ergo si uendit, non sperat eũ longè ultra uicturum. Illud autem non sperare, nihil ponit positiuũ, nec est illicitum: prout etiam in solutione quartæ rationis patebit. Ad secundam probationem consequentiæ dicendum, q̃ illa propositio scilicet, exquo quando sperarem, nec probabiliter crederem, eum longè ultra uicturũ, non venderem: non uidetur ratio, quare dubitans de illo uellet ei uendere, æquiualet illi consequentiæ. si sperat eũ longè ultra uicturum, nõ uendit, igitur etiam dubitans eũ longè ultra uicturum non uendit ei. tenet consequentia: quia non est rõ diuersitatis in primo casu & secundo: quia ratio, quare in primo casu non uendit, est: quia timet dãnificari. Modo idẽ habebit timere, si sit dubius, an sit ultra uicturus, uel non: quia quando est dubius: tunc cogitat idem dãnum posse contingere, quod contingeret, si speraret eum ultra uicturũ. igitur idem timebit. & sic nõ reddet. Illo præmisso dicendũ concesso antecedente (sicut communiter accidit) conceditur consequẽtia & consequens: sed cũ vltra infers, igitur si uendit, signum est, q̃ est in eo non dubietas: sed credulitas, q̃ non ultra uiuat, & per consequens spes eiusdem. Dicendum, concesso q̃ si uendit, q̃ in eo est credulitas, q̃ non ultra uiuat, seu q̃ illo termino moriatur: sed cum ultra infers. igitur etiam spes eiusdẽ, nõ valet. Potest enim quis credere aliquid, & ex hoc occasionari ad aliquid faciendũ: & tamen nõ sperabit illud: ut, credo hostes meos affuturos, ideo uẽdo res. & tamen illud non spero, ita stat, q̃ uenditor credat eum non ultra uicturum: & tamen non speret illud, nec habet rationem urgentem ad illud sperandum: quia si timeret damnũ, crederet aliquo modo illud. modò oppositum est positum, & etiam potest illud euitare: quia exquo nondum contraxit, potest augere precium: ut non incurrat illud damnum. Posset etiam

etiam dici, q̃ si per reuelationem sciret, uel probabiliter crederet, & speraret, eum longè vltra victurum: adhuc venderet pro eodem precio: vt dixi in casu, vel saltem si non pro eodẽ: tamen pro maiori precio. & tunc nihil contra conclusionem admittentem venditionem: quia nõ admittit, nisi eã, in qua seruantur singulæ circunstantiæ, quarũ vna est, q̃ detur adequatum precium fm æstimationem vitæ eius. Ad quartam rõnem neganda est maior. Ad probationẽ conceſſo antecedente dicendum est ad consequentiã, q̃ ei, quod est, emptorem longè vltra tempus æstimatũ viuere, opponitur illa negatio, scilicet non longè vltra illud tempus æstimatum viuere. modo illa negatio in duobus potest verificari, scilicet aut quia emptor viuit præcisè ad tempus æstimatum, vel saltem non diu vltra. Aut quia cito morietur. Ideo sic argueꝛe: vendens sperat oppositum eius, quod est, emptorem longè vltra tempus æstimatũ viuere, & cito mori est oppositum. igitur &c. non valet: quia arguitur à propositione habente plures causas veritatis ad alteram earum: vel quia arguitur in secunda figura ex affirmatiuis. Secundò deficit etiam prædicta consequẽtia principalis illius quartæ rationis: quia non sequitur, si speraret eum longè victurum vltra tempus illud non venderet. igitur si vendit, sperat oppositum: sed deberet inferri sic. igitur si vendit: tunc nõ sperat eum longè vltra victurum. & hoc non est sibi illicitũ: quia non sperare, nullum actum positiuum ponit, sed negat: sic enim & non aliter arguitur à destructio ne consequentis ad destructionem antecedẽtis. Nam sperare eum longè vltra victurum, & sperare oppositum illius, nõ contradicunt: sed non sperare eum longè ultra victurum, contradicit ad sperare eum longè ultra uicturum: sicut nõ sequitur. si Sortes est albus: Sortes est disgregatiuus usus. igitur si non disgregat uisum, Sortes est niger: sed debet inferri. igitur si nõ est disgregatiuus usus, non est albus.

Contra quartam conditionem arguitur. Ille contractus est inexpedies reipublicæ, ex cuius permissio ne succrescunt multi ociosi, & decrescit numerus laborantium corporaliter. emptio vitalitij est huiusmodi. igitur Maior probatur: quia damnosum est reipublicæ habere multos ociosos & pancos laboratores. primum patet: quia ocium est sentina omnium uitiorum. summum autem malum reipublicæ est succrescere uitiosos ciues. Secundum patet: quia tunc pauca habentur uictualia, quæ sine humano labore adhibito nõ crescunt, & sic inducitur caristia, quæ & ipsa est magnum malum in republica. Minor patet: quia si permittatur: tunc si sint mille in aliqua regione habentes prædia, quæ excolere possent, plurimi ex eis uendent ea, & pro pecunia ement sibi vitalitia, q̃ si non permitteretur eis emptio vitalitij, cogerentur omnes laborare & ea excolere. Dicendum. Minor est uera de emptione non debito modo uestita. modo conclusio quæra loquitur tantum de ea, quæ est debito modo uestita omnibus circunstantiis, & ex illius permissione non oriuntur prædicta. Nam per talem emptionem non prouidetur illis, nisi qui aliàs, etiã si prohiberetur talis emptio, laborare non possent præ infirmitate, aut alia miseria, uel paupertate: & cum hoc ad maiorem miseriam urgerent, aut si possunt laborare corporaliter: tamen eos non laborare corporaliter, sed aliis laboribus intendere (ratione quorum eis conceditur emptio vitalitij, uel assignatur vitalitium) non solum non nocet: sed longè utilius est, quàm si corporalibus laboribus vacarent. cuiusmodi sunt illi de primo, secundo, tertio, & quinto genere. immo si tabbus non concederetur talis emptio, uel si laboribus corporalibus intendere cogerentur, plus damni reipublicæ eueniret, quàm reſarciri posset per profectum illius corporalis laboris. Et hæc de emptione vitalitij irredimibilis dicta sufficiant, quid autem, quando est redimibile, dicetur in quæstione. lxxxij.

QVAESTIO. LXXXII.

Vtrum emptio redditus depraue tur per hoc, quòd ille redditus est perpetuus & irredimibilis? Solutio quæstionis stat in duabus suppositionibus, & quinq; conclusionibus.

Prima suppositio. Reddit us perpetuus dicitur ius, quod quis habet ad exigendum per se: & suos in perpetuum aliquam obuentionem pecuniæ, uel alterius rei utilis, & hoc annuã uel alia determinatione temporis determinatam ab alio, sic quod ille alius per se, uel suos successores in eis bonis, in quibus est illud ius terminatiuè constitutũ, est obligatus ad præstandum tale quid ei & successoribus. Et capitur hic perpetuitas pro durat ione usq; ad finem mundi. Et ille est duplex. quidam est irredimibilis, & quidam redimibilis. prout patuit quæstione. lxxij. de redimibili patebit in sequenti quæstione.

Secunda suppositio. Non refert in proposito, an ille redditus sit fructuarius. uel pecuniarius. & secundò, an sit in rebus, uel personis constitutus. & tertiò, an sit de nouo constitutus, uel ab olim: quia ille differentiæ non uariant in proposito, quia si perpetuus redditus sit licitè emibilis, & per consequens id fieri oporteat in una illarum differentiarum. etiam id fieri poterit in reliqua: quia pari passu ambulant illæ differentiæ quo ad licitè posse emi: ut probatum est. q. lxxix. Et quamuis in una persona non possit constitui redditus perpetuus: quia nec illa potest perpetuò uiuere in hac mortali uita: tamen in personis sibi succedentibus, & sic constituentibus communitèr hominum potest constitui: quia talis cõstitus potest durare perpetuò perpetuitate prædicta: licet quãdoq; de facto non duret, sed pereat. Et ex hoc quod perpetuitas capitur prædicto modo: patet, quod falsum est quod redditus perpetuus in infinitum excedat uitalitium, uel precium finitum: quia etiam redditus perpetuus est finitus: sicut & duratio status huius mundi inferioris. nullum autem finitum excedit aliud finitum in infinitum.

Prima conclusio. emptio redditus non depraua tur per hoc, quòd redditus est perpetuus & irredimibilis, quin adhuc illa emptio maneat de se, & ex genere licita. probatur undecim rationibus. Primò sic. Emptio redditus est de se & ex genere licita tanquam cadens super obiectum congruum. Et per hoc quòd redditui additur perpetuitas & irredimibilitas non fit redditus incongruum obiectum emptionis.

ptionis. igitur emptio super eũ vt sic conditionatum cadens cadit super obiectum congruum. & sic erit actus ex genere licitus. Antecedens pro prima parte patet ex conclusione prima quæstionis. lxxix. Pro secunda parte probatur: quia per hoc, quòd illa conditio additur non minus habet rationem veræ mercis, quàm haberet, si non adderetur, vel si temporalitas ei adderetur. probatur: quia ratio probans redditum in communi captum habere verè rationem mercis: æque habet locũ circa redditum sic conditionatum: sicut circa nõ sic conditionatum: vt patet applicando primam rationem primæ conclusionis quæstionis lxxix. Secundò sic. Emptio redditus non depravatur per hoc, quòd redditus est temporalis & extinguibilis, siue determinata temporalitate, siue indeterminata temporalitate: vt patuit. q. lxxx. & precedenti. igitur nec per hoc, quòd est perpetuus & irredimibilis ac inextinguibilis, tenet cõsequentia dupliciter. Primò: quia non est maior ratio, cur potius per cõditiones secundò additas depravaretur, quàm per primò additas. Secundò tenet à maiori negatiuè: quia magis videretur, quòd conditiones primò additæ depravarent eam, quàm secundò additæ, & maximè in reddit⁹ temporali determinata temporalitate: quia illius emptio magis videtur suspecta de fraude vsurarum. Confirmatur. emptio redditus non depravatur per hoc, quòd est perpetuus & redimibilis per venditorem: vt patebit ex sequenti quæstione ex auctoritate decisionis summorũ Pontificum. igitur nec per hoc, quòd est perpetuus & irredimibilis tenet consequentia: quia magis videretur per secundum depravari quàm per primum: quia pactum de reuendendo facit contractum suspectum: vel ad illam suspitionem iuuat cooperante alia circunstantia, scilicet modicitate precij: vt potest trahi ex c. ad nostrã. de emp. & ven. secundum Panormitanum. Tertiò probatur: quia ex quo redditus verè habet rationem mercis, nõminus, quàm ager, si perpetuitas & irredimibilitas facerent eum esse incongruum obiectum emptionis: tunc eadem ratione facerent agrum incongruũ obiectum emptionis, ita quòd non liceret alicui emere agrum taliter, quòd deberet habere perpetuò jus vtendi & fruendi agro, & irredimibiliter; sic quòd non teneretur remendere eum venditori reofferenti precium. consequens est falsum, consequentia tenet: quia perpetuitas & irredimibilitas agri empti & possidendi non est alterius rationis à perpetuitate & irredimilitate redditus empti & possidendi, vel quasi possidendi: vbi aũt est causa eiusdem rationis, ibi est idem effectus, & eadem debet esse inris dispositio, & merces, circa quas est illa perpetuitas. sunt etiam eiusdem rationis quo ad hoc, quòd vtraq; est vera merx; & vtraq; computarur inter immobilia. & solum differunt, quòd vna earum est res corporalis, altera incorporalis: quod nõ poterit variare propositum suppositio, quòd vtraq; in se sit emibilis abstrahendo à perpetuitate: sicut est hic. vt quæst. lxxix. patuit. igitur. Quartò: quia quicunq; emit agrum aliquem: vt perpetuò pro se & suis eum retineat irredimibiliter, eo ipso virtualiter & implicitè emit redditum perpetuũ & irredimibilem. igitur si emptio redditus perpetui & irredimibilis est de se illicita: tunc emptio includens illam virtualiter, etiam esset illicita: quia actus includens virtuliter alium actum illicitum, est etiam illicitus. Assumptum probatur: quia emendo agrum modo prædicto, acquirit dominium directũ, & proprietatẽ agri per emptionem. modò directum dominium & proprietas agri est virtualiter redditus perpetuus & irredimibilis percipiendi fructus illius agri: quia est virtualis vsufructus, seu causalis, licet non formalis. Modo quid aliud est redditus perpetuus & irredimibilis constitutus agro, vel prædio, quã vsufructus illius agri saltem partialis, vel aliquid quiditatiuè ei simillimum: licet per extrinseca & accidẽtaliter distinguatur. igitur. Et ex hac probatione & cõfirmatione secundæ rationis, & ex sequentibus patet, quòd auctor cuiusdam tractatuli incipientis. Titius ciuis Pragen. &c. qui inscribitur cuidam iuristæ, qui dicitur fuisse dominus Andreas olim legens in vniuersitate Vienensi, in quo respondet & inuehit contra alium tractar. etiam sic incipientem. Titius ciuis Pragen. quem quidam Michael Blick canonista cõposuit, approbans emptionem redditus perpetui irredimibilis insufficienter damnauit emptionem redditus perpetui irredimibilis. Vnde ait. Qua temeritate & præsumptione audent aduersarij gloriari se non habere census ad reemendum, hoc est redimibiles: cum ipsi adhuc multo crudeliores sint & magis inhumani, quàm manifesti vsurarij. Vnde non est hoc exculatio, sed magis aggratatio: quia non poterit debitor reddirus irredimibilis se vnquam liberare à pensione annua: & tamen debitor vsurarij poterit se liberare, & quis vnquam ita miser esset & fatuus, qui obligaret se & sua ad perpetuas vsuras. hæc ille. Sed contra dupliciter. Primò: quia in alia parte eiusdem tractar. (quæ pars eidem annectitur) tenet emptionem redditus redimibilis esse licitam. igitur per fundamentum confirmationis secundæ rationis etiã plebuisset sensisse emptionem redditus irredimibilis esse licitam. Secundò: quia in eodem tractar. adducuntur aliquæ probationes contra emptionem redditus irredimibilis. puta: quia ibi non sit merx: sed de pecunia accipiatur pecunia & huiusmodi: & tamen illæ æque possunt applicari contra emptionem redditus redimibilis. Tertiò: quia si sibi durum videatur, ꝙ venditor nunquam possit repetere redditum venditum: & sic se liberare à pensione: mirum est, quòd nõ est visum sibi durum, ꝙ uenditor agri irredimibilis non possit vnquam redire siue ad agrum, vel ad aliquos fructus, quibus omnibus cogitur perpetuò carere, prout in hac quarta ratione & sequentibus deducitur. Quintò sic. si esset aliqua iniquitas in emptione redditus perpetui & irredimibilis, inquantum ille redditus est sic conditionatus, illa esset iniquitas contra proximũ. puta contra venditorem eius: quia non esset peccatum contra primam tabulam. sed cõtra secundam, & contra proximũ: & non apparet cõtra quem, nisi contra venditorem. igitur. Modo multo maior iniquitas repetiretur in emptione, qua quis ab eodem venditore emeret ipsum agrum perpetuò & irredimibiliter: quia emẽdo agrum ab eo illo modo, venditor totaliter exuitur omni dominio iure & proprietate agri: & totum transfertur in emptorem: sed emendo redditum constitutum in illo agro ab ipso domino agri, venditor non exuitur totaliter omni dominio & iure: immo retinet sibi dominiũ directum & proprietatem agri, & solum quendam vsufructum formalem transfert in emptorẽ, vel aliquid eidem quiditatiuè simillimum, & deniq; non totum: quia etiam sibi retinet ius vtendi & fruendi illo agro pro parte, quæ sufficit pro laboribus & expensis requisitis ad culturam agri. Sexto sic. Decima prædialis capta pro iure percipiendi fructus decimales est redditus perpetuus & irredimibilis: quem ecclesia à laicis habet, & constitutus in prædiis eorum, & ille est licitè emibilis, quantum est de se, & ex lege diuina: quia si ex lege diuina esset inemibilis, non posset per dispensationem & indultum Papæ licitè emi: sicut nec potest per dispensationem Papæ licitè emi sacramentum. quod lege diuina est illicitum emi. & sic Papa peccaret concedendo vni ecclesiæ, ꝙ posset emere decimam, quam alia ecclesia habet: quia peccatum non tantum permittere, sed concedere, & auctorizare id faciendi præstare est peccatum. si igitur id licitè facit. igitur est res emibilis licitè. Et idem posset deduci de personali decima, vbi illa est de consuetudine. Et dixi quantum est de se & ex lege diuina: quia quod non est licitum eam emere, est ex lege positiua prohibente eam emi & vendi, tanquam quid annexum spirituali officio ecclesiastico: sicut & beneficia ecclesiastica sunt sic prohibita emi & vendi. & ideo Papa, qui est super legem positiuam. potest concedere, ꝙ decima ematur & vendatur. Septimò & octauò probatur per tertiam & quintam rationes positas ad primam conclusionem quæstionis lxxix. quæ sicut sibi ad redditum in communi consideratum sunt applicatæ, etiam applicari possunt eodem modo ad redditum perpetuũ & irredimibilem. Nec valet euasio supradicti Andreæ in tract. prædicto, di. quòd vsura non in solo mutuo committitur. sed etiam in emptione secundũ Ioan. Cal. allegantem ad hoc iura. Et secundum Guilel. Altisiodoren. in iij. suo di. Dicta vsura non est nisi in mutuo: tamen indirecta vsura potest esse sine mutuo: vt si qui intendant acquirere idem, quod acquirerent per mutuum: tamen in fraudem præcepti mutant contractum. Hæc inquam euasio non valet: quia implicat contradictionem, ꝙ vera vsura sit sine mutuo vero: quia est de diffinitione veræ vsuræ: immo vsura vt est peccatum est forma liter mutuatio; vt patet supra. q. xxj. quamuis illa mutuatio sæpe sit implicita in emptione & aliis contractibus, quo modo intelligitur Io. Cal. & sæpe non est implicita in vera emptione: immo solũ nominatur emptio: & tamen est vera mutuatio alio nomine palliata. quo modo intelligitur Altisiodorens. Fateor tamẽ, quòd est quædam species vsuræ; quæ dicitur vsura tantum præsumpta, & illa potest esse sine vera mutuatione; non tamen sine præsumpta. Et si tunc arguas. ergo saltem adhuc euasio prædicta in proposito valet. Dicendum quòd non; quia præsumpta nõ habet locum, nisi quando nimis modicũ datur precium, prout sufficienter patebit in q. lxxiiij. conclusione. ij. iij. & sequentibus. Hic autem datur instum, igitur etiam non erit præsumpta. Nec obstat, quòd emptor non vult suã pecuniam commutare ad mercãtias, eo quòd non est ibi semper & omnino certus de lucro: immo aliquando perdit sortem: sed tantum vult commutare ad habendum pecunias per viam redditus, vbi certus est de lucro & de sorte: vt arguit prædictus Andreas: quia licitum est querere certitudinem & securitatem lucri: etiam magnam & maiorem alia: dummodo fit humana: & non per vias prohibitas. Hic autem nõ potest dicere esse vias prohibitas: quia peteret principiũ. immo persona emens possit esse talis, quòd illicitum esset ei eas commutare ad mercantias: vt si esset ecclesiastica. Preterea etiam emptor redditauum nõ est certus omnino de sorte & lucro: quia pereuntibus bonis, in quibus est fundatus redditus, etiam sic petit redditus ita, ac si nõ red ditus sed illa bona emisset. Item non negaret aduersarius, quòd liceret potius pecunias commutare pro talibus bonis, quàm ad mercantias applicare: & tamen etiam hoc faceret propter maiorem certitudinem. Nec valet, quod dicit, quòd illa pericula raro eueniunt: quia quanto rarius euenfunt, vel nata sunt euenire, vt putatur: tanto etiam carius emitur talis merx & ideo in hoc non agitur aliqua inæqualitas: quanto enim merx pluribus periculis subiicitur: tanto remissiori precio potest emi. Quòd etiam idẽ arguit, quòd venditor nihil recipit, nisi pecuniam ab emptore, & nihil etiam nisi pecuniam ei annuatim soluit: pura si est pecuniarius redditus. igitur de nullo soluit illã annuam pecuniam: nisi de pecunia recepta. igitur est vsura. Non valet: quia illam annuam pensionem soluit de prædiis, super quibus est redditus ille constitutus, licet propter pecuniam eam soluat: sed de hoc latius patuit. q. lxxv. & lxxix. conclusione tertia. Nonò probatur per tertiam rationem primæ conclusionis precedentis quæstionis, quæ sicut ibi ad vitalitium applicata est, ita potest etiam applicari ad perpetuum & irredimibilem redditum. Decimò sic. Licita est commutatio, qua prædium quod emi à Ioanne, darem tibi in perpetuum pro te & tuis hæredibus cũ illo onere vel obligatione: vt haberem ius exigendi à re annuariam aliquantam partem fructuũ dandam mihi & meis hæredibus imperpetuum: ergo etiam licita est emptio, qua darem tibi tantam pecuniam, quantam valet prædium prædictum pro æquali onere, vel obligatione dandi aliquãtam partem fructuũ modo prædicto de aliquo prædio. tenet consequentia: quia nulla est ibi ratio diuersitatis; nisi quòd prima commutatio est contractus permutationis, & secunda est emptionis. Hoc autem hic non variat sicut in simili patet. Nam si licita est permutatio, qua meum equum pro tuo asino do, etiam licita est emptio, qua pecuniam meam, quæ tanta est quantum valet equus meus, do pro asino tuo. Antecedens probatur: quia licita esset commutatio, qua illud prædium meum tibi traderem pro alio prædio tuo æquivalenti, quod mihi pro me & meis hæredibus deberet remanere imperpetuum. igitur eadem ratione possum illud tradere pro alia re equivalenti illi prædio, cuiusmodi est onus tuum prædictum, & ius mihi assignandum. igitur. Vndecimò sic. Ex condẽnatione emptionis redditus perpetui & irredimibilis sequitur quid horribile & impium. igitur condẽnatio talis est impia & horribilis. Antecedens probatur: quia ex ea sequitur, quòd ferè omnes prælati, ac beneficiati, & officiati

officiati ipsius ecclesiæ, uel pro magna parte sustentarentur de illicitè quæsitis & iam à maximis temporalibus fuissent plurimi sic sustentati, quorum plurimi fama tam sanctitatis quã doctrina claruerũt: quia pro magna parte eorum officia & prælaturæ sunt fundatæ super redditibus perpetuis & irredimibilibus, qui sunt annexi eorum officijs & prælaturis, de quibus tamen viuere non esset minus damnandum, q̃ si de vsuris, quas vsurarij acquisiissent, viuerent. in casu, vbi scirentur hi, à quibus essent extortæ vsuræ, vel eorum hæredes. Sancti quoque Pontifices Romani atq; concilia generalia, quæ talia non condemnauerũt & certis pauerũt, damnabiliter omisissent, nec domino placuissent: sicut neciili reges domino placebant, qui excelsa nõ abstulerũt in Iuda, cum potuissent. Et ex hoc patet, quòd nõ bene loquitur Henr. Gandensis doc. solemnis, qui cum damnet emptionem redditus perpetui quodlib. viij. q. xxij, arguendo pro tali emptione sic: quia religiosi & prælati tales redditus emunt & emere consulant, quod non facerent, si non liceret. Dicit, dicendum esse ad hoc argumentum, sicut alibi dictum est. Alibi autem, scilicet quodlib. ij. q. xv. eiusdem, vbi damnat venditionem vitalitij, arguit pro illa vẽditione vitalitij ex eo: quia talis venditio approbatur facto à multis, & verbo à nullo contradicitur, quod non videtur posse fieri nisi esset licitum. & soluendo dicit, quòd qui approbat faciendo, pernitiosum exemplum dant. Quòd autem verbo nullus cõtradicit. hoc est: quia in iudicium nõ deducitur, & mala per patientiam tolerantur. Et idẽ quodlib. j. q xxxix. damnat emptionem vitalitij, cum vult soluere argumentum factum pro tali emptione: puta: quia hoc consulunt religiosi viri, qui non facerent, nisi licitum esset, dicit sic. Quòd arguitur, quòd sancti viri & religiosi & sapientes dant consilium: dico, & firmiter credo, quòd si tale consilium dant, in hoc sapientes non sunt: sed ignorantia iuris naturalis in vsurario contractu decepti decipiunt animas. immo (vt verius credo) licet in hoc aliquando dece perint: tamen longo tempore non fecerunt, nec facient decætero iam melius instructi: & licet mulierculæ ad suam excusationem dicant, mentiuntur. Hæc ille. Hæc sententia stare nõ potest propter tria. Primò: quia quãuis verum sit, quòd multa mala tolerantur, quæ si in iudicij deducerentur, punirentur, vel non tolerarentur: tamen nihilominus si illa constent iudici aliunde quàm per deductionem in iudicium. pura quia notoria sunt, aut clamorosa insinuatione sibi constant, non excusatur, si non officio contra talia procedat, & ea met in iudicium deducat, & cũ effectu ea puniat, si possit sine grandi scandalo. quare non allegat prædictus doctor, nec allegare potest in nostro casu, quin sine tali potuissent Pontifices Romani & concilia tales contractus extirpasse, & sic adhuc stat argumentum, quòd inexcusabiles à magna culpa perditionis ouijs essent, exquo positi in specula non annunciassent gladium venientem. Secundò: quia non respondet ad horribile illud, quod allegatum est, nisi incidendo in illud, quo dicit, emeretes taliter pernitiosum exemplum dare. & sic eos scandalizare mortaliter alios. Tertiò: quia datò quòd tempore suo non essent tales contractus in iudicium deducti: vt reprobarentur, vel approbarentur: tamen post cum sunt producti & approbati quoad redditus perpetuos: vt parebit in seq. quæstione. Ex hoc sequitur. xij. probatio & talis. Summi Pontifices & plures episcopi auctoritate iudiciali, & plurimi doctores auctoritate doctorali dixerunt illam emptionem redditus perpetui esse licitam, quæ fit cum gratia redemptionis concessa uenditori, ita quòd facultatem redemptionis uocant gratiam: ut parebit. Igitur etiam si illa emptio fiat sine concessione illius gratiæ, & ita redditus perpetuus ematur irredimibiliter erit licita. tenet consequentia: quia si quis aliquem contractum, qui ex genere suo est non gratuitus, sed onerosus: & nihilominus ex gñe suo licitus potest facere cum aliqua gratia, non ob hoc tenetur eum cum eadem gratia facere, quin si eum sine illa gratia faciat, non peccabit, aliàs nullus contractus purè onerosus, scilicet in quo nulla sit gratia sed pura iustitia esset licitus. Constat autem, quòd emptio ex sui natura est contractus onerosus, & non includit in sui ratione gratiã: & tamen ut sic est contractus de iure gentium approbatus. Igitur si ille respectu perpetui redditus sit licitè, quando sit cum gratia, etiam potest licitè fieri sine illa gratia.

Secunda conclusio. Emptio redditus perpetui & irredimibilis potest multipliciter deprauari per indebitas circunstantias, probatur enumerãdo septem circunstantias, per quas ferè omnes proportionabiliter eam contingit deprauari: sicut emptionem vitalitij contingit per easdem deprauari: ut in secunda cõclusione preced. quæstionis patuit. & exemplifica de quis, cui, ubi, & quando, eodem modo sicut ibidem est exemplificatum de quomodo, etiam exemplifica proportionabiliter per primum, secundum & tertiũ exempla ibidẽ posita, addendo etiam quartum. puta si emit ab eo, qui petiit pecuniã mutuò, & persens fuit in ea indigẽtia constitutus, qua stante tenebatur petitus ei mutuare sub peccato mortali (prout fuerunt positi supra. q. xix. quatuor, uel quinq; casus, in quibus est præceptum mutuare proximo) uel saltẽ in ea indigentia fuit constitutus, quòd sub peccato ueniali debebat ei mutuare: ut de facili contingere potest. Si itaq; pauper prima uel secunda indigentia existente petuit mutuũ, & diues noluit illi mutuare. sed mox se conuertit ad emptionem reddituum super bonis illius indigentis (sicut proh dolor sæpe accidit) in tali inquàm casu illa emptio deperaccidens depraua tur, uel saltem si ipsa in se formaliter non depraueturtamen coniungitur omissioni, quæ est peccatũ, prout etiam de hoc fuit tactum supra. q. lxxix. argumen. ij. & infra latius quæstione seq. in corollario lexte conclusionis. De circunstantia nerò cur, prout dicit causam finalem, exemplifica etiam, sicut ibidẽ est exemplificatum: prout autem dicit causam inductiuam, potest etiam exemplificari de omnibus quinq; sicut ibidẽ est in emptione vitalitij exemplificatum. Nam etiam emptionem perpetui redditus contingit fieri ex illis quinq; causis. & si non ad se tantum, cui emit relatis, sicut fit in emptione vitalitij: tamen relatis tãad se quàm ad posteros suos successores, quibus emẽs vult prouidere. ideo quia aut difficile Deo, aut inordinatè timet, vel inordinatè solicitus est, aut ex

ex prudentia carnis id facit, aut ex cupiditate lucri. Has etiam radices contingit inuenire in emptionibus aliarum rerũ. vtpura prædictum: quamuis quo ad intendendum, vt ipse & posteri ueluptuosè, & sine labore viuant: non ita natum sit illud contingere in emptione prædiorum, quæ excolere oportet laboribus: sicut in emptione redditurum in quorum obuentionibus percipiendis nõ oportet percipientem laborare. Per circunstantiam autem quid, exquo coincidit cum obiecto, non deprauatur, exquo ipsum quid, scilicet redditus emptus est obiectum congruũ emptionis. Possunt etiam hic moueri duo dubia: sicut de emptione viralitij sunt mota circa secundam conclusionem, & eodem modo, vt ibidẽ sunt soluta, possunt solui.

Tertia conclusio. Emptio redditus perpetui & irredimibilis potest taliter omnibus requisitis circunstantiis vestiri, quòd erit non tantùm de se vel ex genere: sed etiam simpliciter licita & bona perfecta bonitate morali. probatur discurrendo per omnes circunstantias, & codẽ modo exemplificando: sicut discursum & exemplificatum est de emptione vitalitij in conclusione. ij. precede. quæstionis. Nec est differentia faciendo: nisi quòd in emptione vitalitij respicitur ad temporalem & singularem sustentationem illius solius, cui emitur, qui est in aliquo quinq; generum ibidẽ dictorum, cui singulari persone, vel quibus singularibus personis emitur. Sed in emptione redditus perpetui & irredimibilis respicitur ad sustentationem perpetuam omnium illorum, qui successisticiunt perpetuò, in aliquo illorum generum: vt qui emit redditum perpetuũ & irredimibilem: vt cũ annectere faciat alicui officio ecclesiastico, puta prælaturæ spirituali, vel officio prædicaturæ, vel celebrationi missarum, vel lecturæ theologicæ, aut officio prophano. vtpura potestati seculari iudiciariæ vel aduocatiæ. Ille inquam intendit sustentare non solum primũ, qui hoc officium sibi bit: sed omnes eius successores in illo officio, quatenus præsunt viliter reipublicæ. Sic etiam cum emat, vt grauaris infirmitate & valitudine afflignetur: intendit sustentationem non tantum primi, qui eum percipit: sed omnium, qui in illa miseria sunt sibi successuri.

Hic possunt moueri duo dubia. Primum, an ad debitam circunstantiam illius emptionis requiratur, quòd annuus redditus communi æstimatione non excedat redditum, quẽ habere posset, si terrã de tanta pecunia emisset. Dicunt quidam quòd sic. & hoc nõ tantum in emptione redditus perpetui, sed etiã temporalis, siue determinata, siue indeterminata temporalitate. Alij dicunt, quòd quando quis in perpetuũ emit, nunquam potest esse illicitus contractus, quantuncunq; sit magnus redditus respectu precij: quia licet in contractibus se decipere. Sed primum dictũ dupliciter potest intelligi. Primò, quòd requiratur, quòd vltra omnes expensas & operas, quas haberet facere in colendo terram illam: posset tantum redditum de terra habere, si quam pro illa pecunia emisset. & sic est verum: quia da oppositum puta, quòd redditus emptus est pinguior, quàm sit prouentus, quem prædicto modo de terra habere potuisset, si emisset, tunc precium esset minus redditu empto: quia precium esset adequatum prouentui illius terre deductis expensis & operis, pro quibus debet pars fructuum et cedere. igitur esset inadequatũ redditui empto, qui est pinguior: quia adequatum minori, nõ est adequatum maiori. Si autem intelligatur, quòd requiratur, quòd computando simpliciter omnes obuentiones agri nullis defalcatis, posset tantum habere de terra, quantus est ille redditus emptus, ita q̃ nõ possit licitè habere plures obuentiones de illa terra, non est verum: quia aliquę illarum obuentionum sunt confendæ ut præmium, uel merces laborum, quos habet per sejuel alios facere in colendo illam terram. & sic dum taxat reliquæ debebunt commensurari obuentionibus redditualibus, in quibus operandis non apponit laborem culturæ. Secundum autem dictum aliorum est falsum propter duo. Primò: quia sequeretur, quòd 100. floren. essent instum precium perpetui redditus annuatim importantis xx. floren. vel 30. floren. quod est falsum. Item quantuscunque redditus potest esse in magno & notabili excedens precium in uzlore. Vbi autem talis excessus est, violatur iustitia commutatiua. igitur. Secundò: quia crudè allegat illud, scilicet in contractibus licet se decipere, nec est ad propositum in illo sensu, in quo ethorum, de quo sensu patuit supra quæstio. liij. in fine primæ conclusionis. Secundum dubium, an ex parte circunstantiæ quomodo, requiratur certa, & fixa quantitas precij omni tempore danda pro eodem redditu. Tertium, an oporteat ementem acquirere proprietatem in illo fundo, vbi sibi constituitur redditus, & an teneatur nihil uelle habere, postquàm sine culpa uenditoris perierit fundus totaliter: sed de illis patebit in q. lxxiij.

Quarta conclusio. Emptio redditus perpetui & irredimibilis prædicto modo uestita est non solum licita: sed etiam expedies reipublicæ. Probatur. talis emptio includit eminenter & perfectè emptionem tot vitalitiorum, quo sunt sibi in unicem successuri in illo officio, dei conditione, cui officio uel generi personarum est ille redditus perpetuus emptus. Modo emptio vitalitij prædicto modo uestita est expediens reipub. igitur multo magis emptio redditus perpetui erit expediens. Maior probatur: quia perfectè includens expedies, est expediens. Minor probatur: quia quicunque per totam uitam suam est in tali officio, uel conditione (cui officio, uel conditioni est annexus perpetuus redditus) habet illum redditum pro tota uita sua. igitur habet illum ut vitalitium respectu sui. & ita etiam est de eius successore. Vnde beneficium ecclesiasticum licet sit perpetuus & irredimibilis redditus: tamen respectu singulorum beneficiatorum illo officio censetur esse vitalitium illorum.

Quinta conclusio. Emptio redditus perpetui & irredimibilis prædicto modo uestita non deprauatur per hoc, quòd est constitutus in bonis ecclesiasticis. probatur: quia ille redditus non minus est ibi constitubilis, quàm vitalitium: nisi quòd maior solemnitas requiritur, quando ibi cõstituitur redditus perpetuus, quàm quando tantum vitalitium ibi constituitur. sicut etiam quando rector ecclesiæ ipsa propria ecclesiæ uellet simpliciter uendere perpetuò, requiritur solemnitas à iure canonico introducta. Vnde pre-

dius

diis æquiparantur redditus perpetui: quoniam reddimuntur immobilia corruptantur, saltem quando excedunt longum tempus: & tamen quando vellet locare prædia ecclesiæ ad vitam suam, vel alicui vitalitium inire constituere, & vendere, non requiritur illa solennitas: immo aut non requiritur, aut sæpe requiritur, vt in religioso: tamen minor sufficit, vt tactum est in quinta conclusione præcedentis quæstionis. An autem in venditione redditus constituti in bonis ecclesiasticis sufficiat seruare consuetudinem loci approbatam, & maximè quando redditus esset redimibilis, eo ꝙ tunc solum est perpetua quòd ad ementem, non quòd ad vendentem hoc spectat ad aliam quæstionem. An etiam per consuetudinem possit tolli, vt non requiratur solennitas a iure introducta, & si non: tunc non releuat hoc, ꝙ redditus etiam est redimibilis. Istam rem sic (sicut videtur probabilius) tunc vbique potest fieri, nisi extrauagans Pauli, quæ incipit Ambitiosæ, aliquam renouationem fecisset iuris abrogati. Sed (vt auditur ex reuerendissimi doctissimi viri, qui nunc nouissimè cum hoc scriberem, fuit in Curia Romana) prædicta extrauagans non est publicata, prout dominus Vilalpandus tunc existens primus referendarius Papæ retulit præfato viro in præsentia domini episcopi Vrbinatensis, & sic sequitur, ꝙ prædicta constitutio non ligaret.

Contra primam conclusionem arguitur octupliciter. Primò omnibus quinque argumentis principalibus factis contra primam conclusionem præcedentis quæstionis applicando illa ad redditum perpetuum & irredimibilem, sicut ibidem sunt applicata ad vitalitium: quia vbique possunt eodem modo formari, ita ꝙ vbi ibidem dicitur proponitur & spes percipiendi toto tempore vitæ suæ, dicatur hic propositum & spes percipiendi perpetuò per se & suos successores. & solnatur etiã eodem modo sicut ibidem. In tertio autem principali, vbi ponuntur duo casus, ponatur secundus sic, ꝙ Ioannes det c. florc. vt recipiens det per se & suos perpetuò omni anno. v. flor. & Ioannes per se vel suos percipiat c. & x. flor. in xxj. annis & cõsequenter proportionabiliter sicut ibidem. Similiter applicando quartum & quintum pone, ꝙ emens velit esse certus, ꝙ ille, cui emit, & sui successores sint certi de sufficientia, & ꝙ sine corporali labore possint viuere, & solue sicut ibidem.

Et præter illa quinque etiã potest argui specialiter contra emptionem redditus perpetui pecuniarij, & hic tripliciter. Primò: quia ibi videtur emi pecunia, quæ est inemibilis. Secundò: quia non solum ibi: sed etiam in redditu fructuario emens nihil vt transferein se per emptionem: sed illa sunt sufficienter soluta ex dictis in conclusione ij. quæstionis huius. Tertiò: quia emptio vitalitij excusatur a peccato, eo ꝙ quãnis contingat, ꝙ emens aliquando recipiat plus, quam dat: tamen ex quo hoc fuit dubiũ: quia nesciebatur, ꝙ tanto tempore esset victurus, & ꝙ illud dubium habeat ei excusare: patet a simili: quia vendito rem recipienti in termino solutionis maius pretiũ, ꝙ merx valuerit tempore venditionis, excusatur, si nesciebatur, ꝙ res in termino solutionis esset tantum pretium valituta: vt patet in c. in ciuitate, extra. de vsuris, igitur cũ illa ratio hic cesset: quia emens perpetuum redditum verisimiliter credit se plus percepturum per se & suos, ꝙ dat, sequitur, ꝙ est illicitus. Dicendum, ꝙ emens vitalitium non indiget excusatione de illo, ꝙ recipit plus in numero, vel quantitate mathematica, ꝙ fuerit pretium, quod dat: quia constat, ꝙ illud plus in quantitate mathematica non sit plus: sed minus: vel solum æquale ciuiliter loquendo, & fm quantitatem valoris ipsi precio: prout patuit quæstione præcedenti: sed tantum tunc indiget excusatione, quando tanto tempore percipiet pensiones, ꝙ sua principio cõtractus constituisset de hoc, fuisset æstimatũ pretium esse minoris valoris: ꝙ tam diuturnum vitalitium: & quia fm causas inferiores non sic æstimabatur. ideo ratione ignorantiæ, quã nõ fuit scitus valor vitalitij (eo ꝙ æstimatores innixi fuerunt causis inferioribus) excusatur emens, etiam maximè qñ venditor libens consentit, ꝙ tale quid eueniat, velit nihilominus ei dare pensionem, loco cuius etiam alium quenũ sibi lucrosum habet: si scilicet emptor cito moriatur. Ita enim dato ꝙ sit certũ, ꝙ emptor perpetui redditus recipiet per se & suos plus in quantitate mathematica, ꝙ dederit in precionõ intligebit de hoc excusatione: si autem reciperet plus in quantitate valoris, ꝙ fuerit precium: tunc si hoc sit ratione particularium obuentionũ non indiget excusatione, etiam si hoc verisimiliter credidit: sicut nec emẽs agitur; de quo verisimiliter creditur simile. Siquis ratione ipsius mercis immediatè emptæ iuris empti, ita ꝙ illud sit validius, ꝙ precium: tunc ratione dubij potest excusari. Et cum dicis, non est hic dubium: sed certũ, vel verisimile: sicut & verisimile est, obtentiones prætaliturus, patuit solutio in præced. quæstione. in primo argumẽto principali. Præterea tum nesciatur finis mundi, ad quem tantũ protenditur perpetuitas redditum, & etiã nesciatur, si fundus, in quo constitutus est ille reditus, percat cito, &c. non potest esse certitudo talis, quæ excludat dubiũ, potens excusare sicut in vitalitio. Quartò arguitur, & prius nota, ꝙ duobus sequẽtibus argumentis arguitur ex quibusdã principijs & imaginationibus Henr. de Hassia, quæ etiã supradictus Andreas q de quo in prima conclusione est dictũ, contra alium assumendo ad damnandũ illas emptiones magnãsen dit. Arguitur igitur sic. Si ibi esset vera emptio, & per consequens esset ibi vera merx, maximè quia emens emeret ius habendi tantã pecuniam, vel tanta bladi annuatim de bonis illis, vtputa de bonis monasterij, a quo emit illum redditum, eo ꝙ non potest dici, ꝙ emat partẽ illorum bonorũ, aut partẽ fructuũ illorũ. Sed hoc non: quia nemo potest acquirere, & per cõsequẽs nec emere ius percipiẽdi fructus alicuius prædij, nisi etiã acquirat proprietatem illorũ prædiorũ: igitur nec ius prædictũ. Minor nota: quia monasterium retinet illã proprietatem sibi. Maior probatur: quia ius percipiendi fructus alicuius prædij cõsequit suitatem illius prædij, hoc est hoc eo ipso ꝙ prædium est tuũ, habet ius percipiẽdi fructus eius. quod patet in alijs. Nam ex hoc ipso, ꝙ quis emendo vineã facit eam suã ipse consequenter acquirit ius vrendi ea, ita ꝙ suitas vineæ est prior naturaliter iure percipiendi fructus eius. Dicendũ ꝙ sicut multipliciter cõtingit aliquam

aliquã rem esse hominis, & per consequens multipliciter contingit eam esse suam: sic ẽt est multiplex suitas. Primum patet: quia aliqñ res est hominis quoad proprietatem, seu directum & perfectũ dominium. Aliqñ tm quoad dominium vtile. Aliqñ tm quoad vsufructum. Aliqñ tm quoad vsum. Nam conductor equi licet habeat solum vsum equi, adhuc põt ipsum vocare suum equum, & inquilinus domus põt dicere, vado ad domum meam. Secũdum patet: quia rotuplex est suitas, quotuplex ius habet quis in re, igitur sicut prædictis quatuor modis contingit rẽ esse suã: sic erit prædicta quadruplex suitas. Cum igitur dr, ꝙ si emens hẽt ius percipiendi &c. tunc oporteret illa bona esse sua. cõcedo aliqua suitate. silla, quæ dr vsufructus, vel usus, vel aliqua, ꝙ est similis vsufructui: sed non oportet, ꝙ illa, quæ dr proprietas. Nec est verum, ꝙ ius percipiẽdi fructus consequatur solã illam suitatem, quæ est proprietas, ita ꝙ oportet, ꝙ sint in eodem, immo ex diffinitione vsus, vel usufructus patet, ꝙ nulli cõpetit vsus, nec vsufructus in re propria: se tm in re aliena, quas diffinitiones vide supra q. xij. Nec est ẽt imaginandũ (prout prædictum argm prætendit) ꝙ ius percipiẽdi fructus alterius rei, quod hẽt Petrus, sit quid distinctum à suitate, qua illa res dr sua, quasi suitas sit quedam entitas prior quasi causa illius iuris: immo sunt idẽ: sed bene verũ est, ꝙ si capiatur suitas præcisè, ꝙ proprietate & perfecto dño, ꝙ illa pñt distingui ẽt loco & subiecto: quia stat, ꝙ talis suitas sit in Ioanne & ius percipiendi fructus seu vsufructus formalis sit in Petro, in quo nõ sit illa suitas, nec tale ius percipiendi formale sit in Ioanne, quamuis in Ioanne sit causale ius percipiendi, & per idem patet solutio sequentis argumenti.

Quintò sic. Ius percipiendi fructus aliquorum prædiorum non potest esse primum obiectũ emptionis, immo oportet, ꝙ suitas per modum obiecti prioris prius terminet ipsam emptionem, ergo emptio redditus nõ est possibilis, nisi illa bona fiant ipsius ementis tanquam sua. hoc autem non fit in emptione redditum. igitur talis emptio non est vera: sed tantum ficta emptio. Maior probatur à simili: vt suprà de vinea. Dicendum, ꝙ maior est falsa, si suitas capiatur pro proprietate: sed est uera, si capiatur pro vsu, vel vsufructu. Nec tunc est suitas alia res prior ipso vsu, vel vsufructu.

Sextò sic. In tali emptione nihil occurrit emibile: igitur est ficta emptio. Antecedens probatur: quia in tali emptione nihil fit, nisi ꝙ illi, quorũ sunt bona, in quibus redditus dr constitui, obligant ea ementi ad modium sibi porrigẽdum. & sic emere redditũ vnius modij in bonis: nihil est, nisi ipsius bona pẽ eos, quorum sunt obligare ementi ad modium sibi porrigendum. Modo hoc agendo non emitur modius bladi, cum lõgè minus ualeat, quàm pecunia data: nec hoc complexum, quod est modium omni anno in perpetuum reddi: quia in infinitum plus valet, ꝙ pecunia data, & sic est inappreciabile. Dicendum, antecedens est falsum. Ad probationem negetur assumptum pro prima parte: quia in illa emptione nõ fit solum obligatio actiua illorũ bonorum: sed ẽt passiua obligatio, & ẽt acquisitio iuris percipiẽdi fructus, quod ius correspondet illi obligationi passiuæ quod ius incipit in ementе esse, cui prius non inerat. Similiter pro secunda parte negetur, imò emere est acquirere ius super illis bonis sibi obligatis, sua inq̃ non proprietatis sed vsufructus, vel rei consimilis vsufructui: vel est ementem consentire, ut acquiratur sibi illud ius. Cũ ultra dicis, ꝙ ibi non emitur modius, cõcedo: cum dicis ꝙ nec illud complexum. Dicendum, ꝙ dato, ꝙ poneretur emi illud complexum: tamen ratio tua hoc non improbaret: quia non est uerum, ꝙ in infinitum plus valeat, prout hoc sufficienter est solutum in præced. qõne. Secũdò dicendum ad idem, ꝙ nullum cõplexũ emitur: sed incõplexum. sius percipiendi omni anno modium. & sic est insufficiens inductio in argumẽto.

Septimò sic. Si esset vera emptio, maximè hoc per illam viam imaginandum esset. ſ. ꝙ emens redditum unius flor. in domo alicuius constitutum acquireret proprietatem illius domus, & mox eandem domum locaret venditori obligãdo eum ad habendum illam domum pro parte perpetuò cõductam pro se & suis heredibus ad vsum domus, & hoc pro certo censu annuo in perpetuum soluendo. & q̃q̃ der minus precio pro vsu domus, quam ille valeat absolutè: tamen ex quo non precise dat illud præcium: sed etiam ius venditori perpetuo pro se & suis hæredibus incolẽdi domum pro parte census. puta unius flor. ideo ibi nulla est iniquitas. modo prædicta uia nõ est nisi fictio quedam. igitur minor probatur quadrupliciter. Primò: quia qñ alicui locatur domus: tunc cõductor incipit inhabitare domum, quam prius non inhabitauit: hic aũt immediate eam inhabitauit. Quis insuper & secũdò à seculo audiuit, ꝙ aliquis unus & idem cõmodat seu conducat suam propriam domum. & sic sit infinitus ius sui ipsius. hoc autem hic fierer. Aut tertiò, quis audiuit, ꝙ aliquis emat usum alienæ domus pter eius substantiam & proprietatem: & ad locandũ in perpetuum: & non ad inhabitandum. Quartò: quia sus adversarios domus est obligata emptori. igitur est ejus pignus, & per ons manet in dominio uẽditoris. & sic idẽ esset inquilinus respectu sui ipsius in re propria. Dicendũ, negando maiorẽ. Nã qñis aliqui approbatas emptionẽ redditus irredimibilis talẽ vñ habuisse imaginationem, cuiusmodi videtur fuisse supradictus iurisperitus Michael Blick in tractatulo suo, qui incipit. Ticius ciuis Pragens. contra quem supradictus Andreas inuehit tangendo aliqua ex prædictis: tamẽ non oportet sic dicere. Nam nulla est necessitas talẽ circumitum faciendi quia si sic: tunc eadem ratione non posset quis emere perpetuum usufructum in bonis alterius, nisi etiam acquireret proprietatem in illis: quod tamen implicat, & est contra diffinitionem usufructus. sequela, probatur: quia redditus perpetuus nihil vr esse, nisi partialis vsufructus perpetuus, uel saltem quid simillimũ ei. Et preſertim nõ habet apparentiam illud, quod ſtreait dicens: ꝙ recepto precio ipse uenditor redditus constituti super domum efficitur inquilinus illius domus, quæ sibi censetur locata pro parte, cũ prius idem esset dns totius. Illã enim imaginationem & diuerticulum quærere est superua caneũ. Præterea idem deficit dicendo, ꝙ vsus, ad quẽ quis locat domũ, est perceptio pẽsionis, uel census. & commutare lucrum pro lucro. Nã vsus est ius utẽdi, quod cõcedit pro pẽsione annua percipiẽdi, qã locatur.

tur. Vnde dicendum est, q immediate nihil emit, nisi ius percipiendi fructus, & remanet proprietas bonorum illorum apud priorem dñm. nec annuam pēsionē soluendo, solvit eam ut censum cōductionis, uel locagij: sed vt canonem, uel obuētionem usufructus partialis, vel iuris simillimi ei. Secūdò, q quicquid sit de maiori, quam reputo falsam, probatio minoris nihil faceret cōtra eam quoad oēs quatuor eius partes. Ad primam enim dicerem, q aliquis pōt cōducere domum, quā sine intermissione inhabitauit ante & post conductionem & in cōductione: puta si domus fuit sibi prius commodata & non locata: vel quia domus fuit prius sibi propria, & manendo in domo vēdidit eam alteri: & nihilominus mox eam ab eodem conducit. sicut ēt aliquis pōt alteri uendere fundū eo pacto, q mox sibi locet. vt patebit in quæstione seq. conclusione j. probatione xvj. Ad secundā dicerem, q nemo pōt domum suam propriam cōducere tpe, quo est sibi propria: tñ eam, quæ ante fuit propria, & nūc est aliena, pōt conducere. Nec oportet, q fiat magnum interuallum ad hoc, q cesset esse sua, & q concipiat eam. Nā in eodem instanti, quo desinit esse sua, incipit esse aliena: quia est idem instans primum non esse proprietatis, & primum instans esse alterius. Modo ante illud instans potuisset cōuenisse cū illo alio, q quamprimū defineret esse sibi propria, inciperet esse sibi conducta. Ad tertiam dicerem contra inuehendo contra eam: quia quis vnq̄ audiuit inexperitū, vt ille fuit, qui hanc inuectionem deduxit. f. qui dicat, vsum posse acquiri in re, cuius ēt acquiritur proprietas. Vñ hoc est implicās contradictionē: vt patet ex diffinitione usus supra q. xij. Secundò: quia hoc si esset verum, esset pro eo, q̄ quem arguit: quia ille dicebat, q emens vsum, vel redditum acquireret proprietatē in bonis illis. Tertiò: quia miratur, q sæpissime, & quotidie accidit. Multi enim emūt domos animo nunq̄ per se ibi habitandi: sed tñ locandi aliis. Ad quartum patebit solutio in sequenti argō. Octauò. Dans xx. flor. non recipit annuum flor. nisi de illis xx. Modo hoc est iniustum: igitur. Maior probatur: quia si aliunde eos reciperet, maximè de domo illa, quam sibi obligauit uenditor redditus: sed hoc nō: quia tūc reciperet de re aliena. nam domus non est emptoris, sed vēditoris: quia habet rationem pignoris, eo q dē esse obligata. Modo recipere fructus pignoris, nisi cōputentur in sortem, est usura: hic autē emptor non cōputat illos in sortem. igitur. minor probatur: quia illi xx. flor. iam translati in dñum venditoris. igitur de illis est illicitū aliquid recipere ultra sortem. tenet ꝓna: quia mutuatio vsuraria est peccatū: quia mutuās accipit quid de illo, quod amplius non est suū: vt patuit supra q. xxij. Dicendum, q maior est falsa. Nā recipit eos de merce sua, quæ est redditus emptus cōstitutus in bonis alterius, & ille nō est res aliena: & licet illa bona, in quibus est constitutus, sint aliena ei per negationem proprietatis: non tō per negationem oīs iuris: quia sunt emptoris quoad usumfructum aliquē, uel quoad ius vsūde simile usufructui. Nō est ēt verū, q illa bona habeant rationē pignoris: quia tunc emptor solūm hēret ius illa detinendi, & non vsufructū in eis, uel quid ei simillimum, quod est falsum. Nec capimus hic, cū dicimus, domus est obligata emptori, obligationem pro pignoratitia obligatione, sed ḡnaliter, quo modo dē, q omni iuri correspondet obligatio. Nam si habeo ius alicuius rei, illa res est mihi aliquo modo obligata, uel debita. Nonò, si esset uera emptio, qñ emitur & uenditur redditus, uel cēsus super bonis alicuius, illa emptio haberet similitudinem cū veris emptionibus aliorum censuum: quia omne verum, vero consonat, falsum autem cito dissonat à vero: vt patet in falso auro respectu veri: quia non est ei simile. Modo prædicta emptio non habet similitudinem cum aliis. igitur. Minor probatur exemplariter. Si quis habeat cēsum antiquum, & ab olim super aliqua villa, possessione, uel molendino constitutum, & cū uendit alteri: ibi primo est realiter & uerè res quędam, quæ uenditur & emitur. f. verum reale ius percipiendi talem fructum, quod ius ēt fuit in rerū natura ante illam uenditionem & emptionē. Secundò illud ius transfertur in dñum ementis. Tertiò fit illa trāslatio cum onere & periculo eiusdem census, ita q uenditione facta & euictione præstita non est uēditor vltra obligatus emptori ad respondendum emptori super aliqua obuentione annua. ita q siue molitor, aut alius renēs talem possessionem satisfaciat annuatim emptori de illa pensione, siue non. aut si tota possessio, uel pars eius pereat, nō habebit emptor in aliquo impetere uenditorem. Quartò ēt ibi interuenit iustū precium f̄m conditiones & circunstantias illius census, & certitudinem obuētionis eius. Quintò est equalis conditio libertatis & obligationis in utroq; ḡlium. Modo in emptione redditus in casu nostro ista non reperiuntur. Vnde uenditor nullatenus habet illam libertatē, de qua dictum est. Dicendum. Negādo minorē, immo omnia prædicta sunt ibi. Nā eo ipso, q bona, super quibus vult uenditor vēdere redditū, sunt de pleno dñio vēditoris: tunc uirtualiter & casaliter in illo dñio cōtinetur redditus. f. ius percipiendi fructus eorū, quod ius habet ille uenditor ante vēditionem est nō minus, q̄ habeat ius aliquod ille, qui uendit alicui censum, quē habet in molendino, quod quò ad proprietatē non est suum, sed molitoris. Secūdò uenditor transfert illud ius de se in emptorem nō minus, q̄ prædictus habens ius percipiēdi censum ex molendino alieno. Tertiò ēt fit illa translatio in eum cum onere & periculo eiusdem census, ita q si perit illa possessio & per consequens redditus: tunc perit periculo illius emptoris: Et cū dicis, sed non sic, quin uenditor remaneat obligatus &c. Dico, q hoc non obstat: quia idē proportionaliter inuenitur in tuo casu. Nam ille, qui habet censum molendini etiam remanet molitorem obligatū sibi ad annuam pensionē, qui molitor, uel eius prędecessor illi uēdiderat super molendinum talem censum, q aūt hūs talem cēsum molendini manet liber, si eum transferat in tertium, idem fieret, qñ emptor redditus in casu nostro, ēt in vnū tertiū transferret: tunc n. solus primus uēditor, cuius est illa possessio, esset sic obligatus, sicut ēt alibi molitor maneret obligatus. Sil' quartum est ibi. Iustū preciū, & quintū ēt est ibi: vt patuit in declaratione tertij. Mirū igitur est in iurisperito, cuiusmodi fuit ille, ex cuius inuectiuis formauī hoc argumentum, q non cōsiderauit hinc inde omnia esse similia, si utriq; contractus reducātur utrobique ad originem. Nec obstat

obstat, si dicat, q primus, à quo processit census molendini, nō uendidit eum super molendinum: sed cū constituit illi, qui sibi proprietatem molendini cum illo onere dedit, & nō recepit ab illo preciū aliquod, sed rem. Nam hoc non obstat: quia si illud est licitū, ēt aliud. f. per uiam uenditionis est licitū: vt patet per ea quæ dicta sunt q. lxxix. Et per hoc ēt patet, q idem non sufficienter respondet ad hoc, q pro emibilitate redditurum consueuit adduci. f. q̄ seruitus & actio & hæreditas possunt uendi & emi: & tamen illa etiam non sunt nisi quædam iura. Nam ait, q illa sunt uera iure realia: & illa consistunt in rerum natura ante vēditionem & emptionem: & consistunt siue uendantur siue non. Sed in casu nostro inquit, non est ibi nostū ius: sed fictitium. nec illud præiacet emptioni, sed ex emptione consurgit. Hæc enim responsio est falsa. Nam habens dominium perfectum in bonis aliquibus, habet in se ius percipiendi fructus eorum: ita uirtualiter & causaliter, sicut sol habet uirtualiter in se calorem, & eum potest communicare alteri. igitur illud ius præiacet emptioni, & præsupponitur et tanq̄ virtualiter contentum in dominio uenditoris.

Contra tertiam conclusionem arguitur primò sic. Non potest seruari debita circunstātia, quomodo in emptione redditus perpetui & irredimibilis. igitur tertia conclusio falsa. Antecedens probatur: quia nō contingit ibi attingi adæquationem precij & mercis: quia si sic ponatur, gratia exempli, q cōtum flor. sint adequatum precium redditus perpetui irredimibilis annuatim importantis. v. flor. tunc sic arguitur. Si illi sunt proportionatum precium illius perpetui redditus. igitur proportionabiliter quanto uilior est aliquis alius redditus respectu prædicti redditus, tanto etiam pauciores flor. essent adæquatum precium respectu illius uilioris redditus: & cum uitalitium etiā annuatim importans quinq; flor. alicui vigenario sit in centuplo uilius, quàm prædictus redditus, sequitur, q x. flor. essent adæquatum precium prædicti uitalitij: quod est manifestè falsum. igitur nec prædicti centum etiam adæquatū precium perpetui redditus annuatim importantis v. flor. & quæcunq; alia summa diceretur esse adæquatum precium perpetui redditus: posset illud argumentum eodem modo deduci. Huius argumenti solutio patet sufficienter ex dictis in solutione primi argumenti facti contra tertiā conclusionem præcedētis quæstionis, quæ dicta possunt proportionabiliter applicari huc ad emptionē perpetui redditus & uitalitij sicut ibidem sunt applicata ad emptionem uitalitij pro vigenario, & vitalitij pro sexagenario. ideo ibi require. Secundò potest etiam secundum argu. ibidem factū applicari ad redditum perpetuum pro tanto: quia etiā nescitur, quanto tempore duraturus est perpetuus redditus: quia eius durario est vsque in finem mundi: finis autem mūdi nescitur. igitur nec valor illius redditus potest sciri, eo q eius valor pendet ex importantia annuæ obuētionis, & solue eodem modo sicut ibidem solutum est. Si etiam arguas, vt arguit prædictus canonista Andreas in tractatulo suo, contra illam emptionē uenditor non recipit nisi xx. igitur non tenetur reddere emptori, nisi xx. aliàs si cogitur plus reddere, seruatur inæqualitas. Dicendum, concesso antecedente

Q. LXXXIII.

negatur consequentia: sed debet sic inferri. igitur nō debet emptori dare nisi mercem æquipollentem xx. & huiusmodi est redditus percipiendi annuatim vnum flor. Et si dicas illi xx. percipiendi annuatim cū sint percepti, æquipollent aliis xx. receptis per uenditorē. igitur cessare potest ab ulteriori solutione. Dicēdum, q licet secundum quantitatem mathematicam æquipolleant. f. in numero: tamen secundum ciuilem non æquipollent. & hoc propter eorum solutionem factā tanti temporis interuallo. & de hoc patuit latius supra in q. lix. & lx. Contra quartam conclusionem etiam potest duci argumentum factum contra quartam conclusionem præced. quæstionis: quia ex illius emptionis permissione non minus: sed potius magis succrescunt ociosi: & decrescit numerus corporaliter laborantium, quàm ex permissione emptionis vitalitij, & soluitur: ut ibidem.

QVAESTIO. LXXXIII.

Vtrum emptio redditus perpetui depraetur q hoc, q redditus est redimibilis, seu, quod idem est, an illa emptio depraetur per pactū adiectum, quo uenditor obligat emptorem ad reuendendum redditum illum sibi. f. uenditori, uel suis successoribus, quando uenditor, uel sui successores restituerint æquale precium emptori, uel eius successoribus. Solutio. q. stat in tribus suppositionibus & xiij. conclusionibus. Prima suppositio. Pacta quę fiunt in contractibus sunt triplicia, quędam sunt contra substantiam contractus, quædam contra naturam contractus, quædam uerò nec contra naturam nec contra substantiam: sed tantum præter naturam & substantiam. Exemplum primi, si in contractu mutui dicatur, mutuo tibi 100. nolens habere ius repetēdi sortem, uel mutuo irrenocabiliter. Hæc enim adiectio distrahit à uera ratione mutui, & facit contractum esse non mutuum: sed donationem, sicut econtra si dicatur, dono tibi illa centum pro agro tuo valente cōtum: non est donatio: sed emptio, uel contractus innominatus. Quę autem sint substantialia contractus emptionis & uenditionis, & quæ naturalia, & quæ accidentalia, patuit q. lxxix. suppositione secunda, & ex ibidem dictis patet, quando pactum adiectum est contra naturam emptionis, vel quando contra substantiam, uel quando præter utrumq;. Secunda suppositio. Pactum, de quo in titulo quæritur, dupliciter nominatur: aliquando dicitur pactum retrouendendi, uel reuenditionis: aliquando pactum redemptionis. Ratio: quia exquo illud fit inter ementem & uendentem, aliquando sortitur nomen ex parte uendentis. & sic nominatur secūdo modo: quia uēditor vult habere ius redimēdi, cum se offert restituere precū: aliquando ex parte ementis, & sic sortitur nomen re uenditionis uel retrouendendi: quia emptor obligat se ad reuendendū uenditori posteriori tpe, cum precium restituerit. Tertia suppositio. Quòd per hoc, q redditus perpetuus emitur cum pacto redēptionis, pōr ille contractus rescindi. hoc aūt dupliciter cōtingit: quia aut uēditor redditus habet illā facultatem & nō emptor, aut ē emptor & nō uenditor, aut utrq; habet, an aūt omnia illa licite cōtingant, patet in seq.

Prima conclusio. Emptio redditus perpetui fieri ast ex genere suo licita: vt patuit q lxxix. quò ad redditum, & quæstione præc. quòd ad perpetuitatem: sic nõ deprauatur per hoc, q̃ redditus est redimibilis modo expresso in vtr. quæstionis, probatur maioris auctoritatibus & xx. rationibus. Primò per iudicialem determinationem ac declarationem summi Pontificis Marci, quinti, quæ habetur in bulla, vel extrauagãti, quæ incipit: ad futuram rei memoriã, regimini vniuersalis ecclesiæ in qua, idem Pontifex ad instãtiam cleri, nobilium incolarum & habitatorũ ciuitatis & diœcesis Brandsauiensis declarauit licitas & iuri communi cõformes esse illas emptiones redituum perpetuorũ, in quibus fuit data facultas atque gratia vẽditoribus, q̃ ipsum annuum censum, in toto, vel in parte pro ea dem summa denariorum, quã ab ipsis emptoribus receperunt, quandocunq; vellent liberè absq; alicuius requisitione, contradictione, vel assensu, possent extinguere, ac redimere, ac se ab ipsius census solutione exinde penitus liberare, & q̃ vẽditores huiusmodi censuum sint obligati ad illorum cẽsuum solutiones remoto contradictionis obstaculo. Hanc quoq; declarationem factam misit tribus episcopis, i. Trenensensi, Lubicinensi, & Olmucensi, mandans eisdẽ: vt quando & quoties vtilum fuerit expedire eandem declarationem publicent solemniter: & præsidium opportuni fauoris impendant emptoribus: cogendo etiam per cẽsuram ecclesiasticam vẽditores censuũ ad plenam & debitam satisfactionem. Et fuit hæc declaratio facta. Anno domini 1425. quia octauo anno sui pontificatus, ad quem fuit in concilio Constantiensi antea electus, emanauit hæc bulla. Secundò per iudicialem determinationem ac declarationem summi Pontificis Calixti tertij, quæ habetur in bulla, vel extrauganti, quæ etiã incipit: ad futuram rei memoriam, regimini vniuersalis ecclesiæ &c. in qua ad instantiam episcopi Merispurgensis idem quod prædictum est declarauit in sententia. Hanc quoq; declarationem misit tribus decanis, scilicet Mademburgẽsi, Nauemburgẽnsi, & Halberstattensi, mandans eis idem, quod Martinus supradictis episcopis mandauerat. Hæc declaratio fuit primo anno sui pontificatũs facta. Harum autem bullarum copias, quære in fine huius quæstionis. Tertiò auctoritate Guilermi tituli sancti Marci presbyteri Cardinalis cui Martinus quintus negocium de prædictis contractibus, an liciti sint, examinandum cum peritorum consilio cõmisit: vt in prædicta bulla habetur. & ille idem prædictas emptiones approbauit ut licitas, prout patet in tract. suo qui incipit: Abbas sancti Iaco. circa medium: q̃uis quædam alia ibi ponat, quæ possunt impugnari: ut patebit. Quartò auctoritate aliquot episcoporum Brandsauiensium, quæ huiusmodi contractus per se & suos officiales confirmauerunt sæpius & approbauerunt, vt per fide dignos narratum fuit eidem Martino quinto, ut & ibidem in bulla narratur. Quintò auctoritate Henr. de Hoita celebris doctoris Theologiæ, qui in suo tract. de contractibus, etiam illas emptiones approbat: vt patet in suo dubio quinto. Sextò auctoritate Ioan. de Gers. cancel. Parisien. in suo tract. de contractibus, parte secunda, propositionibus prima, secunda, tertia, quarta, quinta, & parte prima, consyderatione vj. & vij. Septimò, auctoritate Nic. Dinckelspyhel, in trac. de x. præceptis præcepto septimo. Octauò auctoritate quatuor doctorum theologorum & octo doctorum iuris, qui in cõcilio Constantien. circa annum domini 1416. super prædicta emptione requisiti eandem approbarunt. & sic hæc doctoralis approbatio fuit ante iudiciariam approbationem prædictorum Pontificum per octo annos vel nouem, quorum subscriptiones, prout inueni, sequuntur in hunc modum: præmisso tamen casu in termino, qui talis est, quedam domus religiosæ, quarum fratres non mendicant, emerunt pensiones annuas perpetuas ipsis oppottunas pro sustentatione fratrum suorum de certis ciuitatibus, oppidis, communitatibus, pro quibus exposuerunt iustũ precium secundum æstimationem & cursum locorum illorum, in quibus cmebant, scilicet persoluendo aliquando xxiiij flor. pro pensione unius flor. in uno loco, in aliis locis xxiij. vel ad minus xx. flor. venditoribus prædictis dando gratiam, vt ipsas pensiones pro eodem precio redimere possint. quæritur, an tales cõtractus sint liciti & ab usura alieni. Primus sic subscripsit dicens. Doctores utriusque iuris communiter dicunt & tenent, quòd contractus emptionis & uenditionis sub forma præscripta uel simili factus est licitus & à iure permissus, quãdo iustum precium in ipso contractu interuenit. & nihil ultra summam receptam soluitur, cum uenditio rescinditur. quibus doctoribus ego Henr. de Duren aduocatus in curia Colon. consentio in hac parte in cuius rei testimoniũ sigillum meum præsentibus impressi. Secundus. Prædictis assentio ego Henr. Sticher de Bonna decret. doc. dummodo propter appositionem dicti pacti de renendendo pro eodem precio nõ sit solutum minus iusto precio secundum communem & solitã illius patriæ, uel loci consuetudinem absq; dicti pacti appositione æstimato, prout ego ex certis informationibus per me receptis credo præscriptum pactum processisse ac celebratum fore iustum. hęc sub meis foliis signeti impressione attestor. Tertius. Et ego Ioãnes Vrbach decretorum doctor consimiliter, ut præmittitur, dico & sentio, in cuius testimoniũ me subscripsi, & signetum meum apposui. Quartus. Decisioni præfactorum doctorum ego Ioannes de Nouolapide legum doctor adhereo. Dicta enim uenditio ex substantialibus consistit requisitis, de quibus in l. j. ff. de contraben. empt. & vendit. & institut. eodem tit. formam recipiens ex conuentione partium. i. j. §. si conueniat. ff. depo. quę forma est licita, & à iure expresse permissa. l. ij. C. de pact. inter empto. & vend. Nec predicta uenditio subiacet aliquo modo suspitioni usurariæ prauitatis. Nam non propter consuetudinem contrahentium, quę est attendenda. l. qui semisses. §. fi. ff. de usu. notatur in l. vel uniuersorum. cum concor. ibidem allegatis. ff. de pigno. acti. Nec etiam ratione exiguitatis precij conuenti, cum ipsum longè excedat precium legale, de quo in aucten. de non alien. aut permutandis rebus eccle. §. quia uerò Leonis. vers. si uerò alicuius. col. ij. Et etiam notabiliter trascendit precium commune solitum dari pro tali pensione, & sic nedũ ex parte emptoris est iustũ: immo iustius iusto. l. si seruum. in princ. ff. ad l. aquil. & l. precia rerum. in prin. ff. ad l. fal. iuncta. l. de in litem. Præterea. Emptores præfati cariis emisse videntur ratione pacti in fauorem uenditoris dumtaxat appositi, quod auget precium, & eius pars censetur. l. fundi partem. ff. de contrahen. emp. & ven. & in testimonium præmissorum sigillum meum duxi apponendum. Quintus. Quemadmodum domini doctores supra sentiunt, ita & ego Ioannes de Cerno legum doctor dicendum puto & assentio, videlicet q̃ contractus supra scriptus sit licitus: quia est iure expresse permissus: vt in dicta l. ij. C. de pac. inter emp. & vend. Nec obstat. cap. ad nostram. extra. de emptio. & vend. vbi talis redemptionis cõtractus in fraudem usurarum factus dicitur: quia hoc est uerum in casu illius capituli, scilicet quando contractus est imaginarius & simulatus per fœneratorem initus, & fictũ precium non continens. Sic verò cõtractus emptionis est verus & liquidus, iustum precium abunde cõtinens, in quo nulla simulatio, nulla fraus interuenit. ideoq; est valde licitus & permissus, in testimonium huius rei sigillum meum præsentibus appressi. Sextus. Et ego Theodericus de monasterio sacræ theologię professor Coloniæ regens assentio doctoribus suprascriptis: quia precium datum est iustum, conditio apposita cedit in fauorem uendentis, & facit in dicto cõtractu fauorem, seu charitatem ad proximum amplius relucere. & hoc meo sigillo appresso. Et nota quòd ille Theodericus dicitur fuisse initiator studij Colonien. Septimus. Et ego Iacobus de Susato ordinis Prædic. sacræ paginæ professor, ac hæreticæ prauitatis inquisitor assentio doctoribus supra dictis, maximè cum dominus Ianoc. in cap. in ciuitate. extra. de vsuris. super uerbo, ex forma. dicat, quòd quando in perpetuum emuntur redditus, nisi quàm potest contractus esse illicitus, nec gratia data venditori præiudicat contractui, immo fortificat, & facit eum plus iustum, & hoc meo sigillo &c. Octauus. Ego Ioannes Ban legum doctor. præpositus sancti Greg. Colon. æstimo præmissa consona fore dispositioni iuris communis, in cuius rei testimoniũ me subscripsi, & sigillum proprium impressi. Nonus. Ego Petrus Cardinalis Cameracensis credo, quòd tales contractus sint liciti: dum tamen in ementibus non sit intentio usuraria. hoc est, quòd ementes nõ intendant, quòd uendentes redimant: vt sic pecunias suas rehabeant, & ultra sortem redditus medij temporis percipiant: sed talis intentio usuraria tollitur: si emẽtes simpliciter mallent talem contractum facere sine conditione, quàm cum tali conditione redimendi. Decimus. Ego Ioan. de Gers. doct. & professor sacræ Theologiæ ac cancel. Paris. idem teneo. Vndecimus. Ego Nicol. Vorde. vtriusque iuris doct. prædictum contractum affirmo, & constanter dico fore licitum & honestum: tam de iure canonico, q̃ ciuili, & propterea manu mea me subscripsi. Duodecimus. Ego Federicus Cardinalis Florentinus sic sentio, quòd si istæ pensiones essent prius constitutæ: ut quia ciuitas coegit ciues ad mutuandum ciuitati: & quia ciuitas non potest soluere capitale, constituit mutuantibus certos redditus: puta quinque pro centenario, quæ annuatim soluit, quousque reddatur ca pitale: tunc non est propriè mutuum: exquo mutuãtibus non competit actio contra ciuitatem ad reddendum capitale: quia non est consuetum, nec de facto redditur ius talibus: vt sit Venetiis, Florentiæ & Ianuæ. & hoc uidetur licitum: quia (vt dixi) non est propriè mutuum: sed est contractus emptionis: quia iste, qui dat pecuniam, uidetur emere censum annuum, & tales pensiones iam constitutas licitè potest quis emere: vt etiam obseruatur in dictis locis. Si autem aliquis non coactus dat alij certam pecuniæ quantitatem: puta xx. & ille constituit se censuarium de solutione unius annuatim, donec reddat xx. tunc hoc uidetur illicitum: vt dicit Innocen. de vsuris. in cap. in ciuitate. tamen non est usura, exquo non est mutuum: quia ille scilicet, qui dedit, non potest repetere capitale, licet debitor possit se liberare reddendo capitale. & intelligo, quòd redditus isti communi æstimatione non excedant redditus, quos haberet, si prædia emisset. argumentum de vsuris. ca. consuluit, & talis contractus posset excusari in religiosis, si esset consuetus in loco, & ipsis religiosis non erat facile æquè bene conseruare istam solitariam emendo prædia, sicut emendo pensiones prædictas, hæc ibi. Ex prædictis subscriptionibus patet, q̃ omnes illi approbant emptionem redditus perpetui nõ obstante, quòd fiat cum pacto redimendi modo dicto. & quamuis in illis subscriptionibus fint adiectæ aliquæ conditiones, & nominatim quarnor, scilicet quòd nil ultra summam receptam soluatur: cum uenditio rescinditur: ut primus dixit. Secunda, quòd emens non det minus precium propter hoc q̃ dans precium cogitur ad uoluntatem uenditoris rescindere contractum: vt dixit secundus. Tertia, q̃ emens non emat ductus spe illa, quòd uendens cito redimat, ut dixit nonus & decimus. Quarta, quòd ille redditus non sit de nouo, nec in persona constituentis: tamen de illarum ueritate, uel necessitate, an scilicet requirantur ad iustitiam contractus, uidebitur postea. nec per hoc præindicatur proposito nostro: quin nihilominus ex illis habeatur, quòd uoluerunt illum contractum de se & ex genere licitum esse, in quòd nec ex genere, nec ex illo pacto adiecto deprauatur. Quamuis etiam Federicus iam memoratus tantum approbare uideatur emptionem redditus ab olim constituti & uideatur (saltem sequendo Innocentium) damnare emptionem redditus de nouo, & in persona constituti: tamen patuit supra qõ. lxxix. q̃ nõ ob hoc deprauatur, immo ex propriis uerbis eius arguitur: quia idem Federicus met dicit, eum non esse usurarium: & tamen ibi non apparet alia species iniquitatis (si quæ ibi esset) nisi usura, ergo est licitus secundum eum. Secundò: quia etiam eum admittit religiosis. modo si ex genere esset illicitus, minus liceret eis quàm aliis, quamuis ex genere existẽs licitus possit ex circunstantia personæ contrahentis esse illicitus, quæ circunstantia incongrua non esset in religiosis: sed congrua, prout patuit diffusè in q. lxxxiij. & aliis sequentibus. Quod etiam approbat impræfata Venetorum, & loca Ianuensium, valet pro q. xlv. supra habita. & quòd dicit irremouabile mutuum non esse mutuum, valet pro eadem quæstione, & etiam pro quæstxxxiij. & xxxiiij. Quòd etiam dicit, & intelligo, quòd redditus isti communi æstimatione &c.

verum est intelligendo modo exposito in quæstione præcedenti, in conclusione tertia, in primo dubio. Quòd autem de prædicto contractu fuerit inquisitio habita in Concilio Constantiensi, & punctus ille per peritos tractatus. Tangit etiam prædictus Ioannes de Gerson in tractatu suo parte iij. in fine, vbi loquens de contractu in casu simili prædicto casui ait. Super casu particulari fuerunt inquisita plurima cõsilia peritorum etiam Theologorum in variis locis & collationibus, nominatim Constantiæ in reformatorio, & ad partem, & in schedulis subscriptis, & qui vidit testimonium perhibuit, q cõtractus prædictus, & similes sunt liciti. Hæc ille. Licèt prædictas subscriptiones non ponat. Nonò probatur auctoritate cuiusdã Diui archiepiscopi Santensis, qui quendam tractatum de casu consimili prædicto contractui cõpilauit, cuius conclusionem finalem exprimit in hæc verba. Ego Dynus permissione diuina archiepiscopus Ianuensis concludo prædictos contractus fin statuta ecclesiæ veros esse, iustos, licitos & honestos, ac tenendos, nec sapere aliquam fraudem vsurarum, & in testimonium veritatis nomen meum propria mea manu huic tractatulo subscripsi, & sigillo meo signaui. Hæc ille. Et eidem etiã assentit alius decretista, dic. Ego Anibus alias Alnuillus vel Anuillus rector ecclesiæ sancti Puranci alias Piranti Vicentius dioceſis decretorum doctor, præscriptæ cõclusioni tanquam veræ assentio, & sigillum meum in testimonium veritatis vnà cum aliis venerabilibus viris x. doctoribus vtriusque iuris: similiter vnà cum prædicto domino meo archiepiscopo mecum in ista materia sententiis appendi. Hæc ille. Decimò auctoritate Ioannis in summa Confessorum lib. ij. tit. vij. de vsuris, q. xxv. vbi sic ait. Quid si vendidi prædium tali conditione adiecta: vt quandocunque soluatur precium a me, vel ab hærede meo rehabeam prædium ego, vel hæres meus, vsq; ad tot, vel tot annos possim rehabere soluto precio: nunquid est contractus vsurarius? Respondeo secundùm Ray. §. vj. Item quid si. Ad hoc dico, q non est mutuum, & emptor facit fructus suos sine periculo vsuræ: licèt venditor iuxta venditionis formam postea recuperet prædium, & hoc intelligas, nisi in fraudem vsurarum sit facta talis venditio, vel conditio, quod præsumitur ex his coniecturis, scilicet ex eo q modicum est precium respectu valoris rei: vt extra, de emp. & ven. ad nostrã. Item ex eo q aliquid persoluit vltra summam receptam. puta res fuit vendita pro centum; & est in pacto, q cum rescindetur venditio, reddantur centum & xx. extra, de pignorib. illo vos. Item ex eo q emptor consuenit exercere vsuras: vt in prædicta decretali ad nostrum, idem Hosti. ver. ix. & Bernardus in glo. super c. conquestus. Hæc ibi. Et quia ex hoc haberur approbatio emptionis prædij redimibilis, patet, q pactum redimendi non depravat emptionem alias in se licitam, cuiusmodi est emptio redditus: vt præcedenti quæstionibus patuit. Et quanuis Ioan. de de Gerson allegando prædictam sententiam dicat, auctorem illius summæ fuisse Ioan. And. dicens eum fuisse magnum Theologum & etiam magnum inuestigatorem iurium positiuorum; tamen secundum Antonin. in Chronica sua, tit. xxiij. c. vj. §. ij. Ioannes Teutonicus videtur illam summam compositisse, & hoc videtur probabilius. Allegat enim Ioan. Gerson illum auctorẽ tanquàm principaliter Theologum: vt patet ex verbis eius præcedentibus: quia dicit, quòd pro hoc sunt doct. Theologi, & statim subdit prædictum Ioan. auctorem summæ confessorum. Modo Ioan. An. non fuit Theologus: sed iurista: an tamẽ Ioan. Teutonicus putetur ille, qui glossauit decretum, vel alius, pronunc non occurrit. Vndecimò auctoritate Guisel. compilatoris optimæ summæ de vitijs & virtutibus, tractatus de auaritia, parte de vsura. vbi numerans contractum centualem inter vsurarios assignat hanc rationem: quia res longè pro minori precio recipitur ad annuam pensionem propter pactum redimẽdi. Hæc ille. Ergo per argumentum a contrario sensu: si non detur precium minus, non erit cõtractus vsurarius, saltem ex hac radice. Ille Guilielmus fuit cognominatus Peralt: ordinis Prædicatorũ. vt vult dominus Anto. vbi supra. Duodecimò probatur auctoritate Panor. qui in c. ad nostrum. de emp. & vend. dicit sic. cũ venditio fit iusto precio, & solum apponitur pactum de retrouẽdendo, dic contractum non præsumi vsurariũ, nec pignoratitiũ. & emptor lucratur fructus donec retronendatur: nec compurabit in restitutione fructus in sortem. Hæc ille. In quibus verbis satis innuit eum esse licitum: quia non esset illicitus: nisi quia esset vsurarius verè, vel præsumptiuè vsurarius, modo neutro modo est talis secundùm eum, & cum loquatur indistinctè: etiã voluit illud habere locum in venditione reddituum non tantum prædiorum: quia vtraque est æquè verè emibile: cum vtrique sit de genere bonorũ immobilium. licèt vnum sit corporale, aliud incorporale. Decimotertiò auctoritate Bernardi in c. conquestus. de vsuris, vbi tenet, q in venditione fundi potest adijci pactum, q quandocunq; soluerit precium, quod emptor ei dat pro fundo, quòd fundus ad eum reuertatur, dummodo non fit precium nimis modicum.

Prædictæ igitur auctoritates debebunt nobis sufficere, præsertim accedentibus sequentibus rationibus ad credendum prædictum contractum esse licitum. Etenim in moralibus debet sufficere moralis certitudo & topica. Nam, vt Arist. inquit j. Eth. c. ij. disciplinati est intantum certitudinem inquirere secundum vnumquodque genus, inquantum rei natura recipit. proximum enim. hoc est, simile peccatum videtur esse mathematicum persuadentem acceptare & & rhetoricum demonstrationes. Hæc ille. Vnde cum ambulemus per fidem & in enigmate, nec per speciem videamus, opus est auctoritatibus & rationibus probabilibus in materia morali credere. Vnde recte Constantinus magnus imperator cuidam obdurato & irrationabiliter dicta patrum contemnenti dixit: scalam pone & in cœlum ascende, vt securus fias. Quòd si dixeris, prædictorum superiorum doctrinæ hæc non dubitarem: si doctrinæ iuncta esset vitæ sanctitas, eras & desipis. Nam scriptum est Deuteronomio decimoseptimo. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris inter lepram & non lepram: & iudicum inter portas tuas videris verba variari, venias ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis. & infra, sequeris que sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram. Hæc ibi. Magni igitur periculi res est, si post summorum Pontificum declarationes, post tot doctissimorum virorum sententiss hunc contractum apud tot religiosos ac viros timoratos tam inueteratum, in dubium reuocare, atque eundem damnare prorsus præsumas, morem damnati Ioannis Huser imitando, qui cum inueteratum vsum ecclesiæ communicandi laicos sub vna specie damnare voluit, ipse dãnatus est. Decreta enim summorum Pontificum sunt cum omni veneratione acceptanda & suscipienda: vt in c. sic omnes. & c. cum verò. & c. nulli phas. dist. xix. Qui enim pertinaciter contrarium dicere tentaret, locum deinceps inter sacerdotes non haberet: sed erit extorris a sancto ministerio, vt ind. c. nulli phas. quasi enim peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere j. Regis xv. Vnde, vt ait ille catholicus princeps & Augustus Marcianus. quisquis præter veritatem repertam aliquid vlterius discutit, mendacium quærit.

Secundò probatur viginti rationibus. Prima: quia si illud pactum adiectum deprauaret illum contractũ maximè: quia redderet eum vsurarium. Sed hoc est falsum. igitur: Maior probatur: quia nulla alia ratione videretur illicitus, nec alia specie peccati peccatum, quàm pacto vsuræ. Minor probatur: quia illud pactum non facit, quòd ibi sit mutuum sic, q emptor censeatur mutuasse pecuniam aliquam venditori: quia etiam illo pacto adiecto, emptor non potest repetere suam pecuniam datam. Nam in eius potestate non consistit rescindere contractum: sed tantum in potestate venditoris. modo de substantia mutui est, quòd sors mutuata possit repeti: & tunc consequenter si ibi non est mutuum, nõ potest ibi esse peccatum vsuræ: quia illius peccati propria sedes est mutuatio. Secunda ratio. Quia si illud pactum deprauaret prædictum contractum, ergo esset peccatum contra primam vel secundam tabulam. non contra primam: vt patet: quia non est directè contra Deum, si contra secundam, hoc esset grauando proximum iniustè: puta venditorem. consequens est falsum: quia illius pacti adiectio est in fauorem proximi, scilicet venditoris. Vnde per illud pactum dat emens venditori liberam viam redeundi ad rem suam, quam vendidit attenuatus & pressus necessitate, vel indigentia, quę si non fuisset, non vendidisset. Vnde illius facultatis redimendi concessio est quædã pietas, & vocatur gratia quędam impensa venditori: vt patet in bulla Martini præallegata. Modo grauiam impartiri proximo in contractu emptionis alicuius rei ab eo, non est eum iniustè grauare, vel onerare. Tertia ratio. Si quis contrahentium grauaretur per illud pactum iniustè, plus grauaretur ipse emptor, quàm venditor: quia emptor subit obligationem, & cogitur mereè restituere ad libitum venditoris reofferentis precium, venditor autem habet ius repetendi, & sic potius argueretur, q venditori esset venditio peccatum: quàm q emptori esset emptio illicita. ergo si venditio (quę magis videretur per illud pactũ

deprauari & fieri illicita) non sit iniusta: multo minus emptio per illud deprauabitur. Modo venditio per prædictum pactum, quo oneratur emptor non deprauare: quia scienti & absolutè & purè volenti non fit iniuria, & emens absolutè consentit in illud onus in se reciptendum: & non ex aliqua necessitate, qua pressus sit, sic q tantum voluntate mixta fubeat illud onus: quia emens est ille, qui pecuniosus existẽs dat pecuniam pro redditu: modo rarò, vel nunquàm contingit, q habentes promptam pecuniã sint adeo onerati, q cogantur emere redditus: quia bene possunt ea ad alia vti per se, vel per alios. Nam numismati omnia obediunt. Vnde si in contractibus talibus aliquis iniustè prematur, magis natũ est hoc accidere circa vendentes, quàm circa ementes. Diuites enim habent pecuniam: pauperes habent res onerabiles redditibus. Dico autem rarò: quia aliquando contingit, q inuiti cogantur emere: vt fit in impræstitis Venerorum supra q. xlv. sed nec illius oneris impositio in tituli casu est illicita ipsi venditori, si illa impositio fiat cum circunstantijs ibidem tactis: quia illis seruatis licitum est regentiæ ciuitatis imponere ciuibus: vt super se emant redditus a ciuitate: quod fit præstando ciuitati pecuniã irreuocabiliter. Quarta ratio: quia si illud pactum deprauaret contractũ: maximè quia illud pactum esset cõtra naturam contractus: sed hoc allegare pro causa nihil valet igitur. Maior probatur: quia illud est vnum ex motiuis aduersariorum, vt patebit in argumento. Minor probatur dupliciter. Primò: quia dato q esset contra naturam cõtractus: puta capiendo naturam pro naturalibus: non tamen sequitur, ergo reddit eum illicitum. Nam sæpe potest adijci pactũ existens cõtra naturam emptionis: non tñ ob hoc deprauabitur: patet sufficienter per ea quæ posita sunt. q. lxxix. in secunda suppositione. Secundò: quia licitè etiam cõtingit adijci pactũ contra substantiam contractus: nec tñ per hoc deprauabitur, sed transibit in aliam speciẽ, quam aliã speciẽ contingit etiam esse licitã: patet in mutuo irreuocabiliter. in prima suppositione huius quæstionis, & de illis etiam patebit. q. lxxix. corollario primo. An tñ illud pactum de facto sit contra naturã emptionis & venditionis, capiẽdo naturam pro naturalibus, vt q sic ex eo: quia qã pactum illud non apponitur, nõ inest illi cõtractui, q emens sic obligatus ad reuẽdendũ venditori: immo est liber, nec cõpelli potest: nisi hoc cautum aliqua legislatoris: vel cõsuetudine illius loci, in quo contractus celebratur: tunc. n. esset obligatus ad reuendendũ venditori: quia contractus intelliguntur fieri fm consuetudinem loci, & etiam fm legem præsidentis loco: nisi aliud sit actum inter cõtrahentes. Modo ea quæ contractui de se nata sunt inesse (quibus tñ etiã cõtractus manente sua essentia carere potest per speciale conuentionẽ) cẽsentur inter naturalia cõtractus. Et si arguas, Agere actum, vel vti re contra naturã eius est illicitum. igitur cõtrahere cõtractu emptionis tali modo, qui est contra naturam emptionis, est illicitũ. Dicendũ, q cũ dã aliquod pactũ adijci contra naturã contractus, non intelligit sic, q illud deberet non adijci. Vnde qui hoc modo ageret aliquę contractum cũ tali conditione, quę deberet illi nõ inesse, peccaret. quo modo dicerentur il-

le exercere mutuum contra naturam qui ipsum pro lucro exerceret. ille enim exerceret ipsum cum conditione, quæ deberet ei non inesse. Sed intelligitur sic. quòd adiicitur ei pactum, vel obligatio, quæ contractui non adesset: si contractus sibiipsi relinqueretur. sicut si quis aquam calefacit: agit contra naturã. Caliditas nõ ineffet aquæ, si sibi relinqueretur, nec tamen peccat eam calefaciendo. Quintò sic. Emptio & venditio alicuius mercis non depraatur per hoc, emens acquirit non omnimodum ius, seu ius secundum omnes species & modos: sed tantum vnam speciem illius iuris, quod venditor habet in illa re, nec per hoc, quòd venditor reseruat sibi vnam speciem illius iuris, transferendo solam aliam speciem in emptorem. igitur etiam nõ depraatur emptio & venditio mercis per hoc, quòd emens tantum acquirit ius ipsius mercis pro eo tpe. quo. s. non reuocauerit venditor, & venditor non renunciat iuri illius mercis pro omni tempore: sed reseruat sibi ius repetendi illam rem, cum restituet precium. Modo facere id, quod in consequenti dicitur, est emere & vendere cum pacto redemptionis. Antecedens autem prædicti antecedentis probatur dupliciter. Primò: quia nõ bet ius: cum sis apud alium, reuocandi eam ad se. igitur quando vult eam alienare: potest eam in alium transferre, reseruato sibi illo iure eam reuocandi ad se restituto precio. Sextò sic. Si emptio & uenditio depraaretur per prædictum pactum, quo sibi venditor reseruat ius redimendi rem maximè: quia reseruatio illius iuris repugnaret alienationi rei. sed hoc nõ: quia tunc ẽt non liceret mutuare alicui pecuniã: quia in mutuo fit alienatio rei mutuatæ & tamen alienans reseruat sibi ius reperendi rem. igitur signum est, q̃ reseruatio iuris recuperandi nõ est repugnans alienationi rei. Septimò sic. Si quis emat merce nullo pacto redemptionis interueniente, & tradatur ei merx, atq; efficiatur dominus eius: non est dubium, quin venditor postea possit rogare emptorem pro facultate redimendi, & emptor poterit ei dare facultatem redimendi illam mercem pro eodem precio. igitur etiam à principio contractus & inter contrahendum, poterit venditor velle illam facultatem habere, & emptor poterit in hoc ei consentire. igitur emptio potest fieri tum pacto redemptionis. Octauò sic. Nullum opus, nec pactum depranans emptionẽ Deus in lege sua disposuit adiiciendũ emptioni. Vnde Ps. Non Deus uolens iniquitatem tu es. Modo Deus Leuit. xxv. disposuit, q̃ qñ aliquis israelita uenderet prædium, uel domũ, deberet non nisi sub conditione redemptionis uendere, ita q̃ venditor, uel ẽt propinquus eius haberet facultatem redimendi illud prædium, uel domum, ita quòd pari passu ambulabant, seu idem iudicium erat de prædio & de domo leuiticis: quia indifferenter quocunq; tempore poterant redimi, & similiter idem est de domibus nõ leuiticis: dummodo sint intra villas non muratas. secus si domus leuiticæ essent intra muratas villas: quia tunc non nisi infra primum annum poterant redimi. Et confirmatur illa ratio: quia illud pactum minus uideretur potuisse adiici emptioni ueteris legis, q̃ nostræ emptioni: quia cũ illa adiectio nulli sit grauis nisi emptori: quia per eam solus ipse obligatus est: tunc illa adiectio erat magis grauis emptori veteris legis, q̃ emptori nostri temporis: quia venditor veteris legis tenebatur restituere rem non restituto sibi precio totali: sed solũ parte, eo q̃ fructus medij temporis computabantur in sortem: & sic nihil leuabat

ge sua ueteri, quilicet tunc non essent prauj, nec depranantes: quia erant cõcessi à Deo: tamen illi hodie sunt prauj: vt sunt ritus ceremoniales sacrificiorum, & alij, qui tunc erant licitj, nunc mortiferi. Quòd si quis uolens dictam probationem esse validam, repliceret dicẽs, nullum actum lege naturali damnatum concessit Deus in veteri lege: licet aliquem actũ, qui ex lege naturali non est damnatus: qui tamen hodie ex positiua prohibitione Dei, vel ecclesiæ sit damnatus, concesserit Deus: vt est instantia de ritibus cerimonialibus. Nam ritus cerimoniales sicut nunc non sunt mali: nisi quia prohibiti positiuè à Deo, vel ecclesia. sic olim non erant boni: nisi quia institutj à Deo. iuxta illud Ezech. Dedi eis præcepta non bona. Modo probatio intendit loqui de prauitate, quæ esset ex lege naturali. puta quòd prædictum pactum non de se, & ex lege naturali sit illicitum adiici, & per consequens cum non sit aliunde malum ex lege nota positiua: nec ex lege positiua ecclesiæ, vel iuris ciuilis. sequitur propositum. Ad hoc diceret aduersarius, quòd illa replica dupliciter deficit. Primò: quia præsupponit falsum, scilicet quòd aliquid sit dabile, quod sit malum ex lege naturali prius naturaliter, q̃ sit ex lege diuina malum: ita quòd Deus ideo ipsum prohibuerit: quia prius in se malum, quod est falsum. Nam nullius actus malitia potest reduci in legem naturalem: nisi originalius reducatur in legem diuinam. Nihil enim est propriè malum: nisi quia à diuina uoluntate prohibitum. Secundò: quia suppõnit, quòd nihil existens cõtra legem naturalem Deus concesserit in ueteri lege. Modo contra hoc instaretur: quia etiam in eo sensu, in quo aliquid dicitur contra legem naturalem, Deus concessit in veteri lege aliqua, quæ illo modo contra eam fuerant. Nam habere simul plures uxores, repudiare uxorem ex alia causa, quàm causa fornicationis, & ducere uxorẽ fratis præmortui sine liberis, est contra legem naturalẽ: & tamen illa non solum permissa fuerunt: sed etiam concessa in lege vetere: ita quòd licitè illa faciebant. ergo non sequeretur. Deus hoc concessit, vel dispossit agendum, vel posse agi. igitur quantum est ex lege naturali, est licitum nobis. Si dicis non est simile: quia illi actus sunt hodie lege noua prohibiti expresse Mat. xix. sed non sic adiectio pacti redemptionis. [illegible] Contra, quamuis hoc

emptor efficitur directus dominus & proprietarius. Modo illa uarietas poterit facere, quòd liceat illam obligationem retenditionis imponere emptori ueteris legis: & tamen quòd non liceret eam imponere emptori nostri temporis: quia emptori veteris legis non acquirebatur nisi ius colonię. Ideo nimiram, quòd nõ ita stabiliter debebat habere illam rem, quin directus dominus rei, uel alius loco eius repetere posset: sed emptor nostri temporis acquirit directũ dominium mercis, ideo minus congruit, quòd auellatur ab eo ad nutum uenditoris. Tertius: quia ille contractus, de quo fiebat in ueteri lege dispositio, non fuit uera uenditio uel emptio: sed potius quædam pignoratio, & implicita mutuatio, ita quòd uenditor attenuatus à parte rei pignorabat prædium, uel domum ipsi emptori dando precium uenditori in re: & verè mutuabat illud precium. & ideo nimirum, q̃ uocatus uenditor: cum esset verus pignorator illius rei, habebat potestatem reuocandi mercem ad se restituto precio seu mutuo sibi credito, fructibus tamen medij temporis in sortem computatis. Vnde uidetur Deus illam legem ordinasse in fauorem indigentium & pauperum, & in necessitatem uirtutis, qua Iudæi diuites compellerentur ad mutuandum gratis uirtualiter & implicitè, quia Iudęi diuites cum essent auari, non erant proni ad mutuandum gratis indigentibus. nec etiam uolnit eis Deus permittere mutuare sub vsuris suis fratribus. ideo ne esset pauperibus præclusa uia acquirendi pecuniam, ipse talem emptionem & uenditionem eis concessit, quæ esset eis fauorabilis in tantum, quòd nihil erat nisi pignoratio ex parte pauperum, & mutuatio gratuita ex parte diuitum. Si enim sub nomine mutui debuissent pauperes quid accepisse à diuitibus, oportuisset eos pignoralse eis aliquid fructiferum, & illius fructus diuites accepissent, non computato in sortem, quod fuisset usura, per illam autem uiam adiuuentam à domino cogebantur implicitè mutuare, & in pignus accipere, & computare fructus in sortem. Modo non sequitur. venditori, qui non est uerus uenditor, sed pignorator, licitum est uelle habere facultatem recipiendi rem pignoratam, & creditor tenetur eam ei restituere. Igitur idem licitum est uero uenditori. Quartus: quia illud pactum adiiciebatur tali emptioni & uenditioni, quæ facta, res uendita etiam si non

potuisset allegasse grauamen. quale enim grauamen potuisset allegasse emptor tempore veteris legis, quã do cogebatur ad libitum venditoris restituere metcom & hoc restituto sibi precio saltem in parte: cum eandem etiam paulò post nullo sibi precio restituto remittere cogebatur. Aut quod grauamen potuisset allegasse venditor ex illo pacto primo: quia non cogebatur eam redimere, sed liberum sibi erat redimere, vel omittere: secundò: quia quamuis quando uolebat redimere cogebatur etiam precium restituere: tamen in hoc poterat allegare grauamen: quia restituendo precium non restituebat illud precium, nisi deductis fructibus medij temporis in sortem precij; ita quòd nihil soluebat emptori, nisi tantum, quantum emptor nondum perceperat de fructibus. Modo etiam non esset grauamen, si quis recepisset precium pro re, & uellet rem rehabere, quòd etiam restituat precium, & gratia est, si non totum precium cogatur restituere: sed solum partem. Sed in casu emptionis, de qua nos loquimur, poterit alter contrahentium pure venditor allegare grauamen. vel saltem non ita supportabilis est conditio sua: sicut fuisset secundum conditionem veteris legis. Nam venditor, qui nunc redimere vult, cogitur totum precium restituere, nec fructus medij temporis computantur in sortem precij.

Quicquid tamẽ sit de prædicta probatione & eius efficacia, defectus assignati non omnes bene assignãtur. In secundo enim dupliciter erratur. Primò: quia quilibet homo comparatiuè loquendo, scilicet respectu Dei, est tãtum colonus illorum prædiorum, quæ habet. Nã solius Domini est terra & plenitudo eius vero directo dominio independenti, & nostrum ius, quod habemus in prædiis, licet aliquando etiam uocetur & sit proprietas & directum dominium: non est tamen independens: sed dependens à voluntate Domini, à qua derivatum est in nos ex sua concessione. Ideò illimitatur dominio unius tantum: quod habet emphyteuta: vel usufructuarius respectu soli domini vel usufructu, quem habet colonus respectu domini sui. Vnde prædia in terra promissionis in pleno iure erãt Israelitarum: sicut nunc prædia nostra sunt nostra. Habuerunt enim ita bene proprietatem & directum dominium sicut nos: sed quia dependenter à Deo, sicut & nos, ideo more colonorum possidebant: plus tamen id de eis exprimitur primò: quia Deus speciales victorias à cœlo cœcessis, expugnatis Chananeis eam assignauerat eis, de quo patuit supra q. v. conclusione secunda. Secundò: quia nos sæpe fit assignatione illius terræ, & postea contestatus fuerat, si non seruarent fructum illi seruantes legitima eius, ipse eos inde eiceret. Vnde more colonorum minus stabiles fuerunt ibi, ideò permissibiles habitare ibi sine pensione danda domino, quàm habitatores aliarum terrarum, sicut & sæpe inde eiecti fuerunt. Vnde eorũ ius super totam terram, & si non in claritate fundatur, sicut nec nostrum: tamen quasi fundabatur super hoc, q populus uniuersus generaliter maneret in cultu Dei sic, q non faceret generale recessum à cultu Dei per idolatriam. Nam quando populus cepit recedere generaliter à cultu Dei, & eius legitimis: eiecit eos Dominus tradens eos in manus gentium: minus eis parcens, quàm aliis, quãuis etiam alias gentes dominio aliquando priuauerit. Iuxta illud. Regnum transfertur de gente in gentem propter peccata populi. Potest etiam dici, quòd eos uocauerit colonos non uolendo designare eos non habere: saltem dependentes ius directum & proprietatem in prædiis illius terræ, sed ideo: quia de illa terra Deus expulerat Chananeos & Israelitas illec surrogauerit. Nam Colonia dicitur regio, ciuitas, uel nulla, in quam ueteribus expulsis noui inhabitatores ponebantur. Secundò etiam deficit prædicti secundi defectus assignatio in hoc: quia si etiam prædicta uarietas haberet sibi locum: non tamen sufficeret ad dandum rationem, cur illud pactum licitè adiceretur emptioni ve. legis, & non etiã nostræ: quia quamuis ex illa parte, qua emptor ve. legis haberet ius minus stabile, videretur minus sibi disconguere obligationem ad reuendendum rem: quàm uideretur eam discongruere emptori nostri temporis, qui stabilius ius habet: tamen ex alio respectu etiam minus discongruet illud emptori prædij nostri temporis, eo quòd minus poterit allegare se oneratum prædicta obligatione reuendendi, ex quo alias habet dominium directum. & sic perfectius, quàm habeat colonus. & ideo minus graue est sibi illud onus, quàm esset colono, qui alias est grauatus per hoc, quòd licet emerit & dederit precium: tamen nõ habet nisi dominium utile, uel usufructum. Præterea tertiò patet esse falsum, quòd prædicta uarietas, etiam si esset, sufficeret ad prædictam diuersitatem rationis faciendam in uersaliter: quia saltem ex eadem ratione posset illud pactum adici illi emptioni nostri temporis, qua quis per emptionem nõ acquireret directum dominium prædij: sed tantum usufructum alicuius prædij citra acquisitionem domini directi. Et ex quo emptor redditus licet acquirat directum dominium respectu redditus: tamen respectu prædij, in quo fundatur, non acquirit nisi usufructum. & denique non totalem, sed partialem tantum, uel aliquid ei simillimum: sequitur, quòd saltem emptioni nostri temporis poterit illud pactum adici, & hoc sufficit ad propositum nostrum. Circa tertium defectum assignatum diceretur, quòd uerum est, quòd haberet magnam similitudinem cum implicita mutatione & pignoratione: nõ est tamen omnimoda similitudo, eo q; emens non poterat pecuniam, quam precij nomine dabat, repetere ad unum finum: sicut tamen mutuans potest. ideo cessabit ibi ratio mutui, de cuius substantia est facultas repetẽdi sortem. Circa quartum diceretur, q ipsa obligatio reuendendi non erat ipsi emptori ve. le. ob hoc sustinibilior, & minus onerosa, scilicet quòd etiam res infra tempus aliquod erat nec redditura ad dominum sine precio: quia siue rediret, siue non, erat conditio sua quæ bona. Si enim erat redditura, ciro: tunc exquo illud tempus scibatur, prius dedit eo nullus precium pro illa, & adeo tenue, quòd nihilominus tantum habebat lenare de illa re, quòd non erat in damno, immo tantum lenabat, quantum leuasset, si ante illud tempus fuisset redempta: quia etiam si fuisset redempta, non plus recepisset precij in redemptione, quàm superextantes fructus, quos usque ad iubileum potuisset uerisimiliter percepisse, & ideo

& ideò si illis fructibus carebit, loco eorum habebit precium æquiualens. & econtra si non recipit precium: puta quia non redimitur: tamen habet fructus æquiualentes. alioquin nisi sic intelligatur: videtur fuisse aliqua iniquitas, quòd aduenientе iubileo, deberet perdere rem & precium. Secundò circa eundem defectum dicendum, quòd non maius grauamen potest uẽditor nostri temporis allegare: quàm uenditor ve. legis: quia quamuis in regnum precium cogatur restituere: &, nihilominus fructus non defalcantur in precio: sed remanent emptoris: & non sic cogebatur uenditor vet. legis. tamen si pensatur quale precium dabat emptor vet. legis. & per consequens quale precium restituebat ei uenditor in redemptione: & compararetur illud ad precium, quod emptor nostri temporis dat uenditori. & econtra uenditor cogitur restituere: tunc est proportionabilis habitudo parilitatis. Nam uenditor debebat eo minori precio uendere, quo citius erat affuturus annus iubileus: quia tunc absque omni restitutione precij redibat prædium ad ipsum. vnde taxabatur precium secundum quòd multas uel paucas fruges poterat inde consequi emptor usque ad iubileum. prout patet Leuit. xxv. Vnde uidetur nihil ibi fuisse uendicum, quàm usufructus prædij. & hoc ad certum tempus tantum. Nonò sic. Omnis contractus existens conformis iuribus, est licitus, prædicta emptio, etiam adiecto pacto prædicto est conformis iuribus: igitur. Maior patet: quia ex opposito prædicati infertur oppositum subiecti: omnis enim contractus illicitus est alieni iuri difformis. Minor probatur: quia est conformis generali consuetudini hominum. igitur etiam iuribus. tenet consequentia: quia consuetudo est optima iurium, seu legum interpres, ita quòd si quis seruet aliquas constitutiones eo modo, quo consuetum est eas seruare: ille dicitur illis constitutionibus se conformare: & eo modo quo sunt seruandæ uiuere, adeo quòd dato, quòd legislator etiam aliter intellexerit eas debere seruari, quàm ille seruet: censetur illis satisfecisse. Sed hæc ratio quamuis sit communis apud dominos iuristas, & reputata: posset per aduersarium infringi, dicendo, quòd illa regula: consuetudo est optima legum interpres, intelligitur de legibus purè positiuis: & sic non probaret illa ratio, nisi quòd ille contractus esset conformis iuribus purè positiuis. Hæc autem conformitas sola non sufficit: sed etiam requiritur conformites ad ius diuinum & naturale. aduersus autem legem diuinam & naturalem nihil ualet consuetudo, illam in parte abrogando, uel in toto, de qua lege uerum est, quòd tanto grauiora sunt crimina, quanto diutius infœlicem detinent animam alligatam. Vnde etiam si vniuersus mundus consueuisset exercere usuras, non argueretur sufficienter: cõsuetudo est optima legum interpres. igitur totus mũdus uiuit conformiter legibus diuinis & naturalibus. Sic iudæi consueuerunt usuras exercere, etiam reputantes id eis ex lege diuina licere: nec tamen id eis licitum est: vt ostensum est supra quæst. xxiij. Sic olim uniuersus modus consueuit idola colere, ita quòd etiam philosophi plurimi ob morem aliis seruandum ea colerent: nec tamen licuisset inferre. igitur id iuribus est conforme & licitum. Sic errabãdus arguebat Maxentius Cæsar aduersus sanctam Catarinam idolatriam detestantem dic. Si ita est, vt tu dicis, totus mundus errat: & tu sola verum dicis, qđ. consuetudo totius mundi interpretatur sic leges: igitur conformiter legibus viuitur: licèt idola colantur. Vnde contra est illud. Ne sequaris turbam ad faciendum malum. Exod. xxiij. Nec reprehensionem illam propheticam legerat. Omnes declinauerunt, inutiles facti sunt: nec tamen quia omnes. ergo a delicto immunes. Sic olim omnis caro corrupit viam suam. Gen. vj. Nec tamen corrupisse viam suam arguebatur propter cõsuetudinem fore licitum. Modo aduersarius prædictæ conclusionis diceret prædictum contractum esse vsurarium, & sic esse contra legem diuinam & naturalem. ideo ei non suffragabitur inolita consuetudo, & sic oporteret re probare prius, quòd non esset vsurarius, & sic redire ad alias rationes. Si autem pro confirmatione prædictæ probationis: vt appareat valida, primò sic replicares dic. Iura positiua etiam prohibent vsuras, & omnes alios iniquos contractus, saltem hoc facit ius canonicum, & per consequens dato quòd solum sequatur, est conformis consuetudini. igitur iuribus positiuis: tamen vltra bene sequitur. ille contractus est conformis iuribus positiuis, igitur nõ est illicitus. Diceretur, q prohibitio vsuræ & contractuum iniquorum existentium contra legem diuinam & naturalem facta in iure, non est merè positiua: sed est diuina inserta inter constitutiones positiuas, licèt acceptata a legislatore positiuo. Modo soluitio data loquitur de purè positiuis constitutionibus. Vnde patet, quòd adhuc stat ille defectus argumenti: prita, quòd non sequitur. est contractus conformis consuetudini. igitur iuribus, loquendo de omnibus iuribus. Si secundò replices. Communis error facit ius: igitur si etiam homines in illa consuetudine aberrarent a iure: tamen de iure facerent illum contractum. igitur licite. Dicendum dupliciter. Primò, quòd sensus illius dicti non est, quòd si qui communiter errent agendo contra legem: quòd ex hoc surgat ius aliquod cõtraueniendi illi legi: sed est sensus, vt exposuit Ioan. Gerson in propositione facta Massiliæ coram Benedicto, & etiã in tracta. de floribus. quòd prælati & principes sæpe aliqua faciunt, aut permittunt iustissimè ob communem errorem, vel opinionem erroneam, quæ in subditis dominatur: quæ si ipsi prælati facerent, aut permitterent, vel dissimularent non extante illa opinione, tenerentur huiusmodi prælati obnoxij graui delicto. Secundò, quòd si etiam prædicto modo intelligitur: tamen tantum haberet veritatem in errore, quo deuiatur a iure merè positiuo: quia huic per cõsuetudinẽ potest derogari quo aliqui bona fide (licet erranter) seruant aliquam constitutionem aliter, quàm intelligatur, uel omnino non seruant: per hoc enim oritur ius illam legem decernere sic seruandi, uel omittendi. Si tertiò replices, dicendo, quòd consuetudo etiam habet excusare recedentem à matrimonio legitimè contracto: & adhærentem alteri, non obstante impedimento ligaminis: & tamen recedere illo modo videtur esse contra legem diuinam, & non tantum positiuam.

ſtitiam. Antecedens probatur ex caſu, qui habetur in cap. ſi de ſpon. duorum. Dic, quòd antecedens aſſumptum eſt falſum, & huius falſitas & reſponſio ad cap. prædictum quo modo malè introducatur, patuit ſupra quæſtio. xxxiij. circa fin. Si quarto replices di. probationem procedere de conſuetudine rationabili. Inſtantiæ autem procedunt de irrationabili: Dicoretur, quòd illud ſupponendo probatio petit principium: ſi enim ſupponis eam eſſe rationabilem. igitur ſupponis, quòd non ſit contra legem diuinam, nec naturalem. Hoc autem reſtat probandum, ſi vel vigore conſuetudinis alludentis inferre cum eſſe licitum. Si quinto replices, conſuetudo facere poteſt delictum: vbi aliàs non eſſet: vt patet comendendo carnes die ſabbati, & econtra excuſare ea a delicto, vbi aliàs eſſet delictum: vt operando ſeruilia in feſtis ſimpliciter abrogatis per conſuetudinem. Dicendum, hoc tantum habet veritatem in his, quæ ſunt delicta ex prohibitione iuris politini, qualis nō eſt vſurarius contractus, de cuius genere dicerat aduerſarius eſſe prædictum contractum. Si ſexto replices, quòd etiā ſi quis faceret aliquem actum lege diuina & naturali damnatum, cuius tamen damnatio eſſet ita obſcura, quòd illa non apparet etiam doctoribus: immo plurimi doctiſſimi eum approbarent: & ſic communiter homines eum facerent bona fide, illi excuſarentur: ſic autem eſt de prædicto contractu, & illo modo intelligenda eſt prædicta probatio procedere. igitur valida. Dicendum dupliciter. Primò, quòd aſſumptum illius replicæ eſt verum, quando ita lateret eius damnatio, quòd homines agentes laborarent in ignorantia inuincibili: talem autem ignorantiam negaret aduerſarius eſſe de prædicto contractu, eo quòd etiam docti aliqui improbauerunt emptionē redditus etiā irredimibilis: nec multitudo approbantium argueret aliquid, niſi ibi eſſet ignorantia inuincibilis ſimpliciter, alioquin excuſarentur ſimplices illi, qui hereſiarchas & ſciſmaticos ſunt ſecuti, credendo, vel operando ea, quæ lege diuina ſunt damnata, licet obſcurè. Secundò dicendum, quòd adhuc illo caſu prædicta aſſumpti ſtante: tantum inferretur, quòd illi excuſarentur, in quibus eſſet prædicta obſcuritas: ita q illis non eſſet ille actus imputandus: non tamen ſequeretur, quòd ergo in ſe eſſet licitus. ſicut naturaliter ſiultus eſt homicidium non illicitum, nec imputandum: nec tamen infertur. Preterea ergo homicidiū eſt licitus actus de ſe: puta vbi eſt excuſatio: ſignum eſt quòd quantum eſt de lege ordinata & regulariter, ibi nata eſt eſſe culpa. Non enim indiget actus exiſtēs contra legem excuſatione. Si ſeptimò replices dicendo, quòd conſuetudo poteſt vnum contractum approbare, & aliud improbare, & nouam ſpeciem contractus iure communi non expreſſum introducere. Dicendum per tria dicta: ſecundum quòd antecedens tria aſſumit. Primum, conſuetudo & etiam lex poſitiua nullum contractum damnatum lege diuina & naturali poteſt licitè approbare, & præſertim in foro conſcientiæ faciendo eum licitum, quamuis forte permittere poſſit, & impunitatem in ſuo foro præſtare ex cauſa quomodo verum eſt illud, q̄ non eſt vſurarius dicēdus, ſupple, in foro exteriori tanquàm puniendus in illo foro: ille qui fecit contractum, qui communiter exiſtimatur licitus: qui tamen in veritate eſt vſurarius. Secundum dictum, q̄ contractū non obuiantem illis legibus, & per cōſequens per eas admiſſum: nec tamen eis incognitum poteſt introducere & approbare. Tertium dictum, etiam talem licet de ſe non illicitum poteſt reprobare ex cauſa, ſicut & ius poſitiuum hoc poteſt, puta ſi maligni aliqui eo frequenter abutentur. ſupponeret igitur probatio probandum, ſi hic ſupponeret illa tria dicta. ideo peteret principium, & ſi aliter intelligeretur eius aſſumptū: quam iam eſt expoſitum, aſſumeret falſum. Si octauò replices. Emptio vitalitij ideo conuincitur licita: quia eſt de generali conſuetudine igitur ſimili modo hic valebit illud argumentum. Dicendum, q̄ nec illa eſt via ſufficienter probandi emptionem vitalitij eſſe licitam in foro conſcientiæ: ſed aliæ viæ ſunt adducendæ, quæ patuerunt q. lxxxj. Relinquitur igitur, q̄ prædicta nona probatio non eſt ita efficax, quin multipliciter eius munimenta, quibus cōfirmaretur, ſint deſtructibilia. Pro intellectu autem ſequentium trium probationum, quæ inniruntur caſibus à iure ciuili approbatis, oporteret aliqua præmittere, & illa collecta ac tracta ſunt hincinde ex lectura Pauli ſuper. C. tit. de pactis inter emptorem & venditorem, quantum nobis hic deſeruit, vt eo melius intelligamus leges allegandas. Nota igitur, quòd pactum, quod adiicitur in uenditione conferens ad recuperādum rem uenditam eſt duplex, quoddam eſt reſoluti uum contractus uenditionis, quoddam non, ſed eſt de retrouendendo. Hæc autem duo adeo differunt, q̄ quando adiicitur pactum reſolutinam contractus: tunc non interuenit nouus contractus in recuperatione rei: ſed tantum deſtruitur prior contractus, & redibit res ad uenditorē perinde, ac ſi res nunq̄ fuiſſet per alium empta: & cum fructibus perceptis ante morā. ſed q̄n adiicitur pactū de retrouendendo, nō recuperatur res per uenditorē ſine nouo cōtractu: quia oportet interuenire redemptionē: nec tūc propriè lo quēdo dr reſolui prior uenditio: ſicut nec propriè dr reſolui uenditio, ſi emptor illā rem uni alteri q̄ uenditori reuenderet. Primum autē eſt duplex: quia quoddam pactum reſolutinum ſonat in legem commiſſoriam: puta cum ſic ſonat: niſi fiat, ſcilicet ſolutio precij in talitermino, vel ſi hoc fiat, ſcilicet quòd reſtituatur precium: tunc res ſit inempta, vel venditio habeatur pro non facta. Et in tali caſu venditor recuperat rem ipſo iure: dummodo quando pactū factum eſt, ſi reſtituatur precium, venditor reſtituat, vel ſaltem offerat cum conſignatione & depoſitione. Nec requiritur retraditio rei: nec interuenit nouus contractus. ſed tantū fit deſtructio prioris contractus. Aliud eſt, quod non ſonat in legem commiſſoriam: Vt cum non dicit venditor: ſi hoc non fiat, ſit res inempta: vel venditio habeatur pro non facta: ſed ſolum dicitur, quòd res pertineat, vel reuertatur ad venditorē, & tunc nō reſoluitur contractus ipſo iure: ſed tunc demū, quando res ad venditorem peruenit condemnato emptore ad reſtituendum. Dicendum, q̄ nec illa eſt uia ſufficienter probandi emptionem uitalitij eſſe licitam in foro conſcientiæ: ſed aliæ uiæ ſunt adducendæ, quæ patuerunt q. lxxxj. Relinquitur igitur, q̄ prædicta nona probatio non eſt ita efficax, quin multipliciter eius munimenta, quibus cōfirmaretur, ſint deſtructibilia. Pro intellectu autem ſequentium trium probationum, quæ inniruntur caſibus à iure ciuili approbatis, oporteret aliqua præmittere, & illa collecta ac tracta ſunt hincinde ex lectura Pauli ſuper. C. tit. de pactis inter emptorem & venditorem, quantum nobis hic deſeruit, vt eo melius intelligamus leges allegandas. Nota igitur, quòd pactum, quod adiicitur in uenditione conferens ad recuperādum rem uenditam eſt duplex, quoddam eſt reſoluti uum contractus uenditionis, quoddam non, ſed eſt de retrouendendo. Hæc autem duo adeo differunt, q̄ quando adiicitur pactum reſolutinam contractus: tunc non interuenit nouus contractus in recuperatione rei: ſed tantum deſtruitur prior contractus, & redibit res ad uenditorē perinde, ac ſi res nunq̄ fuiſſet per alium empta: & cum fructibus perceptis ante morā. ſed q̄n adiicitur pactū de retrouendendo, nō recuperatur res per uenditorē ſine nouo cōtractu: quia oportet interuenire redemptionē: nec tūc propriè lo quēdo dr reſolui prior uenditio: ſicut nec propriè dr reſolui uenditio, ſi emptor illā rem uni alteri q̄ uenditori reuenderet. Primum autē eſt duplex: quia quoddam pactum reſolutinum ſonat in legem commiſſoriam: puta cum ſic ſonat: niſi fiat, ſcilicet ſolutio precij in talitermino, vel ſi hoc fiat, ſcilicet quòd reſtituatur precium: tunc res ſit inempta, vel venditio habeatur pro non facta. Et in tali caſu venditor recuperat rem ipſo iure: dummodo quando pactū factum eſt, ſi reſtituatur precium, venditor reſtituat, vel ſaltem offerat cum conſignatione & depoſitione. Nec requiritur retraditio rei: nec interuenit nouus contractus. ſed tantū fit deſtructio prioris contractus. Aliud eſt, quod non ſonat in legem commiſſoriam: Vt cum non dicit venditor: ſi hoc non fiat, ſit res inempta: vel venditio habeatur pro non facta: ſed ſolum dicitur, quòd res pertineat, vel reuertatur ad venditorē, & tunc nō reſoluitur contractus ipſo iure: ſed tunc demū, quando res ad venditorem peruenit condemnato emptore ad reſtituendum: tamen etiam tunc fingitur non fuiſſe facta: ideo eriā tunc reſtituet emptor rem cum fructibus, ac ſi nunquam emiſſet eam. Nam reſolutio trahitur retro: vt habeatur perinde, ac ſi non fuiſſet facta: ſed nouus contractus non trahitur.

hitur retro. Et ſic habemus hic caſum, in quo redit dominium in aliquem ex ſolo pacto ſine traditione vera, vel ficta. Illis præmiſſis ſequuntur tres aliæ probationes. concluſio igitur probatur ſic. Decimò, licita eſt emptio & venditio, qua quis vendit rem ſuā alteri tali pacto, q̄ niſi emptor ſoluat precium infra certum tempus: ex tunc pertineat dominium illius rei ad venditorem, & etiam q̄ emptor arras perdat: probat patet in lege prima & tertia. C. de pactis inter emptorem & venditorem. ergo etiam licita eſt emptio & venditio, qua quis alteri vendit rem ſuam cū pacto, q̄ venditor reſtituto precio recuperet illam rem, tenet cōſequentia quadrupliciter. Primò à ſimili: quia ſicut in caſu antecedentis res empta poteſt auferri emptori, ita q̄ deſinit eſſe eius: ſic etiam in ſecundo caſu fieri poteſt. Secundò tenet conſequentia: quia ſicut in primo caſu nihil reſtituit emptor venditori in recuperatione rei ſuæ, eo q̄ nihil recepit ab eo pro illa. ſic in ſecundo: ſi quid reſtituit, nihil tamen reſtituit, niſi quod ab eo recepit. Illa autem ſunt paria, ſcilicet nihil reſtituere ei à quo nihil recepit, & reſtituere æqualēs ei, quod quis ab eo recepit. Tertiò tenet illa conſequentia: quia ſicut in primo caſu non fit reſolutio contractus ipſo iure: ſed tunc demum, quando res ad venditorem peruenit condemnato emptore ad reſtituendum, ſic in caſu conſequentis non precisè reſoluitur prior venditio, quàm primū venditor petit reuendi ſibi rem: offerendo precium: immo etiam quando reuenditur, non dicitur reſolutus prior contractus. ſicut nec reſolui dicitur emptio, quando emptor rem emptā reuendit alteri q̄ venditori. Vnde quando fit reſolutio contractus: tunc etiam fructus rei emptæ redeunt ad venditorē. Quartò tenet conſequentia à maiori: quia emptor in primo caſu perdit arras & fructus medij temporis. & in ſecundo nihil perdat. immo lucratur fructus medij temporis non perdendo quid. & ſic minus videtur grauari emptor in ſecundo, q̄ in primo caſu. Nam in primo caſu emptor compellitur reſtituere rem cum fructibus perceptis, ac ſi nunq̄ emiſſet. & ideo ſi emptor in aliquo grauaretur: hoc plus fieret in caſu antecedentis, q̄ conſequentis. Vndecimò ſic. Ius ciuile approbat illam adiectionem, igitur eſt licita, tenet conſequentia: quia q̄is ius ciuile aliquos illicitos contractus non tantum permiſerit: ſed etiam conceſſerit: puta aliquos contractus vſurarios: vt patuit in. q. xxij. in quibus iuribus vel diſpoſitionibus eſt ius ciuile notatum de errore: tamen in aliis, in quibus non eſt notatum & reprobatum ius ciuile: vt deuians à rectitudine: & vt nutriens peccatum, eius approbatio eſt autentica & accepanda, eo q̄ leges ex ratione & æquitate naturali proceſſerunt tanq̄ ſubalternatæ principiis philoſophiæ moralis, & etiam ligantes in foro conſcientiæ ſubiectos eiſdem. Nemo autem ligatur ad ea, quæ non ſunt licita. Ius autem ciuile non eſt reprobatum in approbatione prædictæ adiectionis de redimendo. igitur. Antecedens autem probatur: quia in. l. ſi fundum. C. de pactis inter emp. & vend. diſponitur, q̄ ſi parentes alicuius vendiderint fundū eo pacto, q̄ quandocunq; vel infra certa tempora ipſi, vel eorum hæredes offerrent precium emptori, & hæres emptoris nollet obe

dire prædicto pacto: cum tamen venditor, vel eius hæres paratus ſit reſtituere precium: tunc debitur vēditori, vel eius hæredi duplex actio contra emptorē, vel eius hæredem. factio præſcriptis verbis, & actio ex vendito. & nihilominus tenebitur emptor ad reſtitutionem, vel refuſionem eorum, q̄æ ex illo fundo peruenerunt ad emptorem poſt oblatam pecuniam. Et ſic in illa lege expreſsè habetur, q̄ emptio cum pacto redemptionis eſt licita de iure ciuili: quia dando actionem prædictam aliter contrahenti vult, q̄ ille contractus ſit hincinde licitus & ualidus, ita q̄ venditor habeat ius contra emptorem ad reſcindendum contractum, & q̄ emptor obligatus ſit ad tenendum. Duodecimò ſic probatur: quia in l. ſi à te. eodem tit. diſponitur, q̄ ſi A. emiſſet à B aliquam rē eo pacto interueniente, q̄ ſi B. infra certum tempus reſtituat precium, illa res ſit inempta: tunc B. poteris uēditionem reſoluere per hoc, quòd offert precium, dummodo etiam ipſum precium conſignet & deponat: non obſtante q̄ A. ſe ſubtrahat, quatenus eandē rem retineat iure dominij. Ergo etiam licita erit emptio rei cum pacto redemptionis; tenet conſequētia dupliciter. Primò ex identitate rationis, & deduc proportionabiliter ſicut in decima probatione. Secundò probatā maioris: quia in caſu antis pactum adiectum eſt pactū legis cōmiſſoriæ. Quicunq; enim pacto cōuenit, q̄ res ſic inempta, vel uenditio pro non facta habeatur: tunc pactum eſt legis commiſſoriæ: ſine illud pactū ſit factum: aliter: puta quia dr, q̄ nō ſoluto precio per emptorem res ſit inempta: ſine ſit ſic actum, q̄ reſtituto precio res ſit inempta: vt in iam allegata lege. Modo q̄n pactum eſt legis commiſſoriæ: tunc venditor acquirit dominium vtile illius rei ſine noua traditione, & ſine nouo contractu: quia ibi non eſt habendus contractus, ſed reſolutio contractus. & ſic ſolum ſit ibi diſtractus: ſed in caſu conſequentis pactum adiectum eſt de retrouendendo, quæ pacta adeo differunt, q̄ venditori vtilius eſt facere primum, q̄ ſecundum, ita q̄ breuius recuperat dominium rei per primum, q̄ per ſecundum: & citius auferetur res emptori. Nam ſi venditor fecit ſecundum, non reuertitur dūium ad ipſum per obſtionē, conſignationē & depoſitionē preci: ſed requiritur nouus q̄ctus, & noua retraditio. Decimoterciò ſic. Licitum eſt alicui in vendendo fundum ſuum, vel aliquem locum apponere pactum, q̄ emptor non debeat illum locum facere religioſum: in illo extruendo monumentum, vel alio modo cum eximendo à iure humano. Igitur eadem ratione licitum eſt alicui in vendendo fundū ſuū apponere pactum, q̄ emptor non debeat illam rē irreuocabiliter habere, quin cōpetat uenditori ius eā repetendi pro conſimili precio reſtituto. Antecedēs probatur: quia in l. vlt. C. de pac. inter emp. & ven. diſponitur, q̄ tale pactum eſt ſeruandum, & ſic eſt ualdum, & per conſequens licitè appoſitum. Nam pacta quæ contra leges conſtitutionesq; uel contra bonos mores fiunt; nullam uim habere indubitati iuris eſt: ut dicitur in l. pacta. C. de pac. Conſequentia patet dupliciter. Primò: quia non eſt maior ratio in uno caſu, quàm in alio. Secundò: quia cauſa, quare in caſu antecedentis tenet pactum, eſt: vt ibidē dicitur: quia cum uenditor, uel alius alienator non alia lege ſuum

ius

ius transferre passus est, nisi tali fretus conuentione, non est ferendum cũ ſ. venditorem pati aliquam eapionem ex varia interpretatione. ergo etiam ex quo in casu consequentis venditor nõ aliter voluerit rem illam vendere emptori, q̃ reseruato sibi illo iure retinendi rem per restitutionẽ precij: sequitur, ꝙ hoc pactum teneat. Et confirmatur: quia sicut ratio, quare in casu antecedentis est sic seruandum, est: quia interest venditoris: vt pactum illud seruetur. & hoc eo ipso, ꝙ sibi non placet, ꝙ fundus religiosus efficiatur. modo non minus: sed magis interest venditoris, ꝙ res sua non à se alienetur irrecuperabiliter. Decimo quartò sic. Licitum est alicui rem suam vendere alteri taliter. ſ. vendo tibi tanti. ſ. q̃ti æstimauerit eam Titius, & illi alteri etiam licitum est sic emere, ergo etiã licitum est alicui vendere rem suam alteri taliter, ꝙ eam sibi restituat, cum restituet precium. Antecedẽs probatur: quia talis emptio & venditio approbatur vt valida, ita ꝙ si Titius diffinierit q̃ titatem precij, debet venditio ad effectum pertinere: vt patet in l. super rebus. C. de contrahen. em. & ven. igitur etiam est licita. tenet consequentia vt prius. Consequentia autem principalis probatur: quia non videtur maior ratio de adiectione primæ circumstantiæ, q̃ de adiectione secundæ. Nam in primo casu q̃titas precij cõfertur in voluntatem vel arbitrium tantis distincti ab vtroq; contrahentiũ: & tamen de substantia emptionis & venditionis est precium in certa q̃titate. hic autem contrahitur, vt res maneat emptoris, donec non consentiat venditor paratus restituere precium. & consensus est etiam de substantia venditionis & emptionis. Decimoquintò sic. Licita est emptio & venditio, qua vir vendit vxori suæ fundos: & paciscitur, ꝙ ipsa desinat ei esse nupta, ꝙ viro volente mulier debeat pro eodem precio restituere illos fundos viro. Et eadem emptio & venditio cũ tali pacto facto. ſ. de redemptione est etiam licita in aliis personis à viro & vxore. ergo emptio cum pacto redemptionis est licita. tenet consequentia: quia casus antecedentis & consequentis sunt iidem: vt patet intuenti. Antecedens probatur: quia talis emptio & venditio est approbata tamq̃ valida in iure ciuili. vt patet in l. si vir & ex. ff. de præscriptis verbis. Decimosextò sic. Licita est emptio & venditio, quia quis fundum suum vendit alteri cum aliquo illorum trium pactorum sequentium. ſ. primò tali pacto, ꝙ emptor locet eũ venditori, ita ꝙ venditor habeat in illo fundo ius conductionis pro certa mercede. Vel secundò cum tali pacto, ꝙ emptor sit obligatus ad hoc: vt cũ eum vendere velit, nulli alteri quàm venditori reuẽdat. Vel tertiò: si cum aliquo alio pacto simili alicui illorum duorum pactorum vendat. Ergo etiam licita est emptio & venditio cum pacto redemptionis. Antecedens patet: quia talis emptio & venditio tanquàm talida approbatur in l. qui fundum. ff. de contrahen. emp. & ven. Tenet consequentia dupliciter. Primò: quia nõ est maior ratio de casu antecedentis, q̃ consequentis quò ad licitum esse. Nam in primo membro casus antecedentis uẽditor sibi reseruat ius aliquod, quod prædabuit emtaliter. ſ. vsufructum, vel saltem ius ad usufructum. igitur eadem ratione si reseruat sibi ius reuocãdi rem ad se restituto precio, erit illud sibi licitum. præterea in secundo mẽbro antecedentis etiam obligat emptorem ad reuendendũ: licet solum sub conditione. ſ. si uelit uẽdere modo in casu consequentis: etiam obligat eum sub conditione, si uelit uenditor redimere. Secundò tenet consequentia: quia tertium membrum casus antecedentis est directè casus noster: quia est cõtractus factus cum pacto simili pactis præcedentibus. Decimoseptimò. Licita est emptio & venditio, qua quis partem fundi uendit alteri eo pacto, ꝙ obligatus sit emptor ad habendum reliquam partem illius fundi nomine conductionis pro certa pecunia ad x. annos: dummodo uenditor ideo eo usilius uendiderit primam partem: quatenus emptor esset obligatus ad condacendũ reliquam partem à uenditore, eo ꝙ illud onus emptoris; & ius, quod habet uenditor in emptorem ad cogendum eum, & reliquã partem habeat conductã: est quid æstimabile precio: & vt pars precij cõsideratur. Ergo etiam emptio cum pacto redẽptionis est licita. Antecedẽs patet in l. fundi partem. ff. de contrahend. emp. & ven. Consequentia aũt probatur ex identitate rationis. Nam in casu antecedentis uenditor in uẽdendo per suum pactum obligat emptorem ad contractum alium, scilicet conductionis in eundum secũ iam & de præsenti. In casu autem consequentis obligat eum ad ineundum secum contractũ uenditionis pro futuro tempore, quando uenditor hoc petet. patet autem, quòd nulla est ratio diuersitatis hinc inde: quin si unus casus liceat, etiam alter licebit. Decimooctauò. Licita est emptio & uendirio, qua quis uẽdit ancillam alteri eo pacto, quòd emptor sit obligatus ad non prostituẽdam eam; & si prostituerit, ꝙ liceat uẽditori eam abducere. ergo etiam casus noster est licitus, tenet consequentia ex identitate rationis: quia etiam in casu antecedentis reseruat sibi ius repetendi rem ex euentu conditionis delicti, & absq; omni precio restituto, & efficietur dominus eius ex apprehensione. cur ergo nõ possit sibi reseruare ius repetendi rem illam ex conditione restitutionis precij. Aũs patet in l. si quis. ff. de ꝓhen. emp. & ven. Decimononò. In c. ad nostram. de emp. & ven. dãnatur emptio facta cum pacto redẽptionis, si interuenit nimis modicũ precij. igitur à ꝓrio sensu, si iustum precium interuenisset, fuisset approbata, & ita pactum adiectum non depranabit eã. sed hoc probatio non valet: quia æque probaretur econtra. ſ. ꝙ si interuenisset nimis modicum precium, dumodo nõ esset pactum redemptionis adiectum, emptio fuisset approbata, eo ꝙ eam ibi damnat Papa; consideratis ambobus cõcurrentibus. vnde de causa illius condemnationis patebit latius in quæstione sequenti. Vicesimò. In cãllo vos, de pignoribus damnatur emptio facta cum pacto redemptionis, si venditor debet redimendo dare maius precij, q̃ emptor dederit emendo, etiam si emptor se obligauerit in redemptione cõputare fructus medij temporis in sortem. Ergo à contrario sensu, si emptio esset facta cum pacto redemptionis fiendæ pro eodem precio, & ꝙ non computarentur fructus medij temporis in sortem, nõ esset damnata. Sed hæc probatio non valet: quia ex eadem probaretur etiam per argũ à contrario sensu, ꝙ esset licita, si esset facta cũ pacto redemptionis fiendæ pro maiori precio: sed tamen

non

non computarentur fructus medij temporis in sortem: quia Papa in tribus se fundauit dãnando: igitur si vnum defecerit, & reliqua manserint, erit non improbata: sicut tu arguis, ꝙ si duo defecerint: & tertiũ supermanserit, manebit licita. Allegant etiã quidam, c. significante. extra, de pignoribus. Sed non apparet, quomodo ex illo posset formari argumentũ ad propositũ, aut si quod inde formaretur, æque posset inualidari: sicut duo præcedentia. Præter hæc adhuc arguunt etiam quidam: quia ille cõtractus subuenit multis fidelibus etiam vendentibus, qui crescunt in diuitiis, in quibus non crescerent, si non possent redimere res venditas, aut perpetuò de eis cogerentur soluere pensiones. ideo damnare eum est contra charitatẽ proximi, & in grauamen eorum. Sed nec hæc probatio valet: quia sicut multis quo ad aliquid subuenitur per contractũ illum. sic multi etiam per eosdem damnificantur: vt dicerent aduersarij. Præterea idem argumentum haberet locum in mutuo vsurario. & ideo sicut in illo est solutum supra q. xxij. argu. ij. ita hic soluetur. Iterũ quidam probat sic: quia ex damnatione illius contractus sequeretur ecclesiarum subuersio, quæ in illo sunt fundatæ, sed non valet: quia si ponatur, ꝙ ex vsurariis contractibus essent beneficia fundata, idem sequeretur: nec tamen posset inferri, illos contractus vsurarios esse licitos. Iterũ arguitur. Si non nisi de redditibus irredimibilibus fundarentur beneficia, oriretur persecutio clericorũ per laicos, exquo nunq̃ possent recuperare redditus, vel seab eis liberare: hoc autem cessat in proposito: cum sint redimibiles, sed hoc non valet: quia persecutio illa existens peccatum laicis, non esset eis data à clericis, vel ex illo contractu, sed sua malitia accepta. Vade si probaret: idem probaret, ꝙ contractus vsurarius esset licitus pro fundatione beneficiorum: quia à pensione vsuraria se possent liberare laici soluentes eam. Dimissis igitur probationibus inualidis inniendum est aliis, & validis supra positis.

Secunda conclusio. Emptio reddituum perpetui facta cum pacto reuenditionis nõ depranatur per hoc precisè, ꝙ emens non dat precisè tantum precium, quantum olim fuit datum, vel quantum in futuro dabitur. probatur tripliciter. Primò sic. Emptio aliorum bonorum immobilium facta cum pacto reuenditionis nõ depranatur per hoc &c. igitur conclusio vera. cõsequentia tenet: quia etiam ipsi redditus computãtur inter bona immobilia: vt cle. exiui. §. cumq; annui. de verborum significationibus. Antecedens patet. Nam domus aliquando valent paruum precij, postea magnum, & econtra: similiter vineæ, & horti. Secundò, hodie censetur iustum precium datum, si dentur. xx. flor. vel marcæ, vel libræ pro redditu redimibili vnius flor. vel marcæ, vel libræ: & tũ aliquando pauciores flor. fuissent iustum precium. Prima pars assumpti patet dupliciter. Primò ex communi æstimatione prudentum præsentis temporis. Secundò: quia in auctẽ. de non alienandis. §. si verò. colla. ij. glo. ẽt reputat iustum precium, quando in xx. annis percipiuntur. xx. & sic quando dantur. xx. pro vno censetur iustum precium. Simile potest haberi ex glossa finali in auctentica, perpetua. C. de sacrosan. ecclesiis. Secunda pars assumpti probatur primò. Nã aliquando fuerunt dati quartordecim, immo pauciores etiã vsq; ad x. descendendo, prout à fide digniis fuit propositum Martino quinto: & tamen illi, vel illæ fuerunt etiam iusti precium eo tempore, quo tunc illud precium fuit consuetum. & quia prout tale ipse Martinus talem emptionem approbauit vt licitam: vt patet in sua bulla. Secundò: quia aliquando fuerunt dati octo libræ pro redditu vnius libræ, scilicet circa tempora Hentici de Hoyta, & quorundam aliorum: & cum esset illud tunc consuetum, potuit fuisse non iniustũ precium. Nam si fuisset iniustum, prædicti doctores absoluto sermone improbassent emptionem pro tali precio factam, quod tamen non faciunt. Nam Hericus de Hoyta loquens de tali emptione in suo tractatu de contractibus, in dubio sexto dicit. si octo libræ sunt iustum precium, & rationabiliter taxatum & consuetum dari in patria, vbi fuit talis contractus pro redditu seu censu perpetuo cum adiectione conditionis reemendi: tunc talis contractus est de se licitus, secus quando octo libræ sunt precium non taliter minus iusto precio cõsueto dari pro tali redditu, & illud minus iusto dat emptor precisè propter adiectionem conditionis reemendi. & simili modo loquitur in dubio decimo & vndecimo. & sic ex modo loquendi suo patet, ꝙ non damnat absolutè tale precium, quod tacitè innuit tempore suo fuisse dari in Vienna, q̃is de redditu perpetuo irredimibili loquens commemoret emptores. xx. libras, vel vitra dedisse pro redditu vnius, vt patet in suo dubio. xj. Tertiò. Nam Ioannes de Gersona in tractatu suo, parte prima, confide. xx. approbat statutum, quo disponeretur, ꝙ nemo vendat censum annualem perpetuũ, quin possit redimi toties quoties, quo deniqueꝺisponeretur certum prẽcium, vt pro vno quindecim. Vnde dicit ibi, ꝙ hoc totum licet. Et in parte secunda innuit de facto sic per quoddã monasterium fuisse emptum quendam redimibilem redditum: dando tamen quartam partem vltra prædictum precij constitutum à legislatore. & hoc tantum, ꝙ illud sufficeret pro redditu irredimibili, puta. xx. pro vno. & sic innuit, ꝙ dederint plus q̃ iustũ & per consequens: tunc temporis potuissent pauciores. xx. fuisse iustum precium: quia, vt patebit in sequenti quæstione, redditus irredimibilis est maioris valoris, q̃ redimibilis. Præterea constat nonnullis ciuitatibus in hac nostra Alemania ex relatione seniorũ, & etiam ex instrumẽtis, ꝙ per centum annos ante pias tempus cõsuetum fuit dare xv. flor. pro redditu vnius flor. redimibili, immo aliquãdo contingit, ꝙ aliqua ciuitas super suis iuribus uendidit talem redditum pro tali precio non prouidendo sibi de pacto redemptionis. Præterea uidetur, ꝙ in Boemia aliquando fuerit emptus redditus etiam irredimibilis j. flor. pro x. & hoc patet intuẽti quosdam tractatulos, quorũ uterq; incipit, Titius cius. Pragensis, quorum unus damnat talem contractum alius saluat; nec tamen ille, qui damnat, fundat se super inconsueto precio, sed super aliis: & tamen auctor tractatuli illius mortuus nõ omisisset: si fuisset insolitum precium tunc temporis. Ad idem facit aliquo modo, quod dicit Bald. vt patebit infra argumento xiij. in responsione ad secundam auctoritatem Baldi. Nam dubitauit, ſ. c. esset precium proportionatum

natum redditui x flo. annuorum perpetuorum. Terminò principaliter probatur conclusio: quia in tractando iustum pretium recurrendum est ad communem cursum, quo solet res vendi & emi passim, & communiter à contrahentibus: ita ꝙ tunc censetur iustũ pretium, quando id datur, quod communiter consueuerunt homines dare, & quod communiter æstimatur æquiualens valori mercis, ita ꝙ passim talis merx tã ab illis, qui nõ sunt pressi necessitate habendi pecuniam q̃ ab aliis qui sunt pressi: & econtra erã passim communiter ab vtrisq; sic emitur, & de hoc patuit supra q. lvi. Modo mlis cursus & æstimatio potest variari, igitur etiam q̃tas precij iusti, manente iustitia precij potest variari. & per consequentis non idem oportet dari omni tempore.

Corollarium sequitur, ꝙ si quis habeat redditum vnius flo. emptum per suos prædecessores, & inueniat, ꝙ illi nõ emerũt eum pro xx. flo sicut nunc solent emi: sed pro precio aliq̃tulũ minori. vt pro xviij. vel xv. nõ est propter hoc præcisè & sine alia ratione accedere necessariam ad salutem animæ illius, ꝙ sine precio restituto consignaet illum redditum ipsi venditori, vel hæredi eius: aut ꝙ decetero percipiat annuatim minorem pensionem: puta solum tres quartas florni, & ꝙ ratione præteritarum pensionum perceptarum restituat tot quartas, quot annis percepit omni anno integrum flo. aut ꝙ ad percipiendam decetero integrum flor. oporteat eum venditori hipotheddere v. flo. patet à simili: q̃ quis haberet agrum, de quo constaret, ꝙ prædecessores sui emissent eum pro xv. flo. & nunc talis, vel consimilis bene valeret, vel venderemus pro xx. flor. & passim sic similes agri emerentur, & venderentur, nõ propter hoc præcisè esset indistinctè dicendum, ꝙ ille non esset tutus retinendo agrum, nisi aliquod prædictorum fecerit: quia stante ꝙ tunc temporis xv. fuerint iustum pretium agri illius, ita in proposito. Vnde in tali casu videtur sic consulendum. & ꝙ talis successor inquirat: si ne tempore emptionis per prædecessores fuerit consuetum tale precium dare, & tunc sit quietus in conscientia. Si autem non possit inuenire, an illud fuerit consuetum precij tunc temporis, nec apparent indicia debentia mouere ad præsumendum, ꝙ illud tunc non fuerit iustum precij, nec consuetum: sed nimis paruum, potest præsumere ꝙ fuerit tunc temporis æquũ & iustum: potest enim in tali casu præsumere de antecessoribus, ꝙ habuerint etiam conscientiam & timorem domini: & reuerũ fuerint Deum & homines: interim ꝙ non apparet indicia in contrarium. & sic iterum erit tutus. & ad hoc hoc potest duci illud Aug. in de fide & operibus & habetur. xxiiij. q. j. in c. si virgo. In iure prædicorum tamdiu quisq; bonæ fidei possessor rectissimè dicitur, q̃diu se possidere ignorat alienum. hæc ille. Quòd si conscientiam de illa suspitione non possit deponere, agat eo modo, quo debet ille agere, qui scienter emit redditum, vel aliam rem cum pro minus iusto precio. Nã talis debet supplere tam illud, in quo defecit pretium, q̃ etiam illud interesse, quod venditor, & hæres eius verisimiliter passus est ex carentia illius diminutionis precij non suppleti: & tunc emptor poterit retinere totaliter pensiones annuas perceptas. Alias stante prædicta conscientia si non supplet defectum precij & interesse, tenetur restituere tantum q̃tatem de pensionibus annuis, q̃ra fuit superexcrescens vltra q̃tatem proportionalem precio soluto: puta si emptor dedit xxx flo. pro reddit. ij. flo. eo tempore, quo consueuit fuit dare xl. & recepit omni anno ij. flo. debet de quo libet anno, quo percepit redditum (si non suppleuit postea precium & interesse modo dicto) restituere dimidium flo. cum hoc interesse, quod venditor ex non suppletione illius precij passus est.

Tertia conclusio. Emptio redditus perpetui facta cum pacto redẽptionis: & pro precio currenti, non depranatur per hoc, ꝙ ille redditus est constitutus in adeo copiosis, aut magnis bonis, ꝙ bona longè præstantiora sunt in importando quid annuum, q̃ sit ipsa annua pensio redditualis, ita ꝙ vix vnq̃, aut nunq̃ poterit casus, vel difforunitũ euenire, quin semper emptor sit tutus de habendo suam pensionem: pura precium nunc currens, & consuetum est. xx. flo. pro reddit. vnius flo. Hæc cõclusio ponitur contra quendam iurisperitum, qui cum videret se cogi ad admittendum aliquo modo emptionẽ redditus perpetui, factam cum pacto redemptionis, & hoc propter determinationem summorum Pontificum admisit tã aliquo modo: sed mox illam emptionem in casu huius conclusionis factam damnauit. Probatur igitur hæc conclusio sic. quia si per hoc depranaretur: aut hoc esset ratione illius, ꝙ merx empta: puta redditus esset præstantior, q̃ precium datum, aut ratione illius: quia emptor facit se nimis tutum de percipiendo annuam pensionem. Non primũ. quòd dupliciter patet. Primò: quia si dat precium currens mõ dicto: tunc dat in stum precium: ergo merx est sibi commensurata non excedens. Secundò: quia si merx excederet illud precium: maximè quia constituitur in bonis tã præstantibus modo dicto: sed hoc non arguit mercem illam (redditum esse præstantiorem: quia ille redditus non est illa bona sed tantum percipiendi partem, vel particulam fructuum illorum bonorum. ideo staret, illa bona in decuplo esse præstantiora ipso precio: & tamen ius percipiendi particulam fructuum eorum esse precise illius precij: & etiam contingit inuenire ius commensuratum illi precio, non obstante præstantia bonorum, in quibus fundatur. Non potest etiam secundum dici: quia non est illicitum aliquem velle esse tutũ de habendo illud, quod sibi debetur de iure. Modò emptori soluenti preciũ, debetur de iure merx empta: si est cõmensurata precio. igitur si velit non dare precium, nisi pro merce, de qua tutus sit, ꝙ sibi tradatur, non vult, nec agit quid illicitum. sicut etiam mutuanti debetur restitutio sortis, & de illo potest velle assecurari. Vnde & Tobias chirographum accepit à Gabelo, cui mutuauit x. talenta argenti: Tobiæ. iij. Licitũ est enim homini cauere sibi de damnis ex culpa vel dolo proximi sibi prouenire possibilibus. Vnde etiam Saluator discipulis dixit. estote prudentes sicut serpentes. Et Matth. cauete ab hominibus. Et euangelista de ipso dicit, ꝙ non credebat semetipsum eis. ipse enim sciebat quid esset in homine. Ioan. ij. Sed diceret aduersarius, ratio contra hoc secundum membrum adducta procedit, ꝙ licet sibi velle esse tutum de hoc, scilicet

licet quòd sibi assignetur merx: sed non probat, quòd liceat sibi pro tali precio velle assignari mercem cum tali circunstantia, quòd etiam contetur emptor esse tutus de annuo fructu illius mercis: ita quòd vix vnquàm, vel nunquàm poterit sibi deficere, quin habeat fructum de merce: puta redditus emptus est merx, & annua pensio est sicut fructus illius mercis. & emptor vult esse certus, quòd ipsa merx sibi assignetur, & cum hoc, quòd etiam annua pensio sibi infallibiliter de illa merce proueniat, quemadmodum si quis emendo agrum pro precio quod currit, & consueuit dari pro tali, vel consimili agro, uellet non tantum esse certus de agri traditione: sed etiam quòd omni anno haberet fructus illius agri, adeo quòd vix vnquàm, aut nunquàm posset emptori deficere fructus solitus de eo prouenire. Nam illa assecuratio facit mercem esse notabiliter, vel longè meliorem, quàm si illa non esset, & per consequens non erit emptio ipsa facta pro precio currenti licita. sic etiam in proposito. Et per hoc idem patet ad improbationem primi membri. Nam diceretur, quòd depranatur ratione illius, quòd merx sic qualificata & circunstantionata est longè, vel notabiliter melior precio currenti: quia illud non currit pro reddit. sic circunstantionato. Et quamuis præcisè per hoc, quòd fundatur in præstantioribus bonis, non efficiatur præstantior: tamen considerando, quòd per hoc consequenter efficitur emptor prædicto modo tutus: ideo redditus redditui præstantior precio. Ad hoc dicendum, quòd hic pendet nodus materiæ. Nam verum quidem est, quod si precium currens, & consuetum, non consueuit currere pro tali reddit u, scilicet cuius annua importantia sit tanta certitudine, quæ dicta est certificata: sed solum currat pro reddit u, cuius annua importantia est minus certa: tunc si illa maioritas certitudinis est notabilis: facit etiam redditum esse notabiliter meliorem, & etiam notabiliter grauiorem venditor in hoc, quòd cogitur tam præstantia bona omnia onerare: & obligationi ea subiicere, ideo etiam precium debet dari notabilius: ita quòd secundum quòd est ibi maior, uel minor certitudo vltra communem & consuetam certitudinem, & maior uel minor obligatio, uel subiectio quasi seruitutis illorum bonorum, altera quàm consuetum est: secundum hoc etiam precium debet crescere vltra consuetum. Nec excusaretur emptor, si in dando precium deficeret scienter: licet citra dimidium iusti precij deficeret, prout patuit in similibus supra quæst. lviij. conclusione quarta. Posset tamen esse adeo parua maioris vltra consuetam certitudinem, quòd etiam si detur solum precium consuetum, non censeretur esse precium nimis paruum, quin adhuc illud precium manerer intra latitudinem iusti precij: licet esset in gradu infimo illius latitudinis: & sic non redderetur emptio iniusta. & de illa latitudine patuit diffusius supra eadem quæstione, & etiam quæstione lviij.

Quarta conclusio. Emptio redditus perpetui facta cum pacto redemptionis, & pro precio currenti, non depranatur per hoc, quòd emptor cum tot cautelis & munimentis: puta cum cautionibus iuratoriis, fideiussoris, & pignoratitiis stallat, munit, & vestit suum contractum, quòd nix vnquàm ullo difforunio, aut nunquam poterit carere pensione annua sui redditus. Probatur sicut præcedens conclusio. Vnde & alia bona immobilia emendo & vendendo, licitum est nullare contractum eatenus sufficientibus: dummodo detur iustum precium. & si euaderetur probatio vt ibidem, tunc respondendum est, vt ibidem.

Corollarium. Si ille, contra quem illæ duæ conclusiones sunt positæ, fuisset motus præcisè ex prædicto motiuo facto in euasione, habuisset sua opinio apparentiam: sed quia ex aliis videtur motus fuisse & interfuisse, quæ non procedunt. ideo non valet. Prima pars corollarij patet ex dictis. Secunda pars probatur septem rationibus. Prima ratio quia cum ja argumentis post oppositum, seu ad partem negatiuam arguisset quatuor argumentis contra emptionem redditus perpetui factam cum pacto redemptionis. ipse positus in corpore ponendo prædictam opinionem suam dicit, quòd emptio facta cum prædicta certitudine non valet iuribus & auctoritatibus allegatis ad partem negatiuam quæstionis. Modo in illis argumentis adducit tales probationes pro illa opinione sua, quæ si concluderent, æquè improbarent prædictam emptionem factam sine talibus cautelis ac certitudine, & ita etiam improbarent illam, quam Martinus quintus & Calixtus approbauerũt: quam tamen ipse admittere fuit coactus, & admisit di ꝙ vbi pro 100. flo posset emi prædium, uel alia res, quæ annuatim verisimiliter valeret importare. v. flo. ibi ex huiusmodi prædio, vel re, posset emi census. v. flo. taliter quidem, ꝙ destructa huiusmodi re, vel forti effecta non posset quouis modo peti census, nec repeti principale. Assumptum autem nostrum patet. Nam arguit primò sic. Dare pecuniam, vt plus forte recipiatur, est vsura. & sic fit hic. Secunda: quia emptio vitaliũ excusatur ratione dubij, in hac autem emptione non est dubium. Tertia. pecunia hic emitur, quæ non est emibilis. Quarta: quia ille contractus æquè introducit damna illa: & mala, quæ vsura introducit, scilicet quòd non intendunt homines agriculturæ, & præ cæteris patiuntur pauperes fame, & sic de aliis. Vnde ex illo apparet, quòd absolutè & indistinctè libenter condemnasset illam emptionem: sed quia non audebat contradicere determinationi Pontificum. ideo solum eam in quodam casu admisit. Vnde etiam cum fecisset argumenta prædicta post oppositum, seu ad partem negatiuam: statim subdit dicens. Hanc partem credo esse veram, cum limitatione tamen, quam inferius dabo. & sic simpliciter tenuit, emptionem illam illicitam: sed in casu prædicto esse licitam. scilicet cum pro certum posset emi prædium &c. & sic secundum eum regulariter esset illicitum, licet in uno casu falleret. Hoc aũt nõ est, nisi turpiter detruncare declarationem papalem. Quomodo autem prædicta argumenta, nec cõtra illam, nec contra aliam emptionem concludant, patuit supra, vbi illa fuerunt formata: licet ibidem fuerint formata solum in simili: quia solutio primi habetur quæst. lxxij. in solutione primi argumenti. solutio secundi habetur qõ. lxxij. in solutione octa-

ui argumenti, contra primam conclusionem facit. Solutio tertij habetur quæstio. lxxix. conclusione tertia. Solutio quarti habetur in fine quæstionis lxxix. in solutione primi argumenti. Secundò principaliter deficit: quia dicit, quòd nullum dubium potest esse, quin ibi ex proposito fit deceptio sine comparatione, nedum citra: sed ultra dimidium iusti precij, scilicet dando viginti, pro redditu vnius habente prædictam certitudinem. Modo dato, quòd verum esset, quòd viginti, essent precium minus, quàm sit mera in casu posito in fine conclusionis tertiæ: tamē non esset in tanto minus, quòd esset vltra dimidium iusti precij: vt satis omnibus patere potest. Nam pro illa certitudine nemo compos rationis daret vltra viginti, adhuc octo, vel decem. immo forte nec tres, vel quatuor. Tertiò principaliter deficit. quia idem obiiciendo contra se: ex eo quòd viginti dicuntur esse iustum precium pro uno anno per glo. in auctentica supra allegata. Respondendum, quòd glo. & iura in ea allegata loquuntur in emphyteusi, & vbi res locatur pro censu proportionabili, secus vbi emitur census perpetuus cum certitudine infallibili. Modo in hoc deficit. quia glo. etiam loquitur in emptione, quæ est contractus distinctus à contractu emphyteutico & à locatione. Secundò: quia ratione emphyteuticus licitus est pro tali precio: si emphyteuta poterit habere annuatim fructus in valore vnius floren. prædicto modo. eadem ratione etiam emptio consimilis redditus est licita pro tali, tenet consequentia ex deductis supra in præcedentibus quæstionibus. Quartò principaliter deficit: quia idem iterum obiiciendo contra se, eo quòd xx. flor. sunt vsitatum precium. Respondet, quòd ille vsus emanauit ex necessitate pauperum, qui etiam ad magis grauia compelli possunt. Nam si admitterentur, palam reciperent ad vsuras etiam grauissimas. alioquin enim cessante, scilicet necessitate nullus prudens pro 100. flor. perpetuò infallibiliter se, & suos, atque sua adstringeret ad quinque annuos flor. Modo sic dicendo deficit. Quia etiam illa emptio, quam ipse admittit quò ad multas personas & casus ex necessitate pauperum emanauit. Secundò: quia quamuis inde emanauerit partim: tamen etiam non pauperes faciunt talem contractum, & passim ram à pauperibus constituitur redditus unius pro viginti super bonis: quamuis me lateat, quando constituitur cum prædicta certificatione, an etiam non pauperes vendant pro viginti tantum: hoc enim pendet ex facto. Quòd si non sit hoc in consuetudine: fateor in tali casu non sufficere viginti, tanquàm precium iustum. Quintò deficit. quia arguit iterum sex argumentis contra prædictam emptionem. Primò: quia illo modo pecunia contra naturam parit pecuniam. Secundò causæ prohibitionis vsuræ æquè habent locum in tali emptione. Tertiò: quia ex auaritia oritur, vel econtra, ex eo oritur auaritia. Quartò: quia per illam extinguitur charitas ad proximos. Quintò: quia emitur pecunia, quæ non est emibilis. Sextò: quia emptor in re est verus mutuator, & venditor mutuatarius & pignorator. Modo illa argumenta æquè possunt applicari illi emptioni, quam ipse propter determinationem Pontificam coactus fuit approbare. Et inualiditas illorum argumentorum & rationabilis solutio eorum patet ex dictis: puta solutio primi patet ex dictis quæstio. lxxv. solutio secundi & quarti ex solutione primi & secundi argumenti contra conclusionem primam, in quæst. lxxix. solutio tertij patet: quia ille contractus cum de se sit licitus, nec generat auaritiam, nec oritur ex ea. licet auari aliquando ea abutantur. solutio quinti conclusione tertia, quæstio. lxxix. solutio sexti ex tertia probatione conclusionis primæ, quæstionis lxxxj. & quòd tandem ad hoc profilit, quòd dicit, quòd expediat habere fœneratores, patet esse falsum, ex dictis in quæstio. xlviij. Sextò principaliter deficit: quia supponit falsum, scilicet, quòd fiat emptio illa aliquando cum tali cautela, quòd nunquàm eis contingere possit defectus annuæ pensionis: quia tunc fieret cum tali cautela, quòd etiam si pereant ipsa bona, uel prædia, in quibus est constitutus redditus, adhuc debeat emptori solui annua pensio. Hoc autem non fit: quia pereuntibus illis bonis non est, in quo fundetur ille redditus, nisi in personis alicuius communitatis, seu in ipsa communitate fundaretur. Modo etiam illa communitas perire potest, & ea pereunte non est qui soluere teneatur. Septimò: quia eodem modo, quo ipse defensat & iustificat suum contractum ab argumentis factis ad partem negatiuam, & contra emptionem cum pacto redemptionis etiam potest defensari contractus, quem ipse damnat: dummodo xx. sint precium currens. Nam defensando contractum, quem ipse admisit, dicit, quòd in tali cōtractu non cadit vsura ex forma, nec etiam diffinitio vsuræ, neque poterit illa iudicari ex intentione: & hic censentur empti futuri fructus. Modo hæc omnia æquè possunt de emptione, quam ipse damnat, dici: supposito quòd precium ipsum sit consuetum pro redditu sic qualificato: immo etiam si sit in aliquato minus, adhuc possunt illa habere locum in eo: quamuis esset iniustitia precij. Præterea etiam deficit idem in hoc, quòd propter certitudinem lucri damnat illum contractum: & tamen Baldus, quem pro se allegat, tanquam etiam condemnantem huiusmodi emptionem ex illa causa expresè dicit, se non damnare eam propter certitudinem lucri: sed propter excessum modi: puta si est nimis magnum lucrum. De aliis defectibus etiam huius doctoris patebit in 3ij. argumento infra in fine huius quæstionis ponendo.

Quinta conclusio. Emptio redditus perpetui facta cum pacto redemptionis nō depranatur per hoc, quòd emens est in spe, quòd uenditor statim redimat. Probatur dupliciter. Primò: quia quòd emptor sperat redemptionem, & q emptor sperat q citò offerat se casus, quod reuendat, equiualent quòd ad hoc, q si unum illorum depranet emptionem: et reliquum depranabit eam. & si vnum non: nec reliquū. Modo secundū non depranat eam, igitur nec primū. Maior nota. Minor probatur: quia in aliis bonis immobilibus & etiā mobilibus non depranatur emptio per hoc, q emens sperat cito se posse illam rem rendere, vel se reuenditurum fore, alias omnis negociatio propriè dicta esset de per se dānata: quia de illius per se ratione est, quòd res ematur, ut reuendatur etiam ad lu-

ad luerum. ergo etiam sic est hic. tenet consequentia: quia etiam redditus inter bona immobilia computatur. Secundò: quia maximè ideo depranatur: quia emendo intenderet fructus medij temporis percipere de re sua empta: non obstante, quòd intendat eam uenditori, uel alteri reuendere & rehabere pecuniam suam. Tertium, quòd non habet apparentiam, quòd dicit, quòd intentio usuraria tollatur per hoc, quòd emens simpliciter mallet emere sine cōditione redimendi &c. vt ipse ibidem dicit. Nam dare facultatem redimendi uenditori est ei impartiri gratiam: vt patuit ex bulla Martini, & ex secunda ratione primæ conclusionis huius quæstionis. igitur eius oppositum est non impartiri gratiam. Modo uidetur, quòd mens usuraria potius locum habet in nolente impartiri gratiam quàm in uolente. Quarum est, quòd etiam Ioannes de Gersone uidetur minus bene sensisse, & forte sensit minus bene: quia idem in sua subscriptione post Petrum prædictum dicit sic. Ego Ioannes &c. idem tenco. Vnde si ly idem, referat totam sententiam Petri: patet propositum. secus si tantum referat approbationem contractus in se: & non conditionem adiectam. ideo dixi, videtur, & forte: quia idem Gerson in suo tractatu de contractibus, vbi iustificat emptionem factam cum pacto redimendi, nullibi facit mentionem de illa conditione tanquàm requisita, quam non uideretur omisisse, si necessariò requireretur. Quintum, quòd etiam minus bene sensit quidam Guilelmus, non qui fuit glossator Raymundi: sed quidam alius, cuius opinionem recitat Antonianus parte ij. tit j. cap. viij. §. xiij. Vnde ille Guilelmus uoluit, quòd etiam quando tali de causa emereretur, puta: quia certum esset, quòd redimeretur: tunc saperet naturam vsuræ. Et idem sensit Pet. de Aleaco: vt patuit, sed hoc non potest stare: quia vsura non nisi in mutuo reperitur: emptor autem ibi non potest esse mutuator, etiam implicitus: quia pecuniam datam non potest reperere, licet oblatam possit recipere, & sic etiam pro certo recepturus. Irreuocabilimus autem pecuniæ est contra substantiam mutui, nec probabilis certitudo recuperationis pecuniæ obstat: quia idem potest contingere in emptione negociatorum. Non solum ergo prædicta emptio vbi non speratur, venditorem redemptiurum redditum, non est illicita, uel necessariò cauenda, uel dubitandum, quin sit licita. & hoc contra Antonium ibidem, qui etiam in illo casu tripidauit: vbi tamen prædictus Guilelmus non trepidauit asserens eam licitam: sed etiam in casu, quo speraret, quòd cito redimeretur, non est dubitandum: quin ex hoc non deprauetur: sed maneat nihilominus licita de se, quamuis ex circunstantia deprauari posset: vt etiam in hac cōclusione tactum est in uersiculo, dicitur notanter primò.

Sexta conclusio. Emptio redditus perpetui facta cum pacto redemptionis non deprauatur per hoc q emens est persona ecclesiastica, uel religiosa. Hæc ponitur contra duos doctores. Primò contra inspersitum illum, contra quem fuerunt positæ tertia & quarta conclusiones. Nam ideo dicit, q dato q talis contractus posset defendi de iure nalidus: tamen non deceret uiros bonos, præsertim ecclesiasticos

& religiosos. Secundò contra magistrum Iacobum Erdfordensem ordinis Carthusiensis sacræ Theologiæ professorem. Primus allegat ad hoc Paulum de Castro, qui prædictos contractus in certo casu desendens cõtinetur: nihilominus vt religiosi (etiam si perpetuus sit redditus) & eis inuitis redimi non possit ad tenorem contractus non solum permittere: sed etiam instare debeant: vt fiat redempuo: quia dicit etiam si defendi possint tales contractus, tamen male sonant. & hoc habetur in suo consilio xix. Secundò allegat pro se Innocentium, qui cõsuluit Christifidelibus: vt ab huiusmodi contractibus, præsertim super censibus de nouo constitutis, desistant. Tertiò probat: quia illi contractus uoluntariè initi displicuerunt Saliceto in auctentica, ad hæc C. de vsuris. & Ludouico Romano, & Paulo de Castro in l. si tibi. ff. de pact. & Calderino in cap. nauiganti. de vsuris. & reprobantur huiusmodi contractus per iura & rationes per doctores in locis prælegatis. Ex illa displicentia & reprobatione infert, quòd illi contractus non decent bonos, præsertim ecclesiasticos, qui positi sunt tanquàm signum ad sagittam: & non solum à malo, sed ab omni specie mali abstinere debent. Secundus etiam doctor in sententia duo dicit. Primò, quòd quamuis prædicti contractus modificati & qualificati debito modo non possint iure reprehendi: consultius tamen agerent, si ab eis abstinerent: nisi grauis necessitate ad hoc eos compellente. & idem dicit de uitalitijs. Secundò dicit, quòd consultius agerent, si victum quærerent de labore manuum suarum, aut propriorum agrorum cultura, aut de animalium nutrimentis. & potest sententia eius reduci ad sex probationes applicabiles ad primum dictum. Prima est: quia eorum conuersio & vita excellentior debet esse & cæteris in exemplum. Modo exercendo prædictos contractus non est uita eorum excellentior: sed par laicis, qui etiam eos exercent, & perfectius esset abstinere ab eis, quàm eos exercere. Secundò: quia cæteri occasionabuntur ad illos exercendos, etiam cum abusu eorum, modo ab occasione mali abstinere debent. Tertiò: quia dedecus est imitari abusores. Modo clerici illos contractus faciendo imitantur alios exercentes eos cum abusu. Quartò: quia ab omni specie mali abstinere debent clerici &c. vt prius. Quintò: quia oportet prælatos ecclesiasticos & religiosos honestè ambulare ad eos, qui foris sunt: vt is, qui ex aduerso est, vereatur: nihil habens dicere de eis j. ad Thess. iiij. & ad Titum. ij. Sextò: quia non legimus in uitis patrum, aut collationibus patrum, aut historiis patriarcharum & prophetarum, viros famosæ sanctitatis & celebres opinione talibus censibus inhesisse. Secundum probat sic: quia animalia, & frumenta, & huiusmodi sunt diuitiæ naturales, & illæ sunt irreprehensibiles. igitur de talibus uiuere est irreprehensibile. igitur consultius. Secundò: quia de talibus uixerunt prophetæ & patriarchæ, & Apostoli de labore manuum uixerunt. Et si obiciatur, quòd omittendo illos contractus, contingeret eos penuriam pati. Respondet non esse eis diffidendum de sufficienti procuratione uictualium diuina sponsione eos alleuante, cum ait. Primum quærite regnum Dei &c. Si enim amore Dei ab illicitis abstinerent, Deus omnem inopiam suppleret: sed minus de Deo confidentes extraordinarios modos utendi quærunt. ideo iusto iudicio, quod ipsi ad locupletiorem usum deputant: hoc eis nescientibus dispensatur ad defectum: sicut scriptum est. Qui plus colligit, non abundauit: & qui minus, non minorauit. Sed illis non obstantibus probatur prædicta conclusio contra sententiam vtriusque: pro quanto eorum sententia præiudicaret conclusioni iam positæ: aut pro quanto eorum sententia percuteret conscientias infirmorum, periclitando illos, qui de facto habent tales redditus. Primò sic: quia Martinus Papa quintus approbauit emptionem prædictam: etiam ab ecclesiasticis, & monasteriis factam. igitur est licita. Secundò sic: quia idem fecit Calixtus Papa tertius. Tertiò: quia aliquibus personis licitum est de illis uiuere, & magis uidetur, quòd clericis & ecclesiasticis illud liceat & expediat: vt probatum est supra q. lxxiij. Ideo si ille contractus aliquibus licet: vt emant redditus sibi, hoc non minus clericis conueniet, quàm laicis: sed magis. Quartò: quia contractus est de se licitus: vt patuit, & non inuenitur aliqua lege prohibitum, quòd talis persona non eum agat. & ita ex circunstantia quis, depraueturi: quia licet clericis sit negociatio propriè dicta interdicta: vt supra quæstio. iij. non tamen emptio bonorum immobilium in sitem: vt inde sustententur in seruitio diuino, & præsertim eorum bonorum emptio, quibus expeditius Deo seruiant: puta ubi non distrahuntur à diuinis per temporales solicitudines, & curas rurales. Quintò: quia si contractus ille de se existens licitus, fieret eis illicitus: hoc maximè esset per accidens, scilicet propter varietatem opinionum de eo, an liceat, uel non. Modo hoc non arguit: quia cum altera illarum sit vera: & præsertim nuncilla, quam exprimit conclusio nostra, sit determinata auctoritate apostolica etiam quòd ad ecclesiasticos, sequitur potius & magis, quòd licitè & decenter eum faciat, quàm quòd illicitè & indecenter. Nam si ecclesiasticorum est prædicare doctrinam veritatis: & eos, qui contradicunt arguere. puta qui cæteros uellent tanquàm vsurarios condemnare propter illum contractum: tunc licebit clericis, cum actus non sit in se illicitus: nec etiam clericis illicitus, etiam opere id docere: quoniam plus docent facta, quàm uerba. Et ualde tenentur prælati ad hoc, q̃ non percutiant cõscientias infirmorum, nec dent occasionem scrupuli infirmis fratribus suo exemplo, scilicet credendi aliquid illicitum: quod tamen esset licitum. Vnde si hodie oriretur dubium, licitum esset comedere carnes suillas, prælati nõ modo hoc verbo docere deberent: immo et exemplo possent: vt extirparet huiusmodi errorem & scrupulum in infirmis. Et si dicas, quãnis eis liceat, & id possint docere verbo & opere: tamen exquo cæteri, quibus nõ licet: puta, qui de laboribus manuum suarum uiuere debent: sument inde occasionem similia faciendi. cessandum est etiam clericis ab illo, ne scandalizent alios; sicut abstinendum est ab esu idoloticorũ: si inde cæteri scandalizantur: vt patet j. Cor. viij. Respondetur, si hi, quibus non licet, sunt informati, quòd eis non licet: & nihilominus faciũt allegantes clericos facere: tales scanda-

scandalizantur non ex opere clericorum: sed ex propria malitia, quod scandalum est pharisaicum, & nõ est curandum, sicut nec curaretur, si laici uellent celebrare missas exemplo clericorum: si autem non sunt informati: fateor, vbi illud scandalum ex ignorantia illorum, & exemplo clericorum ueniret: esset illud præueniendum per præuiam informationem, qua facta, postea excusantur clerici. ante autem non excusarentur: quoniam etiam à scandalo infirmorum & ignorantium est cauendum. Neque aliter motiua opinionis oppositæ valent. Ad primum namque dicendum, quòd auctoritas Pauli non cogit nos, nec sua sententia procedit: vt inde per rationes iam tactas, adeo quòd si sint redempti redditus, dicendum est, quòd eis expedit rursum emere, nec malè sonant illi contractus debito modo uestiti. & si in errantium cordibus olim malè souuerint, uel hodie malè sonẽt: potius est ille error extirpandus, quàm fouendus trepitando timore, vbi non est timor, & laqueum iniiciendo animabus, & duriorem faciendo uiam, quàm in re sit, & damnando innocentem, atq; dicendo id, quod bonum est malum esse, vtrisque enim impreca tur propheta vhe dicens. Vch his, qui dicũt bonum malum, & malum bonum. Esa. v. Vtinam enim de illis, quæ clarè constat esse damnata, incuteremus proximis timorem, & ea timeremus. Ad secundum dicendum, negando, quòd Innocen. consuluerit prædicto modo: vt ipse allegat: quia allegando dicit, præsertim tenetur, modo ly præsertim, denotat, quòd Inn. consuluerit tam redditus de nouo, quàm ab olim cõstitutos non emere: quamuis magis nouos. modo nõ consulut olim constitutos non emere: sed tantum hoc dicit de nouis: prout de hoc diffusius patuit q̃. lxxix. & lxxx. Et denique si etiam de utrisq; dixisset, non procedit sua auctoritas primò: quia consilium non sequi, non est quid peraitiosum. Secundò: quia plus est curanda Martini & Calixti Pontificum iudicialis declaratio, quàm ipsius Innocentij magistralis determinatio: quoniam etiam ipse licet Papa fuerit, noluit sua scripta super decretalibus habere auctoritatem, nisi magistralem. Ad tertium dicendum: si vere allegat prædictos doctores ipse nouit, nec tamen eorum auctoritas nos cogit. Vnde nec glossæ, nec doctores fundamentaliter allegãti in disputationibus maximè problematicis: vt vult glo. in l. fed non licet. ff. de officio præsidis. Ad consequentiam tertiæ probationis ad primam probationem consequentiæ dicendum, q̃ consequentia uleret, quando contractus in antecedente esset includens malitiam, uel dubium de malitia: non habita informatione præuia infirmorum inde scandalizabilium. Præterea ad secundam probationem consequentiæ, scilicet ab omni specie mali &c. dicẽdum, quòd illud etiam respicit laicos: quia licet iura illud applicent clericis: non tamen excludunt laicos, quos Apostolus (cuius sunt illa uerba. j. Thessal. v.) etiam inclusos esse uoluit. De hoc etiam aliquid est tactum supra q. lxxxj. conclusione iij. in fi. Ad dicta alterius doctoris dicendum, quòd si per cõsultius non uelit insinuare probabile, uel æquilibre periculum peccati subesse in faciendo illos contractus: sed tantum uelit, quòd utrobique sit securitas sufficiens ad exclusionem peccati: quamuis maior sit in omissione, quàm in actione eorum; non est eius sententia contra conclusionem nostram: sic inquam consultius est seruare præcepta & consilia, quàm tantum præcepta. Si autem prætendat subesse periculum aliquod probabile, uel æquilibre peccati: tunc ad primam probationem primi dicti dicendum, quòd non est necessarium ad uitandum periculum peccati, quòd in cunctis excellentioribus se exerceat is, cuius uita debet esse excellentior aliis: sed sufficit quòd in multis, & sic illa excellẽtia potest in aliis, à quibus abstinent ecclesiastici conseruari: vtputa abstinendo à matrimonio, à negociis secularibus, & sic de aliis multis. Vnde si concluderet, æquè probaret, quòd deberent à uino & carnibus abstinere: quia etiam in hoc eorum uita esset excellentior aliis, quæ quò ad illa, si non abstineant, eis parisicabuntur. Secundò dicendum, quòd multa sunt excellentia, quæ agere est consilium tantum & non præceptum. Modo non agendo quæ consilij sunt: non est periculum peccati. Tertiò, quòd stat aliquid esse licitum ecclesiastico, cuius oppositum est nõ modo licitum laico: sed immo debitum: vt non laborare corporaliter ad se nutriendum: vt quietius intendere possit melioribus: & tamen laicus, qui non potest melioribus intendere, debet corporaliter laborare. ita in proposito, non congruit passim laicos uiuere de reddibus: & tamẽ licitum erit clericis, prout patuit q. lxxiij. Ad secundum dicendum, quòd si abutuntur aliqui ad hoc nõ occasionantur nisi occasione accepta & non data. ideo nihil imputari debet ipsis ecclesiasticis. Si autẽ licitè utuntur, iterum nihil debet eis imputari. Ad tertium, quòd non imitantur abusores, sed licitè contrahentes, quando contractus est modificatus debitis circunstantiis. Vnde si probaret, concluderet etiã, q̃ non deberet uinum bibere: quia multi eo abutuntur. Ad quartum patet solutio respondendo ad motiua præcedentis doctoris. Ad quintum, q̃ contrahendo contractu licito, nõ inhonestè ambulant, nec qui foris sunt, possunt quid inhonestum de eis dicere. Ad sextum dicendum, q̃ locus ab auctoritate negatiuè non tenet. Secundò: quia lenitæ veteris testamenti uixerunt de redditibus: quia de decimis, quæ sunt redditus prædiales, quos eis (vt quietius diuinis vacare possent) etiam Deus met assignauit, quare igitur non posset laicus alicui ecclesiastico etiam redditus comparare, aut clericus sibi, ad similiter diuinis vacandum quietius. Nec obstat, quòd irredimibiliter fuerunt eis assignati: quia redimibiliter assignare est, emptorẽ facere gratiam ipsi, à quo emit. ergo non detrahat per redemptionem concellam. Ad primum pto secundo dicto dicendum, q̃ non sequitur ille modus viuendi est irreprehensibilis. igitur alius est reprehensibilis: quia etiam alius potest esse irreprehensibilis: sic est hic. Et dato quòd esset minus irreprehensibilis: non sequitur tamen, ergo est reprehensibilis. licut non sequitur. ille homo est minus sanctus alio. igitur habet aliquid iniquitatis: non sit enim remissio per admixtionem contrarij. Ad secundum dicendum, quòd probat licum esse uiuere de talibus: sed non sequitur. igitur non de illis: sed aliter viuere est illicitum, Præterea antiqui uixerunt de redditibus: vt patuit,

& stat, quòd consultus, ideſt magis conferens eſt ad quietem contemplationis non vacare ruri & culturæ quæ diſtrahunt, quàm oppoſitum. In ſolutione obiectionis fateor, quòd non ideo eſt cõtrahendum illis contractibus: quia timendum ſit, quòd deficerent eis neceſſaria, ſed ſæpe non ita quietè & perfectè poſſent intendere diuinis: ſicut uinendo de redditibus: nec tamen eſt ad propoſitum, cum dicit, ſi enim ab illicitis &c. quia ille contractus non eſt illicitus. Quòd uerò dicit, quòd ipſi ad locupletiorem uſum &c. concedendum eſt. Nam non ſunt emendi ad congregandum diuitias. Vnde ſi etiam prædia emerent ad huiuſmodi finem, mererentur diminutionem, ſed ad expeditius, & utilius pro repub. intendendum ſpiritualibus, debent reſpicere in emendo.

Septima concluſio. Emptio redditus perpetui redimibilis non depranatur per hoc, quòd facultas redemptionis ducitur in pactum inter contrahendum: & non conceditur poſt contractum initum: vt quidã ex modo loquendi uidentur uoluiſſe dicere. Probatur tripliciter. Primò: quia etiam ſi inter contrahendum fiat, adhuc eſt illa emptio approbata in bulla Martini, & Calixti ſupra allegata. Secundò: quia non eſt ratio diuerſitatis, cur liceat eam concedere poſt contractum & non inter contrahendum. Nam ex quo conceſſio illius facultatis eſt conceſſio gratiæ, æquè licebit illam concedere in contractu ſicut poſt. Tertiò: quia ſi quæ eſſet ratio diuerſitatis: maximè quia concedendo illam facultatem poſt contractum, iam non vult eo remiſſius ſibi uenditam eſſe mercẽ, eo quòd contractus nihilominus manet factus pro eodem precio ſicut prius: ſed quando inter contrahendum conceditur illa facultas, emptor vult prætextu illius gratiæ redditum ſibi uendi eo minori precio, quanti poteſt æſtimari illius facultatis conceſſio. Hoc autem videtur illicitum, quòd ratione illius cõceſſionis gratiæ velit eo minus dare. Sed hoc non obſtat: paret dupliciter. Primò: quia ſtat, quòd etiam eam in contrahendo concedens non minus uelit dare de precio, quàm ſi eam non concederet in contractu. Secundò: quia etiam ſi uelit eo minus dare, non ob peccabit. Nam redditus, uel alia merx minus ualet emptori, quãdo eſt ab eo repetibilis, quàm quando non eſt repetibilis, ideo etiam poteſt velle eo minus dare. & de hoc in ſequenti quæſtione. Et ſi arguas. ergo non impendet gratiam, ſi inter contrahendum concedendo facultatem, vult eo minus dare in precio. Dicendum concedendo, quòd tunc non eſt gratia, ſaltem ſi præcisè tantum vult defalcare in precio, quanti minus valet merx ratione illius repetibilitatis, vel quanti æſtimatur illa facultas. Nec tamen peccat non impendendo gratiam (ſicut non peccat qui non graris & ſine mercede alicui concedit equum: ſed pro mercede. licet ſi gratis concederet, eſſet commodatio & gratuitus contractus) niſi illam gratiam teneretur ei impendere propter neceſſitatem urgentem, quæ etiam tanta poſſet eſſe in quatuor caſibus; uel quinque, quòd illud precium non per modum precij, ſed per modum puri & gratuiti muneris deberet dare, de quibus caſibus patet ſupra quæſtio xix. Et ſi arguas, concedere gratiam pro tempore eſt illicitum. igitur ſi illa facultas eſt gratia, & vult eam pro aliquantulo ſibi defalcando in precio concedere, ſequitur, quòd peccabit concedens eam illo modo. Reſpondetur, gratia non capitur hic pro ſpirituali quodam: ſed pro temporali; quod eſſet gratia ſi gratis daretur. ſed cum non gratis daretur, non eſt gratia, ſicut panis, qui gratis datur pauperi, dicitur gratia hoc modo: ſed ſi ei uendatur, non ob hoc peccatur: niſi in eo eſſet tanta indigentia, quòd habens panem teneretur ei eum dono dare. Et ſi arguas per regulam iuris in ſexto, quod ob gratiam alicuius conceditur, non eſt in eius diſpendium retorquendum. Modo facultas redimendi concedit uenditori ob gratiam. igitur non eſt in eius diſpendium retorquendum. igitur non debet emptor velle, quòd uenditor eo minus recipiat in precio. Reſpondetur, diſpendium ſonat in malum & damnum. Modo ſi emptor non plus ei defalcari vult in precio, quàm ualeat illa facultas, & in quãto ſibi illa merx minus vtilis redditur: non damnificat uenditorem. Præterea in tali caſu non eſt gratia. vt patuit. igitur,

Octaua concluſio. Emptio redditus perpetui facta cum pacto redemptionis nõ depranatur per hoc præcisè, quòd emptor in illo pacto determinat tempus redemptionis, dummodo aliàs detur iuſtum precium. Antequàm autem probetur concluſio. Nota, quòd illa determinatio temporis poteſt contingere tripliciter. Primò, quòd emptor dicit, do tibi facultatem redimendi redditum: hoc tamen modo, quòd ſi infra annum, uel duos, uel huiuſmodi non redimas, poſtea ſit redditus irredimibilis. Secundò, quòd emptor dicat, do tibi facultatem redimendi redditum: hoc tamen modo, quòd non redimas, donec lapſum ſit tantum, uel tantum tempus, quo lapſo liberum ſit tibi poſtea redimere. & in illo ſecundo modo cõtraditur ſententiæ ſupradicti magiſtri ſacræ theologiæ Iacobi Erdforden. ordinis Carthuſien. Tertiò, quòd emptor dicat, do tibi facultatem redimendi ſemper de anno in annum, ita quòd emptor nelit habere ius fruendi eo per annum, & recepta penſione illius anni, ſi uenditor uelit redimere: hoc ſolum habeat locum pro ſequenti anno, & quòd prius debeat ei per certum tempus intimare ſe redempturum pro illo ſequẽti anno: vt ſic emptor ſit auiſatus tempore debito de reſignando mercem, & recipiendo ſuum precium: vt illud ad alia ſua commoda applicari queat. Probatur igitur concluſio, primò de primo modo tripliciter. Primò ſic: quia Leuitici xxv. Deus diſpoſuit in pacto redemptionis adiiciẽdam certis emptionibus talem determinationem temporis: vtputa ſi quis uendebat domum exiſtentem intra muros, poterat eam redimere primo anno. ſi autem eam nõ redimebat in primo anno, & ille eſſet euolutus: tunc non poterat illa domus redimi, ita q. eriã in iubileo non redibat ad uenditorem. Modo ſi de per ſe depranet talis determinatio temporis ipſam emptionẽ, Deus eam non diſpoſuiſſet adiiciendã. Secundò ſic: quia illa determinatio temporis facit, quòd conditio, uel qualitas illius redditus eſt mixta ex redimibilitate & irredimibilitate: quia ante ſecundum annum eſt redimibilis, poſtea autem irredimibilis. Cum igitur nec irredimibilitas redditus depranet redditum:

ſum: vt patuit q. lxxij. Nec etiam redimibilitas: vt in prima cõcluſione huius quæſtionis patuit. ſequitur, q. per prædictam determinationem, per quam nihil aliud fit, niſi q. redditus efficitur redimilis pro uno tempore, & pro alio irredimibilis, etiam non depranabitur. Confirmatur: quia ſi contingit attingi debitum precium pro ſimpliciter irredimibili, contingit etiam attingi iuſtum pro irredimibili poſt annum. & ſi pro redimibili omni tempore: tunc etiam pro redimibili primo anno. Et ſi dubitetur, ſi redimatur primo anno: nihilominus ipſa facultas conceſſa ad redimendum eſt æſtimabilis, quanti ſit valoris: & ſi illius valor pendeat ex effectu redemptionis, eo quòd dubium eſt, an de facto redimetur: tamen nihilominus poteſt ibi ſecundum hoc determinari æquum precij, prout in ſimili de vitalitio dictum eſt in ſolutione ſecundi argumenti facti contra ſecundam concluſionẽ in q. lxxxj. Secundus modus etiam probatur: quia licitè poteſt in pactum deduci illud, quod obuiat fraudi & iniquitati poſſibile euenire, dummodo aliàs detur iuſtum precium in contractu, ſed ſic eſt de prædicta determinatione temporis. Nam ſi in autumno emi redditum percipiendi certam partem fructuum prouenientium de agro tuo: data tibi facultate redimendi: & appropinquante meſſe, tu uelles redimere redditum: & ſic percipere fructus vineæ, vel agri redempti, iniquè mecum ageres. hoc autem præuenitur per hoc, quòd volo, quòd non redimas, niſi lapſo anno. Et ex hoc patet error cuiuſdam inſuperiti, dantis cauſam, quare non depranatur, quando datur facultas redimendi quandocunque placuerit, nel uſq; ad certum tempus: puta infra tres, uel quattor annos, & dicit: quia in tali caſu poteſt uenditor eſſe ſine ullo damno: recuperãdo rem ſuam ante omnem fructum perceptum ab emptore. Modo hoc dicendo, vult fugere charybdim, & incidit in ſcyllam. Vult enim prouidere, quòd nullo modo grauetur uenditor: & tamen in iuſtè grauabitur emptor: vt patet ex dictis. Poteſt tamen etiam contingere, quòd quis illo pacto abutatur in fraudem uſurarũ: & hoc accedente alia circunſtantia: puta modicitate precij: prout patebit in ſequenti quæſtione, concluſione ii. & iij. in circunſtantia tertia: ſed hoc eſt per accidens: quia ſi detur iuſtum precium, non depranabitur per illud pactum. Nec argumenta prædicti Iacobi ſententiæ contrarium valent. Arguit enim primò ſic: quia ibi uenditor grauaretur. Secundò: quia emens haberetur ſuſpectus de iniquitate uſuraria, per notata in c. ad noſtram. de empt. Tertia: quia de diuina lege eſt in Leuit. & Deut. in pluribus locis, quòd abſque omni temporis limitatione gaudere debet uenditor, q. poſſit recuperare, & intrare poſſeſſionem ſuam. Nã ad primum dicendum eſt, quòd ſi iuſtum precium interuenit, non grauatur uenditor: quia tunc illa irredimibilitas ante lapſum temporis præfixi: eſt ſuſpecta in taxa precij, & eo maius precium eſt datum: vt ſupponitur in concluſione noſtra. Igitur illud onus eſt ſibi ſolutum: quòd ſi iuſtum non interuenit: tunc non eſt contractus licitus, etiam ſi abſque omni temporis limitatione poteſt uenditor redimere. An autem ad iuſtum precium ſufficiat, quòd emptor non plus det pro merce, quando vult eam ad x. annos eſſe irredimibilem, & poſtea redimibilem, quàm ſi uellet eam eſſe redimibilem quocunq; anno. videtur q. nõ: quia firmius & pinguius ius habet in illa merce, & radicatius in primo caſu quàm in ſecundo. igitur etiam merx plus ualet ſic empta. Ad ſecundum dicẽdum, quòd ſi omens dat iuſtum precium in ſpecto eo, quòd vult mercem eſſe ſuam irredimibiliter ad tũ tum tempus: tunc non habetur ſuſpectus de iniquitate uſuraria: nec cap. ad noſtram &c. loquitur in caſu, vbi iuſtum precium eſt datum: ſed vbi iniuſtum datur, ſcilicet nimis modicum: tunc enim eſt contractus illicitus: ſicut & quilibet alius, & ſingulariter vltra illam iniuſtitiam etiam eſt ſuſpectus de vſuraria prauitate, ſi ſimul concurrant modicitas precij: & facultas redimendi, non niſi poſt certum tempus conceſſa uenditori, prout patebit in ſequẽti quæſtione concluſione tertia. Ad tertium dicendum quadrupliciter. Primò, quòd aſſumptum eſt falſum: vt patet ex allegatis in primo modo huius concluſionis. Secũdò: quia ex eadem probatione probaretur (ſi aſſumptum eſſet uerum) q. non liceret alicui hodie emere domum irredimibiliter: ſed ſolum cum pacto redimendi: quia ſic diſponebatur in le. ve. q. in emptione & uenditione debebat id interuenire. Tertiò dicendum, q. illa diſpoſitio fuit iudicialis, & ideo non obligamur in noua lege ad ſeruandum eam. quamuis ex hoc, q. in veteri lege licitè fuit ſeruata, arguatur ſecũdum multos, q. liceat nobis eam etiam in noua ſeruare, quamuis non oporteat eam ſeruari. Sed de illius probationis ualiditate patuit concluſione prima huius quæſtionis, in octaua probatione. Quartò: quia non eſt ueriſimile, q. etiam in veteri lege poterat uẽditor agri eum ſic indiſtincte omni tempore redimere, q. contingeret iniquè grauari & fraudari emptorem puta ſi uoluiſſet uenditor redimere agrum iam plenum frugibus: qui eum uendiderat precedenti tempore, quo erant collectæ fruges, & emptor coluiſſet & ſeminaſſet eum. Tertius modus etiam probatur: quia ſi hoc non liceret emptori ſibi pronidere de indemnitate, qua uia fraudis & doli eũ damnificari cõtingeret per uenditorem: vt patet per exemplum tactum in precedenti modo. In iſtis tamẽ omnibus modis oportet dari iuſtum precium: ſicut & dabile eſt. Nam quanto emptor maiorem dat facultatem redimendi, tanto redditus, uel alia merx eſt minus valens ipſi emptori: ideo tanto minus poteſt dare. & quanto minorem facultatem ei dat: tanto merx plus ualet emptori: & tanto pinguius ius habet in ea. ideo etiam mains precium debet dari. Oportet etiam, quòd nihil in fraudem excogitetur, quo melior ſit conditio unius, quàm alterius ex ipſa natura, uel ex per ſe circunſtantia contractus, & huiuſmodi. Vnde ideo notanter fuit dictum in concluſione, q. non præcisè propter illam temporis determinationẽ depranatur, ſcilicet quin illa determinatio fieri poſſit, & q. contractus maneat licitus.

Nona concluſio. Emptio redditus perpetui & redimibilis non depranatur per hoc, q. emptor nõ acquirit proprietatẽ, vel dãnum in illis bonis, uel rebus, in quibus fundatus, uel conſtitutus eſt ille redditus. Hæc concluſio ponitur propter aliquos, qui vãr voluiſſe, q. oporteat emptorẽ acquirere proprietatẽ il-

lorum bonorum & dominium. Probatur igitur cõclusio dupliciter. Primò sic: quia redditus in aliquibus bonis fundatus solum est ius percipiendi aliquã tam partem fructuum eorum. Igitur cum emptor tantum emit redditum in illis fundatum, sufficit sibi acquirere tantum proprietatem & dominium illius iuris. sed acquirere dominium illius iuris, non est acquirere dominium bonorum, in quibus constituitur illud ius: quia illud ius non est prædicta bona: quia prædicta bona sunt res corporales: sed illud ius & redditus est bonum incorporale. Nec etiam est ius percipiendi omnes fructus illorum bonorum: sed tantum percipiendi partem: quia nemo vendendo alicui redditum in aliquibus bonis fundatum, vẽdit ei ius percipiendi oẽs fructus. nec emptor emeret: quia vult, q̃ bona illa aliquid plus possint importare. Secundò: quia decima prædialis est redditus debitus ecclesiæ: & tamen ad hoc vt ecclesia habeat illum redditum & acquirat: non oportet, q̃ acquirat proprietatem prædiorum: quia proprietas manet apud laicos, quorũ sunt illa prædia. Et confirmatur retorquendo simile, qd prædicti dent dicentes, q̃ acquisitio reddituum sit similis acquisitioni, qua quis propriam vineam tradit alteri pro eo, & eius hæredibus eo pacto, q̃ ille & hæredes eius debeant sibi dare certam quantitatem vini. Ita hic acquirens redditum fundatum in bonis alicuius acquirat proprietatem illorum bonorum: dimittẽdo alteri possessionem ea lege, q̃ annuatim sibi det certum quid. hæc illi. Nam hoc simile est contra eos: quia dans alteri vineam suam non retinet illius vineæ proprietatem: immo transfert eã in illum alium: non minus, q̃ si illam vineam illi alteri daret pro alia vinea per modum permutationis, q̃uis in contractu emphiteutico illud haberet locum.

Decima conclusio. Non requiritur etiam ad emptionem prædictam: vt licita sit, q̃ emptor per corporalem apprehensionẽ apprehendat illam rem, in qua est talis redditus constitutus. Probatur quadrupliciter. Primò: quia talis non emit talem rem: vt patuit sed tantum ius percipiẽdi aliquos fructus eius, quod ius est incorporale: nec potest corporaliter apprehendi nec proprie possideri: sed solum quasi possideri, quia possessio est corporalis rei detentio corporis & animi, iuris adminiculo intercedente. vt supra q. xiij. Modò emptor non tenetur apprehendere corporalem possessionem rei, quæ non est empta per eũ, nec rei empræ: si non est possessibilis corporaliter. Secundò sic: quia non requiritur, quòd etiam redditus ipse tradatur ipsi emptori: immo redditus cum sit quoddam ius incorporale, transit in emptorem sine corporali traditione per venditorem: quamuis in emptione rei corporalis requiratur regulariter tradicio eiusdem, ergo nec requiritur, quòd emens apprehendat &c. tenet consequentia à maiori: quia magis videretur, quòd requireretur traditio rei empræ, quàm corporalis apprehensio rei non empræ. Antecedens pro prima parte patet in cap. querelam. de elec. & in cap. cum ecclesia. de causa possessionis & proprietatis, pro secunda parte patet per l. in traditionibus. ff. de pactis. & in l. fernum. C. de rei vendica. Tertiò probatur, prout in secunda probatione sequentis conclusionis. Quartò: quia aliquando redditus talis constituitur in pedagiis, & teloneis, & aliis iuribus, uel redditibus alicuius domini, vel ciuitatis. Modo tunc tam redditus, quàm id, in quo constituitur est incorporale: quia pedagium, & sic de aliis: non est nisi ius percipiendi aliquam pecuniam, uel aliam rem utilem à pertranseuntibus &c. Modo illud ius est æquè incorporale sicut redditus, igitur utrunq; est inapprehensibile corporaliter.

Vndecima conclusio. Non requiritur etiam ad emptionem prædictam, vt licita sit, quòd emptor sub propriis curis & periculis & expensis utatur illa possessione, probatur quadrupliciter. Primò: quia tunc requireretur, quòd emptor per emptionem redditus etiam fieret dominus illius possessionis: aliàs enim non apparet, quare oporteret eum sub propriis &c. Hoc enim spectat ad illum, cuius ut domini est illa possessio. Secundò probatur tam illa, quàm præcedens conclusio: quia ecclesia aliqua potest etiam per contractum emptionis, quantum est ex lege diuina & naturali: licitè acquirere ius decimarum prædialium alterius ecclesiæ, & etiam quantum est ex lege positiua cum licentia Papæ citra hoc, quòd acquires apprehendat prædia alterius, aut citra hoc, quòd sub propriis curis & periculis & expẽsis utatur illis prædiis: & tamen illud ius etiam est redditus quidam, igitur ad licitam emptionem redditus non requiritur &c. Tertiò sic: quia venditorem habere curam & pericula subire, atque expensas in colendo possessionem, & huiusmodi, est res æstimabilis precio, igitur emptor potest dare venditori precium condignum pro hoc: vt venditor ipse retento dominio prædij habeat omnem curam, pericula, & expensas, & sibi respondeat pro certa quantitate fructuum, uel ualoris eorum omni anno. igitur tunc non granabitur venditor: quia recepit id, quod est æquiualens tam fructibus annuis, quàm oneri curæ expensarum & periculorum. Quartò: quia contractus emphiteuticus non deprauatur per similia onera imposita emphyteutæ, qui subit curas, pericula, & expensas: & dominus eius est ab illis liber. & nihilominus cogitur ei annuatim soluere canonem taliter, quòd etiam nisi soluat, cadit à iure suo, & redit res ad dominum suum: quia hinc inde æquitate seruata. tale quid dicit dominus ipsi emphyteutæ, & talem canonem recipit, quòd non gratis subit emphyteuta prædicta onera. Ita etiam hic fieri potest: & cum hoc habet hic uenditor libertatem se ab illis oneribus exonerandi: quia potest redimere redditum. Hæ autem tres conclusiones precedentes ponuntur propter sequentem sententiam præfati magistri Iacobi: nam. idem cum dixisset, quòd emptio redditus, in qua conceditur facultas redemptionis uenditori absq; limitatione temporis: non possit humano iudicio passim iuridicè impugnare, subdit dicens. Securior tamen via est secundum Archidiaconum, quòd uolens emere censum talem sub illa forma, quòd per se apprehendat corporalem possessionem, ea qua tales sunt census constituti, & sub propriis curis, periculis & expẽsis quibuscunq; utatur rea possessione in lucro & dãno, vnde ille facit fructus suos usq; ad retolutionem contractus per uenditorem. pro eodem precio, & si addatur hoc pactum, siue conditio, q̃ venditor infra

fra decennium possit hanc possessionem retinere, ni si fiat in fraudem usurarum. Si verò emptor voluerit intrare possessionem, in qua census sunt constituti: sed venditor in ea manet tanq̃ conductor soluens emptori certum censum, hic emptor certior est in bursa de solutione pecuniæ: sed si in conscientia, ignoro. Primus verò, qui intrauit possessionem sub suis laboribus & periculis securior est in conscientia: sed non in bursa. hæc ille. Et subdit ibi causam illius secundi inter alia dicens: quia vendens die, nocteq; est in laboribus & solicitudinibus, ipso ẽptore quiescente &c. Sed hæc sententia, si prætendat, q̃ emptor nolens intrare possessionem, sed exonerans se à curis & expensis, sit in probabili, vel equiliberi periculo peccati mortalis sic emendo non est vera. immo talis est securus securitate opposita vtriq; periculorum: dummodo dederit iustum precium, & aliæ circunstantiæ seruentur: puta, q̃ emens sit talis persona, quã deceat vinere de redditibus, & in quiete corporali, quatenus laboribus spiritualibus, & aliis, quæ reipu. vtiliora sunt, intendant modo tacto in q. lxxiij. Et hoc modo etiam iustum est, vt si viuere de laboribus alterius, & de censibus constitutis in rebus alterius ab illo alio laboriosè cõseruandis & exercendis. Quia sicut ille secundus laborat corporaliter pro primo, & ei corporaliter subministrat. sic econtra primus pro secundo laborat spiritualiter, vel politicè ei subministrat. Nec est verum, q̃ olim nunq̃ sic vixerint homines de laboribus aliorum &c. Nam in vetestamento leuitæ de decimis, & sacerdotes de primitiis & oblationibus aliorum vixerunt, quas ipsi excoluerunt. Si autem prætendat, q̃ vterq; sit securus: licet secundus, qui met subit curas, sit securior: tunc q̃uis posset negari, eo q̃ ecclesiastica persona vtiliter deseruiens ecclesiæ, & viuens de redditibus, æque tuta poterit esse in illo modo vitandi, sicut rustica persona de laboribus corporalibus viuens. tamen dato q̃ esset verum, propter hoc non esset primus in periculo: sicut inter duos sanctos vnus est sanctior alio: nec tamen alter habet aliquid iniquitatis. Quod addit, q̃ primus emptor est in quiete, quando venditor est in labore non arguit: quia si emptor sit persona, cui congruit de redditibus viuere: tunc congruit & vtile est, cum esse in quiete corporali: qui tamen est in labore spuali, à quo venditor quiescit. Si enim illud argumentum aliquid concluderet: tunc omnes ecclesiastici essent in periculo, quando viuerent de decimis & aliis laboribus rusticorũ. Vnde emere censum primo modo posito à prædicto magistro: scilicet intrando possessionem sub propriis curis &c. non est emere formaliter censum: sed est emere ipsa bona & acquirere proprietatem illorum bonorum. & sic solum virtualiter emitur census: & de illo nunq̃ fuit dubium: quin liceret sic emere censum.

Duodecima conclusio. Emptio redditus perpetui redimibilis non deprauatur per hoc præcise, q̃ emptor vult etiam eo anno habere pensionem censualem, quo prædia, vel alia bona, in quibus est ille redditus constitutus, nihil important, etiam si illa non important, sine culpa venditoris proueniat. Dummodo illa non importantia non sit nisi temporalis & particularis & nõ vniuersalis & perpetua: & dummodo aliàs detur iustum precium: vtputa, emit quis redditum vnius modij tritici de agro suo pro condigno precio, obligans se ad dandum sibi omni anno modium, etiam si ex aliquo casu fortuito per grandinem, aut aliam inclementiam aeris, aut hostiles incursus ille ager aliquo anno nihil importaret. Probatur quadrupliciter. Primò: quia nisi sic: maximè quia venditor nimis grauaretur, eo q̃ etiam illo anno, quo met nihil habet de agro, cogitur quid dare. sed hoc non habet locum: quia si est iustum precium datum: tunc consideratio fuit habita in taxa precij ad illum casum euenibilem, in quo emptor voluit onerare venditorem. & ideo si est taxatum iustum precium: est eo maius precium taxatum: quatenus illius oneris sufferentia sit soluta precio, eo quòd illa est æstimabilis precio. igitur nõ poterit conqueri de illo onere, cum pro illo receperit condignum precium: si autem non est condignum precium datum, habita cõsideratione ad illum casum euenibilem: tunc licet deprauetur emptio, non tamen propter obligationẽ venditoris in tali casu: sed propter sufficientiam precij dati. & idem posset contigisse, si non eum obligasset in tali casu ad dandũ ei pensionem annuam. Ideo notanter in conclusione dictum est præcisè. Vnde tanto plus debet dare emptor in precio, quanto pluries tales accidentales casus sterilitatis, aut deusstationis nati sunt euenire, habita consideratione ad conditiones regionis: puta ad aeris inclementiam, vel hostiles incursus, & huiusmodi. Secundò sic: quia contingit, quòd in emendo emptor est contentus de tanto leuiori pensione, quam vult sibi illis annis, quibus nullum accidit differtunium dare, quatenus ex aliis annis, quibus accideret differtunium, posset venditor sine damno sibi etiam dare pensionem, ita quòd eam quantitatem, in qua minus dat aliis annis, suppleat illo anno, quo accidit differtunium. & sic venditor maiorem pensionem non dabit: quàm si solum illis annis, quibus nullum differtunium accidit, solvere teneretur: fieret enim compensatio hinc inde. Tertiò sic: quia communiter tertio anno agri vacant in nostra terra: cultura & fructificatione: sicut & in veteri testamento, terra septimo anno sabbarizabat: vt dicitur Leuit. xxv. sicut etiã sanctus vir Iob. xxxj. designabat se non nimis cõtinue coluisse agros suos, dicens. Si aduersum me terra mea clamat, & cum ipsa sulci eius deflent. & ideo si precisè prædicta circunstantia deprauaret emptionem: tunc numq̃ esset licita emptio redditus fundati in agro: nisi ipse venditor esset liber quolibet tertio anno à pensione: quod tamen est damnare innumeras, vel omnes emptiones reddituum frugum nostri temporis & regionis. Quartò sic. conductor alicuius agri nihilominus tenetur soluere censum domino agri, etiam eo anno, quo accidat sterilitas: dummodo non sit tanta sterilitas, quòd dici possit, quòd conductor magnum incommodum patiatur illo anno. Dicitur autem magnum incommodum: quando conductor vix recolligit tertiam partem eius, quod solitus fuit, vel debebat percipere. vel (vt alij dicunt) dum conductor posset conseri læsus vltra dimidium iusti precij, de quo vide Panor. in c. propter. extra, de locato & conducto. Ergo ad minus idem poterit habere locum in emptore redditus:

redditus: immo longè magis, adeo quòd etiam si nihil pro aliquo anno percipiat: teneatur nihilominus soluere pensionem, & hoc tanto magis quanto hoc in contractu emptionis est specialius inspectum in taxando precium, & in attenuando pensionem annuam: quàm in contractu locationis, vbi ex iuris cõmunis dispositione permittitur illud pendere: nec eo magis tenuis pensio imposita est colono, quatenus anno sterilitatis accidentalis possit soluere pensionem. Quintò sic: quia emphyteuta non liberatur à pensione annua soluenda domino suo propter aliquam sterilitatem accidentalem, cuiũ si dominio nihil habeat illo anno adeo, quòd nisi res tota pereat: nõ liberatur etiam à parte pensionis. licet secus sit in colono, cuius diuersitatis est vna ratio: quia emphyteuta tenetur soluit longè minus quàm colonus: vt sic possit soluere omni anno. Modo hoc idem potest considerari in emptore, qui ideo eo minorem pensionem aliis annis recipit, si iustum precium dedit: vt etiam anno sterilitatis habeat eam. Vnde versus.

Sõres perit tota, liberabitur emphyteuta.
Sed si pro parte: nulla liberabitur arte.

Et si dicas, verùm probarent illæ rationes, quando ipsa non fructificatio, vel sterilitas accidentalis non contingeret pluries, quàm de facto æstimauerat emptor & venditor tempore contractus eám euentu ram: quia tunc non posset rationabiliter conqueri, se iniquè oneratum: quia recepisset pro illo onere condignum precium. secus autem quando pluries hoc accidit, quàm putabatur: quia tunc venditor erit in damno: quia non tantum precium fuit sibi datũ: nec tam leuis pensio sibi imposita fuit danda aliis annis, quòd æquum sit eam subire hoc onus toties reperitum præter opinionem. Dicendum, quòd exquo non conficiebatur de tam repentina sterilitate accidentali, ideo bona fide est factus contractus à principio, & per consequens emptor est sine culpa, nec tenetur ad subleuandum venditorem in illo onere. Assumptum patet per tria similia. Primum: quia etiam econtra, si nulla sterilitas præsumpta vnquam accideret: immo maxima & inopinata ac insolita fertilitas prouenieret: non obligaretur venditor ad dandum eo pinguiorem pensionem aliis annis: nec ad restituendum aliquid de precio percepto. ideo fieri debet mutua compensatio. quamuis in colono secus sit: quia ille sicut liberatur à pensione in toto, vel in parte eo anno, quo magnum incommodum modo dicto sibi accidit. sic cogitur augere pensionem eo anno quo magna vbertas sibi accidit, dummodo non ex hoc contigerit, quòd fructus illo anno multum valent: nec ex diligentia cultuæ fuit, nec ex bonitate rei, sed solo casu fortuito: puta conduxit molendinum, de quo consueuit habere. l. annuatim: sed cum cætera molendina perierunt inundatione, recipit centum: tunc enim debet augere pensionem. sicut econtra: si magnum incommodum accidisset remitteretur sibi pensio, de quo vide Panor. in cap. præallegato. Secundum: quia si venditor vendit bona fide alicui domum, quæ postquam est facta emptoris, mox perit incendio celesti, non tenetur venditor ad aliquam precij restitutionem: sicut si mox illa domus incepisset ascendere in precio propter confluentiam hominum volentium habitare in illa ciuitate, etiam emptor nihil superadderet in precio ipsi venditori, de hoc patet. super q. lxij. & lxiij. Tertium simile habet supra de vitaliis, in quibus etiã contingit, vel emere tem citius mori, vel longius superuiuere, quam putabatur secundum communem cursum. Dixi notanter dummodo &c. Nam si illa non importantia esset perpetua & vniuersalis quo ad tempus: ita quòd illa bona essent destructa: nec esset spes, quòd saltem sequentibus annis redirent ad priſtinam fructuositatem: sicut aliquando ager aliquis perit diluuio simpliciter, ita quòd efficitur alueus perpetui fluminis, aut aliqua domus tam in se, quàm quo ad fundum redditur omnino inhabitabilis. & ad omnem vsum humanum inhabilis. Nam tunc non debet emptor velle sibi dari pensionem, quàmdiu talis sterilitas durat, quod dupliciter probatur. Primò: quia tunc censetur illa res periisse. modo cum ille redditus non videatur esse aliud, quàm vsufructus constitutus in illa re, & hoc partialis, vel aliquid ei quidditatiuè similimum. ideo pereunte re perit etiam ipse vsufructus. Secundò: quia redditus in bonis illis constitutus est ius reale. modo pereunte re perit ius reale. sicut transeunte re, transit onus eius cum ea. Et si dicas. ergo sequitur, quòd periculum illorum bonorum spectaret tam ad venditorem, quàm ad emptorem: quia vtriq; pereunt illa bona, & vtriq; præiudicatur ex eorum destructione: cum tamen periculum rei emptæ spectet tam ad emptorem, sicut & emolumentũ. Dicendum concedendo consequens. Ad improbationem dicendum, quòd quando præcisè emitur res corporalis: tunc si perit, perit periculo emptoris tantum, saltem regulariter: sed quando in re corporali fundatur res incorporalis, quæ emitur: tunc illa corporalis, quæ tamen non emitur, si perit, perit periculo vtriusq;. Si tamen aliquando illa res rediret ad fertilitatem, credo quòd redibit etiam redditus ipsi emptori: saltẽ si etiam illa res redit ad dominium prioris domini, scilicet venditoris, qui vendidit redditus in illis constitutum. Nisi forte dicatur, quòd propter deperditionem illius rei extincta est obligatio illius rei, respectu emptoris census constituti in illa: sicut si moriatur vxor alicuius, & postea reuiuiscat: nõ est iterum necessariò vxor prioris mariti, ad Rom. vij. Et monacus mortuus si reuiuiscat, non est necessario sub obedientia prioris abbatis, nec econtra, si abbas moriatur, & reuiuiscat, erit monacus sub eius obedientia. Sed ad hoc diceretur, quòd ex quo illa res redit per naturam, signum est, quòd non fuit verè destructa: sed putabatur esse talis: sed de hac subtilitate transeo, relinquens lectori vlteriùs de hoc, si placet, cogitandum. Si dicas, emptor potuisset tam pingue precium dedisse, quod commensuratum fuisset obligationi venditoris se obligantis ad dandum illã pensionẽ: etiam si simpliciter perirent illa prædia, in quibus est redditus fundatus. igitur tunc nulla esset ibi iniquitas. Dicendum, quòd dato quòd hoc posset esse. puta. quia venditor quædam alia bona haberet, de quibus vellet esse obligatus ad illam pensionem, vel si nulla alia haberet: tamen ex quo persona sua esset industriosa ad lucra, vellet esse obligatus ad dandum illam pensionem de lucris industrialibus: tamen.

mẽ in tali casu nõ esset verum dicere, ꝙ si priora bona perijssent totaliter, quòd ergo omnia bona, in quibus esset constitutus redditus, perijsset totaliter: quia reliqua bona, vel persona sua supermansisset. ideo nõ est instantia contra prædictam clausulam conclusionis. Præterea, dato quòd persona sua esset industriosa: tamen ex quo non perpetuò durat, ideo in ea non posset perpetuus redditus fuisse constitutus. Nam si etiam in perpetuum filios & posteros habeat: stat illos esse vel fieri inertes ad lucra & operas fructuosas. ideo nemo prudens emeret perpetuum redditum taliter fundatum super bonis, ita quòd in casu destructionis bonorum, persona singularis, vel eiusdẽ successor daret pensionem illam. Ideo non est instantia de casu illo tanquam nato contingere: secus vbi obligatio constituitur in communitate personarum, quę communitas est perpetua per successum personarũ: quæ etiam habent certas obuentiones perpetuas, de quibus possunt dare annuam pensionem emptori.

Tredecima conclusio. Non deprauatur etiam per hoc, quòd prædictus redditus constituitur in bonis & iuribus incerti, & solum in genere expressis: licet ipse redditus exprimatur in specie & debita quantitate, probatur: quia ibi æque reperitur merx, & precij, & consensus: sicut si bona specificarentur. igitur substantialia contractus æque ibi reperiuntur, igitur ex genere manet licitus. Et in tali prius veniunt deducendæ expensæ & impensæ & alia onera, quæ incumbunt venditori: & tunc de reliquo soluatur pensio redditualis. Non est tamen intelligendum, quòd hæc conclusio sit posita ex illa causa, quia non possit quis emere redditum aliquem, vel vendere, nisi ille sit in aliquibus bonis certis vel incertis constitutus, quæ sint obligata ipsi emptori: ita quòd si præcisè persona vẽditoris esset obligata: & non aliqua bona eius, de quibus ille redditus possit prouenire, quòd illicita esset emptio redditus, quia. supra q. lxxiij. habitum est, quòd etiam in persona potest cõstitui redditus, & obligari etiam absq; relatione ad bona eius prædialia, vel alia, quamuis verum sit, quòd in persona non contingit perpetuum redditum constitui, nec aliquis prudens emptor emeret perpetuum redditum constitutum non in bonis perpetuis, vel saltẽ in perpetua cõitate personarum: vt dictum est in fine præcedentis conclusionis. Et in hoc contradicitur sniæ illi, quæ ponitur in tractatulo. xij. doctorum in octauo dubio: vbi cum approbasset emptionem redditus certi constituti in bonis incertis: subdit, ꝙ oportet in tali cõtractu, ꝙ verba deseruiant intẽtioni, aliàs elceretur, ꝙ per cõtractum huiusmodi insurgeret obligatio personalis & non realis ad bona. & sic contractus fieret illicitus, & idem sensit inconueniens esse in xiij. dubio, & in sequentibus locis: sed quod ipse reputat inconueniens, non est inconueniens: vt ibidem patuit. Nec auctoritas Innocentij consulentis abstinere à contractu, vbi est tantum persona lis obligatio, quem pro se allegat, concludit ad propositum: prout ibidem patuit.

Decimaquarta conclusio. Non deprauatur eũdem emptio redditus redimibilis per hoc præcisè, ꝙ emptor vult, ꝙ si fundus ille, in quo constituitur redditus, quasi totaliter vel plurimum deterioretur per incendium, ruinam, vel alio modo: ꝙ tunc venditor cessus debeat esse liber à pensione annua, dummodo illum fundum, prout est, resigner emptori, & aliquid (licet valde minutum) restituat de forte precij recepti, dummodo aliàs detur iustum precium. probatur: quia nemo in hoc videtur grauari, nisi venditor eo ꝙ licet liberetur à pensione: non tamen liberatur nisi resignato illo fundo licet quasi destructo, & aliqua licet minutissima parte precij restituta: tamen illud grauamen potest emptor iuste sibi volenti liberè imposuisse: puta quia emptor pro illo onere subeundo, cum sit æstimabile precio, dedit ei precium commensuratum secundum probabilitatem, vel improbabilitatem illius casus euentibilis. Vnde quamuis in præcedenti conclusione sit dictum, ꝙ pereunte fundo sit venditor census similiter liber à pensione absq; restitutione alicuius precij. Hic autẽ cogitur aliquid pro liberatione dare emptori: tamen hic est aliud, eo ꝙ ibi dictum est de omnimoda destructione, hic nõ de omnimoda, quin adhuc posset stare, ꝙ venditor aliquam perticulam pensionis soluere posset. Item ibi dictum est de precio communiter currente pro redditu, hic autem non determinamus nos ad precium cõmuniter currens: quia in speciali obligatione hinc inde contrahenda opus est etiam specialem habere considerationem de precio dando secundum minus & minus onus imponendum venditori. Et si prædictus modus etiam in statutum redigeretur, & vigilanti oculo haberetur secundum communem cursum respectus ad quantitatem grauaminis venditoris & ad quantitatem precij, ita ꝙ non esset verisimile, ꝙ de communi causa notabiliter melior esset conditio vnius, quàm alterius: non esset illicitum sic statuere, & sic obseruare: opus tamen erit considerare, quàm præstans sit ille fundus. Nam pono, ꝙ sit in decuplo præstantioris annuæ importantiæ, quàm sit redditus in eo constitutus: tunc si periret in tribus partibus eius. & sic pro maiori parte vel plurium, & vẽditor de beret eum sicut est resignare emptori. & cum hoc aliquid in precio sibi restituere: nimis grauaretur venditor: quia pro sui liberatione cogeretur longè plus restituere emptori, quàm si totam sortem precij restitueret, & sibi fundum, sicut est, reseruaret.

Contra primam conclusionem arguitur. xxij. argumentis. Primò illis argumentis quatuor, quæ facta sunt in. q. lxxix. quę processerunt in genere cõtra emptionem redditus: quia illa etiam possent huc applicari ad emptionem redditus redimibilis: & eodẽ modo vtrobiq; solui possent. Secũdò omnibus illis quinque argumentis, quæ facta sunt contra conclusionẽ primam quæstionis lxxi. Nam sicut illa ibidem formata sunt ad probandum emptionem vitalitij esse illicitam, & consequenter in arguendo contra primã conclusionem. q. lxxxij. dictum est. illa etiam posse applicari ad arguendum emptionem redditus perpetui redimibilis esse illicitam: sic eadem poterunt applicari etiam contra conclusionem primam huius quæstionis, probando emptionem redditus perpetui redimibilis esse illicitam: solum mutatis terminis reddituum hinc inde, prout de facili poterit lector facere: & sicut ibidem sunt soluta, sic hic poterunt solui. Tertiò potest etiam. ix. argumentis factis con-

tra

era primam conclusionem precedentis quæstionis ergo in proposito: & sicut ibidem de irredimibili processerunt, sic hic applicari possunt etiam ad redimibilem, & vtrobiq; eodem modo solui possunt.

Deinde capitur. xij. argumentis propriis emptioni præsentis quæstionis. Primò sic. Prædictus cõtractus dictus emptionis non est nisi aut vera emptio, aut simulata emptio & vera mutuatio, ita ꝙ emens in veritate mutuat pecuniam, qua dicit se emere aliquid à venditore: sed non est vera emptio. igitur est vera mutuatio: & tunc exquo dictus emptor existēs verus mutuator recipit vltra sortem mutuatam, sequitur ꝙ dicendo se emere, committit vsuram. igitur prædictus contractus est illicitus. Maior nota: quia ad nullum alium contractum videtur reducibilis q̃ ad alterum illorum duorum. Minor probatur: quia contractus omnino illi similis mutuatio, igitur & ille. Assumptum probatur per casum, si quis vsurarius, puta Paulus mutuet Petro. xx. di. Petre mutuo tibi illos. xx. ita tamen ꝙ des mihi annuatim de prædiis tuis vnū flo. vel fructus in valore. j. flo. & restitue mihi illos. xx. quandocunq; voluerit, ita ꝙ stet in tua potestate eorum restitutio & liberatio ab annua pensione: ita tamen ꝙ interim quo non restituis soluas mihi annuatim prædictam pensionem. Illa datio xx. flor. est mutuatio & verè vsuraria, nec per hoc ꝙ Paulus dat facultatem Petro ad liberandum se ab annua pensione, excusatur à vitio vsuræ. Modo si idem Paulus eidem Petro daret eodem. xx. flor dicendo per illos. xx. quos tibi do, emo à te super prædiis tuis ius percipiendi annuatim vnum flo. vel fructus in valore j. flo. & quandocunq; volueris poteris te liberare ab annua pensione, restituendo mihi. xx. flor. quorū restitutio stet in tua potestate. Ille contractus esset secundum te emptio redditus perpetui redimibilis: & tamen esset omnino similis, & idem omnino cū præcedenti. Nam ibi personæ contrahentes sunt eędē numero. precium est idem numero, annua pensio est eadem, immo potest esse in numero eadem, & obligatio vtriusq; contrahentis est eadem, saltem in spē & æquivalentia: quia vtrobiq; ipse Paulus manet obligatus ad hoc, ꝙ quando Petrus restituet sibi. xx. flo. tenebitur prædictæ exactioni annuæ pensionis, dimittendo Petrum liberum. & econtra Petrus est obligatus toto tempore, quo non restituit. xx. dare annuam pensionem Paulo, vtrobiq; etiam Petrus est liber à restituendo. xx. flor. ita ꝙ non potest Paulus eos reperere. Solū igitur differunt in vocabulis contrahentiū. puta: quia in primo Paulus vtitur vocabulo mutuo, in secundo vocabulo emo. Constat autem, ꝙ si res hinc inde eædem sint, non variabuntur per hoc, ꝙ aliter nominatur. alioquin si rem quæ realiter hēt omnia requisita ad hominem, vocem asinum, iā non esset homo, sed asinus. Non est igitur curandum de nomine alio si de rei identitate constet. Nam etiam in aliis negociis non credimus verbis, nisi conspiciamus etiam rei naturam. Vnde si quis venditor equi diceret, equus bonus est, non crederet emptor præcisè eius verbis, sed studiosè experimento ipsum probaret. Similiter illi, quibus dantur denarij dubij, statim si aliter certificari non possunt, apponunt eos iuxta alios denarios notissimè damnatos, & sic ex mutua comparatione eos dignoscunt, sita etiam cū inueniamus hunc cōtractum esse conformem damnato contractui, debemus eum damnare. Dicendum, ꝙ quis hoc argumentum nonnullis faciat scrupulum. Vnde inter cuncta hoc vnum olim magis me dubitare faciebat, eo ꝙ substantialia mutui non plenius agnouit tamen dicendum, ꝙ primus casus, vbi scilicet Paulus vtitur vocabulo mutui, non est verè vsurarius: sed æque est emptio in re, sicut secundus casus, & æque licitus supposito ꝙ dederit tantundem in pecunia in primo casu sicut in secundo, & vtrobiq; æqualis pensio recipiatur, & æqualis obligatio hinc inde sit inter contrahentes contracta, sicut in argumento est casus formatus. Nam primus est contractus mutui. igitur nec vsurarius. consequētia tenet: quia propria sedes vsuræ non est nisi mutuatio. Antecedens patet: quia ad substantiam mutui requiritur ꝙ mutuans habeat ius repetendi rem mutuatam. Illi autem iuri renunciat Paulus in primo casu & non in secundo: nec obstat vocabulum, quo vtitur, prout de hoc latius dictum est ꝙ. xxiij. & xxxiiij. Dico autē notanter, ꝙ primus casus in re est emptio, & non verè vsurarius: quia fateor, ꝙ ex opinione erronea aut intentione prava Pauli posset esse vsurarius: puta si Paulus credat se veram facere mutuationem, & cum hoc credat se recipere vltra sortem mutuatam receptione illicita. f. vsuraria: & nihilominus sic contrahat, erit contractus vsurarius non in re: sed in præparatione mentis Pauli. De hoc autem patuit. q. xxiiij. argumento. j. & iiij. Quare autem dixerim, supposito ꝙ tantum dederit &c. patebit causa statim in sequentis argumenti solutione. Contra hoc replicatur per duo sequentia argumenta.

Secundò arguitur sic. Quia si prædictus casus primus excusetur prædicto modo, vt non sit vsurarius: tunc omnes vsurarij possunt excusari: quia nullus vsurarius mutuat, quin potius velit, ꝙ mutuatarius continue soluat pensionem vsuriariam, & retineat sortem, q̃ ꝙ restituat sortem, & sic esset à pensione vsuraria, & libenter vult eam nunq̃ reperere: vt sic habeat cōtinuè pensionem vsurariam, & hoc potius vult, q̃ ꝙ rehabeat sortem, & careat pensione. Dicendum, ꝙ non est contra rationem, vel substantiam mutui nō repetere, vel etiam nolle repetere: sed non habere ius repetendi, seu nolle habere ius reperendi. Dato igitur, ꝙ vsurarius nūq̃ repeteret: & nollet vnq̃ de facto repetere: si tamen vult habere ius repetendi, ita ꝙ vult alium esse obligatum ad restituendum sortem, si repeteret, manebit ratio & substantia mutui, & nullus est verus usurarius, nisi velit habere illud ius repetendi. Secundò dicendum, ꝙ stat, ꝙ etiā aliquis vellet carere iure repetendi, & vellet ꝙ mutuarius nunq̃ eam restitueret: sed potius continuaret solutionem pēsionis, eo ꝙ longè lucrosior est sibi cōtinuatio illius pensions sine restitutione sortis, q̃ rehabitio sortis: puta quia sors est modica & pensio grandis. ita ꝙ in breui posset nō modo pecuniā æquivalentem forti rehabere: sed etiam longè ultra: & tūc est præsumpta vsura, prout patebit in sequen. q. Vnde tunc licet in re non sit mutuatio, si non haberius repetendi, vel ei renunciat: tamen est iniqua emptio: quia pro modica sorte precij acquirit, vel vult habere ius,

ius, magnam pensionem annuam leuandi. & ideo ex illa modicitate precij, & facultate redimendi mutuatario concessa, vel venditore, habetur & damnatur vt vsurarius: vt patebit in sequen. q. conclusione. iij. Tertiò etiam dicendum, ꝙ assumptum illius argumenti non habet vniuersaliter veritatē: & maximè in manifestis vsurariis. Illi enim nolunt renunciare iuri recuperandi sortem. Nam non mutuant ad vsuras, nisi dato eis pignore pro sorte & vsuris soluendis, quod pignus etiam oportet esse notabiliter melius sorte, & quando vsuræ excreuerunt in tantum, quòd vsuræ & sors attingunt eam q̃titatem, ad quam æstimatum fuit pignus illud (licet sit melius illa q̃titate) tunc retinēt sibi pignus illud pro sorte & vsuris. & sic volunt recuperare sortem, nec vellent, ꝙ ille vltra retineret sortem non restituendo eam in se, vel in pignore, etiam si vellet vltra hoc se ad vsuras obligare, nisi aliud pignus poneret, quo iterum securi essent de sorte & vsuris habendis.

Tertiò sic arguitur. Per hoc ꝙ mutuans renunciatiuri repetendi sortem, non cessat ratio mutui. igitur illud fundamentum nullum. Antecedens probatur: quia in Litem quia. §. idem Iuliano. ff. de pact. vbi in sententia habetur, ꝙ si aliqua dicuntur in præambulis alicuius ℈ctus. f. anteq̃ perueniatur ad cõtractum, & illa postea tacentur in perfectione contractus: nihilominus illa intelliguntur in perfectione contractus, ac si essent repetita: vt si vsurarius in præambulis conuenit cum aliquo: vt pro simplo promittatur duplum, postea tempore contractus adhibentur notarij & testes, qui de hoc nihil sciunt: tunc sufficit probare, ꝙ hoc in præfationibus dictum fuit ad conuincendum fraudem vsurarum, & ibidem subditur in textu. idem Iuliano placet ex facto etiam consultus. i. interrogatus, cum conuenisset: vt donec vsuræ soluerentur, fors non peteretur. hæc ibi. vbi videtur dicere, ꝙ aliquis censetur vsuras accipere, etiam si renunciauit repetitioni sortis, modo vsura nō est sine mutuo. igitur aliquis potest censeri mutuare, qui renunciauit repetitioni. Dicendum, ꝙ sensus illius §. est, ꝙ si quis ante contractum dixit mutuatario. ego mutuabo tibi. 100. ita ꝙ volo repetere infra certum terminum, & dabis mihi. v. & postea in complemento renunciat repetitioni, ꝙ nihilominus propter præambulariter dicta potest conuinci de vsura. sicut in præcedenti textu vult, ꝙ quis conuinci possit de vsura duplici: si de ea in præambulis fecit mētionem ex pacto: licet postea in cōplemento non memiuerit. & sic non habetur ex illa lege propositū argumenti.

Quartò sic. Contractus sequens est omnino similis emptioni redditus perpetui redimibilis: & tamen est vsurarius. igitur etiam emptio illa est vsuraria, consequentia nota. Maior probatur: quia casus est ille. si legarem tibi xx. flo. & mandarem hæredi meo, ꝙ toto tempore, quo tibi non præstarentur illa xx. deberet tibi per hæredem meum dari aliqua q̃titas annuatim: tunc perinde esset, ac si tu illa xx. imbursasses: & econtra ea dedisses hæredi meo pro iure percipiendi annuam pensionem, donec hæres meus tibi restitueret illa xx. & sic tu dedisses ei illa. xx. irreuocabiliter, & pro eis recepisses ius illius annuæ pensionis percipiendę ab hærede meo: qui tamen haberet facultatē se liberandi ab obligatione soluendi eam. Et sic patet, ꝙ per omnia est ille contractus similis emptioni redditus perpetui redimibilis. Minor probatur: quia illa annua quantitas dicitur vsura in iure ciuili vt expressè patet in l. iij. in fine. ff. de annuis legatis. Dicendum, concedendo maiorē, negatur minor. & ad probationem dicendum, ꝙ ibi vsura non capitur pro incremento sortis mutuatæ, propter quod quis mutuauit, quō nomen vsuræ sonat in malum: sed pro fructu, quem quis recipit de merce empta, quem retenturus est: sicut & licitè retinere potest, etiam si aliquando recuperet tantundem, q̃tum dedit pro illa merce, qui fructus nominatur incrementum compārando ad precium, quod aliquando in æquivalentia recuperaturus est, vel recuperare potest. & sic vltra precium leuauit illum fructum interim, quę etiam dicitur quis à Deo vsuram recipere, qui donat vel mutuat pauperi propter Deum: quia tantundem & vltra recipiet secundum illud. fœneratur domino, qui miseretur pauperis. Prouer. xix.

Quintò arguitur. Ratione veræ emptionis neuter contrahentium alteri obligatur. Sed in emptione redditus redimibilis emptor obligatur venditori. f. ad restituendum mercem, si restituatur precium. igitur non est vera emptio, & per consequens cum nulla alia ibi appareat species cõtractus, q̃ emptio, vel mutuatio. & per consequens vsura: prout illud sufficienter deductum est in primo argumento. Maior videtur nota, & minor patet. Dicendum, ꝙ maior est falsa, & contra diffinitionē contractus. Diffinitur enim contractus. sic. Est ultro, citroq; obligatio: vt patuit supra q. xvj. cuius sensus est (vt ibidem patuit) ꝙ est actus ex quo oritur in vtroq; contrahentium obligatio. & q̃uis verum sit, ꝙ obligatio, quæ oritur, aliquando extinguitur, quando contractus est adimpletus per vtrunq;: tamen aliqua obligatio potest remanere, etiam si contractus sit hinc inde adimpletus per traditionem & dationem mercis & precij aut alterius commutabilis. & sic est hic.

Sextò sic. In vera emptione æque obligatur venditor emptori: sicut emptor venditori. Hoc autem hic non seruatur. igitur. Maior probatur: quia da opposito: tunc nō seruaretur æqualitas in contractu: quia vnus plus obligaretur, & sic plus oneraretur, vel gravaretur, si alter. Hoc autem est contra institiam commutatiuam. Minor probatur: quia emptor est obligatus ad rescindendum contractum ad nutum venditoris, vel (vt uerius loquamur) ad restituendum per venditorem illud commutabile, quod à venditore recepit. nō autem econtra. Dicendum quintupliciter. Primò, ꝙ maior posset negari, & daretur extra propositum duplex instantia. Nam venditor non tenetur mercem facere de dominio emptoris: sed tenetur eam sibi tradere, vel si non tradat, tenetur ad interesse, & non tenetur eam ei dare, quod dare proprie includit, ꝙ datum fiat de dominio eius, cui datur: & tamen emptor tenetur facere precium de dominio venditoris, prout patuit diffusius q. lxx. Secunda instantia est: quia in ve. lege emptor obligatur venditori & non econtra. sed hæc solutio non quietat: quia adhuc probatio maioris stat in oppositum. Ideo secundò dicendum concessa maiore negatur

minor.

minor. ad probationem dicendum, ꝙ quis emptor sit grauatus aliqua obligatione, qua non est obligatus venditor: nō tamen iniuste: quia pro illa subeunda recepit quid æquiualens illi grauamini. Nam venditor aliquid remisit emptori de precio: vt emptor illam obligationem subiret: quia emptor aliqualo minus dat pro merce in precio, eo ꝙ non irreuocabiliter debeat fieri sua. Illud autē minus dare est aliquid retinere, & sic est quasi aliquid recipere à venditore in recompensam illius obligationis, & illud. s. dare aliquantulū minus, q̄ daret, si fieret sua irreperibiliter, est licitum: vt patebit in sequenti q. Si etiam emptor non det eo minus: tunc ex quo id facit sciens & uolens, nec præsſus necessitate: quia cum emptor habeat pecuniam, non urget eum necessitas emendi: sicut posset esse apud vendentem necessitas habendi pecuniam. ideo sibi non fuit iniusta grauatio. Tertiò dicendum, ꝙ illud argumentum non est contra conclusionem primam, etiam si concluderet: quia potius concluderet, ꝙ venditio esset illicita vēditoris, q̄ emptio emptori, cuius oppositū patet apud omnes: quia dānantes illos contractus, damnant tantum emptorem, non venditorem, sequela patet: quia fm illud argumentū venditor grauaret emptorem. & nō contra. Quartò dicendum, ꝙ emptor licet sit grauatus illa obligatione, & non venditor: tamen contra venditor est grauatus alia obligatione, qua liber est emptor: quia venditor tenetur annuatim dare emptori pensionem. Emptor autem post precium solutum non tenetur quic dare venditori. Quintò dicendum, ꝙ si emptor dicet se grauatum in obligatione restituendi mercem, econtra relenatur: quia recuperat precium: & nihilominus retinet omnes fructus in tēpore intermedio perceptos. Vnde sicut emptor est obligatus reuendere, si venditor petit, ita venditor est obligatus restituere preciū, si vult rehabere mercē.

Septimò sic. Emptio succedit permutationi, ita ꝙ ante adinuentionem numismatis si quis uolebat habere agrum, uel aliam rem, dabat pro ea aliam rem, & illa commutatio dicebatur permutatio, & adinuento numismate, dat pecuniam pro ea: & sic fit emptio. Sed in permutatione fiebat vnū commutabile vnius permutantis ita perfectē: sicut alterum alterius. igitur etiam in emptione sic debet fieri. Hoc autem non fit in contractu prædictæ emptionis: quia precium fit venditoris irreuocabiliter: & tamen merx fit emptoris reuocabiliter, igitur nō fit talis emptio debito modo. Dicendum ad maiorem, ꝙ dato, ꝙ de facto permutatio sic fuisset facta: & sic etiam hodie fieret: tamen nō necessariò sic fuit facta: nec necessariò sic fit: quin etiam possit fieri taliter, ꝙ alter permutantiū: puta B. haberet facultatem repetendi suum commutabile, quod dat ipsi A. & A. teneretur sibi illud restituere recepto suo: non autem econtra. Contra hoc: quia tunc eadem ratione, qua indifferenter nō referret quis permutuantium. fan A. uel B. haberet facultatem repetendi suam rem: etiam non referret, an emens haberet facultatem repetendi precium, uel an venditor. consequens est falsum: quia si emēs habeat eam, erit emptio illicita: ut in sequenti q. dicetur, de illius argumenti difficultate patebit in seq. q.

Octauò sic. Per emptionem debet merx æque sicut emptoris: sicut preciam sit venditoris: aliàs non seruaretur æqualitas: sed in prædicto contractu non fit hoc, igitur nō est emptio debito modo facta. Maior est probata. Minor probatur: quia precium sit uē ditoris irreperibiliter: & tamen merx nō fit hoc modo emptoris. Dicendum. maior potest negari: quia sæpe quis emit rem aliquam quo ad dominium utile, & non quo ad proprietatem: immo quo ad vsum tantum: & tamen precium efficitur venditoris, quo ad omnimodū dominium & proprietatem. Ad probationem dicendum, ꝙ nihilominus potest seruari æqualitas: quia illa inæqualitas in irreuocabilitate potest resarciri per aliam uiam, prout patuit in secunda solutione argumenti sexti.

Nonò sic. Per uerum emptionem efficitur emptor dominus rei emptæ, hoc non fit in prædicta emptione. igitur non est vera emptio. igitur vt prius. Maior videtur nota: quia aliàs emptor non emeret rem, immo defraudaretur: quia exponeret precium renunciando eius dominio, quatenus assequatur dominiū mercis: cuius tamen dominium non assequeretur. Minor probatur: quia de re, in qua quis habet dominium, potest pro sua utilitate de ea liberè dispone alienando, donando, commutando, locando: aut ea pro sua persona utendo quocunq; tempore libuerit. hoc non potest ille, qui emit rem redimibilem: quia ex quo tenetur eam reuendere venditori reofferenti precium: tunc si interim alienaret eam, aut alicui donaret, uel commutaret, aut locaret, non posset seruare illud, ad quod se obligasset. s. reuenditionem: similiter staret, ꝙ eo tempore quo iam necessariò haberet uti illa re: ut puta equo, quem cum prædicto pacto emisset, ipse cogeretur eum reuendere venditori, qui tunc repeteret equum. Dicendum tripliciter. Primò, ꝙ maior posset negari: quia (nisi sequatur traditio rei) non oportet, ꝙ emptor per emptionem efficiatur eius dominus, prout patuit in q. lxx. Secundò dicendum, ꝙ dato ꝙ maior esset uera, negatur minor: immo emptor redditus redimibilis efficitur dominus illius redditus, etiam sine traditione: ut in x. conclusione patuit. Ad improbationem dicendum, ꝙ maior indefinitè posita: ut ponitur, est vera: non autem si vniuersaliter ponatur: quia cum dominio rei stat, ꝙ dominus renunciauerit tali liberę dispositioni, patet: si enim nunc sum dominus plenissimo iure huius domus, quam etiam paterna successione haberem: possem me cras tibi obligare, ꝙ in nullum alium nclim illā domum transferre, q̄ in te, siue per contractum donationis, permutationis, venditionis, siue locationis & etiā me obligare, ꝙ quandocunq; uolueris, velim illam in te transferre prædictis modis, in quo casu interim ꝙ nō petis eam à me, sum plenus dominus illius domus, & nō tu, nec quicunq; alius. Ita eodem modo patet, ꝙ in proposito stat, ꝙ emptor redditus sit eius verus dominus: & tamen sit obligatus ad nutum venditoris reuendere eidem. Præterea sequeretur, ꝙ nullus viator haberet verum dominium rei cuiuscunq; : quia non est certus, q̄din manebit sua: vt ea vtatur liberè, quando sibi libet: quia nescit, si cras sibi auferetur: sicut nec certus est emptor, si venditor eras repetet: & minus est primus certus q̄ secundus. Item nec tempore belli emens

emens & vendens haberet dominium rei emptæ: vel precij recepti. Tertiò dicendum, ꝙ emptor rei redimibilis potest eam nihilominus in alium transferre. siue donatione, siue permutatione, vel venditione. nec per hoc impossibilitatur seruare illud, ad quod se obligauit: quia ille, in quem trasfert, tenebitur reuendere vēditori repetenti rem, eo ꝙ res in eum est translata cum illo onere. & sic primus emptor per alium impler quod implere tenetur. Quòd etiam in eadem maiore probationis assumitur de vsu illius rei omni tempore, quo libuerit, non est verum: vt patet in eodem casu. & generaliter in re, quam quis locat: quia non potest locans illa re vti tempore, pro quo locauit: & tamen retinet dominium illius rei. Et cum dicis, ꝙ stare, ꝙ tempore, quo necesse esset eum vti illa re &c. hoc non est admittendum tā de facto contingat: quia emendo rē redimibilem, non soler emptor dare talem facultatem venditori: vt indistinctè, omni momento, & ad omnem motum capitis ipsius venditoris cogatur ei reuendere: sed soler determinari certum tempus, quo possit repetere: & non ante. & etiam certum tempus præambulum ei præfigitur, in quo anisare debet emptorem de reuendendo. & sic poterit emptor se præseruare à prædicta incommoditate. Si autem aliquando contingeret, ꝙ aliquis emptor ita emeret dando omnimodam talem libertatem venditori: & se sic vniuersaliter obligando: & hoc faceret sciens & volens: non fieret tunc iniuria emptori: quia scienti & uolenti non fit dolus, neq; fraus. Præterea si fieret dolus, non argueretur emptio illicita: sed venditio, conclusio autem prima loquitur de emptione, & non venditione.

Decimò sic. In prædicta emptione sequitur processus in infinitum, consequens est inconueniens. igitur etiam talis emptio est inconueniens, & non admittenda ut nera emptio. Antecedens probatur: quia emens emit redditum, & ille est ius percipiendi annuam pensionem. Aut ergo emens acquirit ius illius iuris, aut non, si sic, igitur eadem ratione illius iuris iterum aliud ius acquirit, & sic in infinitum, si nō, cōtra: quia si quis emit equum tuum, & tradas ei eundem, emptor acquirit dominium, & per consequens ius illius equi. ergo eadem ratione in quacunq; alia merce, quæ traditur, vel si est incorporalis, & sic nō requiritur traditio: tunc fine traditione acquirit emptor ius illius mercis. Dicendum dupliciter. Primò, negando antecedens. Ad probationem dicendum, ꝙ non acquirit ius illius iuris, nec est simile de equo vel de aliis mercibus corporalibus: quia respectu illatum potest poni ius. eo ꝙ illæ non sunt mer ius, vel iura: sed cum redditus, sit mer ius, non est opus respectu eius poni aliud ius. Quæ enim esset necessitas ad hoc, ꝙ acquirerem redditum, ꝙ acquirerem aliquod ius respectu redditus: quia eum acquirere. nihil est nisi ius acquirere: sed acquirere equum, non est acquirere ius in̄tum tale: licet includat acquirere ius respectu equi: equus autem & ius equi non sunt realiter idem. Huius simile potest dari, si quæratur. Vnde formaliter paries est albus? Respondetur albedine; quia albedo facit eum album. Non est autem quærendum vlterius, unde albedo sit alba: quia nō est alba: sed est met albedo ipsa, nec est quærendum, vnde habeat perietē reddere albam: quia seipsā habet reddere parietē formaliter album. Vnde fm Scotq̄ aliquid est denominatiuè tale, & aliud est quiditatiuè tale. standum est in eo, quod est quiditatiuè tale, Secundò dicendum, ꝙ dato ꝙ admitteretur, ꝙ emēs redditum acquirat ius respectu redditus, & sic ius respecta iuris: sicut patet, ꝙ super pedagiis, quę non sunt nisi ius quoddam, potest constitui alicui redditus. & sic ius super ius constituitur. Et tunc si consequenter admitatur hoc in infinitum, nullum esset inconueniens, eo ꝙ ille processus non esset in infinitum in entibus realibus. Nam ius illud, quod dicitur redditus, nō est ens reale: sed rationis, prout illud declaratum est in q. lxxij. Modo non est inconueniens esse processum in infinitum in entibus rationis. Et si arguas: quia enim in illis est inconueniens: quia nullum est infinitum in actu in multitudine: sicut hoc esset: quia eo ipso ꝙ quis emeret redditū, ipse in uno instanti acquireret infinita iura. Dicendum, ꝙ nō acquireret illa infinita iura in actu: falsē formaliter capiendo illa iura pro respectibus rationis distinctis ab extremis: quia vt sic, non surgunt tales respectus, nisi mediante actu alicuius collatiuæ potentiæ: talis autē non potest naturaliter simul infinita extrema ad inuicem comparare. igitur. Vnde illa infinitas non esset ibi, nisi in potentia: fm ꝙ uis collatiua posset in infinitum cōparare extrema aliqua ad inuicem: hoc est. non tot quin plura. Nec illud est inconueniens. Sic enim cōcedimus, ꝙ super animal fundatur relatio rationis. s. intentio generis, & super illam intentionem generis potest fundari intentio individui. Et super illam intentionem individui alia intētio individui. & sic in infinitum. i. non tot possunt per actum collatiuum relinqui, quarum una super aliam fundetur: quin adhuc aliam contingat per actum collatiuū relinqui fundatam in aliqua illarum. Præterea si nc sit aliqua multitudo actu infinita etiam entium realium, dixi in tractatu de sanguine Christi.

Vndecimò sic. Si potest emi cum pacto redimendi redditus, uel ius percipiēdi annuatim unum flo. pro xx. flo. statim simul soluendis: tunc posset econuerso ēt emi ius percipiēdi simul. xx. flo. pro uno annuatim soluendo cū pacto redimendi. consequens est falsum. ergo antecedens. Maior probatur: quia utrobiq; est par ratio quo ad omnia tria, quę ibi concurrunt quo. ad mercem, precium, & pactum, patet primò de merce: quia qua ratione ius percipiendi annuatim unum flo. est cōgruum obiectum emptionis: siue merx, quæ emi & uendi potest, pari ratione etiam ius percipiendi statim & simul xx flo. poterit esse obiectū emptionis & merx. Nam illa iura sunt eiusdem speciei: quia sunt relationes habentes idem fundamentum in specie. s. hominem, & eundem terminum in specie: quia floreni percipiēdi ēt sunt iidem specie. verumq; eorum ius est ius percipiendi, & non differunt nisi in modo percipiēdi. s. simul vel per interualla temporū, quod non potest facere differentiam tantam: vt unum illorum iurium possit esse merx, & non aliud: quia nunc ius percipiendi annuatim xx. do nec x. milia percipientur, & percipiendi annuatim mille: etiam donec x. milia percipientur, & distinguerentur taliter, ꝙ unum esset dicibile merx, & non aliud. quod patet esse falsum.

sum. Et confirmatur: quia si quis teneatur mihi xx. flor. ad aliquos terminos: puta quia ei vendidi aliquid, ego possum illud debitum vendere. igitur illud debitum est merx: & tamen etiam non est nisi quoddam precium. quod mihi fuit ad terminos soluendum. Patet etiam, ꝙ de precio est eadem rō: quia precium in primo casu maioris, & precium in secundo casu eiusdem æquiualent: vt patet: quia vnum illorū potest iustè pro alio dari tanq̄ æquale pro æquali: vt in primo casu supponitur. Nec refert, ꝙ precium in casu consequentis non consistit in flore. simul dandis: sed in dandis de anno in annū: quia ex quo vnus ille flo. dandus æqualet. xx. non ob hoc perdet rationem precij, ꝙ non simul dantur, ille flo. Alioquin non diceret interuenisse precium, quando quis emeret pannum pro. x. flo. dandis ad x. terminos. seo pacto, ꝙ daret annuatim vnum flo. donec. x. soluisset. Et præterea ibi par ratio quo ad pactum: quia vtrobiq; emptor non habet facultatem recipiendi preciū: sed venditor habet facultatem repetendi merces restimo precio. Falsitas autem consequentis probatur: quia tunc emā hceret emere redditū annuum vnius flo. pro. xx. flo. simul percipiendis, remanente facultate repetendi precium apud emptorem, quod est falsum: vt in q. sequenti patebit. Sequela probatur: quia in secundo casu maioris, scilicet quando quis pro vno flo. annuatim imperpetuum soluendo emit ius percipiendi simul. xx. flo. illum soluendos sibi, ille, qui dicitur venditor, est per omnia idem, & similis ei, qui pro xx flor. simul soluendis emit vnum annuū flo. igitur si ille venditor poterit sibi reseruare facultatem repetendi suos xx. flo tunc etiam emens pro. xx. poterit illos suos xx. repetere. Dicendum negando maiorem. Ad probationem dicendum, quòd disparitas rationis est ista: quia ad hoc ꝙ quis dicatur emptor, oportet ꝙ ex sua parte intercedat precū. Modo dans vnū annuum flor. soluendum imperpetuū, nō dat in hoc precium aliquod, quia ille annuus, quē dat proprie, non est florenus, nec numisma: sed est ius percipiendi annuū numisma, vel flo. Vnde illud, quod ei dat, est quid incorporale & bonum immobile, igitur non est precium. Secundò: quia ille annuus non consistit in certa q̄titate: quia non est certum, ꝙ tales annui flo. soluentur per eum, & hæredes eius. modo precium debet consistere in certa q̄titate. Et ex hoc sequitur, ꝙ prædicta maior haberet veritatem: si loco ly emi, in casu consequentis poneretur summ gen us. f. commutari: sed tunc illa commutatio non esset emptio, sed venditio. Sennui flo. pro. xx. simul percipiendis. Sicut in simili. si emi potest equus cum pacto redimendi ꝙ xx. flo. simul soluendis: tunc posset econuerso equus commutari pro. xx. flo. sed illa commutatio esset venditio: ideo tunc facultas rescindendi contractum staret non apud emptorem, sed venditorem.

Duodecimò sic. Si quis vsurarius emeret domū, & mox eam locaret venditori remanenti in possessione domus, constituta certa pensione locagij soluēdi ipsi vsurario, ille contractus præsumeretur vsurarius: ergo æque præsumitur vsurarius contractus, quando vsurarius redditum redimibilem super domum alterius constituum emeret: data facultate se liberandi ab illo redditu annuo, & illo alio manente in possessione illius domus. tenet cōsequentia. quia da oppositum consequentis: tunc deficiet poterunt vsurarij declinare casum antecedentis, diuertendo ad casum consequentis: & tantundem habebunt lucri per secundum, sicut per primum: vt patet consideranti. Antecedens autem probatur: quia si non præsumeretur vsurarius: tunc sub illius contractus specie poterunt vsurarij veras vsuras exercere. Nam dicet vsurarius petenti mutuum: non mutuabo, sed emam à te domum tuam, & eā mox tibi locabo pro certa pensione annua danda. & sic habebit tantum, quātum habuisset, si illam pecuniam mutuasset ei. Dicendum tripliciter. Primò, dato ꝙ argumentum haberet processum vt iacet: non tamen contra conclusionem nostram, in qua solum dictum est, emptionem redditus redimibilis esse de se licitam: cum qua conclusione bene stat (vt in sequenti q. dicetur) ꝙ poterit ex circunstantia personę contrahentis deprauari vsurariæ prauitate, & hoc verè, vel præsumptiuè. Vnde aliquis contractus de se licitus redditur aliquando suspectus ex persona contrahente, quæ consuevit malos contractus facere, & eos palliare. Secundò dicendum, ꝙ antecedens est falsum, quando datur iustum precium per vsurarium pro domo, & etiam cōgruum locagium recipit à conductore. & ratio: quia tunc seruatur æqualitas inter datum & acceptū. modo in contractu vsurario nō seruatur æqualitas. Nec exilla circunstantia. f. ꝙ contrahens hucusq; consuevit exercere vsuras, potest inferri, ꝙ ergo etiā præsens eius contractus sit vsurarius: quia si det iustum precū. potest ita iustos contractus facere, sicut alius: sicut etiam aliquando bonos ineunt contractus. Si enim ille, qui hucusq; semper fecit iustos contractus, contingit nunc usurarium contractum facere, cur nō etiam illum, qui hucusq; iniustos fecit, contingeret iustum facere. Si autem dedit iniquum precium, cōcedituir antecedens. Et ideo eodem modo cōceditur etiam consequens: quia si quis vsurarius emat pro iniusto precio redditum redimibilem super domo, præsumeretur contractus vsurarius: immo etiam si emens non sit vsurarius, idem præsumetur propter modicitatem precij. Antecedens autem est bene verum, quando datur nimis parvum precium pro domo, vel si datur iustum: attamen nimis grande locagium cogitur dare emptori: quia propter modicitatem precij cōcurrente pacto liberationis à pensione præfatur vsurarius contractus: & maximè accedēte illo, ꝙ contrahens alias vsurarius est. Et ideo etiam ut sic conceditur consequens, ut in sequenti q. patebit. Tertiò dicendum, ꝙ si in casu antecedentis periculum domus spectaret ad emptorem, & non ad venditorem: nō posset emptor censeri mutuasse pecuniā venditori: & sic recepisse domum in pignus: quia si domus esset pignus, periculum domus ad recipientem pecuniam spectaret: ideo ex illa circunstantia potest etiam argui, ꝙ nō esset verè usurarius cōtractus: etiam si dictus emptor nimis modicum pro ea dedisset: q̄uis propter nimium excessum lucri, quod habet dictus emptor à dicto venditore, etiam computato periculo, quòd emptor suscepit in se, præsumi possit de præparata mente emptoris ad committendū usurariam

iniquitatem sibi occurrentem: si eam palliare posset, & etiam præsumi, ꝙ forte in re non recipit periculum illius domus in se: licet dicatur hoc in instrumento. Quartò dicendum, ꝙ non sequitur, vsurarius tantum habet per illam viam: sicut per viam vsuræ. igitur sicut peccat procedendo per viā vsuræ: sic peccat procedendo per aliam viam. Nam si mutuet 100. alicui recipiendo annuatim, v. peccat: & tamen si pro illis 100. emeret prædia, quæ sibi annuatim etiam importarent. v. vel plus, non peccaret. de hoc patuit diffusius supra q. lxvij. in quarto modo dicendi.

Tertiodecimò & vltimò arguitur per auctoritates, eo ꝙ iurisperitus ille, de quo in iij. & iiij. cōclusionibus allegat pro se quosdam doct. tanquam etiam ipsi condemnent emptionem prædictam. Primò Baldū, & hoc dupliciter. Primò in l. emptionē. C. plus valere quod agitur &c. Secundò in c. j. in vlt. col. de iureiuran. vbi omnes, qui faciunt illum contractum cupidine lucri, dicit esse vsurarios. Secundò Hostien. in summa de vsuris. §. qualiter. secundo uersi. & breuiter. Tertiò Felecinū de Senis in suo consilio ultimo. ubi dicit, quòd pertinaciter persistens in illa sententia, quòd ille contractus sit licitus, est ut hæreticus puniendus. Ad hoc dicendum primò, dato quòd illi essent contra cōclusionem nostram: nihil tamen per hoc deperit veritati conclusionis: quia maior est auctoritas papalis iudicialis, quæ approbauit illam emptionem, ut patuit: q̄. doctoralis prædictorum trium doctorum. Præterea non sunt allegandæ glo. & opiniones doctorum in materia problematica: quia in materia problematica de se ineſt, quòd aliqui doc. cōtrarium tenent, & pro hoc allegari potest glo. in l. sed licet. ff. de of. præfidis. Secundò dico ad illos per ordinem. Primò ad Baldū in primo loco, quòd non damnat ibi emptionem prædictam: nisi accedente circunstantia illa: scilicet quòd emptor ante quam emit, requisitus fuit, ut mutuaret: & tamen dinertit ad emptionem illam, & sic nihil contra conclusionem nostram, quæ loquitur de emptione in se: licet multipliciter ex circunstantia possit deprauari. Secundò ad idē dico, quòd etiam si præcessisset requisitio mutui, intelligendum est eius dictum, si dedit longè minus iusto, aliter non habet veritatem: ut ostendam in sequēti quæstione conclusione tertia. Tertiò. Eundem doctorem retorqueo contra arguentem: quia Baldus ibidem dicit, quòd si in tali emptione non constaret de originali mutuo. puta quia emptor non fuit à principio, uel originaliter rogatus ut mutuet: tunc ex tali pacto. f. reuenditionis non uideretur instrumentū usurarium, etiam cum usurario factum: quia usurarij sæpe ineunt ueros contractus. Ecce, quòd nō dānat instrumentum, & per consequens nec emptionē illam etiam ab usurario factam. cū pacto redemptionis: si non præcessit requisitio mutui. Ad Baldū aūt in secundo loco dico, ꝙ non est verum, ꝙ dicat ibi, illos esse usurarios, qui eum faciunt cupidine lucri: ut patet intuenti eū ibi. immo ibi potius est pro nobis: quia ibi querit, an contractus, quo præstatur pecunia irrepetibilis, puta. c. & datur annuus redditus. puta. x. sit usurarius contractus. & arguit pro & contra, & dicit quæstionem esse periculosam quo ad conscientiā. tandē dicit: dici potest, ꝙ si ille cōtractus habeat in se æquitatis recompensationem & proportionem, licitus est: quia cum sit formaliter contractus vsurarius, ad æquitatem naturalem recurredum est: dum tamen ex illo contractu quis excessiuè non lucretur: quia excessus modi facit præsumi fraudem: & dicit, quidam damnant istum contractum ex certitudine lucri perpetui: ego excessū modi: quia nullo iure cauetur, quòd certitudo lucri sit de genere prohibitorum, posteà recitat opiniones aliorum, dicit etiam, cum legebam Florentiæ iam sunt ferè anni. xl. ista quæstio fuit multum ventilata inter magistros in theologia. Item quæstiones istæ sunt etiam ventilatæ per dominum fratrem Ray. in summa sua, per dominum fratrem Ioannem in laudabili summa in materia vsurarum: tamen ego aliqua & legibus probo & corroboro: hæc ille. Ex quibus patet, quòd expressè vult, quòd prædictus contractus, si interuenit iustum precium, est licitus. & quòd si emptor aliquantulum lucretur, dummodo non sit excessiuum lucrum, non sit damnandus. Quantum tamen ad exemplum positum, scilicet vbi dantur c. pro. x. annuis. Dico, quòd precium illud esset nimis parvum in tēpore nostro, quicquid fuerit tempore suo. Et ex hoc etiam patet, ꝙ impetsita secundum eum sunt licita, de quibus supra dictū est q. xxxiij. & xxxiiij. Ad secundum doctorem dicendum, ꝙ eius sententia intelligitur, quando interuenit precium longè minus iusto, prout patebit in sequenti q. conclusione iij. vbi ponentur eius uerba & exponentur, nec aliter cogit eius auctoritas. Ad tertium docto. dicendum. primò, ꝙ formaliter non loquitur de contractu nostro: quia loquitur ibidem de casu, quando Ioannes coactus præfecit ciuitati certā summam: vt c. & annuatim ab ea recepit v. & Petrus spōte emit iura Ioannis, & sic vult habere ius annuatim percipiendi v. An ne emptio Petri sit licita? & vult quòd non. Modò ille contractus non est idem cum nostro per omnia: quia pleriq; tenuerunt, quòd præstatio Ioannis esset uera mutuatio: & quia coactus esset. ideo pro suo interesse posset illos quinq; annuos recipere, quod si esset verum, haberet aliquem colorem, quòd Petrus non posset se ponere sponte loco Ioannis, ad habēdum illud ius: quia cessaret causa in eo, quæ excusauit Ioannem. Modo nos loquimur in casu, quo quis ab illo, qui habet tale ius, emit illud ius non ratione interesse: sed ex alia causa, quæ etiam in emptore locum habere potest. Attamen quia etiā illud suppositum est falsum: quia præstatio Ioannis cum irrenocabilis sit, non est mutuatio: sed etiam uera emptio redditus redimibilis: ut patuit etiam supra in quæstionibus prælegatis. Ideo dicendum, quòd prædictus Petrus licitè potest etiam sponte emere ius Ioannis: immo magis hoc potest uterq;, scilicet Ioannes & Petrus (modo seruato in ciuitatibus illis, in quibus fiunt illa impresstra) quàm vbi absolutè emitur de communi cursu reddditus redimibilis: quia ibi neuter recipit annuatim à ciuitate tantam pensionem, quanta eis deberetur de iure. & sic dant plus iusto quantum est de rigore emptionis: quia ex quo Ioannes, vel Petrus dat c. deberet ei ciuitas dare quinque annuatim, & cum hoc esset obligata ad hoc: vt quando ciuitas uellet redimere illud ius, quòd restitueret eis integrum

preciũ, scilicet 100. & tamen de facto in talibus prelatiuis ciuitatis quando vult redimere, non vult esse obligata ad restituẽdum, nisi xxviij. vel xxx. quamuis etiam ex causa ciuitas excusari possit, & etiam ciuis ille contentus esse debeat, prout declaratum fuit qõ. xliij. & xlv. Tertiò dicendum, ꝙ si esset ita (sicut tamen non est) ꝙ præstatio Ioannis esset mutuatio vera puta quando fieret irrecuperabiliter, & consequenter Petrus se poneret loco Ioannis spe lucri: cum non habeat interesse, ratione cuius accipiat illa v. contractus Petri videretur vsurarius. Sed ꝙ infert, ꝙ ergo dicens contractum Petri esse licitum, esset vt hæreticus puniendus, nimis indiscretè loquitur. Nam quãuis hæc propositio sit hæretica, contractus vsurarius est licitus, & eam pertinaciter tenens sit vt hæreticus puniendus: tamen tenens aliquem contractum, de quo nondum esset declaratio habita, ꝙ esset vsurarius, & toi doct. essent contrarij: sicut in illa materia fuerunt, & tenenti videretur, quòd nullo modo esset vsurarius, immo nec illicitus: paratus tamen damna re eum, si esset vsurarius: non est vt hæreticus puniẽdus ante declarationem ecclesiæ de hoc, quòd sit vsurarius. Nam omnes catholici doct. tenentur credere propositiones sacræ scripturæ canonicę esse veras, & similiter eas, quæ ex eis possunt deduci: & tamen aliquæ propositiones fuerunt olim tentæ à catholicis ante eorum declarationem, quas nunc tenere, cum sint declaratæ ut hæreticæ, esset hæreticum. Item si quis teneretur credere illam. Omnis mula est sterilis: & tamen nõ crederet hoc animal, quod ante oculos eius est esse sterile: quod tamen esset mula, nõ ob hoc non crederet credenda interim, quòd non crederet hoc animal esse mulam: vtputa quia non apparet sibi quòd sit mula: contingit enim aliquid credi, vel sciri in vniuersali, & ignorari, vel discreti in particulari: vt patet per philosophum ij. Priorum. & j. Posteriorum. Præterea contra prædictum Federicum posset illud eius inconueniens retorqueri: quia hodie papali determinatione talis contractus est determinatus ut licitus: quia contractus Petri nihil est ni si emptio redditus redimibilis. Igitur si ipse Federicus pertinaciter persisteret in sua sententia, ipse pertinaciter contrairet determinationi Summorum Pontificum, & sic ipse incurreret notam hæresis. Ex prædictis patet, quòd prædictorum doctorum sententia non militat contra nos, immo partim pro nobis, & quòd indebitè allegantur in contrarium. Item eadem facilitate dixisset Hen. Ganden. & sui sequaces, quòd ex quo emptio redditus etiam irredimibilis secundum eos, est vsuraria, quòd omnes tenentes contrarium essent hæretici, si firmiter hoc tenerẽt. Et ita generaliter in quocunq; contractu, de quo est problema, an sit vsurarius, vel non, esset altera pars, si cõstanter teneret suam opinionem, vt hæretica condẽnanda, quod est falsum.

Sequitur copia bullæ Martini Papæ Quinti, cuius sententia fuit supra allegata in prima conclusione huius quæstionis.

Martinus episcopus seruus seruorum Dei: venerabilibus fratribus Treuezensi, & Lubicinensi, ac Olmicensi episcopis salutẽ & apostolicam benedictionem. hodie siquidem literas nostras conceſſimus, tenorem, qui sequitur, continentes. Martinus episcopus seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriam. Regimini vniuersalis ecclesiæ (quanquam immeriti) disponente domino præsidentes, curis angimur assiduis: vt iuxta creditæ nobis dispensationis officium subditorum quorumlibet paci & quieti, quanto nobis ex alto cõceditur, intendamus. & dubia, quæ inter eos oriuntur pro tempore (ne litium anfractus seu scandalorum partu fiant fomentum) nostro moderamine declarentur. Sanè petitio dilectorum filiorum vniuersorum, cleri, nobilium, incolarum, & habitatorum ciuitatis, & diœcesis Bratislauien. nobis exhibita continebat, ꝙ licet à centum annis citra & supra & à tanto tempore, & per tantum tempus, cuius contrarij memoria hominum non existit, in eisdem ciuitate, & diœcesi, ac partibus aliis vicinis quædam consuetudo rationabilis obseruata, præscripta, ac moribus utentium approbata ad communem hominum utilitatem introducta fuisset, quòd quilibet princeps, baro, miles, ciuis, siue oppidanus partium earũdem cum hoc expedire videbatur, melius pro tunc non valens sibi consulere personæ ecclesiastice, aut seculari, collegio, aut vniuersitati, oppido, vel ciuitati super bonis suis, dominiis, oppidis, terris, agris, prædiis, domibus & hæreditatibus vendere consuerit, & vendidit annuos census unius, vel plurium marcarum, aut grossorum Pragensium nummi polonei, & pagamenti consueti ad rationem, & pro qualibet marca annui census; decem, vndecim, tredecim, quatuordecim marcæ, aut plus, vel minus secundum tempo ris qualitatem (prout ipsi contrahentes tunc inter se conuenerint) ipsi venditori tunc integraliter in pecunia numerata solui consueuerunt, bonis in ipso cõtractu tunc expressis pro ipsius census annui exolutione in perpetuum obligatis. Et semper in ipsis contractibus expresse ipsis venditoribus data fuit facultas atq; gratia, quòd ipsum annuum censum in toto, vel in parte pro eadem summa denariorum, quam ab ipsis emptoribus receperunt, quãdocunq; vellent liberè absq; alicuius requisitione, contradictione, vel assensu possent extinguere & redimere, ac se ab ipsius census solutione extunc penitus liberare: sed ad hoc huiusmodi cẽsus venditores inuiti nequaquam per emptores arctari, vel astringi ualerent, etiã ipsis possessionibus, & bonis obligatis penitus interemptis, seu destructis. Fuitq; & est talis contractus emptionis & venditionis per episcopos Bratislauienses pro tempore existentes, & eorum officiales, nec non per diuersos dominos temporales locorum & terrarum, in quibus census huiusmodi constituti existunt, tanq; licitus & communiter vtilitati deseruiens. sæpius cõfirmatus pariter & approbatus. Quòdq; ẽt super huiusmodi census plura beneficia ecclesiastica, collegia, canonicatus & præbẽdę, dignitates, personatus & officia, vicariæ, altaria numero plus quàm duo milia de expresso consensu & voluntate dominorum tẽporalium, sub quorum territoriis dicta bona obligata cõsistunt, erecta, dotata, & fundata. Quòdq; ẽt vẽditores eorundẽ censuum se nonnunquam ad ipsorum census solutionem pœnis & censuris ecclesiasticis ordinariorum locorum sponte & liberè submiserunt: sicuti

cuti etiam aliqui eorum tractu temporis compulsi fuerunt. & compelli consueuerunt. Tamen nonnulli ex venditoribus ipsis in arcum prarum conuersi, cupientes cum alterius iactura locupletari, huiusmodi census hucusq; per eos liberè & absque ulla contradictione solutos eisdem emptoribus tam ecclesiasticis, quàm secularibus soluere contradicunt & recusant, confingentes huiusmodi emptionis & venditionis contractus fore & esse vsuratios & illicitos, ipsos emptores ecclesiasticos & seculares, necnõ collegia, & canonicatus, & prębendas, dignitates, personatus, & officia, vicarias, & altaria, ac beneficia huiusmodi ipsorum annuorum censuum spoliant perceptione, & detinent spoliatos in animarum suarum periculum, eorundemq; emptorum præiudicium, damnũ, & grauamen. Et propterea, an contractus emptionis & venditionis huiusmodi liciti existant, à nonnullis hæsitatur. Quare pro parte eorundem cleri, nobilũ, incolarum, & habitatorum ciuitatis & diœcesis Bratislauien. nobis fuit humiliter supplicatum: vt an cõtractus huiusmodi liciti vel illiciti censeri debeant: declarare, & aliàs eisdem in præmissis opportunè prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati: quia etiam ex relatione dilecti filij nostri Guilelmi tituli sancti Marci presbyteri cardinalis, cui negocium huiusmodi cum peritorum consilio commisimus examinandum, comperimus, contractus huiusmodi iuridicos, & iuxta determinationem doctorum licitos fore. ad huiusmodi ergo ambiguitatis tollendum dubium in præmissis præfatos contractus licitos: & iuri communi conformes, ac ipsorum censuum venditores ad illorum solutiones remoto contradictionis obstaculo obligati auctoritate apostolica tenore præsentium. ex certa scientia declaramus: non obstantibus præmissis cæterisq; contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam nostræ declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit: indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctos Apostolos vj. non. Iulij. Pontificatus nostri anno viij. Volentes itaque, quòd prædictæ literæ nostræ debitum sortiantur effectum, fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum per vos, vel alium, seu alios, præfatis emptoribus, in præmissis opportuni fauoris præsidium efficaciter impendentes, dictasq; literas, vbi, quando, & quoties expedire videritis, auctoritate nostra solemniter publicantes, faciatis eadem auctoritate eisdem emptoribus, vel ipsorum procuratoribus eorum nominibus per venditores, seu debitores censuum huiusmodi de præfatis censibus iuxta contractuum & contentionum inter ipsos habitarum formam & tenorem plenam & debitam satisfactionem impendi, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstante si aliquibus communiter vel diuisim à sede Apostolica sit indultum, ꝙ interdici, suspendi, vel excommunicari non possit per literas apostolicas, non facientes plenam & expressam de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud sanctos Apostolos vj. nonas Iulij. Pontificatus nostri anno viij.

Sequitur copia bullæ Calixti Papæ Tertij, cuius sententia fuit supra allegata in prima conclusione huius quæstionis.

Calixtus episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis Magdeburgen. & Nunc bargen. & Halberstaten. ecclesiarum decanis salutem & apostolicam benedictionem. Hodie literas concessimus tenorem, qui sequitur continentes. Calixtus episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Regimini vniuersalis ecclesiæ (quanquam immeriti) disponente domino præsidentes, curis angimur assiduis, vt iuxta nobis creditì dispensationem officij subditorum quorũlibet paci & quieti, quantum nobis ex alto conceditur, intendamus, & dubia, quæ inter eos oriuntur pro tempore, ne litiũ anfractus exinde seu scandala proueniant, prout iusticia persuaserit, declarationis nostræ ministerio sopiãtur. Sanè pro parte venerabilis fratris nostri Ioannis episcopi Merspurgen. nobis nuper exhibita petitio continebat, ꝙ licet à tanto tempore, cuius cõtrarij memoria non existit, in diuersis Alemaniæ partibus pro communi hominum vtilitate inter habitatores & incolas partium earundem talis inoleuerit, hactenusq; obseruata fuerit legitimè præscripta, ac moribus utentium, & etiam ordinariorum permissione, & plerunq; expressa ratificatione approbata consuetudo, ꝙ ipsi habitatores & incolæ, siue illi ex eis, quibus id ꝓ suis statu & indemnitatibus expedire visum fuerit, super eorum bonis, domibus, agris, possessionibus, & hæreditatibus annuos marcarum, florenorum seu grossorum monetæ in partibus illis currentis redditus seu census vẽdentes, pro singulis ex marcis, florenis, siue grossis huiusmodi ab eis, qui illas, uel illos, siue redditus, siue census ipsos emerint, certum competens pretium in numerata pecunia secundum temporis qualitatem (prout ipsi uendentes & ementes in contractibus super his inter se firmauerunt) recipere solíti fuerẽt illa ex domibus, agris, prædiis, possessionibus, & hæreditatibus prædictis, quę in huiusmodi cõtractibus expressa fuerunt dictorum solutione, reddituum & censuum efficaciter obligãtes, in illorum uendentium fauorem hoc adiecto, ꝙ ipsi pro rata, qua huiusmodi per eos recepta dictis ementibus restituerunt in toto vel in parte pecunia, à solutione reddituum, seu censuum huiusmodi restituta pecuniam contingentium liberi forẽt penitus & immunes: sed iidem ementes ẽt si bona, domus, terræ, agri, possessiones & hæreditates huiusmodi processu temporis ad omnimoda destructionis, siue desolationis reduceretur opprobrium, pecuniam ipsam agẽdo repetere non ualerent. Apud aliquos tamen hęsitationis uertatur scrupulus, an huiusmodi contractus liciti sint censendi. Vnde nonnulli illos vsuratios fore prætendentes, occasionem quærunt redditus, & census huiusmodi ab eis debitos non soluendi. Quare pro parte episcopi & cleri prædictorũ, asserentium ꝙ in talibus sic emptis cẽsibus & redditibus fructus, redditus, & prouẽtus plurium ecclesiarũ, monasteriorum, hospitalium, & ecclesiasticorum benefi-

ciorum ciuitatis & diœcesis, ac partium prædictarũ, nec non ferè omnes quotidianæ distributiones, quæ in pleriſq; eccleſiis ipſis diuinis intereſſentibus miniſtrari ſolent, conſiſtere noſcuntur) nobis ſitit humiliter ſupplicatum: vt ſuper his apoſtolicæ declarationis oraculum impartiri, & adiicere paterna dilectione curaremus. Nos igitur huiuſmodi in hac parte ſupplicationibus inclinati, & factas ex commiſſione ſanctis recordationis Martini Papæ quinti prædeceſſoris noſtri deſuper examinationes, & cuiſdẽ prædeceſſoris noſtri declarationem attencius perſtringẽtes ſuisq; veſtigiis inhærentes, ad omne ſuper his ambig uitatis tollendam dubium, præfatos contractus licitos, inriq; conformes, & uendentes eoſdem ad ipſorum ſolationem cenſuum & redditum iuxta dictorum contractuum tenores, remoto contradictionis obſtaculo, efficaciter reneri, auctoritate Apoſtolica præſentium ſerie declaramus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datũ Romæ apud Sanctum Petrum, pridie non. Maij. Pontificatus noſtri anno primo. Volentes itaque, quòd prædictæ literæ debitum ſortiantur effectum fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum per vos, vel alium, ſen alios cuibuſuis epiſcopo, & clero prædictis opportuno defenſionis præſidio aſſiſtentes, dictas literas vbi, quando, & quoties expedire uideritis: auctoritate noſtra ſolemniter publicari faciatis, & eadem auctoritate per uenditores, ſeu debitores reddituum & cenſuum huiuſmodi dictis emptoribus, ſen illis, quibus ipſorum reddituum, ſeu cenſuum ſoluitio præſtanda fuerit, de eiſdem cenſibus iuxta contractuum & conuentionum ſuper his habitorum formam & tenorem plenam & debitam ſatisfactionem impendi. Cõtradictores verò per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtante, ſi aliquibus communiter, vel diuiſim à ſede Apoſtolica indultum exiſtat, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, pridie nonas Maij Pontificatus noſtri anno primo.

QVAESTIO. LXXXIIII.

Vtrum emptio redditus redimibilis depraue-tur per hoc, ꝙ emens dat minus pro tali redditu, quàm daret ſi eſſet irredimibilis. & ſi nõ an ne per aliqua alia depraue tur? Nam in præcedenti quæſtione ſunt multa poſita, per quæ (vt probatum eſt) non depraue tur. Ideo hic videndum eſt de illis, per quæ depraue tur: & quia quantitas precij poteſt eſſe illud, per quod depraue tur: ideo primò de illo uidendum eſt, qõ, & qñ non depraue tur per eam. Soluitio igitur qõnis ſtabit in octo concluſionibus.

Prima cõcluſio. Per hoc præciſè, ꝙ emens dat minus pro tali redditu, quàm daret, ſi eſſet irredimibilis, non depraue tur prædicta emptio. Hæc concluſio ponitur contra plures qui oppoſitum ſenſerunt: cuiuſmodi fuit Hen. de Hoyta in ſuo tractatu, in dubio quinto, & in ſexto. Ad idem tendunt aliquę ſubſcriptiones doctorum, quas vide in præcedenti quæſtione, in cõcluſione prima, quaſi circa principium. Sed oppoſitum ſenſit Ioannes de Gerſonia, cuius ſententia uidetur mihi vera, & idem etiam voluit Panor in c. ad noſtram, de emp. & ven. Probatur igitur concluſio quintupliciter. Primò ſic. Redditus redimibilis eſt emptori minus valens, quàm irredimibilis: igitur licitè poteſt emptor velle aliquantulũ minus dare pro redimibili, quàm daret pro irredimibili. & ſic nõ depraua bitur per illud dare minus. Antecedens probatur: quia minus nalet res alicui, quando habet in ea dominium imperfectius, ſeu minus plenum, aut minus liberum ius. Modo in re redimibili non habet emptor ita perfectum & plenum, uel liberum dominium: ſicut ſi eſſet irredimibilis: quia quando eſt redimibilis, cogitur eam reuendere: etiam ſi multũ diſplicear, & graue ſit emptori. Secundò: quia quanto res eſt magis onerata, vel maiori oneri coniuncta, tanto eſt minoris valoris. Modo res redimibilis coniuncta eſt maiori oneri, quàm irredimibilis: quia eã habens, eo ipſo ꝙ eam habet, eſt oneratus ad reneñdum eam uenditori repetenti, quali onere non eſſet obligatus, ſi haberet rem irredimibilem. Tertiò, quanto venditor plus ſe exuit dõio & iure ſuæ mercis tãto carius poteſt eã uendere; & tanto ẽt carius debet emptor eam emere, ergo econtra: quanto minus ſe exuit dõio & iure eius: tanto remiſſius debet dare: & emptor etiã remiſſius poteſt emere. Modo qñ redditus eſt redimibilis: tunc nẽditor reſeruat ſibi ius aliquod citra illam redditum, ſcilicet eum retrahendi ad ſe, vt prius erat. qñ autem irredimibiliter uendit, nullum ius retinet circa eum. igitur. Maior poſſet exemplo declarari in illo, qui renunciat tam dõio directo, ꝙ vtili & vſui & vſufructui. Nam ille carius poteſt alienare, quàm ille, qui ſibi retinet dominium directum, & transfert in aliũ ſolum uſum, vel vſufructum, vel dominium utile. ita etiam ius retrahendi eum ad ſe eſt quoddã ius, quod ſibi retinet uenditor. Quartò: quia Lewis. xv diſponitur, ꝙ emptor tanto minus dabat pro re, quãto breuius erat tempus vſq; ad iubileum: eo ꝙ tunc res redibat ad priorem dominum. ergo ẽt tanto minori precio poteſt res emi, quãto minus amplum dominum habet in ea. Quintò: quia non poſſe rem meam à me repeti, eſt res æſtimabilis precio. ſignetur igitur precium illius non poſſe, & vocetur G. & accipiatur alia res per omnia ſimilis bonitatis cum illa: hoc ſolo dempto, quòd illa alia poſſit repeti: iam illa ſecunda debebit valere tantum quantum prima: dempto tamen precio G. igitur non eſt tanti valoris res redimibilis, ſicut irredimibilis. Et in cõcluſione notanter dicitur minus, & non dicitur multo minus, vel paulò minus: quia illa minoritas non poteſt regulariter determinari. Nam poſſet eſſe tanta, quòd redderetur emptio iniuſta: poſſet etiam eſſe tanta, quòd adhuc minus poſſet dari. Vnde ad hoc quòd ſit talis minoritas: quæ non depraue emptionem, requiritur, quòd emptor conſideret, quantum uellet dare, ſecundum rectã rationem, quatenus illa

illa res, quæ eſt redimibilis & empta pro xx. flor. eſſet irredimibilis. Nam tunc tantum debet ſuperaddere vltra xx. flor. (ſaltem ſi illud idem etiam cæteri paſſim eſſent facturi) quemadmodum etiam hodie videmus, quòd carius oportet emere redditus irredimibiles, quàm redimibiles.

Contra prædictam concluſionem arguitur ſextupliciter. Primò per quatuor motiua Henr. de Hoyta. Primò ſic. Adiectio conditionis de redimendo nullũ præiudiciũ facit emptori. igitur non poteſt licitè velle propter illam conditionem dare in aliquo minus; q̃ deberet dare, quando illa conditio non eſſet adiecta. conſequentia nota: quia tunc res redimibilis eſt æqualis valoris cuẽti ſicut irredimibilis. igitur digna æquali precio. Antecedens probatur: quia vel venditor nunq̃ de facto repetet eam rem: puta quia nunq̃ ad tam pinguem fortunam perueniet, ꝙ poſſit redimere, vel ex alia cauſa omittit, licet haberet ius repetendi, aut aliquando repetet. Si primũ: tunc emptor ita bene eam perpetuò retinet, ſicut ſi faiſſet irredimibilis. Si ſecundum tunc licet cogatur eam reſtituere: tamen hoc non erit ſibi præiudiciale: quia pro ea recipiet tantundem precij, quãtum pro ea expoſuerat. & ideo ſi tantum precium pro ea dediſſet, quãtum pro irredimibili dediſſet: tunc illud etiam iam rehaberet. igitur. Dicendum, ꝙ argumentum deficit quintupliciter. Primò: quia ſi detur primum: nihilominus nõ ita bene eam perpetuò retinet. ſicut ſi faiſſet irredimibilis: ſi ly ita bene, denoteret amplitudinem & libertatem dominij: quãmuis verum ſit, ſi denoteret tẽporis diuturnitatem. Nam quantumcunq; non repetet de facto: tamen nihilominus emptor nõ ita plenum ius habet in illa re: ſicut ſi eſſet irreperibilis: patet in ſimili: ſi accommodes mihi librum, & nunq̃ is eum repetiturus: & tũ velis hõc ita repetendi, ego non ita bene ſeu ita plenum dominum habeo in eo: ſicut ſi eum mihi dediſſes irrepetibiliter, ſeu donaſſes. Secundò: quia ſi concluderet: tunc ſi quis uenderet alicui iuſtran ſcindi per agrum ſuum ad x. annos, & emptor nunq̃ eſſet vſurus illo iure, non poſſet venditor aliquid ab emptore pro illo recipere, ẽtſi receppiſſet, & in fine x. annorum cõperiret eum nunq̃ fuiſſe vſum, deberet ſibi perceptum precium reſtituere: quia nullũ grauamen, nec onus ab eo ſuſtinuiſſet. Tertiò: quia dato, ꝙ nunq̃ repetet de facto. tũ hoc latet emptorẽ, & ſic animus eius ſtat in ſuſpenſo, expectans ſi nec ille aliq̃n redimet, & cogitat, cui rei nellet pecuniam illam, quæ in redemptione ſibi reſtitueretur, applicare: ne eam abſumeret quotidianus eius vſus. Hæc autem ſuſpenſio eſt talis res, ꝙ eius oppoſitum eſt æſtimabile precio. & per conſequens ipſa eſt præiudicialis ſeu onoroſa. præterea ſi res eſt redimibilis: pono ꝙ ſit ager, vel huiuſmodi: tunc non facit impenſas in ea, ex quibus poſſet cõmoditates maiores aſſequi. & hoc omittit propter eius redimibilitatem. & ſic redimibilitas eſt ſibi cauſa ceſſandi maiora lucra. & per conſequens facit illam rẽ ſibi minus lucroſam & vtilem & minus valentem. Quartò: quia ſi detur ſecundum: tunc quamuis rehabebit precium æquiualẽs illi rei: tũ per hoc nihilominus hucuſque fuit oneratus obligatione reuendendi prædicta ſuſpenſione, quod onus ſupportauit. nec per rehabere precium eſſet ſibi ſatisfactum pro illius ſupportatione præterita: ſed tñ pro præſenti reſignatione rei. Quintò: quia quod dicit, ꝙ ſi dediſſet tantum precium, quantum pro re irredimibili: tunc ẽt iã rehaberet tantundẽ, non concludit: quia ſi ſic: tunc eodẽ modo probaretur, ꝙ nõ eſſet ſibi præiudiciale, ſi rem ſolum valentem x. flor. emeres pro mille redimibiliter: quia cum alius eã redimeret, ẽt rehaberes tantum, quantum dediſſes. Vñ dicendũ, ꝙ quis tantundẽ rehaberet: tũ non haberet in illa rehabitione refuſionem illorum lucrorum & vtilitatum, quas potuiſſet conſecutus fuiſſe. interea per illam pecuniam nimis multam, quam dat pro illa re: quia ſi emiſſet pro illa magna pecunia multas poſſeſſiones, ſicut potuiſſet, leuaſſet longè maiorem vtilitatem, quàm de prædicta re leuare potuit.

Secundò ſic arguitur. Obligatio reuendendi rem venditori pro eodem precio non eſt onoroſa emptori taliter, ꝙ tatione illius liceat ſibi velle minus dare pro illa re, quàm ſi eſſet irredimibilis. igitur fundamẽtum primæ concluſionis non valet. Antecedens probatur: quia talis obligatio reuendendi, etiam ſi fiat ad reuendendum pro minori precio, q̃ fuerit illud precium, quod emptor pro ea dat, non eſt prædicto modo onoroſa emptori igitur multo minus erit onoroſa, quando fit pro eodem precio, conſequentia nota. Antecedens probatur: quia ſi fuiſſet prædicto modo onoroſa, Deus non diſpoſuiſſet in lege ſua veteri, ꝙ emptor deberet eſſe ſic obligatus: quia Deus gentaſſet emptorem vltra id, quod ęquum eſſet: & tñ Deus id diſpoſuit. Nam ſtatuit, ꝙ emptor teneretur agrum emptum reuendere venditori repetenti eum, & ꝙ venditor non teneretur ſibi dare tantum precium, quantum ab eo recepiſſet: niſi computando fructus medii temporis in ſortem. & ſic ſi emiſſet agrum pro x. flo. & tot fructus recepiſſet, ꝙ ſingulis defalcatis æquaiacerent ix. flor. non oporteret venditorem reſtituere niſi unum flor. Modo in caſu noſtro emptor non tenetur reuendere, niſi integraliter ſibi reſtituatur precium expoſitum, nec tenetur fructus medii temporis computare in ſortem. Dicendum, ꝙ argumentum deficit dupliciter. Primò: quia ſi concluderet, tunc etiam probaret, ꝙ emptor teneretur tantundem dare pro redditu redimibili, etiam cuius fructus medii temporis deberet tempore redẽptionis computare in ſortem: ſicut pro redimibili, cuius fructus medii temporis non deberet computari tempore redẽptionis in ſorteni, quod tamen eſt falſum: vt patet de ſequela probatur eodem modo: quia talis obligatio nõ eſt onoroſa taliter, ꝙ tatione illius liceat ſibi velle minus dare pro illa re, quàm ſi non deberet computare fructus in ſortem: quia ſi fuiſſet onoroſa, Deus non diſpoſuiſſet in lege ſua veteri, eam imponendo emptori: ſicut tamen non fecit. Secundò deficit, quia licet Deus in ve. lege diſpoſuerit, obligationem onoroſam imponendam emptori: tamen non ſine conuigna refuſione illius oneris ſibi per uenditorem fienda, in recipiendo ſecundũ hoc eo minus precii ab emptore: quia quanto onoroſior fuit prædicta obligatio reuendendi, tãto minus precium dedit pro merce: ſicut etiam tanto minus dat precij ex diſpoſitione legis dabatur, quanto propinquior erat iubileus tempore illius emptionis. non eſt enim credendum, ꝙ

quãdo quis in vale. emebat agrum redimibilem, qui secundum cursum nostri temporis valeret xx. flo. etiã ad redemptionem, & tunc dederit pro eo xx. flo. sicut nunc daretur, etiam si esset in se, & quo ad fructuum æstimationem eiusdem valoris: tunc & nunc & vero hic, emeretur redimibiliter. Alioquin si tunc ẽt oportuisset eum dedisse xx. flo. & tenuisset eum per vnum annum, & leuasset fructus. j. flo. tantum. & venditor ipso anno solũ sibi restitueret xix. flor. quia fructus illius anni, qui essent vnius flo. essent computandi in sortem) sequeretur, q ipse frustra laborasset illo anno, adeo q longè consultius fuisset sibi retinuisse sibi suos xx. flor. & ocio vacasse: quia anno finito adhuc haberet suos xx. sine laboribus illius anni, vbi alia via non nisi xx. leuasset cum magnis laboribus. Vnde rationabile est, q longè minus pro illo dedisset, quàm nunc pro eodem dare debebit, & hoc intantum, q quando venditor esset eum redempturus, & ipse cogeretur vẽditori computare fructus medij temporis in sortem: nihilominus sibi fieret sufficiens refusio laborum & expensarum, & aliorum, quæ gessisset circa illum agrum. Etsi sicut secundum maiorem oberoristarem obligationis impositæ emptori daretur etiã eo minus precium in ve. lc. Sic etiam hodie poterit fieri, quòd cum emptori imponitur onus reuendendi rem venditori repetenti, poterit emptor velle minus pro ea dare: q̃ si illud onus ei non imponeretur.

Tertiò arguitur contra prędictam conclusionem: quia eius rationes & fundamenta non valent. Vnde prædictus doctor nititur eas enecuare. & primò dat vnam responsionem, quam met reputat insufficientem, & est. q prædicta obligatio renendendi rem nõ facit rem esse minoris valoris, quàm si non esset talis obligatio: quia prædicta obligatio solum cadit in persona: & nõ in illam rem. Nam solum ipse emptor est obligatus venditori ad aliquid, scilicet ad reuendendum. secus quando obligatio aliqua imponeretur ipsi rei, & sic esset onus reale: sicut quando ager emptus esset obligatus principi, uel ecclesiæ pro annua quota: tunc minus valeret, quàm si non esset sic oneratus. Sed hæc responsio improbatur per eum sit: quia dato, quòd obligatio personalis (cuiusmodi est prædicta) non faciat rem ipsam in se esse minoris valoris: tamen facit eam minus valere tali emptori, scilicet sic obligato. hoc ostenditur dupliciter. Primo: quia excludit ab eo gradũ plenitudinis & libertatis dominij, super illam rem, quem gradum haberet, si non esset obligatus reuendere eam. Secundò: quia quando res traditur alicui emptori cum obligatione etiam nõ realis: sed solum personalis: tunc potest illud personale onus esse tantum, q melius esset emptori onus simode carere illa re, quàm eam cum personali tali onere habere: vtputa si venditor non daret ei illam rem nisi obligando personã emptoris, q emptor deberet esse obligatus venditori ad manẽdum in carcere toto tempore, quo illa res esset de eius dominio. ita etiam potest contingere, q aliqua personalis obligatio imposita emptori faciat rem emptã sibi in magna & notabili quãtitate minus valere, quàm si esset liber à tali obligatione. Et præter hanc eius improbationem propriam potest etiam secundo sic improbari: quia non est verum, q in proposito prædicta obligatio retinendi sit tantum personalis, immo etiam est partim realis, uel ad minus habet admixtã, vel de per se cõcomitantem realem. Nam venditor reseruauit sibi ius retrahendi rem ad se: omni autem iuri correspõdet obligatio. igitur sicut reseruauit sibi ius, rem de respectu illius rei: sic in illa re oportet ponere obligationem aliquam realem. igitur emptor habens illã rem cum obligatione reuendendi, etiam habet illam rem cum reali obligatione, quę non esset, si eam irredimibiliter emisset. Tertiò potest improbari: quia rẽ in se non naturaliter nisi x. flo. possum vẽdere pro plus precio, si est mihi necessaria adeo, q non nisi cum meo notabili incommodo possim ea carere: & tamẽ instãs me inducendo fortiter, q tibi vendam, prout patuit supra q. lvj. ergo econtra rem in se valentẽ x. flo possum velle emere pro minori precio, eo q nõ nisi cum quodam onere mihi traditur, etiam si illud onus solum esset personale. consequentia est nota ex identitate rationis: quia etiam in casu antecedẽs illud, ratione cuius augeri potest precium, se tenet tantum ex parte personę venditoris. Secundò igitur datur aliam responsionem ad euacuandum prædictam rationem dicens, q verum est, q prædicta obligatio reuendendi facit rem minus valere emptori. & hoc fm æstimationẽ eorum, qui corruptum habent iudicij: & suam sequuntur inordinatam cupiditatem: non tamen minus valet sibi. fm veram æquitatem iustitiæ cõmutatiuę quam recta ratio dictat, & lex charitatis iubet. Nã homo datus est homini in adiutorium & releuamen, ita q alter alterius onera portet, & indigentiam eius releuet pro loco & tẽpore & negociis hoc expostulantibus & requirẽtibus. Hoc vtiq; dictat naturalis ratio, hoc requirit hominum societas politica, eo q homo sit animal politicum & ciuile: vt patet. j. Polit. & hoc etiam inbet lex charitatis dicens. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Mat. xxij. sed hęc dilectio non solum seruanda est in corde, aut profendo ore: sed etiam exhibenda opere. iuxta illud. j. Io. iij. Non diligamus verbo, vel lingua: sed opere & veritate. Sed manifestè contra hoc rationis dictamen, & cõtra legem charitatis facit, qui in prædicto contractu propter obligationis adiectionem ad reuendendum notabiliter aliquid diminuit de iusto precio, quod sine tali conditione res ipsa vænalis valeret, eo q dato iusto precio emptor non haberet damnum: sed lucrum. & per diminutionem iusti precij grauat & dãnificat proximum suum contra æquitatem iustitię naturalis rationis & legis charitatis. hæc ille. Sed hæc responsio deficit in tribus. Primò: quia negat, q res vere & a parte rei, seu fm æquitatem iustitiæ commutatiuæ minus valeat cum illa obligatione quàm sine: & tamen nõ respõdet ad probationes ad hoc adductas, quæ non solum probant, q apud habentes corruptũ iudiciũ res illa minus valeat, sed etiam apud serenum habentes iudicium. vt patet cuilibet intuenti rationum illarum rationum. Secundò: quia assumendo oppositum prędicti assumpti per eum negat. scilicet quod q illa res etiam redimibiliter empta æquè valet emptori secundum æquitatem iustitiæ commutatiuę. sicut si esset irredimibilis, nititur illud ostendere per hoc, q homo datus est homini in adiutorium, prout consequenter deducit: & tamen illa probatio non attingit illud assumptum,

sumptum, nęque ut iacet, neque etiam si ad formam aliquam reducatur: pura si sic reducatur: prout iis effectu vult arguere. res empta cum obseruantia legis diuinæ & naturalis, tantundem valet homini: sicut si eam emeret sine illa obseruantia. Modo si emptor ni hilominus det tantum pro illa re, quantum pro ea daret irredimibili emptione: tunc in illa emptione seruat præcepta legis diuinæ & naturalis. & si non tãtundem deo, non seruat ea. igitur. Maior nota. Minorem pro secunda parte probaret sic: quia verq; lex mandat homini, q gratis succurrat proximo suo indigenti: impendendo ei beneficium. sicut & vellet illud sibi fieri in simili casu ab eodem. Modo se obligare ad reuendendum rem repetenti eam est quoddã beneficium, quo indiget venditor. ergo propter illã obligationem debet sibi non velle minus dare pro re quia iam non gratis ei se sic obligaret. Modo illa probatio non valet. quod patet: quia concessa maiore negatur minor pro secunda parte: si saltem intelligatur eam uniuersaliter. Nam frequenter potest contingere, q venditor rei non est in tali necessitate constitutus, q emptor teneatur ei gratis illud beneficium impendere, scilicet obligare se ad reuendendum ei illam rem: & per consequens tunc poterit pro illa obligatione sibi velle proportionabiliter aliquid in precio remitti. Lex enim naturalis & diuina mandans impendere beneficium proximo, scilicet dando, vel impendendo sibi gratis aliquid æstimabile precio: nõ est præceptiné intelligenda in omni casu: sed solum in quibusdam casibus necessitatibus. Prædicta autem obligatio est res æstimabilis precio: qui autẽ sint illi casus tam in donatione rei, quàm in mutuatione, patuit supra q. xix. Si autem intelligat secundam partem minoris particulariter, uel indefinitè, cõceditur minor pro secunda parte, & cõsequenter etiam in talibus particularibus casibus conceditur cõclusio: scilicet q deberet emptor tantundem ei dare pro illa re redimibili, seu q deberet emptor obligationem reuẽ dẽdi subire gratis, & absq; vlla remissione partis precij. Nec hoc est contra cõclusionem nostram: quia in quatuor, uel quinq; particularibus casibus necessitatis debet prædictus emptor non solum gratis se obligare ad reuendendum: sed etiam tenetur ad hoc, q absq; emptione der illam pecuniam per contractum mutui ipsi uenditori: & tunc æquè valebit sibi gratis mutuare illam pecuniam proximo: sicut si per illam emeret rem redimibilem à venditore, immo plus valebit: quia tunc obseruat legem impẽdendo opus pietatis in casu debito. & sic consequitur promissionẽ vitæ, quæ nunc est & futuræ. j. ad Tim. iiij. quam tamen legem si transgrederetur, nihil horum consequeretur, immo (quod plus est) in casu, quo est tantum consilij, gratis impendere beneficium proximo, si dimissa emptione, quæ sibi tunc non esset illicita, impendat mutuum potius, quàm q per eam quid emat ab ipso: illud plus ualet sibi, quàm si emeret etiam dãdo abundans precium: quia tunc facit opus pietatis & misericordiæ in casu consilij. ergo centuplum accipiet hic, & in futuro vitam æternam. Tertiò deficit, quando dicit, dato iusto precio, scilicet tanto, quantũ res ualeret sine conditione redemptionis, emptor nõ haberet damnum: sed lucrum. Nam negatur suppositum, scilicet q si det minus pro re redimibili, quàm daret pro eadem irredimibili, det iniustum precium. Aut q si det tantum, quantum pro irredimibili, q ipse emptor non haberet damnum, immo dico, q tunc haberet damnum: quia res non tantum valeret, quãtum darer precium. Nec valet, si dicis. verum est, q tunc pateretur damnum temporale: para subeundo onus reuenditionis, quod sibi non refunderetur temporaliter: tamen haberet lucrum spirituale, eo q pro illo onere, quod subit pro proximo, Deus dabit sibi bona spiritualia hic & in futuro. Nam dicendum, q nõ tenetur ad subeundum sic temporale damnum, uel onus: sic q si nõ subeat illud sic, scilicet gratis, q peccet: nisi in certis casibus necessitatis: non autem regulariter, vel uniuersaliter, & quod de spirituali lucro loqueris, dico, quod adhuc amplius lucrum haberet: si extra prædictos casus necessitatis, seu regulariter loquendo, non emeret aliquid ab illo: sed gratis illam pecuniam mutuaret eidem. Nec tamen audebis eundem damnare: si non mutuare, sed emere velit: licet tunc negligat illud spirituale lucrum. Quòd si dicas: non solum perdet lucrũ spirituale: sed etiam spirituale damnum incurret: si non subierit illam obligationẽ reuenditionis gratis. negatur loquendo universaliter: sed bene in certis casibus, in quibus etiam peccaret, q incurreret spirituale damnum, si non mutuaret, extra tamen quos non damnabis eum, si non mutuet: sed emat, potest etiam quartò adduci una prolixa probatio eiusdem Hen. quam ponit in dubio sexto, eo q per eandem etiam nititur improbare illã emptionem partim supponendo, q precium sit iniustũ: & partim etiam alia uia. ideo ne uideatur aliquid cõcludere, ponam eius uerba in forma. Nam sic arguit. Emptio facta propter hoc pro minori precio q adicitur conditio redemptionis concessa uenditori, est contra legem naturalem & diuinã. igitur illicita. Antecedens pro prima parte sic deducit: quia Vgo de S. Vict. li. j. de sacramentis, parte xij. c. iij. dicit. Sub lege naturali duo præcepta fuerunt, scilicet quod tibi nõ vis fieri, alteri ne feceris. & quæcunq; vultis, vt faciãt vobis homines, ea & vos facite illis, sed cõtra utrunq; illorum facit prædictus emptor pro minorando precium dicto modo in cõtractu prædicto, quod probatur: quia quando talis minoratio precij fit præcisè propter adiectionẽ conditionis reemendi: tunc uenditor ex indigẽtia & necessitate, qua urgetur, minus iusto precio recipit pro sua re: & patitur se damnificari propter hoc: vt urgentem necessitatem suam & indigentiam aliqualiter releuet: constat autem, quòd emptor non uellet hoc sibi fieri, quòd in tali casu sic damnificaret: sed potius uellet, quòd iustum preciũ sine diminutione pro re sua sibi daretur: & cum hæc potestas reemendi rem suam (quando posset) sibi ex fraterna clementia concederetur. igitur dum ipse emptor in hoc casu dat venditori minus iusto precio pro re sua propter adiectionem conditionis, facit alteri, quod sibi non uellet fieri, quare sequitur, q facit contra utrunque præceptum legis naturæ. Pro secunda uerò parte probatur antecedẽs dupliciter. Primò sic: quia fm Vgo. libro & parte quibus supra c. l. Hæc duo præcepta naturalis legis per legem scriptã latius explicata sunt: & distincta per alia septem

præcepta, quæ secunda' tabula continetur, in quibus ostenditur, qualem debeat se homo exhibere erga proximum, quemadmodum in tribus præcedentibus præmonstratur, qualem debeat se exhibere homo erga Deum. Vnde patet, quòd emptor in casu prædicto faciens contra illa duo præcepta naturalis legis, facit contra septem præcepta secundæ tabulæ legis diuinæ, de quibus habetur Exod. xxix. per quæ prædicta duo præcepta naturalis legis distinctius sunt explicata, quæ rursum quasi in unum redigens dominus Saluator noster, Matth. vij. dicebat: Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & ea vos facite eis: hoc est enim lex & prophetæ. Vnde patet, quòd in tali contractu emptor facit contra præcepta moralia semper stabilia & obligantia legis diuinæ utriusque testamenti veteris & noui in his, quæ pertinent ad dilectionem proximi. Secundò probatur eadem secunda pars antecedentis sic: quia talis facit contra præceptum dilectionis Dei: quem non vt debet diligit: dum scilicet dicto modo contra dilectionem proximi facit: vt dicitur j. Ioan. iiij. Qui non diligit fratrem suum, quem vider, Deum, quem non videt, quomodo diligere potest? Et hoc mandatum habemus à Deo: vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Exob hoc etiam Apostolus Paulus j. ad Thes. iiij. ad materiam illam singulariter descendens dicebat. Ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negocio fratrem suum: quoniam vindex est dominus. Item j. Ioan. ij. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habentem, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei maner in eo. Modo in hoc casu emptor habet subsidiam: & videt fratrem suum necessitatem habere, ita vt compellatur supra se & hæreditatem suam censum annuum vendere: à quo inhumanè clausit viscera sua, cum non solum non sit ei paratus subuenire, vel dando, vel mutuando: sed tanquàm crudelis exactor ipsum vrgeat ad accipiendum supra se graue onus annui census: absque hoc q recipiat æquiualens in precio: & ita absque pietate: immo cum impietate fratrem suum supergreditur in negocio. In tali itaque contractu refrigescit charitas & abundat iniquitas hominum eorum, de quibus scribitur. Oculos suos statuerunt declinare in terram. hoc est secundum Aug. super eundem locum, intentionem cordis sui statuerunt declinare in ista terrena, quorum vtiq; finis interitus est: prout dicit Apostolus ad Phil. iij. quibus etiam Esaias comminatur dicens. Vhe qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vsque ad terminum loci. Esa. v. & eisdem etiam Iacobus Apostolus ait. Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miseriis vestris, quæ aduenient vobis. Thesaurizastis enim vobis iram in nouissimis diebus. Iac. v. hæc ille. Ad hoc dicendum dupliciter. Primò, q prædictus doct. facit hoc argumentum ⁊ supponendo, q eo ipso, q datur minus pro re redimibili propter redimibilitatem, quàm daretur pro ea, si esset irredimibilis: precium sit minus iusto, prout patet ex eius verbis præcedentibus in eodem dubio, & etiam ex verbis iam recitatis, & si hoc suppositum esset verum, argumentum procederet bene, immo tunc non solum procederet in casu, quo uenditor præstus necessitate sic uendisset sed etiam in alio uenditore non sic præsto: non liberaliter remittente illam partem, in qua minus iusto sibi datur: sed illud suppositum non est verum: vt patuit, ideo nihil concludit. Sed quia argumentum illud innet arguendum etiam videtur tacitè illud suppositum probare, & etiam alia uia prætendit incedere ab habendum intentum. ideo secundò respondẽdum est ad formam eius. Et negetur antecedens pro vtraq; parte. Ad probationem primæ partis dicendum concedendo maiorem, negatur minor. Ad probationem negatur, q minus iusto recipiat uenditor, quando aliquantum minus recipit pro re sua, in qua vult sibi reseruare ius aliquod, immo recipit æquiualens. Et cum arguis, si emptor esset in simili necessitate, vellet sibi dare iustum precium. ergo idem debet velle facere venditori. Dicendum, si prætendis, quòd emptor, si esset in simili necessitate, uellet sibi dari iustum precium: intelligendo per iustum precium tantundem, quantum res valeret, quando irredimiliter venderentur. Dico, q tunc emptor vellet sibi plus iusto dari, & non iustum: nec eius uellet esse rationabile. Ideo etiam nunc uenditor haberet irrationabile uelle, si quid consimile uellet. Si autem dicis, q ex quo uenditor est necessitate præstus: tunc emptor deberet sibi nil uelle de precio propter gratiam redemptionis concessam diminuere: quia illa necessitas est sufficiens ratio, q emptor gratis debet illam gratiam ei impendere, & sic nil ob eam diminuere in precio: quia emptor uellet illud sibi fieri in simili casu. Dicendum, q necessitas potest esse talis in quatuor, uel quinq; casibus, q emptor deberet nil diminuere de precio propter illam gratiam, uel redimibilitatem, & in eodem casu etiam emptor posset uelle sibi fieri in simili casu constituto: sed extra illos casus, & regulariter loquendo, emptor non debet (debito necessitatis, sed consilij tantum) illam gratiam ei impendere sine refusione. Et cum dicis, emptor in simili casu, scilicet parue uel leuis necessitatis uellet sibi id fieri, concedo: sed non sequitur. igitur non debet debito necessitatis idem uelle uenditori: quia illa regula, quòd tibi vis fieri, alteri facias, intelligitur. quod tibi vis fieri discreta uoluntate & rationabili, & ut debitum, illud alteri facias, præceptiuè capiendo facias; si autem velis tibi quid fieri indiscreta uoluntate, vel discreta: sed non nisi ut rem, quæ sit supererogationis tatum: tunc etiam erit supererogationis te id alteri facere. Pro secunda parte dicendum, q antecedens est iam negatum, ideo consequentia non ualet. Præterea etiã si antecedens esset uerum: tamen consequentia non ualet, ut iacet: quia nimis multum dicit in consequente: quia non sequitur: Sortes facit contra illa duo præcepta legis naturalis, disponentia hominem ad proximum. igitur facit contra omnia septem præcepta secundæ tabulæ: quia fiat, q quis tantũ faciat contra aliqua præcepta secundę tabulę: & tunc facit contra duo præcepta legis naturalis: & tamen non facit contra omnia septem præcepta secundę tabulę. Vnde qui occidit innocentem, & dehonestat parentes, facit contra ambo prædicta præcepta legis naturalis: & tñ non facit contra præceptum furti uel adulterij. & sic de aliis. Ad secundam probationem & tertiã illius

secundæ

secundæ partis dicendum, q dupliciter deficiunt. Primò: quia suppouunt, q emptor dando minus pro re dimibili, quàm pro irredimibili det iniustum preciũ. & hoc est negatum. Secundò: quia quamuis dando minus pro redimibili: & sic non impendendo proximo gratis beneficium redemptionis, uideatur non seruare uerba prædictarum auctoritatum sonantiũ de impendẽdo beneficium proximo patienti necessitatem: tamen illæ auctoritates non sunt intelligendæ præceptiuè uniuersaliter: sed tantum in quatuor uel quinq; casibus necessitatis: & extra illos non est præcepti: sed consilij impendere illud beneficium, quemadmodum sæpe contingit, quòd uenditor non est in tali necessitate constitutus. & illi casus sunt positi supra q. xix. Et aliter igitur in hac uel consimili materia ita uia media & regia procedendum est: ut non doceamus casus salubris consilij: casus obligantis esse præcepti: arctiorem facientes uiam domini, quàm ipse eam facere uoluerit. Ne dicetur nobis, alis alligant onera grauia. Mat. xxiij. & iterum. Vt quid rẽtatis imponere iugum cernicibus discipulorũ; quod neque &c. Act. vij. Similiter econtra non doceamus casus obligantis præcepti esse solum consilij, ne dicatur nobis illud. Vhe qui cõsuunt puluillos sub omni cubito manus: & faciunt cernicalia sub capite vniuersæ ætatis. Ezech. xiij Neq; enim facere debemus mereri, aut gemere cor iusti mendaciter, quem non cõtristat dominus, ei gratia imponendo. Neq; etiã cõfortare manus impiorum, puta de damnatis actibus eos assecurando, seu eis conscientiam non faciendo. Sicut nec interficere debemus animas, quæ non moriuntur, neq; viuificare animas quæ non viuunt. hoc est, dicere hominibus mortalem culpam esse, vbi nõ est: neq; licitũ esse ibi, vbi mortale est. Ezech. xiij. Aliquando periculosior est plus iusto stricta cõscientia, vt ait cancellarius Parisien. quia nonnunq; tales peccant propter conscientiam, vbi aliàs non peccarent, ob quod & Apostolus ad Rom. xiij, ait. Beatus, qui non iudicat semetipsum in eo q probat: quia si iudicat se peccare, & tamen nihilominus facit, damnatus est, hoc est, pro illa uice peccat mortaliter.

Quintò arguitur argumento, quod videtur retigisse alius aduersarius conclusionis prædictæ. scilicet Ioannes de Franckfordia in suo tract. Nam cum dixisset, q talis contractus puta vbi minus datur pro redimibili, q̃ pro irredimibili, sapit speciem vsuræ iniquitatis: subdit simile di. Rectè sicut si venderem tibi vnum maldrum siliginis pro vno flor. quod nõ valet nisi medium flo. & propter hoc carius tibi vendo: quia debeq tibi expectare ad annum, vel dimidium. certum est enim, q hoc est illicitum: pro quo enim das mihi medium flo. nisi pro expectatione: vt idem facit iudęus, qui concedit tibi, j. flo. ut des sibi in septimana pro huiusmodi concessione, uel expectatione vnum, vel duos denarios. hæc ille. Et sic in re vult sic arguere. Accipere aliquid pro gratia, quam quis impendit proximo, est illicitum. Modo quando redditus est redimibilis: tunc emptor fecit gratiã venditori. igitur non debet aliquid pro illius gratiæ impensione velle sibi dari. ergo nec remitti, & per consequens tantundem precij debet dare pro redimibili. Maior patet exemplariter in prædicto mutuo implicito, cuiusmodi est expectatio precij, vbi si quid recipit pro illa expectatione, peccat. Nam ex quo ad eam tenetur: tunc gratis debet facere: & non aliquid pro illo exigere: maximè grauando ipsum: sicut facit, quando minus iusto dat. Vnde cautor debet sibi esse anima sua. q̃ illa terrena. Dicendum, quòd aliqua eadem res potest alicui gratis dari: & tunc dicitur gratia, potest etiã licitè ei pro aliquo temporali dari: & tunc non dicitur gratia: vt patet de pane, quem pistor dat mendico: si gratis det, est gratia: si pro denario, non est gratia. Quis in casu, quo teneatur ei gratis dare, peccet, si non gratis det. Ita facultas redimendi quando gratis datur, est gratia: quando autem emptor vult tibi in precio proportionabiliter aliquid remitti, non est gratia: & quando non est necessitas talis, quòd teneatur venditori illam gratiam impendere, non peccat. Et ad probationem maioris dicendum, quòd dato, quòd esset simile: tamen non concluderet, nisi quòd non liceret pro illius gratiæ concessione quid recipere, uel sibi de parte precij velle remitti: non tamen concluderet, quin pro suo interesse posset quid recipere, uel sibi uelle remitti: quia quis mutuans non ratione mutuationis posset exigere quid à mutuatario: tamen pro suo interesse potest quid exigere: nisi sit necessitas talis in mutuatario, quòd teneatur mutuans interesse illud pati pro mutuatario. Ita in proposito, ex quo redditus non tantũ valet, quando est redimibilis q̃tum quando est irredimibilis, ideo si daret tantundem pro eo q̃tum pro re redimibili: iam pateretur dãnum, quod potest velle sibi refarciri, ut remittatur aliquid in precio. Secundò dicendum, quòd eriam non est simile: quia mutuatio est quædam gratia, de qua specialiter prohibitum est: vt nihil pro illa recipiatur. non sic de facultate redimendi. Attamen si in re consideretur æquitas in vtroque casu: prima solutio probationis maioris est melior.

Sextò arguitur per illud mortuum, quod videtur prædictos doctores in suis subscriptionibus monuisse, de quibus dictum est in quæstione præcedenti: conclusione. j. probatione viij. inter probationes per auctoritates: & nominatim secundum tertium, & quartum subscribentes: & fuit tale. Propter hoc, quòd datur modicum precium pro re redimibili, præsumitur contractus usurarius: vt patet in c. ad nostrum, de emp. & uen. & tamen non præsumeretur usurarius, quando esset irredimibilis: igitur dare minus pro redimibili quã pro irredimibili: deprauat emptionem. Dicendum, quòd antecedens intelligitur, quando illud modicum est sic modicum, quòd est minus iusto. secus quando est modicum: & tamen iustum: licet sit minus quàm pro irredimibili daretur. & de hoc patebit in sequenti conclusione sufficienter.

Secunda conclusio. Emptio prædicta depranatur per hoc, quòd datur minus iusto precio pro redditu redimibili: ita tamen, quòd si illud precium sit longè minus iusto: tunc in duplo plus depranatur illa emptio, quàm alia emptio. puta quàm emptio rei irredimibilis, etiam si alia etiam fiat pro æquo longè minus iusto. Prima pars patet. Quia ibi violatur iustitia commutatiua, & de hoc patuit in generali sufficienter

ficienter in q.lviij. Neque hæc prima pars contradicit prędictæ conclusioni: quia ſtat, quòd detur minus pro redimibili quàm pro irredimibili. & tamen detur iuſtum & proportionatum, & de illo loquitur præcedens concluſio. ſecus ubi datur minus utroque quàm iuſtum ſit: ut præſens loquitur: utpura ſi propter illud onus annexum nimis multum vult ſibi remitti in precio. Secunda pars probatur: quia quando quis emit rem aliquã irredimibiliter, & datminus iuſto precio, ibi eſt peccatum emptionis iniuſtæ contra illud. Ne quis ſupergrediatur, neque circumueniat in negocio frattem ſuum, nec eſt ibi ſpecies alterius peccati. Sed quando emptio rei redimibilis fit pro minus iuſto. & hoc pro longè minus iuſto: tunc præter prædictam rationem peccati eſt etiam ibi ſpecies vſuræ. Nam duplex eſt vſura, ſcilicet uera & præſumptiua. Modo quamuis non oporteat in tali emptione eſſe vſuram veram: tamen ibi eſt vſura præſumptiua. Prima pars aſſumpti probatur: quia uera vſura non eſt, niſi ubi eſt uera mutuatio. Modo in tali emptione non eſt uera mutuatio: quia emptor non poteſt repetere pecuniam, quantumcunq; ſit parua: licet faris certum ſit, vel creditum, quòd reſtituetur ſibi, eo quòd merx eſt longè melior, quàm precium, ideo non dimittet venditor: quin ea retinebit ad ſe & reſtituet precium. Secundum patet: quia præſumitur, quòd emptoris intentio & prepara ta mens fuerit, quòd uoluerit quantum poterit illã pecuniam mutuare uenditori lucrando quid vltra illam pecuniam mutuatam: ſed quia non audebat per expreſſum uti nocabulo mutui, ideo uſus eſt uocabulo emptionis & licet in re non ſit mutuatio: ſed emptio iniqua & iniuſta: tamen ita habebit ſuum iniquum & iniuſtum lucrum intentum per illam viam: ſicut per uiam mutui: & cum hoc non ſolum probabiliter reſtabebit precium, quaſi haberet ius repetendi: ut in mutuo fit: ſed etiam uenditor poteſt ſe liberare ab obligatione penſionis annuæ: ſicut etiam in mutuo contingit. Ideo omnibus illis penſatis præſumitur illa emptio eſſe uſuraria mutuatio. non ſic in emptione rei irredimibilis illud præſumi poterit, etiam ſi pro æque longè minus iuſto precio fieret: quia ibi non poteſt ſe uenditor ſic liberare more mutuatarij: licet tunc talis emptio ſit in hoc damnabilior: quia dammnoſior uenditori.

Contra hoc arguitur. Non eſt præſumendum illud, quod conſtat eſſe falſum. Modo ſi emptor non poteſt repetere pecuniam datam, vt conſtat (quamuis ſit ueriſimile, quòd reſtituetur ſibi) tunc non eſt ibi mutuatio, & per conſequens cum mutuatio ſit ſedes uſuræ: adeo quòd impoſſibile eſt committi peccatum uſuræ ſine mutuatione, ſequitur, quòd quandocunq; illa pecunia ſit precium longè minus iuſto, non poterit præſumi de uſura in illo cõtractu à quopiam intelligente. Dicendum dupliciter. Primò, cõcedendo maiorem, negetur ſuppoſitum minoris. Nam cum ille iniquus contractus fiat in clanculo, & non palam: tunc non conſtat, an reſeruauit ſibi emptor facultatem repetendi pecuniam, & quamuis deſuper fiant inſtrumenta, in quibus ponitur uerbum emptionis, & etiam in quibus renunciat emptor facultati repetendi: tamen ex quo malitia tantæ iniquitatis de prehenditur ex inſtrumẽto: puta quia datur tam uile precium, ideo concurrentibus aliis duobus, quæ reperiuntur: etiam in mutuo, ſcilicet quòd uenditor, qui recepit pecuniam, eam reſtituere poteſt: & ſe liberare à penſione: præſumitur contra eum, quòd à parte rei fuerit contractus aliter factus, quàm ſonent inſtrumenta, puta quia in re mutuauerit ſibi ad uſuram. & illa bona alias ſibi pignorauerit: licet palliet contractum per nomen emptionis. Et ſic argumentum prædictum procederet, quando conſtaret, quòd non poſſet repetere pecuniam, ſecus quando eſt ſuſpicio, quòd poſſit. Secundò dicendum, quòd ſicut eccleſia, uel Papa poteſt aliquem contractum damnare vt ſimoniacum, qui in re non eſt ſimoniacus: puta ſtatuit, quòd faciens illum actum, puniatur pœna ſimoniacorum: & tunc ille actus dicitur eſſe ſimonia non uera, ſeu lege naturali & diuina dãnata, ſed poſitiua, & hoc poteſt facere, maximè quando maligni nituntur per illum palliare veras ſimonias: ſicut contingeret de illo, qui emeret beneficium eccleſiaſticum: dicens ſe non emere officium eccleſiaſticum, cuius emptio eſt uera ſimonia: & tamen emptio beneficij præciſè ut beneficium eſt, ut diſtinguitur ab officio, non eſſet ſimonia. ſic poteſt aliquem iniquum contractum prohibere ſub pœna debita cõtractui uſurario, & cum factum taliter & actorẽ eius punire. & hoc quia maligni uruntur illo ad palliandum ueras uſuras: & tunc ille diceretur præſumptiuè uſurarius: non quia ſciretur, quòd eſſet in re uſurarius: ſed quia Papa propter abuſus maleuolorum præſumit tales contractus aliquando eſſe pallia uerarum uſurarum, & contra eos vult procedi ut contra uſurarios, puta compellendo eos ad reſtitutionem fructuum perceptorum, uel ad computandum eos in ſorte: & poſſunt etiam puniri canonicis pœnis uſurariorum uerorum. Dictum eſt autem notanter in ij. parte. ſi ſit longè minus &c. Quia dato quòd eſſet minus iuſto, puta exiret etiam notabiliter latitudinẽ iuſti precij: ſi tamen non eſſet longè minus: tunc quãuis eſſet ibi prima ratio, uel ſpecies peccati: quia iniqua emptio: non tamen eſſet ibi ſecunda ſpecies, ratio peccati, ſcilicet præſumpta uſura. Vnde non quæcunq; modicitas precij facit præſumi emptionẽ rei redimibilis eſſe uſuriariam: ſed oportet quòd ſit magna. Cuius ratio eſt: quia iura permittunt deceptionem uenditoris citra medietatem iuſti precij, & hoc ad ſenſum datum queſtione liij. concluſione. j. in ſi. & q. lvij. in ij. argu. contra tertiam concluſionẽ, & ideo non procedit miniſter illorum iurium: puta iudex contra emptorem prædictum, eũ ut præſumptum uſurarium condemnando propter modicitatẽ, etiam egredientem notabiliter iuſtum precium. Attamen nõ requiritur etiam deceptio ultra dimidium iuſti precij ad hoc, quòd ipſe ut præſumptus uſurarius condemnetur: ſicut tamen requireretur in emptione rei redimibilis facta pro lõge minus iuſto: ad hoc ut reſcinderetur contractus in foro exteriori, & damnaretur emptor ut iniquus emptor: licet non ut uſurarius: immo citerior deceptio ſufficeret in emptione rei redimibilis ad damnandum eam ut iniquam ſimul, & ut præſumptam uſuram: quia propter facultatem redemptionis concurrentem cum tanta

tanta modicitate, quorum vnum iuuat alterum ad præſumptionis augmentum, poterit contra eum vt præſumptum vſurarium procedi. & hoc ſatis innuit Papa in c. ad noſtram. de emp. & ven. vbi damnando talem contractum, & commemorando modicitatem dicit, quòd emptor vix dimidium iuſti precij dedit. ergo innuit, quòd dedit dimidium. Quod enim vix ſit, vtiq; ſit, & ſic non dedit minus dimidio iuſti precij: & tamen adhuc damnatur ibidem contractus ille. igitur ſufficit citerior mineritas. Quanto etiam præter hæc plura alia accedunt augentia præſumptionẽ: tanto etiam magis poterit præſumi contra eum: etiã ſi non ita longè minus iuſto datum ſit, quæ autem ſint illa patebit in ſequen. concluſione.

Ex hac concluſione ſequitur corollarium, quòd prædicta emptio pro minus iuſto facta, non excuſatur per hoc, quòd emens emit illum redditum pro utilitate eccleſiæ, aut alterius pij loci: quia ex quo eſt in ſe iniquus contractus, non ſufficit pro eius excuſatione pius finis, quẽ zelo deuotionis intendunt pro illa eccleſia: eſt enim zelus indiſcretus, & non ſecundum ſcientiam: quia intentio finis boni non iuſtificat factum in ſe damnatum. Non enim ſunt facienda mala, vt eueniant bona, neq; placet Deo ſacrificium de rapina ſubſtantiæ pauperis. Et hoc eſt cõtra quoſdam laicos, qui cum ſunt procuratores fabricæ eccleſiæ, aut alicuius pij loci, & habent pecuniam pertinentem tali loco, dant eam (licet modicam) aliquibus: ut annuatim dent aliquam penſionem illi pio loco: remanente facultate redemptionis apud illos, qui dãt illam penſionem: utputa magiſtri fabricæ dant 100. ſlo. pro percipiendo annuatim. x. ſlo. cum tamen redditus redimibilis. j. ſlo. ematur pro. xx. ſlo. immo tenẽtur ipſi, & locus ille ad reſtitutionẽ cuiuſlibet ſuperacepti, ita q; ex quo annuatim non debebant recipere niſi. v. ſlo. ideo alios. v. cuiuſlibet anni reſtituere debent niſi hi, quos ipſi ſic ſupergreſſi ſunt, liberaliter remiſerint, vel à principio liberaliter dederint plus iuſto in annua penſione, puta moti amore diuini cultus, vel eccleſiæ: dummodo illa liberalis & pura uoluntas conſtet ſufficienter ipſis magiſtris fabricæ. ſecus vbi ſolum fuit mixta uoluntas, vel ubi non ſufficienter conſtat de illa mera liberalitate, q; ſi prædicti magiſtri fabricæ de pecuniis & penſionibus annuatim ſic illicitè quæſitis, fundaſſent altaria aliqua, debent ipſi, & qui præſunt, laborare ad hoc, q; de redditibus illorum aliorum ſatisfiat prædictis ſupergreſſis, vel eorum hæredibus, ſi ſuperſunt pro omni ſuperacepto, & pro omni intereſſe de per ſe ex illa ſuperacceptione perpeſſo, etiam ſi per illam ſatisfactionem deberent altaria illa, hoc eſt officia exequenda in altaribus illis deſtitui, ſeu extingui, vel ipſi procuratores prædicti de ſuis propriis ſatisfaciant prædictis ſic ſupergreſſis. Nec à principio debuiſſet epiſcopus confirmaſſe talem fundationẽ, nec altaria ſic dotata cõſecraſſe, nec ſacerdotes habentes officia in talibus poſſunt de redditibus ſic fundaris viuere: quia non licet eis uiuere de redditibus pertinentibus aliis, qui adhuc ſuperſunt, & quibus poteſt reſtitutio fieri.

Tertia concluſio. Ad hoc, q; emptio redditus redimibilis, aut alterius rei redimibilis vltra rationem peccati, quia dicitur iniqua emptio: etiam deprauetur ſpecie vſuræ præſumptiuę, non ſufficit vnum: ſed tria requiruntur. & præter hæc quædam alia poſſunt cõcurrere augentia præſumptionem illius iniquitatis. Prima pars patet: quia non ſufficit modicitas precij tantum, hoc eſt ſine redimibilitate: etiam ſi eſſet longè minus iuſto, immo ſi eſſet vera dimidium iuſti precij: quia quamuis tunc eſſet iniuſtus contractus emptionis: nondum tamen eſſet præſumptiuè vſurarius: quia requiritur ultra hoc etiam, q; res empta ſit redimibilis. Similiter econtra, ſi tantum ſit ibi redimibilitas rei: & tamen non ſit modicitas precij. puta quia iuſtum precium datum eſt: non erit ibi præſumptio uſuræ: immo cuoc nulla eſt iniquitas ibi. Si etiam eſſet ibi parua modicitas cum redimibilitate: etiam illa non ſufficeret ad præſumendum uſuram ibi, quamuis illa parua modicitas, ſi eſſet egrediens latitudinem iuſti precij, ſufficeret ad arguendum ibi eſſe aliam ſpeciem peccati, ſcilicet emptionis iniquæ, & hoc mortalem, ſi ſit notabilis. & à propoſito facta, vel venialem, ſi non ſit notabilis: licet à propoſito facta fuerit ſecundum dicta in q lviij. Et hæc patent à ſigno: quia Papa in c. ad noſtram, vbi damnat talem contractum, ponderat omnia tria, ſcilicet modicitatem precij, & hoc magnam, & redimibilitatem mercis. igitur à contrario ſenſu: ubi tantum alterum eſſet, uel duo, non eum ut talem, puta uſurariũm damnaſſet. Secunda pars probatur: quia ſi præter prædicta tria concurrant etiam duæ, uel tres, uel quatuor aliæ circunſtantiæ tam ponendæ: tunc augebitur præſumptio. Inter illas autem duæ primæ ſunt, ſcilicet q; emptor alias conſueuit exercere uſuras. Secunda, ſi à principio contractus uenditor petiuit tantam pecuniam mutuò, & emptor recuſauit gratis mutuare, & tandem conuertit ſe ad nomen & contractũ emptionis: dando tamen tam modicum precium. Hæ enim circunſtantiæ augent præſumptionem. De prima probatur: quia etiam illam penſat Papa in c. illos. extra. de pignoribus. ubi in ſimili præſumit quendam contractum eſſe vſurarium, ad cuius præſumptionis augumentum iuuabat, q; contrahens conſueuerat exercere vſuras. De ſecunda probatur: quia ex illa ſola ſine prima immediate dicta (dummodo tamen adſit modicitas precij) etiam in redimibili facta contractum emptionis præſumi uſurarium. igitur multo magis quando concurrit cum modicitate, & cum redimibiliate. Antecedens patet in exemplo. venit pauper ad me perens mutuò x. ſlo. offerens agrum ſuum mihi pro hypotheca. ego dico, nolo mutuare: ſed paratus ſum emere. & emo agrum tuum pro x cum tamen longè plus ualeat: præſumitur emptio uſuraria, etiam ſi irredimibiliter emerim. Nam quãuis ille contractus ex forma ſua non ſit contractus mutui, nec pignoratitius: tamen ex modicitate precij concurrente præſumpta uoluntate (quę colligitur ex prima requiſitione mutui, & ex obligatione hypothecę) præſumitur eſſe contractus mutuationis & pignoris, quamuis tunc nondum ita clara præſumptio ſit: ſicut ſi etiã adeſſet redimibilitas illius agri: licet ſi non adſit, ſit maior impietas cõtra proximũ: quia tunc damnum eſt minus reparabile. Ead hoc valet ſententia Baldi tacta in precedenti q. in argu. xiij. Dixi notanter, dummodo adſit modicitas: quia

si illa non adfit: tunc secunda circunstantia, etiam si adesset redimit illicas: non sufficeret ad præsumptionem vsuræ: quia sæpe quis posset rogari pro mutuo, qui mutuare nollet. & tamen emere pro iusto precio vellet: non tamen ob hoc præsumitur vsurarius: & multo minus quando irredimibiliter emeret. Et in hoc patet ℣ nimis crudè locutus est Baldus in l. emptionis. C. plus valere quod agitur &c. vbi post Odofredum dicit. ℣ si tu volebas, ℣ ego mutuarem tibi centum: & ego dixi paratus sum. sed volo ℣ revera tu vendas mihi pro illis. 100. prædium tuum, & ego tibi revendam post decennium pro eodem precio, & tenet, ℣ causa originalis fuit causa mutui, & non emptio. illud instrumentum iudicatur fenerator ium & vsurarium. hæc ille. Nam illud non est verum: nisi sit ibi precium longè minus iusto datum. Vnde circumspectus locutus videtur Hostien. in sum. in tit. de vsuris. §. qualiter. secundo. versi. Et breviter. vbi dicit. Si veniam ad creditorem pecuniæ mutuum. & ipse dicit quòd non mutuabit: quia bene scit, quòd nó posset sibi facere vtilitatem suam: sed emet à me aliquam possessionem meam, vel aliam rem, & faciet mihi hunc amorem, quòd restituet mihi rem eodem precio vsque ad certum tempus: & ego quia aliud non possum, faciam illud: tunc si iudicet de hoc conflet per testes, præsumet hoc factum in fraudem vsurarum. maximè si longè citra iustum precium emat. hæc ille. Nam illud dictum eius habet veritatẽ, quando emptor dat longè minus iusto. secus si iustum det precium. & sic ly maximè, debet impropriè capi, scilicet pro dummodo. Si autem contendis propriè accipiendum: non habet illa eius sententia veritatem, nisi emptor sit in re mutuatore: puta quia habet facultatem repetendi pecuniam. Tertia circunstantia augens est, quando cum enormi modicitate & redimibilitate concurrit pactum, quo emptor vult, quòd venditor non possit redimere, nisi post certos annos lapsos, & non ante. Vnde etiam Papa in prædicto c. ad nostram. de emp. & ven. ponderauit etiam hoc, ℣ venditori non licebat quandocunq; redimere: sed solum post certum temporis lapsum. Attamen illa circunstantia sola: puta line modicitate precij non sufficeret ad præsumendum contractum vsurarium: prout patuit q. præcedenti, conclusione viij. Ratio autem, quare concurrente illa modicitate, augetur præsumptio, illa est: quia tunc præsumitur, quòd emptor ideo tanto tempore velit retinere rem: ut sic interim multos fructus lucretur de re illa quasi de merce empta: quia ex quo ex duobus primis præsumitur vsuraria mens in emptore: ut patuit: tunc ex quo tanto tempore vult retinere, antequam venditor recuperet rem, relucet maior auiditas & cupiditas lucri in emptore, & sic magis apparet eius usuraria mens. Sicut enim quando lucrum est parum, non de facili præsumitur anhelantem ad illud habere mentem præparatam ad vsuram, eo quòd non præsumitur pro parvo commodo exponere se damnationi & infamiæ. Sicut etiam in materia simoniæ dicemus, quòd non præsumitur de simonia: si collator spirituallium aliquid modicũ recipiat sibi oblatum: secus vbi quid grandet: ut patet in c & si quæstiones. de simonia. sic ecctra, si quis alias habetur suspectus de præparatione mentis ad vsuram: tunc si lucrum, ad quod anhelat, est magnum: habebitur eo magis suspectus de illa præparatione mentis ad usuram. Quarta etiam circunstantia, quæ suppositis aliis augeri potest, esset appositio iuramenti, & aliarum cautelarum: quia præsumitur, ℣ emptor timeat, ℣ venditor excipiat contra eum tanquam contra exigentem vsuras. ideo ut non iuvet venditorem illa exceptio, facit apponi iuramentum: ut sic cogatur soluere ob vim iuramenti: cum alias iudex non compelleret venditorem ad soluendum, si allegat pensionem esse usuriariam, & hoc ostendat.

Quarta conclusio. Emptio redditus redimibilis etiam facta pro iusto precio depravatur vna specie prauitatis per hoc, ℣ in pacto redemptionis apponitur, ℣ quando venditor velit redimere, debeat dare maius precium emptori, q̃ emptor dederit vendituri. Et si cum hoc adiecerit emptor, ℣ quando pro tali maiori precio redimet, ipse velit computare fructus in sortem: tunc alia species prauitatis deprauabitur. Prima pars probatur: quia tunc illa emptio est iniqua: quia longè melior est conditio ementis, quã vendentis. Nam dato ℣ emens dederit iustum precium, comparando precium ad rem illam in se: & etiam habendo respectum ad obligationem, qua emptor se obligat ad reuendendum rem venditori: tamen pro ẽpto pro illo precio à venditore exigit, non solum illam rem sibi dari: sed etiam ab eo exigit obligationem, ℣ tempore redemptionis det sibi maius precium q̃ fuerit suum: iam plus iusto grauat venditorem: & q̃q̃ non teneatur venditor redimere, & sic possit euadere, ne illud maius precium det, q̃ recepit. tamen ex quo habet facultatem redimendi, & illa facultas est res æstimabilis precio, adeo ℣ propter eã sibi relictam eo minori precio vendiderat eam emptori: tunc non posset uti illa facultate nisi cum damno suo, est damnosum, & iniustè onerosum. immo tunc, sic facet cõparando precium emptoris ad utrũque. i. ad ad merce[illegible], & ad illam obligationem venditoris est iniustum. & sic prima pars conclusionis implicat: q̃us non implicet comparando precii tantum ad mercem. Et hunc modum deprauationis tetigit primus ex illis doctoribus, qui se subscripserunt, vide in conclusione prima præcedentis questionis. Secunda pars probatur: quia illo adiecto incipit ille contractus dici præsumpta usura: ubi prius tantum dicebatur iniqua emptio. Exemplum. venit pauper & petit mutuò à me x. ad. offerendo mihi pignus, vel hypothecam, scilicet agrum suum. dico: nolo tibi mutuare, sed paratus sum emere, & emo agrum illi dando tibi iustum precium, & concedendo tibi facultatem redimendi: sed tamen volo, ℣ redimens det mihi vj. vel vij. flore. vltra precium per me tibi datum, & ego computare volo fructus medij temporis in sortem: illa emptio est præsumpta vsura probatur igitur conclusio per c. illo uos. extra, de pignoribus. ubi talis contractus vel similis damnatur ut usurarius. Dico autem notanter. talis, vel consimilis: quia casus in c. illo uos. fuit, vbi emptor habebat facultatem reperendi precium à venditore: nec fit ibi mentio de venditore, si habuerit facultatem etiam redimendi mercem sine libero cõsensu emptoris. Hic autem

autem est econtra: quia in casu huius conclusionis venditor ponitur habere facultatem redimendi, & emptor non: quamuis in duobus alijs sit simile. Primò: quia vtrobiq; emptor ponitur exigere maius precium in redẽptione, quàm exposuerit ipse à principio. Secundò: quia utrobiq; vult etiam computare fructus in sortem primi precij: & quia Papa in prædicto c. solum illa duo attendit in damnando casum eiusdem c. igitur ad huc illud ca. facit ad damnandũ casum præsentis conclusionis Ratio autem ponendi secundam partem huius conclusionis, seu damnandi casum prædicti c est secundum aliquos: quia pactũ appositum de hoc, quòd debeam computare fructus in sortem, videtur magis congruere contractui pignoris, quã contractui emptionis, & per consequens potius ego præsumor non accepisse agrum, nisi ut pignus, & sic præsumor mutuasse pecuniam pauperi: & tamen cum pauper vult rehabere agrum, cogitur mihi dare aliquid ultra, quàm à me receperit, & sic illud præsumitur per me extortum ut usura. Attamen ille modus assignandi rationem non valeret: si prætenderet dicere, quòd esset contra naturam emptionis, quòd emptor teneatur restituere fructus perceptos. Nam hoc est falsum: maximè intelligendo per naturã substantiam emptionis. Nam contra nullius emptionis substantiam est: & quamuis sit contra naturalia. i. contra concomitantia substantiam alicuius emptionis: tamen est aliqua emptio, contra cuius etiam naturalia non est, scilicet illa, in qua emptor sibi reservat facultatem repetendi precium, si emptio sibi displicebit. Nam contra illius emptionis naturalia non est, ut fructus percepti per emptorem computentur in sortem: immo hoc est secundum naturalia illius emptionis, qualis fuit emptio facta in c. illo uos. quæ ex forma sua fuit absoluta emptio & venditio: licet sub conditione esset resoluenda. ut ibidem dicit Papa. Vnde si emptor ibidem non exegisset à venditore: ut tempore redemptionis, vel repetitionis deberet venditor maius precium dare, quàm acceperat: non damnasset eum Papa usurarium præsumptum. Pro cuius intellectu notanda est sequens distinctio tracta ex Panor. in dicto c. illo uos. quando aliqua res emitur & venditur, & additur pactum de resolutione contractus fienda sub certa conditione. hoc contingit fieri dupliciter. Primò, quando resolutio contractus conferur in potestatem venditoris. Secundò, quando cõferur in potestatem emptoris. Si primum, hoc est dupliciter: quia aliquando illa resolutio ducitur in pactum taliter: si alius emptor attulerit meliorem conditionem: & tunc existente conditione tenetur emptor restituere fructus medio tempore perceptos. Si autem ducitur in pactum sic, scilicet si venditio displicebit venditori: tunc emptor non tenetur restituere fructus medio tempore perceptos. Ratio diuersitatis est: quia in primo casu non erat in optione venditoris resoluere contractum: quia non poterat eum resoluere, nisi adueniret alius emptor afferens meliorem conditionem. Ille autem aduentus non est in sua potestate. igitur. Sed in secundo casu est in potestate venditoris, quòd extet conditio, scilicet quòd displicent sibi venditio. & ideo imponet sibi, quòd non rehabebit fructus: quia non citius sibi displicuit venditio. Secundò contingit resolutionem contractus conferri in potestatem emptoris: & tunc emptor tenetur restituere fructus tempore resolutionis contractus: seu eos computare in sortem. Ratio est (ut prius) quia emptio posuisset sibi citius displicuisse. Imputet ergo sibi, quòd cogerur restituere fructus. Et hoc fundatur in l. quòd si nolit. in fine. ff. de æd. edic. Et sic patet, quòd aliqua est emptio, contra cuius naturã, seu naturalia est restitutio fructuum &c. scilicet illa emptio, quæ facta est prædicto modo cum pacto resolutionis, stantis in potestate venditoris: si alius emptor attulerit meliorem cõditionem: & similiter si fiat cum pacto resolutionis stantis in potestate emptoris, si displiceat emptori: sicut est casus prædicti c. illo vos. Si autem prædictus modus assignandi rationem prætenderet dicere, ℣ quamuis pactum de restituendo fructus, uel computando eos in sortem, conueniat emptioni factæ eo modo, quo fuit facta in c. illo vos. ita quòd illi emptioni est naturale & natum de se inesse: sicut & pignoratitio contractui: tamen non est naturale, uel natum inesse emptioni factæ taliter, qualiter sonat casus huius quartæ conclusionis: vbi scilicet emptor non reservat facultatem reperendi: sed bene est naturale pignoratitio contractui: tunc ratio bene valeret pro tãto: quia quamuis non oporteat contractum uariari præcisè ex hoc, quòd ei adiicitur aliquid existens contra eius naturalia. prout patebit etiam in tract. 7. q. scilicet lxxix. tamen illa adiectio potest facere, quòd concurrente aliqua alia iniquitate in contractu illo, ille contractus habeatur suspectus de prauitate usuraria, & ita damnetur. & sic est in proposito. Potest igitur sic dici, quòd ratio damnandi contractum huius quartæ cõclusionis est ex eo, quòd ex quo emptor concedens venditori facultatem redimendi, debebat esse contentus, quòd tempore redemptionis venditor daret sibi solum tantundem precij, quantum emptor ei prius dederat, & sic iniquè egit obligando eũ ad solutionem maioris precij (quia si prius dedit iustum precium. ergo etiam illud tempore redemptionis erat sufficiens, & sic ultra quam iustum est, nunc exigit ab eo, aut si prius non dedit sufficiens precii: iterum est ibi iniquitas in emptore) Cum igitur ini què egerit emptor in hac parte: tunc ex quo cum hoc adiecit tale pactum, quale & si non sit contra substantiam huiusce modi emptionis: est tamen contra naturalia eius, & est secundum naturalia pignoris, & aliàs ratione iniquitatis posset damnari ut iniquus contractus emptionis: ideo iam accedente aliquione & similitudine pignoris, potest in odium usurarũ damnari, ut usura positiua & præsumpta: ita quòd dato quòd esset emptio essentialiter (licet iniqua) & sic non esset essentialiter vsura, & de lege diuina: tamen ecclesia ipsum damnare potest: & damnauit pœna vsurariorum, & sic erit positiua vsura: sicut de positiua simonia dici solet. Et secundum hunc modum dicendi potest etiam assignari ratio, cur damnatus sit casus c illo vos. sic, scilicet quòd ratio cur præsumitur vsurarius, est non præcisè ex eo, quòd ibi emptor debebat restituere fructus, seu computare in sortem, quasi hoc repugnet naturæ emptionis: quia nec substantiæ, nec naturalitati illius emptionis, quæ ibi fuit facta,

facta, repugnat: sed quia vnà cum illo pacto obligabatur uenditor tempore resolutionis contractus plus dare in precio, quàm recepit. Hoc enim secundum cum primo (quod primum est æque naturale) i, patum inesse contractui pignoris: sicut contractui præ dictæ emptionis) fecit contractum suspectum de intentione usuraria, & quod amittillam præsumptionem: fuit quòd emptor consueuerat exercere usuras: ita quòd illud ultimum non necessariò requirebatur ad præsumptionem: sed tantum conferebat ad augmentum præsumptionis. Attamen si solum hoc adfuisset, scilicet quòd emptor obligauerat uenditorem, quòd tempore redemptionis deberet maius precium restituere: adhuc contractus fuisset iniquus ex parte emptionis, ita quòd Papa habuisset casum dãnandi contractum ut iniquam emptionem: sed non habuisset occasionem suspicandi ibi intentionem & prauitatem usurariam, ex quo ibi non adfuisset pactũ computationis fructuum in sortem, uel restitutionis (quod pactum ingerebat speciem pignoris non minus quàm emptionis) vnde Papa non indiguisset consideratione duorum, quæ ibi commemorat ad damnandum contractum ut iniquum: sed tamen indiguit utroq; ad damnandum eum: ut hac specie iniqua, scilicet usurarum. Et si dicas circa primã partem, an ne licitum esset emptori obligare uenditorẽ: vt quando vellet redimere, daret sibi precium currens tempore redemptionis: & nũc etiam esset iustũ precium datum. Dicit quidam indistinctè quòd sic: sed non sic indistinctè est dicendum: sed aliter: puta quòd si non est apud emptorem uerisimile, nec cogitatum, quòd tempore aliquo futuro, quo contingeret redditum redimi, precium curfurum foret maius illo, quod ipse dedisset pro eo: tunc in se est licita emptio talis. Attamen ne habeat speciem mali, & sic per accidens reddatur mala: & ne ipse contra charitatem sui se suspectum reddat, oporteret, quòd etiam apud alios non esset uerisimile, quòd precium augeretur tempore futuro: si autem esset uerisimile apud emptorem, & cogitasset desuper, & ideo illud pactum adiecisset: tunc est illicita emptio: imo non etiam si ipse de hoc non cogitasset, nec illud cum mouisset: attamen aliàs de communi cursu illud uerisimile fuisset: tunc etiam illicita fuisset: quia habens speciem mali, & proprium actorem suspectum reddens & notatum & notabilem. Hæc patent ex similibus tactis supra. q lxj. Et ex hoc patet etiam error cuiusdam dicentis, quòd inter alias conditiones requisitas ad licitam emptionem redditus redimibilis requiritur, ꝙ emptor faciat fructus suos, & eos non computet in sortem. Nam hoc non est uerum: quia emptor posset illos donare uenditori. Vnde illa conditio non requiritur, nisi ad hoc, ut præsumatur usurarius. & hoc supposito quòd pactum sit factum de teuenditione sub maiori precio. Sed contra secundam partem cõclusionis arguitur probando quòd ille casus non debeat condemnari sic: quia quando quis grauat aliquem in aliquo contractu ex vna parte: & cum releuat ex alia parte sufficienter, & plus quàm sufficienter: talis contractus non debet condemnari ut iniquus, neq; ut usurarius. Hoc autem fit in casu secundæ partis quartæ conclusionis. Nam quamuis emptor graueт uẽditorem in hoc, ꝙ obligat eum ad dandum tempore redemptionis maius precium, q̃ ipse dederit uenditori à principio: tamen ex alia parte releuat eum ab illo grauamine. Nam emptor obligat se ad restituendum fructus mercis interea perceptos, per hoc ꝙ vult eos computare in sortem precij restituendi tempore redemptionis: quos tamen fructus (quantum esset de naturalibus illius emptionis. s. vbi emptor non haber facultatem repetendi) posset sibi retinere virtra hoc ꝙ recuperaret precium, quod ipse primum dederat venditori. Illa autem restitutio fructuum, uel computatio eorum in sortem est tanta, quãta est illa maioritas precij, quam superaccepit à uenditore, & aliquando longè maior. Dicendum dupliciter. Primò, ꝙ sæpe potest contingere, ꝙ illa restitutio fructuum non est tanta quanta est superaccepta, & sic adhuc subest ratio damnandi illum contractum ut iniquũ. & multo magis subesset illa ratio ad damnandum illum casum cap. illo uos. quia ibi emptor habebat in facultate sua repetere precium. & sic defacili potuit taliter, & tam in breui tempore repetere, ꝙ etiam si restituerет fructus perceptos: tamẽ adhuc maioris precij superaccepta excederet maior ẽ fructuum restitutorum. & sic faciliter potuit efficere emptor, ꝙ sua conditio esset melior, q̃ conditio venditoris. Secundò dicendum, ꝙ posito, ꝙ etiam illa restitutio fructuum esset tanta, uel maior, q̃ prædicta superacceptio in precio: tamen adhuc est ratio damnandi contractum ut usurarium: quia ex quo pactũ restitutionis, vel computationis fructuum in sortem magis alludit contractui pignoris, q̃ emptioni factæ taliter, qualiter sonat casus secundę partis huius quartæ conclusionis: & cum hoc ille contractus sit ex parte superacceptionis in precio aliàs iniquus: tunc nõ solum habet speciem mali ex parte superacceptionis, sed etiam habet speciem pignoris, in quo is, cui est aliquid pignoratum, ex intentione lucratur: & sic aperitur ianua usurariis, & præparatur eis latibulum iniquitatis exercendæ: ideo meritò ab illo actu debet quilibet abstinere, & illum fructum, quem vellet emptor consequi per uiam superacceptionis in precio reddendo tempore redemptionis, omittat atque deferat per talem uiam consequi, & cum, si uelit, accipiat per aliam uiam. l. per reseruationem fructuum æquiualentium, quos prius dicebat in refusionem illius maioritatis superaccipiendæ uelle restituere venditori. & hæc secunda uia licebit sibi: quia tunc nihil facit emptor, nisi ꝙ emit redditum redimibilem more solito. l. vbi venditor potest pro æquali precio redimere, & emptor retinere potest fructus perceptos. Nec habebit tunc speciem pignoris: sicut aliàs haberet, quando fieret in forma casus secundę partis quartæ conclusionis. Et eodem modo dicendum est de casu capituli, illo uos. quia etiam si maioritas precij ibidem recompensaretur per restitutionem fructuum, ad quam se obligauit emptor: tamen quia accedit conditio communis & æque naturalis pignori: sicut emptioni factæ taliter, qualiter ibi fuit facta: ideo incepit habere speciem pignoris, in quo lucrari vult is, cui est aliquid pignoratum. Sed hic argueretur. Nam vẽ, ꝙ etiam vẽditor in casu capituli, illo uos debereт damnari vt iniquus: quia ibidem emptor restituere

debebat

debebat fructus ipsi venditori: puta per computationem eorum in sortem. ergo econtra etiam venditor deberet restituere commodasres & vtilitates, quas interea percepit de precio imbursato: puta quia interea mediante illo precio compatauit possessiones, de quibus percepit annuos fructus, uel cum illã pecunia est negociatus, & lucra consecutus est: & cum venditor hoc non fecerit in illo casu capituli, ille vos. nec Papa hoc si imposuerit, videtur, ꝙ vẽditoris cõditio longè melior fuerit, q̃ emptoris. & sic videtur ꝙ Papa irrationabiliter omiserit eius condemnationem: uel irrationabiliter omiserit, quo minus ei imponeret restitutionem talium fructuum uel vtilitatum. Dicendum, dato ꝙ conditio uenditoris ex hac parte melior esset etiam notabiliter conditione emptoris modo dicto: tamen ob hoc non debet damnari ut iniquus: quia ex quo emptor præsumitur ut mercuator, & per consequens uenditor præsumitur ut mutuatarius: tunc conditio putati uenditoris potest esse temporaliter melior conditione putati emptoris. Nam sæpe id accidit, ꝙ mutuatarius cum illa pecunia, quam mutuò accepit: facit multos fructus & commoditates, quas suas facit: nec tenetur restituere mutuatori: quamus spiritualis conditio mutuatoris sit melior, qui & si careat fructu, quem interim cum illa pecunia potuisset facisse: tamen mercedem in celestibus multiplicem adipiscitur.

Quinta cõclusio. Emptio redditus redimibilis deprauatur per hoc, ꝙ facultas repetendi precium, seu retinendi mercem est apud emptorem, & facultas redimendi non est apud uenditorem. Probatur ab aliquibus sic: quia tunc non est uera emptio, sed uera mutuatio: quia potest repetere pecuniam: & cum ipse vltra precium repetitum (quod est verè sors mutuata) etiam contendat retinere fructus medij temporis perceptos de merce, quæ in re est verè pignus, vel hypotheca, eo ꝙ pecunia fuit verè mutuata, requiratur, ꝙ vult de sorte mutuata habere aliquid vltra eadem: quia vult habere fructus pignoris non computando eos in sortem. Sed ex dictis in præcedenti conclusione, & signanter circa declarationem secundæ partis eiusdem conclusionis argueretur, ꝙ hæc probatio non sit valida: quia supponit falsum. Supponit enim, ꝙ de ratione & natura contractus emptionis sit, ꝙ nõ possit emptor repetere pecuniam, quasi emptio transeat in mutuationem, quando apud emptorem est facultas repetendi precium. Modo hoc videtur falsum: quia potest esse uera emptio, vbi etiam emptor ex pacto sibi retinet facultatem resoluendi contractum, si sibi displicuerit, & per consequens repetendi precium, quod patet per Panor. in prædicto c. illo vos. & per. l. ꝙ si nolit. §. si quid ita. ff. de ædiledic. & in l. si ita res. C. de contrahen. em. Et si nihil de tempore conuentũ fuerit: non tenetur uenditor contractum resoluere. nisi infra. lx. dies: potest tamen cõuenire, ut quandocunq; emptor uelit: resoluatur ẽt in perpetuum, dicto. §. si quid ita. Nec est talis contractus censendus conditionalis: immo purus, licet sub conditione resoluendus: ut est claras textus in l. ij. §. si in diem. ff. ꝙ emp. & notatur in l. ij. ff. de in diẽ adiec. & nota. per doc. in dicto c. illo vos. Vnde in illo contractu si sit secuta traditio rei venditæ, & sit satisfactum de precio, vel de ipso sit fides facta: tunc transfertur verè dominium illius rei uenditæ in emptorem (si fãltem uenditor fuit dominus rei venditæ). l. ex empto. ff. de act. empt. & l. quod vendidi. &. l. ut res. ff. de contrahen. emp. Nam etiam sic fit in contractu venditionis factæ cum pacto adiectionis in diem, vel legis commissoriæ, prout exemplificatũ est supra in præcedenti q in conclusione. j. ante decimam probationem. Nam transfertur dominium rei venditæ si est traditio secuta: dummodo venditor fuit dominus. l. commissoriæ. C. de pac. inter emp. & ven. Nec est maior ratio de vno contractu q̃ de alio, igitur. Sed dicendum ad illam impugnationem, ꝙ dato, ꝙ de rigore scholastico loquendo, non sit contrarationem emptionis, quin possit emptor resoluere contractum ad placitum suum, & sic habere ius repetendi pecuniam: tamen quando emptor vult habere illam facultatem repetendi: oportet etiam quando repetit precium, quòd computet fructus medij temporis in sortem, ita quòd restituat tam rem emptam, quàm fructus de ea perceptos cum omnibus accessionibus & emolumentis. prout uoluit Panor. in cãllo uos. ita ꝙ omnia sunt in integrum restituenda: perinde ac si neq; emptio, neq; uenditio interuenisset. ita ꝙ nec emptor, neq; uenditor amplius consequatur, q̃ haberet, si uenditio & emptio nunq̃ fuisset facta. Modo in proposito loquimur de emptione, in qua emptor vult non computare fructus medij temporis in sortem. igitur si cum hoc vellet apud se esse facultatem resoluendi contractum: longè melior esset conditio eius, q̃ venditoris. & sic esset iniqua emptio, non curando, an esset mutuatio vsuraria, vel non. Vnde ad vitandam illam iniquitatem, oporteret emptorem etiam tanto maius precium dedisse, vel dare, quod quia non facit: ideo est simpliciter iniquus. Et si arguas, non oportet emptorem ob illã facultatem dare maius precium: quia aliàs quilibet emptor redditus redimibilis habet eam: quia potest eũ vendere, & sic recuperabit precium. & si non à venditore: tamen ab vno alio. Dicendum, ꝙ & si possit recuperare precium. puta vendendo vni certo: non tamen potest illum, vel aliam quancunq; cogere, ut ab eo emat: sed si haberet facultatem repetendi precium: posset etiã cogere venditorem, quod ius cogendi est magnæ retinationis. sæpe enim quis indigens pecuniis libenter venderet suum redditum, ut haberet pecuniam: sed non inuenit emptorem: nec cogere potest aliquos ut emãt. Circa tamen hoc fundamentum oritur difficultas ponenda in fine huius quintæ conclusionis. Posset igitur pro secunda ratione vel probatione conclusionis positæ melius sic argui. xx. Bo. sunt (ut supponitur) iustum precium pro redditu vnius flor. redimibili: vbi venditor habet ius redimendi redditum: & emptor non habet ius repetendi precium, & uterq; retinet fructus medio tempore perceptos. igitur si emptor vellet, ꝙ venditor careret iure repetendi: ita ꝙ esset irredimibilis per venditorem: & tamen veller emptor se habere ius repetendi precium, & ius ad non cogi per venditorẽ ad mercem renouandum: tunc oporteret notabiliter, vel longè maius precium dare, q̃. xx. & hoc propter duo. Primò: quia in tali casu vult venditorem

carere

carere iure redimendi, quod ius est æstimabile precio, adeo ꝙ emptor vellet eo remissius precium dare pro mercesi deberet venditor velle sibi saltum esse illud ius. igitur emptor propter illud, ne habeatur à venditore: debet eo maius dare precium. Secundò: quia emptor vult habere ius repetendi precium: & se incogibilem esse à venditore ad renendendū. Hæc autem iura & priuilegia sunt æstimabilia precio notabili. igitur longè vel notabiliter maius precium deberet dare q̄ xx. & per consequens si tantum contendat dare. xx. erit notabiliter iniqua emptio. Vnde simpliciter condemno talem contractum tanq̄ simpliciter iniquum, & contra iustitiam commutatiuam, eo ꝙ non datur iustum precium & etiam ex eo: quia est similimus vsurario contractui & per consequens est latibulum aptum pro latronibus voleatibus exercere vsuras palliatas. Vnde etiam si quis diceret, se velle ascendere in precio: quatenus salua sit sibi facultas repetendi precium: & etiam in tantum vellet ascendere. ꝙ censeretur illa facultas sufficienti precio esse empta: adhuc nō admitterem sibi illum contractum in foro cōscientiæ: & hoc propter prædictam causam & speciem mali, etiam si de prædictorum iurium subtilitate posset defensari, ꝙ esset emptio: & propter prædictum ascensum etiam non esse iniqua. & potius credo silendum coram filiis seculi de prædicta subtilitate, q̄ extra scholas coram eis de talibus differendum: quia hoc esset clausam portam malevolis reserare. Et sicut prædicta ratio sufficienter condemnat emptionē redditus vnius flo. pro. xx. quando emptor habet facultatem repetendi precium: & venditor non habet facultatem redimendi ita etiam ex eadem patet rō reprobandi emptionem redditus vnius flo. pro. xx. quando vterq; habet faculatem, alle repetendi precium, & alter redimendi redditum: qui tamen contractus non cuiq̄ inter nobiles & militares nostræ patriæ repetitur. Patet enim, ꝙ aut mutuatio est vsuraria: aut si manet emptio, ꝙ est iniqua: quia nimis diminutum precium dat emptor: quis adhuc diminutus daretur, quando venditor non haberet facultatem redimendi. Et si dicas, iura allegata ad probandum, ꝙ emptio possit esse vera: etiam si emptor habeat facultatem resoluendi contractum ad placitū: non loquuntur, nisi in casu, quo emptor vult resoluere contractum propter morbum, vel vitium rei nēditæ, in quo casu ei competit vera redhibitoria: nō autem loquuntur in casu, quo ex alia causa vult resoluere contractum. Dicendum, ꝙ hoc est verum: tamen pro ēto illa loquuntur de partu, fructibus & accessionibus & emolumentis similibus: sunt expressè exensa, etiam ad casum resolutionis cōtractus ad placitum emptoris factæ in vim pacti de resoluendo contractum ad placitum emptoris adiecti eidem cōtractui: vt patet in dicta lege. ꝙ si nolit. §. penul. Esset tamen hic difficultas: quia videri posset aliqui, ꝙ in casu, quo resolutio contractus fuit posita ad placitum emptoris: non teneretur emptor computare fructus in sortem: quia nec de facto seruatur hoc in venditore, scilicet ꝙ venditor, ad cuius placitum fuisset posita resolutio, sit obligatus fructus de precio percepto computare in sorte, cuius opinionis videtur fuisse Io. de Imola. Nam lex, cum autem §. Iulianus. cum similibus. volens, ꝙ omnia fiant in integrum restituenda facta redhibitione: loquitur nō solum in emptore: sed etiam in venditore. Sed clarum est de iure & de consuetudine, quæ est optima legum interpres, ꝙ venditor habens facultatem redimendi, si redimat: facit nihilominus fructus, quos interim per pecuniā acquisiuit suos. igitur etiam emptor faciet fructus suos, & per consequens videtur, ꝙ prædicta iura de ædi. edic. in l. cum autem. cum similibus. loquantur in materia propria, eo scilicet quando fit redhibitio, & resoluitur cōtractus propter vitium, vel morbum rei emptæ in rebus mobilibus, vel etiam in immobilibus. vt in fundo pestilentico. l. etiam. ff. de ædil. edic. l. si prædium. C. de ædil. edic. Sed illam disputationem relinquo, credens prædictam cōclusionem simpliciter veram, standō in fundamento secundæ rationis, quicquid sit de hac controuersia uel prædicta intelligentia iurium. Forte enim alia ratio est habenda in pacto retronendendi vel redimēdi, & in pacto resolutiuo contractus: sicut & illa pacta sunt distincta, prout patuit supra in præcedenti q. conclusione prima. Præterea an ne etiam posset concedi, quòd resolutione contractus stante in placito emptoris, posset etiam emptor tantum & tale precium dedisse, ꝙ etiam posset fructus medio tempore perceptos sibi retinere, non computando eos in sortem. patebit disputatiuè loquendo in difficultate statim mouenda. Tertiò probatur conclusio: quia in tali contractu longè plus grauaretur uenditor, quàm emptor; Nam uenditor cogeretur redimere mercem, cum nō haberet amplius precium: puta quia consumpsisset. Secus autem quando solus uenditor habet facultatem: quia quando ille cogit emptorem ad reuendendum sibi rem non est difficile emptori recipere precium, & reassignare mercem: cum merx, seu redditus non potuerit esse consumptus, eo ꝙ inter immobilia computatur. Et dato ꝙ periisset: quia bona, in quibus fuit constitutus perierunt à fortuna: non potest tunc uenditor repetere: quia etiā sibi periit. Nec potest emptor querelari de hoc, ꝙ cogitur renunciare merci emptæ, & hoc propter tria. Primò: quia recipiet pro ea æquiualens. Secundò: quia pro sub eundo obligationem reuendendi eam recipit resusionem: pro quanto eo remissius precium dat pro merce sic redimibili. Tertiò: quia obligationem illam sponte, non præsus necessitate subiit: quia ementes nō sunt sic præssi necessitate cogente eos ad emendum, sicut venditores præmuntur: quia habentibus pecuniam omnia obediunt. & sic liberius subeunt onera sese cōtingentia, secus est in vendentibus: quia sæpe tales præssi necessitate habendi pecuniam, subeunt onera uendendi redditus super suis bonis & prædiis: quia licet habeant talia bona: carent tamen pecunia. Quartò probatur sic: quia ei licitum est apponere pactum in traditione rei, cuius est res. igitur cum redditus sit vendentis, antequàm vendatur, sequitur quòd uendentis est apponere pactum. Quintò: quia hoc casu emptor agit de lucro captando, & non venditor. ergo non est licitum emptori hoc pactum apponere, ne fiat in fraudem vsurarum, quæ ratio cessat in uenditore. Sed contra quarram probationem arguitur: quia sicut merx est uenditoris ante vēditionem:

ditionem: sic precium est emptoris ante emptionem, vel soiutionem. igitur sicut venditor potest pactum reseruationis iuris retrahendi rem apponere: sic etiam emptor posset apponere pactum reperitionis precij, qua ratione enim vnus potest rei suę apponere onus in traditione, etiam aliter videtur posse. Præterea non potest illud onus repetibilitatis imponere merci, nisi accedente consensu emptoris: pactum enim pendet ex vtroque contrahentę. igitur illud pactum confertur vterque apponere, quamuis facultas repetendi tātum residere debeat apud venditorem, & in hoc etiam argueretur improprius modus loquendi illarum rationum. Contra quintam probationem etiā arguitur: quia stat, quòd vterque faciat ad lucrum captandum non minus hic, quàm in alio contractu, vbi quis emit aliā rem; & alius vendit. Ita enim sæpe quis vendit rem, vt lucretur: sicut quis emit, vt lucretur. Quicquid igitur sit de illis probationibus: tamen secunda probatio videtur melior, & etiam illa, quę tacta est in solutione improbationis primę probationis: salua sequenti disputatione, & difficultate scholastica.

Circa enim solutionem impugnationis primæ probationis conclusionis quintæ occurrit difficultas propter ea, quę ibidem sunt tacta, & etiam propter illa, quę tacta sunt in secunda parte conclusionis quartæ huius quæstionis. Nam videtur posse per vtrobique dicta probari, quod possit fieri emptio redditus redimibilis, etiam emptore reseruante sibi facultatem repetendi precium, etiam non computatis fructibus in sortem; & hoc fortius pronunc sic videtur posse probari: præter ea quæ ibidē sunt tacta. Nam vterque permutantium potest præ dicto modo sibi reseruare facultatem repetendi rem: etiam non restituris fructibus: immo vtroque retinente sibi fructus rei illius, pro qua suam rem permutauit. modo vtrique permutantium potest succedere emptor, ita quod emptio non plus successit permutationi vnius permutantis, quàm alterius, igitur. Confirmatur. Primò, quia non videtur ratio diuersitatis: cur non posset emptor retinere fructus mercis: sicut venditor retinet fructus precij. Si enim in emendo consideratio fuit habita in hoc, quòd venditor erat retenturus fructus precij; & etiam facultatem redimendi mercem, & taxatum fuit iustum precium: secundum quòd illæ circunstantiæ, & merx sunt æstimabiles, precium æquiualuit merci sic circunstantionatæ aut supponitur: & venditor retinet fructus precij, quando remittit mercem, cur non etiam posset emptor, si similis consideratio fuisset habita ad circunstantias illas: puta quòd emptor haberet facultatem repetendi precium & retinendi fructus interim perceptos: & precium fuisset taxatum secundum æstimibilitatem illius mercis ac circunstantiarum prædictarum, & sic æquialuisset precium merci sic circunstantionatæ. cur in quam non posset emptor etiam retinere fructus mercis, quando repetit precium. Nec valet, si dicas, quòd ideo non est simile, quia merx est res fructifera, vtpote ager, sed precia cam sit pecunia, non est res fructifera: quia nō germinat. Nam contra hoc arguitur tripliciter. Primò, quia stat, quòd merx non sit fructifera res plus quā pecunia: puta si est domus. Illa enim non fructificat, cum sit res artificialis, sicut & pecunia est res artificialis: quamuis accedente industria vrentis ea, vel locantis eam fructificet. Illo autem modo etiā pecunia fructificat, quia est instrumentum industriæ ad negociandam, & sic lucrandum. Secundò, quia: si illa ratio valeret: tunc in casu, in quo in placito emptoris stat resolutio contractus, & teneretur restituere fructus mercis, frustra diceretur, ꝙ etiam venditor deberet restituere fructus, quis nul los percepisset de pecunia: quia pecunia non esset res fructifera, & tamen diceretur, quòd quando resoluitur contractus ad placitum emptoris, omnia sunt in integrum restituēda. Tertiò, quia stat, quòd venditor mediante illo precio emerit possessionem aliquam fructificantem, & sic sicut venditor non teneretur illos fructus possessionis acquisitæ per pecuniam restituere tempore redemptionis mercis, cur non etiam posset emptor tempore repetitionis precij reseruare fructus, & nec illos velle restituere. Ad hæc nihil hic asserendo, sed scholastice disputando, vt detur occasio cogitandi desuper, posset dici, quòd argumentum probat intentum suum, sed tunc oporteret emptorem redditus dare maius precium, quàm sit precium solitum dari pro redditu: vbi emptor non habet illam facultatem, sed venditor, & ratio est, quia illa facultas repetitionis precij est res æstimabilis precio, sicut & facultas repetendi mercem concessa venditori est æstimabilis precio, adeo quòd remissius debet venditor vendere mercem, quam vult posse redimere, quàm si eam irredimibiliter vellet vendere. Si ergo de facto (vt supponit) viginti floren. sunt iustum precium pro redditu vnius floren. in casu, quo emptor non habet facultatem: sed solus venditor, ita quòd est irredimibilis per venditorem, sed precium est repetibile per venditorem: oporteret, quòd emptor daret tanto maius precium, quanti æstimari possunt duæ facultates, quas emptor vult habere, & onus, quo vult venditorem obligari. Duæ autem facultates illę sunt: facultas repetendi precium, quam sibi reseruat emptor, & facultas repetendi mercem, cui renunciat venditor, hoc est irredimibilitas mercis. Onus autem, quo vellet venditorem esse obligatū: esset onus, quo obligatus deberet esse emptori restituere precium, quandocunque sepeteret ipsum: hoc enim per argumentum precij esset etiā restituendum venditori: sicut & quando emptor debet esse obligatus venditori ad reuendendum mercem, vult emptor illud onus sibi refundi, quia vult eo minus precium dare, & idem patet in facultatibus prædictis, quia quando econtra venditor vult habere eas, emptor vult eo remissius dare precium. igitur notabiliter maius precium pro redditu vnius floren. cogeretur dare emptor, quàm viginti floren. & si daret tantundem, & ita magnum

precium, quòd pro omnibus dictis facultatibus, & omnibus satisfaceret venditori, tunc videtur de rigore scholastico loquendo non iniquus contractus in se: quia neuter de altero conqueri posset. De emptore enim patet de se, sed de venditore, qui videretur grauari, etiam patet quod non: quia illud grauamen esset sibi refusum per augmentum precij per casum. Sicut in simili contradictum est de onere, quo grauatur emptor existens obligatus ad tenendendum venditori ad natura venditoris. Nam adeo grande precium posset dari vltra viginti floren. pro reditu, j. floren. quod venditor etiam non pretius potius vellet illud precium habere, & annuam pensionem j. floren. soluere non obstante, quod esset obligatus emptori, quandocunque vellet ad restituendum idem precium ad nutum emptoris repetentis. Et confirmatur illa responsio dupliciter. Primò sic. Nam qua ratione in contractu illo, in quo venditor habet facultatem redimendi, & emptor non habet facultatem repetendi precium: potest seruari æqualitas commutatiua: non obstante, quòd venditor sit libertior emptore, & maioris facultatis, & hoc ideo; quia libertas & maior facultas venditoris est per venditorem refusa, per hoc, quòd eo vilius precium accepit, quatenus illam facultatem haberet, eadem ratione in illo contractu, in quo emptor haberet facultatem repetendi precium, & venditor non haberet facultatem redimendi, posset seruari æqualitas commutatiua: vtroque retinente fructus & commoditates perceptas, ille mercis, & alter precij, posset inquam per hoc, quòd facultas emptoris esset per eundem sufficienti augmento precij compensata. Et sicut hæc deductio processit, vbi solùm emptor haberet facultatē repetendi precium, & venditor non haberet facultatem redimendi mercem. sic posset etiam deduci, vbi vterque haberet facultatem, ille repetendi precium, alter redimendi mercem: quia venditor tanto vilius precium acciperet pro sua facultate habenda, & emptor tāto maius daret precium pro facultate repetendi precium, & sic vtriusque conditio esset reducta ad æqualitatem. Sed diceres: Cur emptor deberet dare eo maius precium, ratione facultatis repetendi precium à venditore: cum venditor deberet esse merito contentus, quia econtra et emptor concesserat facultatem redimendi: quæ facultates sunt paris conditionis, & sic fieret vna compensatio? Dicendum, quòd verum esset hoc: si illud à principio esset inspectum in ratione precij: sicut vbi à principio venditor volens habere facultatem redimendi cogebatur eo minus precium recipere, quatenus illam facultatē haberet, & sic quasi emit illam facultatem: nec gratis eam accepit ab emptore. Cum ergo venditor, qui non gratis eam accepisset ab emptore, deberet econtra eidem gratis indulgere facultatem repetendi.

Et ex hoc sequuntur duo corollaria. Primum, quòd quantum esset de rigore scholastico, & habendo respectum ad æqualitatem commutatiuā: quia casus illa seruetur: tunc si seruetur æqualitas commutatiua, sicut potest (vt videtur) seruari, quando inpe inde facultates tam emptoris, quàm venditoris ponderarentur æqua lance, posset emptio, & venditio tanquam æqua de rigore scholastico, & subtilitate defensari, ideſt non iniqua quolibet sequentium quinque modorum scilicet. Primò, quod neuter haberet facultatem, scilicet, nec emptor repetendi precium, nec venditor facultatem redimendi: sicut communiter fit in emptionibus, & venditionibus negociatorum. Secundò, quod vterque haberet facultatem etiam duplicem, scilicet emptor repetendi precium, & retinendi fructus perceptos, & venditor facultatem redimendi, & etiam retinendi commoditates procuratas mediante pecunia. Tertiò, quòd venditor haberet facultatem redimendi, & emptor non haberet facultatem repetendi precium, quamuis vterque haberet facultatem retinendi perceptos fructus, & commoditates de merce, & precio: sicut communiter fiunt emptiones reddituum redimibilium. Quartò, quòd econtra emptor haberet facultatem repetendi precium, & retinendi fructus, & venditor non haberet facultatem redimendi: licet etiam haberet facultatem retinēdi fructus. Quintò, quod vterque haberet facultatem, ille repetendi, & alter redimendi, sed tamen neuter habet facultatem retinendi fructus, vel commoditates, quin tenerentur facta resolutione contractus, hinc inde singula singulis restituere, prout etiam supra dictum est. Hoc inquam corollarium satis pater, quia quantuncunque vnius conditio videretur melior conditione alterius, tamen illa melior conditio potest per augmentum precij recompensari: vt fiat æqualitas commutatiua.

Secundum corollarium. Habendo respectum ad huiusmodi æqualitatem, possunt tales casus melius discindi, quàm recurrendo ad leges ciuiles loquentes de empt one, & venditione, & pactis in eisdem, quia illæ leges variè loquuntur, atque obscurè, & secundum varios casus, & qualitercunque loquantur, opus est casibus telligi semper ita, vt seruetur æqualitas commutatiua, igitur si in lumine naturalis rationis, dimissis membranis, & auersis oculis à codice ad ipsam æqualitatem commutatiuam mens eleuetur, citius intelligitur, quando contractus aliquis foueat æquitatem, & quando non. Nā etiam leges ipse contractum primum ex consideratione commutatiuæ æqualitatis processerunt, & non ex legibus derivata est equalitas talis, prout in prologo huius operis tactum est. Secundò principaliter confirmatur prædicta responsio sic: Quia ante adinuentionem numismatis, si Ioannes permutasset agrum suum pro agro Petri, & Ioannes reseruasset sibi facultatem repetendi suum agrum cum fructibus perceptis de agro, quem à Petro acceperat, & Petrus non habuisset facultatem repetendi suum agrum: licet fructus, quos de agro, quem Ioannes sibi assignauerat, leuauit, etiam sibi reservaret, quando ager suus restitueretur sibi per Ioannem: tunc non oportuisset agrum Petri fuisse tanti valoris, quanti est ager Ioannis, quia Ioannes dando

dando agrum suum Petro, reseruauit sibi aliquem facultatem æstimabilem precio, quam facultatem non habebat Petrus: imò Petrus habuit onus respectu Ioannis habentis facultatem cogendi Petrum ad assignationem agri. Pono igitur, quòd pro hoc, quod Ioannes vellet habere illam facultatem, oporteret agrum Ioannis esse in ribas, vel quinque, vel decem floren. meliorem agro Petri ad hoc, quod esset æqua conditio permutantis, & ager Petri valeret tantum viginti, oporteret agrum Ioannis valere vigintitres, vel vigintiquinque, vel triginta. Ergo si idem Ioannes indueret personam emptoris ita quòd Ioannes emeret agrum Petri eadem lege scilicet, quòd Ioannes, & non Petrus haberet præcisè facultatem repetendi precium, oporteret Ioannem dare pro agro Petri viginitres, vel vigintiquinque, vel triginta. Et si sic faceret: tunc ita æquus esset contractus emptionis, sicut æquus contractus fuit, quando habebat Ioannis personam permutatoris. Hæc autem hoc tantum scholastice disputasse voluit, vt detur occasio lectoribus ad cogitandum super hoc diligentius, quia ad vteriora sectino: opus tamen erit, vt in talibus contractibus nihil noui admittatur, quo maligni possint vti in fraudem, & pallium suarum vsurarū, quamobrem supra post principium huius conclusionis dixi, quòd etiam si seruaretur æqualitas commutatiua non admitterem illum contractum, vbi facultas repetendi precium remanet apud emptorem. Vnde opus est aliquos contractus, licet in æquos, reprobare propter abusum eorum, & latibulum Iatronum de medio tollendum: quoniam etiam templum Domini licet toto orbe famosissimum. 2. Machab. 2. Cum maligni ipsum fecissent, vt speculam Iatronum. Dominus tam per Nabuzardam, quàm per Tiçum dicit fecit: vt patet per Iosephum, & 4. Regum vlt. Postquam autem hactenus positi sunt speciales casus, in quibus depranatur prædicta emptio, consequenter generaliter loquendo comprehendendi sunt in genere omnes modi, quibus depranatur emptio prædicta. Et pro hoc ponitur.

Sexta conclusio. Generaliter loquendo sex modis depranatur emptio redditus redimibilis, secundum sex circunstantias ad eius bonitatem requisitas. Nam quamuis septem requirantur circunstantiæ ad moralem bonitatem actus: tamen aliquando vna illarum septem coincidit cum obiecto seu genere illius actus: & tunc solum remanent sex circunstantiæ distinctæ, & sic est in proposito. Quia circunstantia quid, scilicet quid emitur, & obiectum emptionis coincidunt: quia redditus redimibilis est quid, & obiectum. Sex ergo reliqua circunstantiæ sunt, quis, cui, cur, vbi, quomodo, quando. Si igitur ipse emens, qui dicitur quis, similiter ille cui emit sit incapax, vel indignus redditu: si etiam ob indebitam causam finalē, vel inductiuam ematur, aut si ematur in loco, vel in re, in qua prohibitum esset constituere redditum, aut si in tempore, quo prohibitum est, aut si cum indebito modo: puta dando precium minus iusto, tunc depranatur emptio talis, & possunt circa singulas circunstantias poni exempla, & declarari proportionabiliter: sicut sunt declarata supra quæst. 81. & 82. Citra tamen circunstantiam quomodo, est bonum exemplum, quod in prædictis quæstionibus est huc missum, & est, quod tunc etiam emptor peccat, quando venditor vellet libenter illam pecuniam mutuò habere, pro qua emptor vult emere, & venditor est in aliquo illorum quatuor, vel quinque casuum constitutus, in quibus teneatur emptor mutuare, de quibus patuit quæst. 19. & tamen emptor non vult ei mutuare: sed tantum vult emere ab eo, tenetur etiam si det tantum precium, & omnia alia requisita sunt ibi depranabitur emptio mortaliter, vel saltem emptor peccabit mortaliter nolendo mutuare, sed emere.

Ex hoc sequitur corollarium. Quòd si quis dives, vel pecuniosus velit emere redditum perpetuum, siue redimibilem, siue irredimibilem, & cum debitis circunstantijs, vt non per accidens deprauetur emptio, vel saltem vt inter emendum non peccet, valde ac summè necessarium est, quod videat ad necessitatem vendentis, quæ in quatuor, vel quinque casibus positis quæst. 19. potest esse talis, & tanta, quòd emptor eidem mutuare deberet tantam pecuniam, quantā indiget, & ob cuius penuriæ necessitatem venditor constitutus, & vendit res ditiū super bonis suis, maximè si ab emptore prius tale petijsit mutuum, & obtinere non potuit, & ob hoc ad venditionem reddituum compulsus extitit. Aut si non petiuit mutuum, tamen hoc simpliciter (vt bene conijcitur) optabat, sed obtinere desperabat. Nam si diuiti constet de tali necessitate, non excusatur in omissione mutui, etiam si non proprio motu illi mutuet, prout ibidem patuit. multo magis quando petit mutuum, vel quando tacens de mutuo petit, vt emat ab eo redditū constituendum in bonis suis, & dives bene scivit eo ra lem necessitatem. Nec tamen illud opus est diuitibus solum in emptione redditum: imò etiam in emptione prædiorum, & aliorum bonorum immobilium & mobilium, quæ habent pauperes, & indē gentes, & pressi necessitatibus: quia etiam in emendo illa bona ab eis videndum est ad prædictam necessitatem, & maximè quando eis constat, quod ob necessitatem, qua præmuntur, cogantur illa distrahere. Hęc est vna ex circunstantijs, ob quam timendum est, quòd sæpe depranentur emptiones redditum, & maximè est illud natum contingere temporibus famis, & charitiæ: sicut fuit iam temporibus nostris, quibus grandis illa miseria, & penuria innumeros pauperes, vel ad constituendum in bonis suis redditus, vel ad bonorum suorum distractionem compulit: multis (vt timendum est) diuinabus non aliorsum flectentibus oculos suos, nisi ad emendum prædia, vel possessiones ipsorum pauperum, vel redditus super bonis illorum pauperum constitutos. iuxta illud Psalmi. Oculos suos statuerunt declinare in ter-

nam, & ò vtinam pro precio falsam iusto emisſent. Neque tamen etiam ſi iuſtum precium dederunt, propter hoc præcisè immunes ſunt à peccato, nequè ſibipſis blandiantur dicentes ſe ſeruaſſe illud diuinæ legis, quo ſeruato (vt aiunt) iuſta & licita eſt rerum emptio, ſcilicet ne quis ſupergrediatur, vel circumueniat fratrem ſuum in negotio. 1. Theſſalonic. 4. Nam ſi quis etiam totam legem ſeruauerit offendit autem in vno, hic factus eſt omnium reus Iacob. 2. Nonne lex per Apoſtolum promulgata, quę dicit, ne quis ſupergrediatur fratrem ſuũ in negotio, etiam dicit, mutuum date, quod non tantum, vel vnicuiſlibet loquendo conſilij eſt (vt ſæpè quidam ſibi blandiuntur) ſed præcepti in cauſa? ſed ob temporis illius iuriſtiarum conditionem effecti ſunt in victualibus pauperes, in edia ſqualidi, fame marcidi, liberos ſuos ebres facie exonuatos, rogantes piiſſimo nomine Domini inuocato, quatenus eis mutuarent aliquantem ſummam pecuniarum, qua ſuis calamitatibus ſubuenirent. At ille. Si forte fignum aliquod, ſed mendax, oſtenderat compaſſionis geſtu corporis: tamen plus impij fuerunt, quàm qui tempore Ioannis fuerant, qui ſaltem lingua, & verbo dilexerunt proximos, benigna ſaltem dantes (licet ſine opere) verba. Hi autem lingua, & verbo, ſimul & opere, & veritate inimici fuerunt in eos dicentes, pecuniam non habeõ, vel ſi quam habeo, mutuare non poſſum tibi, nec volo, quia mei indigeo ea. Non enim

mus in ſcoriam verſum eſt noſtrum argentum, abierunt pij, ſuccreuerunt impij: & quoniam ſuperabundauit iniquitas, refriguit charitas multorum: inſtiterunt tempora periculoſa prædicta, & prophetata ab Apoſtolo, apparuerunt homines amãtes ſemetipſos, quærentes quæ ſua ſunt, non quę Ieſu Chriſti, & cum tranſitoria quærunt, perdũt æterna, qui ſi æterna quęſiſſent, nonne ſimul, & omniũ terrenorum abundantiã aſſecuti fuiſſent? aut mendacem faciemus promiſſionem Domini in loco prælegato. Ait enim, dabis ei &c. vt benedicat tibi dominus Deus in omni tempore, & cunctis ad quę miſeris manum. ecce cum charitate ſimul etiam fides de verbis Domini perijt. Multa hic per exhortationem, & declamationem dici poſſent: ſed hoc in loco tranſeo. Nec excuſabitur prædictus emptor per hoc, quod diceret dic, niſi quòd illa emptio eſt emptio reddituũ, non ita idonea pro fundatione eccleſiarum: ſicut ſi eſſet irredimibilis, vel redditus non eſt ita idoneus, quin aliqua inconmoditas ſit in eo pro cultu diuino. Modo non ſequitur, ille dat, vel emit aliqua bona pro fundatione eccleſiarum, & illa bona ſunt non omnino commodoſa, igitur peccat, quia tunc qui emeret prædia non omnino fertilia, vel aliquantum diſtantia, aut aliam ſimilem inconmoditatem habentia: aut non daret pingues redditus, peccaret. Secundò, quia redemptione facta, ſi eccleſia non poſſet redditum emere: poſſet tamen aliquam poſſeſſionem emere, de cuius fructibus interim viueret, donec occurreret redditus conueniens, & ſi nullus occurreret, nec poſſeſſio: tunc quamuis tandem ille cultus deficeret non propter hoc totus cultus defineret: quia etiam ſi nulla beneficia nec perpetua eſſent fundata: adhuc ha-

tractat. de floribus, vbi ait sic. Sicut in redditibus censualibus recipiendis per dominos certis terminis, quandoque pœna pecuniaria imponitur non soluentibus die assignata, ita potest aliquis recta intentione, & securitate solutionis taliter statuere in particulari contractu, vel concessione ad terminum, hæc ille. Et sic approbat appositionem pœnæ in redditibus censualibus debitis alicui domino, puta pro stipendio sibi debito ratione prælidentiæ suæ super rempub. Non est autem maior ratio de illo reddita, quàm de eo, qui debetur ex contractu alicui priuato. Idem etiam in tract. de contractibus propositione 6. ait. Si quis præstet pecuniam per mutuum vsque ad certum terminum cum adiectione pœnæ, quòd nisi soluat in illo termino obligabitur soluere pecuniam vltra sortem: illud in casu poterit bona intentione & charitatiuè fieri, & pœna recipi, puta in censibus pluribus tali pacto soluendis, hæc ille. Et sic approbat idem tam in mutuo, quàm in censibus. Tertiò sic: quia in contractu emphiteutico dominus habet de iure communi suum emphiteutam obligatum ad pœnam: si non soluerit canonem seu pensionem adeo, quòd si in biennio non soluit pensionem, cadit à iure suo. Si igitur obligatio ad pœnam non deprauat contractum emphiteuticum, aliàs ius commune non annexuisset ei illam obligationem pœnæ: sequitur, quòd nec depraubit contractum censualem. tenet consequentia: quia non est maior ratio in vno quàm in alio: cum emphiteuticus sit similis censuali, vtrobique enim alter contrahentium soluit alteri annuam pensionem pro eo, quod recepit ab altero aliquid æquales illi obligationi pensionis; quamuis in hoc sit differentia, quòd in emphiteutico non recepit emphiteuta numisma: sed rem a domino. In censuali autem sic, & sic de quibusdam alijs differentijs: sed nec illa, nec aliæ differentiæ potent illam variationem facere: quia de æqualibus, vt sunt res, numisma, idem est iudicium. Quartò sic: quia si in ciuitate aliqua sit statutum, vel consuetudo, quòd debitore non soluente in termino perfixo: si creditor coram iudice petat solutionem à debitore, iudex mittat creditorem in possessionem debitoris ad leuandum fructus illius possessionis taliter scilicet, quòd 100. fioren. sibi debitis recipiat fructus in valore 5. licitè potent creditor sic missus in possessionem leuare illos quinque de centum, donec fiat sibi solutio debiti: prout etiam patuit supra quæstione xxxj. cum suo moderamine, & idem tenet Bald. Modo illi quinque sunt pœna legalis: quia prædictum statutum emanauit, vel consuetudo introducta fuit ex illa causa: vt illius pœnæ meu debitores solicitarentur ad soluendum. Quando autem fit contractus in aliquo loco: tunc intelligitur fieri secundum consuetudinem & statuta illius loci: nisi per expressum secus agatur per contrahentes. Igitur si quis emeret redditum in tali loco: tunc etiam nihil exprimendo, de se inelser, quòd emptor haberet venditorem obligatum ad illam pœnam legalem: & nihilominus emptio esset licita, si seruetur moderamen seruandum, igitur si super illa pœnam conuenirent expressè: sic quòd emptor cum ad eam obligaret, euam non ob hoc deprauaretur emptio: saluo eodem moderamine, teneat consequentia: quia non videtur ratio diuersitatis quare emptio deprauaretur ex appositione pœnæ conuentionalis, ex tunc tamen si per legem, vel consuetudinem apponeretur, non deprauaretur. Si enim lex, vel consuetudo potuit apponere & consequenter contrahentes poterant sub illa lege contrahere signum est, quòd eius appositio non est de se inhonesta: igitur etiam ex consensu partium potent apponi. Attamen, quod dictum est de prædicta missione creditoris in possessionem debitoris: debet intelligi tunc fore licitum, quando seruantur conditiones requisitæ ad appositionem pœnæ legalis, de quibus dictum est quæst. xxxj. conclusione x. ideo moderationem illius ibidem require. Secunda pars probatur: quia ad hoc requiruntur quatuor conditiones habitæ supra quæst. xxxj. quas per omnia hic applica commutando nomen mutuatoris in nomen emptoris, & nomen mutuatarij in nomen venditoris: quamuis non sit necesse, eo quod etiam ipse emptor est verè implicitus mutuator: licet in ritus quando vltra terminum cogitur expectare, & venditor est mutuatarius eius, quando differt solutionem facere, & quecunque harum conditionum defecerit, emptio deprauabitur per tale pactum adiectum, & rationes patent ex ibidem dictis, & illarum conditionum etiã vnam tangit Gerson vbi supra.

Corollarium sequitur, quod responsio Henri. de hoyta in tractatu suo de contractibus dubio septimo, si indistinctè intelligatur non esset sufficiens. Vnde sanè est intelligenda, quando quasi indistinctè condemnat illam emptionem redditus, in qua emptor contra venditorem (qui angustatus, & necessitatus vendidit super se, vel bonis suis redditum) apposuit talem pœnam, quod quandocunque venditor non soluit emptori in termino assignato, quod extunc emptor agit super bona illa quatuor vicibus, & in quarto termino iuridicè sententietur sibi, quod protractus census iam amplius semper vltra xiiij. dies debeat duplicari, tandiu donec illa bona non plus valeant, quàm census non solutus sic multiplicatus, & tunc ipsa bona adiudicentur emptori obtinenda liberè, & quietè pro censu suo non soluto. Vnde ait, quod illa appositio pœnæ est iniusta pœnitus, & iniqua. Et huius assignat in effectu tres rationes. Prima, quia illa appositio pœnæ est repugnans iuri naturali, & diuino, igitur est iniqua. Antecedens probatur, quia iure naturali, & diuino quilibet homo obligatur ad releuandum proximum suum angustatum, & necessitatum, quando conuenienter hoc facere potest, & sua interest. talis autem appositio pœnæ est resistens illi iuri. Minor nota. Sed maior probatur per auctoritates veteris, & noui testamenti, in quibus præcipitur, quòd releuemus proximum necessitatum. Nam Exod. 22. præceptiuè dicitur. Si pecuniam mutuò dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor. Secunda ratio. Illa appositio pœnæ non solùm est resistens intentioni prædictorum iurium: sed etiã contratium inducens. Quia est ad magis angustiandũ angustatum, scilicet ad exhęredandũ, & deprimendũ, & extremè angustandum proximum, quandocunq; redditur

redditur impotens ad soluendum talem censum in termino præfixo. Tertia ratio, talis emptor nõ solum non est iustus, imo impius, & crudelis. igitur. Antecedens probatur pro prima parte dupliciter. Primò sic: quia iustus seruat ius diuinum, & naturale, prædictus autem vtrique repugnat: vt patuit. Secundò: quia iustus homo tota die miseretur, & commodat, & ibidem, miserebitur, & semibuet. Psal. 36. Prædictus autem non miseretur, nec commodat: quia de pensione sibi debita non vult expectare: immo punit eum desuper: expectare autem esset miseri & commodare, hoc est mutuare. Pro secunda parte patet ex secunda ratione. Hæc omnia ille in effecta. Illa autem eius responsio si indistinctè intelligeretur deficeret in quatuor. Primò: quia quamuis verum sit, quòd prædictæ pœnæ appositio sit illicita: saltem vt frequenter: hoc tamen non est ex eo, quòd appositio pœnæ sit illicita, sed ex eo: quia prædicta pœna est saltem, vt frequenter nimis magna & immoderata contra quartam conditionem requisitam ad hoc, quòd appositio pœnæ sit licita. Modo illam immoderantiam non allegat pro causa deprauationis: sed aliam causam, quę si procederet: æquè procederet in pœna longè minori, vel minima: quia allegat, quòd proximo necessitato, tenemur succurrere mutuatione, vel expectatione: & huiusmodi. & sic tenemur eũ non punire super non solutione mutuati, vel debiti etiam pœnæ quantumcunque parua. Secundò: quia quamuis illa pœna sit nimis magna respectu alicuius venditoris: vtputa eius, qui in termino est necessitatus, & angustatus: non tamen respectu cuiuscunque: quia non respectu illius, qui licet à principio vendidemit redditum ex necessitate, qua fuit pressus: tamen nunc in termino bene posset soluere, & non vult ex mera proteruia: vt ipsemet confecdit. Imò dico, si non ex mera proteruia: sed ex mera incuria, & negligentia: vtputa si non habet, & tamen posset habere, si vellet diligentiam adhibere. Nam contra talem potest quis procedere ad pœnam: quia est in culpa, & iniustitiam facit emptori: quia sine iusta causa detinet rem alteri debitam, & hoc contra illius voluntatem, & non solum ad pœnam procedere potest is, qui sic iniustitiam patitur: sed etiam ad tantam, quanta requiritur ad cogendum eum ad solutionẽ, & ideo etiam prædicta pœna posset exigi, si minor non sufficeret: etiam si non sit venditor in mera proteruia vera: sed præsumptiua, vel interpretatiua. Tertiò: quia quamuis verum sit, quòd quando debitor pensionis est constitutus in tanta necessitate, & angustia, quòd emptor ei teneatur mutuare tantundem (quod in quatuor, vel quinque casibus tactis quæst. xix. contingere potest) tunc nullam pœnam potest ab eo exigere, & si exigerer, peccaret, & peccasset etiã à principio contractus, proponendo illam exigere: quia necessitas posset esse talis etiam ab initio contractus, quòd etiam peccasset emendo ab eo etiam sine illa obligatione pœnali, eo quòd debuisset non emisse: sed gratis mutuasse: tamen quando nullus illorum casuum adest: puta quia in nulla necessitate est constitutus, vel est constitutus in tam leui, quod non ob hoc teneatur aliquis ei mutuare, vel si quis ei tenetur: non tamen tenetur ipse emptor ei mutuare, qui non est in tali abundantiã: vt sit ei sic obligatus: non habebuns prædictæ rationes locum: quia auctoritates allegatæ non sunt intelligendæ præceptiuè in omni casu: sed in certis casibus tantum: vt etiam ex verbis earum patet. Quartò deficit: quia idem dicturum se dicit: quod forte etiam in casu, quo ex proteruia nollet debitor pensionis eam soluere in termino præfixo, & emptor ad pœnam illam processisset, & illa sibi esset adiudicata, non posset creditor illam totam sibi retinere, sed habito toto illo, quod suum est, residuum dandum est pauperibus, vel in aliquem alium pium vsum conuertendum. Modò dicendum videtur, quòd immo totum illud potest retinere sibi dummodo adsint prædictæ quatuor cõditiones, quarum si aliqua deesset, vel defuisset, etiam non licuisset sibi procedere ad exactionem illius totius etiam animo applicandi partem pauperibus. hæc autem patere possunt sufficienter ex dictis quæstione xxxj. Breuiter igitur eius sententia pro tanto habet veritatem, quod in casu, quo necessitas debitoris fuerit talis, quòd venditor deberet ei ex præcepto tantundem mutuare: non potest illam pœnam exigere ab eo: etiam minorem, quàm sit prædicta, & multo minus poterit prædictam exigere. Nec à principio contractus potuit licitè pacisci super exactione illius, vel minoris pœnæ, habendo respectum ad casum talis necessitatis tempore solutionis pensionis. Secus autem quando debitor in nulla necessitate est, vel non in tanta, vt creditor sibi teneatur mutuare tantundẽ, quanta est pensio: & pœna est moderata, & non nimis magna: puta non vltra eam quantitatem, quanta sufficiet ad compulsionem debitoris ad solutionem. Et si potest emptor talem pœnam apponere: licet sibijpsi applicandam ad bursam suam: non minus, immo magis poterit in simili casu aliam pœnam, quæ non esset sibi lucrosa apponere, dummodo etiam moderata, & sustinibilis, & eam apponeret quatenus metu eius inducerentur venditor ad soluendum pensionis: vtputa si debitor non soluerit in termino, quòd non fiebat vinum, donec sibi soluerit: suppositio, quòd sine detrimento corporis carere possit vino. Nam pacta, quæ non sunt contra bonos mores, nec turpia, vel turpis rei gratia inita: nec à iure reprobata: nec captiosa sunt seruanda, ex quo sunt inita per contrahentes sine dolo: vt etiam dicunt domini iuristæ.

QVÆSTIO LXXXVI.

Vtrum emptio redditus deprauetur per hoc, quòd emptor exigit à vẽditore, quòd venditor sibi obliget illa bona in quibus est redditus constitutus, vel aliqua alia bona in pignus, vel hypothecam distrahendum, vel distrahenda secundùm loci consuetudinem: si venditor in termino prefixo nõ soluerit pensionem ab illa? Et differt illa quæstio à præcedenti pro tanto, quia in præcedenti obligatur debitor ad hoc: vt si in termino non soluat pensionẽ quam soluere debet: soluat pecuniam: etiã si non sit creditor passus interesse. Dicauté, & si obligetur debitor ad hoc: vt si non soluat pensionem in termino patiatur distrahi pignus suum, non tamen cogetur

per hoc in illa distractione aliquid soluere vltra pensionem neglectam (nisi forte creditor sit aliquod interesse passus ex mora debitoris. Vnde casus huius quæstionis videtur mitior casu præcedentis quæstionis. Solutio stat in duabus suppositionibus: & tribus conclusionibus.

Prima suppositio secundum dominos iuristas, Pignus est obligatio alicuius rei licitè pro debito inita: sit autem obligatio pignoris ad maiorem securitatem creditoris: quia tutius est pignori incumbere, quàm in personam agere. sicut etiam tutius est non soluere, quàm solutum repetere. Et dicitur pignus à pugno, ideo propriè pignus dicitur res mobilis tradita de pugno in pugnum. & sic pignus transit: hypotheca autem consistit in re immobili, & sic non transit.

Secunda suppositio. quadruplex est pignus scilicet, legale, iudiciale, prætorium, & conuentionale: quemadmodum etiam supra quæstione xxxj. posita fuit multiplex pœna scilicet, legalis, iudicialis, & conuentionalis. De tribus primis pignoribus non est ad propositum huius quæstionis, sed principaliter de quarto tantum, quod est illud, quod sola hominis conuentione constituitur.

Prima conclusio. Emptio redditus non depranatur de per se præcisè per hoc, quòd &c. vt ponitur in titu. probatur quantupliciter. Primò sic: quia tale pactum, de quo in titulo, est à iure ciuili receptum, & approbatum. igitur licitum. tenet consequentia per ea quæ tacta sunt supra quæstione lxxxiij. conclusione j. probatione xj. Antecedens probatur: quia in l. pactum. ff. de pigno. actio. habetur, quòd valet pactum, quòd si venditor infra certum terminum debitum non soluerit, quòd tunc prædia pignori, vel hypothecæ data liceat creditori vendere, & illo modo etiam intelligit eundem textum gl. j. ibidem. & pro hoc inducunt. l. j. C. de pact. pigno. & dicta l. si fundus. §. fin. ff. de pigno. Secundò probatur auctoritate quorundam legistarum. Nam Bart. in l. si necessitas. in §. si annua. ff. de pigno. actio. vbi declarato textum, dicit ibi esse casum, quòd si quis ex certo fundo teneatur pensionem, seu redditum soluere ad certum terminum: & infra illum non persoluerit, quòd tunc possit creditor pignus vendere pro pensione non soluta. Et hoc idem voluit ibi glo. Alex. de Imo. & cæteri scribentes, qui omnes transeunt cum Bart. Facit etiam, quod dicit idem Bart. postea in §. fi. vbi dicit notabiliter per illum textum: quòd hoc casu potest vendi pignus: non solum propter debitum non solutum: sed etiam propter accessiones. pro hoc est bonus textus in l. quæ specialiter. C. de distractio. pigno. quæ dicit, quæ specialiter à nobis obseruata sunt debitoribus cessantibus in solutione: debetis bona fide, & solenniter vendere. Tertiò probatur à simili, vel minori: quia non depranatur per hoc, quòd emptor velit habere potestatem, quòd si venditor non soluerit pensionem in termino præfixo: emptor rem pignoratam possideret iure emptionis: iusto tamen eam precio æstimando: vt patet in l. fi fundus. §. vlt. ff. de pigno. Ergo eadem ratione, vel à minori affirmatiue: etiam valebit, si vult habere potestatem illa alium iusto precio vendendi, vel distrahendi: quia non apparet ratio diuersitatis: imò minus videretur primum, quàm secundum: quia tunc creditor sibi ipsi cederetur vendere. secus in secundo, quando alteri venditur neque tamen sibi ipsi vendendo est periculum iniquitatis: quia notanter adiectum est: iusto precio æstimando. supple non per creditorem, qui simul est venditor, sed per alios, quorum interest. Quartò probatur ratione theologica. sic emptor potest licitè obligare venditorem ad pœnam, si non soluerit in termino præfixo: vt in præcedenti quæstione patuit. igitur etiam licitè poterit cum obligare ad hoc, vt permittat eum distrahere bona pignorata. tenet consequentia à simili, vel minori. Nam in primo casu emptor conatur habere pensionem, & eam tandem habebit, & vltra hoc habebit, nisi passus sit aliquod interesse sed præter hoc nihil. prout patebit in sequentibus conclusionibus. Quintò sic: quia si per hoc depranaretur, maximè, quia illa exactio emptoris contra venditorem tendens ad distractionem bonorum eius, si in termino deficeret: videretur esse contra legem diuinam, & naturalem mandantem, quòd proximo patienti necessitatem: & sic non soluenti in termino, debemus misericorditer succurrere, & per consequens ei expectare de pensione debita. & multo magis tenebimur ad non opprimendum eum ad distractionem bonorum eius. Modo illa inconuenientia omnia possunt vitari, etiam si fiat illa distractio: quia prædicta exactio, & distractio potest fieri stantibus cõditionibus ponendis in sequenti conclusione: illis autem stantibus, non habebunt illa inconuenientia locum. igitur emptio redditus per huiusmodi pactum, & distractionem non depranatur, quantum est de per se: sic enim intelligitur hæc conclusio primaliter notanter additur in conclusione de per se: & præcisè. Si enim de per se per eam depranaretur: tunc etiam quibuscunque conditionibus stantibus depranaretur per eam: sed bene verum est, quòd in certis casibus per ea depranatur: vt in sequenti conclusione dicetur.

Secunda conclusio. Licet emptio non depranetur per hoc, quòd &c. vt in titu. tamen ad hoc requiruntur nouem conditiones, ne depranetur in prædicto casu. Prima, quòd emptor mallet pensionem sibi debitam recipere in termino, quàm quòd eam non recipiendo procedere habet ad distractionem pignoris. Ratio est: quia si econtra mallet ad distractionem procedere: signum esset, quòd lucrosius esset sibi pensionẽ expectare: & sic ad illam distractionem procedere, quàm pensionem recipere in termino, & sic eam non expectare, modò hoc includit impliciram mutuationem vsurariam. Nam illa expectatio pensionis est implicita mutuatio: & tamen eam mallet facere & distrahere pignus & hoc propter lucrum temporale, quàm nõ mutuare, & sic non consequi illud lucrum. Mutuatio autẽ spe lucri temporalis facta est vsuraria, igitur. Vnde debet potius velle cessata, vel ad minus æquè velle vnum sicut alterum: vt sic non sit animus eius in affectione vilius lucri sibi prouenibilis ex dilatione solutionis

solutionis pensionis. Secunda conditio, quòd nõ emergat, vel natum sit emergere scandalum: etiam pusillorum ex illa obligatione, & consequẽter ex distractione: quia si emergeret, actus redderetur malus per accidens. Natum autem esset emergere, quando præcedens conditio, & sequentes non omnes seruarentur: quia ex defectu præcedentis haberetur suspectus de cupiditate vsuraria, & ex defectu sequentium de ira, delitate, & impietate, vel alia iniquitate, quando autem præcedens, & sequentes concurrunt omnes: & cum hoc est consuetudo loci: non est natum emerge re scandalum saltem paruulorum, & de facili, phariseorum autem non est curandum. Tertia conditio, quòd pro tempore, quo contingit venditorem deficere in solutione pensionis: non sit venditor in tali indigentia, vel paupertate constitutus, quòd emptor teneretur ex præcepto Dei eidem mutuare tantundẽ, quanta est pensio: quia si esset in tali indigentia constitutus, non posset emptor licitè procedere ad illam distractionem: quia non posset licitè exigere ab eo solutionem pensionis illo tempore, ergo nec ad distractionem procedere: quia illa distractio fieret ad habendum solutionem pensionis. Item quia procedendo ad distractionem: nollet eidem expectare, quod est implicitè nolle mutuare: sicut tamen teneretur. Et eadem ratione etiam a principio contractus peccasset: si intendisset procedere ad distractionem pignoris, occurrente tali indigentia venditoris: non obstãte, quòd ab initio contractus nondum vsurarius fuisset in tali necessitate constitutus: licet sibi non fuisset illicitũ a principio illud pignus recipere tali animo, quòd si deficeret in termino extra casum prædictæ necessitatis veller procedere ad eius distractionẽ & etiam, quòd saltem expirante illa necessitate, quæ in termino præfixo occurrit, postea securitatem haberet suæ pensionis. Quarta, emptor, seu creditor volendo distrahere pignus, prius denunciet venditori, seu debitori le distractorium suum pignus. Ratio theologica est: quia staret, quòd si non denunciaret, ipse debitor grauaretur plus, quàm opus esset creditori pro sua solutione: quia forte debitor auisatus, alia pignora, quibus leuius careré posset, traderet sibi distrahenda. de quibus tamen etiam sufficienter posset creditor solutionẽ habere. Et intelligitur hæc conditio necessaria, nisi a principio cõuenerint emptor, & venditor, quòd emptor possit vendere pignus, si venditor non soluerit pensionem infra terminum præfixum: cunc enim non esset denuntiatio necessaria, secus si nihil est actum. Et si nihil est actum: sufficiet vna denuntiatio, si vt in titulo consuetum est quòd emptor ad distractionẽ poterit procedere. Nã si esset conuentum inter eos, quòd emptor deberet habere pignus, & non procedere ad eius distractionem, vel venditionem, tunc quamuis nihilominus possit emptor ipsum vendere: quia illud pactum nõ valet: tamen tunc requiritur triplex denunciatio, & infra quamlibet illarum debet esse triduum: vt dicit glo. fi. in l. si conuenerit. ff. de pigno. action. Quinta, quòd illa distractio, seu (vt iuristæ loquuntur) subhastatio fiat secundùm solemnitatem, & formam de cõsuetudine illius loci seruatam, vt puta publica voce præconis, vel edicto iudicis. Vel aliter secundùm cõsuetudinem loci: vt quicunque velit emere huiusmodi rem veniat infra certum tempus, puta. 14. vel 20. dierum, vel aliud tempus secũdùm arbitrium iudicis statuendum, ita quòd infra illud tempus res exposita sit venalis publicè, nec infra illud alicui tradatur, sed finis expectetur: & tunc plus offerenti tradatur, vt in l. si tempora. C. de fid. instrum. & iure hasta. fisc. lib. x. Nec est in iure taxatum prædictum tempus præfigendum, nisi in ecclesia, in qua statuti sunt. 20. dies: vt patet. x. q. 2. hoc ius. Ideo in illius temporis quantitate ad consuetudinem loci recurratur. Ratio autem theologica huius est: quia sicut lex positiua scripta ligat, etiam in foro conscientiæ: ita & consuetudo rationalis. Et etiam: quia in acquisitione rerũ multum operantur humana iura & consuetudines, ideo illa conditio requiritur. Et sub hac comprehenduntur quæcunque formę, quas consuetudo haberet in distractione in tali loco: dummodo fuerit æqua & honesta. Sexta, quòd emptor, seu creditor distrahendo pignus, ipsum distrahat pro iusto precio, quantũ potest, ita quòd non decipiatur debitor vltra dimidium iusti precij: aliàs enim debitori competeret remedium rescindendi venditionem: quia tale remedium habet locum, quandocunque emptor, vel venditor decipitur vltra dimidium iusti precij: etiam si res vendatur cum subhastatione: quia in cap. cum dilecti. de emptio. & venditio. vendita fuit res ecclesiæ (quæ tamen non venditur, nisi præcedente subhastatione. x. q. 2. hoc ius) & tamen dicit ibi tex. quòd habuit locum remedium prædictum. Item nullo tempore licitum est proximo decipere proximũ, & ideo etiam nõ licet tempore subhastationis. Item grauius videtur esse peccatum deceptionis illo tempore factum, quàm alio: quia afflicto additur afflictio, & oppressus amplius opprimitur. Et addendum est in foro conscientiæ, quòd etiam creditor non vẽdat pro minori iusto precio, etiam si illa minoritas esset citra dimidium iusti precij: & tamen notabile: & ipse potuisset pro iusto precio vendidisse: quia hoc est contra legem naturalem. Quod tibi fieri non vis, alteri non facias, & circa personam, cuius bona sic distrahuntur, grauius est ex causa prædicta. Septima, quòd creditor debet bona fide gerere rem debitoris: quia si in pignore distrahẽdo contra charitatem proximi, & contra legis diuinæ prohibitionem commisisset aliquam fraudem, non solum peccaret, & teneretur in foro conscientiæ ad fraudis refusionem: sed etiam secundùm dominos iuristas in foro exteriori, si poterit fraus probari, dabitur actio debitori contra creditorem sic versatum in fraude. Vnde non videtur ille creditor in foro conscientiæ fraternè & bona fide agere cum rebus debitoris: qui cum habeat plures res debitoris sibi pignoratas vendit res meliores, dimissis vilioribus: cum tamen si solum viliores vendidisset indistractis melioribus: potuisset sufficiẽter habuisse solutionem sui debiti. Et similiter si plura habeat pignora, quorum vnum venditum sufficisset sibi pro sua solutione: & tamen vendidit etiam alia. Octaua, quòd distractione facta, creditor non sibi retineat de precio, nisi in quanto fuit ei debitor obligatus: ita tamen quòd etiam debet debitor velle sibi satisfacere de interesse, si quod passus est ex mora solutionis.

lutionis, & hoc etiam potest creditor licite exigere à debitore, si etiam precium rei distractæ non sufficiat ad solutionem debiti: poterit creditor exigere alia pignora: & ea (vt præfertur) distrahere, donec sibi satisfiat. Nona, si creditor procedere volens ad distractionem non inueniat emptorem: tunc propter hoc non debet illa bona sibi pro debito retinere propria authoritate, etiam si æqualerent ipsi debitor: sed debet consequenter agere secundùm consuetudinem loci: dummodo illa consuetudo nil iniquitatis habeat aut charitatis fraternæ præiudiciale: & si non appareat aliqua consuetudo: debet denunciatione facta debitori adire iudicem, qui debet certũ tempus præfigere debitori: infra quod luat pignus, quo transacto poterit iudex taxare, quantum valeat illa res, & iuste taxatam assignare creditori, vt ipsam tanquam verus dominus possideat in solutum. Et ex benignitate & humanitate (quantum esset de iure scripto) etiã posquam creditor adeptus esset dominium illius rei deberet debitor habere biennium: infra quod posset lucre pignus refectis damno & interesse creditori: tamen vbi hæc consuetudo non obseruatur, non est necesse. Attamen iudex sic assignabit pignus ipsi creditori pro debito, quòd si pignus plus valeat, quàm sit debitum: debet creditor illud plus restituere debitori: sic etiam creditor vellet per debitorem sibi alia pignora dari: si pignus præcedens minus valeat, quàm fuerit debitum, donec satisfactum esset sibi. Et quia nemo est bonus iudex in causa propria: ideo pignus tradendum creditori, cum nõ inuenitur, qui ipsum emere velit, iudex taxabit. Attamen vt æquitas etiam seruetur, si creditor non libenter: sed inuitus & incõmodose habet illud pignus pro solutione pensionis: & tamen cogitur: quia alia via non potest habere solutionem debiti: tunc licite poterit creditor velle sibi à iudice pignus tãto remitti pro precio taxari & dari: quanto magis inutile & incommodose ipsum recipit: vt illud eius grauamen (quod non tenetur subire propter debitorem morosum, vel negligentem; nec constitutum in ea indigentia: in qua ex vllo præcepto teneatur creditor sibi mutuare) relaxetur sibi per illam taxam: quia qui grauatur in vno, debet releuari ab alio. Et iudex etiam potest immo de æquitate debet in taxando pignus hoc inspicere, quantum sibi constare potest de grauamine creditoris: si tamen taxaret vilius, quàm aperte rei expostulet grauamen creditoris: non poterit ob hoc creditor cõtra illius vilioris & erronee taxe sic taxatum recipere: licet bonã fide iudex sic taxauerit: sed intra se debet metiri taliter, quòd mallet habere sibi debitam pensionem, quàm pignus sic taxatum: vel saltem ad minus, quòd non plus vellet pignus sic taxatum habere, quam pensionem. Ex illis patet, quòd domini iuriste insufficienter assignant conditiones requisitas ad hoc: vt prædictum pactum pignoris distrahendi, vel inbastandi valeat. Nam de primis tribus tacent: quæ tamen omnino requiruntur non minus quàm aliæ, & hoc de lege diuina & naturali, quã ceteris anteferre debemus: & similiter quædam iura supra apposita circa quartam & sextam, & vltimam: sed forte ipsi de foro exteriori tantum loquuntur: forũ conscientiæ theologi reliquentes.

Tertia conclusio. Emptio redditus deprauatur per quodlibet quinque sequentium pactorum. Primum, si venditor non soluerit pensionem in termino præfixo, res pignorata sit ipsi emptori vendita pro pensione, & hoc dicitur pactum legis commissoriæ, quod in pignoribus est regulariter reprobatum: vt in cap. significante. de pignoribus. Huius autem reprobationis est duplex ratio. Prima: quia obligatio pignoris cõmuniter solet fieri pro longè minori quantitate, quàm pignus valeat. Ideo si valeret tale pactum in pignore, multũ deciperetur debitor qui auiditate habendi pecuniam, vel mutuum: defacili iniret quodlibet pactum, ideo lex voluit prospicere communi ac publicæ vtilitati temporali subditorum cassando tale pactum eorundem. Secũda: quia si valeret tale pactum in obligatione pignoris vix, aut nunquam aliquis mutuaret, vel crederet alicui pecuniam sine tali pacto: quod tamen pactum, ex quo esset ad lucrum capiãdum induceret vsuram: quia immunus speraret loco sortis mutuatæ consequi rem pignoratam, quæ est longè melior quàm sors. & sic lucrum intenderet contra salutem animæ. Et ideo ex quo illæ rationes sunt in vtilitatem reipublicę temporalem & spiritualem: ideo etiam debitor non posset renuntiare reprobationi illius pacti quin deniq; pactum esset inualidum. Dictum est autem notanter, quòd prædictum pactum in pignoribus sit regulariter prohibitum, &c. quia eius prohibitio habet aliquas fallentias etiam in pignoribus. Prima. si fiat pactum sic, quòd si debitor non soluit debitum in termino præfixo pignus vendatur, vel sit venditum creditori iusto precio, vel quod tunc pignus sit datum creditori in solutum iusto tamen precio. Ratio: quia tunc in nullo grauatur, vel deciperetur debitor: & cur in forma præcedentis pacti. Secunda, si fiat pactũ sic, si debitor non soluit in termino res pignorata sit creditori vendita, vel in in solutum data: & tamen illud pactum non fiat ab initio contractus obligationis pignoris, nec incontinenti: sed postea sit appositum ex intermallo: nam tunc valet secundum dominos iuristas saltem quo ad retentionem pignoris. puta si creditor ipsum possidet: nõ autem quo ad actionem: & tamen si incontinenti esset appositum, non valeret. Ratio diuersitatis est: quia debitor ab initio promitteret, quicquid creditor vellet, vt haberet pecuniam, & sic præsumitur, quasi necessitatus tale pactum inire, seu facere, quæ præsumptio cessat, quando promittit: postquam iam habet pecuniam optatam. Attamen quo ad forum conscientiæ non valeret: etiam si ex post facto illud pactum apponeretur: nisi ex mera liberalitate, & deliberatione discreta apponeretur: aliter ei creditor non posset sana conscientia velle pignus (cum sit longe melius debito) habere loco debiti, etiam dato quòd in foro exteriori illud non obstaret ei. Nã quòd domini iuriste inquiũt, illud pactum valere quo ad retentionem pignoris: solum est pro tanto, quòd non datur actio debitori repetẽdi pignus, nec iudex eum super hoc audit. Modo non sequitur mihi non detur actio super re, quã repetere vellem a re. igitur tu potes eum in foro cõscientiæ retinere: vt patet in casu, quo quis deceptus est re ipsa citra dimidium iusti precij aliquo notabili: vt

li: vt patuit quæstione lvij. Tertia si fiat sic, si debitor non soluat in termino præfixo, res pignorata sit creditori empta, vel sit ei in solutum data: dummodo nõ faserit adiectum pro debitor: quia tunc debet pactum intelligi secundùm ius commune, & per consequens quòd debeat pignus habere emptam, vel datum, iusto precio. Secundò. dictum est notanter, quòd pactum legis commissorię sit in pignoribus reprobati: quia in contractu emptionis & venditionis non est sic reprobatum, quin valeat, si fiat sic: vendo tibi domum meam pro 100. flo. hoc pacto adiecto: vt si infra mensem illa eadem non soluero, domus sit inempta: ac permaneat mea, de hoc patuit in q. 83. conclusione prima, ante probationem 10. Dicitur autem pactum prædictum ideo pactum legis commissoriæ: quia si debitum non soluatur, facit rem committere, seu in commissum cadere. Secundum pactum, per quod deprauatur, est tale, si non soluerit &c. sit res pignorata creditori data in solutum pro debito ipso. Tertium est tale. si non soluerit &c. sit res pignorata in feudum, vel in emphyteusim concessa creditori, vel sit sibi in dotem data. Quartum est tale. si non soluerit &c. quòd non liceat debitori pignus redimere, siue in perpetuum, siue ante diem præfixum. Eadem autem est ratio reprobationis, & inualiditatis illorũ pactorum sicut primi, vt patet intuenti. Quintum est tale, quòd res illa pignoretur creditori, ita tamen, q̃ non liceat creditori illud vendere, illud enim nõ valet: sed est reprobatum, quia nec creditor posset renunciare illius reprobationi, quin nihilominus esset inualidum: & ei posset contrauenire: quia est introductum in fauorem publicum: quia si non posset illud vendere: tunc cum ipsum habere nullam sibi assecuratem assequendi solutionem debiti: decetero creditores non mutuarent indigentibus. Et hæc de præsenti quæstione. & per consequens de toto tractatu quarto huius operis. De cuius fine laudetur Christus in secula seculorum rex benedictus. Amen.

TRACTATVS QVINTVS.

ABSOLVTO *tractatu de emptionibus diuersorum reddituum consequenter auxilio domini tractandum est de contractu locationis tam in genere, quàm in specie diuersorum animalium, cuius tractatus prima quæstio est 87. in ordine quæstionum huius operis, & talis.*

QVÆSTIO LXXXVII.

VTrum contractus locationis & conductionis siue rei, siue personæ sit licitus.

Solutio quæstionis stat in nouem suppositionibus, quatuor conclusionibus, & tribus corollarijs.

Prima suppositio. Locatio est cõtractus, quo quis vsum alicuius rei, vel personæ in alium transfert pro mercede: sine hoc quòd in eundem transferat proprietatem vel dominium eiusdem. Exẽplum. habeo ius vtendi equo meo & domo mea: & percipiẽdi fructus de agro, vel horto meo. si ego reseruata mihi proprietate & dominio equi & horti tibi pro mercede concedam ius vtendi equo meo, vel percipiendi fructus de horto meo: tunc dicor tibi locare equum, vel hortum, & tu diceris conducere equum, vel hortum. Et capio hic vsum non vt distinguitur contra vsufructum: sed vt comprehendit vtrunque, quid autem vtrunque sit & quomodo differant, patuit quæstione xij. & xiij. Vnde aliquando locans tantum transfert vsum rei suæ in alterum aliquando vsufructum. Exẽplum primi. Si loco tibi hortum meum, vt quantũ pro tua persona vti poteris, fructibus eius vtaris: non autem vt aliquos fructus eius alijs vendas, vel dones. Exemplum secundi: vt si sic tibi loco eum, quòd etiã fructus eius poteris distrahere, sicut libet.

Secunda suppositio. Conductio est contractus, quo quis pro mercede recipit ab alio vsum alicuius rei, vel personæ sine hoc quod recipiat eiusdem rei, vel personæ proprietatem, vel dominium. Exemplũ pateret ex prima suppositione. Vnde nec locatio, nec conductio potest fieri in re, cuius vsus est eius consumptio: saltem ad illum vsum. ideo pecunia non potest dici locari, vel cõduci ad distractionem, nec esculenta, vel poculenta ad esum & potum: quamuis ad alium vsum contingat illa locari, quã non est eorum consumptio: vt si florẽi locantur ad contrectationem pro sanitate infirmi, & huiusmodi.

Tertia suppositio. Locatio est duplex, quædam est rei, capiendo rem, vt distinguitur contra personã hominis, siue illa res sit animal, siue alia res, & de illa locatione exemplificatum est in prima. Alia est personę siue, & illa est duplex, quædam est personæ suæ intransitiuè, quædam transitiuè. Exemplũ primi. si ego loco me ad laborandum tibi in vinea per diem pro. iij. solidis, iam loco personam meam propriam, & tu conducis meam personam, i. me. Exemplum secundi, si ego seruum meum tibi locem ad laborãdum in vinea tua &c. iam loco tibi personam mea, i. quæ est mei. Et secũdũ aliquos locatio personæ ad operas. s. ad faciendum aliquid &c. non est propriè locatio, sed contractus innominatus, scilicet facio, vt des: tamen non refert hoc multum in proposito quo ad forum theologicum. Preterea si rite inspiciatur, ita inuenitur vsus, & vsufructus transferibilis in locatione personæ sicut in locatione rei, ideo ita poterit dici locatio, & si quid obster, erit sola voluntas vtentium vocabulo. Et no. quòd locatio personæ alio nomine dicitur locatio operarum: non sic intelligenda, quòd operæ ipsæ locentur: sed persona locatur ad operas impen-

impendendos. Ratio primi: quia opera est idē, quod labor, vel opus hominis: natum bonum vtile, delectabile vel honestum afferre alteri. modo talis nō potest locari, quod dupliciter patet. Primò: quia res potest locari debet sic se habere, quòd in ea possit constitui alteri vsus aliquis, & quòd possint separari proprietas & vsus eius, & quòd vsus eius nō sit eius consumptio. immo quòd eius substantia maneat salua: transeunte eius vsu actuali. sic potest declarari in prædictis exēplis de horto & equo. Modo labores seu operationes hominis non sunt huiusmodi, sed bene ipsa persona. Item opera sunt fructus ipsius personæ percipiendi per conductorem de persona, sicut fructus horti sunt percipiendi de horto locato. igitur sicut fructus horti non dicuntur locari: sed hortus dicitur locari ad fructus, sic homo dicitur personam suam ad operes locare, & non ipsas operas. Vnde quod frequenter dicimus. Io. locat Petro operas suas. hoc fit causa brevitatis: quia sensus est, quòd locat corpus suum seu personam suam ad operas, ita quòd vsum vel fructum natum prouenire de sua persona transfert in alterius vtilitatem. Et ex eodem fundamento dico, quòd improprius est sermo dicentium se locasse fructus prædiorum, vel fructus reddituales, vel fructus decimarum per quam impropietatem videtur intelligendus tex. in c.2. de locato. Nam locatio est tantū rei, in qua separabilis est proprietas ab vsu, ita quod res locabilis debet esse importativa alicuius fructus, vel commoditatis, & sic locatur ad fructum illum. Vnde sicut fructus agri non locantur, sed ager ad fructus percipiēdos locatur: sic fructus reddituales, aut decimales non locantur, sed ius percipiendi illos fructus locatur, sed ipsi fructus potius possent dici venditi: sicut & locatio equialēter non est nisi venditio fructuum, vel vsus rei: & conductio est emptio eorundem. Nec locans ius decimarum committere videtur simoniam: sicut prætendit glo. in c.1. de locato, &c. quia non transfert ipsum ius in conductorē, sed illud ius manet apud rectorem ecclesiæ, & vsus transfertur in conductorem. & ille est transferibilis per ipsum, sicut & ipsi fructus. Alioquin da oppositum, tunc eadem ratione nō posset rector locare reditus ecclesiæ, quia etiam illi sunt annexi spiritualibus, s. officio ecclesiastico. consequens est contra c. vltimum. ne prælati vices. & contra clc. j. de rebus eccle. non alie. quamvis verum sit, quòd non debet illa locatio fieri nisi ad modicum tēpus. s. infra x. annos, & tunc etiam sine licentia superioris, vt in c.2. de locato, propter verbum liberē, & in clc. 1. de re. eccle. non alie. Præterea licet simonia sit vendere ius decimarum, non tamen sequitur ego locare illud est etiā simonia, quamvis vterque contractus sit non gratuitus. Quia quod vendere ipsum est simonia, est solum, quia iure positivo est sic cautum, aliàs enim non plus esset simonia, quam vendere agros dotales ecclesiæ. Modo non sic est illud cautum de locatione illius iuris, scilicet quæ fit ad modicum tempus, quæ etiā non habet rationem alienationis. Et eodem modo etiam potest conductio subdividi. s. quædam est conductio rei, quædam personæ. Et illa est duplex. Quædam est personæ, quæ est alterius intransitiue, quædam est alterius transitiue.

Quarta suppositio. Locatio etiam rei est duplex. Quædam est rei immobilis, vt domus, agri, vel horti. quædam rei mobilis, sine illa seipsam mouear: vt est animal, siue non moueat seipsam, vt securis, vel consimile quid. Prima est duplex. Quædam est rei incorporalis, vt locatio redditus. Nam redditus inter immobilia & incorporalia computatur. Quædam est rei corporalis. Et illa est duplex, quædam est rei vrbanę: vt locatio domus. & tunc ille, cui talis res locatur, dicitur propriè inquilinus: quædam est rei rusticę: vt locatio agri &c. & illius conductor dicitur propriè colonus. Secunda etiam est duplex. Quædam est locatio rei ad vsum, quo deterioratur res: vt si equum tibi concedam ad annum. quædam verò est rei ad vsum, quo non deteriorabitur res: vt si scyphum aureū tibi concedam ad vsum vnius diei, vel hebdomadæ. nam ex illo non deteriorabitur.

Quinta. Locatio fit dupliciter. Aliquando fit cum æstimatione rei locatæ, ita quòd locator tradens rem locatam æstimat eam certo precio. Et aliquando fit sine æstimatione. & quid illa æstimatio operetur, vel non, patebit in vltima conclusione ex primo naturali.

Sexta. Locatio capitur dupliciter, vno modo strictè. & sic oportet, quòd merces, pro qua fit, consistat in numismate. & hoc determinatæ quantitatis: & nō in specie, nec in numismate indeterminatæ quantitatis. Et sic si concedam tibi vsum equi mei pro modio frumenti, non est locatio: sed est contractus innominatus: do vt des. Similiter, si concedam tibi eum pro pecunia existente in sacco non determinando eius quantitatem. Vnde oportet, quòd fiat pro pecunia numerata. i. certæ quantitatis. Alio modo capitur largè, & sic aliquando dicimus esse locationē, vbi merces consistit in specie, & etiam si consistat in pecunia non determinatę quantitatis, quæ dicitur non numerata. & illa dicitur quasi locatio. hoc modo vtar illo vocabulo in quæstione 3eq. & 89. Quia quamuis quo ad forum contentiosum, pura quo ad actionem insti tuendam, vel alia forte referat, an sic, vel sic fit factus contractus: tamen quoad forum conscientiæ non refert, prout hic loquimur. Nam sicut licitè fit concessio pro pecunia tantæ quantitatis: si est commensurata valori vsus. sic si cōcedam eam tibi pro specie equi valente tantæ pecuniæ, erit licita, si sic illa species cōmensurata tali vsui. Immo etiam apud iuristas talis nonnunquam absolutè vocatur locatio: vt patet in gl. j. in c. propter. de locato. quādo dicit, vel certas corbes. Et in hoc quod dicitur, quòd debet fieri pro mercede, distinguitur à commodatione: quia commodatio fit gratis: quamuis aliàs valde conueniat cum locatione, prout patuit. q. 17. Sic econtra potest distingui de conductione.

Septima suppositio. Locatio etiam generaliter capta. s. prout fit pro mercede etiam consistente in specie, est duplex. Quædam fit pro specie alia ab ea, quę prouenit de re locata. Vt loco tibi agrum pro plaustro feni, vel vini, vel ligni: cum tamen nec fenum, nec vinum de illo agro proueniant. Quædam verò fit pro eadem specie etiam in numero, quæ prouenit de re locata: vt agrum importantem triticum loco tibi pro aliquot modijs tritici mihi dādis de tritico illius agri.

agri. Et illa ordinatio est duplex. Quædam fit pro tali specie in quantitate determinata: vt si fit pro modijs in numero determinato. Alio modo in quantitate indeterminata quoad numerum: vt si fit pro medietate illius tritici, aut pro tertia parte assignanda ipsi locatori. Hæc enim quantitas non est determinata: quia si multum coescit, cedet eo maior medietas vel tertia locatori. & talis locator propriè dicitur partiarius. Et de illa vltima non est ad propositum: quia nec impropriè, nec propriè est locatio à parte rei, sed societas. Et de illa patebit in q. 90. Vnde natura loquentia de societate dissoluenda habent locum in illo contractu: vt puta quòd per mortem alterius dissoluatur hæc societas, nec transeat in hæredem.

Octava. Locatio fit dupliciter. Aliquando purè. Aliquando impurè. Si purè, hoc est dupliciter: quia vel purè tam à substantia alterius contractus, quàm à pactis, quæ sunt naturalia illius contractus, licet possint esse naturalia alteri contractui. Sed impurè sit, quando alius contractus commiscetur ei, vel si non alius: tamen pactum aliquod interuenit, quod est cōtra, vel faltem præter naturalia locationis. licet fiat ipsum esse naturale alicui alteri contractui. Exemplū secundi. Si tibi loco equum meum per mensem pro debita quantitate pecuniæ, & adijcio pactum, quòd debeas mihi esse obligatus de dāno contingente equo ex tua culpa etiam leuissima. hoc est pactum, quod est contra naturalia illius contractus: quia de naturā locationis est, quòd non teneatur conductor de dāno prouenīente ex culpa sua leuissima, ita quòd relinquendo locationem & conductionem in suis naturalibus non inesset illa obligatio conductori: nunc autem sibi inest per pactum. Potest etiam dici, quòd illud pactum continet quendam contractum alium in substantia a locatione, & quæ est innominatus. Nā prædicti præter locationem & conductionem contrahunt etiam contractu susceptionis periculi: quia conductor suscipit in se periculum damni possibilis accidere ex leuissima culpa: quod aliàs suscipere non tenetur, & sic est contractus, do vt facias. & hoc ex parte locatoris. i. concedo equum, vt facias periculū eius tuum in casu leuissimę culpę: sed ex parte conductoris est cōtractus facio vt des. scilicet periculum illud facio meum: vt des. i. cōcedas mihi vtum equi mi pro mercede remissiori. Posset etiam alia exempla poni de pactis contra alia naturalia locationis & cōductionis: sed ista poterunt satis patere ex dictis in conclusione vbi tangentur naturalia huius cōtractus, quæ autem in generali dicantur substantialia, quæ naturalia, & quæ accidentalia alicuius cōtractus patuit. q. 79. in oppositione secunda. Et quia hic & infra fiet mentio de dolo & de culpa lata, leni & leuissima, & de casu fortuito. & illa necessaria sunt ad sciendum, etiam in foro conscientiæ æquitatem vel iniquitatem cōtractus locationis: & etiam aliorum: ideo de illis dicenda sunt aliqua quantum theologo sufficit pro intelligentia contractuum ad forum conscientiæ. Et possunt illa trahi ex lectura domini Pan. in diuersis locis, & specialiter super c. vnico. de commodato. et igitur.

Nona suppositio, quòd dolus est insidiosa machinatio, qua quis aliquid agit, vel omittit ex intentione, dē proposito in malum & damnum alterius. Vt lex cani tibi equum, & tu a proposito potes eum in calo ribus maximis vt moriatur, vel ei non das pabulum longo tempore, vt moriatur: tu es in dolo. Et potest diuidi in dolum verum & præsumptum: qui tantùm differunt in hoc, quòd dolus dicitur verus, quando manifesta figura eius apparet. Sed dicitur præsumptus, quando aliquales coniecturę eius apparent. Sed culpa quantum ad præsentem materiam contractuū attinet, puta quando dicitur, quòd alter contrahens tenetur, vel non tenetur de tali, vel de tali culpa. Sic potest generaliter modo notificari. est actus, vel omissio, qua, vel qua quis ex incircūspectione debite ab eo, quod bonum est, & incidit malum, vel damnū: quod tamen per hominis diligentiam prævideri poterat. Et dicitur notater quantum ad præsentem materiā &c. quia in materia morali fiunt notificationes grosse & figurali modo secundum Philosophū j. eth. Non sub illiter de sentiate culpæ disputare. s. quid sit pro iocali. s. carēte rectitudine debitæ in esse actus, & quid pro materiali, est alterius negocij. Et dicitur notanter in diffinitione, per hominem diligētiam &c. propter casum fortuitum, qui vt præcaueatur prævideri nō potest, in quem incidere, non est culpam cōtrahere. Vnde qui equo sibi locato vtitur loco & tempore cū grauis, & à casu, de quo nemo cogitasset, irruunt in eū illo loco & tempore latrones & auferunt eū, vel ignis de cælo descendens eum consumit in illo loco & tempore: non est conductor in culpa. licet si ille loco & tempore non fuisset eo vsus, non perdidisset eum: quia licet deuiet à bono pro quanto ibi equo vtendo equum non seruat, sed perdit, tamē hoc non poterat per hominum diligentiam prævideri, vt caueretur. Secus si eo vtitur in tali loco & tempore, vbi bene debuisset cogitasse, quòd in eum pollent irruere hostes, aut consimile periculum, tunc enim esset in culpa. Dicitur autem notanter. ex incircūspectione &c. ad differentiam doli, vt patebit. Culpa autem, vt distinguitur à dolo, habet tres species. Quædam dicitur lata, quædam lenis, quædam leuissima. Culpa lata est culpa, qua quis ex incircumspectione debitando ab ea diligentia, quam communiter habent homines illius professionis, incidit in tale malum, quale tamen cōmuniter illius professionis existimat euitare. Vnde ignorare, quod communiter sciunt homines illius professionis, vel ignorare, quod communiter scitur, est culpa lata. Et dicitur qua ex incircunspectione &c. ad excludendum dolum. Nam dolus licet sit culpa communissimè capiendo culpam, quia est peccatum, igitur culpa, tamen non est culpa, prout capitur culpa in materia contractuum, quando dicitur in illo contractu commissus est dolus, vel culpa &c. Sic enim distinguitur dolus à culpa. Nam dolus est insidiosa machinatio: qua quis vtitur in malum, vel damnum alterius. Sed culpa vt distinguitur à dolo, non est insidiosa machinatio: sed deuiatio actus, vel omissio, qua quis non ex proposito & intentione: sed ex inde liberatione, & ex incircunspectione deuiat ab eo, qđ bonum est. Et sic licet lata culpa æquiparetur dolo, non tamen identificatur. Exemplum. Locasti tibi equum, & ex inconsideratione tota die ac nocte non dedisti ei pabulum: & sic mortuus est, vel equitasti per

per pontem habentē solum vsum trabem, & siccecidit fractis cruribus, tu es in lata culpa. Nam communiter homines tuę professionis & conducentes equos sciunt talia non esse agenda. Levis autem culpa est culpa, qua quis ex incircunspectione deuiando ab ea diligentia, quam communiter homines habent diligentes, incidit in malum vel damnum: quod tamen homines diligentes scimiliter vitasse. Vt si equo tibi locato dedisti pabulum & potum: & tamen ex incuria tua dimisisti eum bibere, quando nimis fuit calefactus, & ex illo mortuus est. Leuissima culpa est culpa, qua ex incircunspectione aliquis deuiando ab ea diligentia, quam diligentissimi habent, incidit illud damnum vel malum, quod diligentissimus præcauisset. Vt locani tibi equum & eum in domo hospitis posuisti ad stabulum cōsuetum, vbi etiam ceteri equi solent poni, & clausisti stabulum soliomore, & furto subtractus est: & tamen si ferē apponi fecisses, sicut sē quando diligentissimi faciunt, nō fuisset subtractus: tu es in culpa leuissima. Dictum est autem notanter, quōd culpa vt distinguitur à dolo, habet tres species: quia si reperretur, vt non distinguitur contra dolum: habet quinque species, in quo dolus secundū duas suas species continetur sub culpa: & tunc duplicitur sic. Culpa enim quædam est latissima, & illa est verus dolus, quædam est latior & est dolus præsumptus, quædam est lata, quædam levis, quædam levissima, vt dictum est. Sed si capiatur culpa, vt distinguitur contra dolum: tunc tantum habet tres species: vt dictum est. Casus autem fortuitus est inopinatę rei eventus, qui præuideri non potest, exemplum patuit circa vltimam clausulam diffinitionis culpæ. Vnde ad hoc, q casus sit fortuitus, oportet quōd etiam diligentissimus non potuisset eum præuidisse ad præcauendum eū. Et ideo si tantum rei tibi locatæ committitur, & hoc a tali persona, a qua etiam diligentissimus non cauisset vt ab amico familiarissimo & honestissimo reputato, illud est casus fortuitus. Secus si à tali persona, à qua diligentissimus conductor cauisset, tunc enim non est fortuitus. Et idem est si per vim tibi auferatur sine culpa tua, puta: quia non fuisti illa re vsus loco & tempore: quibus fuisset timendum de latronibus.

Prima conclusio. Contractus locationis potest esse licitus ex genere, & etiam ex circunstantijs. Prima pars probatur tripliciter. Primò sic, quia locatio potest cadere super obiectum congruum. i. quōd congruē potest locari. igitur prima pars vera, consequentia tenet: quia actus potens cadere super obiectum cōgruum, potest esse ex genere licitus, eo quōd actus ex genere licitus est, qui cadit super obiectum congruum. Antecedens probatur: quia dabilis est res temporalis cuius proprietas est separabilis ab vsu eiusdē: & ille vsus est æstimabilis precio, & non est infiniti valoris: sed finiti. igitur contingit inuenire aliquod precium æquiualens, & licitum est etiam hominibus illa re vti tali casu: vt equo equitatione, & sic de alijs. Modores, cuius proprietas est separabilis ab vsu, & vsus potest alteri licitè concedi pro equiualenti: est congruum obiectum locationis: vt patet ex diffinitione locationis. igitur. Secundò probatur sic: quia da oppositum primæ partis: tunc omnis locatio esset illicita simpliciter, nec aliqua posset simpliciter licitè fieri. Tenet consequentia: quia talis, cui non potest cōpetere bonitas generica: non potest cōuenire etiam bonitas circunstantionalis, quia generica est essentialiter prior: quia est vt materialis respectu alterius. Cōsequens autem est contra vtrumque ius. f. canonicum & ciuile: quia illa multas locationes vt licitas simpliciter admittunt. Tertiò. Quia venditio potest esse ex genere licita. igitur eriam locatio. tenet consequentia: quia licet locatio formaliter distinguatur à venditione: tamen æquiualenter locatio non est nisi venditio vsus rei, ita quōd locans tacite vendit, & transfert vsum rei suæ in alterum pro determinata pecunia. Vnde locatio habetur ad venditionem tantam pro tanquitatem, quōd in quibusdam casibus veritimili ter dubitatur, an sit locatio, vel venditio. Similiter cōductio ad emptionem habet similem vicinitatem. Secunda pars conclusionis probatur: quia locatio potest reddi omnibus debitis & congruis circunstantijs, quæ sunt, quis, quid, cur, cui, quomodo & quando igitur secunda pars vera. consequentia nota. Antecedens probatur indistinctiuè. Nam stat, quōd locans sit talis, qui non sit prohibitus, quo minus possit alteri concedere vsum rei suæ temporalis, non gratis: sed pro mercede. & sic est ibi congruum quis. Stat et, quōd sit ibi congruum quid: quia circunstantia quid & obiectum locationis coincidunt: quia quod locatur, est obiectum locationis, modo offertum est, locationem posse habere congruum obiectum. stat etiam, quōd ille, cui fit locatio, non sit prohibitus, quin sibi possit concedi vsus rei alienæ pro mercede. Stat etiā, quōd locatio fiat ob debitum finem. f. pro humana vilitate & commoditate: tam locantis quàm conducentis: quantus vterque suis necessitatibus succurrēdo & suius vitæ valeat vivere ad gloriam Dei hic & in futuro. stat etiam, quōd fiat ad vsum, qui licitè potest haberi in illa re. & sic ibi est congruum cui. Stat etiā, quōd fiat in loco & tempore in quibus, & pro quibus non est prohibitum locationem fieri, etiam pro illis loco & temporibus vtendo re locata. & sic erunt ibi congruum vbi, & congruum quando. Stat etiam, q debitus modus seruetur in locando. ita quōd locans non exigit mercedem nimis magnam à conductore. & si grauat eum in aliquo, illud onus ei relenatur alio ipso consentiente. & non intercuenient mendacia, nec simulationes, aut modi depraues actum. igitur.

Secunda conclusio. Contractus conductionis potest esse licitus ex genere, & etiam ex circunstantijs. Prima pars probatur tripliciter: sicut prima pars præcedentis conclusionis. Primò: quia conductio potest cadere super obiectum congruum, vt puta: super rē, cuius proprietas est separabilis ab vsu, & cuius vsus est licitus homini &c. vt sup. Secundò: quia da oppositum primæ partis: tunc omnis conductio esset illicita, quod est contra vtrumque ius. & deduc vt supra. Tertiò: quia ex prio potest esse ex genere licita. igitur etiam conductio. tenet consequentia: quia quamuis conductio & emptio distinguantur formaliter: tamen æquialenter conductio rei non est nisi emptio vsus eius: quia conducens rem nihil videtur facere nisi emere vsum illius rei pro tempore illo, pro quo conducit eam. Secunda pars conclusionis potest deduci eodem modo: sicut secūda pars primæ conclusi,

Et

Et magis patebit ex opposito in sequenti cōclusione. Et sicut hæ duæ conclusiones, quæ sunt positæ de locatione & conductione in generali. f. siue sint rei, siue personæ declaratæ sunt per exempla in rebus locatis & conductis. sic eodem modo possunt declarari in personis conductis ad operas. Nā dabilis est homo, qui sine hoc, quōd se ipsum in alium transferat: trāsferre potest labores & operas suas in alterum, ita q cedant alteri. & hoc pro mercede: & alius potest pro mercede illas accipere, & neuter est prohibitus ab huiusmodi translatione & receptione. & possunt illa fieri ob debitum finem & ad debitum vsum, & debitis loco & tempore & modo congruo. puta pro cōgrua mercede. igitur illa translatio erit licita ex omnibus circunstantijs.

Tertia conclusio. Contractus locationis septemplīciter deprauatur: quia ad eius bonitatem requiritur septem circunstantiæ: & contigit quamlibet earum ei deficere. Maior nota, minor probatur inductiuè. Nam si locans est prohibitus à locatione, deficit congruum quis. Secundò si res, quam locat, est prohibita locari, deficit congruum quid. Et de illo defectu possunt pro nunc poni quatuor exempla. Primum, si quis locet alteri officium ecclesiasticum: quia illud non potest licitè locari: quia officium ecclesiasticum est res purè spiritualis, & similiter eius vsus. ergo eius vsus non potest licitè concedi alteri pro precio: sicut tamen fit in locatione: quia spirituale gratis debet concedi. Et quamuis pro spiritualibus operis possit accipi stipendium: non tamen precium. Nec illud habet locum hic: quia tunc potius econtra, ipse concedens alteri vsum officij ecclesiastici deberet illi alteri dare stipendium: & non econtra: quia ille alius exerceret operas loco eius. Ex hoc sequitur, quōd rector ecclesiæ commirens alicui alteri officium rectoriæ, vel plebaniæ: vt puta ius administrandi sacramenta & prædicandi in ecclesia sua: non potest pro concessione illius iuris aliquid per modum mercedis & precij ab eo exigere pro huiusmodi: hoc enim esset vendere vsum illius officij ecclesiastici: quia locans rem vendit vsum eiusdem, & sic esset simonia. immo nihil per modum stipendij potest ab eodem exigere: sed potius econtra ille commissarius ab eo potest velle habere stipendium: quia pro eo militat. Et si quis dicat, igitur esset simonia, quando rector, vel curatus substituit aliquem in locum suum, & in absentia recipit ab eo certam pensionem. Dicendum, quōd quādo illud fit licitè non est imaginandum, quōd curatus illam pensionem à substituto recipiat: sed illam sibi ipsi reseruat in commissione, vel substitutione, & reliquū prouentum beneficij relinquit substituto pro operis suis in stipendium. Et si quis replicet: sæpe ipse substitutus cogitur & obligatur ei dare illam pensionem, ita quōd etiam in pactum deducitur, quōd ipse debeat rectori respondere de illa pensione. Dicendū, quōd tunc imaginandi sunt inter eos duo cōtractus. Primus est gratuitus, quo sibi committit officium in ecclesia, & hoc gratis sine mercede ab eo expectāda: immo econtra ipse assignat ei stipendium. f. certam quotam prouentuum beneficij reseruata sibi reliqua pensione. Consequenter & secundò intelligitur eundem conducere ad colligendum sibi illā pensionem, & pro huiusmodi laboribus dat sibi mercedem, pro quanto eo pinguiorem partem prouentuum ei assignat, ita quōd si rector met deberet colligere, daret sibi minorem partem prouentuum, quàm quando debet substituros sibi illa colligere. Et sicut dicti est de cura respectu officij rectoriæ, vel plebaniatus, cuius vsum ipse alteri concedit: ita etiam intelligēdum est de quocunque officiato ecclesiastico concedente alteri vsum sui officij, quantuncunque illud officium sit simplex. puta capellania præmistaria, vel huiusmodi: quia quodlibet officium ecclesiasticum ē simplex est spirituale, & sic non est locabile. Et multo magis vel non minus idem est in prælatura. Vnde & prælatus non potest pro mercede, vel censu annuo cuiquam committere suum officium, & si illud sic quædam cōtentiosa iurisdictio, vtputa, si episcopus vellet alicui committere vicariatum suum in spiritualibus, vel officialatum respicientem contentiosum forum, ita q ille, cui committeret, deberet sibi aliquod temporale dare pro huiusmodi cessione, hæc receptio esset & datio esset non tantum illicita, sed simoniaca. Et de hac est specialis ritulus in decreta. in quinto. f. ne prælati vices suas, vel ecclesias sub annuo censu concedant. Vnde quamuis nonnunquam soleat dici, q presbyteri conducti locant operas suas: tamē hoc est ianius intelligendum, quàm sermo sonet: quia non est intelligendum capiendo locationē propriè, prout est contractus non gratuitus: sed pro pretio factus. Quia tunc presbyteri conducti sic locando se ad operas vel suas operas: essent veri simoniaci. sed capitur locatio impropriè: prout est cōtractus factus pro aliquo non vt pro precio, immo fit gratis: vt gratis excludit precium, sed pro aliquo: vt pro stipendio, sed de hoc latius in tractatu de simonia dicetur. Et si arguatur. Licitum est, quōd quis concedat alteri ecclesiam suam sub annuo censu. modo per ecclesiam intelligitur officium ecclesiæ, & illa concessio non est nisi locatio. igitur maior patet per c. vl. ne prælati vices suas. vbi quidam, qui concesserat alteri ecclesiam ad septennium ad annuum censum, compellitur ad permittendum ecclesiam alteri ad tempus cōuentū: ad hoc autem non compelleretur, nisi licitè potuisset eam sic alteri concessisse, & altet sic eam recepisse. igitur. Respondetur, ecclesia capitur ibidem pro reditu ecclesiastico: nam possessio aliqua ecclesiæ vel ius percipiendi obuentiones, vel fructus ecclesiæ potest alicui alteri locari: quia illud est intrinsece quid temporale. sicut & ager dotalis ecclesiæ potest alicui locari ad mercedē: oportet tamen, quōd locatio redditus ecclesiastici non fiat vltra vitam ipsius locatis, nec etiam quōd fit locatio ad magnum tempus. f. ad x. annos, vel vltra, sed infra huiusmodi tempus. & illa dicitur aliquando concessio ad firmam, & dicitur esse vulgare Anglicorum, de qua in c. i. de locato. Vide de in cle. j. de rebus eccle. non alie. sub pœna suspensionis prohibetur prælatis monasteriorū, ne possessiones, vel redditus monasteriorum concedat, etiam pro pecunia sine consensu conuentus, vel prælati proprij: à conuentum non habet. & oportet, quōd necessitas, vel vtilitas monasterij exposcat. Et tamen ab illa prohibitione excludit ibidem locationes redditum factas ad modicum tempus. Et quia locatio redditus,

vel

vel alterius rei immobilis virtualiter est venditio fructuum. Ideo ibidem dicitur, reddituum aut fructuū venditiones ad tempus modicum &c. non videntur esse prohibitæ. Et sic posset dari secundum exemplū de defectu circunstantiæ quid. Et quādo quis locat fed dictum ecclesiasticum ad tempus non concessum, vel potius illud exemplum respicit circunstantiam quādo: quia fit ad tempus non concessum. Tertium exēplum. Si quis sciēter locat rē vitiosam alicui ignoranti vitium, quod vitium si conductor sciret, nullatenus conduceret eam. vt puta equum defectuosum. Nam talis grauat conductorem: etiam si tanto minus precium accipiat, quantum requirit illa vitiositas. Nolet enim etiam discreta voluntate tale quid sibi fieri. Talis etiam exponit proximum periculis temporalibus, puta si est equus immobilis: & locat eum ad bellum hostile: & conductor credens effugere, capitur, vel occidatur, aut alia damna incurrit. Vnde etiam locans talis est obligatus illi ad refusionem illius dāni. Multo magis autem peccat, quando sciēter talē rem locando, non diminuit precium, quasi esset res sine defectu. Dicitur notanter ignorāti: quia si sciens illud locaret, non ob hoc peccares locans. Dicitur secundò, quòd vitium si sciret &c. quia si conductor ignoraret, & tamen habitu est talis voluntatis: quòd nihilominus conduceret pro tali precio, & locans hoc de eo scit, vel probabiliter conijcit & credit: sic non peccat. Si tamen locans erraret, & postea compereret, quòd si conductor sciuisset, non conduxisset: tunc debet ei refundere grauamen, quo eum grauauit. Dicitur tertiò notater. Si quis sciēter locat &c. quia si locans probabiliter ignorat vitium & bona fide locaret: tunc non peccat, nisi illa ignorantia esset culpabilis, ita quòd debebat hoc scire. Et si ignorantia probabiliter ignorantia inculpabili: tunc si postea comperit defectum: an teneatur de precio diminuere proportionabiliter secundum quantitatem defectus. vide hæc dubia diffusius a simili per dicta in q. 14. & q. 62. Vnde si locator ignorauit vitium rei: vt locauit vas vitiosum, ob quod vinum, vel oleū eius fœtet: tunc tenetur ad interesse ipsi conductori, sicut & si vendidisset vas vitiosum, tenetur ad interesse non solum respectu precij: sed etiam respectu dānni inde secuti. Et quòd tutius hoc limitant de vitio occulto, procedit in suo foro. i. contentioso: sed in foro conscientiæ non teneret, etiam si sit patulum, prout in similib⁹ potest in quæstione prærallegata. Et sicut explicatum est de locante rem vitiosam: ita etiam potest exemplificari de locante personam defectuosam, vel ineptam, aut insufficientem ad operas, ad quas eam locat. Vt si imperitus in arte nautica locat operas suas ad traducendum res per aquas: talis enim peccat. Vade ibi est vitium præsumptionis: quia vitra vires suas attentat, & tenetur de dānis cōtingentibus propter suam imperitiam: quia illa prouenit ex sua lata culpa. Quartum exemplum. Si quis locat rē furtiuam, vel raptam. Nam hic locando contractat rem alienam inuito domino, & per consequens committit furtum. Et si dicatur, Fur, vel prædo commodans rem alienam habet actionem commodati: vt habetur. ff. commodati. l. commodare. igitur aliquis potest commodare res furtiuas. Respondetur, fur nō potest commodare, nec locare rem furtiuam, sic quòd sibi liceat eam locare, vel commodare, sed prædicta lex intelligitur sic, quòd si commodauerit, habebit actionem commodati. Tertiò deficit aliquando circunstantia cui. puta, si quis locat aliquid ei, cui est prohibitū quidpiam locari, vel cōducere. Vt si quis locat equū, vel operas suas alicui excommunicato: quia cum illo non est communicandum, & per consequens nec cōtrahendum. nisi in certis casibus, exceptis contentis in illo versiculo. Vtile, lex, humile, res ingrata, necesse. Potest etiam exemplificari de locante domum Bononiæ alicui scholari, vel magistro in casu, quo ille magister vel scholaris est prohibitus conducere, & de hoc patebit in quinta & sexta circunstantijs. Quartò deficit aliquando circunstantia cur, & hoc contingit dupliciter. Vno modo quando quis locat rem, vel personam suam ad illicitum vsum: vt siquis ex quum suum, vel operas suas alteri locat ad bellum iniustum, vel homicidium prosequendum, & hoc contingit dupliciter. Vno modo in sensu composito, ita quod locans etiam verè intendit, quòd vratur eo tali illicito vsu, quomodo meretrix locat corpus suum ad coitū. Alio modo in sensu diuiso, ita quòd locans intendit, quòd vratur eo licitè: & licet sciat, quòd vretur eo illicito vsu, & hoc sibi displiceat: ar tamen antequam velit carere mercede locationis locatam rem ei: vt qui locat domum mulieribus multum suspectis, quas vellet ibi abstinere à peccatis: ar tamen probabiliter conijcit oppositum: & nihilominus eis locat: talis enim interpretatiuè consentit in illicitum vsum domus. Secundò principaliter deficit circunstantia cur, quando locat ad licitū vsum, sed ob finem indebitum: vt siquis etiam ad licitum vsum locat alicui equum suum, s. vt in eo equitet: sed ideo vt equitans inde cadat & moriatur. Quintò & sexto deficit aliquando circunstantia vbi, & circunstantia quando, vt si locat, vel conducit rem, vel personam in tempore, vel loco, in quibus prohibitum est tales contractus facere, multo magis quando huiusmodi contractum prosequitur opere & effectu: vt si locat personam suam ad operas culturæ terræ pro die dominica: & eas exequitur illo die. Et propter defectum circunstantiæ quādo, fit illa locatio illicita, qua quis in ciuitate Bononiensi domum prius alicui magistro vel scholari locatam locat ante finem præcedentis locationis sine consensu præcedentis conductoris. Nam talis secundus conductor peccat conducendo ante finem præcedentis locationis sine consensu inquilini. Immo incurrit excommunicationem ipso facto: vt patet in c.j. extra de locato & conducigitur etiam locator eidem locando in tali casu peccabit. tenetur per consequentia: quia communicat secundo conductori in crimine. Non autem dico locatorem incurrere excommunicationē: sicut tamen conductor incurrit: quia prædictum. c. nihil dispōnit de locatore quoad excommunicationem contrahendam: sed tantum de conductore, modo constitutio penalis non est extendenda: sed restringenda. Et si quis dicat, ergo eadem ratione etiam locator non contraheret culpā, ex quo illi non fit prohibito sibi ne locet: Dicendum, quòd locator non contrahit culpam suam ex prohibitione ibidem facta: sed ex prohibitione generali,

nerali, qua prohibetur lege diuina & naturali: vt non cooperetur homo proximo suo ad peccatū mortale: quia illud est cōtra præceptum dilectionis proximi. Si iterum & secundo arguatur, Ergo etiam recipiens mutuum sub vsura peccaret mortaliter, sicut dans sub vsuris, patuit soletio sup. quæstio. 47. Si tertiò arguatur. Ergo locans etiam incurreret non tantum culpam: sed etiam excommunicationem à simili. Respondetur, non est simile: quia culpa contrahitur virtute legis diuinæ: vt dictum est: excommunicatio autem virtute legis positiuæ. Hæc autem illam non inflixit locatori: sed tantum conductori: quamuis excommunicationem minorem vtiq; contrahat, quæ concomitatur omnem mortalem culpā. Et si dicatur, vbi eadem ratio, ibi eadem iuris dispositio, & sic eadem pœna. Dicendum, quòd ex identitate rationis extenditur constitutio quoad prohibitionem, vel præceptionem. sed non oportet, quòd pœna annexa extendatur: & sic contractaciens incurrit culpam, vbi est eadem ratio: sed non oportet, q. incurrat pœnam. Et dato quòd etiam ex identitate rationis extenderetur constitutio quo ad pœnam cōtrahendam: tamen in proposito non est eadem ratio. Nam ratio prohibitionis locationis factæ scholaribus &c. est, quia ex quo scholares certant de lucro capiendo: fuit ratio, vt prouiderentur sic cum præiudicio mutuo conducere, præsertim cum humanius se debeant adinuicem gerere: sed locator certat de damno vitando. ideo non ita directè fuit sibi prohibendum: immo nec indirectè loquendo est sibi prohibitum, si locet alicui alteri a scholaribus, vel magistris. Si quæratur. An ne idem sic iudicium de scholaribus & magistris aliarum vniuersitatum? Dicendū, quòd de hoc sunt opiniones. Hostien. tenet quòd sic, sed Ioan. & Ioan. And. tenent q non: quia licet materia huius constitutionis sit fauorabilis: vt euitentur scandala & seruetur pax inter studentes: tamē inquātum imponit pœnam, est odiosa: & sic restringenda: sed illa ratio non defenderet scholares & magistros aliarum vniuersitatum, nisi ab incursu pœnæ annexæ, non autem à culpa contrahenda, quin ipsi tanquem prohibiti per illam constitutionem contraherent culpam. Vnde cum sint opiniones, earum est abstinere, & nostri Pontifices potius talibus tanumeris dubijs, ex solo iure positiuo prouenientibus, quæ salutē tamen animæ contingunt extirpandis studere debeant, quæ sine numero reperiuntur in iure canonico & ciuili; maximè cum facilimum illud eis esset solo, s. nutu voluntatis eorum accedente, quàm quibuscūq; alijs negocijs superuacuis, vel prophanis. Septimò dicit aliquando circunstantia quomodo, & hoc contingit multipliciter. Primò, quādo locans exigit mercedem nimis magnam: oportet enim, quòd visualis valor ipsius mercedis, & valor ipsius rei locatæ æquentur: sic quòd verisimiliter vsum non sit alio meius, alias violatur æqualitas & iniquitas. Vtrum autem illa qualitas debeat consistere in indiuisibili: & quomodo cognoscatur illa æqualitas & valor vsus rei, potest sciri à simili per ea, quæ dicta sunt de venditione & emptione in q. 56. eo quòd (vt dictū est) locatio æquiualet venditioni vsus, vel fructus rei: & conductio emptioni eiusdem. Secundò deficit quando locans etiam æquam mercedem exigit: sed tamen grauat cōductorem à latere per aliqua onerosa pacta innaturalia contractui locationis, vel accidentalia eidem, seu præter naturalia, obligando eum ad aliqua ad quæ virtute locationis sibi factæ non teneretur: quæ tamen onera eidem alia via non refundit: quatenus qui grauatur in vno, releuetur in alio: vpote non eo remissiorem mercedem ab eo accipit, nec locator econtra in releuamen conductoris suscipit ea, si aliquod onus, ad quod ratione locationis non teneretur. Vt autem sciatur quomodo multipliciter contingit fieri contra naturam, seu naturalia locationis pacta inter locatorem & conductorem, quorum aliqua sunt contra naturam, seu naturalia, & aliqua præter naturam eius. videndum est, quæ sint naturalia illius contractus, quibus habitis satis patebit, quando pactum aliquando est contra naturam illius contractus, vel præter eius naturam, vel accidentale ei, & ita patebunt in conclusione sequenti. Quomodo autem differāt illa, quæ dicuntur substantialia alicuius contractus ab illis, quæ dicuntur ei naturalia, & ab illis, quæ dicuntur ei naturalia, patuit supra q. 79. Notanter etiam dico, contra naturam, seu naturalia, ad designandum, quòd hic volo pro eodem accipere aliquid esse contra naturam contractus & esse contra naturalia eius. Nam hic accipio naturam, prout non est idem quod essentia, vel substantia: sed pro eo quod consomitatur, & natum est consequi essentiam contractus: quomodo id quod est naturale alicui dicitur eius natura: sicut non nunquam dicimus, hoc est natura illius animalis, vel illius gemmę. Vnde tenc natura capitur causaliter, seu effectualiter, id est illud est conditio causata à natura illius animalis, vel earn concomitans. Et ex hoc patet, quòd aliquando equiuocatur natura: cum dicitur aliquid esse contra naturā, vel de natura contractus: aliquando enim capitur pro essentia, & illo modo capitur natura, quando dicitur pactum contra naturam contractus: facit ipsum transire in aliam speciem, si est possibile. aliquando proco, quod naturaliter natum est esse contractui, & sic capitur pro naturali.

Quarta conclusio. Multa sunt naturalia ipsi locationi. i. quæ ei ex natura illius contractus de intentium vel dispositione iuris humani sunt natura inesse, & de facto sibi insunt: si non excludantur per pactum factum inter partes, aut per contrariā consuetudinem illius loci, contrariam illi naturalitati contractus. sicut dicimus frigiditatem esse naturalem aquæ: quia ei relictæ in sua natura inest frigiditas, quamuis per extrinsecum aduenies sæpe ei desit frigiditas & insit caliditas. Patet conclusio enumerando pro nunc nouem naturalia eius. Primum est, quòd in locatione rei, vt res distinguitur contra personam, res locata subsit periculo locatoris, ita quòd si ipsa pereat sine lata & levi culpa conductoris. puta a natura per casum fortuitum, vel diuinum iudicium, vel etiam per culpam leuissimam conductoris, ipsa debet perijsse ipsi locatori, ita quòd conductor non teneatur locatori refusionem facere pro eadem re. Si autem pereat per conductoris, vel eorum, quorum opera conductor vitur, culpam latā vel le-

uem: & multo magis si eius dolo perierit: tenetur conductor ad refusionem illius damni. hoc primum naturale patet: quia regula est, quòd in contractibus, qui fiunt gratia vtriusque contrahentis, recipiens tenetur de dolo & lata culpa atque leui: non autem de leuissima. Nec de casu fortuito, vel naturali, aut diuinoiudicij. De qua regula & aliis patet in l. contractus. ff. de reg. iu. Modo locatio & conductio sunt huiusmodi: quia locans locat rem suam gratia mercedis percipiendæ, & conductor conducit pro commoditate vsus percipiendi de re illa. Et in hoc differt locatio & conductio à commodatione actiua & passiua: & etiam à mutuo: ab emptione & venditione: quia in commodatione recipiens rem commodato tenetur etiam de leuissima culpa: licet non teneatur de casu fortuito. & intelligitur hoc de commodatione facta gratia commodatarij tantum. Vnde regula est, quòd in contractu facto gratia recipientis tantū: recipiens tenetur etiam de leuissima, quæ regula tamen fallit in precario: in quo recipiens non tenetur nisi de dolo & lata culpa. Cuius ratio diuersitatis patuit supra q. 17. Item res mutuata stat in periculo ipsius recipientis: & hoc in omni casu etiam fortuito. Item in emptione res empta stat in periculo ipsius emptoris, postquam emptio est peracta, etiamsi nondum sit traditio subsecuta: quamuis hoc habeat fallentias: prout & tactum est sup. 79. quæstio. 1. præ dictum naturale fundatur in l. item quæritur. in l. si iudices. §. qui columnam. in l. sed de damno. ff. eod. Ex illo naturali primo sequitur corollarium, quòd si conductor rei mobilis remisit locatori rem sibi locatam, & hoc per nuncium diligentem & idoneum, & res in via perit casu fortuito, non tenetur conductor ad restitutionem: quia ille casus imputatur domino rei. Si autem per nuncium inidoneum & indiligentem, & illius indiligentia perisset, teneretur. Dixi notanter 1. & illius indiligentia &c. quia si etiam per indiligentem remisisset: sed constaret, quòd non illius indiligentia perisset, ita quòd etiam si diligens fuisset, adhuc perisset, tali casu non videtur mihi teneri. Et in hoc corollario patet conuenientia locationis cum commodatione & deposito: quia depositarius & commodatarius etiam non tenentur, quando remittunt rem depositam, vel commodatam per nuncium idoneum, & res perit casu, secus si per indiligentem &c. Et in hoc differunt illi contractus à mutuo: quia mutuatarius etiamsi per diligentem & idoneum nuncium remittat, & res pereat casu fortuito: tenebitur nihilominus mutuatori satisfacere. Ratio est: quia res locata, vel commodata, vel deposita manet in dominio & proprietate locantis, cōmodantis, vel deponentis, ita quòd nuncius idoneus talem rem deportando, deportat rem ipsius locantis, vel commodantis, vel deponentis. Ideo si sine indiligentia nuncij perit, debet domino perisse, sed res mutuata non manet in dominio mutuātis, nec regreditur in eius dominium per hoc solum, quòd est iam in via remissionis: tamen oportet, quòd eum effectu ei tradatur. & sic ante traditionē manet in dominio mutuatarij. ideo si perit fortuito casu, debebit mutuatario perisse. Dictum est etiam notanter, quòd conductor nō tenetur de leuissima culpa, nec de casu fortuito ex natura contractus. Quis ex alijs causis contingit, quòd tenetur etiam de leuissima & de casu fortuito. Et hoc in tribus casibus. Primō, si locauit tibi rem ad certum vsum: & tu sine voluntate mea vsus fuisti ea in alium vsum: vt si equum tibi locauī, vt equitares ad pacem, & tu equitasti ad bellum. si equus pereat in bello aliquo casu: etiam ex leuissima culpa, vel casu fortuito, teneberis mihi de equo: culpa enim tua etiam lata præcessit casum: quia furtum committit conductor, qui re locata sibi vtitur ad alium vsum quàm ad illum, ad quem est sibi locata: nisi id facetet de consensu locatoris. Secundò, si pactum interuenit, quo obligat se conductor ad recipiendum in se periculum casus prouenientis etiam ex leuissima culpa & ex causa fortuita. Vbi notandum, quòd quando in pacto ex primitur specificè aliquis casus fortuitus: tunc de illo tenetur & non de alijs, nisi fit adiecta clausula generalis de casibus fortuitis. Et si illa fit adiecta: tunc adhuc tantum tenebitur de casibus fortuitis consimilibus ei, qui fuit specificatus: non autem de illis, qui sunt maiores eodem: quia in odiosis clausula generalis non comprehendit maiora expressis: vt in clemen. non puteſt. de procurator. secus in non odiosis: vt in institutione procuratoris, in qua expressis aliquibus requisitis speciale mandatum & subiecta clausula generali veniunt casus maiores expressis. Et ideo si vult locator conductorem habere obligatum ad casus fortuitos, etiam maiores illos specificato: opus erit expresse illos adijcere, vel saltem aliquos de maioribus specificare & adijcere clausulam generalem de alijs fortuitis. Tertius est: si mora præcessit casum. puta locaui tibi equum mihi reddendum certa die: tu vltra illum diem detinuisti. si quid ei tunc accidit, teneberis etiam si culpa leuissima, vel à fortuna illud sibi acciderit: immo etiam si equus fuisset eodem modo apud me perituras. Nam vltra detinendo: etiam coromittis furtum, & per consequens culpam, tibi ergo imputandum est. Nec mirum, quòd in illis tribus casibus teneatur conductor de casu etiam fortuito: quia depositarius, qui ex natura contractus minus tenetur, quàm conductor tenetur in illis tribus casibus: de casu etiam fortuito scilicet, si præcessit mora in restituendo depositum, vel si pactum interuenit, vel si culpa præcessit casum. Et tamen extra illos casus depositarius non tenetur: nisi de dolo & lata culpa, & non de leui. Intelligendo hęc non de deposito facto gratia deponentis tantum. secus si gratia depositarij. Vt quia se obtulit deposito: & tunc de leui etiam tenebitur. Vel si depositarius aliquid recepit pro custodia: & tunc etiam de leui: quia tunc contractus gratia vtriusque fit. Et siquis dicat, quamuis conductor ex natura contractus locationis, & conductionis absolutè facti: non tenetur ad periculum rei locatæ proueniens ex culpa leuissima. nunquid autem quando locator locando æstimat rem locatam, & sic æstimatam tradit: tenebitur conductor etiam de casu leuissimæ culpæ. Dicendum, prout exhibitur ex Panormitano. in capitul. vnico. de commodato, quod hic sunt duæ opiniones. Prima. est quòd

quòd sic. & illa est glossa. ſ. Accurſij, & Bartol. in l. ſi vt certo. §. nunc videndum. Et etiam Hoſtien. in c. vnico. de commodato: vt recitat Aſten. in ſum. li. 3. ti. 6. quam & ipſe ſequitur. Vade secundùm illam opinionem æſtimatio facit adijci gradum in illis contractibus, de quorum natura non est, vt transferatur dominium: ſicut est locatio, cōductio, commodatio, depoſitum. Vnde ſicut facit adijci gradum, quòd ſi alter contrahentium, puta ille, qui recepit rem, non tenebatur niſi de culpa lata: tunc ſi æſtimata tradita eſt ſibi res, iam tenebitur etiam de leui culpa: & ſi tenebatur de leui, iam tenebitur etiam de leuiſſima: & ſi de leuiſſima: tunc per æſtimationem adiectam tenebitur etiam de caſu fortuito. Modo in locationis tene tur conductor ex natura contractus de leui. igitur ſi res eſt ſibi cum æſtimatione locata: tenebitur eiā de leuiſſima. Alia eſt opinio Ioan. And. in dicto c. vnico, quòd propter æſtimationem adiectam in prædictis cō tractibus, de quorum natura non eſt, vt transferatur dominium, ſeu in quibus de natura eorum æſtimatio non facit venditionem, recipiens non plus tenetur, quam exposcat natura contractus: ſed æſtimatio ſolum operatur hoc: vt ſciatur verum precium rei in caſu, quo res perderetur, aut deteriorareturr vt ſic dominus rei releuetur ab onere probandi verum precium rei. & hæc opinio placet Panor. Et præſertim quòd præcedens opinio dicit, quòd ſi recipiens tenebatur de leuiſſima: tunc æſtimatio facit eum teneri de caſu fortuito, poteſt improbari ſic. Quia æſtimatio adiecta in tali contractu non plus facit, quàm faceret pactum generale. modo ſi ſolum interueniat pactum generale inter tradentem & recipientem rem in talibus contractibus: tunc virtute illius pacti non tenebitur recipiens de caſu fortuito: immo oportet, quòd caſus fortuitus exprimatur, nec valet generalis obligatio, ne quis ſub involutione verborum renūciaret ei iuri, cui non eſſet in ſpecie renunciaturus: vt amer vult Accurſius in l. ſed & ſiquis. §. quæſitum. ff. ſiquis cau. In contractibus verò illis, in quibus de natura eorum tranſit dominium, ſeu vt æſtimatio operetur venditionem, æſtimatio facit, quòd recipiēs ſub ſtat periculo caſus etiam fortuiti. Et ad dictum. §. nūc videndum, qui videtur eſſe pro prima opinione, reſpondetur, quòd intelligitur, quando recipiens expreſsè promiſit ſe præſtaturum æximationem: ſecus quando æſtimatio fuit ſimpliciter facta. Et idem dicendum, quando recipiens promiſit alternatiuè rē, vel æſtimationem, per l. plotunque. ff. de iure dot. Et quicquid ſit de illis opinionibus quę ad forum contentioſum: tamē in foro conſcientiæ non refert, an prima, vel ſecunda ſit vera, dummodo ſeruetur æquitas, puta ſi locans rē vult, quòd æſtimatio debet adijcere gradum. & ſic vult grauare conductorem onere, quo aliàs non eſſet grauatus: tunc debet eundem in alio releuare. Si autem non vult, quòd debeat adijcere gradum: tunc non tenetur ad releuandum eum ſingulariter in alio. Sic proportionabiliter econtra dicendum eſt de conductore. Et eodem modo proportionabiliter poteſt dici in alijs cōtractibus, in quibus non transfertur dominium, ſi res tradatur æſtimata. Et eodem modo debet æquitas ſeruari, quando conductor debet eſſe obligatus ad caſum leuiſſimæ culpæ, vel fortunæ ex pacto, prout in ſecundo caſu ſupra memorato. Non tamen oportet illam ſeruare per locatorem circa conductorem in primo & tertio caſu: quia conductor debabit ſibiipſi imputare, quòd non reſtituit rem, quando debet, aut quòd ea aliorſum vtatur, quàm ſibi ſit locata. Vade non oportet locatorem ab eo tanto remiſſiorem mercedē recipere, aut aliter eum releuare ſicut in ſecundo caſu, aut in caſu æſtimationis adiectæ. An autem quate do locator alicuius rei imponit omne periculum ipſi conductori contra naturalia locationis, ita quòd qua litercunque pereat, vel deterioretur, vult rehabere valorem, in quo tradidit, tranſeat contractus in mutuum, & per conſequens ſi locator aliquid recipiat à conductore, ſit damnādus vt vſuratius, vel vtrum nō tranſeat in mutuum ſecundùm veritatem: ſed tantum ſecundum apparentiam, & ideo ſit damnandus vt in fraudem vſurarum quid attētans: vel ſaltem vt agens contractum habentem ſpeciem mali, etiam ſi proportionabiliter tanto minorem penſionem recipiat, quanto onerat conductorem: patebit quæſtio. 91. argumen. 2. & ſuis confirmationibus, corollario ſecundo. Secundum naturale eſt, quòd ſicut in locatione & conductione rei non tenetur conductor de damno accidente rei locatæ modo prædicto: ſic eodem modo etiam in locatione & conductione perſonæ ad operas non tenetur conductor de damno accidente perſonæ locatæ: ſed potius econtra. Secundum patebit in tertio naturali. Primum patet. Si conduxi te ad laborandum in vinea mea, vel ad colendum agrum meum, ad ædificandum mihi domum in ſolo meo, ad traducendum & transferendum res meas in nauī per aquam, vel per terram in curru: & tu, qui locas operas tuas, inter operādum incidis in damnū: puta frangis tibiam, aut conſimile quid, & id incidis ſine dolo meo, & ſine mea culpa lata & leui, puta caſu fortuito, vel diuino iudicio, vel aliàs naturaliter fuit damnum illud natum tibi accidere, etiam egra illum laborem: vt ſi incidis paralyſim ex natura, vel quoddam aliud malum incidis tātum ex culpa mea leuiſſima: non teneor tibi illud damnum reſarcire. Et ſic ſicut alibi locata res ſtat periculo locatoris modo prædicto, ſic hic perſona locatoris ſtat periculo locatoris. Quomodo autem econtra teneatur locator perſonæ ipſi conductori, patebit in tertio naturali. Eſt ergò tertium naturale, quòd in locatione perſonæ alicuius ad operas, ad faciendum ſcilicet aliquid in rebus alterius, vel ad agendum aliquid circa eas: ipſe locator tenetur conductori de damno, quod ex dolo, vel ex lata, vel etiam ex leui culpa locatoris contingit in rebus illis: non autem de illo, quod contingit in re per caſum fortuitum, vel vi naturali, vel vitio rei. Exemplum primi. conduco te, vt in ſcypho meo aliquid facias, & ſcyphus frangitur tuo dolo, vel lata culpa, vel leui: teneris mihi pro reſutione damni. Similiter ſi conduco te: vt in domo mea mihi ædifices aliquid, & ecce domus illa perit dolo tuo, vel culpa tua etiam leui: tu teneris mihi. ſecus ſi perit à fortuna: vt incendio coelesti, vel terremotu, vel vitio ſoli: Item ſi a me aliquod veſtimentum accipis farciendum, vel polliendū, & murem corroſerint, teneris etiam de leui culpa:

ria Litem quærit. S. si fullo, item figemmam sculpendam, vel includendam accepit: & illa frangitur sine culpa etiam leui. s. propter indigeriam tiam, vel vitium rei operis, teneris mihi, secus si vitio suo fregerit: nam tunc non teneris mihi, nisi inper hoc specialiter pacto te obligasses. Exemplum secundi. Conduxi te ad transferendum vinum, vel alias res meas, & tua culpa etiam leui lupus ea rapit, teneris mihi. An autem locis operas suas ad agendum aliquid in rebus alterius: vt ad transferendum eas &c. vt dictum est, etiam teneatur de leuissima culpa. Dicendum, quòd si res illæ tráslatæ tendę indigent diligentissima cura, puta: quia nisi diligentissima cura adhibeatur, destruuntur, vel periclitantur: & tunc locator tenetur etiam de leuissima culpa: quia tunc tacitè inest illa obligatio illi contractui ex circonstantia rerum, circa quas operæ illæ conducuntur. Vt si locator operarum eas columnas, quas cito contigit frangi, habet transferre, aut vitra precio sa, aut consimilia, & hoc modo intelligit textus in l. si merces. §. qui colymnam. ff. de locato. vbi dicitur, culpa autem abest, si omnia facta sunt, quæ diligentissimus quisque obseruaturus fuisset. Sed si res transferendæ non fuerint tales, quæ indigeant diligentissima cura, nec sine tali importantiæ, non tenetur locans operas de leuissima: sed solum, vt dictū est. Et si quis ponat, quòd pastor, qui locauit operas ad custodiendum gregem, dicat, damnum, quod accidit, accidisse sine sua culpa leui, vel maiori, conductor autem eius oppositum dicit, quis debebit probare? Respōdetur, quòd pastor secundum Hostien. Nam cū ratione officij debeat: pastor habere custodiam, si dicit amissam ouem, probet de fuisse culpam & dolum. Quartum naturale est, quòd locator teneatur ad immobilis: vt domus, non potest conductorem eius, seu inquilinum inuitū expellere ante tēpus conductionis finitæ, nisi in quatuor casibus, quos tradunt doctores in c. propter. extra, de locato & conduc. Primus, si domus locata sit facta necessaria suæ habitationi. puta: si domus, quam inhabitabat, casu destructa est, & ipse dominus suę necessitati aliter prouidere non potest. Nam nō dicitur dominus necessitatis, si aliter cōmodè sibi posset prouidere. Et hoc intelligitur secundum doctorum iuris, quando locator aliam domum, quæ sua erat, habebat tempore locationis: sed casu periit. Nam si tūc nullam habuisset nisi illam, quam locauit, & ad suā habitationem, illam recuperare nō potest: quia hoc à principio prospicere debuit, aut si postea durit vxorem, vel alia similis necessitas superuenit. Intelligę secundum Hostien. & Panor. quando tempore locationis ista necessitas non imminebat. Secundus casus est, si domus habet necessitatem reparationis. & intelligę de necessitate orta post locationem: & cum tempore locationis refectio illa necessaria non erat: vel prouidebit dominus inquilino de alia domo. ff. eo. l. cum in plures. & eqdē idonea secūdum directorium. Et in his duobus casibus remittenda est pensio pro rata temporis. Tertius, si conductor, puta inquilinus peruersè versetur in domo: vt si tenet porcos in solario, vel non habitat in ea secundum pactum conductionis, vel si deteriorem facit, vel fœminas malas ibi tenet, aut etiam peruersos homines, vt lenones & huiusmodi, argu. in authen. de leno. §. sanctimus. An autem hoc casu remittenda sit pensio: dixerunt aliqui, vt not. glos. in dicto. c. propter. secundum quosdam non est remittendam partem pensionis pro rata tem poris quasi compensando. Sed glos. ibi dicit non esse verum: quia dominus tenetur remittere. potest autem agere contra inquilinum pro damno dato actione legis aquiliæ, vel ex locato. Sed Panor. dicit hoc procedere secundum Ioan. Andr. quando peruersè versatur in domo dando damnum: vt si tenet porcos in solario, vel aliquando, damnificat domum: vt spargendo aquam super lignis: nam tunc dominus potest expellere satisfaciēdo pro rata pensionis: quia tunc agitur ad damnum: sed remissio fit pro residuo tēporis. Sed si peruersè se haberet in domo sine dāno, puta tenendo prostibulum, vel ludum, vel exercēdo ad vsuram, potest expelli nō remissa sibi pensione pro rata temporis: quia dominus non debet sustinere hoc damnum ex culpa inquilini. & intelligit hoc, quando dominus ignorabat conditionem inquilini, alias damnum est suum: quia non poterit expelli ante tempus. Sed hoc vltimum dictum Panor. non placet mihi. Nam si etiam locator sciuit eius conditionem: immo si ipsemet ei locauit ea intentione & in sensu composito ad illum inhonestum vsum, poterit eum expellere: quāuis credam eum non teneri nisi pro rata temporis. Primum patet: quia tenetur eū expellere. igitur potest. consequentia nota. Antecedēs probatur: quia tenetur ad hoc vt nō sit patronus turpitudinis. & ad hoc vt non cōmunicet alieno crimini: sicut quilibet tenetur ad hoc: vt furibus & latronibus ad se recurrentibus non præbeat hospitia ad furta, vel homicidia committenda. Modo si non expellit eos, manet hospes turpitudinis & communicat crimini. Item sicut iuramentum non est vinculum iniquitatis: ita nec obligatio contracta ex locatione. sed si quis iurasset velle iuuamen præstare ad cōmittendam fornicationes & alia peccata mortalia, non tenetur illud seruare: immo tenetur ad oppositum, igitur etiam talis locator non tenetur stare illi contractui. & si non tenetur: igitur potest recedere, & sic eos expellere. Et si dicas, quòd potest, ideò licitum est sibi expellere: sic quòd faciat, quod in se est, vt inde egrediatur: sed non potest cum effectu via iuris, ita quòd conquerendo iudici ipse obtinuit causam obtineat intentum à iudice. Nec iudex poterit sibi præcipere, vt exeat. Contra, hoc implicat. Si enim locator licitè potest recedere à contractu. igitur habet ius recedendi: igitur eo volente si conductor se opponat: tunc iniustè se opponit, nec habet ius: & si non habet ius: igitur poterit per iudicem compelli ad desistendum ab illa oppositione, & debebit locatorem iuuare ad illud, ad quod habet ius. Secundò: quia quicquid sit de fornicatione simpliciter amen iudex tenetur ad prohibendum vsuras: vt patuit supra quæstio. 15. & seq. ergo si quis exercet in domo mea vsuras potest inde expelli per iudicem: nisi velit desistere ab vsuris. tenet consequentia: quia non minus potest iudex illud prohibere, vt in tali loco non exerceat vsuram sub pena expulsionis de domo,

domo, quàm sibi omnino prohibere vsuras. Secundum autē probatur: quia locator imputet sibi, quòd scienter tali personæ locauit, ob cuius conditionem nunc eandem habet expellere. Et sicut ille rectius causa sui potius est de inquilino, qui est conductor rei vrbanæ: ita potest poni de colono, qui est conductor rei rusticæ: vt si propter inimicitias ortas ex culpa coloni detur damnum agro: puta inimicus coloni excidit arbores agri: quia tunc potest expelli. & hoc exemplum etiam ponit Hostien. Quartus casus est, quando inquilinus per biennium non soluit pensionem: quia potest expelli: sed quia aliquando iura vi detur velle, quòd ex hoc solo, quòd non soluit pensionem, potest expelli. etiamsi non desistit per biennium à solutione. Ideo circa hoc Panormit. concludendo sic distinguit, quòd aut locatio fuit facta ad longum tempus, & dicitur longum tempus arbitrio iudicis secundum conditionem regionis, vel tempus decem annorum, & non minus dicitur longum. prout in clemen. de reb. eccl. non alie. in glos. aut ad modum, primo casu, aut fuit constituta vna pensio pro toto tempore. & tūc pōt expelli, si non soluit: quia conductor est remissio pensionis facienda pro rata: si contingit gratis, vel magna sterilitas, vel insolita incommoditas magna sine culpa conductoris: nisi fuerit causa possit cum vberiate præcedentis temporis, vel sequentis compensari. Et vt plenè habeatur, quādo est illa remissio facienda, & quando nō, distinguendū est de locationes & conductiones: quia quædā est rei, quædam personæ, & rei est duplex, quędā est agri, vel cōstitutis rei rusticæ, cuius cōductor dicitur colonus: quędā verò est alterius rei quam agri, & illa distinctio satisfuit satis in quarta suppositione. Primò igitur videndū est de locatione & cōductione agri, & de illa sunt recitādæ quatuor opiniones, quas tāgit Pan. in c. propter. de locato. Prima, quòd oportet, quòd acciderit tāta sterilitas: vt etiā non potuerint colligi fructus seminis. & illa opinio est animis rigida, & cōtra non tenetur, & confunditur per prædictum textū. nam hoc casu non fieret remissio pensionis pro tanta: sed in toto, ex quo nihil recollegit: nam verbū pro rata, denotat particulare damnū, & nō consumptionē in totū. Secunda opinio est: vt tenetur opinioni vulgari, quā do dicatur magna sterilitas. & satis pōt hæc opinio sustentari, ex quo lex non determinat. Tertia opinio est, quod si vltra dimidiū instī precij est conductor læsus, fit remissio pro rata, hanc opinionem tenuit Cy. in l. licet. C. eodem. & expressius ibi Bart. nam cū sit contractus bonæ fidei, bona fides non patitur, conductorem debere sine culpa sustinere tātum damnum. Quarta est Bart. in l. si merces. in §. vis maior, quòd tunc est censenda magna sterilitas, ob quam est faciēda remissio, quando deductis sumptibus nihil percipit colonus, eo quòd conductor tacitè videtur emere fructus futuros sub quadam conditione, si nascātur. sed emptor fructuum futurorum non tenetur ad precium, si fructus non nascuntur. l. si debitor. ff. de contrahen. emp. ergo nec ille conductor. Nec dicitur fructus, nisi quod supereſt deductis expēsis. l. fructus. ff. soluto matrimonio. Sed hæc opinio non placet Panor. Primò ex ratione tacta contra primam opinionē, pro quāto textus in c. propter. dicit, pro ra-

ta damni est fienda remissio: sed si præter fructus nihil recolligat, non potest haberi consideratio ad tertia damni. Secundò: quia si æquiparetur venditioni, & videretur facta locatio sub certa conditione, nihil deberet solui, si nihil recolligitur, in dict. l. si debitor, cuius contrarium ille textus innuit, dum dicit pro rata. Inter illas igitur opiniones secunda & tertia sunt probabiliores, & tertiam videtur Ioan. And. fouere: dum ponit exemplum in eo, qui pro tribus sextariis tertiæ erat solitus recolligere. 15. & soluebat domino tres aureos: sed si anno sequenti recolligit 30. bit complatio, & illa opinio placet etiam Panormit. vt scilicet dicatur magnum incommodum, seu magna sterilitas, quando vix recolligit tertiam partem solita. Et notanter dictum est in principio huius sexti naturalis sine culpa conductoris: quia si per suam culpam contigisse, nō fieret ei remissio etiam pro rata: vt si segetes sunt corruptæ & suffocatæ sunt herbis supercrescentibus, aut ex simili incuria & indiligentia: vnde sibi debent imputari sterilitas. Secundo est notanter dictum, vel magna insolita incommoditas: puta si propriè non est sterilitas: sed cum multi fructus crescentes, destruuntur per grandines vel aliam aeris tempestatem, vel interperiem, vel terræ motum, vel per incursus hostium improuisos fructus sunt ablati, vel magnum damnum per eos datum est. Tertio dicitur, nisi sterilitas &c. quia si posset compensari secus: vt in exemplo paulò ante dato, & patet hoc intelligi etiam, si illa vbertas non immediate sequatur, vel præcesserit sterilitatem, dummodo contingat durante conductione: quia eadem est ratio vbique. Et si quis quærat, an econtra debeat augmentari pensio propter vbertatem: sicut fit remissio & diminutio propter sterilitatem. Dicendum quòd non indistincte est augenda pensio propter vbertatem: quia tunc propter vbertatem non fieret compensatio ad sterilitatem, quod est contra. c. proper. de locato. Vnde sequendo Panormit. ibidē potest dici, quòd in tribus casibus non debet augeri: sed bene in quarto. Primus, quando vbertas contingit ex eo, quòd fructus multum valent vltra solitum: & tunc non debet augeri pensio: sicut nec diminui propter vtilitatem precij: quia contractus recipit inæqualitatem suam, & conditio tacita est putificata collectis fructibus. Secundus, quando vbertas contingit propter industriam coloni. Ratio, quia tūc sua diligentia esset sibi damnosa, vel saltem non esset vtilis ei. Tertius, quando contingit propter bonitatem rei. Ratio, quia dominus locauit bonitatem rei meliori modo, quo potuit. Quartus, quando cōtingit casu fortuito: puta locum molendinum, ex quo conductor solebat percipere. l. nunc autem, quia alia molendina corruerunt, recipit centum, & sic debet augeri pro rata. Nam sic propter casum fortuitum contingentem fit remissio: vt patuit, ita debet fieri augmentatio propter vbertatem contingentem casu fortuito: quia contrariorum est eadem disciplina. Et debent hæc intelligi de vero colono, vel conductore ad excludendum illum, qui dicitur partiarius: quia ille non est verè conductor: vt in septima suppositione patuit. Vnde nec illi est pensio augenda aliter quam ex ipsorum fructuum augmentatione. nec augeur, puta si habet medietatem, vel tertiam partem: tunc solum cedet sibi medietas, vel tertia pars: quantacunque vbertas accedat, quamuis pinguior medietas, vel tertia cedat. Circa tamen tertium casum videtur, quòd in foro conscientiæ debet augeri pensio, quando illa bonitas tempore locationis non erat rei, & locator ex ignorantia tanta bonitatis, loca nit pro minori, quam iustum fuisset: imo videtur, quòd posset esse tantus excessus illius bonitatis respectu mercedis, quòd etiam in foro exteriori cōpelli posset conductor ad augendum pensionem. Probatur vtrumque tali ratione: quia in venditione & emptione sic est, quòd si quis tam magnæ bonitatis ei inexistentis tempore venditionis vendidit pro vnius modico ex ignorantia bonitatis eius: tunc sibi inexistentis, emptor tenetur in foro conscientiæ, sine tunc sciat, sive postea comperiat, supplere defectum precij, & talis defectus fuisset tantus, quòd venditor fuisset deceptus, sive à proposito, sive re ipsa: vltra dimidium iusti precij; posset etiam in foro exteriori compelli emptor ad soluendum emptionem, vel ad supplendum defectum precij: vt patuit supra quæstione 54 in conclusione 3. & quæstione 57. & 58. igitur etiam sic est in locatione & conductione, tenet consequentia duplicater. Primò: quia locatio æqualiter non est nisi venditio vsus rei: & conductio est emptio eiusdem. Secundò: quia eadem ratio est vbique: scilicet ne violetur iustitia commutativa, illa enim æquè violaretur hic in locatione & conductione: sicut alibi in venditione & emptione. Dixi notanter, si illa bonitas inerat ei tempore locationis: quia si tunc non ei insuisset; sed postea ei infuisset, forte alicui non videretur necessarij, vt augeret pensionem: quia emit vsufructum illius rei pro toto tempore locationis, igitur si ille vsufructus ex superuenienti bonitate crescit, sibi debebit accrescere non locatori: sicut si quis emit rem, & emptione facta crescit bonitas rei: illa cedit emptori. Sed illa ratio æquè probaret, quòd ergo in quarto casu non esset augenda pensio; quia etiam si rei emptæ post emptionem accresceat bonitas, illa cedet emptori, sine hoc, quòd aliquid teneatur in precio addere venditori: etiam si illa accrescentia proueniat ex casu fortuito; puta aliæ res, vel merces confimiles ei pericrent, ideo videtur dicendum, quòd de rigore non esset augenda pensio in tali accrescentia bonitatis, & nec in quarto casu esset augenda absolutè: puta si locator esset liber: vt non teneretur remissionem mercedis facere: si magna incommoditas accidat conductori. Sed si conductor velit eum habere obligatum tacitè ad remissionem faciendam in casu sterilitatis, æquum est, quòd si econtra vbertas accidat ex simili causa; quòd velit ei augere pensionem. Secundò videndum est in locatione & conductione alterius rei ab agro, sive sit immobilis, vt domus, sive mobilis; vt liber, equus, vel aliud quid simile. Et sic distinguendum est: quia si stat per locatorem, quominus conductor vtatur re locata; tunc si stat per eum ex pura voluntate, locator tenetur conductori de interesse, vt locauit sibi æquum: & nunc non tradit sibi, vt equitet, nec habet causam impeditiuā, cur non tradat nisi quia non vult,

vult, & hoc ex causa aliqua vel ex sola malitia, vel huiusmodi. Si autem stat per locatorem non ex pura voluntate: sed quia impeditur propter casum, qui accidit locatori, vel rei locatæ propter culpam ipsius locatoris, vel quia fortuna sibi accidit: & tunc pensio remittitur pro rata: vt si propter locatoris delictū domus est fisco applicata, aut fulmine, vel terræmotu perijt, & idem sicut iam, si ex necessitate aduenienti locatori oportuit conductorem expellere. Si autem stat per puram voluntatem conductoris, vel etiam si non per puram voluntatem eius: sed tamen per culpam conductoris, quo minus vtatur re conducta, vel etiam si per casum fortuitum, qui accidit conductori, conductor impeditur, ne ea vtatur; nihil remittitur ei de mercede, quominus totam pensionem soluere tenetur. Tertiò videndum est in locatione & conductione personæ ad operas: vt si quisdam personam suam alteri ad scribēdum ei aliquid in libro eius, vel ad ædificandum sibi in area sua dominum, & eadem modo distinguendum est de locatione & conductione rei alterius ab agro: quia si stat per locatorem operarum ex pura voluntate, quominus conductor vtatur eius opera; tunc locator tenetur conductori quo ad interesse. Si autem stat per locatorem non ex pura voluntate; sed quia impeditur propter casum, qui accidit locatori ex culpa locatoris, vel à fortuna: & tunc conductor solùm tenetur ad pensionem pro rata. Si autem stat per conductorem: puta quia noluit ei dare librum, in quo deberet scribere, aut aperire aream, in qua ædificaret. & hoc ex pura voluntate, aut quia impeditur: puta quia liber ille propter eius culpam est applicatus fisco, aut quia ei subtractus est, vel mures corroserunt: & tunc nihilominus tenetur conductor ad totam mercedem. Et ex iam dictis possunt concordari iura, quæ videntur contraria in titulo de locato. l. si vno. §. item cum quidam. & l. sed addes. §. cum quidam. & l. qui operas. & l. colonus. §. nauem. & de illis vide glo. in dicto. §. item cum quidam. Et in hoc sexto naturali differt locatio ab emphiteusi: nam dominus rei concessæ in emphiteusim non tenetur remittere aliquid de pensione: etiam propter maximam sterilitatem contingentem rei: immo si res ilia in parte pereat in substantia, non tenetur. Ratio diuersitatis est duplex. Prima: quia conductor, pura colonus videtur conduxisse sub quadam tacita cōditione fructuum futurorum: vt dictum est. & ideo deficientibus fructibus ex remissio pro tota: quia merces datur pro illis fructibus & eorum intuitu: sed emphiteuta soluit in recognitionem dominij directi remanentis apud eum, qui concessit eam rem ei. Modo dominium directum rei emphiteuticariæ manet nihilominus apud illum, qui eam concessit in emphiteusim: etiamsi maxima sterilitas accidat in re, immo si periret in parte; dummodo non tota res periret, secus vbi tota res perijsset: quia tunc etiam perijsset eius dominium directum. & sic emphiteuta non posset amplius recognoscere illud esse apud eum, qui eam rem sibi concesserat in emphiteusim. Secunda ratio diuersitatis est, quia colonus soluit notabilem pensionem, scilicet tantam, quòd ipsa adequetur valori vsus, vel fructus eiusdem rei defalcatis expensis & huiusmodi, sed emphiteuta parum, quid dat annuatim, quia ex toto illud, quod soluit, dat in recognitionem dominij, & parum quid æquè potest esse signum illius recognitionis sicut magnum. ideo nimirum, quòd non est opus eum releuare à pensione illa, etiam propter sterilitatem accedentem: etiamsi maxima sit. Nam præteritis temporibus adeo multa leuauit: & in futurum leuabit, quòd semper sine damno poterit esse de communi cursu. Et de hoc sunt versus sequentes. Si res perit tota, liberabitur, ecphiteuta. Sed si pro parte, nulla liberabitur arte. In hoc etiam sexto naturali differt locatio à venditione: quia venditione perfecta non tenetur venditor aliquid remittere de pretio propter hoc, quòd accidit sterilitas in re vendita. immo nec tenetur sub quid remittere: etiam si nunquam fuisset mera sterilitas, dummodo non stetisset per venditorem, quo minus ei traderetur. An autem conductor operarum teneatur debeat augere pensionem, quando locator operarum in fine temporis perit, se mercedem minus iusto accipere: pura carpentarius locat sibi operas suas, obligans se ad relinquendum tibi in solo tuo certum ædificium pro determinata quantitate pecuniæ sibi danda pro omnibus operis: puta: pro 100. florin. & consumato ædificio comperit, quòd si pro mercede diurna tali tibi laborasset, ipse consecutus fuisset iusto precio centum & quinquaginta, vel circiter. Hic est vnus modus dicendi, quòd conductor non tenetur tali locatori operarum in aliquo, & quòd etiam architectus, vel carpentarius tenetur diligenter operari: etiam si paruum salarium inde recipiat: quia debebat ipse in principio hoc aduertere. Attamen secundò dicitur, quòd quando conductor talium percipit, quòd iste nimis parum lucratur ex tali pacto, eo non obstante debet supplere ad competētem mercedem. & præcipuè quando in tali opere superuenit casus, qui bene non potuit præuideri: vt puta fortuitus, vel qui vi naturali accidit: vt per terremotum, vel qui vitio rei accidit, & tale periculum est domini, secus si vitio operis: quia tunc pertinet periculum architectori. Et ille modus dicendi quo ad aliquas est Antonini in summa sua, parte 3. titulo 8. capitulo 4. in §. de architectis. & partim est Bapt. in summa, in verbo locatio. Contra hunc modum dicendi arguitur sic, dignus est operarius mercede sua, modo illa merces dicitur operarij, quæ est commensurata operis & laboribus, igitur si in fine reperitur, quòd nullatenus est eis commensurata; sed multum deficiens; oportet quòd suppleatur defectus, donec fiat commensurata: aliter lex illa diuina non seruabitur. Secundò: quia primum dictum illius modi dicendi videtur contradicere secundo: vt patet intuenti. Contra secundum dictum etiam arguitur sic, si locator in fine competiret se multum fuisse lucratum: non vellet aliquid de mercede restituere conductori suo: vt puta credidit se per annum oportere laborare, donec consummaretur. & secundum hoc exigit mercedem: & tamen in tribus quartalibus anni quieté consumauit. & sic multum lucratur. Ergo eadem ratione hic, si multum perdidit, nihil debebit sibi supplari, cenet consequentia:

quia de oppositum: tunc longè melior esset conditio locatoris quàm conductoris: haberet scientiæ pro se lucrum, & tamen si accideret damnum, non haberet illud contra se, nec haberet ipsum expectare, & per cõsequens esset iniquitas inter contrahentes. Secundò, quia aut capit ordinarie præcise, propriè in illo secundo die, aut non, si primum: tunc denotatur, quòd etiam si talis casus non accidisset, teneretur conductor locatori ad supplendum: quamuis multo magis hoc tenetur teneri si ex casu tali accidisset. & sic est falsum, vt patet. Si autẽ intelligatur impropriè, prona valet idẽ, quod falsum, quasi tunc faltem teneretur ad supplendum: quando ex casu tali supernenisset illud accidisset: & tunc licet videatur habere apparentiam: tamẽ adhuc videtur fiare argumentum prædictum, quia si accidisset aliquis casus, qui fuisset pro locatore, tactione cuius multum accelerari potuit ædificium, & sic multum fuisset lucratus, nõ vellet locator aliquid remittere ipsi conductori in mercede. igitur nec debet econtra velle sibi supplere, si occurrat impedimentum ex casu fortuito, alioquin vellet suam conditionem esse meliorem ex additione conductoris. Videtur igitur aliter dicendum per ea dicta. Primum, si casu pentantius, vel architectus in fine comperit se multũ perdere, & non est hoc tactione alicuius casus iuperuenientis à fortuna, vel à vi naturali, vel ex vitio soli: sed est ex eo, quòd ædificium in se tantum exigebat laborem, quòd non citius potuisset fuisse constructum: quod tamen latuit locatorem. & sic ex ignorantia cõuenit superminori mercede: teneatur conductor sibi supplere defectum: non solum si conductor à principio latuit: sed etiam si ignorauit, & postea comperit. Probatur: quia tunc peria de est, acit conductor scienter, vel ignoranter omisset operas locatoris, dando scienter, vel ignoranter precium minus iusto: modo emptor tenetur supplere defectum precij, siue à principio fuerit, siue ignorauerit: & postea comperit se minus iusto dedisse. vt patuit, q. 54. & 57. & 58. Secundum dictum sic econtra dicendum est, si carpentarius, vel architectus in fine comperit se nimis multum fuisse lucratum, & non est hoc ratione alicuius casus &c. vt sup. sed est ex eo quòd ædificiũ non exigebat tantum laborem, quia notabiliter citius potuit consumari: quòd tamen latuit conductorem, tenetur sibi illud, in quo merces est excedens restituere conductori. Probatur, quia locator cen set se suas operas vendidisse, modo vendens rem pluris quàm valeat in re tempore venditionis & id comperiat postea tenetur restituere precium quo ad partem, in qua est excedens. Tertium dictum, si hoc quòd locator operarũ in fine comperit se multum perdere, prouenit ex casu fortuito, vel à vi naturali accidente sibi, & non rei ipsius conductoris: nõ tenetur conductor sibi supplere. Exemplum, inter ædificandum accidit, quòd pretempestate, vel alia mala qualitate nõ potuit locator operarum in decem diebus laborare quantum de cõmuni cursu aliàs laborauit in duobus vel tribus dierius, & sic impeditur in acceleratione negocij & retardatur, & hoc clarius posset patere in auriga, vel nauta vt tanuehat mercestuas, & considerata temporis qualitate tunc & tuta quantum æstimari potest: das sibi. x. floren, vt traduceat: quia creditur, quòd in viginti diebus traducat, & ponamus, quòd vi ficlit iustis merces, & ecce ex insperato ingruit tanta tempestas, quòd vix in quinquaginta diebus poteris adducere, adeo quòd multum perdet: non tenetur conductor ei aliquid addere: quia etiam si ex insperato accidisset fortuna, per quam in duobus, vel quinque diebus addussiset: vt in charì contingere posset, etiam nihil vellet locator remittere de mercede. Attamen hoc tertium dictum intelligendum est, nisi tacitè vellet conductor, quòd si ex euento fortuito accelerarentur tradendo, quòd fieret remissio mercedis: tunc enim æquitas requirit, quòd etiam augeat pensionem, si cõtrarium accidat: vt dictum est sup. Ex his sequentur tria corollaria. Primum: locatio siue rerum, siue operarum efficitur impura ex pactis sibi innaturalibus sextupliciter. Primò, si locator vult conductorem esse obligatum ad culpam etiam leuissimam, vel ad casum fortuitum. Secundò, si vult habere potestatem expellendi conductorem etiam extra casus, in quibus aliàs potest eum expellere. Tertiò, si vult conductorem esse obligatum ad dandum pensionem in principio anni; vbi de natura solum teneretur in fine dare. Quartò, si vult locator agri, se non esse obligatum ad faciendum remissionẽ etiam pro rata ipli conductori, fulmine colono, & si grandis sterilitas contingat, vel si est locator alterius rei vel personæ, & non vult esse obligatus conductori ad faciendum conductori remissionem modo facto in feno naturali. Quintò, si vult, quòd inquilinus ex nulla causa etiam necessitatis possit dimittere domum se inuito. Sexto, si vult, quòd non possit conductor rem locatam alteri locare. Sic etiam econtra conductio efficitur quadrupliciter impura. Primò, si conductor vult locatorem rei esse obligatum ad aliqua, ad quæ ex natura contractus non esset obligatus: vt puta, quòd locator etiam tuleiperit in se periculum culpæ leuis, vel latæ. Secundò, si vult, quòd locator non possit eum expellere etiam in casibus, in quibus de iure posset eum expellere. Tertiò, si vult dare pensionem non in fine anni cum deberet: sed per longum tempus post; vel si est conductor operarum in casu, vbi deberet in principio, vel in medio dare, prout dictum est: vult solum dare in fine anni. Quartò, si vult, quòd locator rei sibi faciat remissionem pro rata, etiamsi fiat modica sterilitas, vel si est conductor operarum, quòd locator non remittat sibi quid in pensione, etiam si fiet per conductorem, quo minus operetur. Secundum corollarium, non oportet confiorem statim aliquam locationem, vel conductionem condemnare vt illicitam, quãdo percipit quòd ibi sunt pacta facta contra naturalia conductionis & locationis. Huius corollarij probatio patebit sufficienter in corollario primo quæstionis 89. Tertium corollarium comperus pactis contra naturalia locationis factis statim considerandum est, si onerositas illorum pactorum non sit refusa per aliam viam, & si non: tunc contractus est in foro conscientiæ cõdemnandus impietatis ex parte illius, qui aliud operatur per tale pactum: quia tunc factus est contra æqualitatem iustitiæ commutatiuæ: & contra regulam legis naturalis, quod tibi fieri non vis &c.

&

& exemplo horum dictorum corollariorum patebit in quæst. 89. in locationibus animalium. Septimum naturale est, quòd õdoctor, qui dicitur inquilinus, potest ex causa dimittere domum inuito domino secundum Vinc. & Ioan. And. & glo. in l. si is lege. ff. locat. Et ratio est, quia propter necessitatem superuenientem ipsi locatori potest locator expellere inquilinum, vt patuit in quarto naturali. ergo eadem ratione debebit inquilinus ex necessitate superuenien te sibi posse dimittere domum, vt si sine periculo vitæ in ea habitare non possit, vade Panor. expresse extendit hoc ad casum pestilentiæ superuenientis: quãvis secundum eum vir posset hoc in practica obtinere. Et intelligitur illud naturaliter sic, quòd inquilinus dimittendo non teneatur dare nisi secundum tantam temporis, aliàs enim nihil sibi prodesset vel parum illa facultas. Octauum est, quòd conductor potest rem sibi locatam alteri locare, vt C. eod. in nouis & tunc res posterioris conductoris sunt obligatæ principali domino vsque ad illam quantitatem, quæ ille conductor secundus tenetur priori. ff. eod. l. hi e lege. §. si colonus. Vade si duo cõtraxissent societatem, vt scholatis cum scholare, & vnus vult rendere, tũc ille potest aliquem loco sui ponere, vt tenet Panor. in c. inter dilectos, de fide instrumen. & Bald. in d. l. nemo, nisi socius vellet locare partem suam: persone inhoneste, quia tunc non posset, & tenet Baldus, quòd etiam inuito socio possit id facere, & idem tenet Cyn. in l. viam. C. locati. glo. tamen Inst. lic. §. si dicit, quòd licet possit alteri locare inre conductionis: ratio tamen societatis prohibet, quę regulariter locationis. Nonum, si conductor aliquid expendit, quod necessariò fuit expendendum, vel vtiliter auxit, vel ædificauit, vel instituuit, debebit locator sibi expensas illas restituere. ff. eod. l. dominus.

QVÆSTIO. LXXXVIII.

Vtrum contractus, secundum quem tradunt animalia rusticis pro certo emolumento inde percipiendo, sit contractus locationis, vel alterius speciei? Solutio quæstionis stat in octo conclusionibus.

Prima conclusio. contractus, de quo in titulo, est aliquando locatio rei ex parte tradentis animalia, & conductio rei ex parte rustici recipientis ea, & hoc vel strictè, vel largè capiendo locationem, & conductionem. Prima pars conclusionis probatur, quia aliquando prædictus contractus fit taliter, quòd tradẽs animalia retinet sibi proprietatem eorundem, & rustico vel alteri, cui ea tradit, concedit vsum vel vsufructum eorundem, & hoc pro certa mercede, quam recipiens animalia tenetur sibi dare. ergo ille contractus est locatio ex parte tradentis, & conductio ex parte recipientis, tenet consequentia ex diffinitione locationis, & conductionis posita in præcedenti quæstione in suppositione prima & secunda. Secunda pars probatur, quia aliquando tradens animalia, tradit ea pro mercede consistente in pecunia determinatæ quantitatis, seu numeri. Aliquando pro specie determinatæ quantitatis, & hoc dupliciter. Aliquando enim pro specie prouenientę de animalibus illis. Aliquando pro specie non prouenienti de illis animalibus, sed alibunde. Exemplum de hoc secundæ partę conclusionis. Concedo tibi pro quindecim denarijs equum meum ad equitandum per vnũ diem in eo, vel ad vehendum aliqua per eum sibi vel alij, ibi enim est locatio strictè dicta. & idem si pro quatuor solidis concedo tibi boues meos, vt arent ibi, vel alijs. Exemplum secundi. concedo tibi vaccam meam ad percipiendum de ea lac, & vitulum pro aliquot libris butyri, vel aliquot caseis proueniẽtis de eadem, & idem si ouas tibi cõcedam, vt inde percipias lac, agnos, lanam, & simum, & hoc pro aliquot caseis, & libris lanæ mihi applicandis, est enim locatio largè dicta, seu quasi locatio, quia sit pro specie determinatæ quãtitatis, & sit pro ea specie, quæ prouenit de illis animalibus locatis. Exemplum tertij, concedo tibi pro determinato numero modiorum frumenti boues meos, vt cum eis coles tibi, vel alijs terram. illa sit inquam iam pro specie determinatæ quantitatis: non tamen prouenientis de animalibus. Et dixi semper notãter pro specie determinatæ quantitatis prouenientis de animalibus, quia si fierer pro specie prouenientis de animalibus, & hoc in quantitate indeterminata, vt pro medietate butyri, vel lanæ, & huiusmodi, non esset locatio, vt dictum est in septima suppositione præcedentis quæstionis.

Secunda conclusio, contractus, de quo in titulo, est aliquando econtra locatio personę ex parte rustici recipientis animalia, & conductio personę ex parte tradentis ea, & tunc etiam sit dupliciter. Prima pars probatur, quia aliquando prædictus contractus sit taliter, quòd tradens animalia conducunt rusticum in ratione pastoris ad hoc, vt pro determinata mercede ea custiret ad pascua, & pascat, atque custodiat: ergo rusticus locat personam suam ad operas ipsi tradenti animalia, & tradens ea conducit eam ad easdem operas. Secunda pars probatur, quia aliquando tradens animalia assignat recipienti ea certam mercedem consistentem in pecunia determinatę quantitatis, & sic erit conductio, & locatio strictè loquendo. Aliquando pro mercede consistente in specie determinatę quantitatis, & tunc est largè loquendo conductio, & locatio, & hoc dupliciter. Aliquando pro tali mercede, quę est species prouenientes de ipsis animalibus, vtputa tradens animalia dicit rustico, quòd pro salario suo recipere debeat aliquot libras butyri, vel lanæ de eis. Aliquando pro alia specie, vtputa dicit rustico, quòd velit sibi dare aliquot mensuras frumenti, vel panni &c.

Tertia conclusio, contractus factus in casu secundæ conclusionis differt à contractu facto in casu primæ conclusionis, & eriam continet eum eo. Prima pars probatur. Nam primò differt in hoc, quòd in primo casu primæ conclusionis est locatio rei, & conductio rei, in secundo est locatio personę, & conductio personę. Secundò, quia in casu primæ conclusionis est locatio ex parte tradentis animalia, & conductio ex parte recipientis ea: in secundo est econtra. Tertiò, quia in primo tradens ea retinet tantum dominium animalium, & vsum eorum transfert in recipientem ea. in secundo verò retinet tam dominium, quàm vsum eorum saltem virtualem, seu con-

falere,

saltem, & dico saltem virtualem, quis non potest quis habere vsum formalem in re propria, scilicet, in qua ipse idem habet dominium, seu proprietatem, vt patet ex distinctione vsus formalis, de qua supra q. 2. Et si dicas, hæc differentia fallit, quando tradens ea conducendo pastore assignat ei pro mercede vsum, vel fructum animalium, saltem in parte, quia tunc tradens non retinet sibi vsum eorum saltem totaliter. Dicendum, quòd adhuc est differentia: primò, quia in primo casu retinet totum vsum, in secundo non totum. Secundò, quia potest dici, quòd in secundo etiam retinet totum vsum animalium, quantum est ex parte contractus conductionis, quo conducit pastorem, quamuis secundario de vsufructu totaliter relevato sibi assigneretur tam parte nomine mercedis. Quartò, quia in primo tradens non dat mercedem recipienti, immò econtra: sed in secundo fit oppositum. Secunda pars probatur, quia in hoc conueniunt primò, quod in vtroque casu animalia manent in dominio, & proprietate tradentis ea, & non fiunt de dominio recipientis ea. Secundò, quia in vtroque casu recipiens animalia non tenetur tradenti nisi de dolo, & lata culpa, atque leui: non autem de leuissima, nec de casu fortuito, & hoc quantum est ex natura contractus: prout patuit quæstione præcedenti.

Quarta conclusio contractus, de quo in titulo, aliquando nec est locatio, nec conductio, sed est vera mutuatio, probatur, quia aliquando sit taliter, quòd tradens animalia obligat recipientem ad restituendum ea post lapsum alicuius temporis: vt puta post annum annum, vel plures tot animalia, & eiusdem valoris: etiam si perijssent apud recipientem, siue dolo, siue culpe, siue casu fortuito apud eum perierint, & in tempore intermedio, pro quo sit traditio, potest recipiens animalia ea distrahere, & comedere, aut alter eis vti, sicut placuerit, & aliquando tradendo ea æstimat ea, vt scilicet valor eorum. Modo quando sic fit, est vera mutuatio, quia si sic ea tradidero tibi, facio de meo tuum: transferendo scilicet in te dominium, & proprietatem pro quanto potes eis vti ad vsum, qui est eorum consumptio, & obligo te ad restituendum non illa secundum numeralem identitatem, sed secundum identitatem specificam, seu (vt iuristæ loquuntur) eadem in genere, & eiusdem valoris, & totum periculum eorum est tuum. Modo illa sunt substantialia, & naturalia mutuationis, igitur debent mutuario. Vnde non potest dici locatio eorū: quia tradens ea non retinet dominium eorum, & recipiens non tantum habet ea ad vsum, qui non fit eorum consumptio, nec est venditio, quia non interuenit pretium, sed obligatio restituendi idem in specie, seu (vt iuristæ loquuntur) idem in genere. Nec est permutatio: quia non datur species pro specie immediate; sed interuenit necessariò lapsus temporis, quod non est in permutatione: saltem tali, in quanò sic mutuatio permixta. Nec est donatio, quia obligat recipientem ad restituendum æquivalens, & sic de alijs, igitur oportet, quòd sit mutuatio. Secundò sic: quia perinde est, ac si tradens animalia daret ipsi recipientia animalia tantum pecuniam, quatum valent animalia. Modo si tantam pecuniam prædicto modo sibi daret: esset vera mutuatio, igitur etiam nunc. Tertiò, quia si non maximè quia animalia non sunt res mutuabiles: eò quòd res mutuabilis debet habere vsum, qui est eius consumptio. modo animalia nō sunt huiusmodi. igitur. Modo hoc non obstat; quia animalia etiam habent vsum, qui est eorum consumptio, scilicet quando quis eis vtitur ad distractionem: tunc enim fiunt pecunia distractione consumitur sic animalia. Item si quis eis vtitur ad comedendum ea: ille vsus est eorum consumptio. Modo ad talē vsum traduntur in casu huius quartæ conclusionis: quia ad omnem vsum licitum, & quilibet recipiens tradentem ei in prædicto casu. Dixi autem notanter in prima probatione, quòd recipiens ea posset in tempore intermedio eis distrahere &c. quia si ea nō posset distrahere, nec comedere, aut eis vti vsu, qui est eorum consumptio, non esset à parte rei, & in veritate mutuatio animalium: imputa si tantum posset eis vti laborando cum eis, vel fructus de eis percipiendo: immo tunc esset commodatio eorum. puta si esset sine mercede, & gratis: quamuis esset commodatio facta cum pacto existente contra naturalia commodationis, pro quanto scilicet recipiens teneretur de casu fortuito. Si autem pro mercede fieret, esset locatio: quamuis esset facta cum pacto contra naturalia locationis pro quanto recipiens obligaretur de culpa leuissima, & de casu fortuito, & de deteriorationibus aliis aliunde, puta quia deberet restituere animalis eiusdem valoris. An autem ne traditio animalium sic facta, & si non sit mutuatio animalium admixta: tamen habeat virtualiter mutuationem pecuniæ æqualitis animalibus, patebit q. 91. vbi etiam patebit, an dato, quòd nec esset à parte rei mutuatio, nec haberet talem admixtam, posset ipse tradens aliquid accipere nomine mercedis à recipiente ea.

Quinta conclusio contractus, de quo in titulo aliquando nec est locatio, nec conductio, nec mutuatio, sed est vera permutatio, licet quidam dicāt, quòd sit quasi venditio modificata. Prima pars probatur sic, quia aliquando sit taliter, puta aliquis tradit centum oues monasterio sub hoc pacto, quòd de qualibet oue recipiat pro toto tempore vitæ suę annuatim tantum duos solidos: constamen fructus earum longè valeat plus, scilicet quatuor, vel quinque solidos, & addit, quòd si omnes oues morianturi pleni hilominus vult prædictos duos solidos habere toto tempore vitæ suæ de qualibet oue, acsi viuerent, & post mortem suam debeant omnes oues: etiam si essent valde multiplicatæ, esse monasterij liberè, & omnimodo iure. Modo quando sic fit, est vera permutatio, quia tradit specie pro specie immediate, acsi daret oues pro agro aliquo vsufructuando tempore vitæ suę. Modo secundus est vera permutatio: igitur etiam præsens contractus erit vera permutatio. maior probatur, quia dat oues pro vitalitio pecuniario. Modo vitalitium est redditus: redditus autem inter species computatur, quia est res emibilis, & vendibilis, vt patuit quæst. 79. & q. 80. & si est perpetuus, vel saltem longi temporis, computatur inter mobilia, vt ibidem patuit, igitur perinde est, acsi daret monasterio oues illas pro agro vsufructuando tempore vitæ suę, aut pro animalibus vsufructuandis. Secunda pars conclusionis probatur, quia videtur oues illas tradere

dere pro precio determinate quantitatis, & eas fictiasserre in dominium monasterij cum periculo earundem: puta quandibet ouem pro tot duobus solidis, quos annis est superuicturus. Tertia pars probatur: quia non intercurrit precium, nam nondat aliquam ouem pro precio, quia precium sō sistit in nimismate, modo non dat aliquam pro nummismate, sed pro redditu pecuniario. redditus autem pecuniarius distinguitur realiter à pecunia. vt ostensum est, q. 79. Secundò, quia etiamsi esset ibi precium: nō tamen est determinate quantitatis: vt quamlibet earum dat pro duobus solidis, sed non pro duobus absolutè: sed pro duobus solidis annuatim toto tempore vitæ percipiendis: modo duo anni solidi per vitā hominis recipiendi non sunt determinate quantitatis, quia nescitur numerus annorum aliorum, quibus illos duos solidos percipiet.

Sexta conclusio contractus, de quo in titulo, aliquando nec est locatio, nec conductio, nec mutuatio, nec permutatio, sed est societas, & tunc fit multipliciter. Prima pars conclusionis probatur: quia aliquando sit taliter, quòd aliquis pro aliquo alio temporali animalia sua tradit alteri, trāsferendo eorum dominium, vel saltem vsum eorum per viam nō abdicationis dominij, vel vsus saltem causalem à se, sed communicationis eiusdem ipsi alteri, & hoc pro aliquo alio temporali, quod recipiens restransferet in tradentem animalia: communicando illud etiam sibi citra abdicationem eiusdem: ita quòd tradens vult & facit recipientem ea condominum eorum, vel saltem si non condominum: tamen consortium, vel consufructuarium eorum formalem secum, qui habet eorundem vsum & vsufructum, esse non formalem: tamen virtualem vel causalem, & econtra, recipiens ea restransfert similimodo aliquod temporale in tradentem ea sibi: faciendo tradentem animalia compartipem in eodem temporali, quod sibi recommunicat etiam non abdicando à se illud temporale. Exemplum, vt si meas centum oues tibi communico taliter, quòd oues sint in communi dominio vtriusque nostrum, vel saltem quòd sicut ego habeo earum vsufructum causalem, & virtualem: sic te facio habere in eisdem mecum vsufructum formalem, ita quòd sis mecum participes fructuum illarū ouium, & hoc facio pro eo, quòd etiam tu econtra simili modo tuas centum oues, vel capras recommunices mihi. iam iaquam sumus socij in habendo illas ducentum oues. Modo quando contractus, de quo in titulo, sit prædicto modo, non est locatio rei, quia locans rem abdicat à se vsufructum rei locatæ, & totaliter eam transfert in cō ductorem. Hic autem tradens animalia retinet vsufructum eorundem saltem virtualem, & hoc cum effectu: ita quòd in effectu percipiet fructus animalium, quod ideo dico, quia aliàs aliquis diceret, quòd locans etiam retinet vsufructum virtualem, seu causalem, quod verū est, sed non effectualiter, recipiendo fructus: immo illos assignat totaliter ipsi conductori: nec etiam est conductio rei: quia recipiens ea, qui deberet esse conductor (si esset ibi conductio) retineret solus vsufructum eorum, quod est falsum, quia tradens est comparticeps illius. nec etiam est locatio personæ, quia illa esset ex parte recipientis ea, sed hoc non, quia locans operas etiam transfert eas in proprietatem conductoris cum sui abdicatione, hoc autem nō fit hic, immo in exemplo prædicto nullas operas transfert in tradentem, sed retransfert consimiles centū oues in tradentem sibi primò duas centum oues. & si recipiens animalia transferret aliquas operas in tradentem ea, vt in exemplis secundæ partis conclusionis patebit, tunc non transferret in eum abdicando eas à se, sed solum communicando eas ei, nec etiam est conductio operarum, quia illa esset ex parte tradentis animalia, & hoc non, quia tradens animalia, aut nullas operas recipit à recipiente animalia, vt in exemplo prædicto, aut si quas recipit, vt in exemplis secundæ partis conclusionis patebit, tamen nō recipit eas nisi per communicationem, & non per præcisam applicationem sibi factam, Quod etiam non sit mutuatio probatur, quia mutuator non retinet dominium, retinuatæ, tradens autem animalia retinet dominium eorum. igitur. Nec est permutatio, quia in permutatione res, quæ permutatur, efficitur de iure alterius cum abdicatione ipsius, quod permutans prahabuit in illa re, hoc autem hic non fit. igitur. Et quòd sit societas probatur, quia societas non est nisi contractus, in quo aliquis res suas communicat alteri, faciendo eum compartipem dominij, vel vsufructus earundem pro aliquo alio temporali sibi simili modo communicando. Et dixi notanter circa principium huius conclusionis, quòd tradens animalia facit recipientem condominum, vel saltem consufructuarium, quia de hoc, scilicet an tradens rem in societatem faciat recipientem eam secum esse dominum illius rei, vel solum faciat eum esse vsufructuarium secum, dicetur postea in quæst. 92. & 93. Secunda pars conclusionis probatur, quia aliquando tradens ea tradit ea taliter, quòd recipiens debet econtra sibi simili modo recommunicare alia animalia, & quòd neuter ponit operas circa ea, vtputa conducit eorum tertium ad operas circa ea impendendas. Secundò contingit taliter tradi, quòd recipiens nō debet econtra sibi recommunicare alia animalia, sed solum impendere operas circa illa animalia, communicando sibi huiusmodi operas, ita quòd vtilitas prouenies de illis operis sit communis vtrique, vt trado tibi centum oues in societatem, & tu debes eas pascere & custodire, & fructus prouenientes ex eis, & etiam ex tuis operis circa eas impensis debent inter nos dividi secundum conuentionem nostram. Tertiò contingit, quod vterque communicat tam animalia sua, quàm operas suas circa illa. Et si primo modo sit, hoc est dupliciter, quia aliquando recipiens ea debet tradenti ea recommunicare tot animalia, quot posuit alius ad societatem. Aliquando non tot, sed medietatem, vel tertiam partem, & tunc licet inæqualem numerum animalium ponant ad societatem: tamen secundum illam inæqualitatem, etiam inæqualiter communicant in fructu, & prouentu illorū animalium. Secundus modus etiam potest subdividi: quia vel operæ alterius æquivalent ei, quod ille de animalibus posuit, aut non æquivalent, & hoc, quia vel sunt maioris valoris, aut minoris valoris. Tertius etiam modus potest subdividi, & hoc dupliciter, quia

quia complectitur primum & secundum modum: ideo secundum illorum diuisionem potest dupliciter diuidi, & patet inuenti. Et nota, q̃ qui alter sociorum dicitur operas ponere tãquam in societatem: debet hoc sic intelligi, quòd sicut vnus communicat alteri animalia, vt participet commoditates eorum, sic ecõtra, alter communicat illi personam suam industriosam, vel operatiuam, quatenus participet operas suas commodolas: sicut enim animalia fructificant, & eorum fructus sunt lac, & fœtus &c. sic persona hominis operatiua, & industriosa fructificat faciendo operas circa animalia, ex quibus vnà cũ animalibus generatur vtilitas humana. Et ideo sicut dictum est in quæst. 87. quòd improprie dicitur quis locare operas, sed proprie deberet dici locare personam suam ad operas: quamuis primum fiat causa brcuitatis: sic improprie dicitur quis operas tanquã sociale capitale ponere in societatem, sed potius deberet dici personam suam in quantum operatiua est, ponere ad societatem, seu suam personam alteri socialiter communicare quò ad operas, & eodem modo etiam intelligendum est, quando talibus locutionibus vtitur in societatibus pecuniæ, dicendo, quòd alter sociorum pro sua capitali ponit operas: & illo modo sunt accipiendi modi loquendi, quibus vtemur in quæst. 92. & 93. Quomodo autem sit saltabile, quòd persona dicatur capitale in societate, & tamen non sit diuidenda in fine illius societatis in qua in fine capitalis pecunia diuiditur: patebit quæstione 93.

Septima conclusio, quacunque prædictarum specierum fiat prædictus contractus, contingit eum fieri dupliciter, scilicet in sua naturali puritate, ideſt sine pactis existentibus contra naturalia illius contractus. Aliquando verò sic impurè, idest cum talibus pactis: puta si est locationis, vel conductionis rei, vel personæ: tunc aliquando sit sine pactis existentibus contra naturalia locationis, & conductionis, & aliquando cum talibus, & quæ sint illa naturalia, patuit quæstione præcedenti. Similiter si sit in specie mutuationis, sit aliquando in sua naturali puritate, puta gratis, & sine spe lucri, & citra hoc, quòd periculum sit apud mutuatorem, & sic de alijs. Aliquando verò sit impurè, puta cum talibus pactis, vt si sperneri ex parte mutuantis, aut sit obligando mutuatorem ad periculum rei mutuatæ, & sic de alijs. Similiter si sit in specie permutationis: tunc aliquando sic pure, aliquando impurè. Exemplum secundi, si permutata res est in periculo dantis eam, & non recipientis: hoc enim est contra naturalia permutationis. Si etiam fiat in specie societatis: sit aliquando pure, aliquando impure: puta si alter sociorum vult esse particeps lucri prouenientis de re sociali, & non vult esse particeps damni: hoc enim est contra naturalia societatis, de natura enim societatis est, vt lucra & damna communicentur, & de hoc latius infra patebit.

Octaua conclusio, prædictus contractus factus impurè in aliqua prædictarum specierum, non mutatur propter hoc in specie essentiali contractus: licet aliquando in specie moris, ita quòd deperuatur, qui alias licitus maneret. Primum patet dupliciter. primò, quia licet frigiditas, sit vnum ex naturalibus aquæ: tamen si aqua fiat absque frigiditate, immo afficiatur caliditate, non propter hoc mutatur in specie essentiali aquæ, ergo etiam quamuis aliquid sit naturale locationi, vel conductioni, vel mutuo, vel permutationi, vel societati: tamen si illud non sit insitum immo oppositum ratione pacti adiecti, adhuc manebit contractus illius speciei, cuius esset, si illud naturale sibi inesset. Secunda pars probatur exemplariter, quia naturale mutuationi est, quòd fiat gratis, & tamen si fiat pro lucro manebit in essentia mutuationis, licet depraueturs, & sic fiat male mutuatio, quæ tamen esset bona, si esset gratis facta. Sic locatio, conductio, & societas animalium depranatur aliquando per pacta adiecta existentia contra naturam illorum contractuum. puta quia alter contrahentium iniquè grauatur per talia. Attamen non oportet, quòd semper depranetur per talia pacta, quia fiat, quòd licet per talia pacta alter grauetur in illo: tamen releuetur in alio, vt non sit iniquitas ibi.

QVÆSTIO LXXXIX.

Vtrum contractus, secundum quem in specie locationis, & conductionis traditur, & recipiuntur animalia, sit licitus? Solutio q. fiat in vna suppositione, & quatuor conclusionibus, ac duobus corollarijs, in quorum secundo ponentur duodecim casus. Suppositio est. Sicut cõtingit, quod homo in prædijs suis retenta proprietate eorum concedit pro mercede alteri vsufructum, seu ius vtendi, & fruendi illis, seu percipiendi cõmoditates, & fructus eorum, salua eorundem substantia, & sic locare dicitur ea alteri, sic illud est possibile fieri in animalibus, quia etiam de illis salua eorum substantia natæ sunt prouenire plurimæ commoditates, & fructus vtiles hominæ necessitati, quos quis pro mercede concedit alteri retenta sibi animalium proprietate, quamuis ille commoditates, & fructus in diuersis animalibus diuersificentur. Nam duplicia sunt animalia, quædam minuta, vt oues, capræ, quædã grossa, seu maiora, vt equi, asini, boues vtriusque sexus castrati, & non castrati: immo & canes & aues rapaces, & alilia. Oues itaque important lac, lanam & agnos: immo earundem simus fructus dici potest, est enim res valde commodosa pro agris impinguandis. Capræ important lac, & hedes. Equi vtiles sunt ad equitationem, & vecturam, ac culturam. Similiter ad eadem vtiles sunt asini, cameli, & boues castrati. Vaccæ important lac, & vitulos. Canes valent ad venationes, & custodiam pecorum, & domorum. Aues rapaces, & quædam aliæ valent ad aucupium. Alilia ad ouorum procreationem. Item animalia masculini generis ad impregnationem animalium fœminini generis, quemadmodum frequenter aliqui tenent tauros, & capros, atque verres, quibus cæteri homines vtuntur pro impregnatione vaccarum, caprarum, & porcarum, & nonnulli equos suos cæteris concedunt pro mercede ad impregnationẽ equarum. Sensus igitur quæstionis est, vtrum contractus ille sit licitus, secundum quem aliquis concedit alteri pro mercede vsufructum animalium suorũ retenta

ta sibi proprietate eorundem, & similiter ille, secundum quem alius recipit pro mercede illa animalia ad percipiendum de eis vsufructum eorum.

Prima conclusio. contractus, de quo in titulo, est licitus ex genere, probatur dupliciter. Primò, quia ostensum est in q. 87. quòd contractus locationis, & conductionis rei est licitus ex genere, ergo si per aliquem contractum traduntur, & recipiuntur animalia in specie locationis, & conductionis, erit ille ex genere licitus. consequentia tenet, quia etiam illa est locationis, & conductionis rei. Secundò, quia de oppositum: tunc nulla circunstantia accedente posset licitè fieri, quia contractus ex genere damnatus nunquam potest licitè fieri. consequens est falsum: nam licitè quis equum suum locat alteri pro certa merce de, sicut & domum & prædia sua, & alius licitè illa recipit.

Secunda conclusio. contractus, de quo in titulo, potest talibus circunstantijs vestiri, quòd erit etiam simpliciter licitus, & perfectè bonus probatur, quia fieri potest taliter, quòd ibi sint omnes congruæ circunstantiæ, scilicet, congruum quis, quid, cur, vbi, quando & quomodo: vt puta quia ille, qui locat animalia, non est prohibitus locare ea, puta quia pleno iure sunt sua, nec alius est prohibitus ea ad vsufructum recipere. Secundò etiam animalia non sunt incongrua locari, vel cõduci: puta quia sunt animalia non vitiosa, vel defectuosa, vel inepta ad eũ vsum, ad quem locat ea: immo integra, & apta, vel si sunt vitiosa tamen conducens ea scit defectum, & nihilominus sciens, & volens recipit ea. Tertiò etiam ille, cui locat, est non prohibitus recipere, seu conducere ea & vti eis. Quartò etiam contingit, quòd ille ea locet ad licitum vsum, & alius ad consimilem vsum ea recipiat, & ob finem hõnestum. Quintò & sextò contingit eum fieri tempore & loco non interdictis. Septimò etiam debito modo: puta pro mercede cõmensurata valori vsus, vel vsufructus animalium, & sine pactis talibus, quæ tendant in aliquam aggrauationem ipsius conducentis, vel locantis ea, vel si aliqua talia onerosa alteri adijciuntur, ipse adijciens proportionabiliter relenat ex alia parte ipsum sic oneratum.

Tertia conclusio. contractus, de quo in titulo, contingit septempliciter depranari, probatur, quia ex defectu cuiuslibet circunstantiæ requisitæ depranatur, septem autem sunt circunstantiæ ad eius bonitatem requisitæ, quarum quamlibet contingit deficere, vt patet inductiuè. Si enim locans animalia non habet ius ea locandi. puta, quia tenet ea furtiuè, vel vt prædo committit nouum furtum ea locãdo, quia contrectat rem alienam inuito domino, vel si etiam sint sua tamen aliqua ratione prohibitus est per superiorem, ne ea locet. Secundò contingere potest, q̃ animalia illa non sunt congrua locari: vt si sunt defectuosa taliter, quòd sunt inepta ad illum vsum, ad quem locantur, & recipiens si sciret, nullatenus ea recipiet pro tali mercede, siue pro minori. Item si est sterile animal, puta locatur vacca, ac si sit nata dare lac, vel vitulum producere in anno, & tamen est sterilis vacca, & sic de alijs. Similiter locat equum, ac si sit aptus ad vecturam, & tamen nihil valet ad currum, vel bigam. Item animalia si sint apta, tamen periculosa sunt, vt puta equus mordens, & immobilis, vel feriens. Aliud exemplum, si quis locat alteri animalia ficta, puta venit B. pauper petens mutuum ab A. dimite. Respondet dives, nõ mutuabo: verum aliquam vaccam emam à te, & sic habebis pecuniam, & illam vaccam tibi mox locabo, ita quòd dimittã eam apud te tanquam meam, & tibi per me locatam pro certa annua mercede, cum tamen dines sciat ipsum paupertem non habere vaccam, ita ergo A. accipit annuam pensionem de vacca, quam ipsi B. simulatè locauit, illa inquam locatio est vera mutuatio vsuraria. Ratio est, quia cum A. sciat ipsum B. non habere vaccam: tunc non potest vaccam ab eo emere, & per consequens, neque conferi ipsi B. locatis aliquam vaccam, ratione cuius recipiat annuam pensionem, cum igitur nihil dederit A. ipsi B. nisi pecuniam, sequitur, quòd A. censetur de pecunia tradita ipsi B. recipere annuam pensionem, & cum nihilominus velit ipsam vaccam saluam esse, & sibi restitui, cum reperierit, & nullam vaccam ei concesserit, sed tantum pecuniam, sequitur, quòd vult ipsam pecuniam ei traditam sibi restitui, cum repetierit. igitur illa pecunia est mutuata, igitur de pecunia mutuata recipit pẽsionem annuam, igitur est vsuratius. Eodem modo posset exemplificari de alijs animalibus, quæ quis fictè emit, & fictè locat ea. Similiter in illis, qui fictè emunt prædia aliorum, quæ non habent, & ea dicunt se eisdem locare pro annua pensione. ideo enim talem contractum amplectuntur obliti natiſſimi illi simul, & verisimiles vsurarij, quia cum non audeant publicè, & expresè pecuniam mutuare, volendo inde habere luerum annuũ, conuertunt se ad cõtractum, de quo possint habere pensionem, sed contractus ille tantum est simulatus. Dictum est notanter, ficta animalia, & hoc scienter. Nã si A. crederet in veritate ipsum B. habere vaccam: vtputa pridie vidisset eum habere vaccam, licet nunc non haberet, & ita illam putatam vaccam bona fide emeret à B. & emptione facta B. rogaret ipsum A. vt ipsam sibi dimitteret per viam locationis, & A. bona fide sic ei eam dimitteret, & reciperet annuam pensionem, non esset ipse A. vsuratius, nec peccaret durante illa bona fide: sed mox cum comperiret, deberet cessare à perceptione pensionis, & se non recognoscere, nisi vt mutuatorem pecuniæ traditæ ipsi B. Et cum dicitur, quod durante prædicta bona fide nõ peccaret A. addunt quidam dicentes, verum hoc esse, si capitale fiat ad periculum eius, quia tũc vera locatio est. Hæc inquam additio non valet, quia in veritate nullum est ibi capitale, nisi pecunia tradita ipsi B. & illam nõ oportet stare ad periculum ipsius A. quia est in veritate mutuata. igitur stabit periculo ipsius B. qui recepit eam. Et si dicas, illa additio loquitur de capitali putatiuo, scilicet de vacca. Contra, quia tunc illa additio malè dicit, quod ibi sit vera locatio, quia nõ est vera locatio, nisi vbi subest vera res locata. hic autem non est talis res, igitur. Et quamuis verum sit, q̃ saltem putatiuum capitale debeat stare ad periculũ ipsius A. tamen hoc non est verum simpliciter, ita q̃ non contingat etiam licitam esse locationem, vbi res locata stat in periculo ipsius conductoris, quia onus

illius

illius periculi poteſt eſſe ipſi conductori alia via refu
ſum, vt dictum eſt ſupra: & etiam in ſequentibus pa-
tebit. Tertiò contingit, quòd ille, cui locat, prohibi-
tus eſt conducere, vt ſi quis conduceret equum, & ta
men voto, vel profeſſione prohibitus eſſet equitare.
Quartò contingit, quòd locans locat, vel conducens
conducit ad vſum illicitum, vel ob finem inhoneſtũ,
vt qui locat, vel conducit equum ad vrendum eo in
bello iniuſto. Quintò & ſextò contingit, quòd loca-
rio & conductio ſit in tempore & loco, in quibus pro-
hibitum eſt animalia conduci, vel locare, vel ſi quis
locat & conducit ea ad vrendum eis pro tempore, in
quo eſt prohibitum eis vti, vt qui locat ea, vt quis vta
tur eis in cultura agrorum die feſto, vel huiuſmodi.
Septimò contingit, q̃ non ſeruatur debitus modus
in locando, & conducendo, & hoc contingere potest
ex parte locantis tripliciter. Primò, ſi animal locatũ
habet malitiam, vel defectum, ex quo imminere po-
teſt conducenti notabile periculum, & non præuiſa-
tum eum: tunc enim exponit proximum notabili dam
no, & contra charitatem proxim egit, & peccat mor
taliter, & ſi quod damnum ei ex hoc euenit, tenetur
locator ei de eo ſatisfacere. Secundò ſi locator exigit
mercedem nimis magnam. Tertiò ſi apponit pacta,
quæ ſunt contra naturalia locationis, vel ſaltem præ
ter eius naturam, & per illa grauat conductorem ſi-
ne hoc, quòd eum in alio proportionabiliter releuet.
Et illi duo vltimi modi etiam habent ſuo modo lo-
cum contra in conductore.

Quarta concluſio, ad cognoſcendum in foro con-
ſcientiæ, an in predicto contractu, de quo in titulo,
ſeruetur circunſtantia: quomodo tam ex parte mer-
cedis, quàm exigit locans, & quam dare vult conduc-
tor, quàm ex parte pactorum appoſitorum: poterũt
multum prodeſſe quinque regulæ ſequentes. Prima,
quòd videatur, an ſit æqua conditio vtriuſque: ſic q̃
non appareat veriſimiliter, quòd vnus eorum ſit no-
tabiliter plus in parte lucri, quàm alius. Nam ſi ſic:
non eſt ibi iniquitas, & ſic ſeruabitur debitus mo-
dus. Secunda regula, videndum eſt etiam, ſi talẽ con-
tractum cum talibus circunſtantijs ineunt, non ſo-
lum pauperes præſſi neceſſitatibus & indigentijs, ſed
etiam non pauperes, qui non ſunt præſſi: immo aliàs
commodè poſſunt tranſire. Nam ſi paſſim tam pau-
peres, quàm non pauperes talem ineunt ſignum eſt,
quòd conditio eſt æqua inter eos. Alioquin ille, cui
eſſet contractus non æquus, ſed oneroſus non ſubi-
ret eum, ex quo non eſſet præſſus neceſſitatibus, quo
minus poſſet commodè ſine eo tranſire. Si autẽ com
peritur, quòd nulli bene habentes, vel non præſſi in-
eant eum ſic qualificatum, ſed ſoli inopes, & valde
præſſi neceſſitatibus, ſignum eſt, vel ſaltem aliquale
indicium, q̃ non eſt æquus contractus, ſed quòd no-
tabiliter melior eſt conditio vnius quàm alterius, ſci-
licet illius, de cuius parte non reperiuntur, qui bene
habendo ineant contractum. Tertia regula, viden-
dum eſt etiam, ſi merces, quæ exigitur, eſt conſueta in
tali patria. Nam etiam quando cognoſcere volumus
in contractu venditionis, ſi pretium ſit æquum, re-
currimus ad conſuetudinem, vt patuit in q. 56. & ra-
tio eſt regulæ, quia ſi eſt conſuetum; tunc paſſim om
nes dant & recipiunt talem mercedem, & ſic tam
præſſi, quàm non præſſi dant & recipiunt eam. & ſic
in venditione recurritur ad conſuetudinem. igitur
eadem ratione in locatione, tenet conſequentia, quia
locatio æquiualenter non eſt niſi vendito vſus, vel
fructuum rei locatæ. Quarta regula eſt, quòd videa-
tur, an de animalibus ipſis locatis poſſit conductor
tor, & tantas commoditates, & fructus tanti valoris
percipere, quòd ſibi ſufficienter refundantur omnia
quatuor ſequentia, ſcilicet expenſæ, quas habet face-
re in paſcendo illa. Secundò cura & labor, quibus
habet eis prouidere, ne damnificentur à beſtijs, vel
huiuſmodi. puta quia habet diſponere paſtorem, qui
eas in campo cuſtodiat, & reducat. Tertiò onerioſitas
periculorum illorum, quę ipſe habet ſubire ex natu-
ra contractus, vel ex pactis appoſitis cõtra naturam
contractus. Nam periculum ſubire rei alienæ eſt res
æſtimabilis precio, fingitur locans velle cõductorem
ſubire aliqua pericula, debebit ſibi illud onus refun-
dere alia via, eo remiſſiorem mercedem exigendo.
Quartò merces: ſi enim conductor debet locatori da
re mercedem pro vſufructu, dignũ eſt, quòd ille vſu-
fructus ſit tantus, quòd inde valeat conquirere, quo
ſoluat mercedem locatori. Ratio huius regulæ eſt:
quia ſi ſic: tunc æqua eſt conditio vtriuſque, quia lo-
cans transfert vſufructum ſui animalis in conduc-
rem pro mercede, quæ ſingulis computatis eſt tanti
valoris, quanti eſt vſufructus. igitur ibi eſt æquitas.
Si autem non, tunc æquiualenter eſt iniqua vendi-
tio, quia locans æquiualenter vendit vſufructum eo-
rum pro nimis magno precio computatis ſingulis
oneribus conductoris. Quinta regula eſt, quòd poſt-
quam confeſſor vidit, quid ſit conſuetum dari paſ-
ſim à præſſis & non præſſis conductoribus pro mer-
cede ipſi locatori, quando locatio fuit facta ſine vl-
lis pactis exiſtentibus contra vel præter naturam lo-
cationis, & conductionis, videat conſequenter, ſi lo-
cator ſimilem mercedem exigendo à ſuo conducto-
re appoſuerit pactum exiſtens præter, vel contra na-
turalia locationis, & conductionis, quod ſit onero-
ſum ipſi conductori, & ſi ſic: tunc erit iniquus, quia
aliàs ſine illo pacto fuit æquus. igitur adhęſio pacto
oneroſo erit iniquus. Eodem modo dicendũ, ſi eon
tra conductor talẽ pactum adieciſſet oneroſum lo-
catori &c. Et intelligitur hæc regula, niſi illud onus
aliunde refundatur: ſicut ſupponitur in regula, eo
quòd ſupponitur, quòd aliàs conſueta, & equa mer-
ces datur. Ex illis regulis, & concluſionibus ſequun-
tur duo corollaria.

Corollarium primum, quòd in foro conſcientiæ,
propoſito aliquo contractu locationis, & conductio-
nis animalium, non eſt ille mox condemnandus, vt
illicitus propter hoc ſolum, quòd locator eorum ap
poſuit aliqua pacta exiſtentia præter, vel etiam con-
tra naturalia locationis, & conductionis. vputa lo-
cator impoſuit conductori ex pacto aliqua onera, ad
quæ aliàs ex natura contractus non teneretur, vel
etiam quę ſunt naturalia locationis, vel econtra, con
ductor impoſuit locatori talia onera. Ratio, quia ſi
ob id eſſet condemnandus, vel hoc eſſet, quia per ta-
lia pacta deſineret eſſe locatio, vel conductio, vel ſi
non deſineret eſſe talis: at amen per ea redderetur
iniquus, non ratione primi, quod dupliciter patet,

quia

quia contractus non tranſit in aliam ſpeciem pro-
pter appoſitionem pactiexiſtentis præter naturam,
vel etiam contra naturalia contractus: quamuis ſe-
cus ſit, quando pactum eſt contra ſubſtantiã, vel ſub-
ſtantialia contractus. Sicut nec aqua tranſit in ſpeciẽ
alterius elementi propter hoc, quòd apponitur ſibi
aliqua qualitas exiſtens præter eius naturam, vel etiã
qualitas exiſtens contra naturam eius, vel contra na
turalia, vt caliditas. Secundò ſic, quia etiam ſi talia
pacta facerent eum tranſire in aliam ſpeciem, nõ ob
hoc poſſet mox inferri, ergo eſſet illicitus, quia ſta-
rer, quòd ille alius, in cuius ſpeciem tranſiret, eſſet
etiam licitus contractus tam ex genere, quàm ex cir-
cunſtantijs. Exemplum, ſi dicam ſic: dono tibi hanc
rem ita tamen, quòd des mihi pro ea decem floren.
& res valet decem florenos: pactum appoſitum eſt
contra naturam: immo contra ſubſtantiam donatio-
nis, quia de ſubſtantia eius eſt, quòd fiat gratis, & ſine
precio, & tranſit in venditionem: & tamen venditio
talis eſt iuſta, & licita. igitur. Non etiam ratione ſe-
cundi, quia quamuis talia pacta ſint alteri cõtraheñ-
tium onerioſa: tamen ſtat, quòd onerans refundat il-
lam onerioſitatem ei ex alia parte. vputa quia eo vi-
liorem mercedem ab eo recipit, vt conductor illud
onus ſubeat, vel econtra, ſi conductor onerat per ta-
lia pacta ipſum locatorem, ipſe ei illud onus refun-
dit. pro quanto eo pinguiorem mercedem ei aſſignat
pro locatione. Et ita conſequenter debet aliquis vi-
dere ſi ne alia via illa onerioſitas refundatur, & ſi ſic:
tunc non poteſt condemnare eum præcisè ex illa ap-
poſitione pactorum. Si autem non apparet refutio
talis: tunc debet condemnari. Huius ſimile poteſt pa
tere in venditione. Nam naturale eſt in venditione,
quòd periculum rei venditę ſpectat ad emptorem,
quando emptio eſt peracta, & tamen ſi emptor ex pa
cto imponit illud periculum venditori in ipſo con-
tractu, non ob id deſinit eſſe contractus emptionis,
ſed manet emptio, nec ob id redditur illicita, ſi emp
tor ipſi venditori ſatisfaciat de illo onere. Et hoc
corollarium eſt contra nonnullos miniſtros, qui non-
nunquam prorumpunt in condemnationem alicu-
ius contractus, ex hoc quòd conſiderant, quòd alter
contrahentium. puta locator apposuit pactum one-
roſum conductori, & contra naturalia locationis,
quaſi illud ſufficiat, & non etiam oporteat reſpicere
ſi ne illa oneroſitas alia via refundatur. Vnde loquẽ-
do de animalium locatione dicunt nonnulli, quòd
licitum eſt apponere pactum de damno, vel lucro
rei locatæ, quod vtrunque ſit commune, & tamen
mox ſubdunt, quòd non licet ponere pactum, quòd
damnum ſit ſolum conductoris, niſi damnum, quòd
eſſet ex culpa ſua etiam leui, non autem leuiſſima,
cum contractus concernat vtilitatem vtriuſque. Sed
contra, quia ex ipſa natura locationis eſt, quòd caſus
culpæ leuis & latæ ſpectet ad conductorem. non igi-
tur eſt opus ſuper hoc pacisci. Secundò, quia non ob
hoc redditur locatio illicita, quia damnũ leuiſſimæ
culpæ imponitur cõductori, qã illud onus poteſt alia
via refundi conductori. Item quia illimet concedit,
quòd damnum rei locatæ, & etiam periculum eiuſ-
dem poteſt ex pacto imponi conductori etiam licì
te: puta ſi illud onus ei alia via refunditur. igitur eius
casus leuiſſimæ culpæ poteſt ei imponi ex pacto, ſi ei
refunditur alia via, quamuis ſi non refundatur, ſit il-
licitus. Sæpe etiam volendo aliquem contractum
iuſtificare addunt, dummodo periculum rei locatæ
ſit apud locatorem &c. quaſi illud naturale locatio-
ni ſit de ratione licitæ locationis, & quòd ſi ipſum
non adeſſet, ipſa locatio eſſet illicita, quod tamen er-
ſi ſit verum de totali periculo: tamen eſt falſum pro
parte, quia poſſet locator ita vilem mercedem reci-
pere à conductore, quòd onerioſitas medietatis illius
periculi ſuſcipiendi eſſet ſufficienter refuſa cõducto-
ri etiam de eius libero conſenſu. Quamuis ſi locator
ponendo periculum rei ſuper conductorem: etiam
ſolum pro medietate, & nihilominus exigendo mer-
cedem conſuetam dari in locatione dimiſſa in ſua
naturalitate, in qua periculum ſpectat ad locatorẽ:
peccet grauiter, & iniquè agat contra conductorem.
An autem quãdo totum periculum ei imponit, etiã
proportionabiliter remittendo ei partem mercedis
ſecundum exigentiam illius oneris ſit locatio illa il-
licita vt vſurata: patebit in q. 91.

Secundum corollarium, multi contractus locẽ-
tionis & conductionis animalium iuſtificantur, &
multi etiam condemnantur, qui tamen non iuſtifi-
cantur & condemnantur, niſi ex tacita ſuppoſitione
cuiuſdam conditionis, quæ ſi eſſet, vel nõ eſſet me
iuis nouit vir ruſticus ruſticæ rei gnarus, & expertus,
quàm doctor ſcholaſticus ruſticarum rerum inexper
tus: quamuis nonnunquam ita aperta inæqualitas
eſt inter locantem & conducentem animalia, quòd
etiam in rebus ruſticis inexpertus poteſt perpendẽ-
re, quòd eſt iniquus contractus. Prima pars corolla-
rij probatur enumerando duodecim caſus locationis
animalium, quorum aliqui iuſtificãtur, & aliqui con
demnantur.

Primus caſus. A. tradi ſit viginti oues ipſi B. vique
ad duos annos tali conditione, quod dictus B. tenea-
tur eas & earum fœtus & fructus cum diligentia pa-
cere & ſeruare expenſis ſuis, fœtum vero & fru-
ctum earum medietatem ipſi A. fideliter aſſignare,
& in fine annorum ipſas eaſdem oues, vel alias conſi
miles ipſi A. reaſſignare. Si tamen ipſæ oues, vel ali-
quæ illarum, aut ipſarum fructus, vel fœtus per cul-
pam, aut dolum ipſius B. vel eius miniſtri perirent,
vel deualtatæ fuerint, quòd illud ad damnum ipſius
B. ſpecter. Si verò diuino iudicio, vel caſu fortuito
hoc euenerit, illud ad ipſum A. pertinere debebit,
dummodo ipſe B. prædicto A. de huiuſmodi faciat
plenam fidem. Talis itaque contractus iuſtificatur,
vt licitus, quia ſatis videtur æqua & bona conditio
vtriuſque. Circa quem caſum pono tria dicta. Pri-
mum, quamuis ille contractus videatur eſſe locatio:
tamen non eſt locatio ſtricte, immo nec eſt locatio
largè, ſed ſolum impropriſſimè capiendo locationẽ.
Prima pars probatur ex multis indicijs eius. Primò,
quia A. videtur retenta proprietate ouium fœtura
transferre vſufructum ouium in B. pro mercede ſci-
licet, quòd B. det ei medietatem fructuum earundẽ.
Secundò etiam pacta adiecta illudunt naturalitati
locationis pro quãto A. vult ſibi reſtitui oues, quia
res locata manet in dominio locatoris. Tertiò, quia
vult damnum prouenire circa eam locatam, vel fru-

ctus

ctus earum ex dolo, vel culpa B. pertinere ad ipsum B. & hoc est naturale locationi & conductioni, & hoc si intelligatur de culpa leni & maiori: non autē si de leuissima. immo tunc illud pactum esset contra naturalia locationis. Quartò, quia etiam A. vult, periculum fortuiti casus, & diuini iudicij circa onus, & fructus earum ad se pertinere, & hoc est etiam naturale locatori. Quintò, quia etiam A. vult, quòd B. debeat facere fidem de illo casu fortuito, & hoc est nō innaturale illi contractui. Secunda pars probatur: quia merces non consistit in pecunia, sed in specie. igitur. Tertia pars probatur, quia merces non consistit in quantitate determinata, quia quamuis medietas fœtuum, & fructuum sit merces danda ipsi A. tamen illa medietas non est certæ quantitatis, quia si multi fœtus & fructus inde proueniunt ac commoditates: tunc medietas erit eo maior, si pauci: tūc erit eo minor. vnde potius est contractus partiarius, & accedit ad societatem. Secundum dictum, quòd siue sit talis, siue talis locatio: tamen si sit æqua conditio vtriusque in prædicto contractu, contractus non est iniquus, & per consequens non illicitus ex circūstantia quomodò, sed si sit æqua vel non: hoc nō nouit aliquis, nisi sciat, quòd medietas fructuum, quæ debet nomine mercedis cedere ipsi A. sit non nimis magna, ita quòd si B. debeat eam dare ipsi A. quòd ipsi B. non satisfiat pro expensis, curis, & operis, ac oneribus, quas & quæ habet portare circa illo contractu: tunc enim esset contractus locatori illicitus. Et etiā oportet, quòd illa medietas non sit nimis parua, ita quòd ipsi B. recipienti aliam medietatem fructuum non solum satisfiat de omnibus expensis curis, operis, & oneribus prædictis, immo per illam medietatē adhuc longè vltra illa omnia maneat sibi magna & notabilis commoditas, qua etiam si careret, non posset conqueri, quin omnia sibi sufficienter essent refusata: tunc enim esset illicitus contractus conductori. Tertium dictum, quòd etiam si pactum adiectum de culpa intelligatur etiam de leuissima culpa, & sic sit contra naturalia locationis: staret, quòd illa medietas, quæ nomine mercedis debet assignari ipsi A. sit ita renuis ad valorem vsufructus earum, quòd B. nō possit conqueri, quòd sit nimis oneratus in hoc, & debeat esse obligatus etiam de leuissima culpa, vtpote quòd ratione illius oneris esset releuatus à dando maiorem pensionem, quām alias deberet dare.

Secundus casus. A. locat ipsi B. duos bones vtēs quolibet mense habere duas minas frumenti, & A. contineat sibi periculum illorum boum, ille inquam contractus dicitur esse locationis, & etiam iustificatur, Sed contra illam rationem arguitur, quòd non sit certa nec magistralis. Primò, quia non efficitur, si sit contractus iustus, vel non, nisi supposito, q̄ prædicta merces sit condigna, & adequata ipsi valori vsus boum: sic scilicet, q̄ vltra expensas & operas, quas habebit B. necessariò facere cum bobus, ipse B. hactis sit percipere tantum vtilitatis de bobus, quanta est illa merces danda ipsi A. nam si nihil vtilitatis esset natum prouenire de bobus: tunc nil dare deberet, quia merces datur respectiuè ad vsum rei locatæ, & vt pretium eiusdem vsus. ideo si nulla vtilitas est nata prouenire de re, iniustè recipitur illa merces. Et si nata est prouenire aliquanta, sed non tanta: tunc non potest locator exigere tantam mercedem. Aliter enim vellet metere, vbi non seminasset. Vnde doctorem scholasticum, vel virum ecclesiasticum, vt confessorem, prædictum contractum sic absoluto sermone iustificare, & alios sibi similes, est simile ac si quis diceret, contractus ille est licitus, quo A. vendit ipsi B. equum pro decem florenis, & periculi equi est apud B. cum hoc non nouit confessor, nisi sciat, q̄ decem floreni sint equiparati valori vsuali equi, ita in proposito, nisi sciat, q̄ duæ minæ frumenti sint merces commensurata vini duorum boum per medium: non poterit diffinire, q̄ sit æquus contractus: hoc autem poterit melius scire rusticus, & ab illo habet addiscere. Vnde debebit confitentem inquirere, si illa merces sit æqua, & si dicat, q̄ sic, tūc poterit ei credere, nisi notoriè constaret, vel probabiliter, q̄ non esset æqua, sed nimis magna: nām confitenti creditur pro se, & contra se: quia si mentitur, neminem nisi se decipit. Vnde & sic oportet agere in contractu venditionis equi, & huiusmodi. Secundò arguitur, quia minæ sunt in vna patria maiores, quàm in alia, & sic non potest indifinitè diffinire prædictus contractus factus esse pro æqua mercede. Vnde mina secundum Bedam in Homilia centum dragmis appenditur, & est secundum eum idem quod mna, de qua Luc. 19. mna autem secundum Ianuensem appendit duas libras, & semis, modo libræ non sunt æquales in omni patria. Tertiò, quia boues sunt inæqualis vsus, aliqui enim longè melioris sunt vsus, alij longè vilioris vsus, staret igitur, q̄ duæ minæ essent sufficiens merces, & æqua pro vsu duorum boum, & essent nimis magna merces respectu aliorum duorum, ideo non apparet prædicta responsio, & iustificatio magistralis, sed deber aliter responderi: puta sicut dictum est.

Tertius casus. A locat ipsi B. boues ad laborandū, & hoc ad quartam partem lucri & damni: ille in quā contractus censetur locationis, & iustificatur: dummodo locans boues laboranti promittat competenter se satisfacturum pro labore, quē sustinet, siue fiat satisfactio de expensis factis ex parte dantis, siue de sorte boum, si ibi non fuerit lucrum, aliàs cōtractus est illicitus. Sed contra illam iustificationem arguitur quedrupliciter. Et primò, vt intelligatur qua suppositione sit licitus, & qua non. Arguitur sic. Nam si est contractus locationis & conductionis, ut supponitur: tunc ipsi A. debetur merces ab ipso B. quia A. locat, & B. conducit, ut ergo sit licitus, opus est, q̄ merces sit proportionata alsi rei locatæ. modo nulla ibi apparet merces, quæ debeat cedere ipsi A. nisi quarta pars lucri, quod B. acquiret laborando cum bobus, igitur si debet esse iustus contractus, oportet, q̄ quarta pars lucri sit adequata vsui cōcesso ipsi B. Et si sic: tunc arguitur, quòd prædictus contractus erit illicitus ipsi B. quia B. non vult ipsi A. dare quartam partem lucri, nisi cum pacto scilicet, q̄ si nihil lucretur, & ita perdat labores suos, q̄ A. debeat ei pro quarta parte illius damni, & perditarum operarum facere refusionem: Hoc autem pactum adiectā multum vilificat valorem mercedis prædictæ, scilicet quartę partis lucri, & per consequens si quarta

pars

pars lucri est absolutè loquendo æqua merces: tunc ipsa accepta cum prædicto pacto erit nimis vilis merces, igitur B. peccabit volendo eam dare ipsi A. Secundò sic improbatur prædicta responsio, quia omnino peruersum est, quòd locator det mercedē conductori; quia peruersum est, quòd ille, cui debetur merces, teneatur debitori illius mercedis dare mercedem. Tertiò sic, si A. teneretur ipsi B. ad satisfaciendum de laboribus: tunc dupliciter deberet ipsi B. satisfieri. Nam B. laborando eum bobus: habebit ab illis, quibus laborat, mercedem, & si præter hoc etiam A. deberet ei de laboribus satisfacere: tunc eidem dupliciter satisfieri deberet de laboribus. Quod si dixeris, A. non tenetur ipsi B. satisfacere de laboribus impensis aliis hominibus, sed solum de impensis ipsi A. & illo modo intelligitur casus. Contra, illo dato stante, quòd B. volendo pro mercede locationis dare ipsi A. tantum modo quartam partem lucri, & denique eam illam partem non volendo dare absolutè, sed sub obligatione ipsius A. ad releuandum ipsum B. in quarta parte damni, si eueniat: daret ipsi A. mercedem minus diminuta ita, & in tanto diminutam, q̄ propter illius diminutionis refusione meritò deberet B. laborare cum bobus ipsi A. ad certum tempus, & non teneretur sequentur vt prius; quòd si A. deberet ipsi B. satisfacere pro laboribus, vt responsio sonat, quòd ipsi B. deberet duplex refusio fieri pro laboribus, quod est iniquum. Quartò sic, quia qualitercunque siat contractus, si est locatio: oportet quòd interueniat merces danda ipsi A. & sic non potest aliquis eum iustificare nisi sciens, quòd merces debens cedere ipsi A. sit adequata valori vsuali ipsius vsus boum, & ita sciat, quòd quarta pars lucri proueniens cum expectatione solutionis quartæ partis damni (si damnum eueniat) sit adequata prædictæ concessioni boum, aliter erit illicitus contractus conductori, & si est nimis magnus, erit illicitus locatori: hoc autem vbique melius vir rusticus, quàm scholasticus. Aliter igitur videtur respondendum, & hoc per vnā distinctionem & quatuor dicta. Distinctio est talis. Prædictus contractus potest intelligi dupliciter. Vno modo, quòd sit pura locatio rei ex parte A. & pura conductio rei ex parte B. ita quòd A. vltra hoc, quòd locat boues ipsi B. non conducit ipsum B. ad operandum sibi cum bobus. Secundò potest intelligi, quòd non sit pura. immo quòd A. vltra hoc quòd locat boues ipsi B. etiam conducit ipsum B. ad laborandum sibi cum illis bobus, & ille esset secundus cōtractus, ita quòd essent ibi duo contractus &c. Primum dictum, si prædictus contractus est locatio pura primo modo prædicto: tunc si quarta pars lucri (si proueniat lucrum) debens cedere ipsi A. absolutè capta: sit merces adequata vsui concesso ipsi B. tunc contractus est illicitus ipsi B. quando adijcit pactum prædictum, scilicet, quòd si non proueniat lucrum, sed damnum ipsi B. quòd A. sustineat quartam partem damni, quia illa adiectio onerans ipsum A. vilificat nimis valorem prædictę mercedis, & facit eam nimis diminutam. igitur B. iniquè agit contra A. & hoc modo processit primum argumentum. Si autem quarta pars lucri, absolutè capta, ideò sine disiunctione ad quartam partem damni sustinendam sit nimis magna merces, & in tanto excedens, quòd ille excessus non rescinditur nisi per obligationem ipsius A. ad sustinendam quartam partem damni si eueniat: tunc non erit illicitus ipsi B. neq; ipsi A. sed æquus. Et tunc non oportet addere, quòd A. satisfaciat ipsi B. de laboribus, immo esset iniquum: vt probat tertium argumentum. Secundum dictum, si prædictus contractus est locatio non pura modo prædicto: tunc oportet distinguere primum à secundo, & in primo oportet dicere, quòd primus contractus est licitus ipsi A. si quarta pars lucri proueniens de laboribus B. accepta cum obligatione ad quartam partem damni: si damnum proueniat sit adequata valori vsus concessi. Si autem sit superexcedens: etiam non obstante illa onerosa obligatione, qua A. est obligatus ad sustinendum quartam partem damni, si proueniat damnum: tunc erit illicitus ipsi A. si autem propter illam adiectionem sit nimis diminuta illa merces: tunc contractus erit illicitus ipsi B. In secundo verò contractu ad hoc vt licitus sit, opus erit, quòd A. assignet competentem mercedem ipsi B. pro laboribus, quibus sibi laborabit. Tertium dictum, quòd in hoc secundo contractu staret casus, quo etiam ipse A. vltra prædictam conuentionem nihil dando ipsi B. pro laboribus sibi impēdendis, etiam secundus contractus esset licitus. puta, si quarta pars lucri debēs cedere ipsi A. sit propter prædictam adiectionem de quarta parte damni sustinenda adeo vilificata, quòd nisi B. aliquid rependat, puta per labores ipsi A. non conferetur B. dare condignam mercedem ipsi A. pro locatione boum: tunc enim A. conferetur ipsi B. pro laboribus dare mercedem, eo ipso quòd tantundem remittit ipsi B. in mercede locationis boum, quantum sufficit ipsi B. pro laboribus. Quartum dictum, quòd etiam in primo contractu staret, quòd B. non peccaret dando in primo cōtractu nimis paruam mercedem, puta, si quarta pars lucri cum onere de quarta parte damni sustinenda sit nimis modica merces, quia B. illam diminutionem refunderet ipsi A. per labores, q̄os vult impendere ipsi A. cum bobus.

Quartus casus, A. cuius boues æstimatos locat ipsi B. cum hac conditione, quòd B. laboret sibi cum dictis bobus in anno duodecim bubulcas terræ, & in fine anni boues vendi debeant, atque A. summa totum capitale primò rehabere, & B. habere debeat medietatem lucri dictorum boum. Ille inquam casus reputatur locatio rei, scilicet boum, & etiam iustificatur obseruatis duabus conditionibus. Prima, q̄ A. teneat periculum dictorum boum. Secunda, quòd promittat ipsi B. se satisfactum de labore, quem sustinebit in laborando terras suas; & hoc ad arbitrium boni viri, quæ satisfactio comparatur in hoc, quòd dat sibi medietatem boum, sed si nullum lucrum fieret de bobus: tunc A. tenetur recompensare pro expensis factis à B. de ipsa sorte boum. Et si vnum prædictorum defecerit, contractus erit illicitus. Sed ad istum casum videtur aliter respondendum, & sunt duo facienda. Primò videndum est, an sit contractus locationis vel non. Secundò an sit licitus. De primo articulo pono tria dicta. Primum, non apparet, quòd ibi sit locatio rei, scilicet

boum, ita quòd A. locet boues, & quòd B. conducat eos, sed potius videtur ibi econtra esse locatio personæ, ita quòd B. locat personam suam ad operas A. ad laborandum sibi cum bobus: non inquam cum bobus, quæ sunt ipsius B. etsi eo quo ad vsum, quia etiã vsus boum non est ipsius B. Probatur illud dictũ tripliciter. Primò, quia B. vsum eorum totaliter applicat A. sicut & operas suas eidem assignat eis renunciando, non igitur sunt boues cẽsendi locati B. quia tunc oporteret, quòd vsus eorum esset ipsius B. Secundò, quia si A. locaret boues B. oporteret, quòd A. expectaret mercedem à B. modo nullam mercedem expectat vt patet intuenti. Nec valet, si dicatur, q A. locat B. boues pro hoc, vt sibi colat duodecim bubcas terræ, quia dato q. cultura nata esset habere rationem mercedis: tamen ex quo merces locationis debet esse distincta ab vsu, ad quem conceditur. hic autem idem sunt cultura cum bobus fienda, & vsus, ad quem conceduntur, sequitur, quòd cultura non potest hic habere rationem mercedis. Tertiò à signo, quia ex parte illius conuincitur esse locatio, cui assignatur merces à reliquo. Modo ipsi B. assignatur merces ab A. quia B. assignatur ius percipiendi medietatem lucri bouũ, quando venduntur. igitur B. censetur locasse aliquid A. & non rem, vt patet. igitur censebitur personam suam locasse. Secundum dictum, argumenta illa concludunt propositum, quando casus sic intelligitur, q A. non concedit boues B. nisi donarat ad hoc, vt eis vtatur ad colendum sibi, scilicet ipsi A. prædictas duodecim bubulcas in anno, vt patet intuenti rationes, & ille esset verus intellectus casus. Sed quando A. concedit ei eos ad vtendum eis per totum annum ad quemcunq; vsum animalium: hoc tamen saluo q etiam ei colat prædictas bubulcas: tunc potest dici alterum illorum duorum scilicet, aut q ibi sit solummodo locatio rei, scilicet ex parte A. & conductio rei ex parte B. ita q nõ erit admixta ei locatio, & conductio personę. aut q ibi sit admixta etiam locatio, & conductio personæ. Primum probatur, quia tunc imaginandum est, q A. locet boues B. ad omnem vsum, quo potest eis vti, excepto & saluo tempore, quo A. indigebit eis ad colendam terram suam, & mercet, pro qua sibi locat eos, est: vt sic sibi illo tempore colat terram, quo ipsa indigebit cultura prædicta. Secundum probatur scilicet, q etiam possit esse contractus mixtus ex locatione rei & personæ, scilicet locationis rei ex parte ipsius A. & personæ ex parte B. Nam quod ibi possit poni locatio rei patuit iam. De locatione verò personæ patet, quia ex quo A. vult, q B. nomine mercedis sibi colat terram, & tamen nihilominus A. dat aliquid B. scilicet medietatem lucri lucrandi de bobus vltra æstimationem: tunc apparet quasi cultura per B. impendenda A. sit nimis magna merces. ideo ne iniquitas ibi fiat, vult A. in recompensam operarum excedentium, quas B. sibi impendet, assignare B. medietatem lucri prouenturi de venditione boum. Tertium dictum, q etiam si tantum modo ponatur ibi esse locatio rei, & q non sit admixta locatio personę immo sic pura per abnegationem locationis personæ tamẽ non erit locatio rei pura per abnegationem pacti apposîti contra naturalia locationis, vel non erit pura per abnegationem cuiuscunq; alterius cõtractus. A. locatione personæ. Primum probatur, quia A. locando B. boues, adijcit pactum, quòd si deteriorẽtur boues, non velit sufferre illam deteriorationem, immo quòd illa debeat pertinere ad B. Modo hoc est cõtra naturalia locationis: locans enim rem debet ex natura locationis sufferre deteriorationem rei locatę (nisi illa deterioratio fieret per dolum, vel culpam latã, vel leuem conductoris) hic autem A. non vult hoc sufferre. vnde A. tradendo boues B. partim ex illa causa prius æstimat eos, vt in fine sciatur, quantam partem precij, quo vendentur, possit A. petere à B. ante omnia: quamuis illius æstimationis etiam alia causa subsit, scilicet, vt sciatur in fine quantam partem precij A. teneatur B. assignare. Secundum autem probatur, quia potest dici, quòd in prædicta locatione boũ est admixtus contractus innominatus, scilicet A. dat B. medietatem lucri prouenturi de venditione boũ: quatenus B. te obligat A. restituturũ sic fine anni valorem boum à principio æstimatorum, siue boues sint deteriorati, siue perierint aliquo alio casu. Consequenter & secundò videndum est, si fine sit talis, siue talis locatio, an sit contractus licitus, & de hoc ponuntur dicta. Primum dictum, si intelligatur casus primo modo: pura, quòd solum B. locet personam suã A. & quòd non sit ibi aliqua locatio rei ex parte A. respectu B. tunc vt contractus sit licitus, necesse est, quòd A. assignet B. mercedem æquam laboribus, & quamuis vir rusticus melius id nouerit, quàm scholasticus: tamen satis apparet, quòd A. hic nimis diminutam mercedem ei assignet. Nã nihil ei assignaret secundum illam intellectum: nisi medietatem lucri prouenturi de vẽditione boum in fine, & hoc sub conditione si proueniat lucrum: illa autem medietas etiam si absolutè capta, & indubitanter euentura esset sufficiens merces illius culturæ (quod tamen etiam vix apparet) tamen ex quo ei cã nõ assignat absolutè: sed solum sub conditione, scilicet si quod lucrum de eis eueniat, & sic si nullum eueniret, nihil habebit B. & illum euentum expectare valde vilificat medietatem lucri in ratione mercedis: etiam si absolutè loquendo esset digna merces, ideo est illicitus. Et multo magis est tunc illicitus, si subintelligeretur in illo casu, quòd etiam B. suis expensis deberet illo tempore nutrire boues. Secundum dictum, si casus intelligatur secundo modo, & primo modo illius secundi modi: tunc pro tanto est licitus, pro quanto seruatur æqualitas inter A. & B. Nam si A. exigendã à B. nomine mercedis culturam prædictam non exigat nimis magnam mercedem, sed commensuratam vsui boum: tunc erit contractus licitus vtrique, quantum est ex ipsa locatione, & cõductione: secus si esset nimis magna, quia tunc peccaret A. vel si esset nimis parua, quia tunc peccaret B. Et dico notanter, quantum est ex ipsa locatione & cõductione, quia nondũ responsum est ex parte pacti, qd adiecit A. an ne ibi fiat iniquitas. ideo ex parte illius pacti oportet distinguere. Quia primò pòt cõtingere, q A. intelligit pactum sic, quòd si boues casu fortuito, vel leuissima culpa ipsius B. incurrerent mortem, vel saltem deteriorationem, q nihilominus B. deberet A. satisfacere de primo valore boum, in quo fuerunt æstimati

æstimati, & traditi: pèr quo tamen onere impositio ipsi B. non assignat A. ipsi B. nisi medietatem lucri, si quod prouenisset de venditis: tunc pactum est contra naturalia locationis, & videtur non deprauare contractum, videretur forte alicui sufficere, q A. inquantum onerat ipsum B. in illo in tantum econtra releuet eum in alio. Verum autem de facto fiat illa æqualitas releuamitis, ita q prædictus releuamen ædæquetur oneratiuæ prædicte: nouit melius vir rusticus, quàm scholasticus: videtur tamen, q nimis onereret B. & non releueret secundum q æquitatem, & sic A. peccaret. Sed veritas dicendum est, q etiam si in tantum eum releuaret, quantum eum onerat: adhuc A. peccabit ex causa tangenda quæst. 91. Secundò potest contingere, q A. intelligit pactum illud sic, q solum tunc teneatur B. ipsi A. respondere de primo valore boũ, quando perierunt, vel deteriorati sunt culpa ipsius B. leui, vel maiori: non autem si casu fortuito, vel leuissima culpa: puta si sint deteriorati per vsum eorũ, & tamen B. non efficax sibus, nisi congruo, & decenti modo, vt solet nonnunquam fieri, & tunc pactum nouum & contra naturalia locationis, quia hoc inest naturaliter locationi, q tituli modo restituat conductor rem locatoris: attamen est præter naturam quo ad hoc, q A. obligat se ad dandum medietatem lucri prouenturi de eis vendendis: immo etiam est contra, vel præter naturalia in hoc, q A. obligat ipsum B. ad solvendum sibi valorem boum, & non ipsos boues: quia de naturalibus locationis est, q sufficiat conductori restituat conductori rem, & non oportet q valorem. Etiam tunc si est licitum? Dicendum quòd non est illicitum ipsi A. quia non grauat ipsum B. nã licet obliget eum ad restituendum valorem ad ficis sum prædictum: tamen hoc non est graue ipsi B. in aliquo, quia non refert, an boues, vel an valorem ad sensum datum restituat, & si illud esset sibi in aliquã tulo graue, pura q oporteret eum habere laborem distrahendi boues: tamen illud onus satis & supra, quàm satis videretur refundi ipsi B. per hoc, quòd A. velit ipsum B. participare medietatem lucri prouenturi. Sed econtra ex parte ipsius B. in eodem casu potest esse licitus, & etiam illicitus. Nam si in nullo est graue ipsi B. illud onus scilicet dandi valorem ipsi A. vel si est graue ei, & tamen nimis magna sit refusio illius oneris propter participium medietatis lucri: tunc nimis multum recipit B. ab A. & ideo nisi A. liberaliter ei tale quid assignet, peccabit B. contra A. secus si liberaliter donet ei illud participium medietatis lucri. Tertium dictum, si intelligatur casus secundo modo principali, & in secundo modo illius secundi modi: tunc primus contractus illius casus pro tanto est licitus vtrique: si in primo contractu A. exigendo ab ipso B. nomine mercedis culturam duodecim bubulcarum terræ, exigat mercedem non nimis magnam, nec B. illam impendendo contendat dare ipsi A. mercedem nimis paruam, aliàs primus est illicitus: nisi A. excessum mercedis refundat ipsi B. per hoc, quòd velit eum habere medietatem lucri, & sic etiam patet, q in secundo contractu, vt sit licitus: oportet, q A. refundat sufficienter ipsi B. excessum culturæ terræ per assignationem medietatis lucri, quod si sit, melius nouit rusticus, quàm scholasticus. Et dato quòd apparet, q esset æqua refusio, quando obligatio ipsius B. de substituendo valorem boum ipsi A. intelligeretur secundo modo tacto in secundo dicto immediate præcedenti: tamen propter minuta refusio, & iniqua oneratio ipsi B. imposita apparet, quando B. debet esse obligatus ad restituendum, valoram eorum ad primum intellectum ibidẽ positum. Et ex hãc in secundo modo distinguendi, & respondendi potest lector autem accipere alios innumeros contractus resoluendi, & eorum æquitatem inteligendi: quamuis ab de facto sint æqualitas mercedis, & vsus concessi, oporteat non annquam à rustico inquirere, quia hoc non est iuris, sed facti, quemadmodum confessor non potest scire, si iustum precium sit, quando pro decem ficticeis ejectus venditur, quia hoc pendet in facto: licet sciat, quòd precium est æquum, potest informare animum suum quid iuris in consciencia de contractus honestate, & sic est in proposito.

Quintus casus. A. duos boues æstimatos viginti tradidit ipsi B. vt eis ad annum vtatur in laboribus, quibus opus habuerit, tali pacto, q B. teneatur eos patrire fideliter suis expensis, & in fine prædicti anni præfictos boues, vel æstimationem prædictam restituere, & etiam dare ipsi A. quartam partem lucri, si inde lucratus fuerit, vel tanto minus in æstimatione restituenda, quantum importat quarta pars dare ni, si inde sit pertinuerit damnum. Ille inquam casus non iustificatur, nisi adderetur in pacto, q si damnũ aliquod sine culpa ipsius B. aut eorum, quorum opera B. vtitur, interueneret, q illud ad ipsum A. integre pertineat: dummodo B. faciat ipsi A. sufficientem fidem de hoc, q illud damnum sic fine culpa sua, & suorum contigerit, aliàs autem est illicitus. Et additur, q tamen prædicta debent intelligi secundum debitum æquitatis. Nam quod de dictis æstimationibus operarum & laborum ipsius debitoris, & expensis factis de bonis eiusdem in bobus, & in operatione eorum: facta diligenti examinatione superesse reperitur: illud æstimandum est lucrum, & dividendũ. Sed contra illam resp̃ondeo argnitur, q non sit magistralis, & hoc dupliciter. Primò, quia aut intelligitur responsio illa de culpa quacunque: puta etiam leuissima, ita quòd solum tunc pertineat damnum ad ipsum A. quando B. penitus in nulla culpa fuit, adeo q si B. in aliqua fuisset etiam leuissima, quòd B. teneretur de illo ipsi A. & tunc quamuis onus illius pacti impositum ipsi B. esset contra naturalia locationis: tamen ob hoc non potest damnari vt iniquus: nisi supponatur, q prædicta merces sit adæquata vsui, dimittendo locationem in sua naturalitate. Nam si secus: tunc staret, q merces, scilicet quarta pars lucri esset ita parua respectu vsus concessi (maximè attento, q si nullum lucrum proueniat: A. nihil habebit pro mercede, sed damnum: si damnum proueniat) q vt fiat æquiparatio mercedis & vsus: non esset indigenum, q B. supportaret illud onus pro eo, in quo merces est diminuta. An autem veriam sset, quòd illa merces esset ita parua, quòd ipsi B. imponi posset suppportatio etiam alicuius casus, non ex aliqua culpa B. sed à fortuna prouenientis, parebit quæst. 91. Si autem merces, scilicet quarta pars lucri

sit adæquata vsui sibi concesso: tunc iniquè imponitur illud onus ipsi B. scilicet, vt teneatur de leuissima culpa. Si autem intelligatur responsio, tantum de culpa leui, & maiori, ita quòd tunc soluat tenebit B. de damno, quando illud prouenit ex culpa sua leui, vel maiori: tunc iterum nō potest absolutè diffiniri, ꝙ sit licitus, quia tunc adhuc est distinguendum, quia vel quarta pars lucri est merces adæquata vsui boum, & tunc responsio valet, sed hæc responsio non expressit, nec etiam constat ex ipsa responsione, an sic adæquata vel non. Si autem non est adæquata, sed nimis magna, erit illicitus ipsi A. Si autem sit nimis parua, maximè attento ꝙ expectatio quartæ partis lucri multum vilificatur per hoc ꝙ non est nisi conditionalis, scilicet, quòd iuxtam proueniat, & adhuc magis attento ꝙ A. non soluendo nihil habebit, si nihil proueniat; sed etiam si damnum proueniat, sustinere debet illud: tunc contractus erit illicitus ipsi B. quia nimis paruam mercedem dat ipsi A. nisi A. volens & ex liberalitate esset contentus de tam parua mercede. Secundò arguitur contra prædictam responsionem in hoc, ꝙ addit dicens, ꝙ prædicta debent intelligi secundum debitum æquitatis. Nam quod deductis &c. & hoc sic, quia si defalcata est æstimatio operarum & laborum, quos habuit B. & similiter defalcatæ sunt expensæ & operationes, quas B. habuit cum bobus & illud, quod superamanet sit censendum lucrum, ita ꝙ illud sit diuidendum: tunc videtur, ꝙ ipsi B. nimis multum cedat, quia nihil restat, ꝙ sit ipsi B. refundendum: si omnia prædicta sint defalcata: ita ꝙ sibi super omnibus prædictis est ei satisfactum: igitur si quid vltra accipit, accipit sine causa: potius igitur totū, quòd post prædictam defalcationem supermanet, est applicandum ipsi A. vt sic eidem satisfiat pro concessione vsus boum, qui vsus nondum fuit computatus. Ideo aliter respondendum est, ꝙ si quarta pars lucri (quæ conditionaliter solùm expectatur nomine mercedis scilicet, si proueniat lucrum: immo cui est annexum illud onus si dauntum prouenit, ꝙ non solum nihil habebit, sed etiam luet quartam partem damni) sit in suo valore adæquata vsui boum: considerato illo vsu non solum in se, sed etiam vna cum onere annexo ipsi B. scilicet, ꝙ B. debet esse obligatus ad expensas de casu culpæ talis vel talis: secundum ꝙ conuentum est inter eos: tunc contractus est licitus. si autem non: tunc est illicitus, & hoc ei contrahentium, cuius conditio est melior, puta ipsi A. si merces est nimis magna, vel ipsi B. si merces est nimis parua. Hoc autem scilicet, an sint adæquatio eorum, hinc inde singulis oneribus computatis, melius nouit rusticus, quàm vir scholasticus, vel ecclesiasticus.

Sextus casus. A. vnam vaccam æstimatā quinque libris tradit ipsi B. cum tali pacto, ꝙ B. teneatur eā & omnem fructum, & fœtum eius cum diligentia seruare & custodire sumptibus suis, fructumq; eius & fœtum non alienare sine licentia ipsius A. atque de fœtibus & fructibus eius prioribus tantundem ipsi A. assignare, donec sit ipsi A. de prædicta æstimatione vaccæ satisfactū, quinque libris satisfactum integraliter, deinde sibi assignare in futuro semper medietatem ipsorum fructuum, & fœtuum vaccæ: si tamen vacca, vel eius fœtus, vel fructus culpa ipsius B. aut eorum, quorum opera B. vtitur quocunq; modo perierint: ipse B. teneatur illud damnum integrè refarcire. Si autem diuino iudicio, aut fortuito casu supereuenerit damnum in aliquo prædictorum, non teneatur B. illud refarcire ipsi A. sed totaliter ad A. pertinebit. Ille iniquam contractus damnatur vel illicitus. Nam euidenter apparet, ꝙ potior sit conditio locatoris, quàm conductoris, quia poterit euenire, quòd postquam vacca tanto tempore superuixisset, ꝙ A. dedisset ipsi A. quinque libras æstimationis vaccæ: quantocius periret cum omni fructu, & fœtu, etiam absque omni culpa B. sed fortuito casu, vel diuino iudicio tam B. nihil habebit, prosuis expensis, & operis habitis circa vaccam, quod videtur iniquitas contra ipsum B. Vnde si vacca manuisset apud A. ita ꝙ A. nemini locasset vaccam, sed sibi retinuisset, & vacca superuixisset vsque in finem anni, & perijsset casu fortuito cum omni fructu, & fœtu, sicut nunc apud B. periit: nihil de ea habuisset: nūc autem habet totum valorem vaccæ, & B. nihil habet. Circa hoc ponotur dicta. Primum, ꝙ hæc responsio non apparet magistralis, quia procedit ex suppositione conditionis, de qua nondum bene constat, an exist, vel non, scilicet, ꝙ vtilitas illa, puta medietas fructuum & fœtuum vaccæ debens in futuro, & decetero post solutionem quinque libras vaccæ in perpetuum, & fœtus eius cedere ipsi B. sit precisè, & solum adæquata ipsis expensis, operis, curis, & periculis, quas & quæ habet facere B. & supportare ex parte vaccæ pro illo tempore sequente solutionem æstimationis. Nam si dumtaxat illis expensis, & operis, & sic de aliis, quæ sequentur solutionem æstimationis vaccæ, erit illa medietas adæquata tanquam refusiua earundem ex æquo: quæso vbi satisfieret ipsi B. pro expensis, operis, curis, & periculis habitis circa vaccam tempore precedentis solutionem æstimationis? Certè non apparet, vnde ei fiat solutio illarum, etiam si superuiuat vacca post solutionem æstimationis: hoc autem est omnino iniquum. Sed quid si illa medietas fructuum, quam B. debebit post solutionem æstimationis vaccæ percipere quolibet anno, quo superuixerit vacca: sit tantæ æstimationis, ꝙ per eam non tantum poterit ex æquo satisfieri ipsi B. pro operis & expensis & alijs circa vaccam & fœtum, ac fructus eius post tempus solutionis æstimationis habendis, sed etiā longè ultra illas satisficret ei: & adeo longè ultra, ꝙ si vaccam & fœtus post solutionem æstimationis contingeret (vt possibile esset) longo tempore superuiuere apud B. ꝙ B. esset percepturus tot & tantas medietates illorum fructuum, ꝙ merito debuit in recompensatā illius superexcessus expectasse periculum illud, & grauem illum euentum scilicet, ꝙ vacca statim post solutionem æstimationis moriente: nihil sibi deberet cedere pro expensis, & operis primò circa eam habitis. Nam tunc sicut B. multum grauaretur in expectando euentum illius mortis vaccæ assurgere statim post solutionem æstimationis, sic econtra multum releuaretur expectando lucrosum euentum longioris vitæ vaccæ, & fœtus. Erit sicut mutua compensatio euentus damnosi cum lucroso. Ad hanc igitur distinctionem debuisset

debuisset prædicta responsio respexisse, vel conditionem, quam supposuit, expressisse: cum illa videatur esse facti, & ex obscuro facto pendere. Secundum dictum prædictus contractus licet videri possit esse contractus locationis vaccæ: tamen non est talis: nisi improprissimè capiendo locationem. Prima pars probatur, quia (vt videtur) transfert vsum vaccæ in B. pro mercede, quæ consistit in percipiendo medietatem fructuum & fœtuum prouenientium de ea post solutionem æstimationis, quòd autem A. vult æstimationem rehabere, est præter naturam locationis, quia de natura locationis esset, quòd rehaberet ipsam vaccam, nec tamen de se illicitū, quia vel nullius oneris est, vel modici, & quòd A. vult ipsum B. de culpa teneri, si intelligatur de leui, & maiori, & non de leuissima: illud est naturale. si autem etiam de leuissima: tunc est contra naturalia locationis, nec tamen illicitum de se, quia stat, quòd illud onus refundatur alia via ipsi B. Quod verò A. vult, quòd B. nullam vtilitatem deber de vacca percipere, nisi post solutionem æstimationis, est contra naturalia locationis: nam mox cum locatur res, transfertur vsus in conductorem ad minus pro tempore, quo traditur res. hic autem secus sit: illud tamen contrarium naturalibus non est de se illicitū, sed solùm pro tanto, pro quanto illud onus nō refunditur ipsi B. quia secus esset, si A. refunderet ipsi B. illud onus, putat tanto minorem mercedem post solutionem æstimationis recipiendam ei imponendo. oneratus enim per euentum damnosum expectabilem: potest releuari per euentum lucrosum expectabilem. Secunda pars probatur: quia merces, super qua est conuentū, non consistit in pecunia, nec etiam in specie determinatæ quantitatis, quia medietas prædicta non est determinatæ quantitatis, quia medietas prædicta non est determinatæ quantitatis. igitur. Tertium dictum. prædictus contractus potest poni esse contractus societatis, ita quòd A. communicet ipsi B. vsufructum ipsius vaccæ, quia vtrique cedere debet medietas vsufructus, & B. in recompensam illius vsufructus sibi per A. communicati recommunicat sibi operas & expensas, quas impendere habet circa vaccam, & eius fœtus, & sic A. ponit vsufructum vaccæ in socialem communitatem. & B. ponit operas & expensas circa vaccam & fœtum, ac fructus eius impendendas, & quòd A. vult sibi æstimationem vaccæ restitui: nisi periret casu fortuito: non est contra naturalia societatis, sed pro quanto vult illam restitutionem sibi fieri antequàm B. aliquos fructus percipiet de ea, hoc est contra naturalia societatis, & an sit iniquum: patebit in q. 92. & etiam patuit satis ex primo dicto iam posito. Si enim B. mox communicat operas ipsi A. cur non econtra mox A. communicaret fructus vaccæ ipsi B. Item capitale societatis solum in fine societatis est restituendum. si igitur ante vult sibi restitui, saltem per æstimationem gratiat consocium, & ideo nisi refundat aliunde ei illud onus, ager iniquè cum socio. Sed contra primum dictum arguit dupliciter. Primo volendo probare, quòd contractus prædictus etiam indistincte sic licitus, quia si esset illicitus, maximè ex eo, quòd A. prius recipit totam sortem, sed in hoc A. non agit quid illicitum, vel iniquum, contra ipsum B. etiamsi illam recipiat in casu, quando vacca est statim peritura post talem solutionem æstimationis vaccæ, quia A. suscepit in se periculum casus fortuiti, & diuini iudicij vaccæ, nec imposuit ipsi B. aliquid, nisi ad quod B. alias met est obligatus, quia ei imposuit, quòd si vacca pereat ex eius, vel suorū culpa, quòd teneatur ei satisfacere, hoc enim non est indignum, quia si etiam A. non traderet vaccam ipsi B. & ex culpa B. periret. B. teneretur de illa culpa. Secundò, quia posito casu, quòd post solutionem æstimationis vaccæ, vacca cum omni fœtu pereat, & per consequens quòd B. nihil habebit pro expensis, & laboribus, quos hucusque habuit circa vaccam: non videtur hoc iniquum ipsi A. contra B. si culpa ipsius B. vacca perit post solutionem prædictam, quia tunc meritò B. debebit sibi ipsi imputare, quòd decetero de vacca, & fœtu nihil habebit, quo sibi valeant refundi expēsæ, & labores præteriti. Modo A. non obligauit ipsum B. nisi ad periculum vaccæ & fœtuum prouenien es culpa B. vel suorum. igitur, Dicendum ad primum, quòd contractus prædictus non est illicitus ipsi A. præcisè ex eo, quòd A. prius recipit totam sortē, quia stat ex, quòd A. prius reciperet totam sortem, & non peccaret. puta si conueniendo cum B. de recipiendo prius totam sortem: se obligaret, quòd si post receptionem illius totalis sortis vaccæ, & fœtus perirent fortuito casu, vel diuino iudicio, quòd veller ei de præteritis expensis, & laboribus competentem refusionem facere, vel si de facto à principio ipse medietas fructuum percipienda de vacca, & fœtu post solutionem æstimationis: oblata per A. ipsi B. expectabatur, verisimiliter adeo excessiuè pinguis, & superexcedens &c. prout in secunda parte primi dicti fuit casus positus. Quod ergo prædictus contractus censetur illicitus ipsi A. est ex eo, quòd A. recipiendo prius totam sortem, non vult (quantum est ex forma contractus, vel ex pacto adiecto) satisfacere ipsi B. de primis expensis & laboribus, nec excusatur A. per hoc, quòd recipit in se periculum casus fortuiti & diuini iudicij, quia illud idem cogeretur A. in se recipere, si maneret vacca apud eum, & ipsemet deberet eam expensare, & cura eius gerere, & labores habere: à quibus tamen ipse iam supportatur, quando eam prædicto modo tradit ipsi B. ergo iniquum esset, quòd ipsi B. releuāti eum ab huiusmodi non vellet facere refusionem vllo modo. Nec est verum, quod posita superadditur in argumento, quòd A. non imposuerit ipsi B. aliquid, nisi ad quod &c. Nam ex circunstantiis contractus ei imposuit, quòd debet gratis facere, & fecisse expensas si pereat vacca post solutionem æstimationis &c. Item quòd dicit, quòd si A. non tradidisset ipsi B. vaccam &c. pro tanto non est verū, quia si A. ei eam non tradidisset, multa pericula euenientia vaccæ nō possent ipsi B. imputari, vt culpabili, quia non tenebatur præcauere, ex quo sibi commissa non erat, nec tradita, & sic A. locando eam ei multa imposuit ipsi B. de quibus B. non teneretur respōdere ipsi A. si non contraxisset cum eo. Ad secundū dicendū, ꝙ licet inter illa pericula, quæ sunt possibilia euenire vaccæ, A. non obligauerit B. ad respondendū sibi: nisi de illo periculo, quod ex culpa ipsius B. prouenit: tñ præter omnes taliū periculorum, (vaccę etiam

ad alia onera ipſum obliguit, quæ ſibi non refudit, quia enim obligauit ad hoc, quòd ſi poſt ſolutionem æſtimationis vaccæ vacca pereat cum fœtu, quòd B. debet nihil habere pro præteritis expenſis, & laboribus, & in hoc iniquè agit. Præterea & ſecundò illud onus poſſibile accidere ipſi B. ſcilicet, quòd nihil habebit de præteritis expenſis, eſt onus poſſibile accidere ipſi B. ſine eius culpa. ergo ad aliquod onus poſſibile contingere ſine culpa ipſius B. obligauit A. ipſum B. Præterea & tertiò, poſtquam ſoluta eſt æſtimatio vaccæ, non poterit A. allegare dicendo, ego non iniquè ago contra B. quia B. non eſt obligatus, niſi de caſu culpæ, & non de diuino iudicio, aut fortuito caſu vaccæ, ſicut ego. Nam ex quo iam A. effectua liter enaſcit diuinum iudicium, & fortuitum caſum, qui poſſibilis fuit accidere vaccæ, fruſtra allegat ſeip ſum ſubiiſſe illud periculum, & alium deoneraſſe: cum B. adhuc maneat obligatus ad ſequelam ſequẽtis fortuiti caſus, ſcilicet, ſi pereat vacca poſt ſolutionem æſtimationis, & ad illum fuit B. obligatus à principio contractus, ſiue A. euadat periculum vaccæ, & æſtimationis eius, ſiue non euadat, dummodo vacca primum poſt ſolutionem æſtimationis moriatur.

Septimus caſus: A. duos boues æſtimatos viginti florenis locat ipſi B. cum pacto, quòd vbi conſuetum eſt dare pro duobus bobus duodecim ſextaria frumẽti, det ibi B. ſolum octo: ita tamen, quòd B. ſtet ad periculum tertiæ partis boum. ille contractus licitus reputatur ipſi A. dummodo A. ſatisfaciat ipſi B. de labore ſuo, puta de expenſis laboriosè & cũ cura habitis interea cum bobus, quia eos nutriuit. vnde illo ſeruato poterit A. obligare ſoannem ſic ad tertiam partem periculi boum. Si autem hoc non obſeruatur, non erit licitus ipſi A. Contra hanc reſponſionem arguitur, quia non requiritur, quòd A. ſatisfaciat B. de labore ſuo, quia vel per laborem intelligis expenſas cum labore impenſas ipſis bobus nutriendo eos, & certe illos non tenetur A. reſundere ipſi B. quia quando dicitur, quòd duodecim ſextaria ſint conſuetum precium locationis duorum boum, intelligitur hoc (& de ſe inest) quòd conductor debet eos ſuis expenſis nutrire, & nihilominus dare locatori duodecim ſextaria. Et ideo ſi A. deberet præter quatuor, quæ remittit de duodecim adhuc ſatisfacere de expenſis boum, quaſi nihil remaneret ſibi pro mercede. Si autem intelligis labores, quibus B. laborauit aliis hominibus, quàm A. & tunc indignum eſſet, quod A. deberet B. ſatisfacere de illis ipſi B. vnde ſi ſic: tunc A. ipſi B. conceſſiſſet boues, & cum hoc debet eidem dare precium laborum impenſorum alteris hominibus. Si intelligas de labore, quem B. impendit ipſi A. vtputa, quia B. laborat ipſi A. cum bobus, & tunc hoc non poniturin caſu, & ſic nihil ad propoſitum, vnde tunc erit ibi alius accidentalis contractus, ſcilicet conductionis operarum. Si intelligas de labore, ideſt onere, quo B. ſuſcipit in ſe periculum tertiæ partis, quod alias ex natura contractus non teneretur ſuſcipere: tunc licet, vt ſic reſponſio ſit vera, quia hoc requiritur. ſed tunc reſponſio poteſt argui, quia non oporteret addere illam conditionem, quia illa in propoſitione caſus eſt adiecta, quia A. ideo remittit tertiam partem mercedis, ſcilicet quatuor ſextaria, quæ alias eſſent ſibi de jure debita, vt ſic B. ſuſcipiat tertiam partem periculi, quam aliàs ſubire non teneretur: niſi dicatur, quòd ideo additur, quia non ſufficeret ipſi A. quòd remitteret tertiam partem mercedis, vt B. ſubiret tertiam partem periculi: niſi per illam remiſſionem faciat ipſi B. ſufficientem refuſionem, ſed tunc clarius dixiſſet ſic, dummodo remiſſio quatuor ſextariorum ſufficienter refundat ipſi B. onus ſuſcipiendi tertiam partem periculi boum: &, vt apparet, ſatis videtur eſſe ſufficiens refuſio. & ſuppono, quòd quando illud onus tertię partis periculorum non imponeretur ipſi B. tunc duodecim ſextaria eſſent æqua merces vſus boum. Aliter reſpondeo per duo dicta. Primum, quòd contractus ille eſt locationis (vt patet) & pactum adiectum eſt contra naturalia locationis, quia de natura locationis non tenẽtur B. ad ſuſcipiendum periculum boum in ſe loquendo de periculis fortuitis, & culpæ leuiſſimæ. Secundum dictum, quòd ſi duodecim ſextaria frumenti ſint merces adequata vſui boum, quando boues locarentur ſine prædicto pacto ſuſceptionis periculi: & cum hoc onus ſuſcipiendi tertiam partem periculi ſufficienter refunditur ipſi per remiſſionem tertiæ partis mercedis, contractus eſt licitus, & quòd duodecim ſextaria ſint merces adequata ſtante forma caſus apparet per tertiam regulam: puta quia ponitur, quòd ſit conſuetum precium, quod paſſim ab omnibus datur. Si autem illa duodecim eſſent nimis magna merces, aut ſi non nimis magna: tamen remiſſio quatuor ſextariorum non eſſet ſufficiens refuſio oneris ſuſcipiendi tertiam partem periculorum: tunc erit illicitus ipſi A. Si autem illa duodecim ſunt nimis parua merces, aut ſi ſunt adequata merces, ſed remiſſio quatuor ſextariorum eſt nimis magna refuſio oneris tertiæ partis periculorum: tunc erit illicitus ipſi B. niſi A. liberaliter ſic ſibi tantum faciat refuſionem.

Octauus caſus, A. emit duas vaccas, & eas tradit ipſi B. ſub hoc pacto, quòd eas paſcat, & cum eiſdem terram colat: ita tamen, quòd ipſe A. de primis illorum fructibus recipiat medietatem precij earum, quo recepto medietas ipſarum fiat ipſius B. & medietas alia ut ipſius A. & æqualiter diuidant fructus: hoc addito, quòd B. annuatim det vnum ſextarium frumenti A. pro eo, quòd terram colit cum vaccis, & ſi moriantur vaccę, æqualiter communicent damnum. Ille inquam caſus reputatur locationis potius, quàm ſocietatis, quia locat vnam vaccam, quæ eſt ſua, pro vno ſextario frumenti annuatim, & pro paſtu vaccę & fœtus eſt ipſe fœtus, ſed de alia vacca nihil recipit, quia non eſt ſua, ſed agricolæ. Contra illam reſponſionem arguitur quintupliciter. Primò ſic. ille contractus ęquè debebit ſecundum te dici ſocietatis ſicut locationis, quia A. tradidit duas vaccas B. & vnam ſecundum te locauit ei, ſcilicet illam, pro cuius vſu accipit ſextarium, & aliam ſibi ſocialiter commpnicauit, vt probabo. igitur ęquè eſt ſocietatis ſicut locationis, conſequentia nota, & prima pars minoris patet ex conceſſis. ſecunda probatur, quia A. tradidit ſecundam

dem ipſi B. nat igitur ei cã tradidit locando, aut vendendo, aut ſocialiter communicando, non primum: quia illa reſponſio vult, quòd tantum vnam illarum ſi locauerit. Item dicit, q̃ ſecunda non eſt ipſius A. igitur non locauit eam. Non ſecũdum, quia ſi A. concedit eam ei vendidiſſe; maximè pro quanto medietatem precij vtriuſq; vaccæ recipit de primis fructibus eorum, & ſic integrum precium vnius vaccæ recipit, ſed hoc non arguit, q̃ ergo A. ſecundum vendidierit, quia tunc etiam cenſeretur primã vendidiſſe, quia A. recipit medietatem precij, non vnius, ſed vtriuſque vaccæ. igitur vtranque vendidiſſet, ſaltem pro medietate precij, & loco alterius medietatis precij accipit medietatem fructuum, & fœtuum prouenientium de vtraque, ita quòd tranſlatio vaccarũ in B. eſſet mixta ex venditione, quæ ſit pro medietate precij, & alio contractu, qui fieret pro medietate fructuum ex eis prouenientium. Secundò arguitur, non plus locauit vnam, quàm aliam. igitur neutram locauit, aut ambas locauit. non ſecundum per te. igitur primum antecedens probatur, quia non accipit ſextarium de hac vel illa, immo de vtraq;, quia A. ideo accipit ſextarium B. quia B. vtitur vaccis. non inquã illa, vel illa, ſed vtraque vtitur ad culturam. Tertiò, quia dicit, quòd locat vnam, quę eſt ſua. modo non plus vna eſt ſua, quàm alia, quia vtriuſq; precium recipit pro medietate, & vtriuſque periculũ ęquè ſpectat ad B. & ſimiliter vtriuſque fructum ęquè recipit. igitur vtraque eſt ęquè ſua. tenet conſequentia, quia ſi eſſet talis ſuitas circa vnam, quæ non eſſet circa aliam, illa ſuitas appareret circa vnam plus, quàm circa aliam, ex aliquo prædictorum indiciorũ. Quartò, quia dicit, q̃ de alia vacca nihil recipit; quia non eſt ſua, ſed agricolæ. Contra, quia recipit medietatẽ fructuum prouenientium de ea. igitur non nihil recipit de ea, & prius oſtenſum eſt, q̃ non minus eſt ſua, quàm alia ſi: ſua. igitur. Quintò, quia nondum habetur per illam reſponſionem, an licitus ſit contractus, vel non. igitur eſt inſufficiens. Alter igitur videtur reſpondendum, & hoc per tria dicta. Primũ in primo caſu eſt contractus ſocietatis, & etiam contractus locationis: probatur, quia imaginandum eſt, q̃ vaccæ ante contractum ſunt ſolius A. & A. tradendo illas B. communicat eas ſibi ſocialiter, ita q̃ A. non abdicat dominium earundem à ſe: nec vſufructum virtualiter, ſed dominium, & vſufructum virtualem earum communicat B. & ad illam communicationem dominij etiam conſequeneer communicatur lucra, & damna earundem vaccarum. Et quia in contractu ſociali oportet, q̃ vterq; ſociorum aliquid afferat in medium, quod recommunicet ſocialiter ſocio, vel det aliquod æquiualens rei communicandæ. ſecundò oportet, q̃ B. etiam aliquid recommunicet A. vtputa etiam tot vaccas, vel precium earum, ponendo illud precium etiam in communi vtriuſque, & ſi poneret integrum precium earum in communi: tunc geminato eſſet, ac ſi B. traderet medietatem precij in proprietatem ipſi A. ideo vt faciat aliquid æquiualens ei, quod ſocius facere debet dat ipſi A. medietatem precij de primis fructibus earundem. Hoc igitur facto A. & B. ſunt ſocij in illis vaccis, & per conſequens dicendum eſt & iuſtum, q̃ vtrique æquè fruan-

tur eis. Verum quia A. forte non habet neceſſitatẽ, vel opportunitatem eis vtendi ſicut B. ideo A. virtualiter, quod habet in eis, concedit B. vſum earundẽ, vt ſcilicet eis vtatur in cultura terrę, & ſic ei eas locat quoad vſum, ad quem ipſe poſſet eis vti in cultura, & in illo contractu obligat eum ad eiſdem nomine mercedis vnam ſextariũ. & hoc ideo, quia ex quo virtualiter ſola medietas iuris vtendi eis eſt ſua. ideo ſi pro eis, quando eſſent ſolum ſuæ poſſet duo ſextaria recipere etiam recipit vnum, & q̃ obligat eum ad paſcendum eas, non eſt abſonum, quia cõductor animalium etiam paſcit eadem. Secundum dictum, præ dictum caſum iuſtificando, vel condemnando non tet videre ad vtrumque contractum in eo incluſum. Primus inquam eſt licitus, ſi æqua eſt conditio vtriuſque, & illa æqualitas ſatis apparet, & per conſequẽs erit vtrique licitus, quia A. ponit duas vaccas, quas communicat ipſi B. & ſic B. cenſetur virtualiter habere medietatem illarum vaccarum: indiuiſim tamen acceptarum, & tantundem B. applicat ipſi A. ſcilicet medietatem precij earum illam appropriando A. Similiter pactum adiectũ eſt naturale & æquum, quia communicant damnum & lucrum earundem. Et ſi dicas: melior videtur conditio B. quàm A. quia A. non recipit medietatem precij earum mox, quando tradit vaccas B. ſed ſolum poſt tempus. B. autem mox recipit vaccas. Reſpondetur, in hoc non eſt melior conditio B. quàm A. quia etſi B. citius recipiat vaccas, non tamen poteſt inde conſequi vtilitatem, vel commodum citius, quàm A. poſſit ſentire commodum de medietate precij earundem, ſed ſolũ tunc primum, quando A. habet medietatẽ precij earum: ideo ſimul tempore cenſetur poſſe ſentire commodum rei ſocialis communicatæ, & eius, quod loco rei ſocialis traditur. Similiter ſecundus eſt licitus, ſi vnum ſextarium frumenti ſit condigna merces propter vſu vnius vaccæ: nam ſi ſic: tunc ex quo A. locauit ambas ipſi B. non locat niſi pro ſuo iure: tunc equiualenter ei non locat, niſi vnam. igitur mercedẽ conſequitur accipit. Tertium dictum ad formationem eius prædicti, non eſt de per ſe opus in principio præmittere, quòd A. emerit vaccas: quia idem eſt, ſi etiã aliunde, puta dono, vel ſucceſſione eas habuiſſet, q̃ autem ibi præmittitur eſt ideo, quia poſtea fuit ponendum, quòd B. deberet medietatem precij earum dare A. ideo ſi prius fuit empta, citius conſtabit, quanta ſit medietas danda A. At tamen ſi A. eas habuiſſet dono, vel ſucceſſione: idem poſſet ſciri ex hoc, quòd A. eas tradendo æſtimaret eas prius in precio. Argumenta etiam facta contra aliam reſponſionem non habent locum contra illam ſecundam, quia procedunt ex conceſſis à prima reſponſione, & etiam ex alijs patet eorum ſolutio.

Nonus caſus, A. dat duos boues B. cum pacto, q̃ B. dare debeat ſibi, pro eis viginti ſextaria, vel cumulos granj in anno, illic inquam caſus reputatur locationis, & reputatur licitus, ſi locando operas boum, recipit locator periculum deteriorationis boum, ſi boues deteriorentur. Sed ſi vult locator boues rehabere eo precio, quo fuerant æſtimati, puta quia A. æſtimauit eos, quando eos tradidit, nec vult periculum deteriorationis ſubire: quam-

uis periculum mortis naturalis velit subire: tunc contractus erit illicitus secundum Ioan. de Lig. qui ad hoc allegat cap. plerique. 24. quæst. 3. Sed contra illam responsionem arguitur, quia primum dictum nō est verum, nisi supposito, quòd viginti sextaria seu cumuli grani sint merces cōmensurata vsui boum per annum. hoc autem nondum constat ex responsione igitur. Secundò, quia non oportet secundum dictum esse verum. Nam stat, q̄ A. remittat B. aliquid de mercede locationis, quatenus B. subeat periculum deteriorationis eorum: vipote, si A. iustè posset recipere plus, quàm vigisti sextaria, & illud plus remitteret, & tantum acciperet viginti, & illud plus esset commensuratum illi oneri suscipiendi periculum deteriorationis: tunc contractus esset licitus. Nec oppositum potest haberi ex prælegato c. vt patet intuenti. Nam illo posito non potest dici, q̄ A. censetur mutuasse eos B. cum substantiale periculum boum sit A. & non ipsius B. Et quamuis pactum, quod A. adiecit de periculo deteriorationis boum sit contra naturalia locationis adiectum, eo q̄ de natura locationis est, quòd si res locata deteriorātur à fortuna, vel ex vsu eius, dummodo congruè facto, illam deteriorationem teneatur locator sustinere sine hoc, quòd conductor eam sibi refundat: tamen illa adiecta innaturalis non arguit contractum illicitum. A. si B. refundatur illud onus per proportionalem remissionem mercedis in tanta parte, quæ sit proportionata tanto oneri per equalitatem. Et si dicatur, dato q̄ hæc essent vera, tamen adhuc restat, q̄ etiam A. deberet sustinere periculum fortuiti casus vitæ boum; & illud non vult suscipere quantum ex forma contractus apparet: quia tantum exprimatur casus mortis naturalis. Diceretur, q̄ ex quo hoc non est expressum in contractu, tunc intelligi debet natura, q̄ A. tenebatur etiam illud periculum sustinere, quia naturalia insunt contractui, nisi expresse de opposito cōtrahentes conueniantur. Sed quid si esset de mente A. q̄ B. etiam deberet periculum mortis fortuitæ boum sustinere? tunc enim videtur posse alicui contractus ille transire in mutationem, & per consequens A. committeret vsuram, si quid recipiat à B. Sed contra hoc dupliciter arguerētur. Primo, quia dato q̄ transiret in mutationem, non oporteret propter hoc A. committere vsuram recipiendo quid à B. quia dicerētur, q̄ illud, quod A. recipit à B. nō recipit pro mutuatione boum: hoc enim esset vsura, sed pro susceptione periculi mortis naturalis eorundem, cuiusmodi periculum mutuator non tenetur aliàs recipere, hoc autem licitum est A. prout in simili habitum est supra quæst. 39. de mutuante pecuniam & recipiente quid à mutuatario pro periculo pecuniæ in se suscepto. Secundò, quia diceretur, quòd non oporteret concedere, quòd ergo transiisset in mutationem, quia illa pacta licet sint contra naturalia locationis, non tamen contra substantiam locationis: igitur potest manere substantialiter contractus locationis, non obstantibus illis innaturalibus pactis. Et consequenter dicetur, q̄ etiam maneret licitus: si & inquantum A. tanto diminutiorem mercedem reciperet, vt B. susciperet periculum mortis fortuitæ boum, quę diminutio esset commensurata tali oneri suscipiendo. Secus vbi illud, quod susciperet A. esset nimis multum: attento q̄ A. se absolueret à periculo fortuito mortis, & illud imposuit B. tunc enim est iniqua locatio, aut si esset mutuatio: tunc statim præsumeretur vsurarius contractus, & in fraudem vsuræ excogitatus, etiam si à parte rei A. non reciperet illud ratione mutui, sed ratione periculi scilicet, naturalis mortis susceptī, quia nimis multum reciperet pro illo periculo, modo quàm primum mutuator recipiendo quid per periculo sortis in se suscepto, recipit nimis multum: statim præsumitur vsurarius. igitur. Et ideo finaliter totum pendet ex hoc, quòd si non seruatur æqua conditio vtriusque, ita q̄ onus vni impositum sufficienter eidem refundatur in altero: & econtra, contractus est illicitus: in quo apparet vsurarius, etiamsi non sit talis in re. Si autē seruetur illa æqualitas: tunc in se non est illicitus, quamuis possit habere speciem mali, quando B. debet sustinere periculum tam fortuitæ mortis boum, quàm etiam deteriorationis eorundem. & A. nihil vult sustinere nisi periculū naturalis mortis, & vult recipere mercedem à B. quia ex quo apparet ibi esse mutuatio quædam: tunc cum recipit aliquid à B. videtur pro mutuo recipere aliquid, etiam si à parte rei non recipiat pro mutuo, aut non sit mutuum, aut si sit: tamen pro periculo naturalis mortis susceptæ recipit eam, & non pro mutuo. ideo abstinendū est à tali specie mali: etiamsi illa merces esset commensurata tali periculo suscepto, & de hoc dicetur etiam aliquid quæst. 91.

Decimus casus. A. locat B. duos boues, pacicens secum, quòd det sibi quolibet mense vnum sextarium frumenti, nulla mentione facta de periculo. Ad hūc casum respondetur per quatuor dicta. Primum, si A. intendit capitale esse firmum: tunc est illicitus ipsi A. & vsurarius. Secundum, si A. intendit & declarat in se suscipere fortuitum periculum, & diuinum iudicium: tunc licitum est, dicut etiam licitum est tradere equum ad vecturam: & tunc solum si moreretur boues per incursum B. Et tenetur ex satisfacere de eis A. Tertium dictum, si A. faciat instrumentum super predicto contractu cum B. & in illo instrumento exprimat, quòd non solum periculum culpæ, sed etiam periculum diuini iudicij, & fortuiti casus boum debeat esse ipsius B. & tamen in animo habeat, quòd solum periculum culpæ velit imponere B. ita quòd si periculum fortuitum, vel diuini iudicij eueniat bobus, illud A. velit sustinere dicet exprimat illud tanquam ipsum imponturus B. ideo vt B. eo maiorem diligentiam adhibeat in vtendo bobus, adhuc contractus est illicitus, & hoc ex tribus causis. Prima, quia est scandalizatius proximorum: cum ex forma sit vsurarius. Secundò, quia A. potest intentionem mutare. Tertiò, quia A. potest subito mori, & tunc haeredes vigore instrumenti experire possent ab ipso B. damna casus fortuiti. Quartum dictum, si fiat pactum inter A. & B. quòd in omni casu siue culpæ, siue fortunæ, & diuini iudicij vterque sustineat medietatem illius damni, forte tolerari posset, quia cum casus incurig, seu culpæ deberet imputari conductori, & sortuitus locatori, sit quædam compensatio vnius cum altero ad vtrandum

tandum litigia. Circa hanc responsionem dico quatuor. Primo, quòd primum dictum habet veritatem non curando, an vnum sextarium aliàs esset in contractu locationis adæquata merces, sine non: quia si etiā esset nimis diminuta in contractu locationis: non excusaretur A. recipiendo eam: quia vel A. non esset locator hic, sed mutuator, vel saltem appareret esse mutuator: nam ipse imponit omne periculum B. & per consequens videtur totum dominium in eū trāstulisse repetibiliter, igitur. Modo mutuatori etiam non est licitum quid diminutum recipere ex pacto & ratione rei mutuatæ. Et posset hic sub-illatus quædā in medium adduci, qua quis diceret hoc esse verum, quando A. ipsi B. concessisset boues ad omnē vsum. puta etiam ad eum, qui est eorum consumptio: tunc esset mutuatio: secus quando tantum ad vsum laborum: nam tunc nō potest esse mutuatio: etiamsi omne periculum debeat esse ipsius B. & tunc videtur, q̄ A. posset mercedem aliquam, saltem modicam recipere a B. eo quòd non tenetur illum vsum ei gratis concedere. Sed dicetur, quòd non gratis eum concederet: quia B. loco illius susciperet periculum boum, quod A. aliàs met teneretur expectare, & illud esset satis notabilis refusio vsus boum. Vnde etiam qui cōmodat boues (quod est gratuitus contractus) retinet periculum fortuitum eorum sibi: sed de hoc latius dicetur q. 91. Secundò dico, quòd vt secundum dictū sit verum, requiritur, quòd sextarium frumēti sit merces adequata vsui boum per mensem: aliàs enim non esset verum, quantuncunque A. susciperet in se periculum eorum: si enim est nimis magna, peccabit A. si nimis parua, peccabit B. Tertiò dico, quòd licet tertium dictum sit verum: tamen secunda eius causa nō habet locum: quia non potest A. mutare intentionē, nisi cum peccato. hoc autem non arguit contractum esse illicitum ipsi A. aliàs enim etiam mutuatio non licite & liberaliter facta argueretur illicita, eo quod mutuans posset post mutuationem mutare bonā intentionem in malam. Tertia etiam ratio parum non concludit. pro tanto: quia etiam haeredes non possunt exigere nisi cum peccato, & idem posset negare, si instrumentum non sic caneret. E. si dicatur verum: sed illa exactio non haberet effectum in iudicio, ex quo non constaret, quòd esset in pactum deducta. Contra: quia etiam non habet effectum in iudicio, si sit ducta in pactum, & instrumentum etiam de super cāto: quia ex quo est vsurarium pactum, non audietur exactor in iudicio. Attamen pro tanto cōcludit, quia si instrumentum de super canit citius & leuius potest (saltem de facto) haeres ipsum B. molestare: quàm si hoc non esset deductum in pactum, nec haberetur de super in instrumentum. Preterea, si intercuniret instamentum foret eius effectum etiam sic, quòd indices possent sic iudicare. Item saltem extra iudicium foret eius effectum: quia B. ex quo inijt pactum, tenetur illud seruare ita, quòd non seruando peccaret. licet postea posset repetere vsuram. Quarto dico, quòd quartum dictum habet pro tanto veritatem, pro quāto onus, quod imponitur B. de sustinendo medietatē periculi fortuiti, recompensatur equaliter & sufficienter per hoc, quòd A. vult etiam sustinere medietatem illius periculi, quod ex culpa B. prouenire: si enim non sufficienter recompensatur, peccat A. si autem plus, quàm sufficienter, ita quòd nimis multum releuatur B. & per consequens onerat. A. tunc peccabit B.

Vndecimus casus. A. locat duos boues per aliquot annos B. hoc pacto, quòd A. vult cum B. participare lucrum & damnum: & nihilominus vult decem sextaria, vel cumulos grani quolibet anno. Ad illum casum ponitur quædam responsio; quam (vt magis clareat) reduco ad tres distinctiones & quatuor dicta, aliquibus pro maiori intellectu additis eidem. Prima distinctio est, quòd ille contractus potest dupliciter intelligi celebrari. Primò sic, quòd A. locet duos boues B. ad hoc, quòd B. possit cum illis bobus arare terram suam, vel aliquid cum eis vehere sibi ipsi, vel alijs, & quòd emolumentum ex tali vsu prouenions sit & debeat esse tantum ipsius B. &. si boues in fine anni essent facti deterioris conditionis, & sic minoris valoris, id ipsi B. cederet pro medietate in damnum, & pro alia medietate cederet ipsi A. in damnum: si autem facti essent melioris conditionis, & sic maioris precij etiam illud cederet pro medietate in lucrū B. & pro alia medietate in lucrum A. & sic secundū istum intellectum A. & B. non communicant in lucro & damno eius vtilitatis, quæ de operis rā boum, quàm B. prouenire nata est: sed tantum in lucro & damno capitalis. i. ipsorum boum, qui vel meliorantur illo tempore, vel deteriorātur. Alio modo potest intelligi contractus sic celebrari, quòd A. & B. communicent ad inuicem non tantum lucrum & damnū ipsius capitalis. i. boum, qui meliorantur, vel deteriorantur: sed etiam lucrum & damnum operarum tam ipsorum boum, quàm ipsius B. Et tunc illud secundum est subdistinguendum. Est ergo secunda distinctio talis: quia aut A. ponit tantum boues, & B. tantum personam operantem, aut ambo ponunt personam operantem, & cum hoc A. ponit boues. Si primum, tunc iterum est subdistinguēdum. Est ergo tertia distinctio talis: si A. tantum ponit boues, & B. tantum operas, vel opera personæ B. præponderat vsui, seu commodati boum, aut econuerso, aut sunt æquales. Primum dictum in primo principali membro primæ distinctionis contractus est licitus non obstante quòd A. vult habere à B. decem sextaria grani: dummodo tamen B. deductis expensis remaneat, vt communiter aliquo lucro, de quo lucro valeat illa. x. sextaria soluere. Quòd autem vt sic sit licitus, probatur sic: quia si non, maximè quia nō esset ipsi A. licitus, sed hoc non: quia aut ille contractus est locationis ex parte A. & conductionis ex parte B. ita quòd A. locat boues suos B. ad operandum cum eis. Aut est cōtractus societatis. Si primum, tunc erit ipsi A. licitus ratione deteriorationis, quam saltem pro medietate subit locando eos B. ab opera, ex quibus contingere potest eos deteriorari. Nec obstant ea, propter quæ videretur aliciti ille contractus esse ipsi A. illicitus. Nā si primo arguatur sic, B. equè sicut A. subit illam deteriorationem, & pro alia medietate, ergo B. non deberet quid dare pro vsu boum. Nam dicendum dupliciter. Primo, quamuis illud subire B. esset ratio, cur B. non deberet dare A. integrum mercedem, qui aliàs deberet dare, si nō subiret sic medietatem deteriorationis:

tionis: tamen non est ratio quòd B. omnino nihil debeat dare A. pro mercede. Modo si B. etiam non pro medietate seu nullam partem deteriorationis subiret oporteret B. dare A. pro mercede 20. sextaria, vt supponitur: quia supponitur quòd 20. sextaria fiat consueta merces danda pro concessione duorum boum pro quibus facta. Vbi conductor non tenetur subire deteriorationem pro aliqua parte, igitur si B. medietatem deteriorationis subit, satis erit, si B. deobligabitur à medietate mercedis. & ita debebit reliquam medietatem dare, scilicet 10. sextaria. Secundò etiam non potest ex hoc subire ipsius B. argui quòd A. exigendo 10. sextaria à B. iniquè agat contra B. Nam in recompensum illius deteriorationis, quam subit B. etiã vult A. dimittere B. participium meliorationis boum. Si secundò arguatur, quòd videtur, quòd B. debendo solvere decem, nimis grauetur. Non obstat illud: quia non nimis grauatur in hoc. Nam totum emolumentum prouenient ex vsu boum cedet B. & sic poterit tantundem lucrari, quòd bene poterit soluere illa 10. sextaria: & cum hoc vltra illa habere lucrum. Et addit vltra dicto, quòd ille contractus videtur pro vna parte sapere contractum societatis, & pro alia parte contractum locationis operatum: sicut in simili solet dici in c. ad quæstiones. de rerum permutatione. Si autem ponatur, q ille contractus in primo principali membro huius distinctionis primæ sit mere societatis: tunc iterum est licitus: quia capitale, scilicet boues, tam ad lucrum & ad damnum vtriusque, secundum hoc meliorantur, vel deteriorantur. Et si dicat, q est ipse A illicitus, pro quanto vltra participium lucri & damni in capitali vult habere à B. decem sextaria: quia in recompensum decem sextariorum dimittit B. omne emolumentum prouenient ex vsu boum. Secundò quia non est indignum, q A. plus percipiat in illo contractu etiam vt est societatis, quam B. quia A. plus ponit. Nam ponit boues ad commune participium meliorationis eorũ. & licet B. ponat operas: tamen non communicat fructum operarum ipsi A. quia omne eorum emolumentum sibi retinet. igitur indignum non debet videri alicui, q B. in recompensam operarum quas deberet communicare A. det ei decem sextaria. Secundum dictum in secundo membro principali primæ distinctionis contractus non est illicitus. immo potest esse licitus: dummodo fiat in primo membro secundæ distinctionis, & cum hoc in secundo membro tertiæ distinctionis: puta, q A. tantum ponat boues, & B. tantum operas, & operæ B. præponderent vsui boum, vel saltem adequentur. Ratio ponitur duplex. Primat quia talis contractus æquialenter est vsurarius. Nã A. tradendo boues B. perinde agit cum B. ac si medietatem valoris boum mutuasset B. & B. illam medietatem poluisset in societatem cum A. & tamen B. recipiendo illam medietatem ab A. assignaret A. decẽ sextaria pro tali concessione. & sic decem sextaria essent merces medietatis valoris boum sibi mutuatæ. Secunda: quia talis contractus præsumitur in fraudẽ vsurarum excogitatus per A. igitur habet speciem mali. igitur est illicitus. antecedens autem probatur. Nã si A. libenter mutuaret pecuniam ad vsuram, & tamẽ non auderet ipse suum intentum: quòd poterit obtinere per illam viam: scilicet si tantundem valoris boũ quanta esset pecunia: quam libenter mutuaret B. ad vsuram concedat ipsi B. vt illud ponat in societatem, & sibi assignet decem sextaria annuatim. Et dicit est notanter, q ille contractus est æquialenter & præsumptiuè vsurarius: quia formaliter nõ est vsurarius. Nam A. formaliter nihil concessit B. nisi boues, eorum autem concessio non est formaliter mutuatio: quia non concessit ei eos ad vsum, qui est eorum consumptio: quamuis medietatem valoris eorum sic concesserit ei: quia illa stat periculo ipsius B. Quartum dictum in secundo membro principali primæ distinctionis: contractus non est illicitus ipsi A. immo potest esse licitus, dummodo fiat in secundo principali membro secundæ distinctionis: puta, quãdo A. vltra boues etiam ponit personam operantem. Ratio patet ex ratione posita ad secundum dictum. & hoc à fortiori. Nam in tali casu A. ponit duplum, s. boues & operas, vbi B. tantum ponit simplicium. s. operas. igitur nõ est indignum, q A. vltra ea lucret: in quibus communicant A. & B. recipiat decem sextaria à B. & intelligitur illud dictum: dummodo tamẽ B. maneat in aliquo lucro, de quo possit decem sextaria soluere A. quæ additio etiam est intelligenda in secundo dicto. Si enim in casu huius quarti dicti, vel etiam secũdi nullum lucrum resultasset ex hac societate, & A. nihilominus vellet habere decem sextaria: iam A. nõ posset dici illa percipere ex lucro: quia nulli accessit, licet si accessisset: posset meritò plus habuisse quã B. ex quo plus potuisset. Cum autem de natura contractus societatis sit, quòd partes sint æquales: habito respecto ad quotam in societate positam, cũ sit quòd dam ius fraternitatis, quę æqualitas erit, aut quæ fraternitas: vt B. nihil lucrando debeat quid dare A. & sic A. debeat lucrari, cum nullum lucrum proueneriit. Vnde in tali contractu potius resultaret mutuum, quàm fraternitas in effectu, si recte consideretur. Esset enim ille contractus in effectu talis, quasi A. mutuasset B. medietatem valoris, & B. illam medietatẽ vltã cum operibus suis posuisset in societatem communitatem, & A. vellet habere decem à B. non alia ratione, quam quia mutuasset B. medietatem valoris boũ. Circa hunc modum respondendi dico, quòd in multis deficit, quorum aliqua non sunt vera, aliqua autẽ sunt diminutè posita, quę si suppleantur, & quæ non sunt vera emendentur, erit præfectus modus respondendi bonus. Et vt illa pateant, enumerabo. 9. puncta defectus illius modi respondendi. Primò quia in primo dicto pro causa iustificationis receptionis, quas A. recipit decẽ sextaria à B. allegat dicens: quia A. subit deteriorationem, modo hæc allegatio non valet. Primò, quia etiamsi A. non subiret deteriorationem, puta si certus esset, quòd boues non essent deteriorandi, adhuc posset recipere mercedem condignam à B. pro vsu boum sibi concesso. Nam locator potest recipere mercedem pro locatione etiam eius rei, quę non deterioratur ex vsu. Secundò: quia si deterioratio subeunda esset, ratio cur licitè recipere posset, x. sextaria à B. oporteret, quòd. x. sextaria & onus deteriorationis essent adinuicem adæquata, ita quòd quantũ onus esset A. expectare deteriorationem boũ ex vsu eorum tanto relevationis esset ei recipere decem sextaria à B. consequens autem est falsum: quia vsus boũ est longè majoris appreciabilitatis & æstimationis, quàm deterioratio sit oneris. ergo si pura & naturali locatione locaret A. duos boues B. & per consequens deterioratio esset totaliter A. tũc A. posset longè plus, quàm 10. sextaria exigere à B. consequens est contra suppositũ illius dicti: quia supponitur, quòd 10. sint adæquata merces puræ locationis boum. sequela probatur: quia A. posset 10. exigere pro hoc, quòd subit medietatem deteriorationis boum: & iterum 10. pro alia medietate deteriorationis, quam subiret: & tunc longè plus quàm 10. posset exigere pro vsu boum cõcesso. Secundò: quia defendendo eum licitum, solũ defendit eum vt licitum A. quasi si sit defensus vt licitus A. etiam sit defensus licitus B. eo quòd maximè videretur illicitus A. si esset alicui illicitus: & quasi non indigeat defendi, vbi etiã sit licitus B. Modo stat, quòd esset A. licitus, & B. illicitus. immo de facto magis videtur illicitus B. quàm A: vt statim patebit. Tertiò: quia defendendo A. & respondendo, quòd argumentum, quod fiebat contra A. videtur incidere in condemnationem B. ita quòd ex sua defensione cõtractus cessat apparere illicitus A. sed incipit apparere B. illicitus: quia ex defensione A. apparet, quòd B. faciat suam conditionem nimis bonam & meliorem, quàm sit condemnatio A. quia si in puro contractu locationis, in quo deterioratio totaliter debet pertinere ad locatorem, 20. sextaria sint adæquata merces, vt supponitur: tunc indignum videtur, quòd B. solũ velit medietatem mercedis, scilicet 10. sextaria, solvere, & velit, quòd alia 10. remittantur ratione illius, quòd medietatem deteriorationis boum subit: quia medietas deteriorationis non est æstimabile tanti oneris: vt satis videtur apparere cuilibet. Secundò quia in secunda solutione eiusdem primi argumenti insinuat, quòd A. dupliciter refundat B. onus deteriorationis, quod subit A. s. primò p hoc, quòd ei remittit decem sextaria: vt in prima solutione retigit. & secundò per hoc, quòd dimittit B. participium meliorationis lucri meliorationis boum. igitur B. iniquè agit contra A. volẽdo sibi illud onus sic dupliciter refundi: refusione duplici, quarum non solum vtraq; esset sufficiens, immo prima se sola esset plus, quàm sufficiens, immo superefluens. Quartò: quia non declaratillud, quod dicit, quòd ille contractus pro vna parte sapiat contractum societatis. & pro alia parte contractum locationis operarum. Nec specificat illã additionẽ, scilicet, dummodo B. remaneat in aliquo

lucro: quæ tamen sint specificanda, vt patebit in nono defectu. Ad suppliendum ergo illa, quæ circa primum sunt omissa: sic respondẽdum est ad casum primi dicti, quòd ad hoc quòd contractus sit A. licitus oportet, quòd A. in casu primi dicti recipiendo à B. decem sextaria: non accipiat nimis magnam mercedem, sed adequatam, & quòd onus suscipiendi medietatem deteriorationis impositum B. sufficienter refundatur B. per hoc, quòd dimittitur participare medietatem meliorationis eorum. An autem de facto illa fecerentur ex parte A. patebit. Ad hoc etiam q sit licitus B. oportet, quòd B. dando decem sextaria non debet nimis parum mercedem, & q non velit sibi onus suscipiendi medietatem deteriorationis nimis magna refusione refundi. Et illis servatis licitus est, non illa ratione, quam præcedens responsio allegauit: sed ratione illius: quia locator non plus recipit, nec conductor minus dat, quàm iustũ sit, & onus deteriorationis, quod A. imponit B. refundetur sufficienter per participium meliorationis eorundem. Secundò circa idem primum dictum dico, q si supponatur, quòd 20. sextaria sint merces adequata, quando boues locarentur puræ: puta sine illo innaturali pacto imponendi medietatem deteriorationis boũ B. & dimittẽdi ei participium lucri meliorationis boũ: potius videtur contractus habere difficultatem, si ne illicitus sit B. quàm an sit illicitus A. immo de facto videtur illicitus B. quia B. volẽdo sibi remitti decem sextaria occasione illius oneris videt velle nimis multum sibi remitti. Tertiò declarandum est, quomodo in illo casu huius dicti sit partim contractus locationis & partim societatis. Nam pro quanto A. trãsfert vsum boum in B. pro mercede, locat eos ei. pro quanto verò communiter participant damnum & lucrum deteriorationis & meliorationis boum, sunt socij. Hoc igitur modo posito & suppleto primo dicto, ipsum est verum, & etiam ea, quæ in eo sunt posita dẽpris, quæ contractantur: & etiam eo quod iam statim corrigetur in quinto defectu. Quintò deficit prædicta responsio: quia iustificando eundem casum primi dicti pro quanto esset contractus meræ societatis supponit, q possit ibi poni contractus meræ societatis. Modo hoc non videtur possibile: quia si sic, maximè q A. poneret boues & vsum eorũ ad societatẽ & B. operas suas. Sed hoc non: quia si sic: tunc etiam cõmoditates vtrarunque rerum. s. boum & operarum essent communes vtriusque. consequens est falsum: quia lucrum proueniens ex operis B. cedit totaliter B. quòd si dicatur verum, sed loco eius partis, quæ de illo lucro deberet cedere A. dat B. ei decem sextaria. Contra, ergo non fuit cõtractus puræ societatis: quia erit sibi admixtus contractus permutationis vnius rei. s. facialis lucri pro alia, scilicet pro decem sextariis. Præterea, nihil videtur, quòd B. ponat: quia non rem, vt constat, nec personam, vt patet: quia operas, quas B. impendet, vult sibi soli specificare. igitur. Sextò: quia in secundo dicto necessariò oportet addere, q præponderatio vsus boum super operis B. sit tantæ æstimationis, quòd non relaxandus ipsi A. nisi B. det ei decem sextaria, vel saltem valorem decem sextariorum. Nam si hoc non sit, ostensum est illicitus: quia non sequitur A. ponit in societatem rem præponderẽtem

igitur

igitur in refusionem illius præponderationis poterit quantuncunque magnum quid recipere: sed solum licebit sibi tantum proportionabiliter recipere quantæ æstimationis est illa præponderatio. Si etiam esset tantæ æstimationis, quòd non sufficeret decē sextaria ad huiusmodi refusionem contractus fieret illicitus B. Et ex hoc etiam patet, quòd non oportet solū videre, vt contractus non fiat illicitus A. sed etiam oportet videre ad B. Septimò: quia eodē modo oportet illud addere in quarto dicto: aliàs enim si non adderetur, & non subsit illud additum, contractus erit illicitus, aut A. aut B. Nam quantuncūque verum sit, quòd tunc A. ponit dupium, & B. simplū. non sequitur, ergo A. licebit pro suo excessu quantuncunque multum accipere. hoc igitur modo intelligēdo quarto & secundum dicta, & sic ea supplendo, ipsa sunt vera & non aliter. Octauò: quia in tertio dicto dicit, quòd contractus sit æquialēter & præsumptiuè vsurarius. Modo ad hoc dicendum non habetur sufficiēs ratio: quia si illæ rationes adductæ procederent: omnis iniqua emptio posset dici æquialenter & præsumptiuè vsurarius contractus: quia siquis rem valentem, v.g. emat pro 10. tunc dando illos decē, posset dici eos eidem mutuare, quatenus haberet valorē aliorum decem rationē illius mutui. Et ecōtra siquis vendat pro 10. floren. rem, quæ tantum valet decē, censeretur emptori valorem 10. floren. mutuare: & pro lucro recipere alios decem. Vnde aliter dicendū, scilicet, quòd casus tertij dicti est illicitus: quia iniquus & contra iustitiam commutatiuam: quia longè melior est conditio vnius, quàm alterius: non tamen est vsurarius dicendus, plus, quàm emptio, vel venditio iniqua dicenda est vsuraria contractus. & in hoc sensu tertium dictum est concedendum. Nonò: quia addito posita circa primum, secundum & quartum dicta licet sit vera: finit tamen specificanda, vt intelligatur de lucro verisimiliter sperato: nō autem de effectuali lucro. Nam si est contractus locationis, vt in primo dicto, & verisimiliter speretur, quòd B. possit notabilia emolumenta acquirere per boues, de quibus B. possit prædicta decem sextaria soluere: & tamē in effectu non obueniat, puta ex incuria B. vel etiam à fortuna, vel diuino iudicio, & sine culpa A. nō erit illicitum A. recipere decem sextaria præcisè ob hoc, quòd in effectu non euenit lucrum, vnde soluat. Nā si in effectu triplum lucrum eius, quod verisimiliter sperabatur euenisset in simili casu B. non ob hoc vellet B. A. triplicare decem sextaria, igitur nec debebit velle sibi decem sextaria remitti in toto, vel in parte propter hoc, q̄ non euenit sibi lucrum: dummodo tamen verisimiliter à principio cōtractus sperabatur venturum lucrum tale & tantum, q̄ B. potuisset cōmodè decem sextaria soluisse A. de hoc etiam est aliquid dictum in q. 87. cōclusione 4. in sexto notabili. Si autem sit contractus societatis: vt in casu secundi dicti & quarti: tunc fuit distinguēdum. Quia quauis indistincte sit verum, quando illa addito intelligitur de lucro verisimiliter sperato, & etiam sit verum de lucro effectuali licet tamen de effectuali lucro non est verum indistincte. Nam si de facto nō obueniat lucrū, vnde soluere possit decem sextaria, & illa non obuenio sit ex incuria B. puta quia non est vlus bobus non debebit ob hoc ipse A. carere sua parte. secus si fortuna vel diuino iudicio impeditus fuit, quominus lucraretur effectualiter. & hæc de præsenti casu.

Duodecimus casus A. tradit duos boues B. pro certis sextarijs bladi eo pacto, quòd si deteriorentur etiā sine culpa B. immo etiamsi moriantur fortuito casu, aut diuino iudicio B. habeat medietatem illius dāni. si autem meliorarentur, habeat B. medietatem illius commodi. Ad illum casum diuisa responsione aliorum potest clarè responderi ad casum per quinq; dicta. Primum, si sextaria, quæ exigit A. sunt moderata merces & adequata vsui boum: licitus est cōtractus, quantum est ex parte pacti de recipiendo sextaria. Secundum dictum, pactum communicandi damnum tam mortis quàm deteriorationis. & etiam percipiēdi commodum melioris boum: pro tanto est licitum A. si quantum B. oneratur expectando prædictum damnum euenibile, pro tanto etiam releuetur per expectationem commoditatis melioris participandæ. Aut de facto hoc fiat in prædicto pacto, vt facet, pono. Tertium dictum, q̄ si A. exigat tot sextaria, quot passim & regulariter consueuerunt exigi in locatione duorum consimilium boum facta pure, facta sine prædicto, vel consimili pacto, quo B. imponitur onus sustinendi damnum mortis, & deteriorationis boum: & tamen nihilominus ei imponat illud onus: tunc A. non sufficienter releuat B. quē sic onerauit: quia longè oneriosius est expectare illud damnum, quàm sit lucrosum expectare commoditatem melioris: nisi dato q̄ eque nati sint boues meliorari, sicut deteriorari, & hoc si superuiuant: tamen ex quo etiam possunt mori: illud periculum mortis expectandum per B. non refunditur ei per A. & ideo tunc contractus est illicitus. Quartum dictum. si A. tanto minorem mercedē, puta tāto pauciora sextaria recipiat à B. quatenus sufficienter ei refundat onus, quod ei imposuit, ita q̄ illud, quod ei non sufficienter refudit per participium melioratiōis boum: ex æquo ei refundat per huiusmodi remissionem mercedis, non est illicitus A. Quintum dictum: si etiam nō remittit ei quid de cōsueta mercede, & nihilominus imponit ei prædictum onus: sed tamen in animo habet, q̄ solum velit B. imposuisse periculum deteriorationis & non mortis boum: immo periculum mortis velit esse sui ipsius, licet vtrumque expresserit: vt B. eo diligentior sit in cura boum, & nō eis, super quā congruit, vtatur, & sic videatur B. onus deteriorationis refudisse per participium melioratiōnis sufficienter: puta quia æqua est nata contingere boum melioratio sicut deterioratio, & etiam tanta: tunc licet nō sit illicitus ratione iniquitatis: tamen est illicitus ratione scandali: prout in simili tactū est in decimo casu. Possent quidam alij casus traditionis animalium poni sed quia illi sunt societatis, & aliqui sunt locationis personæ, & non rei. ideo in seq. quæstionibus tangetur in suo loco. Et hæc de præsenti quæstione sufficiant: quia ex modo resoluendi casus iam formatos poterit lector accipere artem plures alios etiam innumeros casus & alterius formæ resoluendi.

Quæstio

QVÆSTIO XC.

Vtrum contractus, secundum quem animalia traduntur in specie alterius contractus: quàm in specie locationis rei sit licitus, & nominatim quando traditur in specie cōductionis personæ ad operas, & in specie permutationis: prout illi modi sunt tacti in q. 88. Solutio. q̄ stat in vna suppositione & quinque conclusionibus. Suppositio est, animalia in multiplici specie contractuum tradūtur, prout illa multiplicitas patuit q. 88. & vna illarum specierum est expedita in præced. quæstione. s. quādo traduntur sic, quòd animalia locentur. in hac autem quæstione tractandum est de aliis tribus speciebus, secundum quas traduntur, prout etiam illæ tanguntur in titulo. Primò videndū est, quid requiritur ad hoc, q̄ licitè tradatur, quando traduntur sic, q̄ tradens nō locat ea, & ille conductus locat personam suam ad operas, scilicet vt ea custodiat & pascat: & alia necessaria circa ea faciat: & quantum distinguatur ille contractus ab alio, de quo in præcedenti quæstione est habitum: patuit q. 88. conclusione tertia.

Prima conclusio. talis contractus est licitus ex genere.

Secunda, talis potest vestiri omnibus debitis circūstantijs, & sic fieri licitus etiam simpliciter.

Tertia, talis potest septempliciter deprauari ex defectu cuiuslibet septem circunstantiarum. Istæ conclusiones possunt satis patere proportionabiliter ex dictis in tribus conclusionibus præcedentis quæstionis. Vnde vt sit licitus tradenti, oportet, quòd non sit prohibitus tradere ea alicui conducendo aliquem ad ea, & quòd non timeat eam illi, qui potest licitè operas circa ea impendere: & quòd ob debitum finem, & ad honestas operas impendendas: & loco & tempore congruis eum conducat: & etiam pro loco & tempore congruis & singulariter oportet seruare circūstantiam quomodo, ita quòd tradens, det recipienti mercedem congruam. Ad cognoscendum autem, si congrua detur, ponitur.

Quarta conclusio. ad cognoscendum si seruetur circunstantia quomodo, poterunt multum prodesse quinque regulæ sequentes, quas hic breuiter pono: quia earū latior deductio potest haberi ex similibus regulis positis in quarta conclusione præcedētis quæstionis. Prima, quòd videatur, an sit æqua conditio vtriusque. & ex parte cuiuscunque contrahentium est notabiliter melior, & per consequens iniqua, ille contractus est illicitus. Secunda, si talem contractum pro tali mercede passim ineant præsti & nō præsti &c. Tertia, si talis merces sit consueta dari à sic tradentibus animalia, & consueta recipi à sic locantibus operas suas circa ea. Quarta, quòd videatur, si locanti operas suas circa animalia possit per mercedem sibi promissam satisfieri de singulis, quæ habet ex contractu agere & sustinere, cuiusmodi sunt expensę, labores, curæ, & etiam pericula, quæ ipse ex natura contractus locationis operarum habet subire, vel quæ habet sibi ex pacto contra naturalia, vel præter naturalia conductionis operarum adiecto in contractu: quia si nō potest verisimiliter ei de illis satisfieri, peccat tradens animalia, & si potest sibi satisfieri: sed tamen etiā nimis, & pene essuenter sibi satisfit: tunc peccat recipiens animalia exigendo tantā mercedē. Quinta, vbi quid sit consueta merces solita dari locanti operas suas iuxta locationē puræ & naturaliter factæ. i. sine pactis onerosis contra vel præter naturam impositis alteri contrahentium, consequenter videatur, si alter contrahentium dando vel recipiendo talem mercedem nō teneat in ipsa puritate naturali contractus, sed adijciat alteri aliqua pacta contra vel præter naturalia contractus tendentia in notabile onus alterius contrahentium: nec tamen ipse vicissim eundem onerum releuat subeundo loco eius aliud onus æquialens. Nā tunc statim apparet contractus iniquus: quia supponitur, q̄ nihil remiserit de cōsueta mercede, vt ponit casus, nec ex alia via eum relenauit, igitur grauat eum contra iustitiam.

Ex illis sequitur corollarium, q̄ responsio, quæ ad sequentes tres casus ab aliquibus datur, non videtur sufficiens & magistralis. Primus est A. tradidit B. eccam & virulum nutriendos vsque ad annum, hoc. s. consuetione, quòd in fine anni vendantur, & A. mites omnia extrahat suum capitale, deinde diuidatur lucrum. Ad illum respondetur, quòd duo sunt necessaria ad hoc, vt sit licitus. Primum, quòd A. retineat in se periculum forsitan capitalis. Secundum, quòd si animalia minoris precij venderentur, quàm fuerint empta, hoc est quàm fuerint æstimata emenda quando tradebantur B. non tamen teneatur ob hoc B. supplere defectum in tali precio æstimationis capitalis: quia tunc esset capitale saltum, quod non licet. Contra illam rationis arguo & supponō, quòd prædictus contractus sit conductionis operarum ex parte A. & locationis operarum ex parte B. quia A. conduxit, vt apparet B. ad impendēdum operas suas: immo & expensas circa illa animalia: tunc sic arguitur. Contractus prædictus non potest iustificari: etiamsi concurrant prædicta duo: vt tamen velit prædicta responsio, nisi medietas lucri prouenibilis de eis venditis sit tantæ æstimationis, q̄ satisfieri possit B. de suis curis, laboribus, & expensis, & periculis naturalibus contractui locationis operarum: vt in quarta regula quartæ conclusionis: immo ex quo quantum ex forma casus & responsionis apparet A. nihil vult dare B. pro expensis & curis, si nullum lucrum obueniat in fine anni: oporteret, q̄ medietas expectanda esset verisimiliter ita superabundans redpiens illarum operarum & expensarum affluxa, quòd etiā sibi sufficienter refunderetur periculum, quo B. nihil fiet pro suis operis & expensis: si in fine anni nullum remaneat lucrum in venditione eorum. Nam nisi expectatio medietatis lucri à principio cōtractus fuisset verisimiliter ita lucrosa, q̄ meritò quis eius spe fretus subiret onus nihil habēdi, si nihil obueniret: valde iniquè ageret A. contra B. conducendo B. ad prædicta sub tali mercede. Secundò: quia si medietas lucri expectanda esset verisimiliter ita lucrosa, q̄ B. de omnibus prædictis satisfieret, & adhuc notabiliter esset B. in lucro: tunc esset illicitus B. quia exigeret & reciperet ab A. mercedem nimis magnam. Tertiò: quia econtra posset medietas lucri a principio contractus ita vilis verisimiliter reputari, q̄ A. teneatur B. non solum habere de obligatum à periculo forsitan capitalis, & à supplatione

riche valoris: si in fine minoris reciperetur, sed etiã teneretur B. aliquid superaddere vltra pactum mediet-ratem, ne pro diminuta mercede impenderet operã & expensas, & ne aliquando omnino eas perdidisse oporteret: Aliter arguitur, respondendum est, quòd tunc est licitus, quando medietas lucri expectanda est à principio contractus: et similiter intelligendum est de alijs casibus, q. supra: pro operationibus, curis, & periculis, quæ sunt circa contractus, etiam pro illo periculo, quo cõtingere potest, quòd si nihil obtenatur, oporteat eã perdidisse impensas, & operas impensas circa animalia, & si non sit talis contractus, est illicitus A. Si autẽ est notabiliter lucrosus est illicitus B. Secundò dico, quòd prædictus contractus licet apparatus sit ad commodationis operatum, & etiam profuit talis dicti tamẽ non est nisi impropriissimè capiendo conductionem & locationem: quia mercès percipienda per locatorem operarum non consistit in pecunia, igitur non est strictè locatio operarum. Secundus consistit in speciebus indeterminatis quantitatis, quia mediet as usurarum est determinata quantitate, & ratione cuius est locatio, atque dicitur, est impropriissimè locatio operarum & contractus precarius & accedit ad contractum societatis.

b Secundus casus. A. tradit centum oues B. pacifcens secum, quòd velit sibi fidas facere de labore & expensis, quas faciet pro dictis ouibus custodiendis, hoc addito quòd ipse B. teneatur partem lucri & damni pro rata centum de prædictis ouibus, sic casus reputatur licitus, B. enim promittit fidem facere pro operis & expensis illis, & licet obligetur ad certam partem damni: tamen eo ipso etiam communicat rei participium certæ partis lucri. Contra illam responsionem, quia oportet addere, quòd certa pars lucri expectanda pro rata, &c. valoris, quinti oneris est certa pars damni sustinenda. Nam illa verisimiliter minor notabiliter percabit A. si notabiliter maior, percabit B. Et etiam notandum, quòd ille contractus non est dicendus societatis; quia B. nec rem, nec operas communicat societati, sed operas suas applicat A. pro mercede, q autem ad invicem communicat lucrum & damnum ouium, est ex cõtractu innominato, facio vt facias, scilicet facio certam partem lucri tuam: vt tu facias certam partem damni etiam tuam.

c Tertius casus A. tradidit centum oues B. hoc pacto, quòd B. habeat medietatem de prædictis ouibus, & horum in principio, & in medio, quàm in fine. Et talis contractus reputatur licitus, dummodo A. retineat in se periculum fortuitum capitalis. Contra illam responsionem arguitur. Aut intelligis, quòd B. debeat habere medietatem de prædictis ouibus: non solum quo ad commoditates & fructus prouenientes de ouibus, sed etiam quo ad substantiam ouium, ita quòd medietas ouium sit sua, aut dumtaxat intelligis quo ad fructum & commoditates prouenientes de ouibus. Si primum (vt videtur) erit illicitus B. quia si volendo habere talem medietatem, vult habere minus magnam mercedem pro eo, quod habet impendere ouibus: quia habet eas custodire & pascere & huiusmodi, pro quibus si etiam solum haberet cõmoditates ouium: satis haberet, eo quod vnum responsione dicitur, periculũ capitalis pertinet ad A. Si secundum: pro tanto apparet licitus A. vel B. pro quanto medietas illarum commoditatum prouenientium de ouibus sit æqua ratio operationum & curæ & expensarum atque periculorum, quas & quæ subire habet vterque eorum. Si sit æqua, est licitus. Si superexcedens, est illicitus. Si dubitatur est illicitus A.

Quæ conclusio per quam respondetur ad secundam partem quæstionis est ista. Traditio animalium facta in specie permutationis eo modo, quo casus est positus in q. 88. conclusione 3. est licita: dummodo quæ sit conditio tradentis & recipientis. An autem de facto sit ęqua cõditio vtrinque in casu prædicto non potest præcipiantur respondere, neque supponi indistincte, quòd sic, vt quidam respondent, illud præsupponentes, sed oportet habere respectum ad tradentem quanta ratio sit & vtilitatis, prout talia sunt declarata in q. 21. Vnde sequitur, quòd illicitus esset contractus, si oues, cum traderentur, essent infectæ vel morbidæ & dispositæ ad mortem. Nã tunc condicio non esset ęqualis. Et si A. sciret, poterat mortalitatem quæ nondum est in magno grauare ouibus futurum. Si autem non sint morbidæ, sed sanæ: & remanserit post traditionem ex dictarum morbidæ, adeo quòd omnes moriuntur: poterit nihilominus A. recuperare annuam pensionem vitæ suæ, & quasi in consilio esset, quòd A. debeat partem detrimenti tamen nõ est nodellitatis, patet similiter. Si trado meum asinum tuum pro tuo bono pretio tamen do per dies vitæ meæ, & sine, vt fiça quasi vsloris, & mox tradito tibi asino meo casinus moriatur bona fide tradita tempore, quo fuit meus: nihilominus poterã bonam illam retinere secundum conditiõem similiter si trado centum agnellos pro vitalitio, & statim ab centũ traditi apud te perabo sortem, vel aliter: nihilominus possum leuare pensionem vitalitij, modo A. tradidit suas oues pro vitalitio, quòd eas tres quæcũque perderentur, & potest inter immobilia computari, si sit ad decem annos diuturna, vel vltra. Si autem essent morbidæ tempore traditionis. & hoc A. nesciret sed bona fide tradidisset. & postea morerentur: ex illa infectione tunc A. postquam illud comperiret, teneretur B. refusionem facere proportionabiliter illius damni, remittendo, si tantundem de prædicto vitalitio, quã cum vilitas ouium traditarum attenta certã infectionem requirit, adeo quòd si nihil valuerunt, vel prope nihil: tunc nihil, vel prope nihil debebit recipere à monasterio: si enim non valuissent, nisi centum solidos obolorum, non posset à monasterio pensionẽ annuam in vita sua accipere, nisi talem & tantulam quã talem à monasterio potuisset pro centum solidis obolorum emisse pro vita sua. Et hæc sufficiant de illo speciali contractu permutationis animalium: quia de contractu permutationis vniuersaliter in generali satius dicetur in q. 944.

QVÆSTIO XCI.

Vtrum traditio animalis facta in specie mutationis, prout exemplificatũ est in quæstio. 88. sic licita? Solutio. q. stabit in duabus cõclusionibus, & duobus corollarijs, & sex argumentorum solutionibus.

Prima

Prima conclusio. ad hoc quòd fiat traditio animalium licitè, quando fit in specie mutui: prout exemplificatum est in q. 88. cõclusione quarta, requiritur quòd tradens non tradat ea propter causam lucri vel mercedis, omnibus illis modis intelligendo spem lucri, mercedis, quibus intelligitur, quando dicitur, q tradens alteri pecuniam mutuò, non debet eam tradere propter spem lucri, de quibus sufficienter habitum est per totum tract. secundum huius operis: aliàs ci tradens animalia eque committeret vsuram: sicut si traderet alteri pecuniã mutuò propter spem lucri.

Secunda conclusio, si tradens animalia prædicto modo æstimat ea, quando tradit: tunc quamuis A. possit dici animalia vendere, & B. ea emere: tamẽ non potest dici, quòd ibi sit pura vẽditio & emptio: quinetiam interueniat mutuatio. Prima pars probatur: quia æstimatio rei in contractibus, de quorum natura est, quòd transfertur dominium, facit contractum transire in venditionem & emptionem. Modo tradẽdo ea prædicto modo censetur ea mutuare, & per cõsequens transferre dominium eorum in B. quod etiã ex eo apparet: quia omne periculum imponit B. igitur ex quo ea precio æstimata tradit, sequitur, q perinde habebitur, acsi ei vendidisset pro illo precio. Secunda pars probatur: quia ex quo A. non potest repetere capita, nec valorem eorum: nisi post lapsum temporis conuenti, igitur dato, quòd A. vendiderit capita B. pro precio: tamen ex quo nec capita, nec preciũ potest petere nisi post lapsum temporis, sequitur q saltem illud precium cedebitur mutuasse B. & sic adhuc necesse est ad virandum vsuram in tali traditione animalium, quòd nõ ob spem alicuius lucri sic ea tradat, saltem loquendo de lucro ratione dilationis repetibilitatis capitum; vel precij capitũ. quamuis si sit venditio, possit vendendo sperare lucrum de eis eo modo, quo sibi liceret lucrum sperare, quando venderet pro precio mox sibi dando sine lapsu temporis. Ex illis conclusionibus sequuntur duo corollaria.

Primum corollarium, quòd sequens traditio licet sit mutuatio: tamen non est illicita tanquam vsuraria. s. A. tradit B. 10. capita hoc modo, quòd illa sint firma, ita quòd vult illa in illo valore rehabere, vel precium eorum, si pereant, vel deteriorentur, etiam quomodocunque pereant, vel deteriorẽtur, & dimittit B. omne lucrum & emolumentũ inde prouenies. sicut vult etiam omne damnum & periculum esse B. nec aliquam mercedem, nec aliquod aliud lucrum sperat à B. occasione talis traditionis. talis inquam perinde agit, acsi tantam pecuniam, quantam valent illa capita, daret B. ad tempus. post quod vellet posse repetere pecuniam, etiamsi perijsset pecunia apud B. dummodo absque omni spe lucri eam traderet. modo illa traditio esset mutuatio & gratuita & non vsuraria. igitur prædicta traditio capitum etiam est mutuatio non vsuraria.

Secundum corollarium, quòd sequẽs traditio animalium est vsuraria. s. A. tradit duo animalia B. per annum volens habere ab eo aliquot sextaria frumenti, vel aliquam aliam vtilitatem in pecunia, vel in rebus consistentem, & omne periculum illorum animalium imponit B. ita quòd B. debeat solus sustinere periculum tam deteriorationis, quàm mortis animalium: non tantum eius deteriorationis & mortis, quæ ex culpa lata, vel leui B. prouenerint: sed etiam eius, quæ ex eius leuissima culpa, immo etiam quæ sine omni culpa B. sed à natura, vel à fortuna, vel diuino iudicio euenerint animalibus. probatur duplicẽter. Primò: quia A. censetur prædicta animalia mutuasse B. ex quo A. vult esse immunis ab omni periculo animalium non minus, quàm si tantundem pecuniæ mutuasset B. & omne periculum imposuit B. quale mutuatarius tantæ pecuniæ haberet debere. si enim A. nihil vellet facere nisi ea mutuare, nõ posset aliud facere, quàm quòd ea sic traderet, volendo B. habere omne emolumentum, & omne periculũ, & post tempus ea, vel æqualẽs eis rehabere. ideo est mutuatio: & quia A. exigit certam mercedem à B. occasione illorum animalium sibi traditorum sequitur, q pro mutuo accipit mercedem. igitur est vsurarius. Secundò sic: quia da oppositum, quòd prædicta traditio non sit vsuraria, sed licita: vt pura quia tanto vilior rem mercedem accipit à B. eo quòd sic sibi imposuit omne periculum, vt sibi faciat refusionem, vbi alias B. non teneretur tot pericula sustinere. tunc aperta erit ianua omnibus vsurarijs cõmittendi vsuras. Nã cum viderint sibi non licere mutuare suas pecunias sub certa mercede, omnem suam pecuniam exponẽt pro animalibus emendis, vel pro domibus, & dicent sic huiusmodi locare alijs pro certa mercede: tamen imponerent illis omne periculum eodem modo, sicut si tantam pecuniam, quãtam exposuerit pro animalibus, vel domibus eis mutuassent: & tamen aliquanto minorem mercedem exigẽt ab eis viis, quòd sic eos onerant tali pacto: vt puta, vbi in locatione animalium vel domorum pura. i. sine tali pacto impositionis omnis periculi super B. darentur de animalibus, vel domibus locatis decẽ floreni A. accipit quinque florenos, modo non est contractus aliquis admittendus, vel approbandus, qui potest esse ianua vsurarijs prædicto modo: quia latibula latronum nõ sunt sustinenda: sed extirpanda.

Contra illud secundum corollarium argui posset multipliciter. Primò sic. Nulla traditio est vsuraria, nisi quæ est mutuatio, prædicta autẽ venditio animalium non est mutuatio, quia mutuatio est traditio pecuniæ vel rei ad vsũ, qui est eius cõsumptio. e. a dictis. q. 18. A. autem non tradidit prædicta animalia ad talem vsum, qui sit eorum consumptio: vtputa ad esu mestionem vel distractionem, sed ad hoc vt B. eis vteretur laborãdo cum eis, puta, si sint equi, vel boues, vel si sint vaccæ, vel oues, & huiusmodi, ad percipiendum de eis lac & vitulos & agnos, talis autem vsus eorum non est consumptio eorum, sed est talis, pro quo quis licitè potest accipere mercedem.

Secundò sic, & suppono, quando A. locaret prædicta animalia B. sine prædicto pacto impositionis omnis periculi super B. tunc A. posset licite certam mercedem accipere pro eorundem locatione, puta eam, quæ consueta est passim ab omnibus dari in titul locationum. igitur, quòd illa merces sit. 12. sextaria, & B. esset immu-

nis

sis à periculo tã deteriorationis, quàm mortis boum loquendo de tali periculo, quod hinc culpa sua eueniret, vel etiam si ex culpa sua tamen ex leuissima tantum veniret: licet nihilominus esset obligatus ad periricula ex lata culpa lata, vel leui euenientia bobus reliqua verò pericula omnia spectant ad A. Secundò suppono, quòd omnia reliqua pericula spectãtia ad A. sunt aliquasi oneris, & hoc patuit, igitur si imponerentur alicui, qui ea non teneretur sustinere, essent sibi res sibilia certo valore, ita quòd quantum per illa deperiretur, tantum per illum alijsi valorem reciperetur, & sibi de illo onere satisfieret. Vnde eadem ratio ab ipso A. & B. puta B. posset pro certo valore illa onera super se accipere loco A. ita quòd A. esset immunis ab omnibus illis. Tunc sic arguitur: igitur ei A. posset predicta pericula, quæ sibi ipsi incumberẽt, imponere B. pro certo valore, s. quòd A. remitteret B. certam partem prædictæ mercedis: vt puta medietatem, ita quòd vel A. reciperet alias 12. iam tãtum vult recipere sexẽtæ, tunc sequitur, quòd A. potest recipere sex sextaria: & tamen omne periculum in cubit B. Confirmatur primò: quia pactum existens tantum contra naturalia contractus locationis non depauperat ipsum: si ei, cui onus illius pacti imponitur, refundatur alia via: vt sæpe dictum est in superioribus: igitur quantacunque hoc esset contra naturalia locationis, quòd B. deberet sustinere omne periculum, adhuc poterit illa locatio manere licita. Secundò confirmatur: quia illud pactum non est contra substantiam locationis: igitur adhuc potest manere locatio, & sic: igitur potest etiam taliter velitri, q̃ fiat licita: igitur etiam exigendo mercedem potest manere licita: quia sine conturbatione de mercede non potest dici locatio.

Tertiò arguitur: quia locator animalium potest conductori imponere medietatem omnis deteriorationis animalium: dummodo locator in recompensam illius dimittat conductori participium meliorationis animalium, si saltem expectatur ita verisimiliter tanta melioratio, quanta timeri habet eorum deterioratio. ergo eadem ratione potest locator animalium conductori imponere medietatem omnis periculi: tam deteriorationis, quàm mortis cuiuscunque: dummodo locator ei in recompensam illius dimittat ei tantum de mercede: vt fiat refusio ipsi conductori de onere. Et si medietatem omnis periculi potest A. B. imponere remittendo sibi certam partem mercedis proportionatam oneri: eadem ratione poterit taliter omne periculum ei imponere: hinc adhuc tantã partem mercedis ei remittat, & sic quod reliquũ est, poterit A. sibi nomine mercedis retinere.

Quartò arguitur: quia si A. non posset aliquid reliquum mercedis recipere, maximè hoc esset pro tanto: quia A. teneretur tantas & tot partes remittere, q̃ nihil remaneret de prædicta mercede. Nam si 12. sexteria sint merces iusta secundum casum secundi argumenti: tunc si voluerit A. imponere medietatẽ tam omnis deteriorationis, quàm cuiuscunque mortis boum oportet, quòd remittat medietatem mercedis. & sic solum licebit sibi recipere sex sextaria. si igitur reliquam medietatem etiam sibi velit imponere: & ita totum periculum, etiam reliqua sex sextaria tenebitur ei remittere. & sic nihil remanebit de mercede, quia ambas medietates habuit dimittere. Assumptum autem huius euasionis. s. quòd si A. vult medietatẽ omnis periculi imponere B. quòd debeat ei medietatẽ mercedis remittere, persuadetur ex eo: quia A. debet tertiam partem mercedis remittere B. quando vellet B. imponere tertiam partẽ omnis periculi eorum, prout patuit in septimo casu quæstionis 89. igitur si medietatem vult ei imponere, debet tertiã medietatem mercedis remittere, tenet consequentia per locum à proportione. Sed hæc euasio non valet: quia nõ est verum, quòd si A. velit B. imponere medietatem omnis periculi, quòd ergo oporteat eum ei remittere medietatem mercedis prædictæ: quia sicut medietas periculi, quàm alias B. ex natura locationis non teneretur subire: non est tanti oneris, quòd propter refusionem & recompensationem indigeat valere sex sextariorum. Sic etiam si A. velit totum periculum imponere B. non oportebit totam mercedem remittere: quia onus totius periculi non est tantum, vt sub eantẽ illud esset remittẽdus valor 12. sextariorũ aliàs debitorum. Nam si A. vel tertio puta G. imponere vellet onus omnis illius periculi, qđ A. haberet supportare, longè minus daret ei: & B. etiam esset contẽtus de minori valore, quàm sit valor 12. sextariorum. Ad illud autem, quod prædicta euasio adduxit de se primo casu, dicerẽtur, q̃ non cõcludit: quia nõ est ibi dem septimus casus inde ficatus quo ad pactum de sustinendo tertiam partem periculi pro remissione tertiæ partis mercedis: nisi supponeretur, quòd tertia pars periculi sit tanti oneris, quod nõ refunditur ei, cui imponit, nisi valor tertiæ partis mercedis ei adæquetur. modo ibidem non est dictum, quòd de facto sit talis adequatio inter ea, nec hodie apparet esse talis adæquatio.

Quintò si conuius periculorum, quæ ex natura locationis A. haberet sustinere, non est tanti ponderis: vt A. imponendo illud B. ob id debeat totam mercedem remittere B. ergo potest nihilominus aliquam mercedem recipere. Antecedens probatur: quia nisi sic sequeretur, q̃ equa esset conditio ipsius B. habentis vsum & vsufructum animalium cum onere tamẽ omnis periculi: & conditio A. habentis tãtum dominium suorum animalium sine vsu & vsufructu cõsidẽ eã deobligatione tamen suipsius ab omni periculo eorum. cõsequentia nota est: quia da oppositum illius consequentis: vt puta quòd esset melior cõditio B. ergo A. posset à B. aliquid exigere nomine mercedis: vt fieret adequatio conditionum vtriusque. Autda, quòd melior sit conditio A. igitur si etiã A. tota mercedem ei remitteret: nondum tamen satis refudisset onus periculorũ impositum B. quin adhuc amplius aliquid dare deberet ei: quod tamẽ nemo dicet. Nam mutuator non tenetur mutuatario, à quo nihil omnino exigit aliquid dare vltra hoc, quod ei mutuauit: falsitas tamen consequẽtis probatur dupliciter. Primò: quia experientia est ad oppositũ. Nã quilibet potius vellet habere omnem vsum & vsufructũ animalium: licet cum onere omnis periculi: quàm dum taxat habere proprietatem & nullũ vsum, nec vsufructum eorũ. Secundò probatur: quia si esset æqua conditio vtriusque: tunc A. non censeretur beneficium impendere, & gratis mutuare animalia ipsi B. quantuncunque A. nihil acciperet à B. nomine mercedis, consequens est falsum: quia mutuare alicui sine vlla spe lucri est beneficium impendere, & est gratis mutuare, consequentia tamen probatur: quia ille non impendit alicui beneficium, qui ei aliquid concedit sine mercede, eo quòd ille alius onus commensurato tali mercede loco eius suscipit. Ille enim esset contra actus rigoris & iustitiæ, non beneficij & misericordiæ.

Sextò, quia si A. retineret prædicta sua animalia sibi ipsi: haberet omnes commoditates de eis, quas conductor haberet. & illæ commoditates cessant A. quando concedit B. sua animalia, igitur A. poterit ali quid pro illis commoditatibus tanquam pro lucro cessante exigere à B. etiam si à parte rei traditio animalium prædicto modo facta transiisset in mutuationem, vel saltem induisset speciem mutuationis, tenet consequentia: quia mutuator potest aliquid exigere à mutuatario ratione lucri cessantis. Vnde non poterit hic dici, quòd illius lucri cessantis sufficiens refusio sit, ipsum B. sustinere onus periculorum ipsorum animalium: vt probatum est. Ad illa argumenta dicendum, quòd quamuis aliqua satis stringere videantur, non est tamen propterea prædictus contractus approbandus, & hoc maximè propter secundam rationem positam ad corollarium. Nam etiam contractus sit in se non sit vsurarius: quia tamen facile ibi deficere possunt vsurarij, cauendus est, nec etiquam confulendus vel approbandus. Nam etiam ab actibus in se licitis abstinendum est propter speciem mali, iuxta illud. Si dextera tua scandalizat te, abscinde eam, & proijce eam abs te. Præterea etiam dato, quòd prædicta argumenta aliquid concluderent: non tamen plus concluderent, nisi quòd A. liceat aliquam mercedem accipere à B. in casu, quo ex huiusmodi traditione sibi cessaret lucrũ: ita quòd illud quod acciperet, totum esset refusio lucri cessantis: quomodo etiam mutuatori licitum esset quid recipere vltra sortem à mutuatario seruatis ser vel septem circunstantijs, positis quæstione 30. Ad primum igitur dicendum, quòd quamuis A. vocaliter non tradat ea ei ad vsum, qui sit eorum consumptio: tamen re ipsa sic ei ea tradit. Nam pro quanto omne periculum imponit B. videtur ea ei concedere, vt eis vtatur: etiam eo vsu, quo pereant & consumantur. Præterea dato, quòd A. vellet expresse, q̃ ea non consumeret: sed tantummodo eis vteretur in laboribus: & nihilominus sic ei omne periculũ imposuisset: non propter hoc posset A. excusari ab iniquo contractu: quia & si non posset damnari vsurarius propter hoc: vtputa quia non posset satis apparere conuinci de mutuo animalium: tamen iniquè ageret cum B. Nam si ea ad omnem vsum concessisset & hoc mutuasset, & aliquid acciperet nomine mercedis ab eo, diceretur iniquè agere contra B. ergo multo magis condemnandus est A. iniquitatis, quando ei non ad omnem vsum, sed ad restrictionem vsum concedit: & nihilominus vult habere mercedem ab eo. Tertiò diceretur, quòd & si A. non posset continuè mutuatse animalia: tamen consuescere virtualiter pecuniam æquiualentè animalibus mutuatæ. Nam dici posset, quòd A. censeretur animalia el vendidisse: saltem si ea æstimata tradidit, & pretium venditionis mutuatse B. pour in conclusione. dicendum est. Ad secundum dicendum concedendo duas suppositiones præambulas. Sed eam assumitur in argumento. igitur &c. conceditur totum vsque ibi. vt puta, quòd A. remitteret medietatem mercedis, vbi dicendum dupliciter. Primò negando, quòd si medietas mercedis remittatur, satisfiat B. de onere impositò: hoc ei nondum constat. Secundò dico, quòd per remissionem medietatis mercedis, vel saltem tertiæ partium mercedis satisfieret B. de onere impositò: non tamen sequitur, quòd propter hoc licebit A. reliquam partem exigere a B. quia tradendo animalia prædicto modo censetur ea, vel saltem valorem eorum mutuare B. mutuatori autem non licet quid exigere nomine mercedis. Ad primam confirmationem dicendum, quòd antecedens & consequens supponunt, si onus aliis via refunditur, modo diceretur, quòd aut non refunditur B. onus, nisi remittatur ei tota merces, & sic cessabit esse locatio. Aut si potest refundi ei citra remissionem totius mercedis: tamen illud reliquum exigere nõ potest ex causa dicta. Ad secundam confirmationem dicendum, quòd dato quòd posset manere subsistantialiter locatio: vtputa aliquid mercedis remaneret, quod ad refusionem oneris non requiritur: tamen illam partem non liceret A. exigere à B. non quia locatio esset in se iniqua & illicita: sed quia tunc induit speciem mutuationis, & incipit fieri habile fatibuitus vsurariorem. ideo abstinere debet A. à tali exactione. Ad tertium dicendum est concedendo totum argumentum vsque ibi. si medietatem omnis periculi A. potest imponere B. remittendo sibi certam partem mercedis &c. vbi dicendum dupliciter. Primò, quòd argumentum ibi supponit falsum: quia supponit scilicet, quòd aliqua pars prædictæ mercedis remaneat, quando A. imponeret B. totum periculũ, & illud imponendo remitteret ei de mercede totam periculum proportionabiliter ad illud totam periculum: sicut remisit de mercede ad medietatem. immo nihil remanebit: quia pro medietate periculi imponendo debebit medietatem mercedis remittere. igitur pro toto periculo totam mercedem, prout etiam in argumento quarto tangitur in euasione. Secundò dicerẽtur, quòd etiam dato, quòd aliquid remaneret: non posset tamen illud exigere ex causa dicta in prædicentis argumenti solutione. Et si dicas, cui ergo potest medietatem mercedis exigere, quando medietatem periculi imposuit: dicerẽtur, quòd ratio diuersitatis est: quia quando dimittat medietatem periculi, imposuit: solum medietatem animalium, vel valoris animalium censetur mutuasse. & ita etiam medietatem mercedis remittit: reliqua verò censetur locasse, igitur de illa potest quid exigere. secus autem vbi totum periculum imposuit: quia tunc totum censetur mutuasse, igitur nihil potest exigere. Ad quartum dicendum, quòd dato, quòd onus periculorum sufficienter posset B. refundi citra hoc, quòd tota merces ei remit-

impendere, & gratis mutuare animalia ipsi B. quantuncunque A. nihil acciperet à B. nomine mercedis, consequens est falsum: quia mutuare alicui sine vlla spe lucri est beneficium impendere, & est gratis mutuare, consequentia tamen probatur: quia ille non impendit alicui beneficium, qui ei aliquid concedit sine mercede, eo quòd ille alius onus commensurato tali mercede loco eius suscipit. Ille enim esset contra actus rigoris & iustitiæ, non beneficij & misericordiæ.

Sextò, quia si A. retineret prædicta sua animalia sibi ipsi: haberet omnes commoditates de eis, quas conductor haberet. & illæ commoditates cessant A. quando concedit B. sua animalia, igitur A. poterit ali quid pro illis commoditatibus tanquam pro lucro cessante exigere à B. etiam si à parte rei traditio animalium prædicto modo facta transiisset in mutuationem, vel saltem induisset speciem mutuationis, tenet consequentia: quia mutuator potest aliquid exigere à mutuatario ratione lucri cessantis. Vnde non poterit hic dici, quòd illius lucri cessantis sufficiens refusio sit, ipsum B. sustinere onus periculorum ipsorum animalium: vt probatum est. Ad illa argumenta dicendum, quòd quamuis aliqua satis stringere videantur, non est tamen propterea prædictus contractus approbandus, & hoc maximè propter secundam rationem positam ad corollarium. Nam etiam contractus sit in se non sit vsurarius: quia tamen facile ibi deficere possunt vsurarij, cauendus est, nec etiquam confulendus vel approbandus. Nam etiam ab actibus in se licitis abstinendum est propter speciem mali, iuxta illud. Si dextera tua scandalizat te, abscinde eam, & proijce eam abs te. Præterea etiam dato, quòd prædicta argumenta aliquid concluderent: non tamen plus concluderent, nisi quòd A. liceat aliquam mercedem accipere à B. in casu, quo ex huiusmodi traditione sibi cessaret lucrũ: ita quòd illud quod acciperet, totum esset refusio lucri cessantis: quomodo etiam mutuatori licitum esset quid recipere vltra sortem à mutuatario seruatis ser vel septem circunstantijs, positis quæstione 30. Ad primum igitur dicendum, quòd quamuis A. vocaliter non tradat ea ei ad vsum, qui sit eorum consumptio: tamen re ipsa sic ei ea tradit. Nam pro quanto omne periculum imponit B. videtur ea ei concedere, vt eis vtatur: etiam eo vsu, quo pereant & consumantur. Præterea dato, quòd A. vellet expresse, q̃ ea non consumeret: sed tantummodo eis vteretur in laboribus: & nihilominus sic ei omne periculũ imposuisset: non propter hoc posset A. excusari ab iniquo contractu: quia & si non posset damnari vsurarius propter hoc: vtputa quia non posset satis apparere conuinci de mutuo animalium: tamen iniquè ageret cum B. Nam si ea ad omnem vsum concessisset & hoc mutuasset, & aliquid acciperet nomine mercedis ab eo, diceretur iniquè agere contra B. ergo multo magis condemnandus est A. iniquitatis, quando ei non ad omnem vsum, sed ad restrictionem vsum concedit: & nihilominus vult habere mercedem ab eo. Tertiò diceretur, quòd & si A. non posset continuè mutuatse animalia: tamen consuescere virtualiter pecuniam æquiualentè animalibus mutuatæ. Nam dici posset, quòd A. censeretur animalia el vendidisse: saltem si ea æstimata tradidit, & pretium venditionis mutuatse B. pour in conclusione. dicendum est. Ad secundum dicendum concedendo duas suppositiones præambulas. Sed eam assumitur in argumento. igitur &c. conceditur totum vsque ibi. vt puta, quòd A. remitteret medietatem mercedis, vbi dicendum dupliciter. Primò negando, quòd si medietas mercedis remittatur, satisfiat B. de onere impositò: hoc ei nondum constat. Secundò dico, quòd per remissionem medietatis mercedis, vel saltem tertiæ partium mercedis satisfieret B. de onere impositò: non tamen sequitur, quòd propter hoc licebit A. reliquam partem exigere a B. quia tradendo animalia prædicto modo censetur ea, vel saltem valorem eorum mutuare B. mutuatori autem non licet quid exigere nomine mercedis. Ad primam confirmationem dicendum, quòd antecedens & consequens supponunt, si onus aliis via refunditur, modo diceretur, quòd aut non refunditur B. onus, nisi remittatur ei tota merces, & sic cessabit esse locatio. Aut si potest refundi ei citra remissionem totius mercedis: tamen illud reliquum exigere nõ potest ex causa dicta. Ad secundam confirmationem dicendum, quòd dato quòd posset manere subsistantialiter locatio: vtputa aliquid mercedis remaneret, quod ad refusionem oneris non requiritur: tamen illam partem non liceret A. exigere à B. non quia locatio esset in se iniqua & illicita: sed quia tunc induit speciem mutuationis, & incipit fieri habile fatibuitus vsurariorem. ideo abstinere debet A. à tali exactione. Ad tertium dicendum est concedendo totum argumentum vsque ibi. si medietatem omnis periculi A. potest imponere B. remittendo sibi certam partem mercedis &c. vbi dicendum dupliciter. Primò, quòd argumentum ibi supponit falsum: quia supponit scilicet, quòd aliqua pars prædictæ mercedis remaneat, quando A. imponeret B. totum periculũ, & illud imponendo remitteret ei de mercede totam periculum proportionabiliter ad illud totam periculum: sicut remisit de mercede ad medietatem. immo nihil remanebit: quia pro medietate periculi imponendo debebit medietatem mercedis remittere. igitur pro toto periculo totam mercedem, prout etiam in argumento quarto tangitur in euasione. Secundò dicerẽtur, quòd etiam dato, quòd aliquid remaneret: non posset tamen illud exigere ex causa dicta in prædicentis argumenti solutione. Et si dicas, cui ergo potest medietatem mercedis exigere, quando medietatem periculi imposuit: dicerẽtur, quòd ratio diuersitatis est: quia quando dimittat medietatem periculi, imposuit: solum medietatem animalium, vel valoris animalium censetur mutuasse. & ita etiam medietatem mercedis remittit: reliqua verò censetur locasse, igitur de illa potest quid exigere. secus autem vbi totum periculum imposuit: quia tunc totum censetur mutuasse, igitur nihil potest exigere. Ad quartum dicendum, quòd dato, quòd onus periculorum sufficienter posset B. refundi citra hoc, quòd tota merces ei remit-

remittere? tamen illud reliquũ mercedis nõ posset A. exigere, eo quòd traditio translaticia mutuationem, & hoc vel verè, vel apparenter, & hoc adeo apparenter, quòd A. exigendo facere actum habentem speciem mutuationis vsuratiæ. Ad quintum dicendum, quòd A. non posse exigere aliquam partem prædictæ mercedis non est necessarió: ex eo quòd onus periculorum sit tanti ponderis &c. vt arguitur in argumento, vnde & antecedens illius argumenti potest concedi: sicut & probationes eius videntur cõcludere eius veritatem, sed est ex eo, quòd A. imponendo totum periculum B. reputatur vt mutuator animalium, & per consequens non potest vllam partem mercedis exigere. Ad sextum dicendum, quòd quamuis A. cesset lucrum ex traditione bouum, & sic possit exigere refusionem illius: tamen ex quo mutuatori non licet etiam prouocio cessante quod exigere, nisi à fine conditiones positæ supra q. 30. Ideo nõ probat argumentum, quòd A. licebit præmissam cõtractum facere: nisi concurrentibus omnibus conditionibus ibidem tactis. & tunc oportet, quòd A. nõ proprio motu soliciter, nec met excogiter talem cõtractum: immo quòd potius vellet esse subportatus de eo, & cessare oportet scandalum. & sic de alijs ibidem dictis, quibus seruatis cum condẽnare nequeo: secus autem si aliqua illarum defecerit. Et in hoc finitur tractatus quintus.

TRACTATVS SEXTVS.

EXPEDITO *quinto tractatu de contractibus locationis, accedendum est ad sextum, in quo tractabitur de contractibus societatis tam in animalibus quàm in pecuniis, cuius prima quæstio est 92.*

QVÆSTIO XCII.

Vtrum traditio animalium facta in specie societatis sit licita. Solutio quæstionis fiat in vna suppositione, & sex conclusionibus, & vno corollario.

Supposito est præter tres modos quibus diuersimodè contrahitur societas in animalibus, qui fuerũt positi supra quæstione 88. conclusione sexta, cum suis subdiuisionibus, adhuc sunt ponendi duo distincti modi, quibus contrahitur. Nam aliquando A. tradens animalia B. in specie societatis cõmunicat sibi ea, non solum quoad cõmoditates & vtilitates prouenturas de illis retento sibi dominio eorum, sed etiam quoad dominium, ita quòd B. efficitur condominus eorundem: vt puta A. tradit B. ad communem societatem decem boues, & ecõtra B. etiam tradit totidem A. ita quòd B. efficitur dominus illorum viginti boum, & similiter A. erit eorum omnium dominus, quia sunt vtriusque in communi. Vnde etiam non solum id, quòd de fructibus eorum perit: sed etiam quicquid de substantia eorum perit, perit vtrique. Similiter in fine societatis non tantum diuiduntur cõmoditates & fœtus, qui ex eis prouenerunt: sed etiam capitale, scilicet boues, etiam indistincte, ita quòd nõ oportet, quod B. præcise suos, quos posuit, recipiat, aut quòd A. suos recipiat. Aliquando verò fit taliter, quòd A. tradens animalia non communicat ea B. quoad dominium: sed duntaxat quoad commoditates & vtilitates, atque fructus inde prouenibiles, & id quod B. recommunicat A. (hæc illud sint eadem animalia, siue sint operæ) erit duntaxat ei communicat quoad fructus & vtilitates. Vnde si aliquod animalium ipsius A. periit illud tantum A. perit, licet si fructus vel fœtus perierit, censebitur vtrique periisse. sic econtra de animalibus B. & in fine etiam societatis vterque recipiet sua: & non ea, quæ alius posuit. Adijcitur etiam aliquando pactum aliquod societati existens præter naturalia eius: vt puta conueniunt, quòd si quæ animalia, quæ sunt de capitali societatis morientur, debeant reparari per fœtus eorundem, ita quòd illi succedent loco capitalis diminuti, aut quòd de velleribus & pellibus mortuorum emantur alia in locum mortuorum: vt sic de capitale reintegretur.

Prima conclusio, traditio animalium facta in specie societatis est de genere suo licita, quia illa ex suo genere non est nisi traditio, qua quis animalia, quæ sunt sua & non alterius, communicat illi alteri quoad dominium & vtilitates illius, vel saltem quoad vtilitates: nihilominus manente dominio vtilitatis percipiendæ etiam apud tradentem. & hoc tacito pro eo, vt alius ecõtra simili mõ aliquid sibi recolcet. Modo talis est licita ex genere: quia sicut ille, cuius sunt animalia, potest illa in eum transferre gratis, seu donatione, vel pro precio æquivalenti, & sic per vẽditionem, aut pro alijs animalibus, vel rebus abdicando à se eorum proprietatem: ita potest ea in alium transferre, vt secum communicet in eorum dominio & vtilitatibus, vel saltem in vtilitatibus tantum, & hoc nõ gratis, sed pro equivalenti. Secundò probatur: quia societas in genere est licitus contractus: cum ius ciuile de illo contractu loquatur tanquam possibili fieri licitè. Modo societas in animalibus est species societatis in cõmuni: igitur.

Secunda conclusio, traditio animalium facta in specie societatis potest vestiri omnibus debitis circũstantijs, adeo quòd erit etiam simpliciter & perfectè licita, probatur: quia contingere potest, quòd tradẽs non sit prohibitus sic sua animalia communicare alteri, nec alter sit prohibitus sic ea recipere & recommunicare sibi alias res simili modo, & sic, quòd ipsa animalia & res hinc inde communicandæ sint non prohibitæ communicari, & quòd illa communicatio fiat ob finem honestum, & ad vsum licitum, ac in & pro loco & tempore congruis, & quòd fiat debito modo, si seruata æqualitate conditionis vtriusque vel simpliciter, vel secundum proportionem eius, quod communicatum est hinc inde socialiter.

Tertia conclusio, traditio animalium facta in specie societatis depranatur septumpliciter: quia contingere potest quamlibet septem circunstantiarum requisitarum deficere: si enim A. prohibitus est communicare sua, aut B. prohibitus est ea recipere, vel ve communicate sua, aut animalia sint talia, quæ non sint communicabilia, iam deficit quis, aut cui, aut quid. & sic de alijs circunstantijs, quæ latius possunt declarari ex dictis in simili de locatione animalium in quæstione 37. Et specialiter depranatur ex defectu circunstantiæ quomodo, eo quòd non seruatur debitus modus, puta quia alter alterum grauat, non tam pingue ius & fructus recommunicando alteri sicut deberet. Manutem facilius agnoscatur, quando seruetur; vel non seruetur circunstantia quomodo, ponitur.

Quarta conclusio, ad cognoscendum si seruetur debitus modus, multum prodesunt sequentes quinque regulæ. Prima, quòd confessor consideret, an vtriusque sociorum sit æqualis conditio, & hoc tam in rebus capitalibus hinc inde communicatis, quàm in fructibus inde percipiendis, & oneribus periculorum sustinendis. & si non sit æqualitas in fructibus percipiendis: videat consequenter, an præcesserit etiam inæqualitas in rebus communicatis: quia si non præcessit inæqualitas, immo æqualitas, contractus erit illicitus ei, cuius conditio est melior. Si autem inæqualitas præcessit in rebus capitalibus cõmunicatis videat consequenter, an inæqualitas in fructibus & oneribus correspondeat proportionabiliter inæqualitati rerum capitalium communicatarum: quia si non: iterum erit illicitus contractus ei, cuius conditio est melior, secus si correspondet ei proportionabiliter. Secunda regula, si videritæqualitatem in fructibus percipiendis, & oneribus sustinendis, videat, si res capitales hinc inde communicatæ sint inæquales, quia si sic: contractus erit illicitus ex parte illius, qui viliorem rem capitalem posuit, nisi de libero consensu alterius esset factum. Tertia regula, videat etiam confessor, an contractum talem cum talibus circunstantijs & pactis, qualis sibi proponitur, passim ineant presbyteri & non presbyteri &c. & deduc vt in quæstione 89. conclusione quarta, regula secunda dictum est. Nam nonnunquam rustici habentes fœnum & furgum ac stramina, paleas, & consimilia, atque prata non possunt ea commodè distrahere, aut eis commodè vti: nisi habeant animalia, quibus illa depascuntur. præterea eorum mulieres deberent intendere rebus rusticis colligendo lac, formando caseos, congregando butyrum & similia: sed non habent animalia, vnde hæc consequi possint. ineunt igitur nonnunquam sæpe necessitate pressi contractum societatis animalium eis onerosum & non æqua lance distributum, quantumcumque maiora incommoda declinare possint. Quarta regula, videat, si est consueta talismodi societas in patria, in qua degit cõsitens, & deduc vt supra. Quinta, si alter alteri sociorum imposuit aliqua onera ex pacto contra, vel præter naturalia societatis adiecto, videat confessor, an ne illa onera alia via sufficienter refuderit alteri vel non: quia si non, erit illicitus illi, qui alium sic onerauit. Si autem refudit sufficienter, non erit illicitus, saltem in se, licet contingere posset, quòd pactum posset esse tale, quòd accederet saltem specietenus ad mutuum lucrosum: & tunc efficitur illicitus propter speciem mali, quæ admodum in simili tactum est in q. præcedenti. Videat etiam, si societati non sit admixta mutuatio, ne forte ratione mutuationis admixtæ alter eorum ab altero lucrum expectet.

Quinta conclusio, quando societas animalium est contracta sine pactis expressis: puta non fecerunt conuentionem quantum vtilitatis vterque percipere, quantunque periculi sustinere, aut quanto tempore durare debeat: tunc standum est consuetudini illius loci: dummodo illa consuetudo sit æqua non nutriens inæqualitatem. Nam ex quo non expræsserunt voluntates suas interpretandum est, eos actu, vel habitu voluisse illo modo eam contrahere: sicut consueuit contrahi in illo loco. Si autem non apparet consuetudo in loco, vbi leges imperiales sunt in obseruantia, vel non sunt abrogatæ saltem illæ, quæ disponunt, quomodo sit seruanda societas, recurratur ad illa iura, & secundum eorum tenorem seruetur contractus. de talibus autem sunt quædam iura extrauagantia, quæ Angelus dicit se reperisse inter extraordinaria c. seudorum. & refert etiam ea Baptista in summa sua, visura, tertiò. §. vltimo. ibi quære. Corollarium ex prædictis patet, quid sit dicendum ad sequentes sex casus.

Primus casus A. tradidit B. viginti animalia & tradidit ea æstimata: vt puta viginti libris, & B. debet habere medietatem medietatis fructuum & fœtuum prouenientium: ita tamen quòd B. teneatur A. reddere medietatẽ illorũ animaliũ: saltem in valore, eâ qualitate cunque percepta. Ad illũ casum rñdendũ est per duo dicta. Primum, q. in eo sunt duo contractus.

scilicet societatis & mutui. Nam A. censetur x. animalia de prædicto numero mutuasse B. pro quæ to vult à B. posse repetere decem animalia, vel saltem valorem, etiam si casu fortuito, vel qualitercunque perierint: tunc ei perinde est, acsi tàm idem pecuniæ tradidisset B. repetibiliter cum periculo eiusdem impositio B. pro quanto verò reliqua decem animalia tradidit B. non obligando ipsum ad periculum fortuitum, & dimittendo ei medietatem medietatis fructuum animalium, quæ medietas medietatis est medietas fructuum decem animalium & econtra B. cõmunicat A. operas suas, quas circa animalia impendit, non censetur illa ei locasse pro mercede: quia medietas debens cedere A. non consistit in quantitate determinata. igitur non erit locatio, sed societas. Secundum dictum, ad hoc vt primus sit licitus, requiritur, quòd A. nihil exigat à B. præterea decem animalium. Ad secundum verò vt sit licitus requiritur, quòd ex quo æqualiter communicare volunt prouentus reliquorum decem animalium, etiam æqualia capitalia posuerint ad socialem communicationem, ita quòd decem animalia A. quo ad id, secundũ quod A. ea communicauit B. equivaleant operis & laboribus, quos B. recommunicat A. alioquin secundus contractus erit illi contrahẽtium illicitus, qui minus posuit & tamen æquale commodum vult sentire requiritur etiam, si æqualia capitalia posuerũt, quòd æqualiter subeant pericula eorundem, alioquin, qui pauciora vellet subire: & tamen æquale commodum sentire: cum non pingetius capitale posuisset, ageret iniquè contra alterum. Dico autem quo ad id, secundum quod &c. quia si A. communicasset B. decem animalia tam quo ad dominium, quàm quo ad commoda eorundem A. videretur longè melius capitale posuisse, quàm B. quia in fine societatis reciperet nõ tantum medietatem commoditatum, quæ obuenerant de eis: sed etiam acciperet quinque animalia, & per consequens conditio B. erit longè melior. igitur nisi A. in id liberaliter consentiat B. iniquè ageret, nisi B. in refusionem illius melioris cõditionis subiret aliquod periculum, quod A. haberet supportare, quod esset adæquatum illi excessui: dummodo tamen illud non sit totum periculum capitalis societatis, etiamsi illud periculum adæquaretur prædicto excessui, alioquin contractus inciperet apparere mutuatio lucrosa, etiam ex parte illorum reliquorũ decem animalium, & per consequens nihil posset de eis percipere ex fundamento tacto in precedenti quæstione. Si autem A. tantum velit B. communicasse commoditates animaliam: tunc an sit æqualitas inter eas & operas, quas B. recommunicat A. vel non: melius nobit vir rusticus, quàm scholasticus, vel ecclesiasticus, & in hoc credi potest consitenti, nisi sufficienter appareat contrarium. Vnde si operæ B. præualerent commoditatibus animalium: & tamen A. nihilominus vellet habere medietatẽ medietatis omnium viginti animalium A. presumeretur vsurarius: quia cum sibi ratione decem animalium socialiter cõmunicatorum non deberetur medietas vtilitatis illorum: sed notabiliter minus propter præualentiam sorabilem operarum B. illud, quod vltra sibi debitam portionem exigeret, præsumeretur ratione aliorum decem (quæ tamen mutuauerat, & sic ratione mutui) exigere. & dato quòd in conscientia sua non ratione eorum vt mutuatorum, sed socialiter communicatorum exigeret, & ita non esset vsurarius veritus: tamen esset iniquus socius, & cum hoc in foro exteriori, vbi illa superacceptio constaret, cõdemnaretur vt præsumptus vsurarius.

Secundus casus A. tradidit B. viginti oues, & B. econtra tradit A. decem oues, & eas tenent communibus expensis & operis: ita tamen quòd decem sint sibi salue: puta si pereant ex illis decem nihilominus vult A. ante omnia rehabere decem oues, vel valorem earum, & ita si remanserunt adhuc in toto viginti oues, de illis vult habere medietatem prouentuum, & aliam medietatem relinquere B. Ad illum dicendum eodem modo sicut ad præcedentem: quia ibi est duplex cõtractus. s. mutui & societatis, & quid ad vtrumque eorum requiratur, vt licitus sit, patet ex præcedentibus dictis.

Tertius casus A. tradit B. decem animalia, & B. ponit operas suas ea pascendo & de eis curando, & debebit vterque accipere medietatem prouentuum eorundem: ita tamen quòd B. medietatem non debebit accipere, donec A. ante omnia tanto tempore acceperit omnes prouentus eorum, quòd sibi sit satisfactum de eo valore animalium, in quo fuerunt æstimata, quando primum fuerũt tradita B. Ad illum casum respondetur, quòd est illicitus probatur: quia est similis casus ei, quo A. tradendo ea B. pacisceretur, quòd B. deberet de fœtibus restaurare omnia illa animalia, quæ de eis contingeret mori, quod est illicitum: quia A. vellet semper sibi suum capitale esse saluum ad modum mutuantis ad vsuram. Vnde hoc agere esset velle tradere animalia immortalia. Sed clarius potest responderi per duas distinctiones & nia dicta. Prima distinctio est, casus potest dupliciter intelligi, scilicet, aut quòd A. velit, quòd si animalia etiam sine culpa B. moriantur, antequam de eis aliquid proueniat, adhuc B. sibi satisfaciat de valore animalium, aut solum vult, quòd tanto tempore, quanto vixerint animalia, velit recipere etiam prouentus, donec de valore eorum sit ei satisfactum, ita quòd si moriantur, antequam de eis proueniat: nihil vult habere neque sibi dari à B. & hoc secundo modo non traderet animalia immortalia, nec ea traderet per modum mutuantis sub vsuris: quia si morerentur, non requireret aliquid vltra pro eis, aut de eis. Primum dictum. si casus intelligatur primo modo, est illicitus A. quia tunc animalia fiant totaliter in periculo B. & ita perinde est, acsi mutuasset ea B. & vellet illa sibi aliquanto tempore lapso restitui saltem in valore: & nihilominus recuperato valore eorum habere ius & dominiũ immediate rei spectantis ad B. & æquipollentis valori restituto, hoc autem ius & dominium esset incremẽtum sortis mutuatæ, & per consequens vsura. Vnde perinde est acsi A. mutuasset B. centum florenos, sibi restituendos particulatim per tres, vel quatuor annos: ita tamen quòd illa restitutione facta A. adhuc haberet medietatem in aliis florenis æquipollentibus

spectantibus

spectantibus ad B. Quòd si A. dicat, tantum periculum mortis naturalis animalium volo imponere B. & mihi restituere fortuitum, vel econtra, & sic cessabit esse & apparere mutuum. Dicendum dupliciter. Primò dato quòd tunc non esset mutuum: tamen tunc esset in secundo membro prædictæ distinctionis, & esset casus distinguendus, vt ibidem dicetur. Secundò dicendum, quòd non cessaret esse mutuum. immo esset mutuum: sed cum pacto innaturali, quo A. susciperet aliquod periculum rei mutuatæ, scilicet illam determinatam mortem. Et dato quòd pro illo periculo suscepto liceret sibi quid recipere: tamen in prædicto casu nimis multum reciperet. Vnde in fraudem vsuræ esset excogitatus contractus. Si autem intelligatur casus secundo modo: ponenda est secunda distinctio, quæ est eius subdistinctio. Nam contingere potest, quòd postquam A. est satisfactum de valore animalium per prouentus eorundem, animalia mox moriantur, & sic B. nihil haberet vtilitatis ab A. vel de animalibus, quæ fuerunt A. & tamen A. habuisset vtilitates à B. quia operas eius sensisset, & participasset. Aut igitur vult sibi in tali casu nihil dare æquivalens operis illis, aut vult ei aliquid æquivalens eisdem dare. Est ego secundum dictum, si detur secundum membrum illius secundi membri: tunc A. non grauat B. iniquè: sed æqua apparet conditio vtriusque, perinde enim est: ac si A. retinuisset animalia apud se & conduxisset B. tanto tempore, donec valorem eorum ab eis percepisset, & pro illis operis se offerret ei satisfacturum, & deinde eidem communicaturum vtilitates animalium: vt ipse sibi dehinc recommunicet operas suas B. etiam non peccaret in tali casu, si pro operis impensis vsque ad solutionem valoris animalium fiendam A. acciperet ab eo mercedem adequatam eisdem, dum modo etiam B. post illud tempus operas communicando A. tantundem ei recommunicaret, quantum A. sibi communicaret, alias B. iniquè ageret contra A. nisi A. liberaliter sic supererogaret communicaret sua B. Et satis videtur, quòd B. tantummodo operas suas communicando A. non tantundem recommunicaret A. quantum A. sibi communicaverat. si A. ei communicasset tam dominium, quàm commoditatem animalium. Si autem A. tantum commoditates animalium ei communicasset: tunc an adequentur illa hincinde communicata notuit vir rusticus melius, quàm scholasticus. Tertium dictum, si A. nihil vult sibi dare in casu prædicto, contractus est illicitus A. quia A. notabiliter grauat B. & longè melior est conditio A. quàm B. vt patet intuenti: nisi quis fingat, vel supponat alterum illorum duorum, scilicet aut quòd ea medietas, quam A. obtulit B. participandam post solutionem valoris animalium, spectaretur à principio contractus veri similiter tanti valoris affectatam, quòd B. meritò se exponeret periculo nihil habendi in prædicto casu, quatenus si non sic eueniat, participet decætero tam superefluentem medietatem: vt puta, vel prouentum animalium, vel etiam medietatem tam animalium, quàm prouentuum eorundem, aut quòd id, quod B. esset positurus ad socialem communitatem, esset ideo diminutum respectu illius, quòd ponit A. quòd nisi tanto tempore animalia teneat A. donec A. sic de sorte satisfactum: non conferetur B. dignus habere æquale participium de capitali societatis cum A. vtputa B. optasset habere societatem in animalibus A. & hoc tam quo ad dominium, quàm quo ad vtilitates eorum, & offerret ei econtra se recommunicaturum socialiter operas suas impendendas circa animalia. A. verò consideret, quòd nullatenus commensurarentur operæ B. ei capitali, quod A. esset positurus, immo quòd longè minus esset capitale B. quàm capitale A. ideo diceret A. inibo societatem tecum: verum quia non æquale ponis: & tamen æqualiter participare vis. ideo vtrefundas mihi id, in quo tuum capitale deficit, volo quòd tanto tempore impendas operas tuas circa animalia: donec tanti fructus inde prouenerint mihi soli applicandi, quòd receperim valorem eorum, & operæ sic impendendæ essent adequatæ ei defectui, in quo id, quod tu vis ponere in societatem communitatem deficit ab æqualitate ad id, quod ego posuero. Et cum tali distinctione respondere est verius, quàm absolutè casum damnare: vt faciunt Viricus & Ioannes de Lignano, aut quàm absolutè iustificare, vt Lauren. de Ridol. Et ad illum modum descindendi faciunt aliqua dicta in sexto casu in qõ. 89. conclusione 4. corollario secundo.

Quartus casus, si A. tradidit B. aliquot animalia in societatem, & econtra B. ponit operas suas, & vterque participat medietatem de eis: ita tamen, quòd A. obligat B. ad hoc, vt si quæ animalia tradita morerentur, etiam qualitercunque B. deberet illa restaurare de fœtibus, ille casus distinguendus est: quia dupliciter potest intelligi. Aut enim sic intelligitur, quòd B. de illis fœtibus tantum, qui cederent sibi, debeat restaurare mortua. Aut quòd de fœtibus communibus vtrique. Si secundum: tunc contractus non redditur illicitus propter illud pactum: quia in hoc neutet grauat alterum plus iusto: cum secundum illud pactum non vnus tantum, sed vterque ad illam restaurationem contribuet. Et dico propter illud pactum: quia posset ex alia causa esse illicitus: vt puta, si capitalia vtriusque scilicet animalia A. & operæ B. non adæquarentur: & tamen A. & B. vellent æqualiter participare in eis & de eis, prout patere potest ex dictis in secundo dicto primi casus. Si autem intelligatur primo modo hoc est dupliciter, & vtroque modo erit illicitus. Aut enim intelligitur sic, quòd B. teneatur de fœtibus suis sic ea restaurare, quòd si non habeat fœtus, vnde restaurer aliunde, vndecunque de suo teneatur ad illam restaurationem, aut quòd cessantibus fœtibus non teneatur ad ea restauranda. Et differunt illa membra, eo quòd in primo vult illa capitalia animalia esse sibi salua simpliciter & omnino, & sic omne periculum imponere B. & per consequens dicendum, quòd talis traditio erit mutuatio vere vel apparenter, & per consequens non licebit quid velle participare de prouentu animalium, vel de operis B. ex fundamento tacto in præcedenti quæstione. Et ideo contractus sic intellectus est

A. vsuratius, & in illo casu A. tradidisset illa tanquam immortalia. Si autem intelligatur secundo modo, tradidisse eorum quamuis propriè nō esset mutuatio, eo quòd si esset propriè mutuatio oporteret B. esse obligatum restituere A. animalia, vel valorem vndecunque acciperet illam restitutionem. Attamen nullatenus est iustificandus. Primò: quia multum accedit ad mutuationem vsurariam. Secundò: quia etsi non sufficienter appareret esse mutuatio vsuraria: tamen contractus est aliàs iniquus: quia longè melior est conditio A. quàm B. vt patet cuilibet intuenti. Nisi quis fingat, quòd quamuis melior sit conditio A. quàm B. quando A. tradidisset animalia in societatem tantummodo quo ad vtilitates eorum, & non similis quo ad eorum dominium: tunc enim ex quo apparere potest, quòd operæ B. sint equivalentes commoditatibus animalium: tunc sicut æqualia possiissent, ita deberent æqualia de eis participare cū æquali onere periculorum, quæ æqualitas oneris non esset hoc: tamen si intelligatur A. communicasse sua animalia B. tam quo ad dominium, quàm quo ad vtilitates de eis prouenturas: tūc ex quo lōgè plus possiisset A. quàm B. & tamen B. vellet tantundem vtilitatis leuare, quantum A. cum sibi longè minus deberetur, quàm A. non videretur esse iniquū, quòd in refusionem illius pluris, quod B. perciperet. A. exoneraretur (restricto tamen modo) à periculo animalium, & quòd illud imponeretur (restricto quidē modo) B. ita tamen, quòd quanti oneris esset sustinere tale periculum, tanti releuaminis esset tā supereffluens participium B. cum A. in capitali, & in eius fructibus. Sed hæc fictio vix habet locum. & si etiam haberet locum: adhuc contractus non est approbandus ex causa dicta.

Quintus casus. A. dedit centum oues B. ad societatem ad quinquennium, & de consuetudine est, q in fine quinquennij debent diuidi oues & fructus earum, & interim omnes oues perierunt. vtrum tunc B. refundere debeat A. eam partem, quæ sibi debuisset cessisse, si remansisset oues: Ad illum casum respondetur secundum Baldum in l. j. C. pro socio, quòd si perierunt ex natura: illud damnum pertinet ad tradentem, s. ad A. si autem à fortuna, pertinet ad vtrunque, si ex culpa pertinet ad recipientem, scilicet ad B. Sed aliter respondendum est. Primò, quòd dubium illius casus (vt hic ponitur) spectat potius ad materiam restitutionum, quàm ad præsentem: hic enim videndum est, quis contractus sit licitus, vel non. prædicta autem responsio non dicit, an sit licitus, vel non. sed tantum dicit, quando perijssent oues, an alter alteri teneretur ad aliquam restitutionem. Præterea ex quo ponitur esse societas: debuisset in formatione casus etiam fuisse expressum: quid econtra B. possiisset in societatem: & tamen hoc est omissum. Vnde oportet supponere, quòd tam B. econtra recommunicauit A. socialiter suas operas, & hoc supposito dicendum est. Secundò, quòd ille contractus societatis pro tanto est licitus, pro quanto seruatur equa conditio A. & B. in participando fructus ouium: & etiam ipsas oues, & in sustinendo damna earundem: vt si oues eo modo, quo A. eas communicauit socialiter B. & operæ B. æquivalent: tunc A. & B. in fine debebunt æqualiter participare tam oues, quàm fructus & fœtus earum. & econtra, si æqualiter volunt participare, necessarium est, vt sit æqualitas ita, quòd operę, quas B. communicat A. sint tantæ æstimationis, quòd æquivaleant ouibus: non tantum sibi communicatis quo ad vtilitates earum, sed etiam quo ad earundem dominium, alioquin si oues, vt sic essent meliores operis B. peccaret, & si econtra operæ essent meliores ouibus suo modo communicatis. A. peccaret. Tertiò dicendum disputatiuè, vt patear irrationabilitas præcedentis opinionis desuper, quòd non refert an ones periclitā fortuna vel à natura, quin quantum est ex natura contractus: vtrunque damnum ouium scilicet fortuitæ, vel naturalis mortis earum debeat pertinere ad vtrunque, vel neutrum ad B. sed solum ad A. vel qua ratione vnum damnum scilicet naturalis mortis debet pertinere totaliter ad A. eadem ratione potest contingere, quòd etiam damnum fortuitæ mortis pertineat totaliter ad B. & hoc assumptum trimembre patet. Primò quo ad duas primas partes sic: quia si id, quod A. possiit: & id quod B. possiit, adequantur (sicut possibile est: vt puta quia B. ponit non nudas operas: sed etiam expensas magnas in pascendis ouibus & alijs huiusmodi) tunc sicut sortiuntur æqualem participationem de vtrisque capitalibus socialibus: sic dignum est, quòd æqualiter sustineant pericula sine culpa prouenientia. & ideo si A. vult, quòd iuuet eū pro medietate ferre pericula fortunæ: etiam B. debebit ferre pro medietate pericula naturæ. & si hoc A. velit habere a B. etiam æquitas postulat, quòd A. iuuet ferre B. pro medietate damnum fortuitæ vel naturalis perditionis operarum: si operæ sint perditæ in toto, vel in parte: quia illę æquivalebant ouibus A. & A. quę participat operas B. sicut B. oues A. Et si A. non velit releuare B. in damno operarum, etiam non debebit B. releuare A. in damno ouium, & sic patet, quòd aut vtrunque damnum ouium pertinet ad vtrunque, aut neutrum ad B. sed B. suum vtrunque feret in operis: sicut A. suum vtrunque in ouibus, aliàs da oppositum: esset iniquitas ex parte illius, qui vellet esse liberior à periculo, quàm alter: & tamen non plus possiisset de capitali, & æquale haberet participium. de tertia autem parte assumpti patebit postea. Et dico, quantum est ex natura contractus: quia contingere possiet, quòd fecissent inter se expressam conuentionem contra vel præter naturalia societatis, scilicet, quòd A. deberet sustinere damnum ouium naturale totaliter, & B. fortuitum totaliter, vel in parte. & tunc pro tanto est licitum illud pactum, pro quanto vnum eorum non est verisimiliter maius alio, nec verisimilius euenibile: ita quòd vnum esset quę onerosum sicut aliud. & cum hoc oporteret, si equalis capitalia posuerunt, & lucra equaliter participant & capitalia, quòd etiam diuidant simili pacto damna operarum B. aliàs etiam esset iniquum. Præterea si ex tali pacto damnum naturale pertineat ad A. & fortuitum ad B. & illa pericula non sint

verisimiliter

verisimiliter inequalia: eadem ratione posset esse iniqua econtra ex pacto, quod fortuitum pertineret ad A. & naturale ad B. Si autem id, quod A. possiit, pręualet ei, quod B. possiit: & tamen A. & B. equaliter participēt tam fœtus & fructus, quam oues capitales: tunc quānis illa præualētia posset esse tanta, quòd B. (cuius capitale forte fuit vilissimum) deberet (vt fiat econtra pactatio illius pluris participij sibi indebiti) meritò sustinere periculum tam naturalis, quàm fortuitæ mortis ouium. immo etiam vtriusque perditionis operarum: tamen si A. hoc exigat tūc ex quo traditio animalium cum tali subsequenti exactione habebit speciem mutui vsurarij: quia vellet capitale habere saluum, & cum hoc habere participiū lucri eius. dem ideo A. peccabit ex fundamento tacto. q 91. Si autem A. duntaxat vellet habere damnum naturalis mortis, & B. imposuisse damnū solius fortuitæ mortis. & hoc in parte, vel in toto: nō sic apparet esse mutuatio. ideo si sit adequatio inter sustinentiam illius damni imposiii B. & prædictam eius, quod A. possiit, poterit A. exigere à B. refusionem damni fortuiti in toto, vel in parte, secundum quòd A. sibi imposiit: sed tunc eque posset contingere, ꝙ econtra ageretur, quòd B. solus sustineret damnū naturalis mortis totaliter. & A. damnum fortuitæ mortis in parte, vel etiam in toto: quia eque potest contingere, ꝙ dānum naturalis mortis adequetur illi præuentiæ capitalis A. sicut quòd damnū fortuitæ mortis ei adæquetur. ideo patet tertia pars. s. quòd qua ratione vnum dānum. s. mortis naturalis quiū debet totaliter pertinere ad A. eadem ratione pōt contingere, ꝙ et dānum mortis fortuite totaliter pertineat ad eū & naturalis mortis ad B. Si arguatur contra hoc dupliciter. Primò probando, quòd dānum naturale solū pertineat ad A. & hoc sic. Si dānum eueniat naturaliter: tunc eque perijdent oues apud A. sic apud B. perierunt. Modo si apud A. perijssent, solus A. sustinuisset damnum. igitur nunc solus A. sustinebit. Dicendum, negando consequentiā: quia si mansilent apud A. solus A. fuisset earum dominus, & per cōsequens meritò eius periculo perijssent: nūc autem suat etiā factæ de dominio B. ita ꝙ B. est condominus earum. sic in fine etiam medietati dominabitur etiam proprietario iure. igitur meritò etiam B. sustinebit. Et cōfirmatur illa solutio. Primò: quia si illa consequentia valeret sequeretur, quòd si A. mutuasset animalia B. & ipsa naturaliter perijssent, solus A. deberet naturale dānū sustinere. Item si A. vendidisset animalia ipsi B. tunc simili ratione solus A. deberet sustinere illud damnū, quæ sunt falsa. Præterea casus fortuitus eque potest esse talis sicut naturalis. si quòd eque perijssēt illa animalia si mansissent apud A. sicut cum nunc fuerunt apud B. igitur saltem talis fortuitus casus etiam esset imputandus soli A. sicut naturalis, si prædicta ratio valeret. Secundò arguitur, quòd fortuitum damnum pertineat ad vtrunque, ita ꝙ B. debeat A. facere refusionem medietatis ouium à fortuna pereuntium: qa si nil restituret A. totum damnum esset A. hoc autem est contra §. damna. ff. pro socio. l. cum duobus. vbi dicitur, quòd damnum debet esse commune. Dicendum, quòd sicut A. possiit animalia, sic B. possiit personam ad operas. si igitur B. debet releuare A. in medietate ouium: eadem ratione debebit ipsum releuare in operis. aut si A. nihil restituet B. pro operis, quæ deperduntur, quando oues perierunt: tunc & sequeretur, quòd totum damnum esset B. quod esset etiam contra prædictum. s. Vnde si B. nihil restituit A. non ob hoc A. totum damnū sustinet: quia sicut A. omnes oues perdit: sic B. omnes operas. & ita patet, quòd saluatur prædictus textus: quia damnū remanet commune. Quid autem absolutè sit dicendū ad casum, in quo sine culpa B. puta per fortunam, vel solam leuissimam culpam B. pues perierunt. De hoc est multipliciter distinguendum: quia autem omnes sunt mortuæ ante operas B. præstitas: puta latim. Aut post eas præstitas, & si post, aut post eas placē præstitas, aut solum semiplenè præstitas. Itē siue sic, siue sic sint præstitæ, aut ex eis obuenit lucrum, vel non. Quia secundum illam diuersitatem, etiam diuersimodè est respondendum: quia in aliquibus horum membrorum B. tenebitur ad faciendum A. aliquam refusionem partialem. Aliquando verò ad nullam refusionem ei tenebitur: tamen siue sit casus, in quo teneatur, siue in quo non teneatur: non oportet distinguere de genere mortis, an sit naturalis, vel fortuita: quia non refert, vt probaui: dummodo sine culpa lata vel leui B. accidat ei eis. Et respōsio super omnibus illis varietatibus potest sufficienter haberi per ea, quæ dicam quæstione 93. concludēdo secundo, corollario tertio. vbi similes casus tractabo in societatibus pecuniarum. Quartò dicendū, si pereant culpa B. leui vel lata: damnum pertinet tantum ad B. & ideo si omnes oues perierint in fine quinquennij, quando iam fuissent diuidendæ: B. teneretur A. refundere medietatem ouium: vel circiter & quasi medietatem ouium: quia solum tantundem sibi debebatur. saltem de capitali ouium, & illud solum sibi debitum est per culpam B. igitur solem tantundem ei tenebitur dare vel circiter. Dixi primò notanter, saltem de capitali ouium: quia præter hoc, quòd B. tenetur A. refundere medietatem ouium, vel circiter tenetur etiam eidem refundere, si quod aliquod interesse ex huiusmodi culpa perpessus est A. quod sibi per restitutionem medietatis, vel circiter non refunditur: vt puta fiat, quòd si B. non neglexisset oues A. habuisset multos agnos sibi cedentes pro sua parte. & si B. restituat alias oues pro medietate: forte illo tempore oues restituræ: & si aliàs æquivalerent ouibus, quæ iam mortuæ sunt: non sunt tamen dispositæ: vt pro tempore, quo priores perijssent, pariant, & sic priuabitur A. etiam tali fructu, & pro illo etiam debet B. satisfacere A. quātum verisimiliter cessisset A. defalcata dubitate euentus, qua etiam poterat nihil euenisse, etiam si superinisisset: multum enim differūt aliquid habere, & prope esse. Dixi etiam (secundò notanter, vel circiter, ex causa postea tangenda. Ex quo sequitur, quòd non videtur verum, quod Baldus vbi supra dicit, quòd B. teneatur ad emendam totius quantitatis, idest omnium quinquennij: si ante tempus, dividendæ societatis contigit illud damnum: quia tunc omnes oues erant A. Si verò postquam oues æqualiter debebant partiri, damnum intercesisset culpa B. non teneretur ipsi A. nisi ad dimidiam partem precij: quia

plus non damnificauit eum. Nam dico contractū primū dictū quia ante tempus diuidendæ societatis ouis non erat plus A. quam B. tam tradidit ei B. etiā cōmunicando eis ei quo ad eandem dominium; prout apparet ex fine societatis, in quo non tantum restituitur ouium: sed eidem substantiæ ouium sunt diuidendæ. ergo ibi erant in communi dominio vtriusq;. Ad virtualiter nō plus habuit in proprio de ouibus, q̄ medietatē, & per cōsequēs nō potuit B. damnificare A. nisi in medietate, & per cōsequēs non tenetur A. vllius refusionē mediocris. Et forte aliqui videri posset, q̄ immo B. non teneretur A. tunc ad refusionem mediocris ouiū: sed ad citeriorē partis refusionē loquendo de refusione damni capitalis probatur: quia ex quo non dedit ei tempus; vt A. acciperet effectualiter mediatē ouiū in proprietate, licet propositum esset, & interim poterant multa casus fortuiti & naturales citerius & eueniße, propter quos perdidisset, & nunquā alicui⁹ fuisset mediatem sibi cessura: requiritur q̄ non tantum ie debeat B. sibi refundere, quanta est mediocras. Vnde forte A. debuisset ius sui alicui dare, & cedidisse, non potuisset habilis tandem ad præsentandū se oportuit exponere pro mediocritate ouiū reparanda, & nō ita. Potius simile esset in alijs. Nā longe plus erat aliquos aliquid actu habere, vel sibi debiti, & propterea, vt habent: adeo vt dānificatus aliquo in præcedendo ea alsequi aliquid, ad quod propendebat, & ius ad ipsum habebat, non tenetur sibi tantundē restituere; quanū illud fuisset, si in effectu tam plura habuisset: sed sufficit aliquando minus dare: & tanto minus, quanto meretur ratio dubietas & possibilitas fallentiæ defalcari, prout vult Scotus 4. dist. 15. Sed forte ad hoc diceretur, q̄ non est simile: quia in proposito A. non habet tantum ius ad oues pro mediocritate earundē: quæ solum est propter, vt earum mediocritate habeat ius ad habendum in reliqua non actualitate separationis: sibi obiectatur, q̄ illa non separatio vilificat valorem vnius tamē cuiquid sit de hoc, patet facile, q̄ B. non tenetur ad refusionē totius. Et mediocritas id, quod fuisset & equitatis est eo modo, qui in posito est: ius ejus poterit ille & sibi cōsimiles eius refolui, quini iepe recurrendo ad varia iura ponitur: cū illa in diuersis casibus loquatur, & ea non mirū, quod prius quam ipsa cōstituerentur, respectu totius fuit, dispone volentibus. Vnde in talibus casibus & similibus non ideo aliquid iuris est, quia sic iura disponūt, sed potius econtra ideo scilicet iura sic disponuere, quia sic fuisset, vel equitas exigebat dispondi, exprimenda & declaranda. & ideo leue magis fundamentaliter resolutionē huiusmodi casus, quādo ex naturali equitate inspecta ponderantur, qui quando ad obscuras dēcisiones legum recurritur. Dico tertio modo in præcedenti quarto dicto, culpa leui, vel lata: quia non videtur, q̄ si damnū euenisset culpa leuissima B. q̄ B. teneretur ad illius refusionem A. quia societas est cōtractus, qui fit gratia vtriusq; igitur recipies nō tenetur de leuissima culpa: sed solum de lata & leui. Et si aliqua, ergo eadem ratione etiā non teneretur B. de fortuito casu & naturali: quia in cōtractu, qui fit gratia vtriusq; vltra formalitas spectat ad tradentē, & similiter naturalis. Dicendum, q̄ id verum est in cōtractu, in quo nō transfertur dominium: vt in locatione, cōmodatione, depositō, & huiusmodi, secus in societate. Licet non qualibet, tamen in tali in qua transfertur non tantum vsus fructus animalium: sed etiam eorū dominiū, & si non cū abdicatione: tamen per cōtractionem. Nam ex quo in tali societate vterq; est dās animalium, vterq; sustinere debet fortuitum & naturalem casum eorum. Nec est verum, q̄ societas sit cōtractus, in quo non transfertur dominium: vt ipse ibi dem supponit; pro quanto dicit, q̄ in cōtractibus nō ordinatis ad dominiū transferendū: æstimatio nō facit emptionē, applicando hoc ad prædictū casum. ob quod ecia dicit, q̄ etiā si fuillent oues tradite æstimate, & perijssent naturaliter, non tenetur B. A. restituere aliquid. Nam dico, q̄ societas aliquādo aliter fit, quod etiam transfertur dominiū, aliquando tantum vsufructus, & hoc nō translatione abdicatiua, sed cōmutatiua eorum in societate. Sed vis latius videre de casu perditionis ouium ex culpa &c. vide simile in sequ. in cond. 1. corollario tertio, in secundo art. eiusdē corollarij. Hic enim solū tractatur de huiusmodi perditione supponendo, q̄ oues æqualiter faillent dividendæ, quia autem si sic æqualiter, vel si omnino non fuillent dividendæ sed foli fœtus & fructus, & de hoc vide ibidem in simili societate pecuniarum.

Sextus casus A. tradit aliquot oues B. tali pacto, quod omne periculum earum sit vtriusque, ita quod qualiter cunque pereant, A. debeat sustinere vnā medietatem, & B. aliam. si autem non pereant, debeat A. prius tradere suum capitale: & postea oues sint communes vtriusque æqualiter. Ille contractus reputatur illicitus ex eo, quod B. nimis gravatur. Nam vbi malè fortunatur oues B. perdit duo, hoc est duas estimabiles pecioso mediocritatem precij pecorum, quam operebatur dare A. secundum tenorem prædicti casus in primo pacto eius, & secundo laborem suę custodiæ. A. autem tantum amittit vnum. s. mediocritatē precij pecorum, ex quo igitur B. subitat plura periculo: debet etiam plus participare de lucro. Contra illam responsionem arguitur dupliciter. Primò: quia ex quo contractus debet esse societatis, oporteret in responsione supponere, quid esset illud, quod B. poneretur in societatem: vt puta an operas poneret, vel aliquid aliud. & si operas, an illæ essent adæquatæ communicationi ouium, vel nons quia ex hoc pendet responsio: quia secundum quod alter societatum plus posuerit in societatem, secundum hoc poterit habere maius participij, quam alius, aut si altus, qui minus posuit, vult habere æquale participium, poterit alter illi, qui minus posuit, plura onera in periculis sustinendis imponere, vt fiat refusio hinc inde. Præterea quia ratione est damnabilis ratione casus, quo malè fortunantur: eadem ratione est damnabilis ratione casus, si bene fortunentur: quia in casu bonæ fortunæ non æqualiter participabunt: & tamen potest fieri, quòd æqualia posuerint capitalia: & tamen prædicta responsio videtur residere tantum in hoc, quòd iniquitas sit ratione differunti tantum. Et sic q̄ eadem, ergo eadem ratione etiā non teneretur B. de fortuito casu & naturali: quia in cōtractu, qui fit gratia virtusq; vltra formalitas spectat ad tradentē, & similiter naturalis. Dicendum, q̄ id verum est in cōtractu, in quo nō transfertur dominium: vt in locatione, cōmodatione, depositō, & huiusmodi, secus in societate. Licet non qualibet, tamen in tali in qua transfertur non tantum vsufructus animalium: sed etiam eorū dominiū, & si non cū abdicatione: tamen per cōtractionem. Nam ex quo in tali societate vterq; est dās animalium, vterq; sustinere debet fortuitum & naturalem casum eorum. Nec est verum, q̄ societas sit cōtractus, in quo non transfertur dominium: vt ipse ibi dem supponit; pro quanto dicit, q̄ in cōtractibus nō ordinatis ad dominiū transferendū: æstimatio nō facit emptionē, applicando hoc ad prædictū casum. ob quod ecia dicit, q̄ etiā si fuillent oues tradite æstimate, & perijssent naturaliter, non tenetur B. A. restituere aliquid. Nam dico, q̄ societas aliquādo aliter fit, quod etiam transfertur dominiū, aliquando tantum vsufructus, & hoc nō translatione abdicatiua, sed cōmutatiua eorum in societate. Sed vis latius videre de casu perditionis ouium ex culpa &c. vide simile in sequ. in cond. 1. corollario tertio, in secundo art. eiusdē corollarij. Hic enim solū tractatur de huiusmodi perditione supponendo, q̄ oues æqualiter faillent dividendæ, quid

communicatione sociali non habet expectare suum lucrum, vel emolumentum. Vnde si etiam sint equales in societate, ita q; tanta pars lucri debeatur vni quanta alteri tamen sint; q; nullum lucrum proueniat, & sic vterque nihil habebit, & sic non est simile, & sobueniat aliquid, illud est nunc paruum, nunc magnum. Et ex hoc sequitur consequenter, quòd in sequenti casu non est societas. Quia A. tradidit centum florenos ipsi B. vt exerceat eos in negotiationibus, & B. recipiendo eos conuenit cum A. de certa & iusta mercede sibi danda, siue obueniat lucrum, siue non, & siue paruum, siue magnum lucrum, nec vult dominum sustinere in illa sua mercede, nec etiam in capitali pecunia: nisi sua culpa contingeret. Nam ibi est contractus conductionis & locationis operarum, quia constituit A. conductile ad operas impendendas circa illos centum florenos; & B. non habebit partem lucri, sed totum erit ipsius A. & non tenebitur B. de damno capitali, nisi quod sua culpa lata, vel leui proueniret: prout in quæstione de locatione operarum habitum est. Et erit etiam contractus licitus, si B. accipiat mercedem proportionatam laboribus & expensis: si B. debeat etiam ferre expensas, vel proportionatam solis laboribus: si solum velit ferre labores. Immo etiam B. posset pacisci, q; haberet partem de lucro vltra mercedem, dummodo merces fuit sufficiens remissa: ita quòd in supplementum defectus ex pactata partem lucri, si obueniret, dummodo esset proportionata defectui supplendo, & tunc adiiceretur ibi quædam societas ratione illius pacti, vel contractus innominati: prout etiam patuit in quæstione de locatione & conductione, & ex ibi dictis pater, q; etiam posset pacisci, q; non teneretur de culpa leui, sed solum de lata & de dolo: puta si tanto remitteret mercedem accipere, quatenus esset liber de casu culpæ letis.

Secunda suppositio. Societas in pecunia est duplex, quædam est pura, & hoc tam in substantia, quàm in natura alterius societatis, ita q; ei non est admixtus alius contractus, puta mutuatio, vel consimilis. Neque etiam est ei adiectum pactum cuiquod existens contra naturalia societatis. Alia verò non est pura. Et hæc est duplex, quædam non est pura in substantia, cui scilicet est adiunctus alius contractus, puta mutuatio, cuiusmodi est illa, de qua patebit in principali casu sequentis quæstionis, quædam & si sit pura in substantia: tamen habet subiectum pactum cuiquod existens contra naturalia societatis, vt scilicet sociorum alteri imponit plures partes dani sustinendas, quàm lucri percipiendæ: prout patebit in casu quarto corollarij finalis.

Tertia suppositio. Societas in pecunia contrahitur dupliciter. Primo sic, q; A. tantum ponit pecuniam, & B. etiam tantum pecuniam. vipota, q; nec A. nec B. impendunt operas suas circa illas pecunias, sed vnus tertium conducunt ad negociandum cum illa. Secundo modo sic, q; A. ponit tantum pecuniam, & B. ponit tantum operas, & quomodo intelligendum sit, quàdo dicitur, q; alter sociorum ponit operas; quæ operæ sint, vel an sint suum capitale, quod ipse ponit: patuit quæst. 88. conclusione 6. Tertio sic, q; vterque ponit pecuniam & operas. si primo modo, hoc est dupliciter, quia aut B. ponit tantundem pecuniæ quantum A. aut non tantundem. Si secundum hoc est dupliciter, quia vel plus pecuniæ ponit, vel minus pecuniæ ponit. Similiter si fiat secundo modo principali, hoc est dupliciter, quia vel operæ, quas B. communicat A. æquivalent communicationi pecuniæ sibi per A. communicatæ. Aut non æquivalent rei, & hoc est dupliciter, quia vel illæ operæ sunt viliores, aut valentiores. Quando autem operæ sunt licendæ æquivalere pecuniæ, vel communicationi pecuniæ, & quando non, patebit quæst. 95. Similiter si fiat tertio modo. hoc est dupliciter: quia aut pecuniæ, & operæ B. æquivalent pecuniæ, & operis A. aut non, & si non: aut sunt viliores, aut valentiores. Item patet, q; pecuniæ eorum æquivalerent: sed operæ vnius præualerent operis alterius.

Prima conclusio. quamuis videatur posse dici, q; societas in pecunia etiam possit contrahi illis duobus modis, quibus in suppositione vnica præcedentis quæstionis dictum est societatem in animalibus contrahi tamen tutius est, vt dicatur eam in pecunia non posse contrahi vtroque illorum modorum. Prima pars huius conclusionis probatur; quia videtur posse dici, q; A. tradendo pecuniam suam ipsi B. possit ei aliquando communicare taliter, q; B. vnà secum habeat tam dominium pecuniæ, quàm etiam ius percipiendi commoditates natas prouenire mediante re. Aliquando verò possit retento dominio, & proprietate pecuniæ sibi soli in B. transferre ius percipiendi secum commoditates natas prouenire mediante re, quod ius quidam vocant interusurium, quod nihil aliud est, quàm ius percipiendi fructum, vel vtilitatem natam prouenire de pecunia non inquantum se sola capta, qa sic nihil fructificat, sed prout subiacet industriæ, & exercetur in negociationibus. Nam (vt videtur) pecunia & si non sit nata fructificare se solam tamen accepta cum industria vtentis videtur nata fructificare: quoniam sic etiam ager, vel domus, vel equus non fructificat: nisi ager colatur, & aliquis domo vtatur. Ita igitur, sicut quis agrum, vel animalia potest alteri communicare quoad vsum, vel vsufructum: retento sibi dominio, vel proprietate eorundem: ita videri posset alicui posse dici, quòd quis possit retinendo dominium pecuniæ suæ alteri eam communicare quoad interusurium, quòd est sicut vsus, vel vsufructus in agro vel animali licet illud interusurium pecuniæ non sit vsus, nec vsufructus dicendus, quia vsus, vel vsufructus non potest constitui: nisi in rebus habentibus vsum, qui non est earum consumptio, qualis non est pecunia. Secunda pars probatur, quia sic dicendo aperta esset ianua vsuras tam excercendi, quàm etiam defendendi. Ratio primi, quia vsurarius diceret: non mutuauit ipsi B. pecuniam, sed mihi retinendo proprietatem pecuniæ concessi ei interusurium pro certa mercede. Et si ei obijceretur, si vbi retinuisti proprietatem pecuniæ; tunc etiam periculum erit tui solius, quod est falsum. Diceret, imposui ipsi B. periculum pecuniæ dando sibi aliquid in refusionem illius periculi impositi sibi, puta, quia eo viliorem mercedem accepi pro concessione interusurij, quatenus B. susteret periculum loco mei, cum alias maiorem mercedem accepissem.

accepissem. Ratio secundi, quia vsurarius etiã concedens se accepisse vsuram, diceret illud sibi non minus licuisse, quàm sibi liceret domum, vel animal alteri concedere pro mercede, quia verobique est separabilis proprietas ab vsu, ita q; retenta proprietate potest quis alteri concedere eius vsum. Non nego tamen quin præter substantiam pecuniæ sit in ea quædam aptitudo & idoneitas ad importãdum vnà cũ industria hominis lucrum, ita quòd illa idoneitas est quædam causa lucri, & ob illam potest aliquo modo pecunia dici fructifera, & illam idonitatẽ, vel aptitudinem, seu fructificatiuitatem, seu quasi fertilitatem vocant quidam interusurium: vocabo tamen eam commoditatem eius, & tamen, qui illam vult habere, oportet quòd etiam habeat proprietatem, seu dominium saltem pecuniæ: vt iam patebit. Secundò etiam probatur, quia predictus modus dicendi supponit falsum, quia in rebus, quarum vsus est earum consumptio, non potest separari proprietas ab vsu, ita q; A. habeat proprietatem, & B. tantum vsum eiusdem. Modo pecunia est res, cuius vsus, scilicet erogatio est eius consumptio. igitur non potest eius proprietas separari ab vsu, & per consequens non potest dici, quòd A. retinendo proprietatem, cõmunicet ipsi B. vsum eius hoc, q; communicet ipsi B. proprietatem, seu dominium, & per consequens non potest A. tradere ipsi B. pecuniam in specie societatis secundo modo tacto. maior huius probationis est Ioan. xxij. in constitutione, ad conditorem, & in constitutione, quia quorundam. quas edidit adversus fratricellorum errores: immo oportet illum, qui vtitur pecunia, vel alia re, cuius vsus est eius consumptio, & vtitur ea ad talem vsum habere ius sic vtendi, aliàs illicitè vteretur, & si oportet, eum habere ius sic vtendi consumendo eam, oportet etiã eum habere tale ius, quod sit directum dominium, & per cõsequens, quod sit proprietas eius, quomodo enim licitè posses panẽ vti ad comestionem: nisi haberes directum dominium, & proprietatem eius, eo quòd talis vsus, scilicet comestio consumit rem ipsam, scilicet panem totaliter, & per consequens etiam consumit proprietatem, ita quòd nemo amplius habet ꝓprietatem, vel dominium directum eiusdem, quia non entis, vel corruptæ, vel consumptę rei necessario est dominus. Ex hac conclusione prima sequantur duo corollaria.

Primum corollarium, non valet distinctio quorundam, vipota Alexandri de Alexandria & Baptistæ in sum. sua, qui cum volunt declarare, quomodo liceat tradenti alteri pecuniam inde velle habere fructum, dicunt sic. Commissio pecuniæ fit duobus modis. Vno modo, quia fit translatio pecuniæ, siue rei commissæ in toto, vel in parte in dominium illius, cui committitur, & pro pecunia sic commissa non licet aliquid sperare pro re alterius. Secundo modo fit commissio pecuniæ, vel alterius rei, ita quòd non trãsferatur dominium, sed remanet tota res commissa in dominio committentis, & hoc modo committens potest sperare lucrum sicut de re sua, & per consequens quod accrescit forti, sicut rei proprietario tali rule possidetur. Nec est simile de commodato, & de mutuo, quia in mutuo pecunia fit in periculo illius, qui accepit nã sic in pecunia commodata, quæ fit in periculo commodantis, & ideo licitè potest sperare lucrum ex pecunia. Oportet autem, ꝙ pecunia tota sit commodata, quia si partim esset commodata & partim mutuata: possetibi esse vitium vsurę: si enim aliquis committit alicui centum, ita ꝙ medietatem ei mutuet, & aliam medietatem suo dominio retineat, ita ꝙ ille, cui committitur, debeat de illis negociari ad lucrum, illud lucrum habet vitium vsurę, quia speratur non solum ex re commissa, sed etiam ex mutuata, & ideo ea mutui adiectione generatur vitium in toto contractu. Hæcilli. Hęc autem distinctio deficit in octo. Primò, quando dicit, quòd pro commissione pecuniæ translatæ in dominium alterius, non licet quid sperare. Nam emens transfert pecuniam in dominium alterius, & tamen illud nõ facit, nisi quis sperat à venditore habere mercedem æquivalentem immo pacisci tur super hoc. Nec valet, si dicas, non est simile, quia pecunia est ementis, non sic in proposito. Nam pecunia posquam translata est in venditorem, non est emẽtis: licet ante hoc sit eius: sic etiam hic, ante commissionem translatiuam pecuniæ pecunia est committentis, & postea non. Secundò, quia innoit, ꝙ eo ipso, ꝙ quis transfert pecuniam suam, vel aliam rem in alium quoad dominium: illa res desinat esse transferentis. hoc autem est falsum, quia non omnis translatio est abdicatiua, sed quædam est tantum communicatiua, qua quis manens dominus rei facit alium condominum eiusdem. Tertiò, quia innuit, ꝙ non licet aliquid sperare pro re alterius: quod tamen fallit, quando illa res est alterius non sic, quinetiam sit ipsius sperantis, quia tunc sperat quid de re sua. Et si dicas, si est alterius quo ad dominium. igitur etiam quoad proprietatem, quia dominium saltem directum & proprietas idem sunt, & tunc vltra: igitur est solius illius alterius. Dicendum, ꝙ ipsa est illius alterius per proprietatem, sed non per appropriationem, vel in proprio: quando enim due habent aliquam rem quoad dominium directum eius: sed tamen in communi: tunc habent proprietatem eius, sed neuter habet eã in proprio, ita ꝙ habeat eius dominium solus. Vnde prout hic capitur proprietas, est idem quod dominium directum. & sic non capitur, prout est idẽ, quod proprium dominium, seu alicui appropriatũ dominium, quomodo accipitur, quando dicitur, monachus non est capax proprietatis, idest non est capax directi dominij sibi soli appropriati, ita quòd pro libito habeat de ea dare, quin alius contrahat etiam habeat illud, sed bene est capax dominij directi communis sibi & alijs, ahàs non liceret panem sibi per Abbatem datum comedere & consumere, nisi consumendo haberet eius dominium directũ. Quarto, quia supponit, ꝙ in societate pecuniæ tradens eã socio non transferat dominium eius in alium, quod non est verum, quia ex quo transfert in eũ ius percipiendi id, quod pecunię per modum fructus accrescit, oportet ꝙ etiam habeat dominium eiusdem, eo quòd in pecunia non potest separari dominium ab vsu, seu à iure percipiendi vtilitates & fructus rei. Vnde consocius habet ius alienandi, & distrahendi pecuniam etiam partim nomine suo, & partim in

suam

suam vtilitatem, quia participabit lucrum inde proueniens, distractio autem pecuniæ censetur eius consumptio, igitur habet ius eam consumendi, & per cõsequens habet dominium eius. Præterea secundum illum modum imaginandi non aliter tradetur A. pecuniam suam ipsi B. quantum est ex parte dominij, quàm si A. conduceret ipsum B. ad operas suas pro mercede determinata impendendas circa pecuniam nominatim ipsius A. eam distrahendo, & cum ea negociando, quia vbique A. solus haberet dominium pecuniæ & non ipse B. consequens est falsum, quia pinguius ius habet B. in pecunia, quando est socius A. in pecunia, quàm quando B. tantum est locator operarum circa pecuniam. Dico autem notanter, quantum est ex parte dominij, quia bene esset differentia quoad alia, vtputa, quando est socius: tãc pars lucri sibi debentis cedere nõ est determinata, immo nec fixa, quia si nullum supermaneat lucrum, nihil habebit: secus si est locator operarum, quia tunc sibi deberet determinata & fixa merces: etiamsi nullũ supermaneat lucrum. immo etiã si pecunia pereat, dummodo sine sua culpa. Præterea quando B. est socius: tunc nonnunquam tenetur etiam de periculo fortuito pecuniæ: vt patebit, de quo tamen non tenetur, quando est tantum locator operarum. Hoc autẽ scilicet sufferre periculum fortuitum etiam ipso A. sibi illud licitè imponente, præstat indicium, quòd B. existendo socius habet pinguius ius, quàm quando est locator operarum. Et si dicas, verum est, quòd habet pinguius ius: quia habet ius interusurij, quod non habet, quando est locator operarum. Contra, illud interusurium non est, nisi ius tale, quale est vsus, & vsufructus in rebus, quæ non consumuntur vsu, & sic interusurium est quasi vsus pecuniæ, capiendo vsum pro iure. Modo vsus in pecunia non potest separari à proprietate, igitur. Et si arguatur, si consocius esset condominus pecuniæ, igitur in fine societatis esset diuidendum non tantum lucrum, sed etiam capitalis pecunia, quod est falsum: saltem in multis etiam licitis societatibus, patebit solutio in conclusione secunda. Quinto, quia supponit, pecuniam posse commodari, etiam quando traditur ad vsum negociationis, prout fit in societate. Modo pecunia ad talem vsum non potest commodari, quia nulla res est commodabilis: nisi in qua possunt separari proprietas & vsus, & vsus non sit eius consumptio: in pecunia autem non possunt separari eius proprietas & vsus distractionis, igitur. Sexto, quia eam traditionem, qua quis tradit pecuniam in societatem, vocat commodationem, quod est valde inproprie loqui: quia commodatio est concessio rei ad vsum, qui non est eius consumptio, cuiusmodi non sit, quando pecunia traditur in societatem, quia tunc traditur ad distractionem, quæ est illius cõsumptio. Vnde si eius traditionem volunt aliquo nomine alio à sociali communicatione nominare, debuisset potius eam nominasse commissionem, quia tali vocabulo & non commodatione vtitur Papa. c. per vestras. de donat. inter virum & vxorem. Septimo, quia dicit de re commodata secundo modo licet sperare lucrum. Nam proprie hoc implicat, quia commodatio est contractus gratuitus: igitur fieri habet sine spe lucri. Vnde in hoc differt à locatione, quia conceditur vsus rei pro mercede. igitur commodatio non gratuita est locatio. Octauo, quia casus positus licet sit condemnandus: tamen id agendum est cum distinctione tali, scilicet si ipse tradens prætendat habere lucrum de vtraque pecunia: secus si tantum de pecunia tradita socialiter: vtputa si vellet habere non medietatem totius lucri: quia tunc præsumeretur, quòd vellet habere aliquid de pecunia etiam mutuata, sed vellet habere medietatem medietatis, quia tunc censeretur velle diuidere lucrum cedens de pecunia sociali, quod lucrum est medietas totius lucri, & socio medietatem dimittere, & sibi aliam medietatem retinere, & hoc posset esse licitum: si saltem operæ B. equiualent communicationi pecuniæ ipsius A. prout latius in sequentibus patebit.

Secundum corollarium, quòd prædicta distinctio, quatenus claresceret, quomodo liceat tradenti pecuniam alteri inde velle habere fructum: melius poneretur alter, scilicet clarioribus terminis & etiam verioribus sententijs, & hoc sic. Quòd traditionem pecuniæ contingit fieri duobus modis. Vno modo sic, quòd tradens ipse transferat eam in alium cum eius abdicatione, ita quòd tradens exuat se dominio eius: & desinat esse eius dominus, & solus alius sit dominus eius, quomodo traditur, quando mutuatur, & illo modo non licet aliquid sperare de ea, scilicet, postquam est facta alterius, quia tunc sic est facta alterius, quòd est aliena ipsi, qui eam tradidit. vnde sic speraret aliquid de re alicna, de qua tamen non licet aliquid sperare, & hoc vltra id, quod ei æquiualet. Nam mutuatori pecuniæ licet de ea sperare, vt mutuatarius sibi restituat æquiualens, sed præter hoc non licet sibi aliquid de ea, cum iam est facta alterius prouenions sperare. Alio modo contingit eam fieri taliter, quòd tradens ipse non exuit se dominio eius, nec desinit esse dominus eius: attamen communicat alteri dominium eius sine eiusdem abdicatione. Et de pecunia sic alteri tradita licet aliquid sperare, quia pecunia illa est sua, ideo lucrum ex ea prouenions prouenit ex ea vt ex re sua, & licet illa pecunia etiam sit alterius, non tamen solius alterius, sed communis vtrique. Nec est simile de pecunia mutuata, & tradita socialiter, vt scilicet oporteat de ea tradita socialiter nihil sperare: sicut de ea tradita mutuò nihil licet sperare. Nam vna diuersitas iam patuit, quia mutuò tradita non manet tradentis: ideo si aliquis fructus eius post traditionem accresceat, non accrescit nisi ei, cuius protunc est, scilicet mutuatario, licet etiam sit recipientis. ideo fructus ei accrescens poterit applicari tradenti, quamuis etiam recipienti eam. Secunda diuersitas, quia tradita mutuò stat periculo solius mutuatarij: socialiter autem tradita stat periculo vtriusque, immo aliquando stat periculo tradentis tantum: secundum quòd diuersimodè contrahitur societas: vt ita seq. conclusione patebit: ideo nimirum si socialiter tradenti potius liceat quid sperare de ea, quàm tradenti eam mutuò. Posset etiam quædam alia distinctio poni, quam Richi. ponit in 4. dist. 15. per quam etiam pateret, quomodo de pecunia alteri tradita liceret, & etiam non liceret sperare lucrum. & hoc sic, quia aliquem alteri tradere pecuniam cõ

pacto

pacto habendi quid vltra pecuniam capitalem tradi tam, contingit quadrupliciter. Primò, quando capitale & lucrum ponitur sub certitudine. Secundò capitale quando ponitur sub certitudine, & lucrum in fortuna: vt cum quis mutuat alicui centum tali pacto, quòd habebit aliquam portionem lucri: si fuerit lucrum, capitali suo semper saluo sibi quicquid accidat. Tertio modo quando lucrum ponitur sub certitudine, & capitale sub fortuna: vt cum aliquis eundi ad nundinas, vel in Angliam mutuat centum pro certa summa pecuniæ recipicns in se periculum capitalis: nisi periat per culpam, vel negligentiam mutuum accipientis. Quarto modo quando vtrunque ponitur sub dubio, quod non videtur notabiliter magis in fauorem dantis, quàm accipientis. Primis tribus modis aliquis accipiens vltra sortem tenetur ad restitutionem, quia contractus sunt vsurarij, siue fiãt directè, siue indirectè, siue explicitè, siue implicitè. Sed de tertio, de quo non est ita clarum, probatur per c. nauiganti, de vsuris. Nam nisi fuerit culpa, vel negligentia illius, qui accipit, raro accidit, quòd pecunia, quam mutuò accepit, pereat. Vnde ille, qui in isto casu dat pecuniam mutuò, habet in fauorem suum illud, quod accidit raro. Sed quarto modo accipiens vltra sortem restituere non tenetur, quia ratione verisimilis dubij ille contractus excusatur. c. nauiganti. §. ille quolibet &c. Sed hæc distinctio non deseruiret ad propositum: nisi ad aliquem illorum modorum reduceretur traditio socialis pecuniæ, & posset reduci ad quartum modum. Nam tradens socialiter pecuniam ipsi B. ponenti operas ponit pecuniam sub fortuna, quia tradens retinet eius periculum, & etiam ponit lucrum sub fortuna, quia si nihil obueniat, nihil vult habere lucri. Attamen non omnis societas pecuniaria ad illum posset reduci, quia non illa, in qua tradens pecuniam imponit partem periculi capitalis ipsi B. quia ibi tradens non ponit pecuniam sub fortuna nisi pro parte. De tertio etiã casu vide latius q. 39.

Secunda conclusio. quamuis non contingat pecuniam suam quoad commoditatem inde prouenibilem communicare socialiter ipsi B. citra hoc quòd communicet eidem etiam proprietatem eiusdem, immo si ei eam communicat quoad commoditatem, oportet quòd etiam & eam communicet quo ad proprietatem: tamen nihilominus illa communicatio facta simul tam quoad dominium, quàm quoad commoditatem pecuniæ, potest contingere dupliciter. Prima pars huius conclusionis patet ex secunda parte præcedentis conclusionis. Et secunda pars intelligitur pronunc de posse in genere, vt sit sensus. non repugnat substantiæ societatis pecuniæ, quin vtraque modo fieri possit, non obstante, quòd in vtroque modo pecunia communicetur etiam quoad proprietatem. An autem vterque modus fieri possit licitè, postea tangetur. Primus igitur modus est, quòd A. intendat, quòd non obstante quòd B. tempore societatis habeat ius non tantum quoad commoditatem pecuniæ, sed etiam quoad dominium eiusdem: tamẽ in fine societatis non debeat B. habere nisi participium in lucro, & non in ipsa capitali pecunia, immo capitalis pecunia debeat in fine tota cedere soli ipsi A. & hoc adeo, quòd in casu, quo nullum lucrum obueniret, debet A. nihil nomine lucri velle habere. sicut & A. nihil lucri tunc habebit, & vterque carebit lucro, sed tamen A. remanebit suum capitale, scilicet pecuniam, saltem si supermanserit: ita quòd non est perdita. B. autem non poterit recuperare suas operas, quia transierũt sicut nec eas potuisset recuperasse, si lucrum prouenisset. Et circa illum primum modum societatis occurrũt tria argumẽta, vel dubia.

Primum igitur argumẽtum, vel dubium est, quia alicui videretur irrationabile, quòd B. debet sic perdidisse totaliter operas, quæ fuisse videntur suum capitale sociale, & tamen A. non debeat perdidisse suum capitale, sed velle totum rehabere, & in nullo subleuare ipsum B. in perditione sui capitalis, scilicet suarum operarum. Diceretur, quòd capitale ipsius B. propriè loquendo non est eius opere, sed persona sua, quam socialiter communicat ipsi A. ad operas vt dictum fuit quæst. 88. conclusione 6. & sic in hoc pari passu ambulant A. & B. quòd B. retrahat personam suam, quam communicauit ipsi A. ad operas, & perdidit fructum personæ suæ, scilicet operas. sic A. retrahet substantiam & proprietatem, seu directũ dominium pecuniæ, quam communicauerat ipsi B. ita quòd solus incipit habere eius dominium, & perdidit fructum, vel commoditates, quæ debuissent prouenisse de ea.

Secundò arguitur sic: quia non apparet, quomodo poterit de facto, vel de iure saluari, quòd A. communicauerit ipsi B. pecuniam tam quo ad dominiũ, quàm quo ad fructum, & tamen non velit ipsum B. participium habere in pecunia, etiam quo ad substãtiam pecuniæ, & eius directum dominium. Dicendum, quòd pro diuersis temporibus illa bene stãt simul, puta pro tempore, quo durat societas, habet B. ius in pecuniam tam quo ad dominium, quàm quo ad fructum eius: sed finita societate redit ad eum dominium sine fructibus, vel lucris interea perceptis. Nam videmus etiam in mutuo hoc fieri, quòd si A. mutuet ipsi B. centum florenos, non habet B. fructũ illius pecuniæ, aliũ habeat proprietatem & dominiũ, & tamen finito tempore mutui cogitur eadem proprietati pecuniæ, & eam resignare ipsi A. nec poterit habere partem in ea. Attamen prædicta socialis communicatio pecuniæ ipsius A. non est mutuatio, quia pecunia manet in periculo ipsius A. socialiter eam communicantis, & hoc totaliter, ita quòd nulla pars periculi spectat ad ipsum B. saltem in hoc primo modo, sicut & ipse A. solus vult rehabere ipsam totam capitalem pecuniam in fine societatis, si saltem remanſit, sed quando esset mutuata ipsi B. tota esset in periculo B. Attamen exemplum de mutuo pro tanto est adductum, quia ad hoc valet ad propositum: vt videatur non esse impossibile de facto, vel iuridicabile, quòd aliquis cum aliquo habeat pro aliquo tempore dominium & commoditatem pecuniæ, & finito illo tempore debeat dominium redire ad priorem dominum citra hoc, quòd eum redeat fructus, qui prouenerat per illam, quomodo autem sit possibile de iure, hoc est licitè facibile, patebit paulò post.

Tertiò arguitur. Si pro tempore societatis B. habet participium tam dominij pecuniæ, quàm com

modatis

moditatis eiusdem, igitur si in primo modo perderetur pecunia capitalis, etiam sine culpa B. tenetur societatis B. deberet etiam sustinere partem illius damni: quia periculum concomitatur dominium, ita quòd cuius est dominium, eius est periculum: vt patet in mutuatario, cuius quia pecunia est totaliter, ideo periculum eius erit totaliter. Igitur in hoc primo modo, si dominium capitalis pecuniæ est etiã partim B. etiam periculũ pecuniæ erit partim eiusdem. Consequẽs autem est falsum, saltem in hoc primo modo. Dicendum, ℣ non oportet prædicta sequelam sequi. Primò, quia si tempore societatis perditur, scilicet ante finem temporis conuentà à principio, iam finitum est tempus societatis propter perditionem capitalis, sine quo non potest durare societas: nec A. teneretur aliud capitale ponere: quia A. nõ tenetur contrahere societatem cum B. nisi ponendo semel pecuniam; & si finita est societas, non oportet ad A. redire plus de capitali, quàm supermanet: sic & idem fuisset obseruatum, si duraret societas vsque ad tempus conuentum. Et ideo ex quo nihil supermanet, nihil rehabebit A. de capitali, & per consequens non tenetur B. sustinere partem periculi capitalis sic, quòd teneatur subleuare A. in parte. Secundò, quia & si tempore durantis societatis B. habeat participium dominij capitalis pecuniæ: tamen non habet illud de per se, & immediate, sed concomitanter, scilicet pro quanto non potest habere interusurium, & participium commoditatis sine eius dominio, ex quòd proprietas pecuniæ, & commoditas, seu interusurium eius non sunt separabilia. Vnde sufficit B. in hoc primo modo sustinere partem periculi eius, quod principaliter & immediata intentione in eũ fuit translatum, cuiusmodi est interusurium, seu cõmoditas pecuniæ, huius enim partem i periculo suffert, quia ita priuatus B. lucro, quod ex pecunia illa prouenisset, si perdita non fuisset: sicut A. priuatur eodem. Probatio autem argumenti precedit de illo, in quo quis habet dominium ex intentione immediata, qua habet, vel habere debet tradens: non enim plus transfertur in aliquem, quàm tradens intendat in eum transferre, nec ampliori modo quàm intendit: saltem si est possibile, & quia non est possibile, ℣ A. communicet B. interusurium pecuniæ, seu commoditatem eius sine proprietate, ideo vtrunque ei communicat, quia in illo primo modo societatis nõ intendit virtute ex æquo in ipsum transferre, sed principaliter interusurium, & concomitanter dominium & non aliter: quàm vt dominium totius debeat ad se solum redire finita societate, si supermansit tota pecunia capitalis: sicut & stat, ℣ licitè potest hoc velle ita ℣ aliàs A. nimis peieraret suam conditionem, si deberet scilicet B. etiam habere partem in diuisione capitalis pecuniæ in fine, ideo nimirum, ℣ B. debebit ei dimittere totum capitale in fine, si supermanserit, & etiam A. non debebit (si capitale sine culpa B. periit) aliquid pro eo exigere à B. ex quo solum voluit, vt ad eum rediret sub conditione, scilicet si supermanserit. Si autem voluisset, quòd etiam si perisset, deberet B. partem perditionis secum sustinere: tunc pro tanto B. deberet sustinere partem perditionis, & quidem licitè potuisset hoc voluisse: dum modo etiã voluisset, quòd in fine societatis capitale diuidendũ fuisset, si supermansisset; prout tam dicetur in secũdo modo contrahendi societatem.

Secundus igitur modus est, quòd A. intendat, ℣ B. in fine societatis etiam debeat habere participiũ in pecunia, ita ℣ non tantum lucrum sit inter eos dividendum, sed etiam pecunia capitalis, & per consequens si nullum lucrum obuenisset, ℣ adhuc B. deberet aliquid reportare, scilicet partem capitalis pecuniæ, & sic B. non sustinebit solus perditionem operarum, quia in releuamen earum perditarum participabit aliquid de capitali pecuniæ, & sic A. iuuat B. ad portandum suum damnum. Et ℣ neuter modus repugnet societati de facto: immo nec de iure diuino, vel naturali, quin vtrique sociorum liceat vtroque modo contrahere, patet, quia vtroque modo cõtingit contrahere societatem animalium etiam licitè, & de primo modo satis patet. De secundo probatur. Nam contingit, ℣ A. communicet sua animalia socialiter B. ponenti tantum operas, & hoc taliter, ℣ finita societate non tantum fructus & fœtus: sed etiam animalia debent inter eos diuidi. etiam si nullum lucrum de animalibus, & operis prouenisset, ergo signum est, ℣ non repugnat societati, quia nihil repugnat generi, quod conuenit alicui speciẽ eius, & si non repugnat societati in genere, & conuenit societati in animalibus, non apparet ratio, cur repugnaret societati in pecunia. Immo ratio, propter quam contingit illo modo contrahere in animalibus, etiã habet locum in pecunia. Nam ratio quare vtroque modo contingit in animalibus contrahere est, quia aliquando operæ B. æquiparantur tantum vsufructui animalium, & tunc contrahitur primo modo, aliquando æquiparantur tam vsufructui animaliũ, quàm ipsis animalibus, & tunc contrahitur secundo modo. Modo sic etiam contingit, ℣ operæ B. equiparantur tantum interusurio pecuniæ, & sic contrahitur primo modo. aliquando æquiparantur tam interusurio, quàm dominio pecuniæ, & sic contrahitur secundo modo. Circa illum secundum modum societatis emergunt quatuor dubia, seu argumenta difficultatem facientia.

Primum argumentum, vel dubium est, quia aliquis obijciendo diceret, quamuis vterque modus sit de facto possibilis: tamen non apparet, ℣ vterque sit de iure diuino, vel naturalis æquitatis possibilis, sic ℣ vterque possit licitè fieri, quin potius si vnus fiat licitè, oporteat alium fieri illicitè, & econtra: quia si secundus sit licitus ipsi A. tunc est æquus contractus ex parte A. ita ℣ A. non generat B. inæquè, nec aliquid ei denegat, quod sibi debetur, & si sic, igitur primus modus erit illicitus ipsi A. quia in primo denegat aliquid ipsi B. quod in secundo sibi concederetur, scilicet participium capitalis pecuniæ in fine societatis dividendæ. Vnde longè prior est cõditio B. in primo modo, quàm in secundo. ideo si A. in secundo nihil fecit B. nisi ℣ debuit ei facere: tunc in primo faciet sibi longè minus, quàm debeat. Similiter è cõtra contractus sit licitus ipsi B. in primo modo: ita ℣ B. in primo nihil facit A. nisi quod debet: tunc erit eidem illicitus in secundo, quia in secundo modo

de B. facit suam conditionem longè meliorẽ, quàm in primo. Dicendum, quòd verum est, ℣ si vnus modus sit licitè, oporteret alium fieri illicitè, quando cætera essent vbique paria (& loquor hic, quando ille fieret licitè, fieret licitè de rigore iustitiæ, vel æqualitatis commutatiuæ) secus autem quando cætera non sunt paria vbique, & hoc potest declarari duplici via. Prima: nam sit ita, ℣ A. agere ex iustè, & non iniquè cum B. volendo ipsi B. solum dimittere participium lucri, & non participium pecuniæ capitalis, eo ℣ opera & industriositas personæ B. non posset æquiparari tam dominio, quàm commoditati pecuniæ, ita ℣ tam dominium, quàm fructus, seu lucri essent in fine dividenda, sed tantum posset æquiparari commoditati pecuniæ. Nam quamuis capitale, quod B. ponit, sit persona B. tamen quia B. non vult personam suam, & ius eius in fine esse dividenda, quia tunc nimis prævaleret conditio A. Ideo quod in persona non vult fieri, opus erit supplere in operis, & industria: & quia sic stat, ℣ etiam opera & industriositas B. nõ sit tanta, quòd æquivaleat tam dominio, quàm commoditati pecuniæ, si vtrunque esset dividendum, ideo poterit nolle dominium pecuniæ esse dividendum in fine, sed tantum commoditatẽ, quæ ex eis prouenit, & remõ si industriositas, & operatiuitas B. esset tanta, ℣ posset æquiparari tam dominio, quàm commoditati pecuniæ A. dividendis in fine (quod maximè natum esset contingere, quando pecunia ipsius A. esset modica, & industriositas B. magna) tunc A. ageret iniquè, non volendo B. etiam æquare participium capitalis pecuniæ, & sic secundum quantitatem industriositatis eius, qui ponit operas, vel etiam quantitatem pecuniæ contingit, ℣ secundum primum modum contrahendi aliquis alicui potest velle licitè soluũ dimittere participium lucri, & tamen si quantitas pecuniæ, vel industriositatis esset alia, teneretur etiam ei dimittere participium capitalis pecuniæ, prout sic in secundo modo contrahendi. Secunda via. Nam stante, quòd B. ponens operas ponere eas satis expẽsis. Hoc enim non est contra substantiam societatis, quemadmodũ contingit in societate animalium, & B. ponens operas, & non animalia, ponit operas vna cum expensis, & ideo in talibus societatibus contingit sæpe, etiam licitè, ℣ in fine societatis B. habet participium non tantum in fructibus, & fœtibus capitalium animalium, quæ posuit A. sed etiam in animalibus capitalibus. Ergo etiam hic poterit operæ B. acceptæ vna cum expensis in tantum ascendere, quòd non minus conferetur posuisse B. quàm A. etiam capiendo pecuniam A. tam quoad dominium, quàm quoad commoditatem eius dividendã in fine, & per consequens in tantum posset ascendere operæ B. sic acceptæ cũ expensis, quòd non immeritò in fine societatis deberet etiam B. habere participium capitalis pecuniæ, quatenus attẽto quòd A. vult participare lucrum, quod fuit obtentum non tãtum per operas, sed etiam per expensas B. &c (vt casus huius secundæ viæ supponit, & est possibilis) A. volt, ℣ B. solus debeat totas expensas ferre, meritò refundet A. ei illud per hoc, ℣ in fine societatis dividat secum capitalem pecuniã. Et dein notandum in solutione huius dubitationis, vel obiectionis, quòd hic loquar, quando ille modus, qui fieret licitè, fieret licitè de rigore iustitiæ. Quia secus loquendo nullam haberet rationem difficultatis, vel dubitationis, quomodo posset vterque fieri licitè. Nam si primus fieret licitè: non secundum rigorem iustitiæ, sed propter interuenientem liberalitatem B. cedentis liberaliter participio capitalis pecuniæ, non est difficultas: quomodo nihilominus secundus posset licitè fieri, si illa liberalitas non esset in B. sed solum contrahere vellet secundum æqualitatem iustitiæ commutatiuæ. Sicut in simili stat, ℣ A. licitè agat conducendo B. pro mercede decem florenos, & quòd tamen etiam licitè ageret, si eum conduceret pro viginti florenis etiam ad consimiles operas, vtputa: quia B. in prima conductione remisit liberaliter decem, non sic in secunda: vel quic ipsi B. in prima non debebantur nisi decem, sed in secunda A. liberaliter superaddidit alia decem.

Secundum argumentum, vel dubium esset, quo quis diceret. Sit in aliqua specie societatis potest B. qui ponit operas, & non pecuniam, licitè velle in fine societatis etiam participare dominium capitalis pecuniæ tanquam diuidendæ inter se, & A. tunc eadem ratione etiam debebit B. velle, ℣ in fine eiusdẽ societatis sua persona diuideretur quò ad ista, ita ℣ finita societate persona B. esset partim A. tanquam seruus dominificus eadem facietate finita capitalis pecuniæ A. efficitur partim de dominio etiam appreciato B. Sequela probatur, quia sicut pecunia A. fuit capitale, quod A. socialiter communicauit B. ita capitale B. fuit non operæ B. sed persona B. operatiua: vt patet ex dictis in primo modo huius secundæ conclusionis. Igitur qua æquitate B. participabit capitalis A. etiam econtra A. participabit capitale B. vel oportebit dicere, ℣ operæ sunt capitale ipsius B. & non persona sua. Dicendum, quòd etiam in illa secunda specie vel modo societatis non operæ sunt capitale B. sed persona eius, & tamen persona eius non comodo capta est capitale B. quo pecunia est capitale A. quia in illo modo pecunia A. est capitale, cuiũ do pecuniam tam quo ad eius dominium, quàm etiã quoad eius commoditatem, etiam ex æquo, vel æquè principaliter. ita ℣ A. intendit pecuniam suam communicare B. quoad ambo, etiam æquè principaliter, sed B. pro capitali suo in societatem illam non ponit personam suam, capiendo eam tam quoad substantiam suam, quàm etiam quoad operatiuitatem eius, & hoc ex duplici causa. Prima, quia persona sua sic cõsiderata esset longè melior, quàm pecunia capitalis A. adeo ℣ sufficienter poterit sua persona æquiparari pecuniæ A. etiam si persona cõsideretur secũdum vt operatiua, seu si accipiatur solum eius industriosa operatiuitas pro illo tempore societatis, ita ℣ vsufructus constitutibilis per illud tempus in persona sua æqualeret pecuniæ A. vtroque modo accepta, & per consequens ex quo A. solum debet esse socius B. ex æqualibus partibus lucri & capitalis pecuniæ tunc meritò capitale B. non erit in fine dividendum in substantia, nec in iure substantiæ, vel personæ iuxta, sed tantum quoad eius operatiuitatem, & denique non simpliciter, sed solum pro tempore societatis. Aliàs etiam cessante societate haberet ad

ità in operatiuitate personæ B. quod esse non debet, et quo eius operatiuitas indultiora etiam capta solum pro tempore fuerationis societatis, possit æquipatari pecuniæ A. Et si illa causa non obstaret: vpota, quia A. vellet B. assignare tanto maiorem partem tam lucri, quam suæ pecuniæ capitalis in fine diuidé de, quanto capitale B. fuisset melius suo. Tamen poterit alia & secunda causa obstare: vpota, quia non placet B. suam personam facere perpetuo seruilem ipsi A. eoā pro medietate. sicut tamen faceret, quando A. finita societate deberet habere ius in personā B. sicut B. habebit ius recipiendi partem pecuniæ capitalis A. An autem licitè posset B. suam personam facere seruilem in toto, vel in parte, ita ꝙ quicquid perpetuò lucraretur. per operas, ꝙ hoc esset ipsius A. in toto, vel in parte de hoc aliquid est tactum. q. 7. Et ex prædicta solutione patet etiam soluto duorum sequentium argumentorum.

Tertium argumentum esset, quo argueretur, ꝙ semper esset iniqua societas ex parte B. si in fine deberet B. ex æquo participare tam lucrum, quàm capitalem pecuniam A. eo ꝙ semper esset melior conditio B. quàm A. Nam A. non participaret capitale B. scilicet personam eius: sed bene econtra. patet enim solutio, cur id non oportet, nec erit ob hoc melior conditio B. quàm A.

Quartum argumentum esset, quo argueretur sic. Si in ea societate, qua B. esset in fine participaturus tam lucrum, quàm capitalem pecuniam A. contingeret, ꝙ B. licitè posset suum capitale, scilicet personam non tradere diuidendam, sed liberè eam ad se retinere: tunc in tali societate non liceret B. velle, ꝙ A. deberet secum supportare aliquod damnum personale, vel ensibile tempore societatis suæ personæ. Consequens est falsum. Sequela probatur, quia si A. in aliqua societate vellet suam capitalem pecuniam in fine societatis non esse diuidendam, sed eam totam tuperpetuò manentem ad se solum redire: non liceret A. velle, ꝙ B. in illa societate sufferret secum periculum pecuniæ capitalis, quia periculum capitalis pecuniæ spectat ad illum, cui applicari debet finita societate, ergo eadem ratione si B. velit personam suam, quæ fuit suum capitale totaliter redire in primam proprietatem: meritò etiam B. sustinebit solus periculum eius pro tempore societatis. Falsitas consequentis probatur, quia si B. caperetur ab hostibus tempore societatis. A. deberet partem precij redemptionis dare: & B. non teneretur ad dandum totum precium. Et eodem modo posset argui de aliis periculis personalibus B. vpota, si B. frangit tibiã, aut vulneratur, vel aliàs incidit in infirmitatem tempore, quo socialiter operatur. Dicendum, negando assumptum probationis sequelę absolutè loquendo, quia quamuis ipsum sit verum quoad naturalia societatis: tamen quo ad pacta, quę contingit apponi contra naturalia eius, etiam licitè potest id fieri. vnde bene potest stare, ꝙ A. non velit B. habere participium in capitali pecunia in fine societatis: & tamen licitè velit, ꝙ B. supportet secum periculum capitalis pecuniæ in parte, vpota, si A. voluit, ꝙ tanto maior pars lucri socialis deberet cedere B. quatenus periculum capitalis pecuniæ (quod aliàs B. subire non

scientię si quis metiatur singulas aliàs conditiones æquales, vel inæquales inter A. & B. potest facilius expedire casum.

Ex illa conclusione sequntur quatuor corollaria. Primum, ꝙ tam modus dicendi sancti Bernardini, quàm etiam glo. 14. q. 3. in c. plerique. est saluabilis: & vnus cum alio concordabilis. Nam sanctus Bernardinus consuevit sentire, ꝙ quando A. ponit aliquam quantitatem pecuniæ ad societatem, & B. operas, & ꝙ debent participare lucrum obuentens, ꝙ ed hoc: vt contractus liceat ipsi A. oportet, ꝙ A. retineat in se periculum totius capitalis pecuniæ: ita ꝙ si perdatur A. fortuna, vel huiusmodi, non oporteat B. ipsi A. facere aliquam refusionem etiam in parte. Gloſſa verò in prædicto c. sentit. ꝙ licitè potest A. pacisci, ꝙ periculum capitalis pecuniæ sit commune. Et hoc etiam sentit Panor. in c. per vestras. de donat. inter virum, & vxorem. Et certè vtraq; sententia est vera in suo casu. Nam si A. vult, ꝙ in fine societatis pecunia capitalis supernanens debeat sibi soli tota cedere, & ꝙ non debeat cedere aliqua pars B. proportionabiliter, sicut pars lucri cedere debet eidem, adeo ꝙ si nullum lucrum obueniſset, B. omnino nihil reportaret in fine societatis: tunc meritò etiam sola A. debet sustinere periculum pecuniæ capitalis: tunc enim solum contraxerunt societatem immediate; & principaliter in commoditatibus pecuniæ, & lucris eiusdem. Et illo modo videtur sanctus Bernardinus intelligendus in suis decisionibus & bene. Nisi forte A. imponendo B. partem periculi capitalis (de quo tamen capitali non vult ei dimittere partē in fine societatis) refunderet B. illud onus alia via sufficienter, vpota per hoc, ꝙ cum A. poſset æqualē partem lucri accipere cum B. tamen A. tanto minorem partem lucri acciperet, donec satisfieret B. de oncre partis periculi. Et dico partis, quia secus si A. imponeret B. totum periculum capitalis, etiam si illud onus ei refunderet alia via sufficiēter, & hoc quia esset ibi specietenus vsura. Et de hoc tactum est fundamentū in q. 91. Si autem B. vellet in fine societatis etiam habere partem capitalis: non inueritò etiam A. imponeret B. ꝓportionabiliter periculum capitalis eiusdem. Et illo modo opinio gloſsæ est vera.

Secundum corollarium. Ex dictis patet, quid dicēdum sit ad sequentem casum, scilicet A. posuit pecuniam, & B. operas, & post multa tempora, & multos sudores habitos non inuenitur, nisi solum capitale, an totum capitale debeat cedere A. vel an sit diuidendum inter A. & B. Nam dimissis primò variis modis dicendi dominorum inristarum, potest responderi ex prædictis pro foro conscientiæ, & theologico quatuor dicta. Primum, si expressè conuenerunt A. & B. in principio contractus, quòd in fine sit diuidendum: tunc tali conuentioni standum est, & diuidendum. Si autem conuenerunt, quòd non est diuidendum: iterum standum est conuentioni. dummodo tamen conuentio sit æqua, alioquin ei non est standum, quia ille, cuius conditio est contra æquitatem melior, debeat ab ea recedere, & accedere ad æquitatem, vt adęquetur sua conditio conditioni alterius. Secundum, si non expressè conuenerunt super illa diuisione capitalis fienda in fine societatis, vel non fienda: tunc non est præcipitanter, nec absoluto sermone dicendum, quòd sit diuidendum capitale, nec etiam, quòd non sit diuidendum, sed considerandæ sunt operæ B. & quanitas pecuniæ A. scilicet an operæ B. æquivaleant pecunię non solum considerataę quo ad eius interfurium: sed etiam quo ad eius proprietatem diuidendam in fine: & tūc ex quo petinde est: ac si tantundem pecuniæ posuisset, necesse est, ꝙ in fine pecunia diuidatur ex æquo inter eos. Et si essent valētiores, quàm pecunia etiam hoc modo considerata: tunc non solum æqualis pars pecuniæ capitalis deberet cedere ipsi B. sed etiam tanto maior, quanto præualerent eius operæ pecunię. Et in vtroque illorum casuum pecunia capitalis tempore societatis etiam debet ſtetisse in periculo vtriusque: sicut & vtrique erat in fine cessura. Immo in secundo casu huius dicti B. debuit subſtitisse tāto maiori parti periculi, quāto maior pars pecuniæ ei cessura fuit. Si autem operæ non æquivalerent pecunię consideratæ quo ad eius proprietatem in fine diuidendam, sed solum quo ad interfurtum eius: tunc in fine tota pecunia cedet A. & in tali casu B. non teneretur subſtare periculo pecuniæ capitalis. Tertiū dictum. Si perpenditur, quòd operæ B. satis notabiles, & validæ fuerunt: sed tamen non potest discerni, an æquivaluerint, vel non pecuniæ consideratæ quo ad eius proprietatem diuidendam in fine: tunc cōsideretur, si A. voluerit B. habere ꝙaliter secum subiectum periculo capitalis pecuniæ: & tunc æqualis pars capitalis pecuniæ debet cedere B. Illa enim subiectio est aliquale iudicium, quòd forte operæ æquivaluerint pecuniæ, & quòd sicut æqualiter eam periculo pecuniæ subijcere voluit: sic etiam eam æqualiter secum diuidendam esse consensit. Dico autem aliquale indiciū, quia non est omnino sufficiēs: vt patebit in reprobatione tertiæ responsionis. Quartum, quando autē non potest discerni æquivalentia prędicta, & innotuit, ꝙ B. etiam non fuit subiectus periculo capitalis pecuniæ: tunc pecunia debebit cedere soli A. quia tunc videtur A. censuisse operas B. tantum æquivaluisse interfurio pecunię, & pecuniam non voluisse esse diuidendam. Ex hac decisione sequitur, ꝙ tres sequentes decisiones, quę dantur ad casum prędictum non valent, & præsertim duæ primę. Prima est glo. in l. j. C. pro socio. dicentis, ꝙ in fine debet pecunia capitalis ęqualiter diuidi, & hoc de iure: de consuetudine autē debet esse salua. Nam aut primum est verum, & tunc secūdum est falsum, aut cōtra, quia si primū est verum: tūc de iustitia cō mutatiua debet ipsi B. medietas capitalis. igitur cōsuetudo, quæ nō dat B. illam medietatē, peccat eum parte sibi de iustitia debita. igitur est iniqua cōsuetudo, modo de iniqua cōsuetudine nulli est aliquid falsum. Simili modo pōt argui, si secundū sit verū, qz tunc primū erit falsum. Secunda ratio est Iacobi de Aretio dicentis: ꝙ tam de cōsuetudine, q̄ de iure capitalis debebit cedere in fine soli A. Et idem tenet Barto. in prędicta l. j. Contra, quia nihil debet A. cēdere, quod debet cedere B. quia tunc iniustitia fieret B. Modo stat, quòd medietas capitalis pecunię debet cedere B. vt si operæ B. equivaluerint pecunię A. vtroq; modo considerando pecuniam suæ

possibile est: vt deduxi circa secundum modum, & etiam tangetur hic q. 95. Vnde illi duo modi respõdendi sunt similes illi modo respondendi, quo quãdo quæreretur, si A. vendidit B. equum pro decẽ florenis, an debeat in foro conscientiæ B. dare A. decẽ florenos, vel partem sibi reseruare? respõderetur, quòd debet. Nam quis dicet sic respõdenti, an equus valeat decem, vt sic debeat B. ei dare decem, vel an tantum valeat quatuor: & sic non debeat ei dare decem, sed sibi reseruare ex florenos, hoc enim pẽdet ex facto. sic hic pendet ex facto, & circumstantia valoris operarum B. & quãtitatis pecuniæ A. an ß. debeat in fine societatis participare pecuniam capitalem. Nec valẽt tres probationes Iacobi. Primò enim quærit di. Quare socius meus debet habere pecuniã meam? & ibi dicis: quia ponit operam, respondeo, q̃ precium operæ intelligitur esse correspondens interusurio pecuniæ: non autem sorti. Vnde sicut vnus ponit commoditatem operæ, sic alter ponit commoditatem pecuniæ: non autem proprietatem. Hæc ille. Dicendum, quòd dupliciter deficit. Primò quia supponit falsum, supponit enim quasi in societate pecuniaria pecunia in solius ponentis eam, quod est falsum, immo etiam est ipsius B. tempore societatis, etiamsi non esset in fine dividenda, nec B. substituisset eius periculo etiam in parte: vt probaui in primo corollario primæ conclusionis huius quæstionis. Secundò, quia vult, quòd operæ B. æquivalent solum interusurio pecuniæ. Modo contingere potest, quòd oppositum est verum, scilicet, quòd operæ æquivalent pecuniæ captæ tam quoad interusurium: quàm quoad proprietatem etiam in fine dividendam. sicut sit aliquando in societate animalium, quòd operæ B. æquivalent non tantum vsufructui animalium A. sed etiam eorundem proprietati in fine dividendę. Secunda probatio eius est: quia si vnus poneret decem milia, & alius operam tantum, hic nulla potest esse proportio, nisi de commodo operæ ad commodum pecuniæ: non autem ad ipsam sortem, sed deficit, quia & si in tanta pecunia ipsius A. posita nõ sit verisimile, nec facile contingibile, quòd operę B. equivalant pecuniæ A. vtroque modo capię, sed solum eius interusurio: tamen si pecunia sit longè minor: vt centum florenis, vel quinquaginta, & industria B. sit plurima, & notabilis valde, adeo quòd si B. conduceretur pro operis annuis, oporteret sibi per annum pro solis operis dare centum florenos, vel quinquaginta, prout tangetur in quæst. 95. Iam esset proportio equalitatis inter operas B. & pecuniã A. etiam quoad eius dominium directum considerata. Vnde notanter dixi in secundo dicto, quòd considerandę sunt non tantum operæ B. sed etiam quãtitas pecuniæ A. Et si dicas, quòd etiam si opere B. æquivalent pecuniæ A. omni modo: tamen adhuc nõ est digerum, quòd in fine dividatur pecunia, quia opera B. transierunt in præteritum, & sic A. non potest partem earum habere: pecunia autem A. permanet, & sic qua ratione A. non accipit partem operarum B. nec B. debebit accipere partem pecuniæ A. Dicendum, q̃ si B. non operas, sed pecuniam æquivalentem pecuniæ A. posuisset, & fuisset perdita, adhuc debuisset B. participasse pecuniam A. sicut etiã si contra accidisset. Nam tunc aggregatum ex vtraque pecunia (quę æque est vnius sicut alterius) censetur communis pecunia. Vnde q̃ A. non participat operas B. quando lucrum nullum prouenit, est simile, sicut si ß. posuisset pecuniam & non operas, & ex pecunia B. nullum lucrum prouenisset: immo perdita fuisset. Iam A. non participaret pecuniam B. & tamen nihilominus B. participare posset pecuniam A. Tertia probatio, quia in societate animalium si A. ponit pecus, & B. operam pastoralem, expressum est, q̃ obuentiones prouenientes sunt communes, non autem pecus: vt l. cum duobus. ff. pro socio. Vnde in societate oulum diuiduntur lana, & fœtus, & huiusmodi: non autem oues. Igitur etiam sic erit in societate pecuniæ: vt sic in dubio potius sit dicendũ ẽ vsum rei positum in societatem, quàm ipsam rem. Dicendum, q̃ etiã in societate animalium potest contingere, q̃ in fine non tantum fructus: sed etiam animalia ipsa capitalia licitè, & meritò diuiduntur, vbi etiã alter posuit operas tantum: puta si operæ eius sint tantæ, q̃ equivalent non tantum vsufructui animalium: sed proprietati eorundẽ, adeo q̃ non fieret ipsi ponenti tales operas sufficiés refusio per solum vsufructus participationem: nisi etiam haberet participium in capitali: sicut potest contingere, quando B. nõ nudas operas, sed etiam magnas expẽsas facit circa animalia, & subiacet partim periculo animalium. Et secundum hoc ad l. cum duobus. diceretur, q̃ intelligẽda est in casu, vbi operæ B. non æquivalent, nisi vsufructui, seu commoditati animalium, & vbi periculũ animalium est apud ponentem ea. alioquin esset lex iniqua, si operæ æquivalerent animalibus vtroq; modo consideratis. Tertia respõsio, quæ ĩsi est minus reprehensibilis cæteris, est Angeli de Perusio dicentis, q̃ si periculum capitalis erat cõe, siue ex pacto, siue ex consuetudine: tũc cõiter debet pecunia diuidi inter eos. Si autẽ periculum non erat cõe inter eos: puta, quia nec fecerunt pactum de periculo cõicando: nec consuetudo habet, q̃ periculum sit cõicandum: tunc totũ capitale erit illius, qui totũ posuit. Nã tũc ille, qui ponit pecuniã, cõicat commoditatem pecuniæ suę alteri, & alter recõicat sibi fructum personæ suæ tantum, & ideo capitale non est dividendũ. Hęc ille. Sed contra. Quia quãuis illud sit bene dictum i casu, quo nõ potest discerni, an operę equivalauerint, vel non pecuniæ quo ad proprietatẽ, quia tunc nõ superest alius modus, & via cognoscendi de iustitia huius casus. Tamen si põt valor operarum agnosci, an scilicet æquivaleant, vel non pecuniæ, nõ sufficit cõsiderare, an periculũ sit cũe, vel nõ: quia ĩter hoc oportet cõsiderare operas, an æquivaleãt, vel nõ. Nim. ĩtaret, q̃ periculum esset cõe, & tñ operę scirẽtur esse minoris, q̃ pecunia, & tunc posset ita viles esse, q̃ nulla pars capitalis esset ei assignãda: nõ obstante, q̃ periculo eius subiacuisset: quatenus suppleret defectum operarũ, vt dignus esset, æqualẽ partẽ lucri hr̃e cũ A. & dato q̃ esset capitale diuidendũ, non oporteret tñ, q̃ diuideretur ex æquo (vt ille modus dicẽdi supponit) etiã supposito, q̃ æque supportent periculum: quia merito sibi minor pars capitalis deberur, ex quo minꝰ posuit: licet equaliter sustineat periculũ.

Tertium corollarium. Ex prędictis etiam patet quid

quid sit dicendum ad sequentem casum, qui quantus potius spectaret ad materiam restitutionũ, quàm contractuum: tamen quia occurrit tractandus materiam societatum: ideo declarandus est, & est talis. A. posuit pecuniam, & B. operam tantum, & in fine, siue lucrum obuenerit, siue non: tamen capitalis pecunia est perdita in toto: vel saltẽ est perdita in parte, & sic est diminuta. An B. teneatur sustinere partẽ damni illius perditionis, vel diminutionis: vt si pecunia fuit centum florenorũ, & est totaliter perdita, an B. debeat ipsi A. in releuamẽ dare quinquaginta florenos. Aut si est diminuta, quia quinquaginta sunt perditi, an B. debeat A. dare viginti quinq; florenos. Et quia perditio illa potuit fieri, aut sine culpa B. vt si per fortunam, vel huiusmodi est perdita. Aut per culpam B. ideo difficultas illius casus habebit duos articulos. Primò igitur videndum est, quid sit dicendum, quando est perdita sine culpa B. Et vt decisio non fiat obscura, ponamus solum alterum membrorum. scilicet, quòd pecunia A. sit totaliter perdita: quia illo decisto poterit haberi proportionabiliter responsio etiam de casu, in quo pecunia esset in parte perdita tantum, seu diminuta. Dicendum igitur per duo principalia dicta. Primum, si A. & B. expressè conuenerunt, quòd B. sustineret partẽ damni perditionis totalis, vel partialis, seu diminutionis: aut quòd B. deberet esse liber à talibus: tunc tali conuentioni standum est, dummodo sit æqua, & deducti in primo dicto præcedentis casus, & quando conuentio sit æqua, vel non, patebit etiam ex sequentibus. Secundum dictum principale, & continens sub se octo dicta est. Si autem non conuenerunt super hoc non est præcipitanter, nec absoluto sermone dicendum, quòd B. non teneatur, vel quòd teneatur sustinere partem illius damni, vt qui iam faciunt: sed oportet considerandum est, an operæ B. simpliciter, seu vniuersaliter æquivaluerũt pecuniæ A. adeo quòd non solum lucrum: sed etiam pecunia A. fuisset in hac æqualiter dividenda. Aut præualuerũt et etiam vt sic in fine dividendæ, aut nec præualuerunt ei, nec æquivaluerunt: immo solum æquivaluerunt interusurio pecuniæ. Si primum, hoc est dupliciter. Quia aut pecunia est perdita ante, postquam socialiter est tradita B. scilicet, antequam B. præstitit aliquas operas saltem alicuius ponderis, vel notabilitatis, aut est perdita post operas. Illa distinctione præmissa ponenda sunt octo dicta, quorum prima quinque erunt solum de casu, in quo operæ B. equivaluerunt, vel æquivaluissent simpliciter pecuniæ. Et pro maiori intellectu pono, quòd pecunia A. fuerit centum florenorũ, & operæ imponẽdæ per B. etiã valeant centum florenos, vel valuissent. Primum, si pecunia A. fuit ĩ ĩsam post socialem traditionem, vel communicationem perdita, ita quòd B. nondum posuit aliquas operas: saltem alicuius notabilitatis: tunc B. debebit sustinere medietatem illius perditionis, & sic dare A. quinquaginta florenos, & B. tunc erit immunis ab obligatione ponendi aliquas operas, vel valorem earundem. Aut (quod in idem redit) si non velit ipsi A. dare quinquaginta florenos debet valorem operarum, quas debuisset ponere, & illum valorem considerare æquaĩter cum A. & ita rem valor operarum, quas B. debuisset posuisse fit etiam centum florenorũ, tũc ipsi A. (sicut prius) cedent quinquaginta florẽ. & reliqui quinquaginta manebunt apud B. Probatio huius dicti est. Quia societas contracta inter A. & B. est petinde iudicanda, sicut iudicaretur societas, qua B. sine operis posuisset non ie rei sed in proposito, & obligatione eantundem pecuniæ, quantam A. Vputa, si vnus tertius fuisset per eos conductus ad exercendum pecuniam vtriusque, & sic fingeretur esse vna communis pecunia indistincta, aggregata ex pecunia vtriusque, scilicet ex ea, quam A. effectualiter posuisset: & ex ea, quam fingeremus B. posuisse pro quanto se obligasset etiam tantundem posituram. Modò quando de illa totali pecunia cõi (quæ est ducentorũ florenorum) fuisset perdita vna medietas, puta illa, quæ in effectu fuit posita: tunc fuisset perdita medietas: quæ communis vtriusque fuisset, & si B. vellet suam pecuniam etiam ponere in effectum, sicut se obligasset: tunc A. non posset aliquid à B. exigere pro releuamine prioris medietatis perditę, quam A. posuisset, quia illa fuit vtriusque, & ideo vterque re ipsa sustinet illud damnum pro sua parte, & cum B. ponetur etiam suam pecuniam: tunc illam diuiderent inter se equaliter. Et sic tantundem posuisset vnus, quantum alter, & tantundem leuaret quilibet, quantum alter, scilicet quinquaginta florenos, & vterque etiam tantundem damni pertulisset, quantum alter: vterque enim fuisset in damnificatus, & vterque leuaret. dividendo capitale. Si autem B. nollet suos centum ponere: tunc B. deberet dare quinquaginta florenos. Aut sic sustineret cum A. partem perditionis medietatis, quæ fuit censenda, vt posita per A. Sic in proposito B. nondum posuerat operas: sed tamen obligatus fuit ad ponendum, & perdita est medietas totius communis capitalis aggregati ex centum florenis, & operis ponendis valoris etiam centum florenis. Ideo aut B. debet operas in effectu ponere: quas tamen, quia non potest ponere circa pecuniam A. (quia perdita est) ponat valorem earum: & tunc censetur medietas communis capitalis remansisse, & illa est dividenda inter eos, & sic cedent A. quinquaginta florenos, & pro alijs tam vterque sustinet partem perditionis pecuniæ, sine hoc, quòd A. exigat aliquid à B. pro releuamine perditionis centum florenorum. Secundum dictum. Si pecunia A. fuit perdita post operas B. iam plenè prælitas, & ex operis obuenit lucrum: tunc B. non tenetur sustinere medietatem, nec aliquam partem damni perditionis pecuniæ A. sic quòd debeat ipsi A. dare quinquaginta florenos, aut aliam partem releuamen perditionis centum florenorũ. Probatur: quia illa societas contracta inter A. & B. est protunc iudicanda petinde, sicut iudicaretur societas, qua B. sine operis posuisset non solum in proposito, & obligatione: immo in re, & in effectu tantundem pecuniæ, quantum A. vputa aliquis tertius fuisset per eos communiter conductus ad exercendas vtriusque pecunias, & sic ex pecunia vtriusq; fuisset vna communis, & indistincta pecunia capitalis aggregata, scilicet ducenti florẽi, & de illa communi pecunia

set lucrum, post cuius obuentionem diuisum fuisset lucrum, & nõ solum lucrum fuisset diuisum: immo etiam vna medietas totius communis pecuniæ capitalis fuisset inter eos diuisa, qua diuisione facta reliqua medietas perderetur, vel iam perdita esset. Modo quamuis in tali casu reliqua medietas deberet vtrique perdita fuisse ad illum sensum, quòd ex quo vterque habuisset medietatem illius medietatis, si nõ fuisset perdita, & neuter totam habuisset: sic vtrique nunc carebit ea: non tamen sic deberet esse vtrique perdita, quòd alter alteri, scilicet B. ipsi A. aliquid debeat dare pro carcatia suæ medietatis. Vnde latis erit ipsi B. quòd perdidit medietatem eius sedem medietatis, quæ alias sibi cessisset. Et ita finaliter in tali casu vterque nihil reportaret de tota pecunia capitali, nisi quartam partem totius communis pecuniæ præter lucrum, quia sola vna medietas inter eos fuisset diuisa. ergo etiam sic debebit esse in proposito casu, quòd B. non tenebitur aliquid dare A. Maior huius probationis patet, quia operę B. æquiualent pecuniæ A. & in effectu B. eas posuit, & vterque etiam participauit lucrum operarum, & in participando lucrum earum, vterque etiam participauit opetas ex æquo: quia operæ etiam æquiualentes simpliciter pecuniæ non aliter ponunt participari, & diuidi inter socios, nisi pro quanto vterque æquè sentit lucrum earum, & sic vna medietas totius capitalis aggregati est inter eos ex æquo diuisa. Tertiam, si pecunia A. fuit perdita post operas B. iam plenè præstitas, & ex operis B. nullum lucrum prouenit, & sic operæ B. censentur perditæ: tunc B. non tenetur sufferre partem damni perditionis pecuniæ A. scilicet dando A. medietatem, vel aliam partem pecuniæ perditæ: nisi etiam econtra A. velit sufferre partem perditionis operarum B. dando B. medietatem valoris operarũ impensarum per B. Probatur, quia ex quo (vt iam notatum fuit) operæ B. æquiualent simpliciter pecuniæ A. & in effectu B. posuit eas, ergo tantundem in effectu posuit, quantum A. & ex positione vtriusque censetur, & fingitur vnum capitale indistinctum, & commune vtrique fuisse aggregatum, cuius vna medietas est perdita pro quanto operæ sine fructu transiuerunt, & nuncalia etiam est perdita. ergo totum est perditum. Et sic vnus tantundem damni sustinuit, quantum alter. ergo iniquum esset, quòd alter alteri deberet succurrere, & relarcire damnum: & non econtra etiam ille illi deberet relarcire. Confirmatur, quia getiadę esset, si B. posuisset sine operis tantundem pecuniæ, quantum A. & ex vtraq; pecunia esset vna communis pecunia vtrique aggregata, scilicet ducenti floreni, cuius vna medietas esset perdita, & iterũ vna, & sic tota esset perdita, & B. deberet A. dare quinquaginta, & non vellet etiam econtra A. dare B. h quod esset magna iniquitas. Ideo vtrique sufficit ferre damnum eius, quod posuit. Quartum, si pecunia A. est perdita post operas B. præstitas, sed non plenè præstitas: vtputa pecunia est perdita, postquam B. præstitit operas per medietatem temporis conuenti, & ex operis B. lucrum obuenit: tunc B. tenetur sufferre medietatem medietatis perditionis pecuniæ A. & sic dare ipsi A. viginti quinque florenos, & tũc erit B. deobligatus à positione reliquæ medietatis operarum, vel valoris illius reliquę medietatis operarũ, quę valet quinquaginta florenos. Aut si B. hoc nolit facere: tunc (& redit in idem) debet B. valorem reliquę medietatis operarum, quas impendere debuisset, ponere in effectu, & illum valorem dividere ex æquo cum A. & quia reliqua medietas operarum valet quinquaginta florenos, ideo diuidendo quinquaginta florenos A. & B. ipsi A. sicut prius cedent xxv. floreni. Probatur hoc dictum sic, quia societas inter A. & B. contracta est iudicanda perinde, sicut iudicretur societas, qua B. posuisset sine operis tantundem pecuniæ, quantũ A. ita tamen, q medietatẽ, s. quinquaginta florenos posuisset in effectu: & aliam medietatem posuisset in obligatione, & ex pecunia vtriusque vna communis indistincta pecunia aggregata, scilicet ducenti floreni, & de illa fuisset medietas perdita, scilicet centum floreni, quarta autem pars totius, s. quinquaginta fuisset diuisa æqualiter inter eos, pro quanto enim operæ. B. pro medietate præstitæ sunt quarta pars totius cóis capitalis, & A. & B. fructum operarum illarum æqualiter diuiserunt: ideo cẽseretur quarta pars totius capitalis esse æqualiter inter eos diuisa. Modo in tali casu deberet B. alterũ illorũ duorũ facere: aut dare A. xxv. florenos, & tunc esset liber à positione alterius partis nondum positæ, scilicet aliorum. s. Aut si nollet, debebit reliquos. l. florenos nondum positos ponere, & eos condiuidere cũ A. & sic A. habebit xxv. florenos, & cũ A. prius habuisset de quarta parte operarum diuisa etiam valorẽ xxv. florenorũ, iam cẽsebitur habere. h. florenos, de diuisione capitalis, & censetur B. ipsum releuasse in medietate perditionis pecuniæ A. Similiter tãtundem cedet B. quia ex quo B. habuit primò medietatẽ quartæ partis diuisę, censetur habuisse xxv. florenos, & si ponit reliquam quartam non depositam: tunc sibi de illa iterum cedent xxv. floreni. Aut si B. deobligatur ab illa positione, ita q̃ solũ det A. xxv. florẽ: tũc illa deobligatio est rectũ valoris xxv. florenorũ. Ergo etiam sic erit in casu proposito. Et sicut in hoc quarto dicto positas est casus, q̃ B. solum medietatẽ operarum præstiterit: ita si poneretur, q̃ plus quàm medietatem operarum præstitisset: vtputa tres partes omnium operarum ponendarum, vel solum vnã tertiam posuisset, secũdum hoc proportionabiliter est respondendũ, quid B. debeat ponere pro reliquis operis non positis, & illud dividere cum A. & tunc erit deobligatus, ne cogatur aliquid dare A. in releuamen pecuniæ eius. Aut si nolit illas reliquas operas ponere, nec valorem earum, debebit releuare ipsum A. in perditione pecuniæ in tanto, quantum valeret illa pars reliquarum operarum ponẽdarum, & eodem modo etiam posset præsens clausula addi sequenti dicto. Quintò, si pecunia est perdita post operas B. nondum plenè præstitas, puta: præstitit eas ad medietatem temporis conuenti, & ex eis nullum lucrum prouenit, & sic operę positę censentur perditæ: tunc B. debebit alterum illorum duorum facere. Aut ponere valorem reliquarum operarum, quas debuisset ponere: & eum valorem dividere cum A. equaliter: & tunc erit liber, vt nihil teneatur dare A. in releuamen perditionis pecuniæ, vel (quod idem est) debebit soluere A. medietatem

dietatem medietatis perditionis suæ pecuniæ, seu quartam partem totius pecuniæ perditæ: & tunc erit B. deobligatus à positione reliquarum operarum. Probatur, quia societas A. & B. est iudicanda perinde, sicut si B. posuisset tantundem pecuniæ quàm A. scilicet centum florenis, ita tamen quòd medietatem posuisset in effectu: & aliam medietatem in obligatione, & fuisset ex pecunia vtriusque vna communis indistincta pecunia aggregata, scilicet ducenti floreni, & de illa fuisset quarta pars perdita: scilicet quinquaginta floreni, quia operæ iam in effectu positæ per B. sunt vna quarta totius communis capitalis. Insuper etiam esset perdita vna medietas totius capitalis, scilicet centum floreni. Et sic nihil remaneret, nisi reliqua quarta: quę scilicet fuisset medietas pecuniæ ponendæ per B. Modo in tali casu B. non teneretur nisi ponere medietatem pecunię per eum ponendæ, & eam æqualiter dividere cum A. vel quod idem est, si hoc nollet facere, deberet soluere A. medietatem medietatis perditionis pecuniæ eius, dãdo ipsi A. viginti quinque florenos, sicut & solum viginti quinque floreni cessissent eidem, si B. posuisset suam reliquam medietatem, scilicet quinquaginta florenos, & tunc vterque tantundem, quantum alius in capitali posuisset, & vterque etiam tantundem quantum alter leuasset, & sustinuisset in damno: quia A. censeretur perdidisse tres quartas suæ pecuniæ, eo quòd quarta pars sibi soluneretur per B. & B. censeretur perdidisse etiam tres quartas suæ pecuniæ, scilicet, quia eius medietatem perdidisset, & reliquæ medietatis vnam partem dedisset ipsi A. & reliquam medietatem illius medietatis sibi reservasset. Ergo etiam sic est hic, quando B. ponit operas æquivalentes pecuniæ ipsius A. &c. Et hæc omnia dicta supponunt, quòd sicut B. virtute illius societatis contractę cum A. habuit ius: si nihil pecuniæ capitalis A. fuisset perditum, quòd ipse in fine habuisset eius medietatem, eo quòd suæ operæ simpliciter æquiualuerunt pecuniæ A. Nam si B. in animo suo renunciasset illi iuri: puta noluisset habere medietatem pecuniæ ipsius A. in fine supermanentis, & hoc ideo scilicet, quatenus etiam esset liber à periculo perditionis eiusdem, & contentus voluisset esse participio æqualis partis lucri: tunc B. non teneretur ad sufferentiam perditionis pecuniæ A. siue illa pecunia esset perdita statim, & ante vel post operas suas plenè, vel non plenè præstitas. Quia si B. posuisset operas æquivalentes soli interusurio pecuniæ A. & ita non nisi æqualis pars lucri deberetur ipsi B. non teneretur ad aliquam sufferentiam perditionis pecuniæ A. imo periculum perditionis pecunię esset totum solius A. sicut & in fine soli ipsi A. debuisset tota illa pecunia cessisse, si supermansisset. ergo à fortiori, si operæ æquivaluerunt simpliciter pecuniæ ipsius A. & B. non vult eam in fine participare, non tenebitur B. ad aliquam sufferentiam perditionis pecuniæ A. Et quamuis non sit verisimile, quòd B. in casu talis æquivalentiæ vellet renunciare parti pecunię capitalis pro tali libertate à periculo perditionis pecuniæ: quia longè eligibilior est pars illius pecuniæ habendæ, quàm sit fugibile periculum sufferendi partem perditionis eiusdem, quia minus verisimile est secundum esse affirmatum, quàm primum. Tamen si quis in confessione diceret, se talem habuisse animum, credendum esset ei, quia in foro conscientiæ cuilibet creditur pro se, & cõtra se. Sensu dictum autem operæ B. fuisset præualentiores, quàm pecunia ipsius A. etiam considerando eam vt in fine dividendam: tunc resisto eo, in quo operæ eius præualuissent pecuniæ ipsius A. de reliquis operis B. æquivalentibus pecuniæ A. agendum est eo modo, sicut sonuerunt præcedentia quinque dicta. De parte autem præualente dicendum, quòd in quantum B. prætextu illius præualentiæ etiam voluisset habuisse tanto maiorem partem lucri: & etiam tanto maiorem partem pecuniæ A. dividendæ in fine: tunc etiã illius pecuniæ debebit sustinere tanto maiorem partem damni perditionis, & hoc in casu, quo B. tenetur sufferre perditionem pecuniæ A. secus in casu, quo non tenetur sufferre perditionem pecuniæ A. qui autem sint illi casus, quando scilicet tenet, & quando non, patuit ex præcedentibus quinque dictis. Septimum dictum, si inueniatur, quòd operæ A. non æquivaluerunt simpliciter pecuniæ A. sed solũ interusurio: tunc siue pecunia A. sit perdita statim, & ante operas B. siue post eas plenè, vel non plenè præstitas: B. non tenebitur ad sufferendum illã perditionem, dando scilicet ipsi A. aliquid in releuamẽ illius perditionis, quia in casu talis æquivalentiæ: si etiam tota pecunia superman fisset A. non voluisset ipsi B. assignasse partem aliquam illius pecuniæ, immo solus voluisset eam recepisse: igitur etiam in tali casu solus sufferat damnum perditionis eiusdem. Nec ipsi B. licuisset, voluisse habere medietatẽ eiusdem supermanentis pecuniæ: etiam si in recompensam voluisset sustinuisse partem perditionis eiusdem, quia ad participandum partem pecuniæ remanentis non esset sufficiens recompensatio per hoc, quòd quis vellet sustinere partem perditionis eiusdem. Et dixi notanter in hoc dicto, si inueniatur, & operę B. non equiualuerunt simpliciter pecuniæ A. tamen inueniuntur equivalere interusurio eiusdẽ: quia si inueniretur, quòd operę B. non solùm non simpliciter equivalerent pecuniæ A. immo etiam non interusurio eiusdem: tunc si B. voluisset nihilominus participasse equalem partem lucri A. tunc potuissent eius operę, ita viles fuisse, & intantum defecisse ab earum equivalentia ad interusurium pecuniæ, quòd prætexte illius, quòd B. contendit, & vult habere æqualem partem lucri cum A. eam longè vilior pars sibi deberetur de iustitia, potuisset B. fuisse meritò onerandus ad sustinẽdam aliquam partem perditionis pecuniæ: quatenus quanto maiorem partem sibi indebitam de lucro vellet habere: tanto etiam maiori onere, quod alias esset sibi indebitum, grauaretur. Octauum, si non potest discerni, nec inuenitur, an operę equivaluerint simpliciter pecuniæ, vel non, quamuis inueniatur, quòd equivaluerunt interusurio pecuniæ: tunc ex quo in re dubia non potest ferri certa sententia, non debet diffiniri, quòd B. teneatur sufferre partem damni perditionis pecuniæ: sed iudicandum est ex eo, quod est certum, & quia compertum est: quòd pecunia equivalet interusurio, ideo dicendum, quòd

sufficit

sufficit B. si sit par A. in lucro & damno eidem opposito: non autem in damno capitalis. Ex hac decisione sequitur, quod tres sequentes responsiones ad casum huius corollarij non valent. Prima est glo. in l. si non fuerint. ff. pro socio. dicentis duo. Primum, quòd B. non tenetur sustinere damnum prædictum, & huius tangit implicitè tres probationes. Prima, quia B. nunquam videtur se obligasse ad damnum sortis. Secunda, quia ipsi B. sufficit damnum perditarum operarum. Tertia, quia correlativorum est eadem natura. Modo B. nihil lucratur de capitali, igitur etiam nihil debet in eo damnificari. Secundum dictum, si B. lucraretur de sorte, deberet etiam damnificari, quia de contrarijs datur eadem regula. Contra illam responsionem arguitur quo ad primum dictum eius dupliciter. Primò, quia si primum dictum verum esset ita indistincte, sicut ponitur: tunc etiam si pecunia esset totaliter perdita, & ante præstitas operas ipsius B. tunc non teneretur B. sufferre partem illius perditionis. consequens est inconueniens, quia longè melior esset conditio B. quàm A. quia B. nihil perdidisset, puta hoc operas, nec lucrum prouenibile de operis, sed centretur adhuc omnes suas operas illesas habere, pro quanto eas adhuc virtualiter continet, & eas potest impendere decæteto sibi soli. A. autem perdidisset totum capitale suum, & per consequens tam proprietatē, quàm interusurium. Vnde B. in tali societate contracta videretur velle habere lucrum sine damno. Secundò arguitur, quia stat, quòd B. haberi ius participandi in fine pecuniam capitalem, & vult etiam eam participare: veputa, si eius opere æquivalent simpliciter pecuniæ A. Igitur etiam tenetur sustinere partem damni. tenet consequentia per propriam sententiam finalem eiusdem glossæ. Et si dicatur, quòd primum dictum glo. intelligitur in casu, quo B. non est participaturus ipsam capitalem pecuniam, & in hoc casu etiam non est inconueniens, quòd si perdatur ante operas B. quòd B. non sufferat partem aliquam damni, sed quando B. esset participaturus eam: tunc secundum glo. teneretur sufferre partem damni: vt patet ex secundo eius dicto. Contra, quia tunc secundum erit falsum, quia fallit in casu perditionis operarum plenè præstitarum: vt patet in secundo dicto supra posito, & etiam ex ipsa secunda probatione glo. illius. Secundò improbatur, quia non distinguit de operis B. an simpliciter æquivaluerunt pecuniæ A. vel an tantum interusurio eius. & tamē ex illo pendet responsio ad casum. Nec probationes eius valent. Ad primam enim diceretur, quòd si B. voluit participare pecuniam in fine. veputa propter omnimodam æqualentiam suarum operarum ad pecuniam A. tunc eo ipso se obligauit, & obligare debuit ad damnum pecuniæ. Ad secundam dicendum, quod procedit in casu, quo pecunia fuit perdita post operas plenè præstitas, aut post operas non plenè præstitas. Ad tertiam, quòd minor est falsa, si intelligatur vniuersaliter: vt patet ex dictis. Secunda responsio est Iacobi de Arenio, quòd indistinctè damnum est commune: vt ff. cod. l. cum duobus. §. quidam sagariam. Contra dupliciter. Primò, quia B. non tenetur duplex damnum ferre, vbi A. simplex tantum fert. Modò stat, quòd perdita pecunia A. etiam sint operę B. præstitæ perditæ, quæ simpliciter æquivalebant pecuniæ A. & sic tantundem perdidit sicut A. & cum hoc deberet medietatem damni perditionis pecuniæ A. ferre. Secundò arguitur ad hominem. Nam secundum eundem tam de iure, quàm de consuetudine: si in fine societatis nihil lucri fuisset relictum, sed solum capitale: nulla pars capitalis debuisset cessisse ipsi B. sed totum ipsi A. vt patet ex sua responsione ad casum præcedentis corollarij. Igitur potius deberet Iacobus indistinctè hic dicere, quòd etiam nulla pars damni capitalis deberet per B. sustineri: sed A. debere totum ferre, tenet consequentia: quia inæquum esset, quòd illius damnum aliquis sustinere deberet, cuius nullum sentit emolumentum. Vnde si quis non deberet participare interusurium pecuniæ a etiam meritò non deberet sustinere damnum eiusdem interusurij. Ita etiam debet esse de proprietate, vel directo dominio pecuniæ in fine diuidendæ. Vnde illa responsio minus congruit Iacobo, quàm alijs supposita responsione sua ad casum præcedentis corollarij. Nec hæc responsio potest fundari in l. allegata, quia illa lex, aut intelligitur de damno lucri, & non capitalis, aut si de damno capitalis intelligitur: tunc intelligitur in casu, quò capitale esset diuidendum communiter in fine. & B. non præstitisset operas, nec eas, vel valorem earum præstare vellet, secus vbi præstitit eas plenè & perditæ sunt, aut etiam non sunt perditæ, vel si non sunt præstitæ: tamen vult valorem earum ponere, & eandem diuidere æqualiter cum A. Præterea etiam potest dici damnum capitalis pecuniæ esse vtrique communē etiam in casu, quo præstitit operas plenè. puta, quia vtrique cessisset medietas capitalis pecuniæ si superman fuisset: nunc autem vterque carebit sua parte. igitur perditio est vtrique damnosa, non autem sic quòd alter alteri debeat aliquid in subsidium damni dare. Tertia est quorundam dicētium, quòd B. debet ferre damnum perditionis pecuniæ A. si pecunia est perdita ante operas præstita: non autem si post. Sed hæc est nimis indistincta. Nam primum fallit, si B. non participaret pecuniam A. in fine, vel etiam si participaret; sed vellet valorem operarum non præstitarum ponere. Secundum etiam non est indistinctè verum: vt patet ex secundo & sequentibus dictis. Quò ad secundum articulum huius casus scilicet; quando pecunia A. esset perdita per culpam B. ponenda est vna distinctio cum quibusque subdistinctionibus, & sex dictis. Distinctio est talis. Si pecunia est perdita per culpam B. aut hoc est per culpam leuissimam; aut per latam, vel leuem. Si secundum, vel tertium, hoc est dupliciter. Aut illa pecunia non fuisset diuidenda in fine, aut fuisset diuidenda in fine. Si secundum, hoc est dupliciter. Quia aut fuit perdita ante operas B. præstitas, aut post. Si secundum, hoc est dupliciter, quia aut opere B. fuerunt plenè præstitę, aut non plenè: & sive sic, sive sic fuerint præstitę: potest hoc esse dupliciter: quia vel ex eis obuenerat lucrum, aut non obuenerat. Primum dictum. Si pecunia fuit perdita per culpam leuissimam B. tunc B. eodem modo tenetur, & non tenetur

tenetur ad refusionem aliquam A. quomodo tenetur, vel non tenetur, quando pecunia esset perdita à fortuna. De quā perditione patet per primum articulum huius corollarij. Ratio: quia contractus societatis fit gratia vtriusque. igitur alter non tenetur alteri de culpa leuissima plus, quàm de casu fortuito, quia in talibus pari passu ambulant leuissima culpa, & fortuitus casus. Secundum. Si est perdita per culpam latam, vel leuem B. & pecunia non fuisset diuidenda. vtputa: quia operæ non simpliciter æquiualebant pecuniæ, sed solum eius interusurio. B. tenetur A. ad refusionem totius pecuniæ perditæ. vbi tamen si sine tali culpa, vel à fortuna fuisset perdita, B. ad nullius partis pecuniæ refusionem fuisset ei obligatus. Ratio secundi patuit in septimo dicto præcedentis articuli. Ratio primi: quia tota pecunia debebat in fine societatis A. cedere. & sic B. damnificauit eum in toto: & quamuis pecunia erat tempore societatis etiam in dominio B. sicut in dominio A. tamen finita societate debet tota redire ad A. si non perijsset à fortuna, vel leuissima culpa B. Modo quando est perdita, est finita societas. igitur quando est perdita, & non à fortuna, nec per leuissimam culpam B. debet tota redire ad A. ergo B. tenetur ad totius refusionem. Tertium, si est perdita per culpam latam, vel leuem B. & pecunia fuisset diuidenda in fine æqualiter: vtputa, quia operæ B. æquivalebant simpliciter pecuniæ A. & est perdita ante operas B. præstitas: tunc si B. non vult ponere valorem operarum ponendarum, & diuidere eum cum A. tenetur B. ad totius pecuniæ perditæ refusionem: ita quòd debet restituere A. centum florenos, vbi tamē si fuisset perdita sine culpa B. solum fuisset obligatus ad restitutionem quinquaginta florenorū, vel ad ponēdū valorem operarum ponendarum, & ad diuidendum eundem cum A. & redire in idem. Ratio secundi patet ex primo dicto præcedentis articuli. Ratio primi, quia de iure debebat A. cedere in fine medietas pecuniæ capitalis, & medietas valoris operarum B. & sic centum floreni debebant ei cedere. Modò B. per culpam suam priuauit A. primis quinquaginta florenis, & ex quo non ponit operas: cum pecunia sit perdita, circa quam deberet posuisse, debebit ipsi A. assignare medietatem valoris operarum suarum: & si velit totum valorem operarum ponere: ille est diuidendus æqualiter: & sic iterum cedent A. quinquaginta floreni de manu B. igitur A. habebit centum florenos de manu B. Quartum, si est perdita per culpam latam, vel leuem B. & pecunia fuisset diuidenda in fine æqualiter, est perdita post operas B. plenè præstitas: tunc siue ex eis obuenerit lucrum, siue nō. B. tenetur ad refusionem medietatis pecuniæ A. & sicei restituere quinquaginta florenos, vbi aliàs si sine culpa sua fuisset perdita, non fuisset obligatus ad refusionem vllius partis perditionis pecunię. Ratio secundi patet ex secundo, & tertio dictis præcedentis articuli. Ratio primi, quia A. debuisset de pecunia cessisse tantum medietatem eius, si culpa B. non fuisset perdita: igitur cum B. sua culpa dederit occasionem damni in medietate, debebit refundere damnum medietatis. Quintum, si est perdita per culpam latam, vel leuem B. & pecunia fuisset diuidenda in fine equaliter, & est perdita post operas B. semiplenè præstitas: tunc siue ex eis obuenerit lucrū, siue non B. tenetur ad refusionem medietatis pecunię A. & nihilominus ponere valorem reliquę medietatis operarum. vbi aliàs si sine culpa B. fuisset perdita, non fuisset B. obligatus: nisi ad refundendum medietatem medietatis perditionis, vel ad ponendum valorem medietatis operarum ponendarum, & ad diuidendum eum equaliter cum A. Ratio secundi patet ex quarto, & quinto dictis. Ratio primi est eadem sicut in quarto precedenti dicto. Sextum, si est perdita per culpam latam, vel leuem, & pecunia fuisset inæqualiter diuidenda in fine: tunc aut maior pars debuisset cessisse A. vel B. Si primum, tunc proportionabiliter ad illam maioritatem: etiam B. debebit A. de pecunia perdita facere maiorem refusionem: si refusio solum debebat fieri in parte pecuniæ perditæ. vtputa vbi debebat ei refundere medietatem in casu duorum vltimorum dictorum iam positorum. hic debebit ei tanto plus vltra medietatem refundere, quanto plus vltra medietatem debuisset cessisse A. Et dico noranter, si refusio solum debebat fieri in parte, quia refusio debebat fieri in tota pecunia perdita: si vt in casu secundi & tertij dicti non tenetur B. ob hoc A. ad maiorem refusionem, quàm ad totius pecuniæ refusionem: loquendo de refusione pecuniæ capitalis perditæ, quia nec A. perdidit mains capitale per culpā B. quàm totam pecuniam. Et dico, loquendo de refusione capitalis: quia stat, quòd etiam lucrum cessaurit A. per culpam B. & ad illius refusionem etiā teneretur præter refusionem capitalis pecuniæ perditæ. Si autem econtra B. debuisset cessisse maior pars pecuniæ capitalis in fine: B. poterit proportionabiliter ad illam maioritatem, quæ sibi debuisset cessisse, facere A. tanto minorem refusionem pecuniæ perditæ, quanto minor pars debuisset cessisse ipsi A. de capitali in fine.

Quartum corollarium. Quòd non valet responsio Angeli dicentis, quòd in casu, quo nihil est conuentum inter socios, debet illud, quod est societatis, sic diuidi in fine, scilicet si totum societatis, hoc est capitale & lucrum est tre centorum, & A. posuit centum, & B. operas, debet A. primo extrahere centum, & postea residua ducenta debent diuidi inter A. & B. Ita tamen, quò si qui plus societati contulerit in pecunia, vel operis, vel industria plus habeat, & hoc arbitrio boni viri. Nec est verum secundum eum (quod quidam dicunt) quòd similiter B. qui posuit operam, debet primò extrahere tantum, quanti æstimanda est sua opera: sicut A. qui posuit centū. Nam hoc nullo iure cauetur, quia opera hominis nihil aliud est, quàm officium diurnum: vt l. j. ff. de operis libert. immo opera hominis dicitur fructus hominis esse, vt l. ij. ff. de oper. publ. Ille ergo, qui in societate ponit tantum operam, non dicitur aliquid consistens in forte, vel capitali ponere: sed solum fructum suæ personę, qui fructus, aut vsufructus personę correspondet fructui, aut commoditati illorum. c. pro hoc facit, quod dicitur in l. cum duobus. §. si in coemnda. ff. pro socio. Et hanc opinionem sequitur Bald. in l. j. C. pro socio. Et sic debet intelligi, q

sæpe operæ alicuius pro pecunia valet: vt inſtit. pro ſocio, ideſt pro commoditate, & vſufructu diſtæ pecuniæ. Sed contra hanc opinionem arguitur quinq; pliciter. Primò, quia ſtat, quòd operæ B. equipolleant non ſolum interuſurio centum florenis poſitorũ per A. ſed etiam ipſis centum florenis, vt patet ex dictis, & patebit in quæſt. 95. Modo illo caſu poſito, aut A. ſolum debebit primò extrahere. l. & B. etiam. l. Aut æquè debet B. extrahere ac ſicut A. quia in tali caſu ſi A. poſuit centum, & ſolum capitalis pecunia ſupermanſiſſet: tunc illa debuiſſet fuiſſe diuiſa inter A. & B. & ſic debuiſſent, l. ceſſiſſe ipſi. B. igitur etiam nunc ſolum debebit A. primò extrahere. l. & B. ſimiliter. l. Aut ſi A. vult illos. l. qui debuiſſent ceſſiſſe B. etiam habere cum ſuis. l. ſibi debentibus cedere: tunc etiam B. poterit extrahere centum. & ſic nõ ſupermanebunt niſi centum, quæ nomine lucri eſſent diuidenda. Secundò, quia ſi ſecundum exigentiã operarum & induſtriæ debet lucrum diuidi, vt ipſe fatetur, igitur etiam operæ B. poſſent eſſe tantæ, q̃ ſatum valor exigeret, q̃ etiam capitalis pecunia eſſet diuidenda ex æquo & ſimiliter lucrum, & ſic vtriq; deberent cedere centum quinquaginta florenis. Tertiò, quia quod additur ſcilicet, nec eſt verum, quod quidam dicunt &c. bene dicit in caſu, quo operæ B. æquipollent tantum interſurio pecuniæ A. ſecus autẽ vbi æquipollent ſimpliciter pecuniæ eius. Nec eſt verum, q̃ nullo iure cauetur, quia ius diuinum & naturale eſt ius, & illud diſponit, vt qui ponit æquale capitale, etiam ſortiatur in fine æqualem partem in diuiſione capitalis. Quartò, quia imaginatur, quòd B. non cenſeatur aliquod capitale ponere, quod eſt falſum: nam vterque ponit capitale. Nec illud eſt opera B. ſed perſona eius operatiua. Et qua ratione ſe ſundum iſtam reſponſionem contingit, pecuniam eſſe capitale quoad ſuum interuſurium principaliter, ita quòd pecunia non eſt tunc dividenda in fine. Ita contingit, quòd perſona B. ſit ſuum capitale: & hoc quoad vſufructum perſonæ. Quintò, quia non eſt ſufficiens intellectus, quem dat de illo, quòd ſæpe opera hominis pro pecunia valet: quia quamuis ille, quem dat, ſit verus particulariter, non tamen vniuerſaliter, quia aliquando etiam opera æquipolet pecuniæ, quam alius poſuit. Vnde aliter dicendum eſt ad caſum, ſcilicet, quòd penſandus eſt valor operarũ B. & ſi ſimpliciter æquipolent pecuniæ A. tunc vterque primò debet æqualem partem pecuniæ tanquam capitale extrahere, deinc lucrum æqualiter diuidere. Si autem tantum æquipolet interuſurio pecuniæ: tunc ſolum lucrum debet diuidi æqualiter, & ſolus A. retraheret ſuam capitalem pecuniam. Si autem operæ B. non æquipolent pecuniæ, ſed tamen excedunt interuſurium pecuniæ, debet ipſi B. tanto maior pars lucri cedere, quanto eius operæ prævalent interuſurio pecuniæ, quamuis capitalis pecunia debeat ſoli A. cedere. Si autem operæ B. etiam interuſurio pecuniæ ſint viliores: debebit ipſi B. cedere pars de ſolo lucro, & tanto vilior pars, quanto eius operæ ſunt viliores interuſurio pecuniæ. Et hæc de præſenti caſu, & per conſequens de tota. q. 93.

QVÆSTIO XCIIII.

Vtrum traditio pecuniæ facta in ſpecie ſocietatis ſit licita, & qualiter cognoſcetur, an ſit licita. Solutio huius quæſtionis habit in quatuor concluſionibus, & vno corollario.

Prima concluſio. Traditio pecuniæ facta in ſpecie ſocietatis eſt ex genere ſuo licita. Aliàs nunquam poſſet licitè fieri, quod eſt contra ius ciuile. ff. pro ſocio. per totum, & inſtit. pro ſocio. Item etiam ius canonicum ſentit ipſam poſſe licitè fieri in c. per vẽſtras. de donat. inter virum, & vxorem. vbi eſt caſus ſingularis, qui non eſt alibi de iure canonico.

Secunda concluſio. Talis etiam poteſt taliter vtiri circumſtantijs, quòd erit ſimpliciter licita.

Tertia. Talis poteſt etiam ſæpe multipliciter depraui. Et ſpecialiter obſeruandum eſt circa circũſtantiam, cur, quòd A. tradendo pecuniam ſocialiter B. ad exercendum eam, tradat ſibi eam ad exercendum eam in licitis negotiationibus, & mercantijs, alio quin peccaret tradens contrahendo, ſi conſentiret in illicitum vſum, nec poſſet licitè habere partem illiciti lucri. Iſtæ tres concluſiones poſſunt ſatis patere cũ ſuis declarationibus ex dictis in tribus primis concluſionibus quæſtionis 89.

Quarta concluſio. Ad cognoſcendum ſpecialiter an ſeruetur circumſtantia, quomodo, ideſt debitus modus contrahendi ſocietatem, valent ſequentes ſeptem regulæ. Prima, quòd confeſſor videat, an &c. & pone eam proportionabiliter in pecunia, ſicut in animalibus poſita eſt prima regula in quarta concluſione quæſtionis 89. addendo tamen hic aliquid, ſcilicet, quòd inter onera, quæ ſocij ſubeunt, veniunt, vel ſaltem contingit, quòd veniant non tantum pericula capitalis, & lucri ſed etiam expenſæ, ſaltem rationabiles & diſcretæ. Nam B. qui tantum ponit operas, habet neceſſariò in vtendo pecunia ſociali in negociationibus facere expenſas: & illæ debent communiter ſupportari, vel ſaltem contingit eas ſupportari ab vtroque. Et ad sciendum, quando & qualiter debent illæ expenſæ ſupportari ab vtroque, vel ab altero: poſſunt poni duo dicta. Primum ſi A. & B. æqualiter contulerunt ad ſocietatem, & poſtea æqualiter diuiſuri ſunt lucrum inter ſe: tunc expenſæ n. debent æqualiter ſupportari ab vtroque, quantum eſt ex natura contractus: quia non cenſetur aliquid eſſe lucrum, vel pars lucri, niſi prius ſint deductæ expenſæ, ita quòd illud, quod defalcatis expenſis remanet, dicitur lucrum. Et ita ſi n. deberet ſolus ſupportaſſe omnes expenſas: tunc ipſi n. non cederet tanta pars lucri, quanta cederet A. ſed longè minor. Nam antequam deducuntur expenſæ, lucrum contingit eſſe centum, & ſic A. reciperet quinquaginta, & (vt poſſibile eſt) expenſæ n. fuerũt quadraginta, & ſic n. tantum reciperet decem. Hæc tamen probatio non concludit ita neceſſariò, quin ſaluari poſſit ratio lucri etiam non deducendo expenſas. Nam in illa ſocietate animalium, in qua A. tantum ponit animalia, & n. tantum operas: & debent participare lucrum & emolumentum prouenions de animalibus & operis: non eſt neceſſe deducere expenſas n. immo communiter ille, qui ponit operas, ſimul cũ apponit

apponit ſub ſui capitalis nomine expenſas, quamuis etiam ibi poſſet contingere, quòd communiter ſupportarent expenſas, ſed tunc B. tanto vilius capitale recommunicaret ipſi A. & ſic tanto minorẽ partem lucri ſentire deberet, ſic in ſocietate pecuniæ, ſi A. vellet non ſupportare expenſas B. ita quòd B. deberet ſolus omnes expenſas ſupportare: ſaltem illas, quas non feciſſet, ſi domi manſiſſet: tunc tanto maius capitale poneret B. adeo quòd ſi ſolæ operæ induſtriales equiualerent communicationi pecuniæ A. tunc B. longè maius capitale poneret, quàm A. ideo etiam maius lucrum deberet participare. Et ideo non tanter dixi, ſi æqualiter contribuerunt &c. Hoc itaq; ſuppoſito debebunt expenſæ communiter ſupportari ab vtroque æqualiter. Secundum dictum, ſi autẽ inæqualiter poſuerunt ad ſocietatem, & ſic etiã inæqualiter partiri abunt lucrum: tunc etiam inæqualiter ſupportabunt expenſas, ita quòd qui maius capitale poſuit: & ſic vult maius lucrum participare: etiam debet quantum eſt ex naturalibus contractus ſocietatis maiorem partem expenſarum ſupportare: ita tamen quòd ſeruetur proportio maioritatis expeſarum ad maioritatem lucri, quod prætendit prætex tu maioritatis capitalis ſui participare. Dico autem quantum eſt ex naturalibus illius contractus: quia ex pacto contra naturalia adiecto poſſet eſſe, quòd A. participaret æqualiter lucrum cum B. & tamen ſupportaret minorem partem expenſarum, quàm B. vel omnino nullas, & B. omnes ſupportaret, dummodo ſufficienter A. illud onus refunderet ipſi B. alia via: vt puta per hoc, quòd A. loco oneris expenſarum ſubiret onus periculorum releuãdo B. ab onere periculorum: ficut B. relevauit A. ab onere expenſarum: dummodo tamen ſit adæquatio inter onus expenſarum, quod A. debuiſſet ſupportaſſe, & onus periculorum B. debuiſſe ſupportaſſe, aliàs erit iniquitas ex parte illius, qui minus oneratus eſſe prætendit. Dixi etiam, rationabiles expenſas: quia ſi B. vltra quàm neceſſarium & vile fuiſſet, & ita prodigas expenſas feciſſet ad illas ſupportandas: non tenetur A. ſed eſſent imputandæ ſoli B. quia A. non tenetur ad damnum, quod contingit ex culpa leui, vel lata. Tales autem expenſas feciſſe prouenit ex culpa leui, vel lata B. igitur. Vnde etiam ſi quod damnum eueniret ex culpa lata vel leui B. & hoc in capitali, vel in lucro illud ſolus B. debebit ſuſtinere. vt ſi indirectè ſe habuit negociãdo, vel inſolita negocia fuit aggreſſus, vel aliàs: nõ diligentia ſua euenit damnum, quod diligens præcauiſſet, ipſe luet ſolus. Nam hoc tacitè videtur actum in principio contractus, cũ ſit naturale contractui ſocietatis. Modo ſi expreſſiſſet: tunc B. ſolus teneretur, igitur etiam ſi tacitè ineſt, tenebitur. Et quia B. emendo merces, & emptas diſtrahendo habet conducere fonticos & apothecas, hoc eſt loca: in quibus eas ponat & venales habeat. Ideo etiam A. habebit ſupportare mercedem dandã locatori talium ſecundum proportionem prædictã ad illud, quod poſuit in capitali, & quod participaturus eſt in lucro. An autem quando tantum alter ſociorum: puta B. vſus eſt pecunia ponendo operas, & alter domi quieuit, debeat A. quieſcens ſupportare partem omnium expenſarum B. tunc habitarũ: vel tantum earum, quæ remanẽt: deductis prius tantis expenſis, quantas B. feciſſet, ſi domi manſiſſet. Et videtur primò ſecundum verius: quia ſi B. vellet, q̃ A. deberet etiam ſupportare expenſas pro ea parte, quam B. feciſſet, ſi domi manſiſſet: tunc eadem ratione econtra B. deberet ſupportare expenſas, quas A. fecit domi manens & quieſcens: aliàs enim non æquo humero ſupportarent onera ſocietatis. Sed quia totum pendet ex circumſtantia facti. Ideo aliter reſpondendum eſt per tria dicta. Primum. Si operæ B. ſeclusis omnibus expenſis æquiparentur communicationi pecuniæ A. & ſecundum hoc etiam vtriq; volunt æqualiter participare lucrum: non apparet ratio, cur deberet A. ſupportare illam partem expenſarum, quas B. etiam domi manens feciſſet. Nam da oppoſitum: tunc melior eſſet conditio B. quàm A. eſſet enim B. ipſi A. per omnia æqualis, ſcilicet tam in capitali, quàm in lucro. & vltra hoc etiam interim toto tempore ſocietatis B. eſſet ſupportatus ab expenſis domeſticis, à quibus nõ eſt A. ſupportatus, nec haberet B. allegare, ſe poſſiſſe operas illo tempore expenſarum: quia ſic etiam A. poſuit æquivalens capitale tempore expenſarum domeſticarum. Secundum dictum. Si autem operæ B. excluſis omnibus expenſis excedunt excommunicationem pecuniæ A. & ſic B. ponit maius capitale: & tamen participium lucri debeat eſſe æquale vtrique: nõ mirum ſi n. prætendat, quòd A. debeat ſibi ſupportare etiam expenſas, quas n. feciſſet domi manens, & n. non velit econtra ſupportare expenſas, quas A. domi manens fecit, & hoc ideo: vt A. refundat n. hoc, in quo n. plus poſuit in capitali: cum nõ plus lucri ſit participaturus: oportet tamen tunc ſeruare proportionem inter maioritatem valoris operarum n. & inter expenſas releuandas per A. quas n. domi manens feciſſet: ita q̃ tantæ æſtimationis ſit releuatio: quantæ æſtimationis ſit maioritas valoris operarum n. Tertium dictũ. Si autem operæ n. ſeclusis omnibus expenſis deficiãt ab æquivalentia ad communicationem pecuniæ A. & tamen A. & n. ſint æqualiter participaturi lucri: non mirum nec iniquum, ſi non ſolum A. non velit ſupportare eam partem expenſarum, quas n. domi manens feciſſet: ſed etiam nec reliquam partẽ expenſarum in toto, vel in parte ſecundum proportionem defectus operarum, & hoc quatenus A. refundatur illud, in quo plus capitalis poſuit: cum nõ plus ſit participaturus lucri: dummodo tamen ſeruetur portio vnius pluris ad reliquum plus, ſcilicet pluris in capitali poſito per A. ad plus expenſarum ſupportandorum per n. Dictum eſt autem notanter in illis tribus dictis, ſi A. & n. ſint participaturi æqualiter lucrum: quia ſi non ceſſaret veritas illorum dictorũ. Nam in primo dicto ſi A. vellet plus lucri participare: non iniquum eſſet, quòd A. deberet n. proportionaliter ad illud plus lucri ſupportare in expenſis, quas n. etiam domi manens feciſſet, & n. non reneretur econtra ſupportare expenſas, quas A. domi manens fecit: quatenus A. refunderet n. id, in quo A. plus lucri vult accipere, quàm n. cũ æqualiter eũ eo debuiſſet participaſſe: dummodo tamẽ ſeruetur proportio lucri ad ſupportationem expenſarum de medicarum. Sic ſimili modo ſecundum & tertium dicta

dicta fallerent. Secũda regula principalis. Si viderit confessor æqualitatem &c. & pone, eam proportionabiliter hic in pecunia sociali & lucro: sicut in 89. quæstione posita est, conclusione quarta, in animalibus & fructibus. Tertia regula, & illam etiam eodẽ modo pone proportionabiliter addendo rationem talem. Nam nonnunquam potest contingere, quòd vir aliquis est industriosus, cuius industria posset sibi esse multum vtilis, si haberet pecuniam, quã exercere posset industria sua, quare ne omnino nullũ habeat fructum de industria sua, contrahit cum aliquo pecunioso societatem: sustinens ab eo conditionem iniquam: quia & si illa conditio non sit sibi ita lucrosa sicut esse deberet: tamen illa est sibi non ita damnosa: seu adeo lucri suspensiua: vel cessationis lucri factiua: sicut omnino non exercere industriam, & sic ocio torpere. Quartam & quintã regulas pone proportionabiliter vt ibidem. Sextam pone proportionabiliter sicut posita est ibidem conclusione quinta, addendo quòd quando societas est sic crudè contracta inter mercatores: tunc est interpretanda secundũ consuetudinem mercatorum: oportet tamẽ semper, quòd non violetur æqualitas, quæ si violetur, non est inhitendum cuicunque consuetudini contrariãti tali æqualitati. Vnde dictum illorum, qui dicunt, ꝙ si A. ponit pecuniam, & B. operam, & non expresserũt quanta pars cuique cedere debeat: tunc debẽs intelligi contrasisse ex partibus æqualibus, eo quòd societas est quædã fraternitas. Ideo sicut inter fratres: sic inter socios debet seruari æqualitas, non est indistinctè verum: nam si apparent operæ B. notabiliter vtiliores communicatione pecuniæ A. non debet aliquis interpretari eos contraxisse pro equalibus partibus: quia esset iniqua interpretatio, nec in his, quibus fratres sunt inequales, debet seruari æqualitas. Septima regula. Ad cognoscendum, si æqualitas seruetur inter eos proportionabiliter ad capitalia communicata, valet, si confitens, vel cõfessor resoluat societatem in locationem & conductionem operarũ, & præsertim quando societas est sic contracta, quòd A. tantum pecuniam posuit, & B. tantum operas. Nam videndum est, quid deberet A. de æquitate dedisse B. si conduxisset B. ad excercendum sibi tantam pecuniam, scilicet mille in negotiatione: remanente apud A. toto periculo tam pecuniæ, quàm & lucri (sicut etiam totum illud erit applicandum A.) & etiam remanente apud A. onere expensandi B. & dandi sibi mercedem congruam, ita quòd B. ad nihil teneretur, nisi ad operandum cum pecunia, & ad nullum periculum sustinendum, nisi quod ex sua culpa lata, vel leui proueniret. Nam hoc comperto ponamus, quòd illa merces deberet esse 10. floren. tunc consequenter confessor debet metiri quanti oneris sit, quòd B. debeat in contractu societatis sufferre partem expẽsarum, & periculorum capitalis & etiam lucri: & æstimet quantum esset alicui tertio dandum, quatenus susciperet illa onera, quæ B. debet in societate sustinere. & ponamus, quòd illud dandum etiam esset 10. floren. Igitur si A. ponendo mille, & B. tantum operas, debeat seruare æquitatẽ cum B. opus erit, quòd A. assignet B. participandam tantam, & tam verisimilem partem lucri, quòd si B. vellet vendere alicui ius suæ partis participandæ: bene posset habere 20. flore. ab emptore. Iam seruabit A. æqualitatem cum B. & etiã econtra. Et si pars assignata non esset tanta in expectatione verisimili, quòd posset tanti vendi. A. iniquè ageret contra B: si autem esset notabiliter maioris valoris verisimiliter: tunc B. iniquè ageret contra A. Attamen prædictum exemplũ non pono, quòd ita sit, scilicet quòd de mille exercendis debeant dari 10. conducto pro mercede, aut quòd pro prædictis oneribus sustinendis debeant dari 10. aut quòd si B. contraheret societatem cum A. in mille, debent verisimiliter cedere 20. floren. pro parte lucri societatis. Quia quantum pro illo, vel illo, de illo debent dari, vel cuiquam cedere, pendet ex circunstantia facti. Nec de hoc certa regula potest dari: exempla enim non ponimus, quòd ita fiat: sed vt addiscentes addiscant ex suppositione casus. Ex illis conclusionibus & regulis possunt haberi principia magistraliter directiua ad resoluendum à priori, & propter quid plures casus societatis. ideo vt ipse regulæ & principia, atque conclusiones circa eas practicentur, statui aliquos casus ponere hic, & in sequentibus quæstionibus, quibus resolutis potest haberi ars resoluendi multos alios casus formabiles.

PRIMVS casus. A. vputa vidua aliqua, quæ non nouit, nec valet suas pecunias exercere in negotiationibus, tradit pecuniam suam in societatẽ B. mercatori, qui nouit ea vti: ita tamen, quòd vult habere aliquotam partem lucri prouenturi ex illa negotiatione cum illa pecunia. Dicendum per tria dicta. Primùm, si A. intendit, quòd periculum pecuniæ sit tantum ipsius B. tunc A. censetur illam pecuniam mutuasse B. & sic non poterit velle aliquam partem lucri prætextu pecuniæ sic traditæ habere, quin illa pars esset vsura. Secundum dictum, si A. intendit, quòd periculum pecuniæ sit sui ipsius in toto, vel in parte. & sicut intendit, sic declarat, & exprimit suam intentionem ipsi B. tunc A. non peccat quantum est de se. quamuis ad hoc vt liceat, oporteat, quòd A. prætendat habere non nimis magnam partem lucri: sed eã, quæ sit proportionata ei, quod ipsa ponit ad societatem: habito respectu ad id, quod econtra B. ponit, & ad partem periculi, quam imponit B. Si enim B. plus poneret, quàm A. vt puta operas simul & pecuniam, vel etiam si operas tantũ: sed operæ eius præ magnitudine industriæ B. præualerent communicationi pecuniæ A. non liceret A. tantam partem lucri velle habere, quantam B. Oportet igitur habere considerationem ad hoc, an A. imponat partem periculi capitalis pecuniæ ipsi B. vel totum sibi retineat, & an velit ipsum B. in fine societatis participare tam lucrum, quàm capitalem pecuniam, prout in secunda conclusione tactum est. Tertium dictum, si A. intentionem prædictam non declaret: sed de opposito pacisc atur, obligando ipsum B. ad omne periculum capitalis: & tamẽ corde proponat, quòd non velit B. sic esse obligatum, immo si contingeret pecuniam perdi sine culpa B. ipsa vellet sustinere illud periculum in toto, vel in parte: tunc A. peccat: non quòd contractus in re sit vsurarius ipsi A. quia in re non est illa pecunia mutuata: sed in

in veritate socialiter tradita, nec etiam peccat ex eo, quòd sit societas iniqua: quia fiat, quòd æqua conditione sit contracta: sed quòd peccat est ex aliis tribus causis. Prima: quia traditio est facta in specie, seu apparentia mutui vsurarij: quia est facta cũ pacto, quòd pecunia debeat esse ipsi A. salua: & nihilominus debeatur sibi pars lucri. Secunda: quia A. propriam famam denigrat se faciendo reputari vsurariam, & hoc est cõtra charitatem, quam homo nõ minus ad se, quàm ad aliam habere debet. Tertia: quia scandalizat proximũ: quia ex hoc poterit proximus occasionari ad similiter pacisc endum: vbi tamen non habebit similem intentionem: quia nec intentio A. constabit illi tertio. Alias causas vide in simili supra q. 89. circa decimum casum & aliqualẽ earum impugnationẽ ibidem vide in simili. Quod autem quidam dicunt, quòd A. non teneatur restituere tale lucrum, licet peccauerit sic pacisc ẽdo, hoc potest impugnari ex eisdem causis, ex quibus probatur, quòd peccauerit pacisc endo. Nam si sic pacisc ẽdo peccat ob hoc, quòd facit actum habentem speciem mali, & suam famam denigrat & proximum scandalizat, ergo etiam illud lucrum postea non restituendo, sed detinendo peccabit: quia detinendo retinet lucrum habens speciem vsuræ & facit, quòd reputatur detẽtrix vsuræ: & facit, quòd aliquis alius lucrum retinebit, quod simili pacto licè: difficili intentione obtinuit. Ideo dicendum, quòd ita tenetur restituere: sicut tenetur non accipere & non pacisci. scilicet quamdiu durant prædictæ causæ, quæ si cessarent, non teneretur restituere. Et si quæras, an ne etiam cessaret ipsa pactio esse peccatum, quando cessarent prædictæ tres causæ, vel consimiles? Dicendũ quòd non, quia illa pactio fieret cum mendacio, pro quanto diceret se velle B. esse obligatum ad omne periculum: & tamen secus gereret in corde, & sic adhuc maneret ibi ratio peccati. Contra primum dictum arguitur. Licitum est, dotalem pecuniam deponere apud mercatorẽ cum pacto, quòd mercator debeat partem lucri assignare marito: vt inde sustentet onera matrimonij: vt habetur per c. per vestras. de don. inter vir. & vxo. Et in tali casu etiam potest secundũ Ioan. And. obligari mercator, vt præstet cautionem de restituendo pecuniam integraliter: non obstante quòd etiam debeat partem lucri ei assignare, si saltẽ obueniat lucrum. Modo quod licitum est in fauorem matrimonij: etiam videtur licere viduis, cum sint miserabiles personæ, igitur. Dicendum, concedendo maiorem, minor distinguitur: quia si intelligitur, ꝙ mercator debeat esse obligatus ad restituendum eã, etiam si perijt sine culpa sua: sic est falsa. & si Io. And. sic intellexit, negãda est eius sententia: prout parebit in q. 97. Nec in prædicto cap. dicitur, quòd pecunia debeat stare in periculo mercatoris. Si autem intelligitur, quòd debeat eam restituere, si pecunia supervanisset post mercationem: sic conceditur minor & etiam conclusio. Nec illo modo est cõclusio illius argumenti contra primum dictum: quia in primo dicto A. intendebat B. obligare ad restituendum pecuniam: etiamsi sine culpa sua perijsset. Nec est maior intelligenda, capiendo deponere, prout depositũ dicit contractum, quo quis pecuniam, vel aliam rem suam alteri custodiendam tradit, & non ad vtendum, in quo contractu ipse depositarius non tenetur nisi de lata culpa, saltem si depositio fit gratia deponẽtis tantum: & in tali contractu deponens retinet dominium rei depositæ, nec communicat illud depositario, nec in illo licet deponenti aliquid exigere à depositario, immo potius depositarius meretur per sibi gratuitam custodiam, vt sibi aliquid detur à deponente: quamuis ad nihil teneatur ei deponens obligatione ciuili. Sed capitur pro fociali & communicatiua traditione pecuniæ ad vtendum ea, pro acquirendo lucrum, in qua recipiens tenetur de casu fortuito leui. Vnde nec Papa in cap. prædicto vitur illo termino deponere: sed dicit, quòd pecunia potest cõmitti alicui mercatori, idest socialiter alicui communicari &c. Et ex hoc etiam patet, quòd erroneũ est dicere, quòd dispositio Papæ in eodem cap. de illa depositione pecuniæ sit facta in fauorem matrimonij, quasi hoc sit speciale in pecunia dotali, & ꝙ illud non liceret in alia pecunia, quasi Papa dispensarit in pecunia dotali. Nam eo modo, quo licitũ est, pecuniam dotalẽ committere mercatori, scilicet socialiter ad lucrum participandum: etiam licitum est pecuniam non dotalem committere ei, & eodem modo quo secundum non est licitum, etiam nec primum. Si enim esset vsura pecuniam non dotalem cõmittere ad lucrum mercatori participandum: tunc Papa non posset dispensare, nec concedere: etiam in fauorem matrimonij, quòd pecunia dotalis committeretur mercatori ad lucrum: quia vsura est prohibita lege diuina, contra quam Papa non potest dispẽsare. & huiusmodi error similis est ei, qui tactus est in q. 15. de casu. c. salubriter. de vsur. Vnde etiam in fauorem miserabilium personarum & pauperum non licet exercere vsuram, nec super hoc dispensari potest: vt patet in c. super eo. de vsur.

Secundus casus. A. tradidit ipsi B. 100. flores, vt eis vtatur fideliter ad exercitium suæ artis mechanicæ tali pacto, quòd in fine anni A. recipiat totam sortem cum tribus partibus lucri, si quod lucrum fuerit factum, deductis tamen prius expensis & æstimationibus laborum B. Et econtra si damnum cuiuslibet ex exercitio artis. A. vult etiam sentire detrimentũ trium partium, & B. sentiet tantum damnum quartæ partis. & posset ille casus eodem modo formari, quando A. tradidisset 100. floren. B. ad fideliter exercendum eos in negotiationibus & mercantijs. Ad istum casum respondetur per duo dicta. Primum, quòd ille, prout ponitur, est illicitus ipsi A. quia notabiliter melior est conditio A. quàm B. nam si contingat pecuniam ipsam, vel merces factas, vel emptas ex eis perdi, vel destrui fortuito casu, vel diuino iudicio: Tunc B. sentiret damnum quartæ partis: quia quicquid continget, quarta pars sortis est A. reddenda. propterea quicquid ipse A. consequitur lucri de illa quarta parte: quæ non subiacet eius periculo, est vsurarium. quod autẽ A. recipit de tribus partibus, quæ pertinent ad eius periculum, licitum est. Secundum dictum, prædictus contractus erit licitus ipsi A. si addatur in pacto, quòd si aliquod damnum sine culpa B. euenerit, quòd ad A. integraliter pertinebit: dummodo tamen B. sufficienter ostenderit illud

lud sine sua culpa euenisse. Contra illum modum respondendi arguo duplici via. Et pro primâ suppono, quòd quando in forma dicitur, quod A. velit in fine anni rehabere totam sortem, quòd hoc non intelligitur sic, quòd qualitercunque pereat, velit eã totam rehabere: quia posset subdi tur in eadem forma casus, quòd A. velit tres partes damni sustinere si eueniat. & sic solum vult sibi quartam partem sortis esse saluam contra quodcũque periculum. prædicta igitur clausula intelligitur, si in fine anni nõ est perdita sors. hoc igitur supposito arguo per primam viã contra primum dictum quadrupliciter. Primò sic: quia videtur, quòd casus, vt iacet, sit licitus ipsi A. quia A. censetur conduxisse B. ad viriliter agendum & exercendum pecuniam suam quò ad tres partes eius, & pro hoc dat A. congruam mercedem: quia in forma casus dicitur, quòd antequam A. recipiat tres partes lucri, debeant prius deduci expensæ & æstimationes laborum B, & hoc nihil aliud est, quàm quòd ipsi B. debeat satisfieri pro expensis & operis, quas fecit B. exercendo pecuniam A. & sic B. non potest cõqueri contra A. de hoc, quòd cogatur ipsi A. diuittere tres partes lucri, & cogatur non participare in illud, quia pro suis operis & laboribus, quibus illæ partes sunt conquisitæ, est satisfactum, & etiam non tenetur subire periculo trium partium pecuniæ capitalis. Conductus enim ad colendum agrum non potest conqueri, si nihil fructus agri percipiat, dummodo alias sibi satisfiat pro laboribus suis. Quòd autem A. obligat B. ad periculum quartæ partis, nõ est iniquum: quia illam quartam partem censetur ei mutuasse, nec de illa parte vt mutuata recipit aliqd à B. quia sicut illa quarta pars tota est in periculo B, sic etiam totum lucrum correspondes illi, est in eius periculo. Secundò arguitur: quia probando primũ dictum prætendit duas probationes, quarum secundam tangit ibi, propterea, tunc cõtra primam arguitur quia prætendit ex eo damnare contractum: quia potior sit conditio B. quàm A. Modo non est indignũ, quòd B. teneatur solus tantæ, vel totæ partis capitalis damnum, quantæ & quotæ partis ipse solus vult participare lucrum. Modo B. vult participare totum lucrum quartæ partis. igitur. Item per eius probationẽ potius probaretur, quòd peior esset conditio A. quã B. quia in prædicto casu A. cogeretur sustinere tres partes damni, & B. tantum vnius partis: & sicut respondetur, quòd A. non indigne ferret tres partes damni: quia vellet habere tres partes lucri, si lucrum obueniat. & ita etiam responderetur, quòd B. non indigne ferret quartam partem damni: quia vult habere quartam partem lucri, si obueniret lucrum. Tertiò arguitur contra secundam probationem sic: quia aut supponit, quòd A. aliquid accipiat ratione quartæ partis capitalis, aut non supponit hoc. Si primum: tunc supponit falsum: quia A. tantum accipit tres partes lucri, & sic solum accipit lucrum præter tria partium capitalis, si secundum, tunc nõ imponit ibi A. aliquam inquisitæ. & sic nihil cõtra eã probat. Quartò arguitur contra eandem eius dictu sic: quia dato, q addito illo pacto contractus esset licitus ipsi A. cũ redderetur illicitus B. probatur: quia sine illa additione fuit hincinde æquus, vt videndum probationes precedẽtiũ argumẽtorũ. igitur si adderet prædicta additio, quæ redditin fauorem notabilem B. & in grauamen A. sequitur, quòd erit inæquus, ita quòd erit melior conditio B. quàm A. Consequentia: quia vtra hoc, quòd B. fieret sufficiens refusio omnium expensarum, & operarum, prout supponit forma casus (vt dixi in suppositione præmissa) ipse B. expectaret lucrum quartæ partis capitalis: cum tamen nulla pars capitalis staret eius periculo. immo de re aliena expectaret lucrum, quia nulla pars capitalis est sua nec quo ad dominium, nec quo ad vsufructum percipiendum inde, quia ipse tantum conductus est ad pecuniam illam exercendã. Secunda principali via arguo contra prædictum modum respondendi probando, quòd responsio non valeat, etiã dato quòd in prædicta forma, in qua casus est propositus non poneretur illa clausula, quòd deduci deberent æstimationes laborum B. sed tantum expensæ B. & sic B. non censeretur conductus per A. ad exercendum pecuniam suam in operibus suæ artis. immo B. censeretur socius ipsius A. ita quòd A. poneret pecuniam, & B. operas. Nam illo dato non videretur contractus absoluto sermone damnandus vt illicitus. A. etiam non adiecto illo, quòd prædicta responsio dicit adijciendum, scilicet, quòd A. retineat periculum totius pecuniæ. immo quòd posset licitus esse, etiam si A. tantum retineret periculum trium partium, & periculum quartę partis staret apud B. Et hoc sic probatur, quia ex quo tunc A. & B. sunt socij pecuniæ & operarum, ergo æqualiter debent tam participare lucrum proueniens ex operis & pecuniæ, quàm etiam sentire damnum proueniens in eisdem, & hoc si æqualia capitalia posuerunt ad societatem. Si autem inæqualia: tunc proportionaliter ad illã inæqualitatem participare debebunt lucrum, & sentire damnum. Aut igitur communicatio pecuniæ A. æquinaler communicationi operarum B. aut præualet ei, aut est inferior, & quamuis si primum, aut tertium detur: contractus erit illicitus ipsi A. non tamen si detur secundum. De primo & tertio probatur: quia A. maius lucrum vult habere, quàm B. oũ tamen non maius capitale posuerit: nisi quis dingat, quòd ille excessus melioris conditionis refundatur per hoc, quòd in quanto plus lucri vult participare, in tanto plus oneratur in periculo, sed non videtur per illud onus sufficienter refundi, quia appetibilius est illud lucrum supetexcedens, quàm fugibile ipsum amplius periculum. De secundo verò probatur, quia ex quo A. maius capitale posuit: meritò plures participabit partes lucri, & sustinebit plures partes dãni. Vnde si capitale A. fuerit in triplo melius, quã capitale B. iuste poterit velle participare tres partes lucri, & B. debebit solum vnam partem participare. Vnde si in tali casu B. vellet, quòd A. deberet sustinere periculum totius pecuniæ, contractus redderetur illicitus B. Item siue æquiualeant communications capitalium hincinde, siue vna præualeat alteri, tunc quatione B. semper debet sustinere aliquam partẽ capitalis A. etiam econtra debet A. sustinere aliquã partem capitalis B. & sic sicut quando pecuniæ, vel merces cuiptæ ex eis totaliter perderentur, B. deberet ipsi A. refusionem facere aliquotæ partis pecuniæ,

niæ, eadem ratione econtra A. deberet B. refusionem facere aliquotæ partis operarum. Aliter igitur respõdendum est per duo dicta. Primum, si, vt ita forma casus dicitur, debent etiam deduci æstimationes laborum B. contractus non est illicitus A. patet per primum argumentum primæ viæ. Secundum, si non debent deduci æstimationes laborum B. quamuis expensæ debeant deduci, & per consequens videatur esse contractus societatis: tunc pro tanto est licitus, pro quanto seruatur æqualitas conditionum A. & B. & hoc secundum proportionem habitam ad capitalia, quæ communicauerunt: nam si communicatio operarum B. æquiualet, vel est validior communicatione pecuniæ A. tunc erit illicitus ipsi A. Si autem communicatio pecuniæ A. præualet communicationi operarum B. tunc vt sit licitus, oportet, q̃ in triplo præualeat, quatenus inxta excessum sui capitalis in triplo etiam mereatur habere tres partes lucri, secus si præualeret non in triplo: sed tantum in duplo vel citra, & illa patent ex deductione secundæ viæ prætactæ.

Tertius casus. A. tradidit B. pecuniam in societatem, ita quòd B. debet eam exercere in mercantijs, & ipsi A. assignare certam, seu (magis propriè loquendo) aliquotam partem lucri prouenientis, & A. nihil exprimit de damno per se sustinendo. Et notanter dictum est, seu aliquotam: quia propriè in contractu societatis non expectatur per socios certa pars lucri: quia ex quo quantitas lucri non est certa: quia nunc magna, nunc parua: tunc non possunt conuenire prius de determinata quantitate partis debentis cedere alteri, & aliquando est nullum lucrum: & tunc nihil cedet lucri vtrique eorum, immo si alter, puta B. qui ponit operas, vellet ab A. habere determinatum emolumentum, vel mercedem fixam, non esset societas: sed conductio & locatio operarum: vt patuit in prima suppositione huius quæstionis. Aut si A. vellet habere fixum lucrum, vel mercedem: tũc staret, quòd esset mutuatio vsuraria verè vel præsumptiuè, verè si scilicet poneret etiam ipsam pecuniam sub certitudine: volens eius valorem rehabere, quomodocunq; pereat: præsumptiuè autẽ, quãdo vellet suscipere periculum capitalis in se: & sic eam vellet supponere fortunæ: sed lucrum sub certitudine: nõ esset casus c. nauiganti. de vsuris. quia censeretur mutualle pecuniam ipsi B. sub certa spe lucri, & vellet illud palliare per hoc, quòd se diceret illud lucrũ accipere præterita susceptionis periculi pecuniæ capitalis, de cuius tamen capituli casu an indistinctè dicere vsurarius, vel non: patuit q. 39. Dicitur ergo notanter in forma huius casus, seu aliquotam partem: quia in contractu societatis (sicut debet esse ille, qui hic proponitur) bene expectatur per socios aliquota pars, scilicet media pars, vel tertia pars, secundum quòd conuenerint. hoc autem non est determinatæ quantitatis: quia si totum est magnum, medietas ẽ est magna. Et dicitur notanter, prouenientis lucri: quia si nullum prouenit, tunc nulla pars lucri cedet cuiquam eorum. Dicendum ergo ad casum per tria dicta. Primum, si A. non intẽdit aliquod damnum sustinere, sicut etiam nullam exprimit: tunc est illicitus contractus ipsi A. quia est vsura. Nam tunc A. censetur B. mutuasse illam pecuniam: quia ex quo non intendit ferre damnum pecuniæ: tunc vult eam sibi esse saluam & omne periculum esse B. & nihilominus expectare aliquotam partem lucri, si saltem obueniat lucrum. ponit igitur A. capitale suum sub certitudine, & lucrum sub incertitudine, scilicet sub cõditione, si obueniat lucrum, quòd debeatur ei aliquota pars, ergo est vsura, per c. consuluit. de vsuris. Secundum. Si A. intendit sustinere damnum pecuniæ capitalis, licèt non exprimat: tunc aut solũ partem damni, aut totum damnum. Si totum: tunc nõ est illicitus ipsi A. neque B. dummodo concentio partis lucri sit æqua & proportionata secundum capitalia vtriusque ad inuicem communicata. Et in tali casu in fine societatis pecunia capitalis totaliter applicanda A. & solum lucrum erit dividendum: nisi A. ita superexcessiuam partem de lucro accepisset, & tam paruam partem assignasset B. quòd non censeretur æquitatem seruasse in diuisione lucri: nisi in recompensam illius defectus ei assignaret partem capitalis. Si autem A. solum partem damni capitalis velit sustinere, & aliam partem imponere B. tunc adhuc potest esse licitus vtrique, dummodo tamen A. imponendo partem periculi capitalis ipsi B. etiã in fine societatis diuidat capitale cum eo proportionabiliter ad partem periculi, quod sibi imposuit, vel saltem A. tanto remittatem partem lucri secipiendo, assignet B. de parte lucri, quæ sibi deberetur tantundem, quòd sufficienter refundatur ipsi B. periculum capitalis ei impositum. & si illa pars nõ sufficiat ad refusionem, refundat sibi aliunde, aliàs A. aget iniquè contra B. Tertium dictum, siue A. intendat, siue non intendat sustinere damnum capitalis: tamẽ nihilominus in foro exteriori intelligitur etiam velle sustinere damnum, ac si expressisset: quia aliàs esset vsurarius contractus, & inualidus. ideo vt valeat sic interpretabitur: quia si fieri potest, potius interpretandus est contractus, vt valeat, quàm quòd non valeat: quatenus quilibet eo modo vtatur contractu, quo sibi licet vti. Et eodem modo si A. expressisset se velle sustinere damnum, & nihil de lucro expressisset, intelligeretur etiam velle habere partem lucri, aliquin censeretur donare interusurium pecuniæ suæ, & longè plus beneficij B. fecisse, quàm si eandem pecuniam mutuasset ei gratis: quia si eam ei gratis mutuasset, periculum fuisset B. nunc autẽ esset ipsius A. & lucrum solius B. & sic censeretur A. iactare rem suam, quod non præsumitur. Quid autem fit dicendum, si A. intendisset sustinere damnũ totum, vel in parte: sed non solum illam intentionẽ non expressisset, immo de oppositio fecisset pactum obligando B. ad omne periculum, licèt locus gereret in corde. patuit in casu primo.

Quartus casus. A. tradidit pecuniam B. & B. recommunicat A. operas, vel pecuniam. & A. pacificatur de habendo duas partes lucri, & de sustinendo tãtum vnam damni. B. verò econtra debeat sustinere duas partes damni, & vnam partem lucri. Ad istum casum respondetur, quòd est illicitus ipsi A. quia vnus sociorum non debet plus de lucro participare, quàm de damno. Sed contra, quòd ratio fundamentalis illius condemnationis non sit indistinctè vera.

Nam

Nam illud, quod in ratione fundamentali illius condemnationis assumitur, posset fieri licitè: puta si A. poneret 30 floren. & B. 10. & ambo æquales ponerent operas: tunc de iure debebunt cedere tres partes lucri A. & vna B. & similiter tres partes damni ipsi A. & vna ipsi B. igitur si A. dicat ad B. dabo tibi vnam mearum partium lucri mihi debitarum: vt subeas duas meas partes damni; & tam parua sit verisimilitudo illarum duarum partium damni euenibilium, quòd A. sufficienter refundit B. onus periculi illarum partium damni per hoc, quòd sibi assignat vnam suarum partium lucri, adeo quòd aliquis extraneus, vel tertius libenter subiret illam susceptionem periculi pro tali expectatione lucri: iam A. habebit licitè duas partes lucri, & tantum vnam partem damni. B. verò habebit duas partes lucri, & tres partes damni. ergo non oportet indistinctè, quòd vnus sociorum non plus debeat de lucro participare, quàm de damno; & tunc vltra, qua ratione contingere posset, quòd B. sustineat tres partes damni, & duas expectet lucri. A. verò duas partes lucri, & vnam damni, vt patet in casu instantiæ, eadem ratione etiam posset contingere, quòd B. haberet duas partes damni, & vnam lucri: vt casus proponitur sonat. Aliter igitur dicendum, quòd pro tanto casus propositus est illicitus ipsi A. pro quanto sine sufficienti refusione grauat B. onere damni, contra vnã ex naturalibus societatis, quod est, quòd pro quanta parte quisque de lucro, vel capitali tenet, pro tanto etiam teneatur damnum: quod tamen naturale potest per pactum oppositum excludi licitè, si sufficienti refusione refundatur alia via. si igitur A. & B. æqualia & capitalia communicassent socialiter: clarum est, quòd deberent æqualia lucra & damna sentire. Si autem inæqualia: tunc posset esse talis inæqualitas, quòd A. expectare posset plures partes lucri, & secundum hoc etiam sustinere deberet plures partes damni: B. verò pauciores partes damni, & secundum hoc etiam pauciores partes damni, & secundum hoc etiam pauciores partes lucri expectaret. Attamen A. posset ex pacto superaddito infringere illud naturale, & imponere B. plures partes damni, quàm B. deberet de natura societatis sustinere, dummodo illud onus sufficienter sibi refunderet modo prædicto. & huius simile habitum est sæpe in materia locationis animalium & aliarum rerum.

Quintus casus. B. est nauigaturus per mare, & emptutus ibidem merces, & A. tradidit ei centum floren. tali pacto, quòd B. debeat A. dare aliquotam partem lucri, si lucrum proueniat ex huiusmodi negotiatione: tali tamen pacto, quòd periculum illius pecuniæ debeat esse totaliter ipsius A. pro tempore, quo pecunia erat in mari, vel in via. Sed pro tempore, quo B. cum illa pecunia mercabitur, debet periculum esse B. totaliter. ita quòd si mercando amiserit eam, debeat æquipalentem reddere ipsi A. Ad illũ casum respondetur ab aliquibus, quòd est vsurarius. Probatur tripliciter. Primò per c. fi. de vsuris. Secundò, quia A. vult lucrum participare, quòd soli B. debetur, ergo vult sibi indebitum, & sic peccat. Antecedens probatur. Quia lucrum prouenions ex pecunia debetur soli ei, cuius solius ex pecunia pro illo tempore, quo ex ea prouenit lucrum. Modò pecunia pro eo tempore, pro ex ea prouenit, lucrum est solius B. igitur antecedens verum. Maior nota: quia casus solus est arbor, cius solius est fructus eiusdem. Minor probatur: quia lucrum prouenit ex pecunia quando actu subiacet mercationi & commutationi, & non quando est in itinere. Modò quando actu subiacet mercationi: tunc est solius B. quia pro tunc periculum pecuniæ est solius B. igitur etiam dominium pecuniæ erit solius B. protunc. Tertiò: quia in eo est inæqualitas & iniustitia: quia A. eligit sibi meliorem partem; & vult ipsi B. deteriorem. Nam sæpius amittitur pecunia in actu mercationis, quàm in itinere, vel in mari. Sed contra illum modum dicendi arguo sextupliciter. Primò: quia casus cap. finalis est multum differens à præsenti, ergo non oportet, quòd si casus eiusdem cap. sit vsurarius, quòd etiam præsens sit illicitus. Antecedens probatur: quia in casu cap. finalis ille, qui tradiderat pecuniam, receperat in se omne periculum pecuniæ, & volebat habere partem lucri. hic autem tradens recepit tantum partem periculi. Sed ad hoc diceretur, quòd illa diuersitas non obstat, immo fortificat probationem: quia si tradens peccauit, vbi totum periculum recepit pro consequenda parte lucri, multo magis peccat, quando pro consequenda parte lucri non nisi partem periculi super se reciperet: & maximè si solùm minorẽ partem periculi reciperet, sicut hic fit. Ideo aliter assignaretur diuersitas, scilicet, quia in casu prædicti capituli traditio fuit mutuatio pecuniæ. ideo non licebat tradenti velle habere partem lucri. Hic autem est, vel saltem esse potest socialis communicatio pecuniæ, pro quanto vterque participat lucrum; & vterq; etiam subiacet periculo capitalis, & vnus ponit pecuniam, alter operas. Sed dicetur, quòd hoc non obstat: quia qua ratione hic potest esse socialis communicatio, ita etiam in casu prædicti capituli potest esse socialis communicatio: si solùm nomen mutuationis omittatur, & in re contrahatur eodem modo, sicut ibidem ponitur casus. Ideo si posset saluari præsens casus propter hoc, quòd potest esse socialis communicatio, eadem ratione potest saluari casus cap. prædicti. Et si non habeatur pro inconuenienti, quòd casus c. prædicti posset licitè fieri, quando esset socialis communicatio: tunc erit vsurarijs aperta ianua exercendi casum eiusdem capitu. etiam prout est vsurarius: quia solo nomine mutuationis omisso, & loco eius posito nomine socialis communicationis, obtinebunt idem intentum. Contra hoc dupliciter. Primò: quia casus cap. prædicti etiam sub nomine & re mutuationis factus est saluabilis, vt nó sit vsurarius: vt patuit in q. 39. igitur eadem ratione præsens est saluabilis. Secundò: quia nisi præsens casus & etiam casus c. naviganti. esset saluabilis, in qua periculum capitalis pecuniæ spectaret, aut tota ad solum tradentem, aut pars ad tradentem, & pars ad recipientem; quod est falsum: vt patuit. nec licitè societati obstat: si minor pars periculi spectet ad tradentem, & maior ad recipientem, quin illud licitè fieri posset; si tradens velit secundum hoc proportionabiliter tanto minori parte lucri esse cõtentus. Tertiò principaliter sic: quia secunda probatio eius

non

non valet. Nam imaginatur, quòd lucrum prouenions de pecunia non proueniat de ea, nisi quando actu subiacet mercationi: non autem quando est in via. Modò hoc est falsum: quia accessorium reducitur ad principale. deportatio autem pecuniæ per viã est accessorium ad mercationem cum eadem, in termino. igitur illa deportatio reducitur ad mercationem. igitur si mercatio cum pecunia facta est causa lucri, & lucrum prouenit ex pecunia, vt subiacet mercationi: tunc etiam deportatio eius erit causa lucri, & lucrum etiam proueniet ex pecunia, vt deportatur per viam: quia existens causa causæ, est causa causati: nec enim pecunia hic existens posset subiacere mercationi fiendæ in Alexandria, nisi illuc deportaretur. Quartò: quia illa consequentia non valet. periculum pecuniæ tempore mercationis est solius B. igitur etiam dominium pecuniæ est solius B. illo tẽpore, nam datur instantia in simili. Nam in societatibus sæpe periculum pecuniæ est solius tradentis eã: & tamen dominium pecuniæ necessariò est tempore societatis etiam ipsius recipientis eam, & operã ponentis: vt ostendi in quæstione præcedenti. Quintò: quia in tertia probatione non sequitur. A. eligit minorem partem periculi. &c. quia secundum hoc etiam tanto minori parte lucri velit esse contentus. Modò in forma huius quinti casus non exprimitur, quòd A. velit æqualem partem lucri habere cum B. sed aliquotam partem. Sextò: quia dato quòd secunda & tertia probationes probarent eum illicitum: non tamen sequitur, igitur est vsurarius; sicut tamẽ dicit responsio. Aliter igitur dicendum per quatuor dicta. Primum: casus prædictus potest aliè inuitatio & etiam societas. probatur. Quia si A. intenderet dominium pecuniæ transferre in B. non communicando sibi dominium: immo abdicando ipsum dominium à se; & faciendo B. solum dominum eius: tunc esset mutuatio, quamuis esset cum pacto existente cõtra naturalia mutuationis, pro quanto scilicet A. vellet habere partem periculi pecuniæ & etiam partem lucri. Si autem A. intenderet interusurium pecuniæ, & consequenter dominium pecuniæ transferre in B. solùm communicatiue, ita quòd B. deberet esse condominus pecuniæ, & vellent sic communicare in dominio pecuniæ & etiam in lucro ex ea prouenienti: tunc esset socialis communicatio. Nec potest inueniri differentia alia in hoc casu: nisi ex solo animo tradentis & recipientis: quia pactum adiectum non est proprium alicui eorum, quin sit reperibile tam in mutuo, quàm in societate: licèt differenter, scilicet in mutuo contra vel præter naturalia mutui. in societate autem secundum eius naturalia, vel saltem præter naturalia: sed non contra naturalia. De hac autem distinctione ex solo animo aliquando possibili haberi, patebit in q. 96. Secundum dictum. Si fit mutuatio: tunc contingit A. tam paruam partem lucri velle habere, quòd contractus nó erit vsurarius de lege diuina, vel naturali. Probatur: quia si est mutatio: tunc de natura mutui deberet totum periculum, scilicet tam pro parte itineris, quàm mercationis esse ipsius B. si igitur A. ex pacto adiecto velit B. releuare in parte periculi, scilicet quod contingere posset tempore itineris, & velit illud super se accipere, & pro illo onere velit accipere partem lucri tãquam mercedem, & illa merces sit proportionata oneri illius periculi, nulla erit ibi iniquitas vitæ de lege diuina, vel naturali: quia tunc A. non recipiet illam partẽ lucri pro mutuo impenso, sed pro onere periculi partialis suscepti loco B. sicut & non esset vsura, si vnus tertius acciperet talem partem lucri, & supportando illo onere. Et dico de lege diuina, vel naturali: quia posset ille contractus esse prohibitus, vel prohiberi iure positiuo vt vsurarius, & hoc propter eos, qui in fraudem vsurarum eo vterentur: dicentes se etiam non pro mutuo: sed pro susceptione periculi recipere partem lucri: cum tamen reciperent partem nimis magnam, & per hoc etiam patet solutio ad argumentum tactum in cuestione secundæ improbationis de ianua &c. quia si aliquis non plus acciperet, quàm proportionatum esset illi oneri, nõ haberet illud intentum, quod vsurarius intendit: quia vsurarius intendit non præcisè pro onere periculi aliquid habere: sed vltra etiam pro mutuo. An autem sit ibi alia ratio pacti, sicut est, vide in simili in q. 39. & in q. 62. Ideo notanter dictur hic, quòd nulla erit ibi iniquitas. Tertium, si sit mutuatio: tunc contingit A. tantam partem lucri velle habere, quòd contractus erit vsurarius de lege diuina, vel naturali, etiam si solùm prætextu oneris periculi in se suscepti dicat se eam accipere: tamẽ tunc solùm erit vsurarius præsumptiue. Quia si A. pro illo onere periculi velit accipere partem lucri: quæ tamen sit nimis magna respectu tam parui oneris periculi. iam &si A. non sit vsurarius in re: quia non accipit partẽ lucri pro mutuo: sed pro susceptione periculi: tamen ex quo non est proportio ad illud onus: tunc illud, in quo pars lucri est nimis magna, præsumitur accipere prætextu mutui. igitur, Quartum, si sit societas: tunc pro tanto & non aliter est licitus, pro quanto A. accipit tanto viliorem partem lucri, quãto minorem partem periculi subit, & tanto maiorẽ partem lucri dimittit ipsi B. quanto magis oneratur ipsum. vt puta, si est talis societas, quòd in fine non est diuidenda pecunia capitalis: tunc nulla pars periculi siue magna, siue parua spectaret de iure ad B. ideo si A. tunc imponit sibi non solùm partem periculi. immo maiorem partem, & tale periculũ, quod est magis natum contingere, necesse est, quòd maximam partem lucri debebit ipsi B. dimittere, & sibi vilissimam solùm retinere. Si autem est talis societas, quòd in fine est diuidenda pecunia capitalis: & hoc æqualiter: tunc de iure spectat ad B. periculum capitalis pecuniæ pro medietate. ideo pro impositione medietatis periculi non est necesse, quòd A. tanto viliorem partem lucri reciperet: sed tamen quia A. non est contentus, quòd B. supportet solùm medietatem periculi: sed vult, quòd maiora pericula supportet. ideo opus erit, quòd A. tanto viliorem partem lucri recipiat, & B. tanto pinguiorẽ partem lucri assignet: vt refundatur ipsi B. onus impositũ.

Sextus casus. A. tradidit, vel mutuauit 100. flore. B. tali pacto, quòd B. hic vel alibi det 120. florẽ. si tamen illi centum perdantur sine culpa B. in mari, vel in terra, vel merces ex eis emptæ perdãtur, debeat B. dare A. solum quinquaginta florẽ. & sic A. stat

in

in periculo medietatis pecuniæ traditæ. Ad illum casum quãdo specialiter formatur sub nomine mutui respondetur ab aliquibus, quòd contractus est vsurarius. probatur sic. Quia aut B.expendit illam pecuniam in mercibus aut non. Si non, ergo mutuãs vult lucrum, quod B.non fecit, quod omnino iniustum est. Si expendit: tunc certum est, quòd pecunia illa, vel merces ex ea emptæ sunt ipsius B, in cuius dominium etiam pecunia transierat, & sic sequeretur, quòd mutuans vellet lucrum factum ex re non sua, quod omnino illicitum est. Contra illam respõsionem arguitur tripliciter. Primò, quia si fiat etiam sub nomine mutuationis: tamen ex quo A.recipit periculum pecuniæ super se pro medietate, potest iuxte peccato vsuræ velle aliquid, saltem commensuratum oneri habere vltra sortem citra vitium vsuræ, licèt non pro mutuo liceret illud velle habere. Secũdò, quia non refert, an B.expenderit illam pecuniã, vel non: quando æquè licet, vel non licet: si non expendit, sicut si expendit, igitur distinctio est superflua. Antecedens probatur. Quia si non expendit, & B.dicat ad A. non dabo tibi aliquid vltra sortem: licet superhiteris periculo pecuniæ pro me: quia non sum vius ea, nec lucrum consecutus sum: non euaderet B. per hoc: quia A. diceret, hoc imputatur tibi, cui non expendisti, sicut si A.locat equum ipsi B. pro mercede, & B.non vtitur equo, & hoc stat per eũ quo minus: tunc nihilominus B. debebit dare mercedem ipsi A. ita A. hic substitit periculo, quantum in se fuit, etiam si B. non sit vsus pecunia in locis vel temporibus, vel actibus periculosis. Tertiò: quia si expendit, & pecunia est ipsius B. & similiter lucrum: tunc A. volendo habere vigiarti non acciperet eos ratione pecuniæ mutuatæ, vel lucri prouenientis de pecunia, nec de re aliena: sed pro periculo suscepto pro B. quia B. debuisset sustinuisse taliter illud periculum ex natura mutui sibi facti. Aliter igitur dicendum: & quia casus formatur generaliter, scilicet sub nomine traditionis: traditio. n. est reperibilis tam in mutuo, qiàm in alijs contractibus, ideo tribus membris distinguendum est. Quia aut illa traditio est facta in specie & sub nomine mutuationis, aut in specie & nomine socialis communicationis, aut tacito nomine vtriusque. Quomodo autem sciatur, quando sit à parte rei mutuatio, vel socialis communicatio: si non est expressum nomen contractus, patuit in præcedenti casu, & si animus non constat: tamen si vius est specificè nomine mutui, habenda est traditio pro mutuatione. similiter si est vius nomine socialis communicationis, in dubio debet præsumi, quòd contractus sit talis, qualis nominatur: quando ex forma & pactis non potest deprehendi specificè, cuius speciei sit: vt pura sit in forma & pactis, quæ etiem in contractu alterius speciei reperiri possunt naturaliter, vel præter naturalia. Primum dictum, si sit sub nomine mutuationis, & A. vult 20. habere vltra sortem ratione mutui impensi B. cõtractus est vsurarius. Si autem vult eos habere non pro mutuo, sed pro susceptione periculi, & 20. flor. sint merces proportionata tali periculo: tunc quamuis contractus non sit verè vsurarius de lege diuina, vel naturali: tamen ab illo modo factus sit de iure positiuo vsurarius, aut saltem alius speciei peccati illicitus, potest haberi ex quæstio. 39. & 71. vnde ad minus dupliciter est illicitus, scilicet quia in eo est illa ratio peccati, de qua in q. 71. est dictum. Secundò: quia habet speciem malæ: quia audientibus talem contractum fieri, non constat animus ipsius A. scilicet, si pro mutuo, vel pro periculo recipiat incrementum, nec facile constat: si huiusmodi merces sit proportionata oneri periculi suscepti, & ita an in fraudem vsuræ fiat. Si autem est nimis magna: tunc licèt sit iniquus contractus: tamen non est vsurarius, nisi præsumptiuè. hoc dictum per omnia patet ex dictione præcedentis casus. Secundum, si traditio sit sub nomine socialis communicationis: tunc est iocietas dupliciter impura. Primò, ex pacto existente contra naturalia. Nam ex quo pecunia capitalis non est in fine diuidenda: tunc totum periculum pecuniæ deberet esse apud A. nunc autem est partim apud vtrumque. Secundò est impura in substantia, hoc est, ei est admixtus alius cõtractus speciei distinctus, scilicet venditionis. Nam ex quo ipsi A. ratione societatis debetur aliquota pars lucri socialis, & non certa. ideo A. censetur ius, quod habet ad illam incertam partem illius lucri socialis vendidisse B. pro certa quãtitate pecuniæ, scilicet pro 20. flor, prout in simili tangetur q. 96. Tertiũ, si traditio est facta sub nomine socialis communicationis: tũc est illicitus ipsi A. nisi A. duo obtineret. Primum, quòd imponendo ipsi B. medietatem periculi pecuniæ capitalis (ad quod B. de natura societatis non tenetur) refundat ei illud onus sufficienter aliqua via, & vna via est, quòd A. assignet B. tanto maiorem partem lucri socialis, vt puta, si ipsi B. debebatur solùm medietas lucri, quòd A. nunc dimittat ei longè maiorẽ, cuius maioritas sit adæquatè refusiua oneris periculi impositi, & si non sit sufficiens, quòd alijnde sibi addat, donec adequetur. Secundum, quòd A. vendẽdo B. ius suæ partis socialis pro 20. floren. non veniat ipsum pro nimis magno pretio. sed quòd illud ius bene valeat 20. floren. vtputa vnus tertius, & prudens daret 20. floren. quòd haberet ius expectantiæ ad partem lucri socialis, quod ipse habet. A. Et quodcunque horum duorum defecerit, contractus est illicitus ipsi A. Patet: quia in defectu primæ conditionis supergreditur fratrem suum. Quartum: si traditio sit tacito nomine tũ mutuationis, quàm societatis: tunc licet in foro conscientiæ possit deprehendi, in quã specie sit factus, scilicet ex animo B. vt patuit in præcedenti casu, & secundum hoc agatur: tamen forte in foro contentioso esset condemnandus, etiam si non deprehenderetur deesse sibi aliqua prædictarum conditionum requisitarum ad eum, vt sit licitus in specie societatis, vel mutui. & hoc in odiũ vsuratiæ mutuationis, quæ possit sub illa latere. Et ex eadem tatione & propter vitandam speciem mali consulendum est, quòd prædictam traditionem ẽt animo societatis fiendam, & cum prædictis cõditionibus vestiendam nullus faciat tacito nomine societatis. Et si quis dicat, quòd etiam si animo & non nomine societatis fiat cum prædictis cõditionibus: erit illicitus contractus: saltem ipsi B. & hoc ex eadem ratione, quæ tacta est q. 71. Dicendum quòd non: quia

quia in præsenti casu B. suscipiendo periculum pecuniæ apponit operas pro vitatione periculi. Nam cum B. ex contractu tali non teneatur ad summam diligentiam circa pecuniam: quia tunc teneretur de leuissima culpa: sufficit enim sibi, ꝙ diligentiã adhibeat. ideo si suscipit periculum pecuniæ pro mercede, tenebitur etiam de leuissima culpa: & pro huiusmodi diligentia licitè potest remittere mercedẽ: quamuis non pro susceptione periculi fortunæ: quia illud per diligentiam non vitatur. non sic est, quando mutuator suscipit periculum pecuniæ, & non ponit operam pro vitatione periculi: est enim tunc cõtractus similis ludo fortunæ, & reipublicæ in nullo vtilis, ideo vanus. ergo peccatum.

Septimus casus. A. tradidit B. pecuniam: vt eam sibi vltra mare vehat, & ibi sibi eam reddat eo pacto, quòd A. constituit B. certum precium dandum. Dicendum per quatuor dicta, & duo corollaria. Primum. Illa traditio non est socialis communicatio propter duo. Primò: quia quando pecunia traditur ad communicationem socialem alteri ponenti operas: tunc traditur sibi. vt ille alius cum ea negocietur, ita quòd operæ quas alius debet impendere circa pecuniam: sint mercationes fiendæ ex ea ad communia lucra quærenda, & non sunt nuda delatio pecuniæ ad alium locum. Hic autem traditur ipsi B. ad deportandum eam ad locum alium non ad negociandum. Secundò: quia in societate non debetur ei, qui ponit operas certum precium: sicut nec ponẽti pecuniam: sed solùm ei debetur aliquota pars lucri socialis, si prouenit. Hæc autem est indeterminata & etiam fallibilis. In prædicto autem contractu debetur merces certæ quantitatis & fixa. igitur. Secũdum dictũ. Hic est conductio operarum ex parte A. & locatio earundem ex parte B. & hoc vel pura, vel impura. Nam gerit de est, ac si A. conduceret B. ad laborandum sibi in vinea, vel agro. Et si B. non tenetur de periculo pecuniæ: nisi quod ex sua culpa lata vel leui prouenit: tunc est pura naturaliter. Si autem B. tenetur de periculo etiam fortunæ: tũc est impura naturaliter: quia illud pactum est contra naturalia cõductionis & locationis operarũ. Et vtroq; modo vt sit licitus contractus, oportet, ꝙ precium, quod debetur B. sit cõmensuratum laboribus & oneribus periculorum, quibus subijcitur B. & si hoc seruetur, adhuc est ibi illa ratio pacti, de qua dictũ est, scilicet, ꝙ B. pro mercede suscipit in se periculum fortunæ, ad quod tũ vitandũ nullus potest apponere operas. Tertium dictũ contingere põt, ꝙ eidem contractui locationis sit admixtus cõtractus mutui. Nã contingere potest, ꝙ A. mutuauerit B. illam pecuniam, vt ea ibi ipse vtatur, & post tempus præfixum eam sibi reddat: non inquam ibi, vbi aliàs sufficeret ei restituere: sed in alio loco, ad quem B. aliàs deferre pecuniam non teneretur: sed ad deferendum eam ad illum locũ A. obligat B. dato sibi precio pro delatione. Quartum dictum. stante forma casus non potest ibi esse periculum vsuræ: etiam si contractui sit admixta mutuatio, dummodo precium dandum B. sit cõpetens. Probatur: quia stante forma casus, si sit ei admixta mutuatio, illa erit solum ex parte A. respectu B. modò A. nihil recipit à B. sed gratis ei mutuat. sed B. ab A. recipit duo, scilicet mutuum & precium translationis pecuniæ. Et quamuis A. velit, quòd B. cui mutuauit pecuniam transferat sibi pecuniam ad alium locum, quæ translatio est res æstimabilis precio: tamen A. pro illa translatione dat ei competẽs precium, vt supponitur, & sic non vult, quòd B. seruiat sibi pro mutuo ei impenso: sed solùm pro precio competenti. Et dicitur notanter, si precium sit competens: quia si precium non sit competens, sed diminutum, posset ibi esse periculum vsuræ verè vel præsumptiuè. Non quidem quasi A. reciperet aliquam pecuniam, vel precium in pecunia constituens pro mutuo: sed quando reciperet aliquid æstimabile pecunia, ꝙ mutuo. puta: quia A. vellet, ꝙ B. partim seruiret sibi in trãslatione pecuniæ pro mutuo.

Ex his sequuntur duo corollaria. Primum, ꝙ superfluum est velle illum casum defendere, vt mercanti, non videatur esse contra ipsum, sicut quidam laborant dicentes, prædictum capitulum non obstare ei, eo ꝙ in præsenti casu ille, qui recipit lucrum, seu precium, non propter mutuum, sed propter securitatem factam accipit lucrum, neq; est hic aliquã mutuum: sed alibi receptum vltra sortem directè respiciebat mutuũ. Sed contra hoc dupliciter. Primò: quia præsens casus nullam habet apparentiã ad hoc vt prædictum c. videatur esse contra ipsum. Assumptum probatur tripliciter. Primò: quia hic est operarum conductio ex parte A. dãtis pecuniam: alibi autem ex eius parte erat mutuum. Secundò: quia si etiam esset ei admixta mutuatio hic: non tñ esset ex parte illius, qui recipit precii, vel lucrum, sed ex parte B. sed ex parte A. qui nihil recipit. ideo non habet apparentiam. Vnde in c. nauiganti. A. existens mutuans recipiebat à B. aliquid. hic autem nihil saltem gratis recipit A. à B. sed potius econtra. B. duo recipit ab A. vt patuit. Et quamuis A. recipiat à B. translationem pecuniæ: tñ A. dat B. mercedem pro hoc. Item in casu prædicti cap. A. recipiebat in se periculum: hic autem stat, quòd B. habeat periculum. & quamuis etiam stet, quòd solus A. habeat periculum: tamen nihil pro hoc recipit à B. Immo præter hoc, quòd B. tunc est immunis à periculo A. dat ei precium operarum translationis. Secundò principaliter impugnatur illorũ sententia: quia dicendo, ꝙ hic ille, q. accipit lucrũ, nõ pro mutuo accipit: sed ꝙ securitate facta. in hoc conatur excusare B. ab vsura, & tñ nulla est necessitas: quia conitat, ꝙ B. nõ potest esse mutuator: etiã si esset illi contractui naturaliter admixta: quia solus A. esset mutuator. ille autem non accipit lucrum à B. Secundum corollarium, ꝙ non valet dictum Innoc. dicentis, quòd vbi ille, qui recipit pecuniam, scilicet B. non acciperet precium tantũ, vt portet: sed negociator mutuò daret eam: vt cum ea negociaretur: tunc esset vsura: quia pecuniæ nullus est fructus, si teneatur in arca, nec deterioratur in vsu. Hæc ille. In quibus verbis vult, quòd quando A. dedisset illam pecuniam tam trasferendam per B, quàm etiam vt B. negociaretur cum ea: tunc esset ibi vsura. Contra: quia quamuis tunc esset mutuatio ex parte A. tamen nulla vsura esset ibi: quia B. nihil daret A. sed potius econtra. nisi dicatur, quòd A. dedit eam mutuò B. vt negociare-

tor cum ea: illa tamen lege, ꝙ B. daret sibi partem lucri: sed quamuis tunc esset mutuatio vsurariaq; tamen nec in casu, nec in prædicta sententia Innocen. sit mentio de illo pacto, scilicet ꝙ B. debeat A. dare partem lucri prouenientis ex pecunia mutuata. Et hæc de præsenti quæstione.

QVÆSTIO XCV.

Vtrum sequens contractus societatis sit licitus ipsi A. ſ. A. communicat B. sociaſiter 30. floren. & B. recõcat A. operas suas negotiando cum illis 30. floren. ita tñ, ꝙ A. vult habere tertiã partem lucri prouenientis ex negotiatione, & etiam sustinere solum tertiam partem damni prouenientis in ea, & per consequens vult 20. ex prædictis floren. sibi esse saluos, ita quòd qualitercunque illi pereant, vult B. esse obligatũ ad restituendum eos sibi. Huic casui quamuis de facili transeatur: tamen propter argumenta, quæ pro eo apparenter fieri possent, diutius immorabor, & hoc per quatuor dicta, seu conclusiones, & per quatuor argumentorum solutiones.

Prima conclusio, seu dictum. In prædicto casu A. à parte rei mutuauit B. 20. floren. patet: quia transtulit eos in dominium B. cum omni periculo eorundem, & obligauit B. ad restituendum eos, vel æqualentes. igitur.

Secunda conclusio. A. reliquos 10. nõ mutuauit B. sed ipsum B. conduxit ad negociandum sibi cum illis. Probatur: quia illi decem reliqui non stant periculo B. sed tantùm periculo A. eo quòd A. vult sustinere tertiam partem damni omnium 30. floren. & sic 10. flore. stant in periculo solius A. igitur A. nõ mutuauit eos B.

Tertia conclusio, A. censendus est B. conduxisse ad operas suas impendendas circa illos 10. flo. negotiãdo cum eis. Nam ex quo vult habere tertiam partem lucri prouenientis de omnibus 30. floren. tenc vult habere omne lucrum prouenies de ipsis decẽ flore. per operas B. ideo perinde est: sicut si conduxisset B. ad excolendum agros suos, & A. vellet habere omnem fructum prouenientem ex operis & agris.

Quarta conclusio. Prædictus contractus est illicitus ipsi A. probatur dupliciter. Primò sic: quia aut A. prætendit se nihil velle dare B. pro operis suis, quas circa 10. sibi traditos impẽdit: licut casus supponit: quia nihil apparet ex forma casus, quòd A. velit dare B. & tunc est iniquus contractus: quia dignus est operarius mercede sua: nisi B. vellet A. donare operas suas, seu gratis impendisse: & tunc A. non conduxisset B. ad operas: sed A. commodatò accepisset B. seu personam eius. Si aliquid dare prætendit B. in hoc scilicet, quòd dicit se ei dimittere duas partes lucri prouenientis ex illis triginta florenis, tunc A. dupliciter peccat. Primò: quia non dat B. aliquid, quod non sit B. alias debitum: etiam si B. nullas operas impenderet A. & sic nullam mercedem censetur dare B. pro operis. Assumptum probatur: nam ex quo duæ partes lucri correspondent viginti floren. quos A. censetur mutuasse B. tunc sicut illi viginti sunt solius B. ex mutuo: sic etiam consequenter solius B. sunt & esse debent illæ duæ partes lucri: sicut & duæ partes damni sunt eiusdem solius. Secundò: quia ex quo illæ duæ partes lucri sunt inclusæ in viginti florenis captis, vel consideratis: vt subiacẽs industriæ B. sicut fructus in arbore. Ideo si nihil aliud vult ipsi B. dare pro mercede, quàm duas partes lucri, tunc vult B. nihil pro mercede dare nisi mutuũ. & sic A. censebitur mutuasse B. viginti florenos, quatenus B. impendat operas suas circa decem florenos A. & sic mutuauit pro re æstimabili precio: cuiusmodi sunt operæ. igitur A. est vsurarius. Secundò probatur quarta conclusio sic: quia dato, ꝙ traditio 30. florea. esset socialis communicatio: tamen non seruaretur æqualitas conditionis ex parte vtriusque socij. Nam longè melior esset conditio A. quàm B. Nam si B. emeret pro 30. floren. merces, & perderet eas: tunc B. perderet viginti, & operas impẽsas. A. autem tantùm perderet decem, & sic inæqualiter supportarent A. & B. onera illius societatis.

Sed contra arguitur quadruplicter. Primò sic. Si esset hic socialis communicatio: non posset ex hoc argui illicita ipsi A. quia scilicet A. minus onus sufferret, quàm B. quia B. etiam habet maius lucrũ, scilicet duas partes lucri. ergo etiam non est indignum, quòd sustineat duas partes damni. A. verò vnã partem lucri participabit. igitur non iniustum est: si A. etiam proportionabiliter solùm velit sufferre vnam partem damni.

Secundò quia staret, quòd commoditas & proprietas pecuniæ A. præponderaret operis B. quo posito dignum esset, quòd A. plus lucri leuaret, quàm B. igitur si vult illi pluri cedere, & illud B. assignare, poterit meritò etiam ipsum B. in tanto grauare cum periculo tanti damni. Tertiò: quia dato, quòd æquiparantur commoditas & proprietas pecuniæ A. & operæ B. adhuc non apparet iniquum: si A. tantùm velit sufferre tertiam partem damni, ex quo vult esse contentus tertia parte lucri: vbi posset habere medietatem. quantæ ergo parti lucri sibi debentis cedere, cedit: tantam partem periculi potest imponere B. cui pro illa parte lucri cedit. Quartò: quia dato quòd æquiparantur, & sic A. debeat (quantum est de natura societatis) sufferre medietatem periculorum vel damnorum: tamen A. posset medietatem illius medietatis, aut aliam partem eiusdem, alicui tertio imponere, dando sibi pro illius susceptione sufficientem mercedem & refusionem. ergo etiam A. poterit illam partem periculorum, vel damnorum imponere B. faciendo sibi refusionem sufficientem. modo æqualens refusio videtur esse, quando A. vult B. dimittere proportionabilem partem lucri, & hoc facit pro quanto dimittit ei duas partes lucri: sicut & ei imponit duas partes periculorum, vel damni. Dicendum, quòd argumenta illa probant, quòd si esset ibi socialis communicatio, & A. vellet contentari de tertia parte lucri, ꝙ ẽt posset velle sufferre tñ tertiam partẽ damni: sed oporteret, ꝙ proportionabiliter & vniformiter intelligeretur illa tertia pars lucri, & tertia pars damni. Modo hoc non fit in prædicto casu: vt patet ex ratione adducta ad hoc. argumenta enim facta solùm attendunt ad capitale, quod A. ponit, & non

& non attendunt etiam ad capitale, quod B. ponit. Si inquam A. vellet sustinere tertiam partem damni sufficienter & proportionabiliter, sicut vult habere tertiam partem lucri, oporteret, quòd sustineret tertiam partem damni non solùm perditionis pecuniæ: sed etiam perditionis operarum B. quia illud lucrum, cuius tertiam partem vult habere, prouenit non tantum de capitali A. sed etiam de capitali B. ſ. per operas eius, & ex illo sequitur, ꝙ si capitale B. ſ. operæ æquiualent cõcationi pecuniæ A. tunc si B. perderet pecuniam, vel merces emptas, oporteret, ꝙ A. totum damnum pecuniæ perditæ sustineret: sicut B. totum damnum perditionis operarum suarum sustineret. Aut si vult A. quòd B. sufferat secum damnũ perditionis pecuniæ: tũc econtra etiam debebit A. sufferre cum B. damnum perditionis operarum. Si aũt operæ B. deficiunt, in tanto minor pars lucri debebitur B. vt si solùm æquiualent tertiæ parti cõcationis pecuniæ: tunc ipsi B. non debebitur de iustitia, nisi tertia pars lucri: & eadem ratione etiam B. solùm deberet sufferre tertiam partem damni. Sed quia forte contingeret aliquem euadere illam respõsionem, ideo potest etiam aliter responderi. Eualio autem talis esset, ꝙ diceretur, ꝙ non oportet A. sustinere aliquam partem damni tertiæ partis operarum B. quia imaginandum est, ꝙ capitale B. non est eius operę: sed persona sua & capitale A. est substantia pecuniæ, ita ꝙ B. cõcat personam suam ratione operatiuitatis, & quo ad habilitatem suam acquirendi lucrum, & econtra. A. recõcat B. pecuniã suam quo ad idoneitatem, qua per modum instrumẽti est idonea ad lucrum quærendum. & sic sicut B. retrahet suam personam, ita debet A. etiam recipere substantiam pecuniæ suæ: & meritò debet B. subitare periculo totius partis tertiæ operarum: quia sic etiam A. subitat periculo tertiæ partis sui capitalis. Aut si contendis, quòd A. debeat partim sustinere periculum tertiæ partis operarum B. tunc etiam econtra eadem ratione B. debebit sustinere tertiam partem periculi tertiæ partis capitalis pecuniæ A. Hęc tamen eualio posset destrui sic: quia A. retrahendo in fine tertiam partẽ sui capitalis, sensit fructum illius tertię partis sui capitalis: quia totum fructum illius tertię partis recepit vnà cum ea. Sed B. retrahendo personam suam (quam quo quasi ad vsufructũ posuerat pro capitali) nullam partem fructus suarum operarum retrahet cum capitali suo: cum tñ lucrũ tertię partis capitalis pecunię prouenit æquè ex tertia parte operarũ B. sicut ex tertia parte pecuniæ A. licet enim operę dicantur fructus personæ: non tñ sunt fructus vltimatè intentus: sed pars lucri est ille fructus. Nec obstat, quòd A. ſolus substituit periculo totius tertię partis capitalis pecuniæ: quia hoc est de natura illius societatis, in qua in fine non dividitur capitalis pecunia, & ita de so ineſt, & vltra hoc debebat habere solùm ius in parte lucri tertię partis pecuniæ, & B. in alia parte eiusdem lucri.

Præterea aliter etiam potest dici ad prædicta argumenta. Ad primum, quòd non concludit, & hoc ex duabus causis. Prima: quia etiam dato, quòd posset saluari: quòd esset socialis communicatio totius pecuniæ capitalis, seu omnium trium partium capitalis pecuniæ (quamuis cum pacto existente præter, vel contra naturalia societatis) tamen ex quo A. imposuit omne periculum duarum partium pecuniæ ipsi B. tunc apparet, quòd A. mutuauerit ei illas duas partes, & per consequens A. tenetur cauere, ne traditio duarum partium pecuniæ appareat forte facta spe alicuius rei æstimabilis pretio. hanc autem speciem mali non cauit A. pro quanto vult totum lucrum tertię partis solus accipere: quia in hoc apparet A. velle, quòd B. propter beneficium mutui sibi impensi debeat impendere operas exercẽdo tertiam partem pecuniæ capitalis ad lucrum debens totaliter cedere soli A. & fundamentum huius cauſę est in simili habitum, quæstio. nonagesimaprima. Secunda causa: quia etiam si non haberet speciem mutui vsurarij: & posset saluari, quòd ibi esset vera socialis traditio totius seu omnium partium capitalis pecuniæ: adhuc maneret ibi iniquitas, quod sic patet. Nam A. dimittendo B. duas partes lucri, quatenus suscipiat duas partes damni capitalis pecuniæ: non dimitteret eas B. quasi illę duę fuissent aliàs totaliter cessurę ipsi A. & sic quasi A. sufficienter refunderet B. onus periculi impositum B. quia A. iudicandus est de suo ipsi B. solùm assignasse partem duarum partium lucri: quia A. solùm habuisset partem illarum duarum partium, quando A. nec supportasset periculum capitalis, pars lucrũ fuisset diuisum in quatuor partes, & A. habuisset duas partes lucri, & B. etiam duas partes lucri. & supponitur, quòd æqualiter contribuissent ad illam societatem. Nunc verò cum diuiditur in tres partes, & duę cedant B. quatenus suscipiat periculum duarum partium capitalis: tunc A. non assignat B. duas partes vt de suo, nisi pro modica parte: & ita non facit sufficientem refusionem B. pro susceptione periculi duarum partium capitalis: sicut tamen forte haberet apparentiam sufficientis refusionis, qũ duas partes ita magnas tanquam de suo sibi assignaret. Quòd si etiam quispiam contendat, quòd A. assignando B. solùm eam partem, quæ sibi debuisset de illis duabus partibus cessisse, adhuc sufficientem mercedem det B. pro susceptione periculi prædicti: tamen saltem non poterit dici, quòd superefluentem mercedem ei det pro illa susceptione: & tunc vltra. igitur prætextu assignationis duarum partium lucri, vel potius partis earum partium non poterit velle habere aliquid aliud à B. Modò eo ipso quòd A. vult solus habere totam tertiam partem lucri: qã tamen lucrum prouenit partim per operas ipsius B. tunc vult, ꝙ B. debeat operas impensas in exercendo tertiam partem capitalis gratis ei impendisse: quia nullam partem de tertia parte lucri vult assignare B. per cuius tñ operas ita bene tertia pars lucri est obtenta: sicut per tertiam partem capitalis pecuniæ A. Vñ A. prętendere vł, ꝙ pro illis operis assignauit B. sufficientem refusionem, vel mercedem in hoc, ꝙ assignauit ei duas partes lucri, qã tñ est falsum: quia duarũ partiũ lucri assignatio vix sufficit esse merces & refusio susceptionis duarum partium capitalis vt patuit. Et si dicis. Cur deberet A. ipsi B. assignare partem aliquam tertiæ partis lucri, ex quo B. nullam partẽ periculi tertię partis capitalis vult subire:

sed solus A. totum periculum illius tertiæ partis capitalis sustinere habet. Dicendum, ꝙ periculum tertiæ partis capitalis meritò & de iure spectat ad solũ A. quia in fine societatis A. vult tertiam partem capitalis totam etiam solus retrahere ad se, si saltem superest: sicut etiam B. in fine vult retrahere suam personam extra socialem cõiunctionem, & eam quo ad operas suas amplius non cõicare A. Vnde si A. & B. contraherent societatem puram absq; omni pacto existente contra vel præter naturalia societatis, ita quòd A. poneret 30. florenos, & B. operas: tunc non obstante quòd B. velit participare lucrum proueniẽs, adhuc periculum totius capitalis pecuniæ spectaret ad A. quia etiam A. vellet in fine societatis, si nullum lucrum obtenuisset, solus rehabere totũ capitale remanens. ita etiam nimirum debebit totum periculum tertiæ partis capitalis in prædicto casu spectare ad B. & tñ nihilominus deberet A. ipsi B. assignare partem tertiæ partis lucri, scilicet proueniẽtis de tertia parte capitalis pecuniæ: quod quia nõ facit: patet iniquitas contractus ex parte sua. Et ex prima causa tacta in hac secũda solutione huius primi argumenti patet etiam responsio ad illam rationem, qua quis argueret, si A. etiam omnes partes pecuniæ commisisset socialiter B. tunc dimittendo ei duas partes lucri totaliter cum periculo earundẽ, nimis multum dimittit B. & plus quàm debet: quia quilibet etiam cum multa gratiarum actione reciperet sic viginti florenos exercendos in negotijs, quod lucrum earundem esset suũ, & ẽt periculum. si igitur nimis multum facit ei, & plus quàm debet: meritò poterit A. velle, quòd in recompensam illius pluris & indebiti exerceat sibi tertiam partem pecuniæ, dimittendo sibi totum lucrum. Nam dicendum, quòd A. dimittendo B. duas partes lucri cũ periculo duarum partium capitalis: etiam si ei socialiter cõiacisset eas: tradit eas tanquam mutuatas saltem specietenus. ideo poterit illius beneficij præstra aliquid exigere à B. Ad secundum dicendum, concedendo totum, si fiant illa, quæ ibi dicuntur. Modò illa non fiunt in forma prædicti casus: quia si esset ibi socialis cõiacio totius pecuniæ. A. non refunderet ipsi B. sufficienter periculum duarum partium capitalis, per hoc quòd ei assignat duas partes lucri: quia non nisi modicum quid illarum partium lucri aliàs debuisset cessisse A. etiam in casu, quo A. solus debuisset periculum totius capitalis sustinere. Aut dato quòd sufficeret: tñ aliud grauamen imponit ipsi B. quod non refundit ei, scilicet quia imponit ei, quòd impendat operas circa tertiam partem capitalis: & tamen nullam partem lucri proueniẽtis de illa tertia parte vult eũ participare. Aut etiam dato quòd illud refunderetur: tamen obstabit prima causa secundæ solutionis primi argumenti. Ad tertium dicẽdum, quòd si æquiparaterentur cõiationes capitalis A. & B. adhuc A. iniquè ager, volendo solùm tertiã partem damni capitalis sustinere: quia in quantum dico solùm: tunc infinitur, quòd aliàs duas partes damni capitalis imponit ipsi B. & tamen non facit refusionem sufficientem pro illa impositione. aut si sufficientem faceret: tamen non refunderet sibi aliud grauamen: vt dixi in præcedenti solutione. Nec excusatur per hoc, vt dicis: quia vult contentus esse tertia parte lucri: quia in hoc nimis multum acquirit: quia illa tertia pars lucri deberetur pro parte ipsi B. sicut & ita bene prouenit per tertiam partem operarum B. sicut per tertiam partem capitalis pecuniæ A. Nec obstat, quòd tertia pars capitalis tota spectat ad periculum A. vt patet ex causa assignata in solutione primi argumenti. Et quod in fine illius argumenti dicitur. quantæ ergo parti lucri &c. negandum est, vt patuit: quia plus oneris imponit B. quàm ei assignet de lucro. aut si etiam omne onus refunderetur: tamen obstabit prima causa secundæ solutionis primi argumenti. Ad quartum dicendum, quòd deficit dupliciter. Primò: quia supponit falsum in hoc, quòd dicit, si æquiparaterentur communicationes capitalis: tunc A. deberet sufferre medietatem periculi capitalis pecuniæ. Nam si supponatur, vt argumentum supponit, quòd sit societas: dico, quòd A. deberet & debet sustinere totum periculum capitalis pecuniæ: sicut & in fine societatis vult rehabere totum capitale remanens. Secundò, quia supponit, quòd A. imponendo B. periculũ duarum partium capitalis, faciat ei sufficientem refusionem per hoc, quòd assignat ei duas partes lucri, quod est falsum, vt patuit, aut si est verum: tamẽ aliud grauamen non refundit sibi, nisi dimitteret etiam ei partem tertiæ partis lucri. Aut si etiam omne opus refunderetur: tamen obstabit prima causa secundæ solutionis primi argumenti.

Sed quia sæpe dictum est in hac & in aliis quæstionibus de æquiualentia operarum B. ad capitalem pecuniam ipsius A. dubitatur, quãdo censendæ sunt operæ B. æquiualere pecuniæ A. & loquor de pecunia A. non solùm quando est sic communicata, quòd in fine societatis non est dividenda inter A. & B. immo solùm lucrum est dividendum. Nam facilius est videre illud, sicut & facilius est contingere illud. Sed etiam loquor de pecunia, quæ esset sic communicata, quòd etiam ipsa est in fine dividẽda inter A. & B. sicut contingit sæpe in societate, qua A. communicat animalia B. ponẽti operas taliter, quòd etiam in fine animalia dividuntur & non tãtum fructus. Hoc enim secundum, scilicet quòd operæ B. æquiualeant pecuniæ hoc secundo modo communi catæ est difficilius contingibile, & difficilius etiam videri potest. Forte diceretur, quòd tunc operæ B. æquiualent pecuniæ A. quando operæ B. sunt ita lucrosæ operatiuè sicut pecunia A. est lucrosa instrumentaliter, idest per modum instrumẽti cooperatiua ad lucrum acquirendum. Sed hoc non videretur benè dictum, nec sufficiẽter. Primum probatur: quia tunc si 100. flor. essent instrm, ꝙ regulariter sufficeret ad lucrandum quinq; vel sex flore. in anno: dũmodo exercerentur per industriã alicuius negotiatoris: puta B. tunc operę illius negotiatoris, qui eos posset exercere ad tantum lucrum obtinibile, equiparatẽtur illis 100. floren. & tunc B. tantundem poneret ad societatem sicut A. & per consequens in fine societatis deberent diuidi tam lucrum q̃ capitale: quod tñ esset nimis graue ipsi A. Rõ aũt errandi in hac responsione est, ꝙ non attẽdit, ꝙ pecunia præter hoc, ꝙ instrumẽtaliter per conuentũ tempus societatis cõcurrit vt

cum

cum causa ad lucrum obtinendum: ipsa nihilominus nata est supermanere: & etiam adhuc multis annis posse dideri, & concurrere ad alia similia lucra, sed operæ, quæ pro illo tempore concurrunt ad lucrum obtinendum, non supermanent finito tempore societatis: sed tranſeunt, nec vnquam amplius possunt concurrere ad alterius lucri acquisitionem: quamuis bene persona operatiua (quæ videtur esse verum capitale communicatum ex parte B. socialiter ipsi A.) supermanere possit, & concurrere ad multa lucra obtinenda futuro tempore, & illa posset de facili non solùm æquiparari pecuniæ A. sed etiam longè prætalere. Et ideo de facili posset quis velle, quòd ille, qui æquialens capitale posuisset, haberet partem in capitali pecunia A. in fine societatis, si B. vellet etiam, quòd econtra A. finita societate haberet partem iuris in persona B. donec viueret: sed quia B. vult, quòd finita societate persona sua redeat in deobligationem: vt scilicet non teneatur persona sua operari ip A. in bonum. Ideo nimirum si tunc etiam non poterit B. prætendere velle etiam participare capitale A. eo quòd non posuisset aliquid, quod æquialeret pecuniæ A. talitet, scilicet tam quo ad commoditatem, quàm quo ad subsistantiam participandæ. Secundum, quòd etiam non sit sufficienter dictum probatur: quia dato quòd haberet apparentiam loquendo de communicatione pecuniæ in fine non dividendæ: non tamẽ de communicatione pecuniæ in fine dividendæ. Vnde aliter videtur declarandum, quando id quod B. poneret, æquialeret pecuniæ A. etiam si illa esset in fine dividenda. Et gratia exempli, Si B. sit adeo industriosus, quòd si velit facere posse suum: ipse in contractu locationis operarum suarum, scilicet locando operas suas ad negotiationes exercendas, posset bene mereri centum florenos annuatim, etiam vltra omnes expensas, adeo quòd si A. deberet conducere B. ad exercendum sibi per vnum annum pecuniam suam secundùm suum posse, oporteret de iustitia sibi pro mercede dare centum floren. & eum in omnibus expensare, & pericula capitalis pecuniæ solus supportare: & B. de nullo teneretur: nisi de dolo, & lata & leui culpa. Si itaque A. vellet contrahere societatem cum B. & solùm vellet ponere centum flor. tunc operæ B. æquialerent pecuniæ A. adeo quòd etiam in fine esset pecunia dividenda æqualiter, & deberent A. & B. etiam pares esse in lucro, & in oneribus expensarum & in periculis. Si autem A. poneret mille, & B. operas secundùm suum posse: tunc non æquialeret capitale B. toti pecuniæ A. tanquã dividendæ in fine societatis, nisi quo ad summã 100. florenorum, non autem totius summæ. Ideo in fine si B. vellet habere solùm medietatem decimæ partis lucri totalis: tunc deberet A. secum dividere æqualiter pecuniam capitalem, solùm quo ad decimam eius partem, idest quo ad centum florenos. & tunc etiam solùm sustinuisset B. periculum decimæ partis capitalis: & hoc pro medietate tantum. Si autem B. prætendat tantundem habere de toto lucro, quantũ A. non esset dignum, quòd A. in fine societatis dimitteret ipsi B. aliquod participium capitalis, quin A. posset rehabere totum suam capitalem pecuniã (si saltem supermansisset) vnà cum æquali parte lucri, si obuenisset lucrum, & B. solùm aliam partem totalis lucri reciperet sine vlla parte capitalis pecuniæ: & tunc etiam B. nullius partis capitalis periculum sustinuisset. Et si A. in primo casu, scilicet qñ A. solùm posuit 100. flore. dicat dignum esse, quòd dimitterem participare capitalem pecuniam, si operas, quas potest B. imponeret circa illos 100. de facto; sed de facto non potest impendere: quia tanta est eius industria, quòd sufficeret ad exercẽdam annuatim mille, & ideo ex quo de facto non impendit tantas, quantæ operæ sunt sibi possibiles, ideo non debeo secum dividere illos 100. in fine societatis. Et est simile, si B. posset in vno anno colere 10. iugera: & tamen traderem sibi dumtaxat vnum iuger, non esset dignum, vt tantundẽ daretur sibi, sicut si operatus fuisset secundùm suam possibilitatem. Dicendũ, quòd si B. paratus esset omnes operas sibi possibiles impendere, si haberet materiam & instrumenta copiosa, ideò copiosam pecuniam proportionatam suę industriositati: tunc non stat per cum, quo minus impendat omnes possibiles. ergo aut A. imputet sibi ipsi, quòd B. tam paruas operas impendit (vnde tunc B. poterit participare æqualiter cum A. lucrũ & capitale: dummodo tamen B. inuitus exerceat tã paruam capitalẽ pecuniã melliens mille exercere: & dummodo interim non impẽdat operas in aliis negotijs, nec possit alibi inuenire ad operandum. secus si aliquod horum, saltem duorum primorum defuerit,) Aut si A. nolit sic agere, tradat sibi tantam pecuniam capitalem, quanta sufficiat ei pro sua operatiuitate, vtputa mille: & tunc faciat eum participem, non in toto capitali: sed in centum floren. & in parte lucri non totalis, sed correspondentis tantũ 100. floren. Aut si vult B. participare totum lucrum, ex quo tunc B. nullam partẽ habeat capitalis pecuniæ in prædicto casu, & hoc potest in simili patere de prædicto casu de 10. iugeribus agrorum. Et ex hoc etiam patet, quòd si vnus socierum: vt A. ponit pecuniã, alter. s. B. operas, & casu fortuito pecunia capitalis multum diminuitur, adeo quòd illa non sufficit ipsi B. pro sua operatiuitate: quin indigeret longè maiori capitali pecunia: vt haberet ad satis operandum, & ad vitandum ocium: non tenetur B. permanere in societate: nisi A. velit reparare capitalem pecuniam, quod si nolit (sicut etiam non tenetur) tunc etiam B. non tenetur continuare societatem: quia esset sibi valde perniciosa: quia cogeretur ociari pro magna parte, nec fuit eius mens à principio contractus contrahere in tam parua pecunia circa illam communicando suas operas: posset tamẽ continuare societatem illam: si vellet A. ei dimittere partem illius reliqui parui capitalis dividendo illud secum, quod aliàs non diuisisset, si non petijsset: sed sibi ipsi in fine totum applicuisset. Aut si B. posset aliam societatem cum tertio contrahere, ita ꝙ sufficeret ad impẽdendũ vtriq; societati operas sufficientes: tunc enim A. non posset ei contractum illius secũdæ societatis prohibere: quia sine suæ societatis præiudicio id ageret. Modò quod mihi prodest, & tibi non obest, prohiberi non debet. l. j. §. idẽ ainnt. ff. de aq. plu. arcẽ. Et simili modo posset dici, qñ B. posuisset non operas:

sed re cum re, vel pecunia A. & contraxissent tolùm super ipsis dividendis inter se: & res alterius esset etiam sic diminuta. Et hæc de præsenti quæstione.

QVÆSTIO XCVI.

Vtrum sequens contractus societatis sit licitus, scilicet A. tradidit centum flore. B. quatenus eos exerceret in negotiationibus, & B. tantùm ponit operas, & totum periculum 100. flor. remanet in periculo A. ita quòd qualitercunq; perdantur sine culpa ipsius B. nihil tenetur B. restituere A. pro illis. A. autem vult, quòd B. respondeat sibi de lucro sixo pro illis centum florenis. De hoc casu possunt poni duæ opiniones. Prima est, quòd sit illicitus. Secunda, quòd sit licitus. Sed distinctius loquendo, & clarius resolvendo casum potest respõderi per quinque dicta, seu conclusiones, & per triũ argumentorum solutiones.

Prima conclusio. Prædictus contractus est virtualiter duo contractus sese consequentes, hoc est includit duos contractus, qui quodam ordine censentur celebrati inter eos. Nam imaginandum est, quòd A. primò contraxerit contractu societatis cum B. vt puta, quòd A. poneret pecuniam, & B. operas tantùm, quòd aliquota pars lucri deberet cedere A. & alia B. vtputa si communicatio operarum B. æquiparatur communicationi pecuniæ A. tunc æqualis aliquota lucri debebit cedere vtrique eorum: quæ tamen aliquota vel medietas non est certa: eo quòd notandum est certum, quantum lucrum proveniet: quia fortè paruum, vel magnum, vel omnino nullũ. & si capitale non perdatur in toto, nec in parte. A. rehabebit suum capitale totum. ideo ēt A. sustinet periculum totius capitalis. Hoc igitur facto, consequenter A. videns se habere ius ad medietatem lucri probabiliter proventuri, posset illed ius vēdere alicui tertio. s. D. pro determinato pretio. Nam res futuras contingit vendi & emi, ita q̃ ius, quod quis habet ad tales res eventuras assignet alteri: vt patet ex dictis tracta. 4. Si igitur A. alicui tertio põt illud ius vendere, poterit eadem ratione A. vendere illud suo consocio pro determinato pretio, quo facto consocius. s. B. habebit totum lucrum proveniens ex societate: quia medietatem lucri debentis sibi ex contractu societatis cedere, & ēt medietatem lucri, quæ debuisset cedisse A. quam sibi A. vendidit, & A. habebit determinatum pretium iuris sui venditi. Hoc autē pretium ideo in forma casus nominatur lucrum: quia datur A. loco lucri, quod debuisset cessisse A. Et dicitur fixum: quia lucrum, quod debuisset cessisse A. nec erat determinatæ quantitatis, nec ēt in impedibile quo ad ēventũ, quia poterat nullũ luctũ oio obvenire, & sic A. nihil habuisset vltra capitale. Hoc autem pretium habebit A. vltra capitalẽ pecuniã socialiter cõcatã: sive B. obveniat lucrũ, sive nõ.

Secunda conclusio. Prædictus contractus quantũ est ex genere suo, & de se est licitus: quia non includit nisi duos contractus prædictos. Modò vterq; eorum est licitus ex genere, & de se: vt patet de societate ex quæstione 94. & de venditione futuri lucri ex dictis in tracta. 4.

Tertia conclusio. Si per contractum licitum intelligeremus solum contractum, qui nõ cõtinet iniquitatem cõtra iustitiam commutatiuam, prædictus casus ēt potest esse ex circunstantiæ licitus: quia põt talis esse, q̃ tam in primo, quàm in secundo contractu eius seruetur æqualitas inter A. & B. vtputa si in primo vterq; non contendit habere, nisi tantam partẽ lucri, quanta proportionabiliter sibi debetur: habito respectu ad capitale positum: vt si æqualia capitalia posuerunt, æqualẽ partẽ lucri voluut habere. Similiter si in secundo cõtractu A. vendat B. ius partis lucri sibi debentis cedere pro pretio non nimis magno, sed proportionato: vtputa, si A. sperat probabiliter pro tempore societatis sibi pro sua parte cessuros 10. floren. Attamen non tanti vendit ius illorum ipsi B. eo quòd dubietas eventus illius lucri vilificat valorem iuris illius partis lucri. ideo tanto minoris sibi vendit, quantum meretur illa dubietas defalcari de eodem: vtputa, fortè pro 7. vel 8. vel aliter secundum conditionem probabilis spei quam habet A. ad 10. flor. Et per primum dictum soluitur argumentum, quo arguebatur contra secundum & tertiũ dicta sic: quia si esset licitus A. maximè quia esset societatis: sed hoc non: quia si est societas, tũc non debet conditio A. esse melior, quàm B. Modò est melior, quia A. habet certum & fixum lucrũ. & si nullum obveniret lucrũ ex negotiatione B. Nã dicẽdum, q̃ nõ est melior conditio A. quã B. quia illud certum lucrum, quod habet A. nõ est lucrum sociale, sed est p̃tium, pro quo vẽdidit ius sui socialis lucri. In lucro aũt sociali nõ deber esse conditio vnius melior, quã alterius. Si dicis. si A. vendidit ius sui socialis lucri, quod non est fixum, nec certum pro fixo, & fixum est melius incerto pretio & lucro. igitur iniquè vendidit, & sic venditio erit illicita, quicquid sit de societate. Dicendum, q̃ quamuis fixum pretium, vel lucrum sit melius lucro non fixo, & hoc si cętera sint paria: non tñ si cętera sint paria. Nã stat lucrum fixum esse 7. & lucrum non fixum esse 10. & contingit illa æquivalere, ita q̃ passim reperiuntur, qui darent vnum pro altero, & illo modo supponitur esse inter A. & B. Præterea ēt dato quòd nõ esset ibi nisi cõtractus societatis inter A. & B. tñ posset conditio vnius esse melior conditione alterius in vno: dummodo alia via refunderetur per pactũ ēt existẽs contra naturalia societatis. Et sic diceretur esse hic: quia quãuis de natura societatis ipsi A. nõ debeatur fixum lucrum: tñ si dimittit B. eo maiorem partem lucri verisimilis, quatenus sibi detur fixum lucrum: & sit proportio inter illam maioritatem lucri socialis assignatam B. & æstimationem certitudinis lucri dandi A. tunc erit æqua conditio vtriusque.

Quarta conclusio. Quamuis quidam volentes ea sum, vt proponitur, probare esse licitum, dicãt, hoc multiplici ratione posse probari; tñ non omnes rationes eorũ hoc efficaciter probãt. Primò. n. dicunt, q̃ rõne periculi est licitus. Nã in tota mercatione siẽ da ex hoc capitali, currit capitale ad periculum tradentis. Sed hæc ratio nõ concludit. Non enim sequitur, in illo cõtractu periculum est illius. igitur cõtractus est illi cõtrahenti licitus. Nã arguitur ab insufficienti conditione requisita ad bonitatem cõtractus:

bonum

bonum enim est ex integra causa, malum autem ex defectu cuiuscunque causarum, vt ait Diony. hoc est ad bonum actum non sufficit exclusio vnius malæ circunstantiæ, aut inclusio vnius bonæ circunstãtię: sed requiritur inclusio omnium bonarum circunstãtiarum, & exclusio omnium malarum. vt Aristot. 2. Ethic. dicit. bene agere contingit vno modo, peccare autem multiphariam. Præterea multæ contrahuntur societates, vbi periculum est totaliter apud tradentem pecuniam: nec tamen ob hoc sunt licitæ: quia ex aliis iniquitatibus redduntur iniqę: vt patet ex supradictis. Aut ergo hic censetur esse societas: tũc non potest inferri quòd sit licita ex hoc, quòd periculum est apud A. censetur vendidisse: tunc illud, quod vendidit B. scilicet ius partis lucri socialis, non est in periculo A. immo ipsius B. quia si nõ obuenit lucrum, hoc erit damnosum soldm B. non ipsi A. sicut & regulariter merx vendita est in periculo emptoris: quòd autem A. retinet periculũ alterius rei, quàm eius, quam vendidit: scilicet socialis capitalis, nihil facit ad contractum venditionis iustificandũ: quia venditio non respicit ipsum capitale sociale: quia illud nec venditur per A. nec emitur per B. Secundò probant eum esse licitum ratione lucri: quia eorum lucrum, quod probabiliter proventurũ æstimatur, habet aliquem valorem, qui potest aliquo modo pretio æstimari, & per consequens etiam iustè vendi: & sic sit in prædicto contractu. Sed cõtra hoc arguitur dupliciter. Primò: quia insinuat quasi A. vendat B. totum lucrum proventurum ex mercatione prædicta: in hoc quòd dicit: totum lucrum, quod probabiliter &c. hoc autem est falsum: quia non nisi pars illius lucri sibi debebat cedere, aliàs iniquè contraxisset A. cum B. in primo contractu, scilicet societatis, quod est contra sic arguentes, & sic etiam peccaret vendendo totum B. cum non totum sibi deb uisset cessisse, & sic plus vendidisset, quàm ius perci piendi habuisset, & etiam vendidisset ipsi B. ius quod ad B. pertinuisset. Secundò: quia nondum constat ex forma casus, quòd illud lucrum fixum, hoc est pretium, pro quo A. vendidit B. suũ ius lucri sit proportionatum illi luri. Non igitur est casus, vt iacet licitus simpliciter: nisi addatur sua quantitas & pro portio ad ius lucri. Tertiò probant idem ratione damni vitandi: quia A. qui dat suum proprium capitale, iustè potest inde exigere interesse. Contra: quia potius deberet dicere, quòd A. ratione lucri cessantis potest quid exigere à B. & nõ ratione damni, scilicet ratione partis lucri, quæ sibi debuisset cessisse de societate, & quam recipiet B. Differunt enim interesse damni, & interesse lucri cessantis. Præterea, quamuis pro lucro cessante possit aliquis exigere aliquid: tamen non est illa exactio licita dicenda: nisi supposito, quòd sit proportio æqualitatis inter valorem lucri cessantis, & illud, quod pro eo exigitur. Præterea, ratio aliquid accipiendi pro lucro cessante potius habet locum in mutuo: hic autem non est mutuum. multæ etiam requiruntur conditiones ad hoc, vt pro lucro cessante liceat aliquid accipere: vt patet in q. 30. Præterea etiam si hæ rationes concluderent aliquid: tunc nõ concluderent, nisi quòd contractus nõ esset, vel posset non esse illicitus ratione alicuius iniquitatis existentis contra iustitiam commutatiuam: per hoc tñ nondum haberetur, q̃ esset simpliciter licitus: quia in eo poterit esse ēt alia ratio pacti: vt patebit in quinto dicto. Quartò probant à simili, ponerem, quòd aliquis tradat alicui equum suum ad septimanam sub pretio cõpetenti: vt conducat eum in prælijs, & alijs necessarijs suis, tandem ille, cui equus tradidus est, emit totum futurum lucrum annuæ conductionis equi, hoc licitè potuit fieri. igitur eriã hic B. poterit licitè emere totũ futurũ luctũ. hoc simile valet pro quanto intelligitur, q̃ B. emat hic totũ futurum lucrũ non simpliciter: sed totum, quòd ipsi A. debuisset cessisse, & casus pro simili adductus includit etiam duos cõtractus, scilicet locationis equi, & venditionis mercedis locationis eiusdẽ: sic q̃ tradens equum locat pro debita mercede eum alteri, qui conducit eũ ad operas: ita q̃ ipsemet põt eo vti, & ēt eum alijs locare, & tandem recipiens equum emit à tradente futurum lucrum. Sed tñ casus pro simili adductus posset clarius & similiori modo sic poni, q̃ A. traderet equũ suũ B. & B. cũ eo laboraret alijs hominibus: ita q̃ A. poneret equum, & B. operas, & periculum equi esset ipsius A. & lucrum laborum B. & equi A. esset dividendum inter eos. Attã statim contractu inito, B. offerret se ad dandum A. determinatũ pretium, quatenus sibi dimittat rotũ, quod per labores equi & suas operas acquireret. Ita hoc. 2. essent duo contractus, qui omnino similes essent duobus inclusis in casu principali. s. societatis & venditionis partis lucri socialis. Quod autem prædicti ēt addunt dicentes, q̃ ratione contractus prædicti nulla in eo sit vsura: nisi hoc fieret in fraudẽ vsurarum, ita q̃ illud capitale non esset verè secundũ rẽ traditã pro capitali: sed potius pro mutuo, & ad vsurarium lucrũ, non est bene dictũ: quia cũ dicunt, si capitale nõ esset verè traditũ secundũ rẽ pro capitali: intelligunt sic, idest si non esset cõcatũ socialiter B. sed esset eidẽ mutuatũ. Et in hoc q̃ dicunt, ita q̃ illud &c. insinuãr, quasi via, per quam posset deprehẽdi, an sit ille cõtractus celebratus in fraudem vsurarũ: sit illa. s. q̃ consideretur, an A. tradiderit illã pecuniã per modũ socialis capitalis, vel an per modũ mutui. Modò hoc considerare est æquè difficile, sicut inuenire, an in fraudẽ vsuræ sit cõtractus factus, & sic illi remittũr lectorẽ ad viã, quę est eis æquè incognita: sicut est terminus ad quẽ. A sumptum probatur: quia aut traditio, de qua sonat forma casus, potest deprehendi ex eo quòd traditio, de qua sonat forma casus, non haber locũ in mutuo, aut si hẽt: tñ nõ est propria mutuo, sed cõis societati, & mutuo. Ex eo aũt q̃ est cõe duobus cõtractibus nõ põt inferri determinatè alter illorũ cõtractuũ. Maior probatur, q̃ prima parte. Nã in forma casus ponitur, q̃ periculũ pecuniæ sit ipsius A. hoc aũt nõ cõuenit mutuo: qa in mutuo periculũ pecuniæ est apud recipientem, non apud dantẽ. & sic ex huiusmodi traditione non posset deprehendi, q̃ esset ibi mutuũ: sed potius q̃ non esset mutuum. Sedẽm probatur: quia quamuis cõtra naturalia mutui pacitẽdo posset cõtrahi mutuum, vbi apud mutuantẽ esset periculum. prout in nauiganti. tñ hoc idem conuenit societati etiam

naturaliter, vel saltem non est sibi innaturale, & sic non poterit ex hoc deprehendi, quòd potius esset mutuum, quàm societas. Nec etiã ex intentione ipsa poterit hoc deprehendi, nisi in confessione. Modò si etiam dicat, se eam ex intentione per modum mutui tradidisse, & voluisse habere fixum lucrum, non quidem ratione mutui: sed ratione periculi susceptí, nõ oportet mox condemnare eum tanquam illud fecerit in fraudem vsuræ: quia etiam illud posset licitè fieri, prout patet ex dictis quæstio. trigesimanona. Aliter igitur dicendum est, illud posse deprehendi, scilicet si A. dicendo se ius sui lucri socialis vendidisse B. pro tali lucro fixo, deprehendatur pro nimis magno pretio vendidisse: tunc enim non solum iudicatur esse verè iniqua venditio: sed etiam præsumetur in fraudem vsuræ feciſſe, aliquin vsurarius nunquam mutuaret sub vsuris: sed semper illã viã amplecteretur sub nomine societatis, in qua consequenter venderet ius lucri socialis sibi debiti. est ergo condemnandus vt præsumptus vsurarius: sicut etiam si mutuò dedisset eã, & recepisset eius periculum in se, & diceret se pro periculi susceptione recipere lucrum fixum: cum tamen illud lucrum esset imporportionatum illi susceptioni, de quo casu habitum est quæstione trigesimanona. Sed contra secũdum & tertium dicta posset argui pro prima opinione dupliciter. Primò sic. Quia ille contractus est similis contractui. c. nauiganti. de vsuris, adeo q̃ si quis vellet exercere casum capinauiganti. & tamẽ nõ auderet: tunc ipse solis verbis mutatis contraheret præsenti contractu, & idem lucrum, quod obtinere intendebat per casum capitu. nauiganti. obtinet eodem modo per præsentem contractum. Nam in c. nauiganti. A. tradiderat pecuniam suam B. mutuò, & recipiebat in se periculum pecuniæ, & exigebat determinatum lucrum à B, & hoc idem facit A. vt patet intuenti. Secundò: quia quando quis ponit capitale pecuniam sub fortuna, & lucrum sub certitudine est vsurarius: vt patet ex dictis in quæstione nonagesimaterția ante secundam conclusionẽ. Modò A. facit hoc in proposito: igitur. Dicendum ad primum, quòd præsens contractus non est similis contractui. c. nauigãti, quia in præsenti sunt illi duo contractus, s. societas, & venditio, in c. verò nauigãti. fuerunt duo alij. s. mutuatio, & contractus innominatus. s. facio vt des: quia est contractus mutui cum pacto suisceptionis periculi pro mercede determinata. Secundò dato, quòd essent similes saltem quò ad finem obtinẽdum. s. adeò quòd si quis &c. vt arguũ est: tamen non ob hoc esset præsens contractus simpliciter dicendus vsurarius: quia nec casus c. nauigãti. est simpliciter vsurarius: quia si A. acciperet mercedem determinatam à B. nõ pro mutuo, sed pro susceptione periculi, & merces esset cõmensurata tali susceptioni periculi, contractus non esset in re vsurarius, quamuis haberet speciem mali: quæ tũ cessat tunc & apud illos, q̃s & apud quos illa merces est, & apparet proportionata. secus vbi est nimis magna: quia tunc efficitur præsumptiua vsura. sic hic: si A. partem lucri socialis sibi debitam vendendo B. vendat pro nimis magno precio peccabit, & ét habebit speciem præsumptæ vsuræ, secus quando vendit pro competenti pretio: vt exprimitur in secundo dicto. Ad secundum, quòd maior est vera, quando capitale est mutuacum, si autem est socialiter communicatum, non oportet nisi quando tradens pecuniã exigendo fixum lucrum loco indeterminati lucri socialis sibi debentis cedere, exigit nimis magnam quãtitatem: hoc autem non fit, si agitur secundum tenorem secundi dicti. Vel verius dic ad vtrunque illorum dictorum, quòd concludunt, quòd si contractus non sit illicitus ratione iniquitatis: tamen alia ratione potest esse, & est illicitus, prout in sequenti dicto patebit.

Quinta conclusio. Prædictus casus etiam si seruetur in eo omnimoda æqualitas iustitiæ cõmutatiuæ inter A. & B. in vtroque contractu incluto, & ita sit omnino æquus: tamen adhuc est illicitus ex alijs rationibus, probatur sic: quia aut A. tradẽdo 100. ipsi B. specificat traditionem. s. dicens se eos tradere socialiter, vel dicendo se eos mutuare, aut non specificat. vtputa solùm in generali dicit, trado tibi centũ vt cum eis negocieris &c. traditio enim est communis sociali communicationi & etiam traditioni mutui. Si secundũ. A. facit cõtractum, qui æquè vicinus est, vt sit in re vsurarius: sicut vt sit in re non vsurarius, igitur est illicitus. tenet cõsequentia: quia æquè vicinus existẽs damnato contractui: sicut nõ dãnato habet æquè speciẽ mali, sicut boni. & per cõsequens ab eo abstinẽdũ est. Sed antecedẽs probatur: quia ex quo traditio est cõis traditioni sociali & mutui. ideo cũ A. quærit lucrum, æquè apparet tradere mutuũ sub pacto lucri: sicut tradere socialiter cum pacto lucri. Et si dicis non æquè apparet illa traditio esse mutuum, sicut quòd sit societas: quia pactũ adiectũ est contra naturalia mutui. s. pro quanto A. vult sofferre periculum 100. floren. Dicendũ, q̃ quamuis non æquè apparet esse mutuũ purũ, sicut societas: tũ sufficit, q̃ æquè apparet, esse mutuum, saltẽ impurum: sicut apparet societas impura. Nam etiam si sit à parte rei societas, vtputa: quia A. ex animo tradendo illam pecuniam ipsi B. non eam à se abdicauit, sed ei cõcauit: tamẽ pactum adiectum de fixo lucro est contra naturalia societatis: & sic erit impura societas. Modò etiam in mutuo impuro committitur vsura: ideo adhuc stat, q̃ ille contractus est æquè vicinus impuro mutuo vsurario, sicut impuræ societati licitæ. Et si dicas. Si A. haberet animum illos centũ non abdicandi, sed tantum cõcandi ipsi B. tunc non posset esse mutuũ: sed societas. igitur non est æquè vicinus mutuo sicut societati. Dicendum, q̃ quãuis assumptum sit verum: tamen ex quo animus ille nõ constat, cum in voce non specificetur traditio. ideo apud audientes illum contractũ non plus apparebit societas, q̃ mutuũ etiã si in re pp animũ ipsius A. sit societas, ñ aũt detur primũ: tũc aut exprimit nomen mutui, aut nomen societatis. si primũ erit vsurarius, & hoc verè vel ꝑsumptiuè. Verè qñ pro mutuo exigit lucrũ, etiam si non exigeret fixum lucrum. ꝑsumptiuè aũt & non verè, qñ pro periculo susceptο acciperet: & tunc esset casus. c. nauiganti. Si exprimitur nomẽ societatis: tunc aut in animo habet, q̃ à parte rei velit mutuare. vtputa: quia abdicat à se pecuniã: suscipiendo tamen periculum eius in se, & tũc coram

Deo

Deo non relevat eum vocalis expressio societatis. Aut in animo habet, q̃ velit socialiter eam communicare B. & tunc quamuis possit esse, quòd nulla sit ibi iniquitas contra iustitiam commutativam: tamẽ quia lic contrahere est aperire ianuam maletuolis, qui sub eodem colore exercebunt vsuras. ideo contractus nulli consulendus est, sed dissuadẽdus. Nam vsurarius talem contractum audiens iustificari, mox dicet intra se, si non licet mihi expresso nomine mutui alicui mutuare. c. recipiendo in me periculum illorum. c. & expectando lucrum fixum, immo nec lucrum non fixum, & hoc propter c. nauiganti. tunc omittam nomen mutui, & vtar nomine societatis, & sic habebo lucrum fixum eq̃ue sicut si expressissem nomen mutui. Finaliter ergo patet, quòd prædictus casus ad minus est illicitus, aut ex eo, quia habet æquè speciem mali sicut boni, aut ex eo: quia cõtrahere illo contracto est aperire ianuam vsuras exercendi. igitur omittendus: nec vlli ante factum est cõsulendus, & approbandus. si tamen esset factus, & A. in conscientia sua diceret se in animo habuisse nõ contrahere mutuum: sed societatem cum B. modo tacto in primo dicto, & æqualitas esset seruata, vt in tertio dicto: tunc lucrum obtentum non oporteret de per se restituere. Et in hoc differt A. ab illo, qui etiam si esset vsus nomine societatis: tamen in animo habuisset non socialiter communicare: sed mutuare. nam ille secundus teneretur de per se restituere, quia lucrum verè esset vsurarium. igitur: sed in primo lucrum esset precium iuris venditi, quod tanti valoris fuit, & sic de per se restituere non teneretur, & dico de per se, quia de per accidens etiam A. teneretur restituere, scilicet cum adest ratio scandali, vel propriè infamationis, tanquam ipse sit delensor lucri vsuratij, prout in simili dixi quęstione 94. Et forte q̃ etiam si A. venderet ius suæ partis lucri vni tertio pro certo precio, non esset licitus: quia etiam talis contractus posset haberi suspectus, q̃ in fraudẽ vsuræ esset excogitatus, & etiam vsurarij possent con tractum vsurarium facere sub simili specie. Debet ergo A. (vt sit tutus in conscientia, si velit esse socius) non conari, vt pro incerto lucro habeat fixum, etiam si longè minus, & per viam venditionis pro iusto precio posset illud habere, sed debet contentus esse lucro sociali incerto, ne speciem mali præferat alijs. Nec quarta probatio tacta in quarto dicto posset ꝓbare illum contractum esse licitum simpliciter: quãuis probet eum ex genere, & ex circunstantia æqualitatis commutatiuæ posse esse licitum. Nam non tollit ab eo rationes peccati iam dictas. Nec simile adductum valet, quia rationes peccati iam dictæ non sunt sic natæ habere locum in illo simili in præsenti casu, quia casus similis non accedit ad mutuum: sicut præsens traditio pecuniæ accedit. Et hæc de præsenti quæstione.

QVÆSTIO XCVII.

Vtrum ille contractus tanquam societatis sit licitus scilicet A. tradidit B. centũ florenos, vt eos exerceat in negociationibus, ita q̃ B. teneatur A. reddere centum florenos, qualitercũque pereant, & si quod lucrum inde obtenerit, debeat B. A. dare aliquotam partẽ, quam A. protunc specificat, scilicet medietatem, vel huiusmodi. aut dimittit quantitatem eius pendere in placito B. Si autem nullum lucrum obtenerit: nihil teneatur B. A. dare, nisi capitalem pecuniam. Solutio stat in recitatione duorum modorum dicendi, & eorum improbationibus, & postea ponetur (vt videtur) fundamentalior modus dicendi.

Primus igitur modus est Host. & Ioan. And. & cõtinet tria dicta. Primum, quòd pactum illud valet, quo ponens pecuniam non sentiat damnum in capitali. probatur sic, quia hoc pactum non est contra, sed præter naturam contractus: pactum autem interpositum præter naturam valet: vt ff. depo. l. j. & in c. vnico. de commo. Secundò pro illo dicto allegatur. l. si non fuerit. ff. pro socio. Secundum, si capitale esset perditum casu fortuito: tunc qui posuit, deberet in foro animæ remittere, & illa duo dicta sunt Host. in sum. Tertium, pecunia posita poni apud mercatorem hoc modo, vt capitale sit saluum, & quòd de lucro soluatur certa pars, & illud est Io. And. vt recitat Panor. in c. per vestras. de donat. inter virum, & vxorem. Et sic ex illis dictis patet, quòd senserunt cõtractum, de quo quęstio querit, esse licitum, vel licitè fieri posse, saltem secundum Hosti, quamuis si ponderentur verba Ioan. And. in ea forma, in qua ea recitat Panor, non videtur posse haberi sufficienter, q̃ fuerit eisdem opinionis cum Hosti. quia dum quęritur, qualiter fiat ista depositio pecuniæ apud mercatorem, de qua illud. c. loquitur. Respõdetur secundum Ioan. And. q̃ mercator præstabit cautionem de pecunia integraliter restituenda: & de parte lucri reddenda &c. Vbi non dicit, q̃ mercator debeat pecuniam restituere, etiam si perieri sine culpa sua, sed potest intelligi Ioan. And. q̃ debeat restituere, supple, si supermanserit post finem mercationis.

Secundus modus dicendi est Azo. & Accar. in l. si non fuerit. ff. pro socio. & Goffred. & Ioan. Cald. & Bal. in l. j. ff. pro socio. & Panor. in d. c. & cõtinet tria dicta. Primum. prædictus contractus non est societas. probatur, quia pactum adiectum est non præter, sed contra naturam societatis. igitur non est societas. Antecedens probatur, quia de natura societatis est, quòd sociorum partes sint æquales, nisi aliud sit dictum: non enim negatur, quin agi possit in cõtractu, quòd ad vnum pertineãt duæ partes lucri, ad alium tertia: si is, qui plus debet habere, plus cõtulit societati, vel pecuniæ, vel operę, vel cuiuscunque actis: aliàs secus. Ratio autem huius assumpti est, quia societas est quoddam ius fraternitatis, & hæc est ratio specialitatis, quare ex vi pacti talis societas non valet, quamuis in alijs contractibus pactum appositum teneat, & hoc dictũ, & eius probatio sunt Azo. & Accur. Hoc dictum etiam sequuntur Ioan. Cald. in repetitione. c. nauiganti. de vsuris, & Goffr. dicentes. Vis vt sit vera societas, fac vt damna, & lucra sint communia. Secundum, prędictus contractus sapit vsurariam pravitatem. probatur, quia si non est societas: igitur est mutuum, & si sic, ergo cum fiat cum pacto lucri, sequitur, q̃ est vsurarium. Minor prima probatur: quia

quia ſi eſſet ſocietas, vel hoc eſſet quantum eſſet ex eius forma, ſed hoc non, quia eius forma eſt forma mutui, vel hoc eſſet ex natura eius, ſed hoc non, quia eſt contra naturam ſocietatis, quòd vnus habeat caput ſaluum, alius fractum, ff. eod. l. mutuis. Et hoc dicum & eius probatio eſt Bal. in l. j. C. pro ſocio. Tertium, prædictus contractus non eſt honeſtus, & licita ſocietas. Probatur dupliciter. Primò: quoniam contingere poſſet, ꝙ ponens operam ſentiret damnum in operis amiſſis, & in capitali pecuniæ, quod eſt cõtrà naturam ſocietatis: cum ſocietas ſit quædam fraternitas, l. verum, ff. pro ſocio. Secundò probatur per glo. in c. plerique. 14. q. 3. quę dicit, quòd ad hoc ꝙ ſocietas ſit licita, & honeſta inter ponentem pecuniam, & ponentem operam: oportet, quòd ponens pecuniam ſentiat de lucro, & damno, & illud dictũ, & probationes ſunt Panor. in c. per veſtras. de donat. inter virum, & vxorem.

Sed contra vtrunque modum dicendi poteſt argui, & primò contra primum modum dicendi arguitur tripliciter. Primò ſic, quia primum dictum contradicit ſecundo: nam in primo vult, ꝙ tale pactum valet: & ſic vult, ꝙ licet A. ſic pacifci: & tamen dicendo in ſecundo dicto, ꝙ ſi capitale eſſet perditum &c. vult, quòd non liceret ſibi ſecundum pactum agere, ſcilicet exigendo à B. reſtitutionem capitalis. Modò non licet alicui pacifci de habendo aliquid ab alio obligando eum ad ſibi dandum illud, quod non licet ſibi exigere ab eo: quia obligando eum, facit ei iniuriam: quia non habet ius id faciendi: alioquin haberet ius id exigendi. Secundò, quia tale pacifci diſcordaret ab intentione cordis. nam corde proponeret: immo proponere reneretur, quòd non vellet à B. exigere reſtitutionem eius, & ſic eſſet mendaciũ ſimulationis ibi. Item eſſet ibi peccatum ſcandali, & infamationis ſuiipſius, prout tactum fuit in ſimili in quæſt. 94. caſu primo, quia etiam hic ex parte A. eſt apparens mutuum: etiam ſi non ſit neceſſariò verum mutuum: vt poſtea patebit. Si autem pactum cõcordaret cum intentione cordis. A. proponeret reſtitutionem ab ipſo B. exigere, & ſic proponeret peccare. igitur peccaret. Secundò arguitur contra primum & ſecundum dicta ſic: quia ſi licet A. ſic pacifci: tunc erit omnibus ianua aperta exercendi vſuras. Nam A. non audens B. volenti exercere negociationes mutuare pecuniam ex ſpe, & pacto participandi lucrũ, dicet: non mutuabo tibi eam, ſed tradam tibi eam ſocialiter: ita tamen, quòd periculum totius illius pecuniæ ſit tuum, & dabis mihi partem lucri, ſi proueniat, & ſic idem intentum obtinebit B. ſicut ſi prædicto modo mutuaſſet cum pacto lucri. Tertiò arguitur contra probationem primi dicti, quia ſi accepit naturam pro ſubſtantia, & ita verum ſit, quòd pactum, quo ponens pecuniam vult eſſe liber à periculo eius, non ſit contra naturam, ideſt ſubſtantiam ſocietatis, ſed præter: tamen non ſequitur, igitur valet: capiendo valere pro licere, quia multa pacta contingit adiici alicui contractui, quæ non tollunt ſubſtantiam contractus, immo contractus manet ſubſtantialiter, ſed tamen deprauant eum: quamuis bene ſequatur. igitur valet, ideſt manet ſubſtantialiter contractus talis ſpecici, immo contingit, quòd etiam pacta, quæ ſunt contra naturam illo primo modo, non arguunt eum non valere, capiendo valere pro licere, quin ſcilicet adhuc maneat licitus: licet tranſmutetur in aliam ſpeciem: vt patuit. q. 89. corollario primo. Si autem acciperetur natura pro concomitante ſubſtantiam contractus, quomodo natura idẽ eſt, quod naturale, ſicut dicimus, caliditas eſt contra naturam aquæ, quia eſt contra frigiditatem, quæ eſt ei naturalis, ſic falſum eſt, quòd non ſit contra naturam ſocietatis, quòd ponens pecuniam in ſocietatem ſit liber à periculo. immo naturale ſocietati eſt, quòd ponens ſuſtineat eius periculum in toto, vel ad minus ſ parte: quamuis poſſibile ſit ſaltem de facto ipſum excludere per pactum, an autem licitè, patebit in tertio modo dicendi. Contra ſecundum modum dicendi arguitur ſeptempliciter. Primò, quia probatio primi dicti non valet, quia aut accipit naturam primo modo, aut ſecundo modo, ſi primo modo: tunc antecedens eſt falſum, quia non eſt contra eſſentiam ſocietatis, quòd ponens pecuniam ſit liber à periculo eiuſdem: nam ponentem pecuniam ſubſtare periculo eius non plus eſt de eſſentia ſocietatis, quàm ſit de eſſentia mutui, quòd mutuans ſit liber à periculo pecuniæ mutuatæ, & quòd mutuatarius ſubſtet illi, aut quàm quòd emptor ſubſtet periculo rei emptæ. modo non eſt de eſſentia mutui, quòd mutuans ſit liber à periculo, aut quòd mutuatarius ſubſtet periculo, quia illud contingit excludi per pactum manente ſubſtantia mutui, quia in caſu. c. nauiganti. eſt vſura, ergo mutuatio, quia ſedes vſuræ non eſt niſi mutuatio, & ſi mutuatio, igitur manet ibi ſubſtantialiter mutuatio, non obſtante, quòd mutuatarius non ſubſtet periculo, ſed mutuator. Similiter non eſt de eſſentia emptionis, quòd emptor ſubſtet periculo rei emptæ, quia per pactum contingit illud excludi, manente ſubſtantia veræ emptionis. Item in animalibus poteſt contrahi vera ſocietas: & tamen ibi contingit contrahi talem ſocietatem, qua A. (cuius ſunt animalia) ea communicat ipſi B. ſocialiter tantum quo ad vſufructum, remanente proprietate apud ſolum A. ſic quòd A. ſolus remanet dominus ipſorũ, & per conſequens etiam animalia ſolum ſunt in periculo A. in quo caſu quæro. An ne A. alicui tertio poſſit pro certa mercede imponere totum periculũ animalium manente vera ſocietate inter A. & B. Et patet, quòd ſic, loquendo de poſſe citra incurſum vllius iniquitatis commutatiuæ, & manente eſſentia ſocietatis. ergo etiam poſſet pro certa mercede imponere periculum totum B. manente vera eſſentia ſocietatis inter A. & B. Si autem accipitur natura ſecũdo modo: tunc quamuis antecedens eſſet verum: tamen conſequentia non valet. ſicut non valet, caliditas exiſtens in hac aqua, eſt contra naturam aquæ. igitur illa aqua non eſt aqua. Vnde naturalia contractuum contingit eis auferri, manente eſſentia, & vera ſubſtantia contractus. Immo etiam ſæpe contingit, quòd illa auferuntur eis licitè, vt patuit q. 89. corollario primo & ſecundo, & in ſequentibus quæſtionibus. Secundò, quia probatio antecedentis eiuſdem probationis non valet, qua arguit ſic, partes ſociorum debent eſſe æquales. igitur non poteſt alter ſociorum eſſe liber à toto periculo pecuniæ, & alter toti

toti periculo eius eſſe ſubiectus: quòd enim hęc probatio non valeat, patet dupliciter. Primò: quia antecedens intelligitur de partibus lucri prouenientis de pecunia: non autem de partibus capitalis, de qua tamen loquitur conſequens. Aſſumptum probatur: quia ſi intelligeretur etiam de partibus capitalis: tunc oporteret in omni ſocietate, quòd in fine diuideretur, non tantum lucrum ſociale, ſed etiam capitale, quod eſt falſum, etiam ſecundum arguentes: quia in illa ſocietate, in qua in fine non diuiditur capitalis pecunia ſocietatis: ſed tota cedit ponenti eã (ſicut communiter contrahitur) alter ſociorum, ſcilicet B. fuit liber à toto periculo eius, & alter, ſcilicet A. ſubſtinet ton periculo eiuſdem, & tamen ſtat, ꝙ partes eorum ſint æquales, ſcilicet loquendo de partibus lucri, ſi igitur ibi eſt ſubſtantialiter vera ſocietas. immo ſtat, quòd etiam ſit licita ſocietas: tunc eſt inter eos quaſi fraternitas: & tamen alter eſt totaliter liber, alter totaliter ſubiectus periculo capitalis. igitur ſignum eſt, quòd prædicta conſequentia non valuit. Tertiò: quia dicendo, quòd hæc ſit ratio ſpecialitatis, quare ex vi pacti &c. innuit, quòd in cæteris contractibus pactum appoſitum contra naturam eorum non impedit, quin valeant, & hoc non eſt verum, niſi natura capiatur ſecundo modo. In hoc autem, quod dicit, in contractu ſocietatis impedit, & hoc ex ratione fraternitatis, innuit falſum: quia innuit, quaſi nõ poſſet manere tõ fraternitatis inter A. & B. ſi alter eſſet liber à periculo pecunię capitalis. Modo hoc eſt falſum: quia ad fraternitatem illam, quæ requirit ſ ſocietate, ſufficere poteſt, quòd ſint fratres in partibus lucri ſocialis, non autem in capitali pecunia, quia tunc ſemper eſſet etiam capitalis pecunia diuidenda in fine ſocietatis. Item tunc quatione oporteret A. eſſe ſubiectum periculo pecuniæ: etiam oporteret B. eſſe ſubiectũ periculo, quod eſt falſum, vt patet ex dictis. Quartò, quia dicendo, fac vt ſit vera ſocietas &c. innuit quaſi non poſſit eſſe vera ſocietas: niſi &c. quod eſt falſum, intelligendo de damnis capitalis pecuniæ. ſine loquatur de ſocietate vera, veritate eſſentiæ, ſine veritate licentiæ & iuſtitię: quia ſtat, quòd ſit vtroque modo vera ſocietas, vbi alter, ſcilicet B. nulli damno capitalis pecuniæ ſubiacet: ſicut nec participaturus eſt in fine ſocietatis (niſi loquamur de damno ex culpa proueniente) ergo eadem ratione ex pacto aliquo poſſet manente vera eſſentia ſocietatis contingere, quòd A. nullidãno capitalis pecuniæ ſubiaceret, & totum eſſet B. & etiam ſine hoc, quòd A. iniuſtè grauaret B. vel melio ratet iniuſtè ſuam propriam conditionem, dummodo A. refunderet B. alia via huiuſmodi periculum ei impoſitum. quare autem notanter dicam: ſine hoc, quòd A. iniuſtè grauaret &c. & non dico illicitè: patebit in tertio modo dicendi. Quintò arguitur contra ſecundum dictum ſic, quia dato, quòd maior ꝓbationis eius eſſet vera, licet non neceſſariò habeat ſpeciem veritatis: tamen minor negaretur. immo æquè contingit manere ſocietatem ſubſtantialiter. ſicut contingit mutuum manere mutuum, vbi mutuatarius non ſubſtat periculo, ſed mutuator: vt patet in c. nauiganti. quia non plus eſt illud eſſentiale mutuo, quàm alterum ſit eſſentiale ſocietati, & ecõtra. Ad probationem dicetur, quòd non eſt forma tantum, nec ex natura, ſed ex forma vnà cum intentione A. contingit illum contractum habere, quòd ſit ſocietas, & non mutuum: quod patet, quia forma tradendi poſita in titulo eſt communis traditioni ſociali, & traditioni mutui. vter quę enim tradit pecuniam alteri: & quamuis pactum adiectum præ ſe ferat, vel præferat ſpeciem mutui: tamen non arguit, quòd ergo ibi ſit verè mutuum: quia ſæpe naturale vnius contractus apponitur alteri, cui non eſt naturale. nec tamen arguit illum alium eſſe eſſentialiter talem, cui illud eſt naturale. Quòd autem ex intentione, & forma ſimul poſſit habere, quòd ſit ſocietas, patet: quia ſi A. intendit transferre interſurium & conſequenter dominium pecuniæ in B. tranſlatione abdicatiua eſt mutuum. ſi autem tantum tranſlatione communicatiua faciendo B. condominum eius: impoſſibile eſt eſſe mutuum, ſed erit ſocietas, & de illis patuit q. 93. concluſione prima & ſecunda. Sextò, quia probando, quòd ex natura non ſit ſocietas, deficit, quia ſi accipit naturam primo modo: tũc eſt falſum, quòd prędictum pactum adiectum ſit cõtra naturam ſocietatis, vt oſtendi. Si autem accipit ſecundo modo: tunc quamuis ſit contra naturam, ꝙ A. habeat caput ſaluum: non tamen ſequitur. igitur non eſt ſubſtantialiter ſocietas. nec etiam ſequitur, quòd ergo non ſit æqua ſocietas, quin illud naturale excludi poſſit ſic, ꝙ non iniquè fuerit actum cum B. dummodo A. imponendo periculum eius B. illud refundat alia via. Præterea, quamuis ſit contra naturam, ꝙ determinatè ille ſocius, ſcilicet A. qui ponit pecuniam, habeat caput ſaluum: tamen non eſt contra naturam indeterminatè loquendo, ꝙ alter habeat caput ſaluum, alter fractum, quia ſtat etiam licitè, ꝙ B. habeat caput ſaluum: ſic ꝙ capitalis pecunia pereundo non pereat ſibi, ſed ſoli A. igitur falſum aſſumit ſic generaliter loquendo, ꝙ ſit contra naturam ſocietatis, ꝙ vnus habeat caput ſaluum, alter fructum. Septimò arguitur contra probationem tertij dicti, quia non eſt contra naturam ſocietatis, etiam capiendo naturam ſecundo modo, ꝙ B. ſentiat damnum tam in operis, quàm etiam in pecunia capitali: ſaltem loquendo de ſentiendo partem damni pecunię capitalis: vt patet in illa ſocietate, in qua in fine etiam eſt diuidenda capitalis pecunia. immo etiam in aliqua, in qua non eſt diuidenda capitalis pecunia in fine: prout patet in corollario ſecundæ concluſionis quæſtionis 93. Quare ergo non poſſet A. ſine iniquitate, vel inæqualitate imponere B. totum periculum pecuniæ capitalis: etiam non diuidendæ in fine: dummodo refunderet ei ſufficienter illud onus: dimittendo B. adeo maiorem partem lucri: cum aliàs ſatis parua ei deberetur, ſuppoſito ꝙ viles eſſent operæ eius. Nec allegatio legis veri &c. valet, quia quomodo ſit intelligendum, ꝙ ſocietas ſit quędam fraternitas, patuit.

Improbatis igitur prædictis duobus modis dicendi ponit poteſt.

Tertius modus dicendi, qui continere poteſt tria dicta. Primum eſt: ſtat, ꝙ in caſu quæſtionis ſit ſubſtantialiter, & eſſentialiter vera ſocietas inter A. & B. quia ſi non: maximè quia eſſet mutuum, ſed hoc

non

non est necessarium, quia si A. haberet talem intentionem, qualis est exposita in quinto argumento contra secundum modum dicendi: impossibile est esse mutuum, & erit vera essentia societatis. modò stat, quòd A. transferendo habeat illam intentionem. igitur. Secundò, quia illa, quæ ex prædictis modis dicendi videntur obstare, ne sit substantialiter vera societas, sunt falsa: vt patet ex primo argumento contra secundum modum dicendi. Secundum dictum stat, quòd in casu quæstionis etiam sit societas, quæ de se & intrinsecè non sit iniqua contra iustitiam commutativam, scilicet continendo aliquam inæqualitatem inter A. & B. probatur, quia pono, quòd operæ B. sint æquales communicationi pecuniæ A. considerando pecuniam quo ad interusurium eius, & ita debeatur B. solum medietas lucri, & alia debeatur A. & periculum totius pecuniæ capitalis sit ad A. sicut etiam pecunia capitalis debebit in fine redire tota ad solum A. si non pereat à fortuna. Hoc posito quæro, an ne sofferte periculum totius pecuniæ capitalis sit refusibile aliqua pecunia, vel re æstimabili pecunia, & patet quòd sic. Nam vnus tertius susciperet aliquantam pecuniam, vel rem æstimabilem pecunia, & susciperet periculum totius pecuniæ loco A. ergo A. sine incursu iniquitatis contra iustitiam commutatiuam potetit illud periculum imponere B. dummodo ei satisfaciat pro impositione oneris eidem indebiti, maximè si illud faceret: vt eo magis solicitus sit ad custodiendam pecuniam. Si igitur A. tanto minorem partem lucri recipiat, quanti oneris est sustinentia periculi. vtputa si recipiat centesimam, cum possit longè maiorem partem lucri recipere, scilicet medietatem totius lucri, & dimittat B. omnes reliquas partes lucri, iam sufficienter refudisset ei onus. igitur non iniquè gravaret B. ergo posset ei illud imposuisse, sicut potuisset illud imposuisse vni tertio, & hoc quo ad hoc, quòd A. neutrobique peccaret peccato iniusti grauaminis, quod dico propter dicenda in tertio dicto. Modo in casu quæstionis nó exprimitur, an A. exigat à B. tantem, vel tantam partem lucri, igitur stat, quòd forma casus manente. A. exigat ita vilem partem, vt argutum est, quòd nō erit grauamen iniquum ibi. immo etiam in titulo ponitur, quòd A. mittit determinationem partis pendere in beneplacito B. dummodo ei aliquid det de lucro. Tertium dictum. Casus quæstionis est illicitus A. etiam si minimam partem lucri velit habere. probatur, quia & si stet, quòd sit substantialiter societas: immo societas non continens iniquitatem contra B. tamen habet speciem mutui vsurarij: quia traditio illa quantum est ex forma sua, per omnia est forma, in qua fit mutuatio: quamuis non sit propria soli mutuationi, & licet intentio posset facere, quòd non esset mutuatio: tamen illa non constat hominibus. ideo ille contractus natus est infamare A. de crimine vsuræ, & sic A. contrahendo agit contra charitatē suippsius, & etiam ille contractus natus est scandalizare proximum, quia ex hoc accipiet proximus occasionem, etiam contractum, qui ex intentione est inuitum vsurarium exercere. Item si admitteretur ille contractus, aperta esset ianua omnibus vsurarijs, pro argutum est, & fundamentum huius modi dicendi patet satis ex dictis quæst. 91. Ex nunc dictis patet etiam, quomodo ille tertius modus dicendi differt à primo modo dicendi, quia non dicit eum licitum; differt etiam à secundo: quia non dicit eum illicitū illo modo, quo secundus modus, sed alio modo, & ex alio fundamento. Ad probationes primi modi dicendi patet solutio. Vnde ad §. de illa. instlir. pro socio, vbi dicitur, quòd valet pactum: vt alter non sentiat de damno, sed de lucro. Dicendum, q̄ intelligitur, q̄ licitum est ponenti operam pacisci, vt non sentiat damnum pecuniæ capitalis: non autem intelligitur, q̄ liceat A. pacisci, q̄ non sentiat damnum pecuniæ capitalis, & dato q̄ etiam diceret: tamen illud esset sic intelligendum, quòd stat, q̄ ibi non sit peccatum iniquitatis: non tamen propter hoc erit immunitas ab omni alia ratione peccati: vterque etiam contrahentium sentit aliud damnum. Nam A. præter damnum, quod expectat in pecunia capitali ī toto, vel in parte, si perdatur; habet expectare etiā damnum in interusurio eiusdem pecuniæ, etiam si pecunia non perdatur. sicut econtra. B. sentit damnum perditionis operarum, si contingat: vterq; etiam sentit lucrum proueniens de pecunia, & operis alterius. Et hęc solutio est validā: non autem illa, quam dāt Ioan. Gald. dicens, q̄. §. ille intelligitur non de capitalis sed de damnis, & lucris contingentibus saluo capitali. nam contra hoc argueretur sic, quia si æquitati societatis non obstat, q̄ in lucris contingentibus ex interusurio pecuniæ, & operarum sint ita inæquales, q̄ vnus vtputa etiam ille, qui dat pecuniam: sentiat lucrum sine damno oppositi tali lucro, & hoc non potest esse, nisi alter, scilicet A. alteri, scilicet B. refundat onus alia via. ergo eadem ratione etiam fieri poterit sine incursu iniquitatis, q̄ alter, scilicet A. sentiat lucrum sine vllo damno capitalis pecuniæ: dummodo A. refundat B. onus periculi capitalis ei impositum. ergo illa solutio non sic contra prędictum. §. defensat condemnationem contractus, quē condemnat: quin eadem ratione posset eum saluare: sicut illum saluādum censet, de quo ille. §. loquitur. Et si arguatur etiam contra præcedentem solutionem: quia æquè non debet else melior conditio ponentis operam, quàm ponentis pecuniam: sicut non debet esse melior econtra. ergo si non redditur illicita societas per hoc, quòd ponens operam non vult sentire de dāno capitali, quomodo intelligitur ille. §. secundum illam solutionem: tūc eadem ratione etiam non redditur illicita per hoc, q̄ ponens pecuniam non vult sentire damnum eiusdem capitalis pecunię. Alioquin vnus posset habere conditionem meliorem alio. Et confirmatur, quia si. §. ille voluit declarare, q̄ licitum sit pactum, quo ponens operam non sentiat aliquid de damno capitalis: tunc frustra de hoc conditum fuisset ius: quia tunc illud esset no cessarium scilicet, q̄ ponens operā non sentiret damnum capitalis: quia suum oppositum, scilicet, quòd ponens operam sentiret totum damnum, nunquam posset licitè fieri. Dicendum, q̄ non est par ratio, quia quando ponens pecuniam vellet else liber à periculo, tunc haberet speciem mali, etiam si nulla esset iniquitas inter eos, quin omne onus impositum ponenti operam esset ei refusum per ponentem pecuniam

cuniam. Non sic quando ponens operam vult esse liber à periculo eius, & quod de inæqualitate conditionum arguitur. patet, quòd non obstante, quòd A. debet subitare periculo, & B. debet esse immunis: adhuc æqua manere poterit conditio vtriusque: vt patuit ſæpius. vtputa quia operæ B. solum æquivalent interusurio pecuniæ, & non pecunię dividendæ in fine societatis: quamuis argumentum probet, quòd sit, vel possit esse par ratio vtrobique quo ad hoc, qđ est æquitatem seruati hinc inde. Ad confirmationem dicendum, quòd ei quòd est, ponentem operam non sentire damnum capitalis, opponuntur duo, scilicet ipsum ponentem operam sentire totum damnum capitalis, & ipsum ponentem operam solùm partem damni capitalis sentire. Modo & si primum oppositum nunquam possit licitè fieri (quamuis sine iniquitate contingat fieri) tamen secūdum oppositum contingit licitè fieri, ideo non frustra emanavit ille, §. Item si allegetur. c. per vestras. de donat. inter vnū, & vxorem. Dicendum, quòd ibi non habetur, nisi q̄ licitum est pecuniam committere mercatori ad partem lucri non autem dicitur ibi, quòd possit illa pecunia committi manente periculo apud mercatorē, de hoc etiam patuit quæst. 94. in argumento contra primum dictū primi casus, & hęc de præsenti quæstione. Et in hoc finitur sextus tractat. huius operis.

TRACTATVS SEPTIMVS, ET VLTIMVS.

Xpedito tractatu sexto, qui fuit de contractibus societatis, tam in animalibus, quàm in pecunia, consequenter vltimo accedendum est ad septimum, & vltimum tractatum, in quo determinandum est de contractu permutationis, & cambij, cuius tractatus prima quæstio est 98. in ordine quæstionum totius operis, & talis.

QVÆSTIO XCVIII.

Vtrum permutatio sit contractus licitus. Solutio quæstionis stat in quatuor suppositionibus, & quatuor conclusionibus.

Prima suppositio. Permutatio capitur tripliciter. Primò generaliter, prout accipitur tanquam synonymum cum commutatione, & sic omnis contractus non gratuitus, scilicet vbi aliquid datur pro alio dicitur permutatio, & sic emptio, vendirio, locatio, societas, & sic de alijs, dicuntur permutationes, & sic non capitur hic. Contractus autem gratuiti non dicerentur hoc modo permutationes, quia in talibus vnus contrahentium id, quod dat, non commutat pro alio: quia sine pacto, & intentione redditionis alterius: vt contingit in donatione & commodatione. Secundo modo capitur specialiter, prout est contractus, quo datur aliquid pro aliquo sine: siue vtrunq; hinc inde datum sit res distinguendo rem contra numisma, siue vtrunque sit numisma: dūmodo non detur ex vna parte numisma, & ex alia parte res, & illo modo capitur in proposito: quamuis quo ad eam speciem, in qua datur numisma pro numismate, an sit licitus contractus, specialiter dicetur in sequenti quæstione, sed in præsenti quęstione dicetur de vtraque specie in generali. Tertio modo capitur specialius, prout est contractus, quo datur res pro re distinguendo rem contra numisma: vt vinum pro blado, corium pro panno, equum pro asino, & sic de alijs. Et illo modo cambium pecuniarium non esset species permutationis.

Secunda suppositio. Permutatio prout in proposito capitur, scilicet secundo modo, est duplex. Quædam est rerum, distinguendo numisma contra rem. Alia est numismatum, & illa appropriato vocabulo dicitur cambium. Et dico, appropriato, quia hoc nomen non est omnino proprium nomen permutationis numismatum. Nam etiam commutatio rei pro re, vel rerum adinuicem posset dici cambium de rigore vocabuli: licet non de appropriatione. Prima autem species retinet sibi commune nomen permutationis per regulam topicam Aristot. 3. top. quando pluribus est vnum nomen commune &c.

Tertia suppositio. Permutatio scilicet rerum est duplex. Quædam est pura ab omni alio contractu: vt cum A. statim dat suum vinū pro blado B. quod etiam A statim recipit à B. nec alter alteri aliquid superaddit de nūmismate. Quędam verò est impura. puta quia ei admiscetur alius contractus. puta aliquando mutuatio, aliquando venditio, vel emptio, aliquando alius contractus. Exemplum primi. Si A. statim dat suum vinum pro blado B. & tamen B nō dat mox suum bladum A. immo solum post tempus, iam enim A. implicitè censetur B. mutuare bladū: quia perinde est, acsi B. dedisset bladum A. sicut & debuisset, & econtra. A. mox ei illud reddidisset restituendum sibi post tempus. Exemplum secundi. Vt si meum vinum valens centum florenos, do pro tuo blado valente nonaginta florenorum, ita tamen q̄ tu debes in supplementum superaddere decem florenos, iam ego censeor partim permutasse tecum: & partim etiam meum vinum vendidisse, & tu partim censeris permutasse mecum, & partim emisse à me vinum: potius tamen censetur permutatio, quàm vēditio ex parte mei, quia pecunia per te mihi danda non venit in illa permutatione: nisi accessoriè & in supplementum defectus valoris rei, & pro hoc facit c. ad quæstiones, de rer. permut. vbi text. permutationem

tionem appellat, si vas ecclesia pinguior permutatur nire pro proprietatis pro alia magis tenui, & in supplementum tenuitatis temporalium reddituum additur pecunia ex altera parte, secus autem vbi plus de pecunia mihi pro vino redderes, quàm de blado, ita q̃ in defectum pecuniæ dares mihi bladum: tunc enim licet esset etiam contractus mixtus ex permutatione, & venditione: tamen potius, & principalius esset venditio, quàm permutatio ex mea parte: & similiter ex tua parte potius esset emptio, quàm permutatio. Si autem tantundem das pecuniæ quantũ bladi pro vino meo: tunc æquè est permutatio sicut venditio ex mea parte: ita etiam tua ex parte erit æquè permutatio sicut venditio: nisi forte ex animo permutantium secus fit: puta si principaliter intendebant permutare & potius, quàm vendere, licet precium accesserit in supplementum: tunc enim esset permutatio. si autem e contra: tunc erit emptio, & venditio. Et de his vide Panor. in prædicto capitulo. Exemplum tertij. Vt si meum vinum valens centum florenos, do tibi pro blado tuo valente tantum nonaginta florenos, donando, seu liberaliter remittendo reliquam partem bladi superaddendam: tunc enim ei est permixta donatio. In præsenti autem tractatu loquar tantum de permutatione illa, quæ est pura ab emptione & venditione. Nam si quis nouit quid requiratur ad permutationem puram ab emptione & venditione, etiam sciet, quid requiratur ad illam, cui est emptio & venditio permixta: & hoc ex dictis in tractatu de empt. & vendit. & ex hic dicendis de permutatione. De permutatione autem, cui est admixtum mutuum, idem potest patere: sed tamen aliquid hic de illa dicetur: & etiam in sequenti quæstione de cambio mixto cum mutuo.

Quarta suppositio. Permutatio rerum est duplex. Quædam est œconomica, quædam verò lucrativa. Exemplum primi. Permuto meum vinum pro tuo blado, quatenus illo blado vtar in domo mea pro cibo: non autem, vt ipsum ad lucrum reuendam, vel aliter distraham. Exemplum secundi, quãdo illa permutatio fit, vt res, pro qua fit permutatio, distrahatur ad lucrum, & non vt permutans ea vtatur domi.

Prima conclusio. Permutatio, vt in proposito capitur, est contractus specialis ab alijs distinctus. probatur. Quia in proposito capitur secundo modo, & illo modo distinguitur ab alijs. igitur. Minor probatur de communioribus contractibus, cum quibus plus videtur coincidere. Et si oftensum fuerit, q̃ a talibus distinguitur: etiam satis erit verisimile, q̃ ab alijs distinguatur. Illi autem, quibus magis videtur identificari, sunt mutuatio, emptio, venditio, locatio, societas, donatio, & commodatio. Permutatio autem distinguitur à mutuatione. Primò, quia mutuatio solum habet fieri in illis rebus, quarum vsus est earum consumptio, & ad talem vsum: sed permutatio potest fieri in illis, quarum vsus non est earum consumptio, & etiam ad talẽ vsum. Secundò in hoc: quia non est permutatio: nisi res, quam permutans dat suo compermutanti, distinguatur ad minus numeraliter à re sui compermutantis. Sed ad mutuationem non requiritur illa alietas: quia quãuis possit mutuatarius dare mutuatori aliam rem numero: tamen etiam potest eandem numero eidem restituere. Tertiò, quia si debet esse pura permutatio: oportet q̃ mox sit retradita alia res, ita q̃ recipiens bladũ non habeat facultatem retradendi illam aliam rem, vel aliud bladum post tempus. econtra autẽ de substantia mutuationis est, q̃ mutuatarius non teneatur mox retradere rem mutuatam. immo requiritur lapsus temporis ei concessi. Ex illis sequitur corollarium triumembre tale. Quòd si A. det facultatem ipsi B. ad retradendum sibi post lapsum notabilis temporis idem bladum in numero, vel aliud in numero: idem tamen in specie, non potest esse permutatio: sed erit solum mutuatio. Et si A. velit, q̃ tradatur sibi alia res in specie distincta à blado, vel solum alia res in numero distincta à blado suo & mox: tunc est pura permutatio. Si autem velit, q̃ res distincta specie, vel numero à suo blado, ei tradatur post lapsum temporis: tunc non potest esse mutuatio pura simplicíter, nec permutatio pura: sed erit permutatio, cui est admixta mutuatio propter lapsum temporis concessum. Aut erit mutuatio cum pacto existente præter naturalia mutuationis: quia non est naturale mutuo, q̃ oporteat aliam rem numero restitui saltem in mutuo pecuniario. Secundò, q̃ distinguatur à venditione, probatur: quia permutatio rei fit non pro nomismate: sed pro alia re, sed venditio necessariò fit pro nomismate, igitur. Tertiò distinguitur ab emptione: quia permutatio rei fit non pro nomismate, sed mediante alia re: emptio autem fit mediante nomismate. Quartò distinguitur à locatione, quia locans retinet dominum rei locatæ, & solum transfert vsum in illum, cui locat: sed permutans trãsfert etiam dominum rei permutatæ in compermutantem. Secundò, quia dato q̃ contingeret etiam permutari vsum rei cum alio. Vt puta pro consimili vsu alterius rei, vel etiam pro re alia: tamẽ adhuc talis permutatio differret à locatione, quia locatio saltẽ propriè capta, vt est contractus nominatus, & specie ab alijs distinctus, non fit nisi pro nomismate. Prædicta autem permutatio fieret sine nomismate. igitur. Locatio autem impropriè dicta, qua vsus vnius rei concederetur alteri pro vsu alterius rei, vel pro alia re, non esset distincta à permutatione, vnde esset contractus innominatus. do, si des, cuiusmodi etiam est permutatio, & eodem modo etiam patet quomodo distinguatur à conductione. Quintò distinguitur à societate, quia permutans transferendo dominium, vel vsum rei suæ in alium abdicat à se id, quod in alium transfert, sed in societate ponens rem, vel vsum rei transfert eam in alium sine abdicatione eius. Sextò distinguitur à donatione, quia donans rem transfert rem in alium sine obligatione reddendi sibi aliã, sed permutans rem transfert eam cum obligatione reddendi sibi aliam. Septimò distinguitur à commodatione, quia commodans transfert solum vsum rei in alium, & hoc gratis: permutans autem rem trãsfert, non tantum vsum: sed etiam rem ipsam in aliũ. Et dato q̃ etiam transferret aliquando solum vsum rei in alium, retenta sibi proprietate rei: vt fit in permutata commodatione: tamẽ talis permutata commodatio, aut non est commodatio, quia non fit gratis,

tis, sed pro equivalenti, aut si est cõmodatio aliquo modo: sicut mutuatio lucrativa, seu vsuraria: est etiã mutuatio quędam: tamen talis distinguitur à permutatione rei pro re, de qua hic loquimur. Et generaliter permutatio distinguitur à supradictis speciebus: quia permutatio est contractus innominatus: & potest dici, q̃ sit contractus, qui dicitur do vt des, sed supradicti contractus, & alij sunt nominati. quomodo autem intelligatur, q̃ permutatio sit innominatus contractus: cum tamen habeat nomen, & si non proprium, tamen appropriatum, patuit quæst. 17.

Secunda conclusio. Permutatio rerum est cõtractus ex genere suo licitus.

Tertia. Permutatio rerum potest taliter vestiri circunstantijs, q̃ erit licitus, etiam simpliciter licitus.

Quarta. Permutatio rerum potest septempliciter depravari, secundum q̃ deficere contingit quamlibet septem circunstantiarum ad eius perfectam bonitatem moralem requisitarum. Ilłę autem tres conclusiones possunt sufficienter probari ex similibus, quæ dicta sunt quęstione 87. Et declarãdo quartam conclusionem potest exemplificari de singulis circunstantijs. Primò de circunstantia quis: vt si is, qui permutat, est per superiorem prohibitus contrahere cõtractu permutationis, & hoc vel cuiuscunq;, vel alicuius determinatæ permutationis. Vnde clericus, & si non sit ab omni permutatione prohibitus: est tñ prohibita ei permutatio negociatiua, seu lucrativa. Item permutatio beneficij si propria auctoritate sic restituta sine auctoritate episcopi transferẽtis personas. Secundò de circunstantia quid, quæ tamẽ coincidit cum obiecto permutationis: vt si quis permutat rem prohibitam permutari. De hoc pone quatuor exempla. Primum rem spiritualẽ, vel annexam spirituali prohibitum est permutare. saltẽ capiendo permutationẽ, vt est contractus non gratuitus, qui scilicet fit pro re tẽporali tanquam appreciatiua. Nã hoc modo prohibitum est spirituales res, vt officia ecclesiastica, vel ei annexa: vt beneficia permutare: quia præceptum est, vt illa gratis conferantur. igitur vt non pro re appreciatiua cõferantur. immo nõ obstante, q̃ beneficia ecclesiastica sunt res verè, & intrinsecè temporales, & ita ex sui natura appreciabiles. adhuc quia ecclesia statuit, vt nõ pro precio, vel re æstimabili precio cõfetantur: ideo illicitũ est ea tali animo permutare. Et, quod plus est, etiam si quis non animo appreciãdi, sed aliquo alio animo vellet permutare beneficium pro beneficio, non illud sibi liceret sua auctoritate: sed ad episcopum talia pertinẽt, qui trãsferre potest personã de beneficio in beneficiũ, & econtra: nõ autẽ partibus. Et nec episcopo licet permutare talia beneficia animo appreciatiuo: cũ beneficia sint annexa spiritualibus, & ea concomitentur, & hoc est propter dispositionem iuris positiui, q̃ prohibentis ea ingratuito animo, vel appreciatiuo animo conferri. Secundum exemplũ: vt si rem alienam quis inuito domino permutet cum effectu: qũ sic permutãdo contrectat rem alienã inuito domino. quomodo autẽ sit possibile, q̃ quis rẽ alienam licitè possit vendere inuito domino, patuit q. 70. Tertium exemplũ: vt si rem defectuosam permutat, nõ detegẽdo eius defectum alteri cõpermutanti, & intelligitur hoc siue illa sit defectuosa in substãtia, quãritate, siue qualitate. Vnde talis permutatio regulariter loquẽdo, est illicita illi, cuius est talis res. An autem ne in aliquibus casibus permutans talẽ excusetur: vt si proportionabiliter diminuit de precio, aut si scit, aut credit probabiliter compermutantem scire defectum, dic de illis proportionabiliter: sicut dixisse dictũ est in simili de vendente rẽ defectuosam, & de emente precio defectuoso, supra q. 54. & 55. Quartum exemplum: vt si quis aliquã illarum rerũ permutat, de quibus prohibitum est, q̃ non vendantur, dummodo lex prohibẽs earundem venditionẽ, si sit positiua, vtatur etiã vocabulo distractionis: quoniã sub distractione etiã comprehenditur permutatio. Aut si tali vocabulo non vtatur: tñ ex intentione velit etiã permutationẽ, aut cõsimilem distractionẽ earundem prohibitam esse. Aut si lex prohibens aliquarũ rerum venditionẽ, nõ sit positiua, sed naturalis: & ratio prohibens de venditione æquè habeat locũ in permutatione sicut in venditione. Exemplũ primi, & secundi. Nam multæ res sunt, de quibus est prohibitũ, q̃ nullus eas vendat saracenis, prout diffusè patuit quæst. 51. Et in tali prohibitione ipsum ius positiuum, aut vtitur vocabulo distractionis, aut si non vtitur: tñ clarè potest elici, q̃ mens legislatoris fuit, q̃ nullo cõtractu deberent talia eis tradi. vnde etiam adductio talium ad saracenos est interdicta. Et eodem modo de quibusdã alijs rebus est dicendũ, de quibus ius ciuile disposuit, vt non venderẽtur, de quibus etiã ibidem patuit. Exẽplum tertij: vt q̃ illæ res, de quibus patuit in q. 53. sunt prohibitæ, hoc est ex lege naturali & diuina mutuæ charitatis, quia tenemur proximis non dare materiam, aut auxilium, vel occasionẽ peccandi, & illa ratio æquè habet locũ in permutatione, ideo etiã earundem rerũ permutatio erit illicita. Tertiò de tertia circunstantia: vt si quis permutat ei, cui est interdictum alicui, vel tali cõpermutare: vt si A. permutet rem ipsi B. excõicato notorię, vel pro tali denũciato. Iam enim cõicat ei, cum tñ illicitum sit tali cõicare. Secundum exemplũ, si quis permutat alteri cum illi alteri permutatio sit interdicta. Vnde etiam si, prohibitio esset solum illi alteri facta, pura filio à patre, vel monaco ab abbate, & ego id sciens permutem aliquid cum tali, peccabo: quia & si prohibitio sibi facta nõ me contingat: tñ prohibitio legis diuinæ me cõtingit, quæ vult, q̃ non debeo alteri in peccato cõicare, aut ei auxilio esse in consumatione talis peccati, & huius simile habitũ est. q. 87. Tertium exemplũ. vt si quis saracenis, vel vuiclefistis, aut hussistis per contractum permutationis tradat talia, de quibus dictũ est in quæst. 51. Quartum exemplum, si quis indẽ q̃ contractum permutationis tradat aliquid in casu, de quo habitum est. q. 51. in conclusione secunda, de circunstantia cui. Quartò de quarta circunstãtia scilicet cur. Vt si quis permutationem rei faciat ob inhonestum finem, aut illicitum, & de hoc dic sicut in simili dictũ est. q. 51. quomodo venditio & emptio ex defectu debiti finis depravatur, & specialiter permutatio lucrativa. Quintò & sextò de circunstantijs vbi & quando, si scilicet in loco, vel tẽpore, quo permutatio est prohibita, facit permutationẽ. Vnde si est lucrativa, permutatio ipsa depravatur ratione inhabiti,

loci

loci & tẽporis eo modo, sicut dictum est, emptionẽ & venditionem lucratiuã depranati illo modo. Septimõ & vltimõ de circunstantia quomodo: vt si nõ seruat quis debitũ modum in permutãdo. Et de hoc possunt poni sepẽ exempla. Primum, qñ permutans non seruat æqualitatem valoris rerũ. Veputa rẽ minoris valoris dat ꝓ re maioris valoris, & de hoc dic sicut in simili dictum est. q. 57. de vendẽte rem pro precio maiori, quàm valeat, aut emente rem pro precio minori, quàm valeat. Et distinguendo, an quis illud scienter faciat, vel ignoranter, & an referat, si ille excessus, in quo decipitur alter, sit vltra dimidiũ iusti precij, vel citra, & si citra, an in notabili, vel in nõ notabili, & sic de maiis alijs varietatibus ibi dictis, quæ omnia simili modo applica huc. An autẽ æqualitas rerum adinuicem permutandarum consistat in indiuisibili, vel diuisibili, & quibus documẽtis agnoscatur valor, dic prout in simili dictum est. q. 56. de valore mercis & precij eius. Secundum, si A. permutat rem suam pro re B. quam tñ B. solum tenebatur dare post aliquantum tẽpus sibi per A. indultum, & res B. tunc danda esset verisimiliter melior, q̃res data sibi per A. & A. hoc facit vt sic ratione dilationis tẽporis lucretur: cum tñ A. tempore permutationis erat aliis paratus suã rem distrahere & permutare, & non erat seruaturus eam vsq; ad illud tẽpus, quo verisimiliter potuisset valuisse tale quid plus, secus vbi A. volebat eam reseruasse vsq; tunc, & ad instantiam B. permutat ei, & de hoc dic cum similitudinibus positis in q. 57. & 61. Tertium. si A. permutat rẽ suam pro re B. quæ & si secundum cursum illius tẽporis putantur hincinde æquivalere: tñ A. scit, vel probabiliter credit, ꝙ affutura est tanta afflictia rerum, quę suæ rei sunt similes, ꝙ sua res hodie tradita B. mox, pura eras notabiliter minus valebit, aut scit, vel ꝓbabiliter credit, ꝙ res cõsimiles rei B. sient quãtocius periturę, adeo ꝙ res B. mox notabiliter plus valebit, quàm putetur nunc valere. Nam in vtroque illorum casuum, an A. licitè permutet, vel non, dic prout in simili dictum est in q. 62. Quartum, qñ A. omnino immutatam rem permutat carius, q̃ ipse ẽmerit, vel alio modo acquisierit: & de hoc dic cum distinctione, sicut dictum est in q. 64. Quintum, qñ rem aliquam per permutationem, vel aliter acquirit vno tempore eo fine: vt eam alio tempore carius permutet, & dubitague sicut dictum est q. 65. Sextũ, qñ rem suam permutat alteri pro alia re etiã meliori: & hoc ob id, quod conspicit rem suam alteri esse valde commodosam, de quo in simili patuit i q. 56. An autem liceat ipsi A. eam permutare alteri pro re meliori ob id, ꝙ A. multum indiget illa re, & propter nimiam instantiam ipsius B. ei permutat pro tã to meliori, quanto ipse multum indiget ea, dic prout in simili patuit quæst. 56.

QVÆSTIO XCIX.

Vtrum cambium sit species permutationis, & licitè fieri possit? Solutio quæstionis stat in sex suppositionibus, & 11. cõclusionibus, i 1. & corollarijs.

Prima suppositio. Quamuis etiam rerum permutatio posset dici cambium: tamen appropriato vocabulo sola permutatio numismatum dicitur cambium, prout patuit in q. præcedenti, & illo modo capitur in titulo.

Secunda suppositio. Quamuis vterque contrahẽtium in cambio possit dici cambire: tamen secundũ vsum loquẽdi & appropriationẽ non vterq; dicitur cambire. Prima pars probatur à simili. Nam vterque contrahentium in permutatione rerum potest dici permutare: sicut enim A. tradendo vinum suũ pro bladoB. dicitur ipsum permutare cum B. sic econtra B. tradendo suum bladum A. dici potest permutare eum A. Vnde tam permutare, quàm cambire dicuntur relatiuè relatione æquiparantiæ. Secus est de vẽdere & emere. Non enim si A. vendidit suum vinum B. pro pecunia, dicitur B. econtra vendere suam pecuniam pro vino A. sed B. dicitur emere vinum A. Secunda probatur: quia propriè solum illũ dicimus cambire, qui ab alio impetitur. Vt cum indigeo numismate aureo, & peto à te illud, & tibi do argenteum: tu diceris magis propriè cambire, quàm ego. posses ergo tu dici campsor, & ego campsuarius: sicut donans donator, & ille cui donat donatarius, sed ad vitandum prolixitatem in dicendis: volo ꝙ petitus ad cambiendum vocetur A. & petens eum vocetur B. Et quia in præsenti materia sæpe oportet vti illis terminis: idem numero, specie, vel genere, accipiam illos vt philosophi accipiunt, & non vt domini iuristæ, qui ea quæ nos vocamus eadem specie, vocant eadem genere, & quod nos dicimus esse idẽ in numero, seu individualiter, ipsi dicunt eandem speciem. Vnde solent dicere, ꝙ mutuatarius tenetur restituere non eandem speciem, idest non rem eandem individualiter: sed rem eandem in genere, idest in specie. Et cum aliquod numisma dicam idem in numero, intelligam idem individualiter, nec illud, qđ est eiusdem numeri, seu quãtitatis discretè: puta est ternarij numeri sicut aliud: est ei idem in numero capiendo idem numero pro eodem individualiter.

Tertia suppositio. Permutatio capitur tripliciter. prout in prima suppositione præcedẽtis quæstionis.

Quarta. Cambium est triples. Quoddam fit inter numismata similia in materia & forma: vt cũ verum quę est aureum, & eiusdem inscriptionis, atque imaginis & signaturæ. Non enim obstat substantiæ cambij, quòd numismata ad inuicem commutanda sint omnino eiusdem speciei in materia & forma: sicut etiam est vera permutatio rerum eiusdem speciei: vt quando vnus equus datur pro alio eiusdem speciei: sufficit enim individualis distinctio. Sed de illo cambio est nobis minus ad propositum, quàm de alijs: quia in illo minus contingit subesse rationem lucri: non enim apparet, si detur vnus florenus pro alio sibi omnino simili, quæ ratio lucri possit subesse, nisi alter alteri faciat solutionem in loco distanti, & sic alter alteri seruat pro quanto virtualiter affert florenos alterius in loco distãti. Quoddam fit inter numismata diuersa in materia & forma: vt cum argenteum vnius inscriptionis datur pro aureo alterius

inscriptionis.

inscriptionis. Quoddam fit inter numismata diuersa in materia, non in forma: vel econtra, vt cũ argenteum vnius inscriptionis datur pro aureo eiusdem inscriptionis aut argenteum vnius inscriptionis, datur pro argenteo alterius inscriptionis. Vnde in omnibus illis potest saluari ratio cambij: quia cum illa identitate, seu similitudine stat ad minus individualis distinctio numismatum, quæ requiritur ad subsũ etiam cambij, non enim potest A. dici cambire numisma B. si det ipsi B. idem in numero numisma, quod A. recepit à B. vel econtra. Et hæc est vna differentia cambij à mutuo pecuniario: quia non repugnat mutuo pecuniario, quòd idem in numero numisma reddatur per mutuatarium, quod ei dederat mutuator: quamuis hoc non requiratur. Et ex hoc sequitur, ꝙ quando in cambio interuenit lapsus temporis, & per B. restituitur B. numisma solũ individualiter distinctum, non potest sufficienter distingui, an sit purum mutuum, vel cambium mixtum mutuo. Nam potest defensari sufficienter, ꝙ sit verum purum mutuum. Nam A. de suo facit, ꝙ efficitur B. pleno dominio, & vniuersaliter quòd B. sit obligatus ad restituendum sibi post lapsum temporis idem in specie, & omne periculum est ipsius B. igitur est mutuum purum & verum. tenet consequentia: quia nihil omittitur, quòd requireretur ad hoc, quòd A. ex intentione ei verè & posè mutuaret illud. vnde quòd vult rehabere idem in specie, non repugnat substantiæ mutui: quia substantia mutui abstrahit ab hoc, quod est sibi idem in numero restitui, vel idem in specie: ideo permittit secum vtroque. Nec mirum, ꝙ tunc non potest distingui, & discerni, si sit purum mutuum, vel cambium mixtum mutuo: sicut in certis casibus non potest discerni, an in aliquo casu sit societas, vel mutuum, nisi ex sola confessione intentionis alterius contrahentium: vt patuit quæstione 94. in quinto & sexto casibus. Et si dicas igitur etiam non sciretur, quando liceret A. recipere lucrum, vel non: quia si sit cambium licet mixtum, licitum est A. recipere lucrum. si autẽ sit purum mutuum: non licebit ei recipere lucrum. Dicendum, quòd nihilominus potest hoc sciri: quia etiam si sit purum mutuum, & non cambium. A. mutuans potest vltra sortem recipere lucrum non ratione mutuationis, seu dilationis solutionis: sed ratione illius, quòd A. debet solutionem à B. in alio loco, & distanti recipere, quòd A. non potest facere, nisi per labores, & operas exhibendas, vel exhibitas pro B. & sic non ratione temporis interuenientis: sed ratione loci distantis recipere poterit A. lucrum: teneretur enim B. restituere sortem in eodem loco, in quo degit A. & ei mutuat, & non in extraneo loco.

Quinta. Cambium est duplex. Quoddam est purum ab omni alio contractu: vt cum A. dat mox vnũ florenum B. pro moneta, & B. etiam econtra mox tradit monetam. Quoddam verò est impurum, cui scilicet est admixtus alius cõtractus: puta mutuum. Vt cum vnus eorum non mox tradit suum numisma, quando recipit alterum ab altero, & illud est duplex. Quia aut huiusmodi mutuum tenet se ex parte A. vt cum A. mox tradit suum numisma: sed nõ mox recipit à B. aliud, sed expectat illud recipiẽdum post tempus: tunc enim licet A. non mutuet B. suum numisma, quod à principio tradidit B. tamen numisma, quod B. deberet ei mox dedisse, dicitur A. ipsi B. mutuare. Aut illud se tenet ex parte B. vt cum B. mox tradidit suum numisma A. sed non mox recipit ab A. aliud, sed expectat illud recipiendũ post tẽpus.

Sexta, ille, qui appropriato vocabulo dicitur cambire est duplex. Quidam est deditus talibus operis, & ille propriè vocatur campsor: nomina enim verbalia in or important habitum & studiosam applicationem, qua quis deditus est alicui rei, & tales sunt illi, qui tenent tabulas ad hoc paratas, & bancos. Alius est, qui non est deditus talibus, cuiusmodi sunt communiter homines saltem pecuniosi, qui passim dant hominibus numismata, quibus indigent pro alijs.

Prima conclusio. Cambium est species permutationis primo, & secundo modo captæ: non autẽ tertio modo. Hæc conclusio patet quo ad omnes partes per ea, quę dicta sunt in prima suppositione præcedentis quæstionis.

Secunda conclusio. Cambium est contractus distinctus ab alijs, probatur enumerando aliquos, quibus magis videtur identificari, cuiusmodi est mutuatio, venditio, emptio. A mutuatione enim patet distinctio eius triplex. Primò per illam differentiam, quæ tacta est in quarta suppositione. Nec valent duæ probationes, quibus A. Iexan. de Alexãdria vult probare, quòd cambium non sit mutuum. Primò enim inquit: quia non speratur lucrum propter dilationẽ temporis. Secundò, quia campsori non redditur eadem res in specie, vel in numero: quia dat monetam vnius generis, & recipit monetam alterius. Sed prima probatio non valet: quia sic arguendo in illo cõtractu non speratur lucrum ratione temporis dilati. igitur ibi non est mutuum: supponitur illa propositio subintellecta, scilicet in omni mutuo, oportet, ꝙ speretur lucrum ratione dilationis temporis: aliàs enim illud enthimema nullam habet apparentiam, nisi illa propositio subintelligatur. Modo illa propositio est falsa, quia tunc omne mutuum necessariò esset vsurarium, & sic sua probatio procedit ex falso. Si autem dicas, quòd ipse intendit probare, ꝙ non est mutuum vsurarium: tunc quamuis probatio valeat: tamen per hoc nondum habetur, ꝙ cambium non sit mutuum, vel quòd distinguatur à mutuo, quia nõ valet consequentia ab inferiori ad superius negatiuè, vel à parte in modo ad suum totum negatiuè. Secunda etiam probatio non valet: quia etiam contingit in mutuo, ꝙ ipse mutuatarius reddit mutuatori numisma alterius speciei. Vt mutuati tibi aureum, tu mihi reddis argenteum, etiam alterius figuræ, & inscriptionis, dummodo in illa patria currat. Aut si contẽdis, quòd hoc sit præter naturalia mutui: tamen saltem potest reddi aliud in individuo: quod tamen est idem in genere, & in specie. modo etiam in cambio hoc fieri potest: vt patet ex tertia suppositione ꝓmissa. Secundò etiã patet distinctio cambij à mutuo per hoc, ꝙ in cambio vt tali non requiritur lapsus tẽporis intermedij: immo ad purũ cambiũ requiritur, ꝙ à tradente numisma ipsi B. etiam mox B. reradatur

si suum numisma, quantum est de naturalibus cambij, quamuis hoc non sit de substantialibus cambij. Tertio, quia mutuatio etiam habet locum in alijs rebus à numismate: sed cambium propriè non nisi in numismate. Quòd etiam differat à venditione & emptione patet, quia in emptione, & venditione oportet alterum commutabile esse rem, vt res distinguatur contra numisma, scilicet mercem, sed in cambio vtrunque commutabile est numisma: patet etiam ex dictis in prima conclusione præcedentis quæstionis, quomodo ab alijs distinguitur: sicut & permutatio, prout est suum genus, vel permutatio rerum, quæ est species ei conditiuncta. Et ex hac distinctione sequitur, ꝙ impossibile est, pecuniam vendi & emi: quia nihil emitur, vel venditur, nisi sit res, distinguendo rem à numismate, & illud, pro quo emitur, vel venditur, sit numisma. Modo quando pecunia emeretur, vel venderetur: tam id, quod emeretur, vel venderetur, quàm illud, pro quo emeretur & venderetur, esset numisma, igitur. Vnde sequitur, ꝙ pecunia est imembilis, vel inuendibilis. Hoc tamen potest intelligi dupliciter. Primò, considerando pecuniam gratia materiæ, scilicet metalli, in quo est inscriptio, & auctoritatiua approbatio, & hoc modo non est verum: sic enim contingit ipsam emi, & vendi, quia vt sic, nō est numisma. Nam materia rei artificialis non est res artificialis (hæc res naturalis cuiusmodi est) metallum est figura artificialis, nec est ipsum compositum ex re naturali & artificiali. prout patet per philosophum 2. Phy sic. & 7. & in alijs locis infinitis. Vnde hoc modo nostri aurifabri emunt aliquando florenos ingaricos: puta habendo tantum intentionem ad materiam eorum, quia enim illud aurum est valde idoneū ad operandum in eo: ideo ipsum aurum emunt: vt ex eo opus aliquod faciant; & non vt distrahantur in negociatione, statim enim dissoluunt eos in viallam. Alio modo considerando pecuniam gratia formæ, vel gratia vtriusque compositi ex materia, & forma. Et illo modo eam esse inuendibilem, vel inemibilem potest intelligi tripliciter. Aut ꝙ de facto non possit emi, nec vendi, & sic est verum per rationem prætactam, quia est contra rationem emptionis & venditionis. Alio modo, ꝙ non posset licitè emi, nec vendi: & illo modo etiam est verum: quia licitè emi, vel vēdi præsupponit, ꝙ ematur, vel vendatur. Attamen non est illud intelligendum ex illa radice, quasi non sit res appreciabilis per aliquid æquiualens: sed quia non est natura esse obiectum talis actus. Vnde si de facto posset emi, tunc etiā licitè emi non repugnaret sibi. sicut si lonus posset de facto videri: tunc etiam licitè videri nō repugnaret sibi. Tertio modo potest intelligi, ꝙ pecunia non sit adinuenta, vt ematur, vel vendatur: sed vt sit medium emptionis, & venditionis: & sic etiam est verum, sed ob hanc rationem non oporteret, quod illicitum esset eam emere, vel vendere. Nam sæpe quis vtitur licitè re ad aliam vsum, quam ad illum, ad quem est adinuenta, de quo etiā patuit quæst. 79. conclusione tertia.

Tertia conclusio. Cambium quantum est ex genere suo, est contractus vtilis reipub. & hoc sine sit purum, sine mixtum ex mutuo. Prima pars probatur dupliciter. Pro prima præmittendæ sunt tres suppositiones. Prima, vtile est hominibus vnius patriæ alias regiones & prouincias peregrare. vt patet, ex quodlibet quatuor sequentium est tam hominibus, quàm reipub. vtius patriæ vtile. Primum scilicet de alijs regionibus & prouincijs adducere merces, quę ibidē abundat, & in patria sua deficiunt. Secundum est, vitare limina sanctorum in alia patria quiescentium. Tertium, audire doctrinas, & disciplinas vtiles tam animabus, quàm corporibus, atque reginini reipub. ab illis, qui ad docendum tales sunt idonei, efficaces, & ad hoc copiosè ordinati. Quartum, legationis officium pro pace tractanda inter regna & prouincias exercere. Illa autem quatuor non possunt homines facere, & assequi, nisi intrando alias regiones & prouincias peragrando, igitur prima suppositio vera. Secunda suppositio. Si quis: puta B. alia regna peregrando afferret secum numisma suæ patriæ: vt de illo emeret sibi ea, quæ ad predicta sunt sibi necessaria, oporteret eum sæpe multa pati dispendia & incōmoda, & nominatim quinque. probatur sic. Nam aut illud numisma alibi nō acciperetur omnino pro aliqua re venali. vel ut: quia omnino est inhogniā ibi: aut si acciperetur: non tamen nisi cum difficultate, aut in valore nimis vili, aut si in omni eo valore acciperetur, in quo est propria patria: tamen illud illuc in tanta quātitate, quanta ipse ibi indigebit ad faciendę, exponit se, & numisma in via periculis latronum: quæ tamen euaderet, si numisma illud, quo alibi indigebit, non secum portaret, sed alibi aliquē inueniret, qui tantundem daret, & à se secum solum acciperet, quantum pro expensis viæ requireretur. Aut quinto, si etiam cessarent pericula illa: tamen numisma illud, quod habet, est præ sui magnitudine & multitudine inhabile, & graue ad portandum per tanta loca, cuiusmodi est minura moneta argentea, vel ærea, & bene inueniri posset aliud numisma paruæ quantitatis, & æquiualentis valoris, cuiusmodi est aurea moneta. Tertia suppositio. A tribus primis dispendijs & incommodis præseruarentur homines, quando intrando alias regiones inuenirent in sua patria aliquem. puta A. qui prompto animo reciperet ab eis numisma suæ patriæ, dando sibi numisma illius alterius patrię, dato quòd A. aliquid exigeret ab ipsis pro huiusmodi permutatione: vel acciperet suę patriæ numisma in aliquātulo minori valore, quàm eniam in patria sua curreret: tamen adhuc in longe minori valore oporteret predictos homines ipsum alibi expotisse. A quarto verò præseruarentur per hoc, quòd inuenirent aliquem in sua patria, qui ab eis recipiendo numisma eiusdem patriæ prouideret eis, quod in alio regno, quo tendunt, inuenirent similę, vel aliud numisma, quod etsi esset minus in valore respectu eius, quod ipsi ei dederunt: tamen longe eligibilius est eis illo minori, & paruo carere, quàm subiisse in via tantis periculis in centuplo plura perdendi. A quinto verò præseruarentur per hoc: quòd A. daret sibi gracilius numisma. Et dato quòd in his omnibus oporteret homines recipere ab A. aliquantulo minus, quàm valeret suum numisma: tamen longe eligibilius est eis carere illo

illo minori, quàm subire illa dispendia, quæ eis aliàs immminerent. Ex illis tribus suppositionibus arguitur sic pro conclusione tertia. Ille contractus est vtilis reipub. qui confert ad hoc, quòd homines possint ea facere, & prosequi, quæ sunt vtilia eis & reipub. & maximè quando sic confert eis ad talia, quòd valet ad declinandum multa incommoda, & dispendia, quæ eis in prosecutione tabū occurrere possent. modo cambium est huiusmodi: igitur. Minor probatur: quia valet ad illa quatuor commoda, quæ tacta sunt in prima suppositione, & facit vitare illa quinque incommoda, de quibus dictum est in secūda suppositione: vt patet ex tertia suppositione. igitur. Pro secunda probatione præmitto duas suppositiones. Prima, vtile, immo necessarium est hominibus etiam in sua patria permanere valentibus emere multas paruas, & minutas merces sibi vtiles, & necessarias pro domo & familia tam quo ad cibum & potum, quàm quo ad vestitum & alia. Secunda, ad emendū tales non solum vtile, immo necessarium est homini habere parua numismata continentia multas pecias, ita quòd si homines haberent solum numisma magni valoris in vna malla, ipsi non possent tales merces emere, quia venditores non vellent habere pecias, in quas scinderetur numisma magni valoris: nec etiam expedire hoc ipsis emptoribus, nec venditores vellent illud vnum magnum numisma habere in communiter se pro suis mercibus: & tamē stat sæpe, quòd emptores non habent nisi magnum numisma. ideo nisi haberent aliquem, qui eis minutum numisma multarum peciarum daret pro suo numismate vnius massę, ipsi cogerentur talibus mercibus necessarijs carere, aut multos habere labores, donec possent emere merces emendas; & dato quòd inuenirent dantem sibi tales tamen si non statim eum inueniant, ipsi interim patientur dispendium tam perditionis temporis, quàm laboris & discursus hinc inde, & forte quòd interim omnes merces, quas emere intendebant, distractæ sunt, vel in precio ascenderēt. Ex illis suppositionibus arguitur sic. Vnde est hominibus illud, quod dicit prima suppositio, & illud nō possunt simpliciter, vel non nisi cum magno incommodo alsequi, nisi per cambium: vt patet ex secūda suppositione. igitur. Et dato quòd in tali cambio oporteret homines recipere ab A. aliquātulo minus, quàm valeret suum numisma: tamen longè eligibilius est eis carere illo minori, quàm subire illa dispendia, quæ ei aliàs immiderent. Secunda pars conclusionis probatur sic: quia mutuum est contractus ex genere suo vtilis reipub. & similiter cambium: vt patet ex prima parte conclusionis. igitur cambium mixtum ex mutuo & cambio, erit etiam vtilis cōtractus: quia illud nihil est nisi cambium & mutuum. Et dicitur notanter in prima parte conclusionis, quātum est ex genere suo, quia ex circunstantia contingit ipsum taliter fieri, quòd est inutilis reipub. vt si cāpsor accipit plus quàm iustum est: aut si est in eo mutuū, & ratione mutui superaccipit. Attamen ex iam dictis nondum habetur, quòd cambium sit licitus contractus: quia etiam contractus illicitus posset esse vtilis temporaliter hominibus & reipub. saltem secūdum quid: puta vsurarius, & hoc ex eisdem, vel similibus modis iam tactis de cambio, prout etiam patuit in quæst. 78. quatenus econtra sit formaliter eis pernitiosus, & ex consequenti etiam simpliciter loquendo temporaliter damnosus. Ideo præter hoc restat probandum, quòd sit etiam licitus: vt dicetur in quinta conclusione.

Quarta conclusio. Duas principales cōtingit subesse causas, propter quas A. scilicet ordinarius campsor dans vnum numisma B. & recipiēs ab eo aliud, potest rationabiliter velle habere lucrū, & plus velle à B. recipere, quàm ei in numismate dedit: seu in numismate ei minus dare, quàm à B. receperit. probatur enumerando eas. Prima est, quia A. obsequitur, & seruit B. impendendo operas ei. Secūda est interesse. Primam sic deduco. Si quis alteri seruit, & pro eo operas facit, atque labores subit, licitè potest ab illo recipere aliquid pro mercede operarum suarum. Modò multipliciter contingit, quòd A. cambiendo B. seruit ei, & pro eo, & in eius vtilitatem impendit operas. Igitur si A. velit aliquid plus habere à B. in numismate, quàm A. ei dederit, & illud plus velit habere pro talibus operis: licitè poterit illud velle habere. Et idem, si A. velit aliquantulo minus dare de suo numismate B. quatenus retentio illius minoris sic sibi meres pro operis, in quibus seruit B. Maior note, quia dignus est operarius mercede sua. Minor probatur enumerando sex modos, in quibus contingit A. seruire B. & hoc in diuersis cambijs. Primi tres contingunt in cambio puro, scilicet cui non est admixta mutuatio, scilicet quando A. dando suum numisma B. mox, & in eodem loco, & sine lapsu temporis notabilis recipit aliud ab ipso B. Nam in tali contiogit, ꝙ A. dat B. numisma, quod propter gracilitatem suam est habile ad portandum, & inuendum, ac etiam ad cito numerandum ipsum, qđ futuro tēpore debet B. vēditoribus satisfacere pro mercibus, cuiusmodi est numisma aureum, & recipit à B. aliud, quod est inhabile, & laboriosum ad portandum præ sui magnitudine, & multitudine, & etiam requisitur multum tēpus ad numerandum ipsum, qđ quis de ipso vellet pro mercibus magni valoris emptis satisfacere venditoribus. In hoc autem, ꝙ A. colligit numisma talis gracilitatis, quatenus B. vel alius indigens eo, non solum inueniat: sed etiam vt in promptu inueniat ipsum. A. vtiliter seruiuit B. quia tunc B. erit releuatus à triplici labore, scilicet à labore portandi numisma inhabile ad portandum. Secundò à prolixo discursu, donec pro numismate inhabili ad portandum acquirat tale numisma habile. Tertiò à labore diu numerandi, quando B. emet ab aliquo merces magni precij. Hunc enim laborem subit A. pro B. pro quanto à principio A. breuissimo tempore suum tradens numisma B. cum tam fastidioso numero recipit numisma B. Modò qui sua industria, & opera procurat, & efficit talia, per quæ ipsum alium à multiplici labore releuat, seruit illi alteri vtiliter, & meretur mercedem: quia ille alius libenter daret precium, vel aliquid æstimabile precio: vt esset ab illis releuatus. Secundus modus seruiendi contingit etiam in cambio puro.

Nam in tali contingit econtra, quòd A. dat B. parum numisma in quantitate, sed multum in numero, puta continens multas periasi vt est argentea minuta, quæ est habilis ad emendum multas, & diuersas paruas merces, quarum quælibet est parui precij, & recipit à B. aureum numisma, quod est inhabile ad emendum tales merces. In hoc autem quòd A. collegit studiosè multa talia parua numismata, quatenus B. vel alius indigens talibus, & non habens nisi magnum numisma pretiosum: non solum inueniat talia parua: sed etiam in promptu inueniat: A. vtiliter seruiuit B. quia releuauit ipsum à quadruplici incommodo. Primò, ne B. impediatur emere tales merces. Aut secundò, ne cogeretur scindere suum magnum in petias. Aut tertiò, ne cogeretur diu & ad multos hinc inde discurrere, donec aliquem, vel aliquos inueniret, qui sibi daret tale numisma paruum, & in magno numero pro suo magno. Aut quartò, ne interim tales merces distraherentur, aut ascendent in precio, & sic oporteret eum, aut omnino carere, aut cariùs recipere. A talibus autem incommodis releuare B. est vtiliter seruire, & mercedem meteri. Vnde & B. libenter daret aliquid, quod esset à talibus incommodis releuatus. Et si arguatur, ex quo in secundo modo seruiendi B. seruit A. eo modo, quo in primo A. seruiuit B. igitur eadem ratione in secundo modo poterit B. velle habere aliquid ab A. vel saltem B. poterit recompēsationem facere vnius seruitij ad aliud, & sic A. in secundo modo nihil lucri poterit habere. Dicendum, quòd ex quo campsor recipiendo numisma magnum à B. in secundo casu non recipit ipsum, vt hinc inde portet: immo domi vult ipsum retinere. ideo B. non censetur si seruire, secus in primo casu. Tertius modus contingit etiam in cambio puro, & hoc per hunc modum. Nam in tali contingit, quòd B. non habet numisma alterius regni, per quod intendit transire: sed habet solum numisma huius patriæ, & si deberet illud deferre in aliud regnum multa incommoda pateretur, prout tactum est in prima probatione præcedentis conclusionis, qui ergo ipsi B. adduceret numisma alterius regni, & illud sibi daret pro numismate huius patriæ: & sic releuaret B. à prædictis incommodis, ille vtiliter seruiret B. & dignus esset mercede sibi danda per B. Modo hoc facit & fecit campsor, qui applicando ingenium suum, & industriam, atque laborem collegit, & adduxit numisma alienæ patriæ & regni: vt B. vel alius indigens eo, non solum inueniat: sed etiam in promptu inueniat: vt sic sit releuatus à supradictis incommodis. igitur dignus est mercede, & sic nomine mercedis poterit sibi aliquantulum retinere, ita quòd non tantundem debet ipsi B. quantum recipit ab eodem. Quartus modus seruiendi contingit in cambio impuro, cui scilicet est admixta mutuatio ex parte A. vel ex parte B. & primo in illo, in quo A. dando suum numisma, non mox, nec in eodem loco recipit à B. aliud, sed post lapsum notabilis temporis, & in alio loco notabiliter distanti. Nam in tali casu contingit A. dupliciter seruire B. Primò in tempore: quia expectat B. de solutione: sed pro illo seruitio nihil licitum est A. exigere à B. quia illa expectatio est mutuatio. Secundò autem seruit ei in loco, pro quanto contingit, quòd B. non habet pecuniam suam hic: vt hic det eam A. sicut deberet: sed in loco distanti, & si deberet eam hoc adducere ad dandum eam hic, oporteret eum facere expensas additionis, & etiam expectare pericula peditionis eius in via: in hoc ergo, quòd A. vult numisma B. in alio loco recipere, & sic releuare B. ab expensis, & periculis A. per suam industriam, & operas seruit B. videlicet, quia A. per suam industriam ordinauit, quòd alibi habet ministros, vel socios, qui eius nomine recipient solutionem à B. igitur pro illo potest aliquid recipere, & sic B. per paruum, quod dat A releuabitur per A. à magno. Quis enim dubitat, si cambiendo daret B. florenos, & B. diceret: numisma, quod tibi dabo pro florenis oportebit te afferre in tali villa distanti, ad quam mecum debes ire. A. licitè posset dicere, ego accipiam mercedem itineris, & ibidem recipiam, aliter non faciam. Nam ex natura cambij non tenetur A. recipere in alio loco numisma B. pro suo. ideo præter naturalia seruit B. Signum autem, per quod potest deprehendi, an A. quærat lucrum à B. pro primo seruitio, scilicet expectando solutionem alterius numismatis B. vel non, est illud. Nam si A. secundum quantitatem tēporis, per quod dat dilationem, quærit lucrum: tunc ratione mutui quærit lucrum. Vt puta: si per duos menses expectando vult plus habere, quàm si solum per mensem expectaret: non obstante, quòd non est alius locus, in quo B. dat suum numisma, siue det in vno, siue in duobus mensibus. Nam ex quo illa alia ciuitas æquè distat ab A. non poterit A. habere rationem plus accipiendi in casu duorum mensium, quàm in casu vnius mensis. Signum est ergo, quòd propter maiorem dilationem quærit maius lucrum: nisi allegare posset interesse, quod sibi immineret in casu duorū mensium, quod non immineret sibi in vno mense. Sed de interesse dicetur infra. Si autem secundum distantiam maiorem loci, in quo A. debet recipere, vult habere maius lucrum: sicut & A. maiores facit expensas tenendo in tam distanti loco bancum, vel tabulam, ob hoc non damnatur contractus. Quintus modus seruiendi contingit etiam in cambio impuro, in quo est mutuatio, & hoc econtra ex parte B. puta B. hic & nunc dando suum numisma A. non mox, nec in eodem loco recipit ab A. aliud, sed solum post lapsum notabilis temporis, & in alio loco notabiliter distanti. Nam in tali casu contingit A. seruire B. non dupliciter vt prius. A. enim tunc non expectat B. & per consequens non mutuat ei: sed potius econtra B. expectat ipsi A. & per consequens implicitè B. mutuat A. pro quanto expectat numisma, quod A. mox de natura cambij debuisset tradidisse B. Vnde tunc non potest esse periculum peccati vsuræ ex parte A. sed potius ex parte B. puta si B. tanto minus vellet dare A. eo quòd expectat eidem: tunc enim B. esset vsuratius. Sed econtra A. seruit B. in hoc, quòd contingit, quòd B. indiget multo, & multi valoris numismate in alio regno, ad quod tendit, & si deberet per viam portare numisma tanti valoris, se & pecuniam exponeret

exponeret periculo vitæ corporis, & rerum, nec indiget eo pro via: quapropter libenter daret alicui aliquid notabile, vt precaueret sibi, quòd perueniens in aliud regnum, inueniret ibi aliquem, qui de tanto sibi responderet, similiter daret aliquid notabile vni, qui suum numisma, quod hic habet, & quod etiam alibi cucrit, transportaret sibi in aliud regnum, ita quòd eum assecuraret de periculo perditionis in via. Modo in hoc, quòd A. ordinauit, & constituit ministros, & socios in illo alio regno, qui veniendibus cum suis literis, & petentibus certam quantitatem numismatis, debet suo nomine summam, quam requirent, perinde fecit, ac si A. subjisset labore transportandi B. pecuniam suam in aliud regnum, cum assecuratione de perditione eius in via. Pro huiusmodi igitur vtili seruitio poterit A. aliquid accipere à B. Nam ex naturalibus cambij non tenetur A. dare suum numisma B. in alio loco, quàm in eo, in quo A. accipit numisma B. ideo alibi sibi dando seruit B. præter naturalia cambij. Vnde etiam si A. deberet B. in eodem tradere numisma sisum, minus acciperet à B. quàm tradendo sibi in alio loco: quia minus seruiret ipsi B. hic dando, quàm dando sibi alibi? Sexus modus est, si B. habet monetam alterius regni, quam si deberet hic exponere, ipsa tanquam incognita, vel inconsueta non acciperetur: quamobrem in eo valore, vt quo B. oportet eam expendere. quapropter B. intendit eam per se, vel aliũ ad hoc conductum transferre in aliud regnum, vt ibi pro ea accipiat bonum valorem, & hoc in mercibus, vel numismate, quòd etiam hic sibi curret. Sed quia illud transportando facit magnas expensas viæ, & habet pericula expectare, ideo si A. hic daret sibi aliud numisma, puta huius patriæ, & in minori valore, quàm sit ille, in quo B. alias posset suum incognitum numisma distrahere hic, & hoc ideo: quia sic leuet releuatet ipsum in expensis & periculis viæ: tunc A. vtiliter seruiret B. & posset meritò velle aliquantum minus dare B. quàm B. alibi posset leuare pro illo numismate, puta B. posset ipsum alibi distrahere pro decem florenis, sed cogeretur vnũ florenũ expendere pro expensis, & periculis illius trāslationis. Ideo si A. daret ei aliquantum minus decem florenorũ haberet iustam causam illud faciẽdi. Et si arguatur, Ergo eadem ratione posset A. tantundem accipere lucri à B. à quantis periculis & expensis releuat ipsum, quas B. haberet subire, si ipsum met ille transferret, & eodem modo argueretur circa quartum, & quintum modos seruiendi. Solutio patebit ex tertia regula vndecimæ conclusionis. Si etiam arguatur, quòd hæc conclusio quarta sit contra æqualitatem iustitiæ commutatiuæ seruandam in contractibus, patebit solutio in duodecima conclusione. Secunda causa principalis potest esse interesse damni emergentis, vel lucri cessantis ipsi A. Exemplum. A. habet numisma, quod licet nunc sit parui valoris: tamen verisimiliter expectatur valiturum plus: vel A. multum indiget illo genere, ita quòd timet damnificari, si illud distrahat. B. autem indigens tali genere numismatis plutimum instat apud eum: vt sibi illud numisma det pro aliquo alio. Et A. malet supportatus esse à cambio, & vellet potius retinere suum numisma sibi, quàm recipere non solum illud quod suo numismati æqualiter secundum cursum præsentis temporis, immo etiam potius, quàm recipere numisma maioris valoris, quàm sit præsentialis valor sui numismatis. Attamen ad satisfaciendum petitioni B. & ad præseruandum se à damno, vel à cessatione lucri verisimilis, ipse sibi cambit pro alio, quod est aliquantulum melius suo: non tamen vltra quantitatem damni, vel lucri cessantis, quod A. timet sibi afuturum, nec vltra, quàm verisimiliter speretur sui valituruin. immo A. propter formidinem, & fallibilitatem eventus, excrescente valore sui numismatis accipit à B. numisma exiliens aliquantum minoris valoris; quàm speretur suo numismati valor afuturus: nec est natum indo euenire scandalum: iam A. licitè potest accipere validius numisma, quàm dederit B. & hoc pro refusione sui interesse. Et hoc potest probari dupliciter. Primò, quia in permutatione rerum sic est, quòd si A. in animo suo concluserit rem suam, vt equipollenter non permutare, nec alienare: quia valde indiget eo, aut quia intendit eum seruare, donec efficiatur ex lapsu temporis maioris precij: vt sic intereatur, & B. instat vt sibi eum pro suo bono nunc permuter: poterit A. velle habere bonum tanto meliorem suo equo, quantum est interesse lucri cessantis sibi, vel damni sibi emergentis ex illa alienatione: facta tamen defalcatione aliquanta secundum dubietatem eventus. ergo etiã sic est in permutatione numismatis: tenet consequentia ex identitate rationis. Antecedens probatur, quia sic est in venditione rei, quam quis conceperat nondum vendere: eo quòd ea indiget: aut eam disposuit seruare, donec creseret in precio, prout patuit in quæst. 56. ergo eadem ratione sic erit in permutatione. Secundò probatur, quia etiam mutuator, de quo minus videtur, potest vltra sortem recipere ratione interesse damni emergentis, vel lucri cessantis: saltem seruatis certis conditionibus, prout patuit quæst. 30. ergo multo magis potest campsor idẽ in simili casu, tenet consequentia: quia minus videtur in mutuo hoc fieri posse: cum sit gratuitus contractus, & regulariter in eo nihil vltra sortem liceat accipere.

Quinta conclusio. Quamuis ille, qui non est quasi ordinarius campsor, seu deditus campsionibus, nec colligit, ascedat extraneum numisma: sed solum currens in patria: sicut communiter vens hic cambit alteri florenos pro moneta, vel econtra, non habeat tot causas, & rationes accipiendi lucrum, vel aliud quidpiam à campsuario: nec etiam habet causam accipiendi tantundem lucri: sicut ille, qui est talibus quasi ex officio deditus: cum talis possit nonnunquam habere etiam aliquantulam causam, & rationem accipiendi paruum quid à campsuario: siue illud sit lucrum dicendum, siue non. Prima pars patet: quia talis non habet allegare tot modos seruiendi, quot alius, vt patet ex prædictis. Secunda pars patet primò: quia stat, quòd possit allegare interesse tale, de quali in præcedenti conclusione diximus, & vltra hoc esset aliud interesse, scilicet, quia qui recipit monetam pareum pro aurea, vix potest euitare, quin multos denarios recipiat, paream

peregrinos, partim defectuosos, quos licet etiam posset distrahere in valore sufficienti, & integro, quando in magno numero eos expendit: non tamen quando paruo numero eos deberet expendere: vt patet ex dictis in quæst. 55. Secundò: quia stat, quòd qui cambit, habeat ab alio recipere argenteam monetam paruam in maxima quantitate: & sic habet subire magnos labores in numerando: & etiam minuta moneta in tanta multitudine non est commodè portabilis ad alia loca. Tertiò: quia stat, quòd florenus, quem A. dat B. est non solum æquivalens: sed longe melior communibus florenis, quare A. vult habere à B. non solum monetam argenteam solitam dari pro communi floreno, sed vnum denarium vltra. Item etiam ordinarius campsor, vel quasi talis non habet tot causas accipiendi: & etiam tantundem lucri, quando dat solum numisma illius patriæ pro alio eiusdem: sicut quando dat extraneum pro intraneo, aut econtra. Si plures habet labores in secundo casu, quàm in primo, scilicet colligédi extraneum numisma.

Sexta conclusio. Duobus modis contingit A. lucrari in cambio. Primò, ex solo diuerso cursu valoris monetæ: ita quòd nihil accipit vltra id, quod dat secundum quòd numisma vtriusque currit ibi, vbi fit cambium: vt si A. daret numisma huius patriæ pro numismate alterius: quod tamen etiam hic currit: quasi alibi sit maioris valoris, & A. recipiendo hic dat B. tantundem de numismate huius patriæ, quantum numisma B. hic valet, si ergo A. alias etiam, si nunc non cambiuisset, vel antequam sciret se campsurum, dispositus se in aliam regionem iturum: nunc deferendo illud numisma secum lucrabitur. immo cõstingere potest, quòd numisma in aliena patria plus valeat, quàm in propria: vt de facili possit exemplificari in obolis spirensibus, qui non æquivalent nostris obolis: & tamen antequam habebamus copiam nostrorum obolorum, & spirenses ad nostram patriã deferebantur pari valore cum nostris currebant: contingit A. lucrari non ex diuerso valore monetæ, vel saltem non ex solo tali, immo per hoc, quòd A. aliter, quàm per diuersum valorem, vel saltem præter illud lucrum etiam quærit aliud. Exemplum: vt si A. dat B. vnum numisma pro alio, nec vnum illorũ est melius hic, vel alibi, quàm aliud: immo æquale, sed tamen ex quo A. obsequitur B. aliquo illorum obsequiorũ, scilicet primo, secundo, quarto, vel quinto, de quibus patuit in præcedenti conclusione. ideo accipit aliquid vltra id, quod accipit, vel accipiet omnino æquale eorũdem ab ipso B. Et hæc conclusio differt à materia quartæ conclusionis: quia in quarta conclusione ponuntur causæ, vel rationes, propter quas licet ipsi A. lucrari: sed in hac sexta ponuntur modi, secundum quos lucratur.

Septima conclusio. Cambium est contractus ex genere suo licitus, & hoc siue sit purum, siue sit impurum per admixtionem mutui. Prima pars probatur dupliciter. Primo sic: quia permutatio rerum, distinguendo rem contra numisma, est contractus ex genere suo licitus. igitur etiam permutatio numismatũ, quæ dicitur cambium, tenet consequentia: quia non videtur maior ratio de prima, quàm de secunda. Nam quòd prima sit licita ex genere est: quia est reperire rem, cuius valor est commensurabilis valori alterius rei, & penitus est prohibita alienari de vno domino in alium, ideo earum permutatio est ex genere licita: modò illa ratio etiam haberi locum in numismatibus. Nam aliquod est numisma, cuius valor nõ est infinitus, sed finitus & commensurabilis valori alterius numismatis, & neutrum ipsorum est prohibitum alienari de vno domino in alium. igitur eorum permutatio erit ex genere licita. Secundò: quia si non maximè quia in cambio venderetur, & emeretur numisma, quod non est emibile, nec vendibile, saltem licitè: cum sit adinuentum ad hoc, vt sit medium emptionis & venditionis, & non extremum. Sed hoc non obstat primo, quia in cambio non emitur, nec venditur pecunia: etiam de facto: imo impossibile est, quòd ematur, vel venditur de facto, & sic nec licitè, nec illicitè emitur, vel venditur, vt patet ex secunda conclusione. Secundò etiam, quia non sequitur, hoc non est adinuentum ad talem vsum: igitur illicitum est eo vti ad eum: prout patuit quæst. 79. conclusione tertia. Secunda pars probatur, quia rationes iam additæ procedunt de cambio secundum quòd cambium, & sic de puro cambio. Modo si cambio admisceatur mutuum, admisceatur ei contractus, qui etiam est ex genere licitus: modo contractus mixtus ex duobus licitis ex genere, etiam est licitus ex genere.

Octaua conclusio. Cambium tam purum, quàm mixtum potest taliter vestiri omnibus debitis circunstantijs, quòd erit contractus simpliciter licitus. De puro probatur, quia stat, quòd ibi sit & seruetur cõgruum quis, quid, cui, cur, vbi, quando, & quomodo. De impuro patet eodem modo: quia mutuũ, quod ei admiscetur etiam contingit vestiri omnibus congruis circunstantijs.

Nona conclusio. Cambium tam purum, quàm mixtum mutuo potest septemplicitèr deprauari: quia contingit quamlibet septem circunstantiarum requisitarum tam ad cambium purum, quàm ad mutuum inclusum in cambio deficere. Vtputa si cambiens est prohibitus cambire: vel ille, cui cambit, est prohibitus recipere cambium, vel ipsum numisma illius generis est prohibitum, vel cambium fit propter illicitum finem, vel in loco, vel in tempore prohibito, vel non seruatur debitus modus, & eodẽ modo posset de mutuo incluso induci.

Decima conclusio. Cambium deprauatur multipliciter ex parte circunstantiæ quomodo. patet enumerando nouem exempla. Et prima sex pone proportionabiliter de pecunia, sicut posita sunt sex vltima exempla de circunstantia quomodo, circa permutationem rerum in fine præcedentis quæstionis. Primum autem exemplum, an etiam hic habeat locum in numismate, & quomodo habeat locum: patebit ex dicendis in vndecima conclusione. Septimum exemplum est, quando dans monetam paruam intermiscet malos denarios paruos. puta qui sunt scissi, rupti, aut peregrini, & de hoc dic sub distinctione habita in simili in quæstione 55. Octauum exemplum est, quando ratione muni in cambio interuenientis accipit alter ab altero aliquid.

Nonum,

Nonum, quando ratione seruitij, vel interesse A. accipit aliquid à B. vltra valorem numismatis, quod tamen superacceptum, si comparetur ad tale seruitium, vel interesse, est nimis magnum, & sic accipit nimis magnam mercedem seruitij, aut nimis magnam refusionem sui interesse.

Vndecima conclusio. Ad sciendum, si in cambio seruetur circunstantia quomodo, seu debitus modus, valent sex sequentes regulæ. Prima, quòd consultor inquirat, si tale cambium, quale sibi proponitur, passim in eant præsti necessitate, & non præsti. Secunda, quòd inquirat, si est consuetum in tali regno tale cambium. Nam si soli præsti irirent, nec esset consuetum ibidem: tunc esset suspectum de iniquitate ex parte alterius. Tertia regula, q̃ videatur, si A. accipiens aliquid ratione primæ causæ, scilicet seruicij, in quo per operas suas seruit B. accipiat mercedem nimis magnam respectiuè ad tale seruitium. puta: quia A. singulis annis lenibus expensis, opera, & industria potest disponere, quòd releuet B. in illis incommoditatibus, & dispẽdijs, de quibus est habitum est in tertia, & quarta cõclusionibus. Si enim tunc vellet accipere magnam mercedem, illud esset ei illicitum. Vnde A. debet attendere, q̃ non accipiat ab vno solo campsuario tantum, quantum mereretur tota industria & opera sua, per quam procurat ea, quę cedunt in commoditatem, & releuamen B. quia talia non cedunt solummodo in bonum & releuamen B. immo plurimorum aliorum, qui etiam recipient ab A. cambium, & sic etiam illis seruiunt, & ideo à singulis, quibus seruit, debet ita accipere, q̃ non vnus, vel duo totam mercedem debitam operis eius soluant. Sicut in simili: mercator ratione operarum habitarum vendendo merces pluris, quàm emit: non debet ab vno emptorum suorum, qui emit aliquid mercis suæ tantundem lucri velle recipere: et scilicet omnes suæ industriosę operæ, expensæ, & labores sibi soluantur per illum: sed deber proportionabiliter à singulis accipere aliquantulum. Et ex hoc sequitur, quòd non licebit A. in casu sexti modi seruiendi tantundem velle habere lucri à B. quantũ B. cogeretur in expensis & periculis suscipiendis subire: si mer suum numisma transferret in alium locum. Quia & si A. censeatur virtualiter sibi numisma illoc transferre: tamen in illa translatione non transfert solam pecuniam B. sed cum hoc etiã multas alias res, ob quarum translationem meretur erit. ab alijs recipere mercedem, quàm à B. Et eodem modo proportionabiliter dicendum est in alijs præcedentibus quinque modis seruiendi. Quarta regula. sicut varia sunt documenta tradita ad cognoscendũ valorem mercis, & per consequens ad cognoscẽdum quanti liceat venditori eam vendere, & emptori eme re; quæ patuere q. 56. Sic ex eisdem possunt plurima documenta assimilari ad cognoscẽdum valorem numismatis A. & etiam B. vt sic sciatur, quantum debeat alter ab altero exigere, & quantum B. debeat A. offerre. Ratio huius regulæ est, quia sicut in adductione, & conseruatione rerum venalium mercator expensas apponit, curas, operas, & labores, & subit pericula sic in adductione & conseruatione numismatum campsor apponit labores, curas, & operas, & subit pericula, & sicut mox crescit aliquando in bonitate extrinseca: sic etiam numisma, & eodem modo cũ vtrunque decrescit, ideo recurre ad quæstionem 56. vbi diffusè poteris talia documenta etiam pro cambio extrahere. Quinta regula. Si cambio sit admixta mutuatio, caueatur, quòd ille, ex cuius parte est mutuatio, nihil accipiat ab alio prætexta mutui, alias fieret cambium vsurarium, & hoc patuit circa quartum, & quintum modos seruiendi. Sexta regula. Si A. accipiat aliquid à B. ratione interesse vltra valorem sui numismatis: oportet, quòd illud superacceptum non sit maius, quàm ipsum interesse requirat, & quòd seruentur conditiones tactæ quæstione 56.

Duodecima conclusio. Cambium non depraua tur per hoc præcisè, quòd A. accipit plus à B. quàm ei dederit: seu per hoc quòd lucretur, seu quòd dat vilius numisma & recipit melius: immo licitè potest hoc fieri. Probatur dupliciter. Primò sic. Quia quamuis in cõtractibus inter commutabilia debeat esse æqualitas, alioquin violabitur iustitia commutatiua: tamen si præter hoc, quòd aliquis cum aliquo commutat aliquid pro alio: etiam seruiat alteri, vel patiatur interesse propter eum: poterit plus ab eo recipere, quàm ei dederit. Modo sic est in cambio: quia quòd A. accipit plus quàm dederit, non est ratione commutabilis, quod A. dat B. sed ratione illius: quia A. præter hoc, quod dat B commutabile; etiam seruit B. in seruitio, quod tanti æstimator, in quanto A. plus accipit, quàm dederit, vel accipit ratione interesse, quod A. patitur propter B. quod pro sui refusione requirit tantundem, quantum A. plus accipit, quàm dederit B. illo igitur plus recisso in reliquis adæquantur commutabilia: & cum hoc refunditur A. seruitium, vel interesse: sicut & iustitia requirit vtrunque illorum fieri. Et ex hoc patet solutio argumenti, quod posset fieri cõtra quartam conclusionem dicendo, quòd sit contra iustitiam commutatiuã, quòd alter plus accipiat, quàm dat. patet enim solutio ex iam dictis. Potest etiam aliter dici, quòd etiamsi A. accipiat melius numisma, quàm sit illud, quod dat B. tamen non accipit plus, quàm simpliciter loquendo dat B. licet plus accipiat, quàm dederit in numismate B. Nam A. dedit B. tam numisma, quàm etiam seruitium operatum, vel pro eo passus est interesse, & in ordine ad vtrunque illorum, quod A. impendit, & dat B. non accipit plus, quàm dat, sed æquivalens. Secundò probatur conclusio sic. Quia si rector reipublicę conduceret aliquem para A. ad hoc, quòd expensis, & periculis reipublicę tanquam famulus eiusdem adduceret numisma ex alienis regnis, ad quæ sui homines sępe haberent ire, & custodiret etiam illa expensis, & periculis eiusdem, colligeret demique varia numismata propriæ patrię, scilicet minuta, & magna, & mediocria: quatenus homines i prompto inuenirent omnia genera, quibus commodosè possent necessaria, & vtilia humano victui disponere, insuper toto die sederet in domo, vel tabula numerando hominibus petentibus cambium, & expediendo eosdem petentes nunc illa nunc alia numismata permutare. Nec tamen illa nomi- mata essent A. nec lucrum si quod inde per mata ueniret

nuniter: sed reipublicę, seu præsidentis eidem, talis A. inquam mercretur mercedem à republica, seu à rectore eius, ergo eadem ratione si A. propriis expēsis & periculis talia adducit, aggregat, numerat, atq; præstolatur homines, ipse poterit vltra hoc, quòd nummisma omnino æquale dat pro æquali; velle aliqd superaccipere ab hominibus, quibus sic seruit: vt sibi labores, expensæ & pericula refundantur, quos & quas etiam homines in primo casu tenerentur soluere reipublicæ, pro quanto de fisco, vel camera reipublicæ daretur A. merces pro omnibus talibus, ad quem fiscum, vel pro communibus oneribus reipublicæ contribuere haberent homines illius patriæ. Tenet autem prędicta consequentia. Primò ex identitate rationis: vt patuit. Secundò à simili: quia per talem viam solet in simili probari, quòd negociatio, seu mercatio est licitus actus, quam viam quo ad negociationem, tangit Scot. in 4. distinct. 15. & patuit in quæst. 50. ergo etiā similis via hic valebit ad probandum cambium esse licitum: maximè cum cambium subseruiat necessariò negociationi tam lucrativæ, quàm œconomicæ: quia neutra fieri potest sine numismate, & sæpe oportet negociatorem habere numismata alia, quàm actu habeat. puta, oportet eum habere parua cum habeat magna, vel econtra, vel oportet habere alterius patriæ, cum solum habeat suæ patriæ.

Ex prædictis sequuntur 11. corollaria, quibus impugnantur modi dicendi aliorum de cambio. Primum est, quòd non valet diuisio quorundam distinguentium cambium tres species, imò in quatuor, vel quinque dicentes, quòd quoddam est, quod dicitur minutum, secundò quoddam, quod dicitur per litteras, tertiò quoddam dicitur siccū, quartò quoddam, quod sapit naturam secūdi & tertij. quoddam verò & quintò, quod à camporibus Romanis exercetur, prout illas species refert diuus Antoninus I. secunda parte summæ suæ. Exemplum primi. Vt si A. existens campsor recipit vnum denarium in cambio vnius florem. Exemplum secūdi: vt campsor dat hic centum florenos B. volens habere ab eo 106. florenos in alio loco, vel recipit hic 106. florenos volēs B. solum dare centum in alio loco. Exemplum tertij. B. indigens Florentiæ decem libris grossorū (quæ sunt, vel intelliguntur esse centum ducati) petit ab A. Florentiæ sibi dari 106. florenos, vel plus, vel minus, secundum quod tunc Florētię currit cambium florenorum ad decem libras grossorum, seu ad centum ducatos, eo q̄ centum ducati (seu quod equivalet decem libris grossorum) valent Florētiæ 106. florenos, vel aliquantulum plus, vel minus: ex tamē lege tradit A. prædictam summam florenorum B. vt B. sibi intra vnum mensem restituere teneatur tantum, quantum intra decem dies computandos à die celebrati contractus valent decem libris grossorū in ciuitate Venetiarum, quę aliquando valent plus, aliquando minus, & sic aliquando A. lucratur, aliquando perdit, licet vtrinq; plurimus lucretur. Exemplum quarti. B. indigens Florentiæ pecunia petit ab A. centum florenos statim tunc sibi dandos, & B. vult centum florenos in alia ciuitate, scilicet Venetijs restituere A. vel ministro, vel socio eius ibi degēti: debebit tamen B. illam restitutionem facere in moneta currente in Venetijs: & vt hoc fiat, mittitur litera cābij Venetias, vt ibi fiat talis restitutio prędicta, quamisa & recepta fit restitutio in moneta ibi currente, & sic A. lucratur, quia communiter plus ibi recipit, quàm dederit Florentiæ, & hoc ratione variationis valoris monetæ. Et illud cambium etiam dicitur cābium per literas, eo q̄ interuenit litera, licet ibi sit dissimile à secunda specie: vt pater, quia præter naturā secundæ speciei, quam quo ad hoc participat, quòd B. in tempore atque loco distantibus debet facere solutionem A. etiam participat naturam tertię speciei quo ad hoc, quòd A. quærit lucrum ex incremento valoris monetæ, in qua debet B. facere solutionem, quod incrementum est verisimiliter affuturum, quāuis etiā possit non contingere. Exemplum quinti. Clericus Romæ imperrauit beneficium, vel gratiam expectatiuā, & cum habeat soluere annatam, seu primos fructus beneficij pro medietate camerę Apostolicę infra breue tempus secundum taxā, quæ ibi habetur, accipit ab A. campsore nomine cambij certā summam pecuniæ: vt habeat soluere soluēnda camerę Apostolicæ, & A. obligat eum ad restituēdum sibi illam summam in illo loco, vbi est beneficium, quod B. impetrauit, vel vbi resīdebit. B. perit recessū de Romana curia, & hoc de moneta ibi currente. Et vltra lucrum, quod A. cōsequitur ex varietate monetæ ibi restituendę vult sibi dari aliquantam pensionem, vt pura de centenario quinque, vel sex, vel septē; secundum distantiatem tēporis maiorem, vel minorem, per quod habet expectare de restitutione pecuniæ, & facit A. fieri instrumentum obligationis non solū pecuniæ tradiţ. B. sed etiā illius supereadendæ pensionis, & hoc in tituli forma, quasi non solum illam summam, quā A. tradidit B. Romæ ei tunc tradiderit, sed quam sibi tradiderit etiam summam, ad quā ascendunt pensiones, quas A. vult habere à B. vt si A. tradidit B. Romæ centum florenos, & obligauit ipsum ad restituendum sibi alibi 106. in alia moneta: tunc instrumētum canit, q̄ A. sibi tradiderit 106. florenos restituendos sibi tali tempore in tali loco. Quòd autem hęc diuisio non valeat: patet septēpliciter. Primò sic: quia primum cambium non distinguitur ab aliis speciebus: quia ille modus dicēdi prętendit, q̄ primum dicatur minutū ex eo, quia A. gd mo dicum accipit vltra valorē eius, quod nō dat B. Sed alijs aūt nō modicum. Modo cābis nō distinguunt speciē p hoc, q̄ cāpsor magnum, vel paruum quid accipit: sicut nec magnū & paruū variāt speciē. Si enim secundo, & aliis speciebus modicū quid acciperetur, & in primo multum, adhuc possent sufficienter alia via distingui: scilicet quia in prima nō interueniret dilatio, vel expectatio ex parte alterius eorum. Nam ex quo in aliis quatuor interuenit dilatio: in primo autem non: sufficienter per hoc distingueretur, quia primum esset cambium non mixtum mutuo. Alia autem esset mixta mutuo, sicut autē mutuum distinguitur specie à cambio puro: ita contractus existēs simul mutuum & cambium distinguitur specie à puro cambio. Secundò, quia ille modus dicendi prętendit, quasi secundum distinguatur à primo per hoc, quia in secūdo interuenit litera; nō sic à primo,

primo. Sed hoc non variat speciem: quia etiam si nulla litera interueniret in secundo: dummodo dilatio interueniret ex parte A. vel B. & in primo non interueniret dilatio, ipsa sufficienter distingueretur: quia primum esset purum cambium: secundum autem esset contractus mixtus ex cambio & mutuo. igitur distingueretur specie à primo ex prædicta ratione. Et eodem modo dicendum est de alijs tribus sequentibus: quia etiam in illis est mutuum admixtum: vt patebit. Tertiò: quia quantum est ex forma secundi cambij, ipsum æquè non est cambium, sicut quòd est cambium. Nam in eo non specificatur, an tales floreni, qui ad, minus in individuo sint distincti à prioribus, sint dandi ipsi A. vel an non referat, si ijdem in individuo dentur, vel non: quia quantum ex forma secundi cambij non ei repugnat, quin per B. soluantur A. ijdem floreni in individuo, & si hoc sit, non poterit esse cambium: vt patet ex tertia suppositione principali. igitur secundum poterit æquè esse non cambium, sicut cambium. Quartò: quia tertium cambium æquè nō est cambium, sicut est cambium. Nam si A. idem numisma in individuo recipità B. quod ei dederat (sicut est possibile, eo q̄ nec est cōtra formam actus tertij cambij) impossibile est esse cambium in veritate: sed erit purum mutuum. Nam de substantia cambij est, q̄ A. aliud numisma ad minus in individuo recipiat, quàm dederit. Vnde in contrahendo tertio cābio (quantum est ex eius forma posita in eius exemplo, non curatur, an B. idem numisma det A. quod ab eo recipit, vel an aliud. Et sic A. æque paratus est recipere idem in individuo, sicut aliud. ergo æquè non est cambium, sicut est cambium. & de facto cōtingere potest, quod idē in individuo recipit, quod dat. ergo de facto erit non cambium, sed purum mutuum. Quintò: quia tertium non necessariò distinguitur à secundo: quia in vtroq; A. dat numisma, & expectat sibi reddi numisma non curato, vel specificato, an sit idem numisma, vel aliud, & tertium solū differt à secundo per hoc, quòd in secundo A. quantificat etiam quantitate discreta numisma soluendū, & non valorem: sed determinat locum extraneum, in quo est soluendum: sed in tertio quantum est ex forma exempli eius supra positi, non determinat locum: an scilicet in eodem loco, vel alio debeat sibi facere solutionem: nec etiam numisma soluendum quantificat quantitate discreta; sed tantùm valorem eius futurum in loco determinato. hoc autem non variat speciem, sicut permutatio non diuerificatur per hoc specie, quòd frumentum dandum pro meo frumento est alibi, vel hic: & in maiori valore, vel æquali reddendum. Sextò: quia quantum cambium non distinguitur à tertio: nisi per hoc, quòd in tertio non obligatur B. præcisè ad dandum A. numisma, quod sit aliud suæ in individuo, suæ in specie, immo etiam si idem in individuo restituat, satisfit formæ contractus, & ideo potest esse non cambium. sed in quarto astringitur B. ad restituendum numisma, quod sit aliud non solùm in individuo: immo etiā in specie: & hoc tunc ratione materiæ, suæ rationis formæ. Ideo necesse est in quarto includi cambium: & quia etiam interuenit lapsus temporis & expectatio. ideo simul sunt ibi cambium & mutuatio. Et si dicis, quomodo ergo quartum distinguetur à secundo? Dicendum, quòd solùm ex parte lucri, quod quærit A. Nam in secūdo lucrum illud est finum & determinatum: sed in quarto non est finum. Nam si moneta, in qua B. debet facere solutionem, non creuerit in valore. A. nihil lucrabitur, immo si decreuerit, perdet. Et dato quòd creuerit: tamen quia crescentia est varia: ideo non habet determinatum lucrum, saltem in diuersis cambijs, vbi etiam æqualis capitale traditur in cambio. Septimò: quia quintum etiam non differt specie ab alijs, scilicet à secundo: quia si A. in secundo illud plus, quod est sibi lucrū, acciperet, non ratione obsequij translationis pecuniæ: sed ratione dilationis, quæ est expectatio, & mutuatio: etiam faceret id, quod in quinto cambio fit, & sic esset cambium secundum & quintum. Et illis igitur sequitur, quòd nō oportet tot species ponere: sed cùm omnis diuisio primaria debeat esse bimembris, debet primò distingui cābium in duas species. s. in purum & impurum. Et purum erit illud, quod alij dicunt minutum, ex eo quòd in tali non tantundem superaccipit campsor sicut in alijs: non tamen ex hoc distinguitur ab alijs vt patuit, sed per hoc q̄ in illo B. mox tertradit A. aliud numisma, & sic cum A. in paruo obsequatur B. ideo etiam paruum quid accipit pro mercede. Impurum verò comprehendit sub se secundum, quartum, & quintum: sed non cōprehendit tertium, immo nec secundum: nisi in tertio & secundo obligetur B. ad restituendū aliud numisma existens ad minus aliud in individuo.

Secundum corollarium est. Quòd non valet dictum Ioan. de Lignano in capite, fina. de vsuris. dicit quòd quando campsor cambiendo recipit vnum denarium pro cambiendo flore, quòd non videtur cāpsor bene excusabilis, nec bene tutus in conscientia: nisi attento interesse, vel cursu monetæ. Nam tunc videtur quæri fructus de pecunia, quæ non parit. Item quia pecunia est inuendibilis. Sed patet, quòd non solùm ratione interesse potest campsor aliquid accipere vltra valorem eius, quod dedit, vel rationes varij valoris monetæ: sed etiam ratione obsequij impensi, vel quod impendit B. vt patuit in quarta conclusione. vel etiam quando est in magna quantitate recipienda paruæ moneta, vel quando non est illa ita commodè portabilis, & sic de alijs: vt in quinta conclusione fuit dictum. Nec obstat, quòd primò obijcitur: quia illud, quod campsor superaccipit, non ratione pecuniæ accipit: sed ratione obsequij & operarum ipsius A. quibus seruiit ipsi B. Ad secundum patet responsio in secunda conclusione.

Tertium corollarium est. Quod ex prædictis patet, quid sit dicendum, an secundum cambium sit licitum. Nam patet, quòd ex quo A. in secundo cambio seruit B. & etiam mutuat eidem. ideo si ratione dilationis temporis, seu mutui aliquid acciperet à B. vltra valorem dati, A. esset vsurarius. Si autem ratione alterius obsequij. s. distantiæ loci: vpote quia oporteret de natura cambij, quòd B. in eodem loco, vbi recipit, daret A. aliud numisma, nunc autem A. conceptus est ipsum in alio loco recipere, & sic virtualiter seruit B. perinde ac si suo nuncio illam pecu-

niam

tiam de alio loco ad se transferret: tunc de se est licitum cambium: sed tamen oportet, quòd non nimis multum accipiat pro huiusmodi obsequio. Et quia subillo secundo cambio continetur etiam cambiū, in quo econtra B. mox dat suum numisma A. & A. traditurus est B. aliud in alio loco post lapsum temporis, & sic B. mutuat A. & A. obsequitur B. in virtuali translatione pecuniæ suæ in alium locum in bonum B. ideo vt sit licitus ipsi B. oportet, quòd B. nō prætendat lucrum, aut obsequium ex suo mutuo. Et ex illis etiam patet, quòd errant, qui iustificando secundum cambium, habent pro fundamento: quia ibi non sit mutuum. Nam ibi est mutuum cum cābio, siue fiat in forma primi membri, siue in forma secundi membri. Secundò: quia non est indistinctè iustificandum: quia cum ibi sit mutuum, oportet ꝙ ratione mutui nihil accipiatur.

Quartum corollarium. Quòd quamuis quædam sententia Hosti. post Gof. contineat veritatem: tamē oportet ei aliquid addere. Dicit enim, quòd si quis mutuat pecuniam recepturus ad certum terminum monetam alterius generis in auro, vel argento, & facit hoc ideo: vt in æstimatione lucretur, vsurarius est. Secus si non facit ad finem lucri, sed ad obsequium recipientis: tunc enim licitè potest recipere rem secundum æstimationem temporis & loci, quā & vos facienda est solutio: sic tamen quòd in eius intentione fuerit, quòd si talis pecunia, vel alia res fuisset facta vilior, illam sic viliorem recipiat: secus si non habuisset talem intentionem: quia tunc non esset licitū. hæc ille: Nam quāuis verum sit, quando est mutuum, aut non cambium, aut etiam si sit cambiū, & ei sit admixtum mutuum, & ratione dilationis temporis quærat illud lucrum. secus tamen, quando est cambium, licèt mixtum mutuo, & ipse quærit lucrū ratione cambij, puta ex diuersitate valoris monetæ, aut ex obsequio ratione distantiæ loci: quia tunc nō oportet, quòd sit illicitum. Modò quando ille, qui tradis alteri pecuniam, puta A. tradēs pecuniam ipsi B. obligat eum ad restituendum illud numisma: tūc æquè potest esse cambium sicut mutuum: quamuis ex quo adijcit, quòd alter non teneatur per lapsum temporis tenetur eum soluere, ibi intercedat mutuum numismatis soluendi par B. sed non oportet, quòd pecuniam, quam primò tradidit B. censeatur ei mutuasse: immò potest censeri ei cambij nomine dedisse. Nec videtur obstare ratione mutui alteritas generis alterius monetæ: quia licèt moneta restituenda dicatur alterius generis in materia vel figura monetæ: non est tamen alteritas tanta, quin vtraq; moneta dicatur pecunia, vel numisma. Vnde si dem tibi vnum florenum in moneta restituendum mihi post annum: si in auro vel grossis restituis, non desinit esse mutuum, vel si contendas, quòd illa alteritas obstat mutuo, eo quòd distinguuntur specie, sicut si triticum restitueretur pro auena concessa: sequitur, quòd oportet dicere, quòd ibi sit cambium: quia numisma pro numismate datur: & tamen nihilominus esset mutuatio admixta, eo quòd A. expectando B. de numismate alterius generis, conferat ei numisma illud numisma alterius generis: licèt non ecclesiæ tur ei mutuasse suum numisma, quod ei tradidit. Præterea in hoc, quod dicit, quòd ad hoc, quòd A. recipiendo numisma alterius generis maioris valoris viset vsuram: oportet, quòd fuerit illius propositi, quòd etiam si illud aliud foisset tunc vilius factum, etiam ipsum recepisse voluisset, non videtur hoc esse verum, etiam si esset ibi purum mutuum: quia tunc mutuans teneretur subito damnum, quod non est verum regulariter. immo potest concurrentibus conditionibus quibusdam velle habere vltra sortem ratione damni sibi emergentis, de quo vide quæ dicta sunt in q. 78. concluſ. 2. & etiam q. 80.

Quintum corollarium. Ex præmissis patet, quid dicendum ad tertium cambium, an sit licitum vel nō. Nam si debet de rigore scholastico responderi & secundum quòd forma illius tertij cambij est illimitatè superius posita in primo corollario: tunc dimissis aliis modis dicendi: Dicendum per duas distinctiones & duo dicta. Prima distinctio est, quòd aut A. & B. specificè intendunt, quòd A. det hoc genus numismatis, & B. soluat aliud genus intra mensem: vputa, commoditas B. inducit B. vt illud genus accipiat ab A. & aliud genus restituat: Aut non intendunt hoc: immo apud eos non refert, an idem detur, vel aliud, nec B. propter alteritatem sui numismatis, quod hic, vel alibi habet, vel habebit: petit pecuniam ab A. de illo genere. In primo casu nō est omino purum mutuum: cum B. sit astrictus ad id, quòd sit contra, vel ad minus præter naturalia mutui, scilicet ad alteritatem numismatis. Vnde potest dici esse cambium. immo si intendunt illam speciem contractus, etiam est cambium: quamuis cambio illi sit admixtum mutuum. Nam est cambium ex parte numismatis, quod A. dat B. & est mutuum ex parte expectationis illius numismatis, quod B. dabit A. In secundo verò est purum mutuum. Secunda distinctio. Aut B. debet solutionē facere in loco A. vel in alio loco distanti. Nam exemplum positum non specificat an ibi, vel alibi restituat B. suum numisma: & tamen ex illo pendet responsio, eo quòd si in alio loco est soluendum: A. seruit B. præter mutuum. si autem non in alio loco, non seruit ei præter mutuum. Primum dictum habet duo membra, & est, quòd in primo casu contractus est illicitus A. si ratione expectationis, seu mutuo admixti, quo B. ad tempus expectat de numismate restituendo quærit illud lucrum, quod obuenire expectatur ex variatione valoris numismatis. Si autem ratione obsequij, quo seruit B. in recipiendo aliud genus numismatis in alio loco: cum hic deberet sibi dari, quantum esset de natura cambij: non est de se illicitus plus, quàm secunda species. Attamen in tertio cambio quo ad casum huius primi dicti & signanter quo ad secundum eius membrum tam iustificatum est singulariter cauendum, ne mentiatur iniquitas sibi. Vtpura, si A. in veritate non est mutuatus specificè ad cambium, nec de per se habet occasionem ad alteritatem numismatis sibi reddendi: licet alteritas in pactum deducta pro forma. Nec B. curat, an tunc hoc numisma recipiat, & postea aliud soluat, vel an idem. solùm enim quærit habere numisma pro sua necessitate subleuandā: tunc enim A. non est campsor, sed verus mutuator, ideo

ideo nisi possit allegare obsequium aliquod, quo A. præter mutuum seruiat B. A. est vsurarius, & hoc contingit, quando in eodem loco A. recipiet solutionem, & non in alio: quia tunc non apparet obsequium aliud à mutuo, ratione cuius possit sperare lucrum. Secundum dictum in secundo casu licèt sit purum mutuum: tamen si A. seruit B. non tantùm via mutui: sed etiam alterius obsequij, scilicet, quia vult recipere solutionem in loco distanti: & sic seruit ei non tantùm ratione temporis: quia dat dilationem, sed etiam ratione loci: quia in alio loco vult contentus esse recipere numisma idē, vel aliud, non indistinctè est damnandus, vel approbandus: sed dicendum, quòd si ratione dilationis temporis quærit illud lucrum, est vsurarius: si ratione obsequij, scilicet recipiendo in alio loco: cum ad illud obsequium ipse A. faciat, vel fecerit operas, vel expensas, non est illicitus: dummodo illud lucrum sit vt moderata merces correspondens obsequio. Secus autem si in eodem loco recipiet solutionem. Quantum igitur est de rigore scholastico, non indistinctè condemno, vt quidam, nec etiam indistinctè iustifico. Credo tamen illos, qui indistinctè damnauerunt ipsum, intellexisse in casu, vbi non respiciat A. nec B. ad alteritatem numismatis: nec etiam est A. solutio facienda alibi: sed in eodem loco, & sic nullum obsequium ibi intercenit præter mutuum, & sic est damnandus contractus. Et quamuis in casu, quo iustificauit, sit de rigore scholastico iustificandus: tamen non facilè coram imperitis & malenolis est approbandus: quoniam apud illos facile mentitur iniquitas sibi, & forte vsuras suas sub pallio talī exercerent.

Sextum corollarium. Stando in forma tertij cambij non valet decisio Laurēn. de Rid. de eodem, an liceat vel non: nisi intellexerit casum modo iam tacto. Arguit enim pro & contra, & tandem sic concludit, quòd quia sub specie lucri, & intentione plus accipiendi, quàm sit, quòd tunc mutuatur. & quia vtplurimum sic contingit, & aliàs mutuans nō mutuaret: consulo, vt omnes abstineant, & remittit pro maiori declaratione ad quasdam alias quæstiones sui tractatus. Ex quibus satis clarè haberi potest, quòd contractus est secundum eum vsurarius. Hæc inquam responsio deficit duplicitèr. Primò: quia inde loquitur, ac si in illo contractū sic esset mutuatio, quòd non haberet etiam cambiem locū in eo. Nam ipsum, qui tradit pecuniam, non nominat campsorem: sed mutuatorem: & tamen cōtingit, quòd ipse sit campsor etiam in hoc cōtractu: licet etiam tunc simul sit mutuator: respectu tamē diuersi numismatis. est enim tunc campsor, pro quanto tradit suum numisma alteri, volens habere aliud pro illo, sed est mutuator, pro quanto illud, quod alius debet sibi dare, expectat: dando sibi dilationem temporis. Secundò: quia indistinctè confulit, vt abstineatur: & tamen ex quo contra eius formam non est, quòd solutio per B. fiat in alio loco: tunc aliter contingit ipsum fieri: vt sit per omnia similis secundo cambio, scilicet, si salutio debeat fieri in alio loco, nisi quòd lucrum in tertio non est ita certum & fixum, sicut in secundo. ergo si non consulit indistinctè abstinendum à secundo, eadem ratione nec à tertio. Nam dissimilitudo predicta, si quid ad condemnationem operaretur, potius hoc operaretur circa secūdum, quàm circa tertium: cum lucrum in secundo sit certum & fixum: non sic in tertio.

Septimum corollarium. Argumēta eiusdem, quæ facit pro & contra tale cambium, non valent contra decisionem positam in quinto corollario. Nam principale argumētum eius pro illo cambio est tale: quia aut ibi est mutuum, aut cambium. Si mutuum: tūc ex quo redditur idem, quod mutuatur: & eadem quantitas, scilicet decem libræ grossorum hinc ad mensem, & tot fuerunt modo mutuatæ: igitur nullū est ibi incrementum sortis: & sic nulla vsura. Si autē est hic cambium: tunc fortius videtur, quòd non sit vsura: quia vsura non est nisi in mutuo. Et pro maiori confirmatione illius argumenti tollit euasionē dabilem ad primum membrum. Nam contingeret aliquem dicere, quòd quamuis A. non recipiat, nisi decem libras grossorum, & etiam decem et mutuaverit: tamē decem libræ, quas recipit A. plus valent, quàm decem libræ, quas A. dat B. & sic lucratur. Sed contra hoc diceretur (vt ipse arguendo dicit) quòd quamuis plus valeant illæ decem libræ nunc, quàm aliæ tunc valebant: tamē propter hoc non sequitur, quòd vltra decē libras recipiat immo decem tantum: Et quia aliquis posset iterum euadere dicendo, quòd licèt A. non recipiat plus in numero, vel mathematica quantitate: tamen recipit plus in quantitate ciuili, scilicet in valore, & hoc sufficit, vt sit vsurarius. *Huic* secundæ tacitæ euasioni, quam ipse non exprimit, vult occurrere per hoc, ꝙ arguendo adducit duo exempla, in quibus cōtingit, quòd mutuans non est vsurarius: etiam si fors. quam recipit à mutuatario, plus valeat illo tempore, quo recipit, quàm valuerit sua, quando ei eam mutuauit. Primum exemplum. Si vides, ꝙ valor florē. alteratur de tempore ad tempus ex causis diuersis. Pone ergo, ꝙ hodie mutuem tibi vnum florē. pro quo tibi trado monetam, prout nunc florē. valet, & facio te debitorem in vno flor. & post mensem debes mihi restituere flo. in auro, vel in moneta: & cum restituis, valet plus in vno solido, quàm prius, cum tibi mutuau, non pecco recipiendo in vno solido plus: quia quod plus valet, est ex cursu temporis. Vnde si esto interea retinuissem: etiam fuissem consecutus tantundem. non ergo debet mihi nocere, quòd tibi mutuaui: & tamen noceret mihi, si nō possem illum solidum à te recipere. Secundum exemplum. Si mutuaui tibi ex charitate modium frumenti ante tempora: tunc valentem sex: & hodie valentem septem: licitè possem hodie modium recipere: ita ꝙ non ob hoc poteris mihi velle tanto minus de frumento restituere, quanto nūc plus valet modius quàm prius: quia sic reciperem damnum: quia si reseruassem frumentum mihi vsque ad illud tempus, sicut intendebam: ego tanti potuissem vendidisse nunc temporis. Ad hoc ergo argumentum cum suis confirmationibus dicendum, ꝙ non concludit, quin tertium cambium supradictum sit illicitum secundum tenorem distinctionum: & dictorū positorum in quinto corollario,

rollario. & dico, ꝙ deficit tripliciter. Primò; quia arguendo supponit quasi: aut sit mutuum tantum: aut cambium tantum. modò dico, ꝙ nũquam est sic cambium, quia etiam sit mutuum: quamuis cõtingat econtra, ꝙ sit mutuum: & non sit cambium. Secundò: posito ꝙ esset purum mutuum: vt in casu secundi dicti: nunc secundum distinctionem ibi positam est illicitum, & ad argumentum dicendum, ꝙ sufficit, quòd A. ex intentione recipiat plus in quantitate ciuili, scilicet in valore, licèt non recipiat plus in quantitate mathematica & numero. Et cum adducit duo exempla in contrarium. Dicendũ ad vtrũq; ꝙ in vtroque exemplo mutuans est vsurarius, quando ex intentione illius plures consequendi mutuat. secus quando illud plus præter intentionem, & solũ ex ipsa & euentu rei consequitur, & non ex intentione. vel si erat mer seruaturus vsque ad illud tempus, quo sibi esset sic plus valiturum iuxta ea, quæ in simili dicta sunt in quæstione 36. & in q. 88. Tertiò deficit, cum dicit, si est cambium. igitur non erit ibi vsura, quæ consequentia sic non valet. Nam si fit cãbium: non tamen est sic cambiũ, quia fit ex adiuncta mutuatione. igitur ibi potest esse fedes vsuræ. Secundò arguit contra illud tertium cambium ostendendò ipsum esse illicitum sic: quia aut est mutuum, aut cãbium. Si mutuum. igitur cũ ibi vsura, per c. naviganti. Si secundum, & contractus cambij quodammodo æquipollet venditioni: tunc cum pecunia sit inuendibilis: & similiter eius vsus, qui nõ est aliud, quàm pecuniæ consumptio: & est inseparabilis. ideo vnum sine alio vendi non potest, nec ét vtrũq; simul tamq; alterum crescat per alterum in valore: iuxta notata per Io. An. super regula peccatum de reg. fur. requirit, ꝙ contractus non est licitus. hæc ille. Sed illud argumentum non concludit, quin tertium cambium supra dictum sit de rigore scholastico licitum secũdum tenorem distinctionis prædictæ: & dico, ꝙ argumentum illud deficit tripliciter. Primò illo defectu, quo etiam deficit argumentum præcedens. Secundò: quia posito ꝙ esset purum mutuum adhuc posset saluari licitum secundum distinctionem positam in secundo dicto quinti corollarij. Et ad capitulum naviganti, quod allegat, dicendum, ꝙ illud loquitur in casu, quo ratione mutui vel dilationis temporis, vel expectationis expectatur verisimile lucrum, quod mutuo aliquem ad mutuandũ: non autem in casu, quo mutuans nihil expectat ratione dilationis temporis: sed solùm expectat aliquid tanquam mercedem operis & obsequio, quibus præter dilationem temporis seruit mutuatario in hoc, ꝙ vult forte restituendam recipere in loco distanti ab eo, in quo teneretur mutuatarius sibi facere solutionem. & sic vult mutuatario supplere laborem transferendi restitutionẽ sortis de distanti loco ad locum, in quo deberet fieri restitutio. Tertiò; quia si detur, ꝙ sit cambium, non concludit probatio in contrarium: quia in tali cambio non venditur pecunia, nec vsus eius: sed transfertur ratio dominium, quam vsus pecuniæ in ipsum B. contractu permutationis; nec transfertur proprietas finè vsu, nec econtra, nec transferens pro eo, ꝙ transferendo dominium pecuniæ etiam simul transferat vsum eius: vel econtra, exigit aliquid maius, ꝙ si transferret alterum tantum: cum constet non posse vnum sine alio transferri. Modò pecunia licet sit inuendibilis: tamen nihilominus est transferibilis in alium per permutationem.

Octauum corollarium. Responsio S. Bernardini non est sufficiens de eodem tertio cambio, nisi intelligatur vt in fine quinti corollarij dixi. Nam indistincte dicit, quòd talis contractus est omnino illicitus: ponens tres rationes. Primas: quia ibi est contractus mutui cum intentione recipiendi vltra sortem hinc ad mensem, quod est prohibitum. Secundò: quia speratur lucrum nummi, quod non licet. 88. distinc. c. eijcientes. Tertiò est illicitus: quia sit cum damno proximi, scilicet recipientis pecuniam ad cambium. Nam experientia teste (quæ magistra est omnium) talia cambia sunt hotheris temporibus subuersio & destructio omnium ciuitatum. hæc ille. Sed hæc responsio deficit primò sub certa distinctione illud cambium est licitum: vt patuit in quinto corollario. Secundò: quia motiua eius non concludunt contra decisionem ibidem positam. Ad primum enim dicendum, ꝙ ibi potest esse cambium verum, & quamuis tunc etiam sit ei admixtum mutuum: tamen nõ oportet, quòd expectetur, vel quæratur lucrum ratione mutui, seu dilationis temporis: immo stat, ꝙ A. solùm quærat lucrum ratione distantiæ loci, in quo B. facit sibi solutionem sui numismatis, & hoc potest A. cum in illo seruiat B. præter mutuum. Ad secundum dicendum, quòd si concluderet æquè concluderet, ꝙ nec primum cambium, nec secundum essent licita: quia etiam ibi speratur lucrum nummi: quia in illis A. intendit acquirere lucrum mediante numismate, quod aliunde attulit & collegit. Vnde ad canonem dicendum, ꝙ intelligitur, qñ quis de nummo quærit lucrum, per hoc, ꝙ cum alteri per mutuum concedit ad vsum, qui est eius cõsumptio. secus quando colligit & adducit nummos, vt vilitèr cum illis seruiat recip. & pro suis operis mercedẽ congruam recipiat pro sua sustentatione. Ad tertium dicendum, ꝙ bñ A. ratione illius, quòd in alio loco recipit numisma. B. accipit lucrum proportionatum obsequio, quo obsequitur B. non damnificat eum: sicut nec ille qui accipit mercedem ab eo, cui de aliquo extraneo loco affert ad hunc locum pecuniam. nec hoc est defectus ciuitatum. Vnde si concludéret, æquè concluderet, quòd etiam secundum cambium esset illicitum: quia etiam ibi A. accipit à B. aliquid vltra aliud, quod recipit ab eo numisma æqualens: sed illud superaccipere non est damnificare: cum fiat cum vilitate æquiualenti, quam A. impendit B. Et quòd allegat experientiam, dicendum, ꝙ illa experientia habet locum in illo cambio, in quo vel ratione mutui, seu dilationis temporis accipit illud lucrum, vel cum solutio B. fit in eodem loco. & sic A. ei non obsequitur ex parte loci, vel ratione obsequij & distantiæ loci accipit: tamen nimis multum lucrum exigit. Sed in hoc cum sancto Bernardino conuenio, quòd canendus est modo tacto in primo dicto quinti corollarij.

Nonum corollarium. Ex eisdem patet, ꝙ responsio quorundam aliorum de eodem tertio cambio nõ est sufficiens, qui dicunt indistinctè, ꝙ tale cambium est

illicitum, & ꝙ ibi non est contractus mutui: sed cambij, quam opin. sequitur F. de Triuisio vtriusq; iuris doctor, aduocatus consistorialis in quodam cõsilio suo super dictis cambijs edito. Sed illa responsio deficit dupliciter. Primò: quia illud cambium est secundum distinctionem positam illicitum. ideo non est indistinctè iustificandum. Secundò: quia nunquã est sic cambium, quin etiam sit mutuum: vt patuit. igitur ibi est periculũ vsuræ iniquitatis. Et nõ solũ est insufficiens: immo si intelligatur etiam in casu, quo A. nec habet respectum ad alicitatem numismatis, nec ad alicitatem loci distantis: vt si in eodẽ numismate & in eodem loco B. facit solutionem A. est simpliciter perniciosa & damnabilis responsio.

Decimum corollarium. Ex prædictis etiam patet, quid sit dicendum de quarto cambio an licitum vel nõ. Nam ex quo quartum sapit naturam tertij & secundi, ideo facile est distinguere quo sit licitum, & quo illicitum, vt patet intuenti. Vnde nec illud indistinctè damno sicut quidã: nec indistinctè iustifico. Nec ex illis motiuis ipsum iustifico, ex quibus tripliciter conantur quidam ipsum iustificare arguentes, primò sic. Cambium est contractus licitus, & quartũ est cambium: igitur. Secundò: quia illud cambium est vtile & necessarium reipublicę. Tertiò: quia eccle sia Romana ipsum tolerat. Nam ad primum dicẽdũ, ꝙ cambium est de se licitus contractus: sed non omne cambium, si in quam argumentum valeret, etiam omnis venditio & emptio esset licita. Ad secundũ, non sequitur, contractus ille est vtilis. igitur est licitus. Nã ét mutuatio vsuraria sæpe est réporaliter, & secundum quid vtilis tam mutuãti quàm mutuatario: & tñ est illicita. Præterea illud quartum cambiũ in casu, quo dixi, ipsum esse illicitũ, non est vtile niſi negatiné, ideſt minus damnoſum, hoc est. tunat sæpe ipsum B. ad vicandum maiora damna: sed tñ ét in illo damnificatur: sicut ét de vsura dixi. q. 22. Ad tertiũ potest negari assumptũ: quia ecclesia eo ipso, ꝙ prædicat in genere contra oẽm contractũ iniquum, & vsurarium, & facientibus eos imponit pœnitentiã in foro conscientiæ per constitutionem canonum cõditorum contra facientes iniquos contractus & vsurarios: tunc punit, & sic non tolerat: quamuis non procedat contra tales per pœnas fori exterioris, eo ꝙ per querelam ad aures iudicis non deferuntur, ad quas si deferrentur, punirentur detectis malitijs palliatis. Quòd verò quidam nituntur ipsum indistinctè iustificare per quoddam simile, non concludit, cum dicunt. Si quis procuraret sibi magnam quantitatẽ bononenorum in Florentia, vbi vnus valet 24. denarios, & deferret eos Bononiã, vbi vnus valet 26. denarios, illud esset licitum: vt patet ex sexta conclusione, & posset in terra nostra simile poni de nostris monetis: vt in eadem conclusione patuit. Ergo etiã quartum cambium erit licitum. Nam nõ est simile: quia in prædicto exẽplo nullum interuenit mutuũ: sed pura permutatio æquiualentis pro æquiualenti, & quòd A. lucratur, illud lucrum est merces laboris deportationis in alium locum & exercitij suæ industriæ. Sed in casu, quo quartum cambium est illicitũ, est in eo mutuum, gratia cuius lucratur. immo stat, ꝙ nullum sit ibi cambium; sed purum mutuum. Nã B. indigens pecunia Florentiæ: vt sibi prouideat, accipit ab A. centum à parte rei vt forte mutuatarius: nõ vt numisma vnius generis permutandum cum numismate suo existente alterius generis: quia hic B. nõ habet numisma de illo, vel de alio genere: immo nullum omnino habet hic, vel alibi: vt possibilis est casus, sed speratse tempore intermedio acquisiturũ numisma, quod restituat A. non curato, an illud, qã se sperat acquisiturũ, sit illius, vel alterius generis: dummodo per ipsum faciat sibi A. qui nunc sibi indigenti pecunia succurrit mutuando.

Vndecimum corollarium. Ex prædictis etiam patet, quid dicendum de quinto cambio, an sit licitũ, vel non. Nam dicendum per vnam distinctionem & quatuor dicta. Distinctio est, quòd in eo sunt duo cõtractus, immo tres, scilicet cambij pro quanto trãdit vnum genus numismatis, & vult habere aliud, & non idem. Secundò est ibi mutuum, pro quanto nũmisma sibi retradendum vult expectare: vt illud sibi tradatur alio tempore. Tertiò est ibi contractus faciendi vt des: quia præter mutuum est etiam ibi obsequium ratione loci distantis, in quo A. est contentus solutionem à B. recipere: cum B. deberet sibi in hoc loco propinquo dare quantum esset ex natura: tam cambij, quàm mutui. ita vt si B. in alio loco vellet dare, oporteret, quòd B. suis expensis illud faceret afferri A. nunc autem propriis expensis, vel industria procurabit vel procurauit sibi afferri, vel quasi afferri. ergo si pro hoc petit sibi mercedem, contrahit ex tractu facio, vt tu B. des mihi aliquid. Primum dictum. Si A. recipit lucrum ratione cambij à B. non est contractus illicitus A. quia in hoc fernit B. ratione diuersitatis generis numismatis: quamuis si nimis multum lucri accipiat, pro illo obsequio fiat illicitus. Secundum, si A. recipiat lucrum aliquod à B. ratione dilationis temporis: & sic ratione mutui est vsurarius. Si autem ratione obsequij, quòd ei impendit ex parte loci distantis, non est illicitus, dummodo merces proportionetur obsequio. Tertium stando præcisè in forma casus exempli positi de quinto cambio contractus est illicitus: quia ibi notanter dicitur, quòd A. vult sibi dari per B. aliquod incrementum secundum diuturnitatem temporis, maiorem, vel minorem, per quod habet expectare B. Modò in hoc satis insinuatur, quòd A. quærit incrementum ratione dilationis temporis. secus si diceretur, quòd secundũ distantiam loci maiorem, vel minorem &c. vt patuit in 4. conclus. circa quartum modum obsequendi. Et dato ꝙ primũ non peteretur in forma casus, adhuc videtur, ꝙ alia ratione ex forma casus sit illicitus: quia adhuc ibi notanter dicitur, ꝙ A. exigat aliquid pro centenario, & sic videtur, ꝙ exigat pro forte mutuata. Si autem dicatur, quòd intelligitur sic pro centenario, ideſt pro obsequio, quod circa receptionem centenarij in alio loco fiendam ei impendit, ponitur quartum dictũ, quòd quãuis sic intelligendo hoc, quod est pro centenario &c. ille contractus saltem quãtum est de se, & de rigore formæ sit licitus in vno intellectu: tñ in alio erit illicitus. Prima pars probatur: quia quãuis in illa forma ponatur, ꝙ præter lucrum, quod exigit ex diuersitate valoris monetę, quærit aliud lucrũ,

& sic

& sic videri posset, quòd illud aliud non posset recipere ratione alicuius obsequij, quo in cambio sibi seruiret: cũ iam ponatur, quòd illud receperit per diuersitatem valoris monetæ, ex qua est luctatus: tamen non est verum, quin vltra lucrum sibi obueniens ratione diuersi valoris monetæ: etiam possit adhuc aliquod lucrum accipere ratione alterius obsequij, scilicet quo recipit solutionem in loco tam distanti: ita quòd lucrum, quod A. consequitur ex diuersitate valoris monetæ, respicit cambium in so. & lucrum, quod vltra hoc consequitur, respicit obsequium impensum B. ex parte alteriratis loci. Nam qui nõ solum dat vnum genus numismatis pro alio genere: sed præter hoc etiam numisma alterius generis recepturus est in alio loco distanti. & sic quasi allaturus est de tam distanti loco, ille dupliciter seruit alteri, vbi si in eodem loco reciperet, solùm ei seruiret simpliciter. Si enim A. cambiret B. numisma vnius generis pro alio in hoc loco. & in hoc loco etiã solutionem reciperet, seruiret ei pro quanto comportasset numisma alterius generis deseruiens B. & sic dignus esset lucro. & si aliquid sibi obueniat ex diuersitate valoris monetæ, illud potest licitè recipere, dummodo proportionetur eius seruicio. ergo si A. præter hoc quòd comportauit numisma deseruiens B. etiam vult numisma B. alterius generis recipere in alio loco, & sic virtualiter ipsum alibi asferre & supportare B. à labore afferendi sibi huc, iterum erit dignus mercede, & sic erit duplici lucro dignus. Secundum, scilicet, quòd in alio intellectu non sit saluabilis, probatur: quia scilicet sub nomine lucri cambij, quando in forma casus dicitur vltra lucrum cambij exurgens ex varietate valoris monetæ, comprehẽdatur etiam lucrum debitum A. ex eo quòd in alio loco & distanti recipit solutionem: & sic virtualiter afferat locum, in quo dat cambium, est illicitus: quia tunc non apparet, ratione cuius accipiat reliquum lucrum, nisi ratione mutui & dilationis temporis: & sic esset vsurarius, nisi forsan allegaret interesse damni emergentis, vel honesti lucri cessantis sibi ex hoc, quòd tanto tempore debet carere sorte sua, idem illo alio numismate, quod sibi mox fuisset tradendum pro suo, quo interim alibi, vel hic potuisset dãna vitasse, vel honesta lucra quæsiuisse, quæ damna vitare non potuit, nec illa honesta lucra conquirere, & hoc propter carẽtiam illius sui, vel sibi debiti numismatis: sed tunc requirerentur multæ conditiones ad hoc: vt ratione illius interesse posset quid accipere, prout patuit q. 30. Ex qua quæstione etiam patet, quare hic dicam honesta lucra: quia non haberet A. allegare, quòd si interim illud numisma habuisset, vni alteri pro lucro mutuasset, quod sibi nunc cessat: quia hoc eum non excusaret: sed oporteret, quòd honestum lucrum sibi cessasset: vtpura, quia pro illo numismate emisset possessiones, vel honestam mercationem verisimiliter lucrosam fecisset, aut honesto cambio ipsum alicui cambiuisset, & sic lucratus fuisset. Ex illis igitur patet, quòd prædictum cambium quintum non indistinctè condemno, nec indistinctè iustifico: sed cum distinctione prætacta: nec etiam in eo sensu, in quo iustifico, moueor ex illis motiuis, ex quibus moueantur, qui indistinctè ipsum tripliciter allegatur iustificare. dicentes primò, quòd ex quo B. est in mora soluendi, igitur potest peti ab eo aliquid vltra sortem, Secundò ratione interesse: quia scilicet si A. habuisset mox aliud numisma cum eo aliquid lucratus fuisset, qui nunc priuatur. Tertiò ratione periculi: quia beneficiatus potest mori in via, & sic posset cãpsor totum amittere, vel cum magnis labotibus & expensis rehabere. hæc illi. Sed ille non concludũt, quòd sit indistinctè licitum. Ad primum enim dicẽdum, quòd A. liberè consensit, quòd B. post lapsum temporis sibi daret numisma. igitur illo tempore nõ dum elapso non censetur B. esse in mora, ratione cuius possit A. aliquid exigere à B. secus quando B. tẽpore elapso non solueret numisma: quia tunc esset in mora: & adhuc tunc non posset A. aliquid exigere, nisi posset allegare interesse damni emergentis, vel lucri cessantis cum conditionibus positis. 30. q. Ad secundum patet solutio ex dictis. Ad tertium, si concluderet eadem ratione quibus mutuator posset quid accipere vltra sortem: tutior enim esset ad vendum pecunia sua, quando eam apud se retineret, quàm mutuando alteri. Præterea non tradit nisi cum multis cautelis, quibus se præseruat à periculo non habendi solutionem à B. Et dato q. esset ibi periculum aliquod: tamen nimis multum accipit pro illo periculo. immo nec pro periculo recipit: sed in veritate pro dilatione solutionis: & sic pro mutuo. ideo est vsurarius. Et hæc de cambijs dicta sufficiãt, quantum est de rigore scholastico. Et quia multipharia fraus & corruptio potest latere in quibusdam modis cambiorum supra memoratis, ideo circa illos modos, de quibus est problema, & varietas opinionũ apud doctores an sint liciti, vel illiciti. & signanter circa illos, qui sunt habiles ad hoc: vt sub illis latere valeant vsurarij & homines mente corrupti: & circa alios, qui habent speciem mali, debet cõfessor seruare documentum illud, quod sæpe commemorati est superius circa alios contractus difficiles, & ancipites, atque periculosos, prout patuit q. 3. & 6. 67. 80. & 84. scilicet vt quantumcunque tales casus possent de rigore scholastico defensari tanquam nõ vsurarij, aut aliàs contra iustitiam commutatiuam: tamen ante factum sunt omnino dissuadẽdi. immo aliquando etiam post factum est imponenda pœnitentia actoribus, prout patuit q. 80. Et etiam post actum sunt actores inducendi ad omnino abstinendum decætero à talibus ex causis memoratis q. 80. & etiam alijs locis.

QVÆSTIO C. ET VLTIMA.

Vtrum quando de aliquo contractu doctores tenent contrarias opiniones, aliquibus eam damnantibus vt peccatum mortale: alijs autem eam iustificantibus tanquam licitum, & aliquis contrahit tali contractu, contrahens peccet mortaliter? Et generaliter potest hæc quæstio moueri de quolibet actu sic, scilicet vtrum, quando de aliquo actu doctores tenent &c. Solutio quæstionis stat in quatuor suppositionibus, tribus conclusionibus, & vndecim argumentorum solutionibus.

Prima

Prima suppositio. Dupliciter contingit aliquem agere contra illum actum, de quo doctores tenent prædicto modo contrarias opiniones. Quia aut à parte rei, & secundùm veritatem ille actus est damnatus, & mortale peccatum, & sic opinio eum damnans est vera. aut ille actus non est à parte rei, nec secundùm veritatem damnatus, & peccatũ mortale. immo est licitus, vel saltem non est mortale peccatum. & sic opinio eum iustificans, vel saltem non damnãs vt mortalem est vera.

Secunda suppositio. Aliquem peccate agendo actum, de quo est dubium: modo tacto in titulo cõtingit dupliciter fieri, vt intelligi. Primo rationeactus acti. vt puta, quia actus est apertè rei damnatus. Alio modo ratione tenerantis, vel conscientiæ, vt puta, quia licet actus a parte rei non sit illicitus: tamen agens habet conscientiam probabilem, q̃ sit illicitus. Et illi duo modi adeo distinguuntur, q̃ possunt separari, & seperatim inueniri, quia stat, q̃ quis peccet primo modo sine secundo, vt puta, si sine omnibili remorsu conscientiæ agit actum, quia re est damnatus. Stat etiam, q̃ secundo modo peccet sine primo: vt si actum in se licitum agit cum notabili & probabili remorsu ac reclamatione conscientiæ.

Tertia suppositio. Agens actum, de quo docti tenent contrarias sententias modo tacto in titulo est triplex. Quia quidam est scientificus, literatus, doctus, atque peritus ad considerandum de illis opinionibus & rationibus, ac auctoritatibus earundem. Quidam verò non est talis. vtputa est illiteratus, & idiota in talibus. Vnde inter illos tanta differentia potest esse, q̃ illud, quòd vni est ignorantia vincibilis alteri est invincibilis, & quod vni imputatur in peccatum, alteri non imputatur. Sicut & vni illorum licet aliquam veritatem catholicam: puta aliquam propositionem veram contentam in scriptura canonica bibliæ ignorare: tam ignorantia purę negationis quã prauæ dispositionis: ita intelligendo, quòd si credat contradictoriam eius veram credendo non peccet: dummodo nulla sit in eo pertinacia, non sic alteri: adeo quòd si alius ignoraret eandem etiam ignorantia puræ negationis, ipse esset ob hoc culpabilis. puta: quia vel ex officio, vel gradu, vel ex singulari quadam prædictus est gratia ingenij: aut vehementis applicationis animi ad scripturas factas debebat scire. Immo si ignoraret eam ignorantia prauæ dispositionis, scilicet contradictoriam eius credendo veram: vel dubitando de ipsa veritate, quæ est catholica, talis ignorãtia ei imputaretur in foro exteriori nota, atq; præsumptio hæresis: & si adderetur fixa adhæsio & pertinacia, esset sibi vera hæresis, etiam in foro conscientiæ. Et si arguatur, dubius in fide infidelis est: vt dicitur in c. dubius. extra, de hæret. igitur dubitãs de aliqua veritate catholica erit infidelis. ergo multominus non licebit ei illam ignorare: ignorantia et prauæ dispositionis, scilicet credẽdo oppositum eius verum. Dicendum, antecedens intelligitur, vbi quis dubitat de illis, quæ secundum suum statum, gradũ, & gratiam tenetur explicitè fide credere. Si verum arguatur: quia Scot. in 3. dist. 23. q. 1. art. 2. dicit, q̃ quilibet etiam simplex tenetur cauere errorem, etiã omnem, scilicet non solum contrarium articulis cõmunibus: sed etiam omnem, qui est contrarius veritati scripturæ canonis bibliæ, aliàs enim error in fide staret cũ fide in fusa, quod est falsum: quia sic simul starent fides & hæresis. Dicendum, quòd argumentum probat verũ de errore, cui accedit pertinacia: ille enim error est vera hæresis & infidelitas. & illud idem videtur velle Scot. in fin. eiusdem act, vbi dicit, probando suum dictum: quia non posset aliquis pertinaciter adherere contrario alicuius veritatis in bibliã, quin iudicaretur hæreticus.

Quarta suppositio. Varia possunt poni exempla de hoc, quòd doct. de aliqua materia tenent contrarias sententias, & in materia quidem contractuũ patent plurima exempla. quæ require in pluribus quæstionibus 2. 3. & 4. tractatuum. Sed extra materiam contractuum exemplificando, primũ & secũdũ patebunt in secunda principali probatione secundę conclusionis principalis. Tertium exemplum. Sanctus Tho. tenet, q̃ sicut confessio non oportet vocalis: sed confessio fictione cessante esse valida. Alij autem doct. cõtra: falsum de eo, qui est sicte confessus fictione positiua. Et qui propositum non abstinere, & nec illud propositum, cum sibi occurreret vt confitẽdum, voluit confiteri: vel qui à proposito obticuit aliquod mortale ex causa illegitima: quamuis quidam nitantur opinionem S. Tho. exponere, vt coincidat cum opinione aliorum: Sed hoc non apparet de eius mente fuisse. Quartũ exemplũ. S. Tho. & Richar. tenent, q̃ exigere actũ matrimoniale tẽpore menstrui, saltẽ naturalis, est illicitũ. immo quidã dicũt, ipsum esse mortale. & hoc propter præceptum legis Leuit. 18. & etiam propter periculũ infectionis prolis, si tunc concipieretur. Immo & Richar. tenet, q̃ reddere illo tempore sit illicitũ. & Baptisidicit in summa, q̃ libenter reddens illo tẽpore peccat mortaliter. Sco. etiam tenet, q̃ accedere ad talẽ sit mortale. immo inspecta ratione eius etiam conuincitur tenuisse, q̃ reddere tali mulieri sit mortale: quia illa redditio sit cũ transgressione maioris præcepti. vide enim in 4 dist. 32. Petrus autem de Palu. tenet, q̃ non solũ reddere non est illicitũ, & si scitẽ fiat; sed & exigere non est mortale, etiam si sciens fiat, & etiam si credat inde generari prolem defectuosam. Quintum exemplũ. Richar. in 4. dicit indistinctè, q̃ exigere debitum tempore sacro non est mortale, nisi hoc facetet in contemptum festi, vel ecclesiæ: quia tunc mortale esset: sed reddens in nullo peccat, sed tenetur ad hoc. Sed Alexand. de Ales ponit casum, in quo exactio debiti tempore sacro est mortale peccatũ: & cũ non fiat in cõtemptũ. fit ita in 2. parte sum. q. 166. membro 2. qui nulla necessitate ductus causa libidinis sat̃anda tempore debito orationi petit instanter, vel constanter carnalem copulam non causa procreationis, peccat mortaliter: & hoc tempore orationis solenniter statuto ab ecclesia. Et auctor Pisanellæ & videtur tenere, quòd sit mortale exigere illo tempore: si sine magna difficultate potest abstinere, eo quòd ibi videtur interuenire contemptus ecclesiæ. & idem dicit de libenter reddente. Sextum exemplum. Sanctus Tho. tenet & bene: quòd excusantur illi, qui non soluunt quotam decimæ ex eo, quòd apud eos consuetudo inoleuit

ra, inualuit non soluendi eam: prout latius dixi in tractatulo defensiuo illius opinionis contra canonistas: & tñ cõiter canonistæ dicunt, quòd non excusantur, immo quòd opinio theologorum in hac parte sit quasi hæretica. Septimum exemplum. Aliqui tenent, quòd satisfactio pœnitentialis imposita alicui si expleatur in mortali, in quod pœnitens recidiuauit, liberat confitentem: ita quòd non teneatur reiterare eandem in foro ecclesiæ militantis. immo secundum Sco, talis etiam per eam satisfacit in foro Dei; sic scilicet quòd illa satisfactio licèt nõ sit concilijs, est tamen exoluens. Et eiusdem opinionis est Ioã. de Gerlona in regulis mandatorum. Alij verò dicunt, quòd talis satisfactio non liberat, quin teneatur eam reiterare: si saltem sit talis satisfactio, quæ non reliquat effectum in satisfaciente, postquam actus transijt, iuxta sit in oratione. Et illius opinionis est Tho. & Alber. quamuis quidam intelligant hoc sic, quòd teneatur eam reiterare hic, vel alibi inere, ita quòd hic expleta in mortali non diminuit aliquid de pœna in foro Dei sibi debita. Octauum exemplum, in plurimis casibus dubitatur, si quis contrahat excommunicationẽ maiorem vel non, unde propter obscuritatem, vel non sufficientem expressionẽ constitutionũ positiuarum, sunt de illis contrariæ sententiæ doctorũ: quæ tñ contrarietas de facili poterit tolli de medio: si prælati ecclesiæ essent solicitu ad iorendendum illis, quæ pacem & salutem animarum respiciunt: quia sola voluntate condentis canonum volentis tales casus contineri, vel non contineri sub talibus constitutionibus, cessarent illæ contrariæ opiniones, & talia innumera parit positiua iura, quæ periclitant conscientias hominum, non solùm in constitutionibus prædictis censurarum ecclesiasticarum, quæ vltra modum sunt multiplicatæ in magnum grauamen fidelium, in quibus est contrarietas doctorum; sed ẽt in alijs non pœnalibus, sed præceptiuis constitutionibus & dispositiuis merè politicis, quæ etiam vltra modum sunt multiplicatæ, prout cõqueritur B. Augustinus inquisitiones Ianuarij. & habetur in c. omnia, dist. 12. qui si hodie esset, longè amplius quereletur. Similiter cum cognatio spiritualis sit ex solo iure positiuo introducta, possent de facili tolli problemata, quæ sunt circa eam, vtpote: vtrum teneus puerum per alium tanquam per procuratorem contrahat cognationem spiritualem: vt quidam tenent, vel non contrahat: vt alij tenent, quorum sententia verior videtur, sicut nec glebanus contrahit eam, si adjutor eius ipsum baptizet ex eius commissione: & tñ ibi subest periculum animarum ex contractu, qui possem pòt oriri inter tales personas. Itẽ an cognatio spiritualis cõpatris cũ matris tranleat de viro in mulierẽ quãcunq; carnaliter cognitã: & si non sit vxor, puta fornicariè cognitam, tenet Tho. in 4. vel an non transeat in cognitam fornicario coitu: vt tenet Richar. in 4. dist. 42. & idem tenet Per. de Palud. in 4. & etiam iuristæ quidam idem sentiunt: vt Ant. de But. & gl. Rayn. Innoc. autem vtramque refert, nec alteram alteri præfert.

Prima conclusio. In septem casibus contingit, q̃ agens talem actum, de quo modo facto in ar. docto. tenebat contrarias sententias, peccat mortaliter. Primus, quando opinio eum iustificans, est expressè cõtra scripturam factam. Secundus, qñ eadem est expresse contra determinationem ecclesiæ. Ratio illorum duorum casuum est: quia si agens excusaretur in illis casibus: tunc eadẽ ratione illi, qui sequuntur, vel secuti sunt hæresiarchas, excusarentur à peccato hæresis, vel infidelitatis, quod est falsum: & contra illud Christi. Si cecus cecum ducit, ambo in foueam cadunt. Matth. 15. Sequela tñ probatur: quia doctrina talium est aut expressè contra scripturam factã, aut si non satis expressè, tñ est contra determinationẽ ecclesiæ, quæ id, quod implicitè fuit, explicat, & sic dato q̃ ante illam explicationẽ tali doctrinæ adhærere non fuisset hæresis: tñ post illam explicationem illicitum erit ei adhærere. Et de illis duobus casibus, posset exemplificari de contractu vsurario. Nã ille expressè dãnatur in scriptura facta vt mortalis: vt patet Ezech. 18. & in alijs locis: vt patuit q. 22. conclu. 13. Est etiam contra determinationem ecclesiæ. Nam quamuis in cle. grauis de vsur. vbi dicitur, quòd asserens, quòd vsura non sit peccatum, est vt hæreticus puniendus, non expressè fiat mentio de mortali peccato: tñ ex alijs passibus iuris canonici & decretis conciliorum satis patet, q̃ sit mortale peccatum: prout etiam patuit q. 22. conclusione, 13. Nã tam graues pœnas, quas infligit ecclesia vsurarijs: immo eorum fautoribus & cooperatoribus non infligeret ecclesia eis, si vsura esset tantum veniale peccatum. pro veniali enim non prohibetur quis à cõmunicatione aliarum: nec prohiberet suarũ oblationum receptio ad altare, aut eius sepultura ecclesiastica: & sic de alijs, quibus tñ pœnis punitur vsurarius: vt patet in c. quia in omnibus. extra. de vsuris. & de pœnis fautorum suorum: puta locantium eis domos, aut seruentium pro eis, patuit quæstione 48. Tertius casus, quando sequi opinionem iustificantem eum scandalizat mortaliter proximum: quia scandalizare mortaliter proximũ, est mortale peccatum, iuxta illud. Vãe mundo à scandalis. & iterum. Si quis scandalizauerit vnum &c. Matth. 18. secus de scãdalo veniali. Quartus, qñ agens eundem actũ habet probabilem conicientiam, quòd sit mortalis, & dicitur probabilis: vbi plus declinat ad credendũ quòd sit mortalis, quàm q̃ nõ sit talis. Quintus, qñ agens habet æquilibrem conscientiam, q̃ sit mortalis: hoc est, æquè credit, q̃ sit mortalis: sicut q̃ nõ sit talis. Ratio illorũ duorũ casuum est: quia in quarto agit cõtra cõscientiã, ergo ædificat ad gehennã, cõ. n. quod non est ex fide peccatum est, ad Ro. 14. hoc est secũdũ Amb. cõtra conscíam, & in quinto agit cõtra charitatẽ propriæ salutis, cuius ipse est negligctor & contemptor ante non amator: qui. n. æquè credit sibi ipsi in aliquo actu pnicioſiſſimè nocere, sicut non nocere, & agit eũ nihilominus nõ plus se amare conuincitur q̃ odire, vel nõ amare. Sextus, qñ nullũ p̃dictorũ quinq; adest: tuñ actus prædictus est in veritate (licèt implicite) cõtra prohibitionẽ scripturæ sacræ, aut determinationẽ & prohibitionẽ ecclesiæ implicitã, quãus hoc latear agẽtem eũ: cuius tñ ignorantia nõ est inuincibilis: sed vincibilis: ita q̃ si diligẽtiã debitã feciſset, illud sibi fuiſset factum explicitum, & conſtitiſſet: non obſtante, q̃ cũ probabili conſcia & ſine

ſine remorſu eam agat. Ratio huius est: quia quãuis non possit dici illum peccare ratione temeritatis, vt patet: tamen ex quo actus est ex parte rei damnatus: tunc nisi ignorantia eum excuſet, ipſe peccabit ratione rei actæ, vel actus acti. Modo ignorantia iuris diuini, si est vincibilis, neminem excusat: quia si est vincibilis, igitur potuisset eam studio superasse, si debitam diligentiam feciſset. igitur si debitam non fecit: tunc culpabiliter omisit facere diligentiam. igitur ignorantia ex illa omissione proueniens erit culpabilis. igitur nec sufficiet excusare culpam actus inde præcedentis. Culpa enim culpam excusare non sufficit. per reprehendentem enim nemo constituitur irreprehendibilis, nec per reatum quis deobligatur. ab immundo enim quis mundabitur? Et pro isto casu videtur esse Henric. Gandẽ. vt patebit in prima conclusione secundæ conclusionis. Septimus, quando actus ille, non est à parte rei illicitus, & agens eum est literatus, & scientificus, qui nouit ponderare causas adherendi potius vni opinioni quàm alteri, & tales causæ adherentiæ sunt notabiliter magis prægnantes circa opinionem damnantem eundem actum, quàm sint causæ adherendi opinioni iustificanti eundem: & nihilominus (non obstante illa prægnalentia) ipse adhesit opinioni iustificanti eum & egit eundem. Ratio huius est: quia talis non cateꝛ temeritate in suaactione, & agit contra probabiliorem conscientiam. Nã si causæ adherendi opinioni damnanti actum sunt magis prægnantes: tunc sunt nate inducere eum ad magis credendum, quòd sit illicitus, quàm quòd sit licitus. Modo intellectus est potentia naturalis non potens non credere id, quod sibi ostenditur vt magis credibile. igitur talis magis credit quòd sit damnatus actus, quàm quòd sit licitus: & nihilominus (illa credulitate non obstante) agit eundem actum non obstante reclamatione conscientiæ, quam non audit, nec aduertit, aut eandem per imperium voluntatis compescit suspendendo intellectum à cõsideratione ratiõ per auertionem eius. Posset etiam poni octauus casus, scilicet quando etiam cessantibus prædictis esset ita effectus ad actum, quòd etiam si sciret eum esse illicitum, non vellet dimittere eum. Causæ autem adherendi potius vni opinioni quàm alteri sunt septem. Primæ quinque se. tenent ex parte doctorum vnius opinionis, aliæ duæ ex parte fundamentorum illius opinionis. Prima igitur causa est. Si doctores vnius opinionis sunt & fuerunt regulariter in alijs opinionibus moralia respicientibus veriores, ita q̃ in talibus verius scripserunt, & minus erraueruntꝛ tunc enim cæteris paribus, etiam in propoſita materia subest causa magis adherendi opinionibus eorũdem. Ex similibus enim præsumitur de similibus. Secunda: si doctores vnius opinionis sunt & fuerit regulariter melioris & integrioris vitæ. Nam tunc cæteris paribus magis adherendum est opinioni illorum, quàm aliorum. Ratio: quia vitæ sanctitas atq; integritas magnam apud Deum meretur illuminationem, & significat castitas: vt Ioannes euangelista inter catholicos, & Plato inter ethnicos altius de diuinis scripserunt. Vt sic tales minus errant in vita atque in suis personalibus operibus: sic etiam nati sunt minus errare in doctrina, atq; in operibus aliorum dirigendis, Initium enim sapientiæ timor dñi, & huic alludit, quod Sapiens ait Eccles. 37. Anima viri sancti enunciat aliquando vera, plus quàm septẽ circumspectores sedentes in excelso ad speculandũ. Vnde cæteris paribus non est agendum secundũ consilia eorum, qui sine debito timore domini viuunt: relictis viris rationabiliter timoratis. vnde ibidem ironicè ait Sapiens. Cum viro irreligioso tracta de sanctitate: & cum miuſo de iuſtitia. & cum muliere de his, quæ emulatur: cum timido de bello, cum negotiatore de traiectione, cum emptore de venditione, cum viro liuido de gratijs agendis, cum inspijs de pietate, cum inhoneſto de honeſtate, cum operatio agtario de omni opere, cũ operario annuali de consumatione anni, cum seruo pigro de operatione multa. Non attendas his in omni consilio: sed cum viro sancto assiduus esto, quemcunq; cognoueris obseruantem timorem Dei. Hæc ibi. Tertia: si doctores vnius opinionis plus insudauerunt in studio talium materiarum, quàm doctores alterius opinionis. Nam cæteris paribus plus adhærendum est opinioni illorum, qui plus talibus materijs insudauerunt, quàm reliqui, etiã si illi reliqui in alijs sint longè peritiores, hoc modo in his, quæ concernunt legem diuinam plus adhærendum est theologis. quã iuristis. Econtra verò in his, quæ concernunt legem purè positiuam & contẽtiosam forum plus iuristis, quàm theologis. Similiter inter theologos in materijs moralibus, ac agibilibus & casualibus spectantibus ad conscientiam, & ad consilia particularium & agibilium plus standum est illis, qui in moralibus diligentius suum contriuerunt ingenium, quàm illis, qui illis vel spretis, vel neglectis scholasticis quibusdam apicibus philosophicam subtilitatem resonantibus intenderunt. Horam enim quisque est bonus iudex, quę nouit: vt ait Aristot. 3. Ethi. & vnicuiq; in sua arte experto credendum est. Quarta: si doctores vnius opinionis sunt minus præsumẽdi affectionati ad illam opinionem, quàm alij ad suam. Nam cæteris paribus plus adhærendum est opinioni illorum, qui minus præsumuntur, vel omnino non præsumuntur affectionati, quàm affectionatis, vel magis affectionatis. Hoc modo si materia, super qua est dubietas tangit lucrosiratem temporalem, aut temporales obuentiones alterius partis doctorum, minus credendum est illis, quos illa temporalitas respicit, quàm illis, quos non respicit. Hinc cæteris paribus magis credendum est iurisperitis ibi, vbi non sunt alligati alteri partium. pura vbi scribũt per modum lecturæ quã iurisperitis alijs, vel & eisdem ibi vbi alteri partium tanquã aduocati, vel aliter ei alligati scribunt cõsilia. Simili modo: si super aliqua materia sint dubietas & p. viros vnius religionis, professionis, & cõitaris, aut viæ teneatur vna pars: & per alios alterius cõitatis tenentur alia pars. si aliqui expositoribus doctoribus super eadem discordent: tũc cæteris paribus minus credendum est illis vtriusque partis, q̃ aliquibus tertijs, qui neutri cõicati, vel professioni sunt sic affecti: amor. n. & odiũ peruertit iudicium. Quinta: si sint plures de vna opinione, q̃ de alia. Nã cæteris paribꝰ magis adhærẽdũ est pluralitati.

Vnde Isidorus in epistola ad lectorē suū: canones q dicuntur Apostolorum, præfert cæteris conciliis ex illa causa, quia licerè quibusdam dicantur apocryphi: tamen plures eos receperunt, & habetur 16. distinct. c. Isidorus. Et beatus Aug. in lib. 2. de vnico baptismo, q per vniuersę ecclesię statuta firmatum est, vel vnius episcopi auctoritate, vel vnius prouinciæ concilio præferendum. 2. q. 7. c. puto. Similiter Aug. in lib. 7. de doctr. christiana docet, in illis scripturis, quæ non ab omnibus recipiuntur, præponendas esse eas, quas plures, grauioresq; accipiunt, eis quas pauciores, minorisq; auctoritatis ecclesiæ tenent, dist. 19. c. in canonicis. Et dico, cæteris paribus: nam aliàs nō oportet. Vnde ait Papa Pius I. in Epistola missa Ludouico Frācorum Regi. Scriptura, quæ ait. Vbi multa consilia: ibi salus consiliorum multitudinem non requirit, sed maturitatem, & digestionem, quæ res in paucis, quàm in multis facilius reperiuntur: neque enim honestas, aut iustitia multitudine facile suaderur, quæ varijs affectibus agitata ad pejora frequenter inclinat. Nec bene se res habet, vbi suffragia numerantur, non ponderantur: sæpe enim fit, vt major pars melioremvincat, hęc ille. Item in lib. j. C. de vet. iur. enucl. dicit text. q sæpe vnius, & forsan deterioris sententia potest multos, & maiores in aliqua parte superare. Vnde tunc non est considerandamultitudo sequentium vnam opinionem: vt dicit ibidem text. Præterea si vnam opinionē plures teneant, quàm aliam: aliam verò graviores, videtur, q si alia sint paria, etiam opiniones illæ sint æquales auctoritatis habendæ. Vnde Aug. in 2. de doctr. Christiana, ait, q si contingat inuenire scripturas aliquas à pluribus teneri, & aliàs à grauioribus haberi quanquam hoc inueniri non possit, æquales tamē auctoritatis eas habendas puto. Sexta: si rationes vnius opinionis sunt meliores & magis stringentes, quàm rationes alterius. ei enim, quæ melioribus rationi innititur stādum est: vt in c. capellanus. de fer. Quo enim quisquis magis ratione nititur: eo majoris auctoritatis verba eius esse videntur; ait Gratianus dist. 20. in prin. Vnde secundum eum ibidem aliqua dicta Augu. & Hiero. circa expositionem sanctarum scripturarum præferenda videntur dictis aliorum Pontificum: eo q melioribus rationibus adhæsisse videntur illi, quàm illi. Septima: si auctoritates fomentes provna sunt expressiores, vel maiores auctoritatibus fomentibus pro alia, vnde Graia. 36. quæst. vlt. c. vlti. dicit, q auctoritas concilij Aquisgrani dicentis, q raptor & rapta non possunt matrimonialiter copulari: etiam de consensu parentum, & post pœnitentiam, non præiudicat auctoritati Hiero. maximè cū Hiero. testimonio diuinæ legis innitatur, & ita sentit, q raptor & rapta possunt copulari post pœnitentiam peractam de consensu parentum. Attamē hoc exemplum non est conueniens, vt videtur: quia concilium prædictum hoc dicens, non hoc dixit determinatiuè, & quasi hoc sit de lege diuina, vel q absolutè id fieri non posset. Sed (vt videtur) hoc dixit dispositiuè, & quantum est ex humana lege ecclesiæ volendo statuere & prohibere, ne copularentur: Modo multa non possunt fieri ob prohibitionem legis positiuæ, quæ tamen quantum esset ex lege diuina possent fieri, adeo q auctoritas alicuius alleganris legem diuinam hoc admittentem, seu non prohibentem, non est ideo præferenda auctoritati legis positiuę illud prohibentis.

Secunda conclusio. In duobus casibus non peccat ille, qui agit actum, de quo Doct. tenent &c. vt in titulo. Primus, quando talis actus non est à parte rei illicitus, nec in se, nec de per accidens, & agens illum actum (si est literatus) sequendo illam opinionem, quę iustificat eundem, habet causas adhærentiæ magis prægnantes modo recto in 7. casu præcedentis cōclusionis. Si autem non est literatus, aut nescit ibi esse varietatem opinionum, sed credit non esse dubium apud aliquos, quin ille actus sit licitus, & sic bona fide eum facit. Aut si audit ibi esse varietatem opinionum: tamen probabili bona, ac quieta conscientia adhæret illi opinioni, quæ iustificat eum, & hoc vel quia vnctio eum docet de hoc. aut ob auctoritatem sui prælati affecurantis eum de illo actu, & paratus esset omittere actum, si sciret eum esse illicitum. Ratio autem huius casus est, quia nec ratione rei actæ, nec ratione temeritatis peccat: vt satis patet, ergo non apparet, vnde peccet. Secundus casus, quando actus est à parte rei illicitus, & agens credit eum licere, & secundum gratiam sibi datam à domino facit, quod in se est: vt sibi innotescat. puta, quia cum sit per se literatus, examinat causas adhærentiæ illius opinionis, quę eū iustificat: & si quæ alia sunt, quæ requiruntur ad facere, quod in se est, facit, & cū videantur sibi magis prægnantes, ipse bona fide, & probabili cōscientia agit eum, vt licitum, & sic ignorantia, qua ignorat eum illicitum esse, est sibi inuincibilis, fecit enim quantum potuit, & debuit pro scire do, si esset licitus, vel non, nec sibi innotuit. Similiter si non est literatus, sed quę sunt literatos, qui eum iustificauerunt, quibus ipse fidem dat: & similiter si quæ alia sunt, quę requiruntur ad hoc: vt sibi illud innotesceret: non omisit etiam illa facere, & sic bona conscientia egit eum: adeo q cesset esse in ignorantia inuincibili: dummodo tamen agat eum actū ex tali ignorantia, & etiam q paratus esset omittere eum, si constaret sibi, q esset illicitus: Dicitur autem inuincibili ignorantia, quando alicui non innotescit aliqua veritas: etiam postquam fecit illud, quod debuit, vt innotesceret. Vnde dicunt, quædam est, quæ studio superari non potest: sed tunc nomine studij non intelligitur sola diligentia intellectus inuestigatis: sed etiam affectus: vt patebit. Et ecōtra, vincibilis dicitur, quando aliquem latet veritas aliqua: quę tamen sibi innotesceret, si faceret, quod in se est; & qđ debuit. Et ille secundus casus huius conclusionis potest tripliciter fieri probari. Primò, quia talis non potest dici peccare ratione temeritatis: vt patet de se, nec etiam ratione rei actę, vel actus acti, quia & si ille sit in se illicitus: tamen non debet sibi imputari: sicut si naturaliter surdus occidat innocentem: licet ille actus sit in se, & quantum esset de se, esset illicitus: tamen tali agenti non est illicitus: nec ei imputatur propter ignorantiam inuincibilem: licet illa sit etiā iuris diuini. ergo eadem ratione sic erit in hoc casu. Nam sicut illa, quæ expresse sunt contra legem diuinam & naturalem, contingit ignorari ignorantia inuincibili,

iuincibili, & hoc apud naturaliter stultos, & non habentes vsum rationis, quibus illa (quantumcunque nata sunt cognosci) non constant, ita proportionabiliter contingit, quòd aliqua sint ita latentes & remotè, atque tam longinquè contra legem diuinam, quòd licet naturaliter stultus non possit assurgere ad cognoscendum ea, quæ expresse sunt contra legē Dei: ita proportionabiliter naturale lumen aliquorum hominum vtentium ratione non potest assurgere ad cognoscendum illa obscura esse contra legē diuinam, ita q proportionabiliter illa sunt supra lumen vtentis ratione: sicut alia supra capacitatem nō vtentis ratione. Nam quamuis ex speciali illuminatione Dei possent illa eis innotescere: tñ quia illa illuminatio non est in eorum potestate, ideo si fecerunt, quod debuerunt, vt innotesceret eis, & tamen nō obtinent: erit illa eis impossibilis, & per consequens excusabit eos. Et pro hoc casu secundo huius conclusionis, & etiam pro septimo præcedentis conclusionis vt esse Hen. Gandeh. in quodlibet. quodlib. 4. q. 33. vbi loquens docet, qui audit diuersitatem opinionum super aliquo agibili, dicit sic. Si audiret est simplex, non potens discernere docto. determinationes, neque conditiones circa doctorem, qui stat contra partem periculosam: sed nouit illos probos esse, qui sentiunt contrarium, aut præsumit eos magis fidedignos: ille exponendo se illi periculo, non peccat mortaliter: quia non reputat illud periculum; & si sic in rei veritate, & licet non peccet, exponendo se illi periculo: tamen peccat mortaliter, faciendo q regula fidei prohibet, licèt occultum sit rei, quòd ipsa illud prohibet: quia huiusmodi ignorantia non est sicta: sed iuris, quæ neminem excusat: nisi forte distinguendum sit inter ea, quæ pertinent ad principia legis naturalis: vt sunt illa, quæ sunt expressa in præceptis decalogi, quæ neminem habentem vsum liberi arbitrij licet ignorare, & inter ea, quæ sunt post illa principia & ex illis ductu rationis elicienda, quæ licet aliquos simplices ignorare: & maximè ignorantiam inuincibilem habentes ex debilitate ingenij ad illa cognoscenda. hæc ille. Dixi autem notanter quatuor in secundo casu. Primò enim dixi, si qua alia quàm propria in examen literato, aut inquisitio in non literato requiruntur ad hoc, vt innotescat agenti, quid sit licitum, vel nō. Nam vt, q literato nō sufficiat, q præcisè naturali industria intellectus intendendo laboret, vt illud sibi innotescat: nisi etiam affectum eleuādo in Deum petat super tali (de quo audit esse dubium & periculum salutis) diuinam illustrationem & directionē; Et si est illiteratus, quòd petat à deo, qui regat eum vt à tali viro, vel tali responsum obtineat, qui quod iustum est & rectum sit, sibi indicet. Ratio huius est. Nā q in talib⁹ debemus taliter agere, pater quadrupliciter. Primò quia Iacobus ait in canonica sua. c. j. Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei: postulet autem in fide nihil hęsitans. Modò in tali dubio agens indiget sapientia, hoc est notitia diuinæ voluntatis, igitur si non fideliter petit illustrari à Deo, non celebitur facilè, quod debuit, & potuit. igitur non erit eius ignorantia inuincibilis. Secundo exemplo sapientis, qui ait. Innocani, & venit to mei spiritus sapientiæ & illesspiritus est vnctio, quæ docet hominem in omnia, quæ deficit humana informatio, quæ non sufficit assecurare hominem, & de illa loquitur Ioan. j. cathol. cum ait, Vnctionem, quam accepistis ab eo, manet in vobis, & nō necesse habeti, vt aliquis docet vos: sed sicut vnctio docet vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium, videl. Si maneritis in gratia Spiritussancti; tunc quamuis non debeatis contemnere doctrinas hominū in necessarijs ad salutem: ipsi ille deficerent vobis, propter hoc non deficietis in necessarijs: quia gratia Spiritussancti dirigeret infallibiliter vos in via salutis, ita q illustrabit vos. aut si illud non faceret vobis: saltem non impuraretur vobis, si cauaretis, & sic iterum non deficeretis. nec effetis extra viam salutis. Tertio exemplo Salomonis, qui cum cognosceret suam insufficientiam regendi populum Israel petiit illustrari in necessarijs ad debitum regimen ciuilē: & sicut petiit, ita obtinuit. 3. Regum 3. Quartò: quia Ecclesiasticus dicebat ad Dominum. Cum ignoramus, quid agere debeamus, hoc solum residui habemus, vt oculos nostros ad te dirigamus. 2. Paral. 20. Vt ergo conscitur homo esse in ignorantia insuincibili, debet laborare tam affectu quàm intellectu. A fectu, scilicet orando & inuocando Deum vt eum illustret, vel dirigat per se, vel per alium doctorem, qui interrogatus sibi talubiter respondeat. Vnde debet dicere vt Psalm. Illumina oculos meos, ne quādo obdormiam in morte, scilicet ignoranter faciendo, quod secundum tuam voluntatem mortaliter, & iterum. Doce me facere voluntatem tuam, & bonitatem & disciplinam & scientiam docemme. Intellectualiter autem laborare debet. videlicet, si non est literatus per se, q diligenter inquirat à literatis cū mentibus Deum: sicut faceret in minōe sibi periculo corporalis vitæ, aut rerum: tunc enim diligentes quærerer, verū medicum. Si aut per se est literatus, inuestiget cās adhærentiæ, & signanter, q diligenter inquirat scripturam sacram, in qua continetur voluntas Dei, quæ dicitur signari. Vnde Salomon loquēs de sapientia, quæ est diuinæ voluntatis agnitio, ait. Si quæseris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam: tunc intelliges timorē dñi; & scientiā Dei inuenies: quia dñs dat sapientiam, & ex ore eius prudentia & scientia. Prouerb. 2. Negligens aūt illā petitionem & inuestigationem facere est dominum reprehenditur eum illis, quibus dixit Dñs Esaiæ 30. Vhe filij desertores, vt faceretis consilium & non ex me, & infra. Et os meum non interrogastis. Nam per os Dñi intelligitur tam diuina illustratio, quæ interrogatur, quando petitur, quàm etiam vir à Deo prædirus scientia & sapientia legis diuinæ, quales præsertim debent esse sacerdotes prælati. iuxta illud. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius: quia angelus Domini exercituū est. Malach. 2. Vnde etiam Alexander Ales in 4. part. sum. q. 20. membro 8. §. j. loquens de facere, quòd in se est vt innotescant alicui ea, quæ sunt fidei: dicit facere, quodam se est, est vt ratione, per quam potest cōprehendere Deum, & inuocare auxilium Dei: hæc ille. Quanta autem debeat esse diligentia in inuestigando, tam per intellectū, quàm per affectū vide-

scatur fecisse, quod in se est, & quòd eius ignorantia censeatur inuincibilis, si non innotescat sibi, quod quæritur: non potest distinctè certa regula: sed vacuo docebit. Hoc tamen videtur, quòd non oporteat eũ tantam facere, quòd maiorem fecisse non potuisset, aliàs enim si Iacob cognouisset Lyam prima nocte, illa ignorantia facti, qua ignorauit eam non esse suã, scilicet Rachelem, non esset inuincibilis dicẽda, nec eum excusaret: quia non tantam diligentiam fecisset, quãtam potuisset: scilicet, si esset alia quàm sua. Nam potuisset fecisse sibi apportari lumen, vt conspiceret eam. Sufficit enim, quòd fecerit tantã, quantam in talibus solet adhiberi. Item in inuincibili ignorantia iuris sufficit, quòd tantam faciat, quantam facerẽtin re ardua, quæ sibi nullum esse cordi, prout solet dici in discussione conscientiæ tempore confessionis faciendæ: vt dicit Scot. in quarto. Dixi secundò notanter secundum gratiam sibi datam à domino. Nam fiat, quòd illud, quod vni est ignorantia inuincibilis, alteri est vincibilis, & per consequens impurabilis, & sic non excusans. Cui quidem multum datur, ab eo multum exigitur. Cum enim creuerint dona, creuerunt & rationes donorum, ait Gregorius. Dixi tertiò notanter, dummodo agat illum actum ex illa ignorantia. Nam si non ex ea ageret, nõ excusaretur. Dicitur autem eum ex ea agere, quando sic agit eum, quòd illa ignorantia est causa illius actionis: puta quia alias non egisset, si sciuisset eum esse illicitum. Differunt enim agere aliquod opus ex ignorantia, & agere cum ignorantia, vel ignoranter. In primo enim ignorantia est causa & antecedens ad actionem. In secundo est concomitans actionem, & non causa, nec antecedens eam. Dixi quartò, dummodo paratus esset omittere eum &c. quia si non: tunc non peccaret mortaliter agendo: quia ex affectione existente supra Deum ad illum actum, ageret eundem. Secundò principaliter probatur prædicta secũda conclusio quo ad secundum eius extremum sic. Quia nisi sic: sequeretur, quòd aliquis ex sanctis doctoribus ecclesiæ decessisset in peccato mortali: consequens est inconueniens. Sequela probatur, quòd sanctus Thomas tenet in quarto, quòd post lapsum in mortale, non oportet aliquem statim confiteri habita copia confessoris: nisi in quibusdam casibus, qui ibi ponuntur distinct. 17. & cum eo tenet Richar. eadem distinctio. decimaoctaua. Et Alexan. de Ales in quarta parte summæ, qõ. 77. membro quarto, articu. primo. Sed S. Bonauen. qui & ipse nostris temporibus, scilicet sub Sixto quarto est canonizatus, tẽ contrariæ opinionis, & eiusdẽ etiam opinionis est Henric. Ganden. in quodlibetis, quodlibe. quarto. q. 14. & hoc quo ad illum, qui cũ habeat facere dotem paratus, non expectat tempus magis congruum sibi, & opportunum secundum diuersas circunstantias, quæ ad confitendum requiruntur. Cum ergo alteram illarum opinionum oporteat esse falsam, ponamus, quòd opinio Thomæ fuerit falsa: tunc ipse eam docendo alios (qui etiam hodie communiter sequuntur eam in opere & obseruantia) Deum reuocando, peccasset mortaliter: quia seduxisset homines ad mortalem omissionem per suam doctrinam, nec excusarentur, nisi prædicta conclusio esset vera: qui enim soluerit virum: de mãdatis illis minimis, & sic docuerit homines: minimus vocabitur in regno cœlorum, ideſt, nullus erit ibi. Matth. 5. minus enim dicit, & intelligit maius. Si autem ponatur econtra, quòd opinio sancti Bonauenturæ sit falsa: tunc similiter ipse decedendo in illa opinione & doctrina, & non reuocando eam, decessisset in mortali: quia aliquæ onus graue in humeris hominum, & clausisset regnum Dei ante homines faciendo vnam viam Domini arctiorem, quàm sit, & iugum Domini suaue, & onus eius leue grane reddidisset sua doctrina falsa. nec ob hoc per ignorantiam excusaretur, si non esset prædicta conclusio vera. Aliud exemplum. Sanctus Thom. tenet in quarto, quòd participare cum excommunicatis in loquela, vel salutatione, vel cibo, & huiusmodi non sit mortale. Eodem tenet Ioan. And. & Archid. & Richardin quarto, distinctione 18. artic. sexto, quæstione tertia. Sed Raymund. summista & secretista, (qui & ipse sanctus fertur esse) tenet contrarium, scilicet quòd etiam in tali casu sit peccatum mortale. Quædam alia exempla posita sunt in quarta suppositione. Tertiò principaliter probatur conclusio sic: quia sicut necessarium est homini ad salutem recte operari: sic necessarium est ei ad salutem recte credere. Modò in credendis sic est, quòd si esset aliqua propositio theologica sonans de aliquo credibili, de qua est dubium apud doctores, an sit vera vel falsa, nec haberetur ad hoc scriptura canonica sufficiens pro sua veritate, vel falsitate ostendenda: nec sit super ea aliqua determinatio ecclesiæ, licitum est alicui eam credere, & ei adherere secundum illam opinionem, quæ videtur sibi probabilior, ita quòd etiã si in re esset falsa, non peccaret eam credendo: si secundum gratiam sibi datam à Domino facit, quod in se est: vt sibi innotescat veritas eius, vel falsitas, dummodo paratus sit, quòd si oppositum determinaretur, nollet adhærere illi opinioni: sed alteri. & stat ꝙ etiam si sceret, quod in se est secundum gratiam sibi datam: non innotescat sibi eius falsitas: & tñ si veritas ecclesiæ, vel concilium examinaret eam, cooperiretur eius falsitas: quis plus videt oculi, quàm oculus, & specialius assistit Deus generali concilio, quàm vni tantum personæ. Ergo eadem ratione in agendis erit simili modo.

Tertia conclusio. Alicui confessori licitè est absoluere illũ, qui secundum rectorem secũdæ conclusionis egit actũ, de quo prædicto modo doctores tenent contrarias sniãs: & tñ alteri non est licitum illũ absoluere. Probatur. Nã si confessor est ordinarius eius confessor, ita ꝙ teneatur eum audire, cuiusmodi est curatus eius, seu parochialis presbyter, licitum est ei illum absoluere, etiam si talis confessor probabiliter esset de opinione illa, quæ damnat illum actum. Nam da oppositum: puta ꝙ nollet eum absoluere, propter hoc ac absolueret indignam absolutione, puta qui fecisset talem actũ, quẽ ipse credit esse mortalẽ, & confitens non vult eũ recognoscere vt mortalẽ: tunc vellet vitare carybdim, & incideret in scyllã. Nam ex quo non est simpliciter certum, si ille actus sit mortalis, & p cõsequens stat, ꝙ ñ sit mortalis: sicut ei confitẽs credit: tũc stat, ꝙ confessor denegando ei absolutionem

absolutionem, deneget debitum ei, cui debetur: & sic exponit se periculo violandi iustitiam. Secundò probatur à simili. Nam si vxor alicuius incipit habere probabilem credulitatem, quòd ipsa arripeat suo viro in gradu prohibito contracte ante matrimonium, nec tamen sit de hoc omnimodè certa, & vir petat debitum: ipsa tenetur ei reddere, quamuis nõ liceat ei exigere à viro suo stãte illa credulitate probabili, prout patet in c. inquisitioni. extra. de sentẽt. excom. Simile etiam habetur in c. dominus. de secũdis nupt. vbi disponitur, quòd si aliquis, vel aliqua ad secundas nuptias migrauerit: cum tñ nondũ constet de morte primi coniugis, & de eius morte existimat sibi dubitandum, talis debet reddere debitũ secundo coniugi: sed non licet sibi exigere, & loquitur de probabili, vel æquilibri dubio. Huius autem decisionis non videtur alia ratio esse: nisi quia si mulier in casu illius, vel alterius capituli nollet reddere debitum ob conscientiam probabilem: tunc ex alia parte exponeret se periculo denegandi debitum iustitiæ. Secus est de exigere: quia hoc est libertatis. Igitur etiam si sciret de ordinario confessore, qui non minus debet impendere absolutionem cõfitentibus sibi subiectis, quàm mulier viro debitũ reddere debeat, vel econtra. Et notanter dico: nec tamen sit omnimodè certa: quia si esset omnimodè certa, etiã non liceret ei reddere debitum, quo modo videtur intelligendum. c. literas. de restitu. spoli. Et pro hoc etiam facit, quod dicit Pet. de Palu. in 4. distin. 17. di cens, Si confessor dubitaret, verum illud, de quo cõfitens non pœnitet, nec confitetur, esset mortale, & ipse confitens dicit se perterrorum consilio illud fecisse, de quibus ex vita & scientia probabile est, quòd non consuleret, nisi bene: confessor potest se illi iudicio conformare: secus autem si esset certus de oppositio. Idem videtur sentire Gosse. de Fontibus, in his scilicet opinionibus contrarijs, quæ tolerantur ab ecclesia, vt dictum est, & quòd debet proponere confitenti, quòd bene studeat de hoc seipsum per prudentes informare, eo ꝙ alij teneant contrariam opinionem. Horum tamen duorum doctorũ sententiæ debent intelligi in confessore ordinario & non in extraordinario seu libero, saltem si talis sit contrariæ opinionis. Nam tali non licet: quia causa, quare licet ordinario, non habet locum in non ordinario. Ordinarius enim ideo potuit & debuit absoluere: quia aliter exposuisset se periculo denegandi debitum iustitiæ: illa autem causa locum nõ habet hic. Item ordinarius debet sequi iudicium ecclesiæ: modo ecclesia nondum damnauit illum actum, igitur nec ipse debet ita damnare, vt deneget absolutionem. Sed non ordinarius, ex quo ex mera libertate audit & absolut, ideo contra proprium iudicium non licet ei agere, quamuis si non esset cõtrariæ opinionis: sed eiusdem opinionis cum confitente: vel saltem neutralis, posset eum absoluere: ita tñ quòd si sit neutralis: dicat confitenti, quòd videat, vt adsint conditiones prætactæ. Et hoc est de mente Gosse. in quodlibetis, quodlib. 9. Attamẽ siue confessor sit ordinarius, siue non: debet consilium loquendo dicere tali, & eum exhortari: vt de cætero à tali actu abstineat propter hoc: quia quãuis probabile sit, quòd sit actus licitus: tamen non est simpliciter certum. Modò abstinere ab eo, est simpliciter certum esse licitum: non tamen ob hoc debet dicere, quòd necessarium sit ei abstinere ab illo, prout patebit in argumento oppositum. Et nota etiam, quòd quando aliquis doctor refert contrarias opiniones doctorum, prout contingit fieri: nec tamen verbo aliquam alteri præferat: tunc videtur se ipsa vltimam præferre priori: & in ea residere, si non aliter firmat priorem.

Contra prædictas opiniones arguitur multipliciter. Et primò contra textum & septimum casus primæ conclusionis arguitur sic per auctoritatem aliquorum doctorum, secundum quorum dicta & sententias videtur, quòd sextus & septimus casus non essent damnandi. Nam Vlricus in summa sua dicit, quòd si quis de aliquo agendo dubie magis peritos consulat, de quo nullam habet expressam auctoritatem, verum ita sit, vel non: dummodo formet sibi bonam conscientiam, etiam si res aliter se habeat, quàm id, quod sentit: & quòd sibi consultum fuerit, excusatur: quia fecit, quod potuit, & Deus plus non requirit. Item ex responsis, quæ videntur data ab Alberto magno, habetur, quòd frater simplex, vel quilibet homo cum salute poterit sequi in consilijs quamcunq; opinionem voluerit, dummodo alicuius doctoris magni opinionem sequatur. Hostien. etiam dicit extra. de cogna. spirit. super cap. si vir. vbi sunt diuersæ opiniones, & diuersa iudicia, semper est præferenda humanior & requior. & ad idem facit cap. finali. de transactionibus. & ff. de legibus. l. benignitas. Item ad hoc facit, quod ait Augustinus ad Casulanum distinct. nona. cap. sicut, vnilhel. etiam Glossator Ray. dicit, quòd in apicibus iuris: vbi dubitant etiam sapientes, excusabilis est ignorantia. Vnde si aliquis bona fide partem illam, vel illam elegerit: non debet super hoc habere conscientiam minus seru pulosam. Item Monal. dicit, quòd in dubijs non generatur aliquod præiudicium veritati: tamen inter diuersas opiniones à magistris approbatas, illam quis amplectatur, quæ sibi magis videtur consona rationi. Item Antoninus in summa sua, parte prima, titu. tertio, cap. 10. §. 10. vbi etiam prædictos doctores recitat, dicit, ꝙ cum bona conscientia potest quis tenere vnam partem alicuius opinionis, & secundam eam operari, excluso saltem scandalo, quæ scilicet pars habeat pro se notabiles doct. dummodo talis opinio contra expressam auctoritatem sacræ scripturæ, aut contra determinationem ecclesiæ catholicæ non sit, & ꝙ etiam ex contrariorare taliũ opinionum non inducatur ad debitandũ: sed bonam sibi conscientiam & credulitatem formet de eo, quod credit tanquam de probabiliori parte, & præcipuè qũ quis adhibet diligentiam inquirẽdo, an liceat, nec inuenit aliquid, quod eũ sufficienter moueat ad hoc credendũ, ꝙ sit illicitum: hoc ille. Ex his omnibus satis patet, ꝙ prædicti doct. non damnarent sextũ & septimum casus: quia sufficiens casum, in quo nullã illorũ quinque adest, quæ in 5. primis casibus exprimuntur. Vñ secũdũ eos vere sufficere, ꝙ opinio sufficiens actum, nõ sit expresse contra scripturam sacrã, aut determinationẽ ecclesiæ, &

quòd non oriatur scandalum sequēdo eam, & quòd sit opinio habens probabiles rationes, & quæ tales videantur ipsi agenti, nec faciunt mentionem de aliqua alia visione conditione requisita, immo nec primi ex prædictis doctoribus ponunt tot conditiones, sicut ponit Antoninus, & confirmatur Mat. 23. Super cathedram Moysi sederunt scribę & pharisęi: omnia quæ dicunt vobis seruate, ergo seruanda sunt, quæ traduntur à doctoribus sacræ scripturæ, ergo corpsio, quòd quis habet tales doctores aliquos pro se, excusabitur. Dicendum, quòd Viricus intelligit suum dictum, si fecit, quod in se fuit: vt patet ex ratione sui dicti, & per consequens tunc fuit in ignorantia inuincibili, & sic suum dictum non est contra sextum casum, quòd etiam non exprimit conditionē tacitam in tertio casu est: quia de se ineſt generaliter in opere humano, si scandalum oriatur ex eius obseruantia: actus erit illicitus, quòd autem non facit mētionem de æquilibri conscientia est: quia comprehēdit hoc, quādo dicit: dummodo formet sibi bonam conscientiam: quia bona conscientia de illo actu nō fiat cum æquilibri conscientia dictante de eo, quòd sit mortale. Ad Alber. dicendum, quòd eius responsio debet suppleri modo prædicto, alàs non oportet eam habere veritatem. Ad Hoſtien. dicēdum, quòd illud eius dictum habet veritatem in foro exteriori, & quo ad personam iudicis debentis iudicare: quia in illo debet iudex potius declinare in humaniorē & æquiorem: quia melius est reddere rationem de nimia misericordia, quā de minima sęueritate. Aequitas autem est iustitia quædam dulcore misericordiæ temperata: sed non habet illud dictum eius veritatē in foro conscientiæ, saltem quo ad ipsum confitentē & pœnitentem. Nam apud talem non est, quæ humanior est, est præferenda: quia illa quæ est humanior, est laxior, & minus secura. Modò quamuis non sit semper & indistinctè necessarium sequi tutiorem, prout patebit in solutione 8. arg. tamen semper est consulendum & inadendum, vt obseruetur tutior: & illa communiter est tutior. Et eodem modo intelligendum est dictum S. Augu. in c. sana. dist. 9. pro quanto videtur approbare, quòd in dubijs aliquis sequitur eam opinionem, quæ habet rationem pro se sanam, dimittendo illam, quæ habet pro se tantū exempla. Et si vtraque habet rationem & exempla: tunc illa quæ habet exempla excellentiora pietate est magis imitanda: sicut & gesta exempla sunt magis digna imitatione. In dubijs verò moralibus aliorum bonorum vita debet nobis esse visendi regula, & tanto magis, quanto meliores sunt illi. Et eodem modo intelligendi sunt Guil. & Anto. & Monal. Ad confirmationem dicendum, quòd si concluderet, æquè concluderet, quòd non toūm licitum esset sequi quamcunq; opinionem doctorum, immo quòd esset necessarium: quia Saluator loquitur præceptiuè dicens, seruate & facite. Secundò dicendum, q dictum potest intelligi, quando concorditer omnes quid dicunt, secus vbi est contrarietas. Tertiò, quòd intelligitur, dummodo conformiter ad scripturam legis diuinæ dixerint, & non contra eam expresè, vel implicitè: saltem taliter, quòd faciendo, quod in se est, contrarium illius dicti haberi posset ex ea. Vnde signanter præmisit, super cathedrā Moysi &c. Qui enim super eam sedet, debet illam imitari, super cuius cathedram sedet: & ita ad mentem eius interpretari.

Secundò arguitur contra secundam conclusionē quo ad secundum eius casum. Nam si in tali quis excusaretur, eadem ratione excusarentur simplices sequentes hæreſiarcam: quia in talibus est ignorantia inuincibilis. Dicendum, quòd non est simile: quia hæresis aut est expresè contra scripturam sacram, aut si implicitè tantùm: tunc explicitè contra determinationem ecclesiæ explicantis hoc esse contra scripturam sacram. Modò in secundo casu secundæ conclusionis pro excusatione eius requireretur, quòd opinio iustificans illum actum non sit contra determinationem ecclesiæ, nec contra scripturam sacram expresè, & quòd paratus esset agens omittere, quando ecclesia oppositum determinaret. Nec est verum, quòd in prædictis simplicibus sequentibus hæreſiarcam, sit ignorātia inuincibilis: quia scire possunt hoc esse contra determinationem ecclesiæ, & per cōsequens potest eis innotescere, quòd sit erroneum: ideo si faceret, quod in se est, vincerent suam ignorantiam.

Tertiò sic. Si cecus ceco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. Matth. 15. igitur in secundo casu agens non excusatur, quin incidat in mortale. Dicendum, quòd antecedens intelligitur de ceco habente vincibilem cecitatem, vel ignorantiam. secus de habente inuincibilem, de quo intelligitur secundus casus.

Quartò arguitur. Secundus casus supponit falsum: quia supponit, quòd contingere possit, quòd in facientem, quod in se est, possit cadere inuincibilis ignorantia iuris diuini. sed consequens falsum est: quia sicut natura non deficit in necessarijs naturæ: sic nec Deus in necessarijs ad salutem animæ. Modò notitia eorum, quæ sunt iure diuino vitanda, vel agēda, est necessaria ad salutem. igitur Deus non deseret illam, qui facit, quod in se est ad sc̄endum, quæ sint vitanda, & quæ agenda, quin eum in illis illustret. Et ad hoc videtur esse dominus Ioannes de Gersona tracta. de vita spirituali. lec. 4. dicēs. Quicquid sit de ignorantia facti aut iuris humani ponitur: concors tamen est sententia, nullam in his, quæ legis diuinæ sunt, cadere ignorantiam inuincibilem, quin facienti, quod in se est, Deus semper assistit, paratus illustrare mentem, quantum oportebit ad salutem & erroris vitationem. Praeterea doctores dicunt cōmuniter & nominatim Alexan. de Ales in 2. par. summæ. q. 129. membro 8. §. j. quòd si quis puer ab infantia includeretur in carcere saracenorum, talis pueriens ad adultam ætatem habet potentiam credendi omnia, & si facit, quod in se est, Dūs illuminabit eum p occultā inspirationē, aut p Angelū, aut per hoiem. hæc ille. Et si in credendis sic est, eadem ratione sic erit in agendis. Dicendum, q si concluderet, eadem ratione oportet sequi, quòd si quis à natura est semifatuus: ita q tātum habet semiplenum vsum rōnis, & Deū iuxta modicitatē suæ rationis fideliter inuocaret, vt eum illustraret: sicut alium habentem omnino plenum vsum rationis, atque exercitatet secundum

quantum posset, q non dimitteret eum Deus, quin eum ita illuminaret in omnibus casibus moralibus suorum mandatorū etiam valde difficilibus, & latētibus; & similiter in credēdis: sicut illustrauit aliū, q habet plenū vsum rationis, & qui magna gratia ingenij est præditus, consequens tñ est falsum. igitur. Et eodē modo posset argui de puero habente iam semiplenum rationis vsum cōparando eum ad adultū doctissimum. Secundò dicēdum, q in facientē, quod in se est, non cadit culpabilis ignorātia inuincibilis in eis diuinis: sed bene cadere contingit in eū ignorātiā: quæ tñ non est culpabilis. immo quæ excusabit eū, si quid ex illa facit existēs in se illicitum. Et per hoc ad Ioannem de Gersona dicendum, q intelligendus est de culpabili ignorātia inuincibili iuris diuini, & hoc arguit posset ex eo, quod in suis regulis moralibus nō nisi cum tali addito loquens in principio regularum sic ait. Culpabilis ignorantia iuris diuini nō cadit in facientē quod in se est, hæc ille. Et eodem modo dicendum est de credendis, de quibus loquitur Alexā. Vnde dicit Alex. vbi supra post prædicta verba, q p hoc quod dicit Aug. in quęst. no. testa. q si nō sunt à quo discerent, nec ad eum aliquo modo rumor doctrinæ peruenerit. videtur, q tūc prædictus puer nō suo vitio ignoraret, & immunis est à cōdemnatione: sed intelligendum est tunc de disciplina, fm q fit p doctrinam interiorē, vel exteriorem. oportet autē, q faciat, quod in se est. hæc ille. Ergo tā Aug. quàm Alex. insinuant, q posset contingere, q in aliquem facientem quod in se est, caderet ignorātia inuincibilis credibilium iure diuino, & eadem ratione agibilium: quāuis ei illa ignorantia non imputaretur. Vnde notandum, q fuerunt quidam, qui dixerunt, q apud facientem, quod in se est, nulla est ignorantia inuincibilis: siue iuris, siue facti in lege diuina, cuius opinionis fuit Guiliel. Parien. Sed cōtra hoc saltem quo ad ignorātiam facti arguitur. Primò, quia Iacob cognoscendo Lyam (si saltem cognouit eam prima nocte) fecisset factum lege diuina damnatum & ignorantia eum excusasset. ergo fuisset inuincibilis ignorantia illius facti, scilicet illam esse non suam, vel non Rachelem, quod fuit facti. Et contra illos etiā est ratio iam adducta in prima solutione. Alij dixerūt, q inuincibilis ignorantia præsertim facti, aut iuris humani pōt cadere in facientē, quod in se est, & illa careret peccatos & similiter actiones inde procedentes. Et illa opinio est vera: non tamen solum quo ad factum, & ius humanum: prout specialiter vult illa opinio intelligi. immo quo ad ius diuinū maximè quo ad illa, q sunt valde obscura, & à longinquo contra legē diuinam. Et hoc dupliciter patet. Primò ex probatione tacta in prima solutione huius argumēti. Secundò etiā videtur probabiliter loquendo, q possit sic probari. Nam legales obseruātias de cibis quibusdā vitandis non esse obligatorias, saltē à tempore passionis Christi. immo ante, iuxta illud. Date eleemosynam, & oīa vobis munda sunt. fuit articulus fidei necessariò credendus ad salutem, & nō dubiū, quia Petrus, & multi alij fratres, & fideles post tempus passionis Chri, & maxime à die Pentecostes fecerint, quod in se fuit ad sciendum tam credenda, q operanda concernentia legem diuinā, & tñ illo obstante videtur hoc aliquanto tempore post Pentecosten latuisse Petrū, adeo q horruit cōtingere, & manducare quædā animalia, quæ fm legem reputabātur immunda. vnde Act. 10. cum talia sibi oblata fuissent in visione, & dictū esset sibi. occide & manduca. ait. Absit domine: quia nunquam māducaui omne cōmune, & immundum. Itē cæteri fratres de hoc disceptabant aduersus vērit pater Act. 11. Praeterea etiā gentiles conuersos non esse obligatos ad obseruantiā legis Mosaycæ, & circumcisionis fuit articulus fidei: & tñ notabili tempore post Pentecosten latuit hoc plurimos fideles, de quib⁹ est verisimile, q fecerint, quod in se est. Vnde enī Apostoli super hoc Act. 15. cœperunt tractatū habere, & concilium, ergo ante illud concilium latuit hoc non pau eos. Item plures latuit, q etiā gentiles essent vocandi ad fidē: vt essent participes gratię Christi. Vnde cum gratia Spiritussancti ad doctrinā Petri etiā in nationes esset effusa, obstupuerūt fideles ex circumcisione, qui venerant cū Petro Act. 10. & cæteri hoc audiētes dicebant, ergo & pœnitentiā dat Deus ad vitam, quasi hoc prius non credidērint. Vnde & contra Petrū de hoc disceptabant quidam dicētes. Quare introisti ad viros præputij habentes, & manducasti cum illis. Similiter, qui per tribulationē, quæ sub Stephano facta fuerat, dispersi erant, nemini loquebātur verbū Christi, nisi solis iudæis, quasi cæteri nō essent participatæri gratiā Christi: vt patet Act. 11. Et hodie multa fimilia in credendis possunt cōtingere, quæ latent aliquos, etiam facientes, quod in se est: donec talia per concilia determinētur. Et sicut est in credibilibus: ita eadē ratione contingere potest in moralibus, & agibilibus: saltem in illis, quæ obscurè sunt contra legē diuinam. Ad probationem autē dicendum, q si facit homo, quod in se fuit: & sic ignorantia est sibi inuincibilis: tunc agendo ex tali ignorantia, Deus non deficit sibi in necessarijs ad salutem: quia tunc tali homini non est necessarium ad salutem hoc scire, & sibi eius non plus periclitatur, quàm periclitetur salus illius, qui naturaliter stultus existens facit ea, quæ expresè sunt lege diuina damnata.

Quintò sic arguitur S. Tho. in quodlibetis, quodli. 3. ar. 10. dicit. In his, quæ pertinēt ad fidē, & bonos mores, nullus excusatur, si sequatur erronea opinionem alicuius magistri. In talibus enim ignorantia nō excusat, aliequin immunes fuissent à peccato, qui secuti sunt opiniones Arrij, Nestorij, & aliorū hæreſiarcharū. Nec potest excusationē habere propter simplicitatem audientū, si in talibus opinionē erroneā quis sequatur. In rebus enim dubijs nō est defectū præsidus cōsensus: quinimò vt Aug. dicit in lib. 3. de doct. Christiana, cōtulere debet quis regulā fidei, quā de scripturarum planioribus locis, & ecclesię auctoritate percepit. hæc ille. Et confirmatur. Nā in quodli. 7. q. 13. dicit in sententia, q duobus modis aliquis incurrit peccatū. Primò faciendo contra legē. Secundò faciendo contra conscientiā certam, vel opinatam, & q qñ sunt duæ opiniones cōtrariæ de eodē, ex quo oportet alterā esse veram, alteram falsam: tūc si quis facit contra verā opinionē, cui dānat actum, & sic cōtra legem. Dein talis non excusatur à peccato, quāuis non faciat contra conscientiā. Si autē illa opinio, cōtra quā facit, nō est vera, & sic actus est illicitus: tñ agēs habet

habet conscientiã de contrario: tunc iter ſi peccat. Si autem non habet conſcientiã de cõtrario, immo certitudinem: ſed tamen in quandã dubitationẽ inducitur ex cõtrarietate opinionũ: & tunc manẽte tali dubitatione, ſi agit peccat: quia diſcrimini ſe cõmittit: haꝛ ex cõtrariis opinionibus in nulli dubitationẽm inducitur, & ſic non peccat. hęc ille. Dicendũ, ꝙ intelligendus eſt in caſu, quo opinio erronea, quã ſequitur in fide, vel in moribus, eſt expreſsè contra ſcripturam ſacram, aut determinationẽ eccleſiæ, vel ſi nõ eſt talis ſed opinio damnatis habet cauſas adhæretiæ magis prægnantes: ceſſã apud agentẽ. Aut agens nõ eſt in ignorantia invincibili, ſed vincibili. Alioꝛ enim illorum non haberet veritatẽ. Et ꝙ illa fuerit mẽtis eius, patet: quia mox poſt prædicta verba Aug. allegata ſubdit di. Qui ergo aliter ſit opinioni alicuius magiſtri contra manifeſtum ſcripturæ teſtimonii, ſiue contra illud, quod publicè tenetur ſm eccleſię auctoritatem, non poteſt aberroris vitio excuſari. Hęc ille. Et eodẽ modo patet reſponſio ad Aug. quem allegat: quia Aug. dicit, ꝙ debet quis conſulere ſcripturam ſactã, & determinationẽ eccleſiæ &c. ergo ſi hoc fecit nec ſit ignorãs, & ſic erit eius ignorãtia invincibilis, ipſe accuſabiteꝛ aliàs non. Ad confirmationem dicendum, ꝙ eius dictũ intelligitur, vbi opinio damnãs actum eſt longè ꝓbabilioꝛ, & maioꝛes cauſas adhæretiæ habet, q̃ iuſtificãs: eniamodi eſt opinio damnans pluralitatẽ beneficiorũ. De quo caſu ibi loquitur S. Tho. contra quã pluralitatẽ facta fuit illa ſolẽnis diſputatio Pariſius Anno Domini 1238. In qua determinatum eſt per ſanctos Doct. ꝙ nemo ſine periculo peccati mortalis tenere põt duo beneficia, quorum alterum ſufficeret ad ſuſtentationẽ ſuã, & quotidã, qui aliter opinantes cõtrarium fecerũt ſtagellum diuinæ iuſtitiæ horribiliter damnauit & punit, & ſic illa diſputatio fuit facta antequam Tho. ſcriberet quodlibeta, immo anteqũ eſſet xv. annoꝛum, quia natus fuit anno 1225. Quòd autem Tho. dicit, Si quis habet conſcientiam de cõtrario &c. debet intelligi de conſcientia probabili, vel æquilibꝛi. Similiteꝛ quod de dubitatione dicit, debet intelligi de probabili, vel æquilibꝛi dubitatione, aliàs non ꝓpteꝛ eius dictum habere veritatem.

Sextò arguitur. Aug. ait, tene certum: & dimitte incertum. de pœ. diſt. 7. c. ſi quis. Ergo cum certũ ſit, ꝙ non eſt peccatum ſequi illam opinionẽ, quæ damnat actum, de quo eſt contrarietas Doctoꝛum, ſ. omittendo eum: & non ſit certum, ꝙ non ſit peccatum ſequi opinionẽ iuſtificantem eum, ſequitur, ꝙ non ſequens damnantẽ, ſed iuſtificantẽ: non obſeꝛuat doctrinã S. Aug. quę videtur ab eo dicta ex parte Dei præceptiue & vt neceſſariò obſeꝛuanda. Dicendũ dupliciter. Primò, ꝙ Aug. ibi non loquitur in materia iuris diuini, vel humani, ſ. vbi Doct. teneant contrarias ſententias quid iuris, ſeu quid licitum, vel illicitum. Vnde loquitur ibi de eo, qui diſſert pœnitẽtiam vſq; ad extremum vitæ, de cuius pœnitẽtia eſt dubiũ facti, an de facto ſit ſalubris, vel non. Non quia ſit dubium, quin ſi ſit vera, ſit ſalubris. Neque an poſſit eſſe vera: quia de hoc nulli dubitat, quin poſſit eſſe, & quin ſi ſit vera, ſit ſalubris: ſed de dubio, an de facto quis tunc habeat veram pœnitẽtiã vel nõ, & ſic eſt dubium facti, & non iuris. Immo nec de ipſo facto eſt contrarietas inter Doct. quia hoc nemo nouit niſi Deus, vel cui Deus reuelauit, & ſic prædicta auctoritas non applicatur debitè ad propoſitum ſm mentem Aug. Vnde duplex eſt dubium, ſ. iuris & facti. Et primum eſt triplex. ſ. diuini, naturalis & humani. puta qñ dubitatoꝛ, an aliquid ſit contra ius illud, vel illud. Sed dubium facti eſt, vbi dubitatur, ſi illa res ſit, vel facta ſit, vel huiuſmodi: vt ſi dubitatur, an illa res ſit illius, vel alterius. Secundum, ꝙ etiã ſi Aug. illud intellexiſſet in materia, vbi eſt dubiũ iuris: tunc illud dictum eius intelligendum eſt ſic, ꝙ ſi ſint duę opiniones, & vna ſit incerta per negationẽ: etiam dialecticæ, & moralis certitudinis, ſic ꝙ probabile, vel æquilibre periculum peccati ſit in ſequendo illam opinionẽ pura, ꝙ agens ſm illam opinionẽ probabiliteꝛ ſ. credat peccare mortaliteꝛ, vel æquè credat, ꝙ agere ſm eam ſit peccatum mortale: ſicut ꝙ non ſit peccatum: tunc enim neceſſariò tenẽda eſt cõtraria opinio, quæ eſt certa per excluſionẽ veriuſq; talis periculi, ita ꝙ teneatur ſequi illam relictã, & ſic dictum Aug. intelligitur præceptiuè. Si autẽ vtraq; eſt certa. ſic ꝙ probabile eſt, nullum periculum peccati ſubeſſe agendo ſm vnam earum: quãuis alia ſit longè certioꝛ, ita ꝙ non ſolum ꝓbabile, immo omo & ſimpliciter certũ eſt, ꝙ eã ſequi nullum omnino cõmeꝛat periculum: tunc eius dictum non eſt intellẽ gendum, vt præceptiuè dictum: vel vt neceſſariò ſequendum, ſed cõſultiuè. Vnde inter opiniones, quarum vna, & durioꝛ exiſtens damnat aliquẽ actũ ſimpliciter iuſtus eſt, ꝙ illam ſequamur virũ ſit illum actum, quia certum eſt, ꝙ non peccamus omittendo eum: & ſi quis nolit eum vitare, ſed ſequi opinionem contrariã, quæ eum iuſtificat, non eſt ob hoc dãnandus ſtatibus conditionibus ſupra tactis. Vnde in hoc ſecundo mẽbro illa opinio, vel ſententia, quæ dicit incerta, non dicitur incerta per negationẽ conſecutiq; certitudinis: ſed ſolum per negationẽ certitudinis demonſtratiuæ, ſeu euidentiæ: non autẽ per negationem certitudinis moralis dialecticę, & ꝓbabilis; quia eſt probabiliter certa. Modo ſagittabilibus nõ requiritur certitudo demonſtratiua, aut euidentialis, ſed moralis, & dialectica, quæ innititur non propoſitionibus euidentibus ex terminis: aut deductis ex talibus, ſed ex coniecturis groſſis & ignorabilibus magis ad vnam partem ſe habentibus, q̃ ad aliam. Vnde qui in agibilibus non vellet eſſe contentus de tali certitudine: ſed demonſtratiuè vellet exquirere, eſſet indiſciplinatus. Vnde Ariſt. 1. Ethi. c. 2. Diſciplinati eſt intantum certitudinem requirere ſm vnumquodq; genus, inquãtũ rei natura recipit: ꝓximũ enim peccatũ, ſeu æquè vitioſum eſt, & mathematicũ perſuadentiã accepꝛare, & rhetoricum demõſtrationes, ſupple, exquirere.

Septimò arguitur. Eccleſ. 3. Qui amat periculum, peribit in illo. igitur peccat quis damnabiliter, qui ſequitur opinionem illã, quę iuſtificat aliquẽ actum, quem alia opinio damnat: quia talis exponit ſe periculo. Dicendum, auctoritas prędicta intelligitur de periculo probabili, vel æquilibꝛi: non autem de periculo improbabili & leui, & ſcrupuloſo. Modo ſtat, ꝙ ſequens opinionem iuſtificantem actum non expo natur ſe probabili, nec æquilibꝛi periculo. puta quia nec probabiliter credit ſe peccare, nec æquè credit ſe peccare, ſicut credit ſe non peccare. immo probabiliter credit ſe in nullo peccare. Ita habeat aliquem leuem motum formidinis, de oppoſito: qui tamen non ideo poteſt ſibi obſtare vt ipſa conſcientia dicatur eũ actum facere, & ſic non peccabit ex parte temeritatis, nec peccabit ex parte actus actu: etiam ſi ſit alius, & in illicitus: quia per inuincibilem ignorantiam excuſatur: ſi ſe habet, vt ſecundus caſus dicit.

Octauò, In dubijs cutior via eligẽda: vt dicitur in 7. diuerſis de ſponſa. igitur illa eſt eligenda, quæ dãnat actum talem: & non illa quæ iuſtificat. Dicendũ, ꝙ prædicta auctoritas, ſi loquitur ꝓceptiuè, nihil facit contra nos: quia conſilia non obligant. Si autẽ loquitur ꝓceptiuè, & vt neceſſariò ſeruanda, intelligitur in his, quæ ſic ſunt dubia, ꝙ illa opinio, quæ eã minus tuta, ſic eſt minus tuta, ꝙ ſibi ſubeſt probabile, vel æquilibꝛe periculum peccati. ſecus autem vbi illa, quæ eſt minus tuta, nullum habet probabile, vel æquilibꝛe periculum. ſicut ſtat, ꝙ inter duo alba vnũ ſit albius alio: & tamen illud, quod eſt minus albũ, ſit purè album: ſic ꝙ nihil habet nigredinis admixturæ. ſic inter duos ſanctos vnus eſt ſanctioꝛ alio: & tamen neuter habet aliquod peccatum, vel maculam in ſe.

Nonò arguitur. Aug. ait: & habetur in decre. diſtin. 5. c. admiꝛet. Bonarum mẽtium eſt ibi culpã agnoſcere, vbi culpa non eſt. Et non poteſt hoc intelligi de eo actu, de quo omnino nullum eſt dubium, quin ſit licitus: ſed intelligitur de eo, de quo eſt aliquale dubium igitur ad bonum hominẽ requiritur, ꝙ agnoſcat culpam eſſe in illo actu, quem vna pars Doctoꝛũ damnat: licet alij eum iuſtificent, ita ꝙ non manebit bonus homo, ſi non agnoſcat ibi culpam. Sed quando quis agnoſcit culpam in aliquo actu: tunc credit ibi eſſe culpam, ergo non licebit ei eum agere: quia ageret contra conſcientiã. igitur nũquam erit quis excuſabilis faciendo actum, quem vna pars Doctoꝛum damnat. Dicendum per tres diſtinctiones. Prima diſtinctio. Agnoſcere capitur dupliciter. Vno modo pro actu intellectus adhæſiuo, vel iudicatiuo. Alio modo impropriè pro actu, vel motu potentiæ affectiuæ, propter quem interpretamur aliquem habere actum adhæſiuum: quomodo dicimus, aliquẽ agnoſcere, vel credere aliquid, qui perinde ſe habet acſi credat illud. Vel ſi quis fugiat ab aliquo loco, perinde facit, ac ſi iudicet ibi ſibi imminere malum. Secũda, duplex eſt actus adhæſiuus. ſomino firmus, vel abſolutè probabilis. Alius eſt conditionalis tantum & leuis, & cautelæ tantum. Similiteꝛ modo etiam agnoſcere ſecundo modo captum eſt duplex: quia aut ex tale quid facit tanquã omnino pro certo fugiẽdum: aut vt probabiliter abſolutè fugiendum: aut ſolere ad cautelam maioꝛem. Tertia, bonitas quædam eſt neceſſitatis, quædam ſupereꝛogationis. Ad propoſitũ igitur dicendum, ꝙ Aug. nõ vult dicere, ꝙ aliquis debeat omnino firmiter, aut abſolutè probabiliteꝛ agnoſcere primo modo. i. credere ibi eſſe peccatum, vbi non eſt. hoc enim non eſſet verum, etiam in materia, vbi eſt contrarietas Doctoꝛum: tunc enim oporteꝛet, ꝙ quis adhæreꝛet illi opinioni, cuius contradictoꝛia videtur ſibi probabiliteꝛ vera, & alia falſa. Nec etiam vult, ꝙ aliquis debeat omnino tale fugere vt pro certo malum, aut ſi fecit, ꝙ abſolutè probabiliteꝛ debeat ſuper illo ſibi facere conſcientiam. Ad hoc enim non teneꝛetur, nec illud requiꝛeꝛet ad bonitatẽ neceſſariam hominꝛ: ſed intelligendus eſt Aug. de agnoſcere ſecundo modo, & de bonitate ſupereꝛogatiõe ad hanc ſenſum, ꝙ ſi aliquis ſcit tale quid, vbi nõ eſt omnimoda certitudo, ꝙ nullum ſit peccatũ: tunc laudabile eſt, & valde commendabile, ꝙ ſuper illo ad cautelam doleat, & non abſolutè: ſed ſub cõditione. Vtũ ſit peccatum, ꝙ dominus ei dimittat, & hoc cõditionale dolere non requiꝛit actum adhæſiuum firmum, nec ꝓbabilem de hoc, ꝙ ibi ſit peccatum: ſed poteſt eſſe, vbi tantum eſt modicus motus alicuius paruę, & leuis formidinis.

Decimò arguitur. Hiero. ad Paulinum. 16. q. 3. c. ſi capis. dicit. Non multum intereſt in vitio poſſe decipꝛe, vel decipi chriſtianum: ſed decipere aliquem in vitio eſt ſemper peccatũ: igitur etiam ſemper eſt peccatum decipi in vitio, & ſic ſi quis agat actũ damnatum: quem tamen credit eſſe licitum, adhuc non excuſabitur ſic deceptus. igitur. Dicendum, ꝙ per decipi in vitio intelligit Hiero. quando decepꝛus eſt in ignorantia vincibili: non autem ſi eſt in inuincibili. Vnde ſignanter ait, non multum intereſt &c. quia eſt aliqua differentia, eo quòd decipere ſaltem à propoſito, & non tantum re ipſa, eſt ſemper peccatum.

Vndecimò arguitur contra tertiam concluſionẽ. Non eſt licitum etiam ordinario confeſſoꝛi talẽ abſoluere, ſaltem ſi confeſſoꝛ eſt ſapiens contrarię, ſ. damnantis illam actum: quia talis confeſſoꝛ agit cõtra probabilem conſcientiam. igitur peccat. Conſequentia patet. Antecedens probatur, quia talis probabiliter credit illum peccaſſe mortaliter, agendo actum, quẽ probabilis opinio confeſſoris damnat vt mortalem. Et etiam credit probabiliter confitentem perſeuerare in mortali: puta, quia non vult ſibi facere deſuper conſcientiam. igitur abſoluendo eum, ſoluit eum quem probabiliter credit indignum abſolutione. igitur abſoluendo talem, etiam ipſe peccat mortaliter. Dicendum dupliciter. Primò, ſi concluderet, æquè concluderet, ꝙ mulier probabiliter credens ex noua informatione mariti ſuum ſibi attinere in gradu prohibito, peccaret mortaliter, reddendo eidem debitum, quod eſt contra. 1. inquiſitioni. de ſent. excom municat. q̃ allegatum, dupliciter nõ ſit omnino certe de illa attinentia. Nam ſi probabiliter credit eum ſibi attinere in gradu prohibito. vtputa, quia vidit eum in loco, & hora ſuſpectis, & aliis ſuſpectis circunſtantijs cum ipſius conſanguinea. ſ. muliere: aliꝙ ex alia ſimilibus cauſa: tunc ſequeꝛeꝛ credit probabiliter maritum peccare mortaliter exigẽdo, quia ille ſibi conſcius eſt certiſſimè de illa attinentia. ergo ipſa cõmunicando ſibi in illo opere etiam peccaret mortaliter. Et eodem modo arguereꝛur de caſu capituli. dominus. de ſecun. nupt. 3. alleg. Secundò igitur dicendum, ꝙ illa duo multum differunt. ſ. confeſſoꝛem ordinarium habere probabilem conſcientiã de hoc, ꝙ confitens ſit indignus abſolutione non abſoluẽdo & ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione tantum, ſ. ſuppoſita, vel ſtante opinione aliqua priuata. puta confeſſoris, aut alterius, vel aliquoꝛum, & habere probabilem

bilem

bilem conscientiam de hoc, q sibi confiteri non liceat eum absoluere. Si inquam habeat probabilem conscientiam de secundo, satis commode, quòd peccaret mortaliter. Si autem tantum habet probabilem conscientiam de primo, non oportet, q agat contra conscientiam, quia cum illa probabili conscientia de primo stat, q quo ad secundum iudicet (sicut & debet iudicare) quòd nihilominus ipse non debeat sequi priuatam opinionem suam in præiudicium opinionis oppositæ, cui nondum præiudicauit ecclesia, & quòd etiam sit eius ordinarius confessor, non debeat eidem præiudicium facere, sed potius eum relinquere suæ conscientiæ probabili, in qua non sine probabili fundamento residere debet etiam confessor ipsum non exponere periculo violandi iustitiam, quæ est ei obligatoria. Et de præsenti quæstione, quam pro huius operis termino constituo, ita quòd si quid dixi, quod non sit confirmatum auctoritate sacræ, vel rationes necessarias, id solo accipi, vt dictum sine pertinaci assertione, & sine præiudicio sententiæ melioris offerenti se & submittam hic, vel vbicunq; dicto, vel dicendo correctioni omnium eorum, quorum interest errantes corrigere. Denique obsecro lectores, vt in his contractibus, qui specialiter sunt periculosi, & dubij ac intricati, seruetur discretio illa, quæ sæpe, & frequenter in quæstionibus eorundem contractuum est quodam salubri documento apposita & tradita, scilicet vt distinguatur inter rigorem scholasticum, & ipsius confessoris, & pro foro conscientiæ consulens prudentialem moderamen, & iuxta contractum talem factum, & talem nondum factum: sed vt fidei confessori, vel consultori in foro animæ propositum: & cum hoc quantunque contractus in se de æquali habeantur oculos ad necessitatem, vel indigentiã contrahentis secundum tenorem cuiusdam corollarij positi in quæst. 84. Dominus enim de dispensatore illo sapere volens sermonem, quem super familiam suã constituerat: vt daret illis in tempore tritici mensuram: non tantum fidelem eius, quasi illa sufficiat, commendauit sed & prudentiam velut correquisitã adiungit dicens. Quis putas est fidelis dispensator & prudens? solum etiam illum dispensatorem beatum fore prædicat, qui non modo fideliter, sed & prudenter dispensat. Vide notanter subiungit dicens. Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit ita facientem. De eo enim, qui in agibilibus rebus conscientiæ æstimat se aliquid scire, & tamen in dirigendo alios, & ad consulta eorum per suam scientiam respondendo non ponit modum prudentiæ suæ, vt parcius, & circumspectioribus respondeat labijs, & regulis illis, quæ partim in prologo operis, partim quæ in locis propriis decisionis contractuum sunt positæ non sese conformauerit: dici potest, quòd nondum nouit, quemadmodum oporteat illum scire. Verba enim prudentum statera ponderabuntur, & prudentissimus est, qui moderatur labia sua, ne offendiculum ponat, & conscientiam proximi sui percussam: sed potius ædificet ad laudem, & gloriam domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula seculorum: fiat, fiat.

FINIS.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn.

Omnes sunt Quaterniones, præter Nn. Terniones.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA